

BEATI
ALBERTI
MAGNI,
RATISBONENSIS EPISCOPI,
ORDINIS PRÆDICATORVM,

Super Missus. OVEST. CCXXX.

De laudibus B. Mariae, LIB. XII.

Biblia Mariana.

Omnia recognita per R. A. P. F. PETRVM IAMMY, sacrae Theologiae Doctorem,
Conuentus Gratianopolitani, eiusdem Ordinis,

NUNC PRIMVM IN LVCEM PRODEVNT.

Operum Tomus Vigésimus.



LVGDVNI,

Sumptibus

CLAVDII PROST.
PETRI & CLAVDII RIGAVD, Frat.
HIERONYMI DELAGARDE.
IOAN. ANT. HVG VETAN.

Via Mer-
catoria.

M. DC. LI.
CVM PRIVILEGIO REGIS



INDEX

Quæstionum super Euangelium,
Missus est.

- Quæst. 1. **N** necesse fuerit Ange-
lam Gabrielem mitti ad
Mariam? 3
- Q. 2. Per quem Nuntium conveniebat fe-
ri hanc annuntiationem? 4
Vtrum per hominem debuerit fieri? 5
Vtrum Angelus debuerit esse Nun-
tius? ibid.
Vtrum Archangelus debuerit esse
Nuntius? ibid.
Vtrum Nuntius, iste debuerit esse de
principatibus? ibid.
Vtrum debuerit esse de potestati-
bus? ibid.
Vtrum debuerit esse de virtuti-
bus? 6
Vtrum debuerit fieri Missio per do-
minationes? ibid.
Vtrum debuerit fieri per thronos?
ibid.
Vtrum debuerit fieri per Cherubim?
ibid.
Vtrum debuerit fieri per Seraphim?
ibid.
Vtrum omnes tres primi ordines de-
buerint mitti? 7
Vtrum omnes Angeli debuerint mis-
si? ibid.
Vtrum superbus Nuntius Angelis esse
debuerit? ibid.
Vtrum Filius missi debuerit? ibid.
Vtrum Pater missi debuerit? ibid.
Vtrum tota Trinitas missi debuerit?
ibid.
- Q. 3. In qua specie Angelus apparuit? 8
Vtrum in specie serpentino apparue-
rit? ibid.
Vtrum in specie columbina? ibid.
Vtrum in specie humana? ibid.
- Q. 4. In quo sexu Angelus apparuerit? 9
- Q. 5. In cuius ætatis specie apparuerit?
ibid.
- Vtrum apparuerit in ætate puerili?
ibid.
Vtrum in ætate iuvenili? ibid.
- Q. 6. In qua veste Angelus apparuerit?
ibid.
Vtrum in veste candida? ibid.
Vtrum debuerit habere vestem sor-
didam, & nigram? 10
Vtrum in veste bicolorata appa-
ruerit? ibid.
- Q. 7. Qua hora temporis facta fuit An-
nuntiatio? ibid.
Vtrum in ortu diei facta fuerit? ibid.
Vtrum in meridie? 11
Vtrum in vespere? ibid.
Vtrum in media nocte? ibid.
- Q. 8. Vtrum in civitate facta fuerit An-
nuntiatio? ibid.
- Q. 9. Vtrum in Galilea facta fuerit An-
nuntiatio? 12
- Q. 10. In qua civitate Christus annuntia-
ri debuit? 13
Vtrum debuerit annuntiarum in Na-
zareth? ibid.
- Q. 11. Vtrum debuerit Evangelista dicere,
Ad Virginem? ibid.
Vtrum potius debuerit dicere, Ad mu-
lierem? ibid.
Vtrum hac Annuntiatio debuerit fie-
ri ad virum? 14
- Q. 12. In quo actu beatissima Virgo fuerit,
quando Angelus ei annuntians? 15
Vtrum fuerit in actu contemplati-
onis? ibid.
- Q. 13. Vtrum Evangelista debuit dicere,
desponsatam? 16
Vtrum beatissima Virgo potuerit le-
gisime desponsari? ibid.
Vtrum quæcumque desponsat, potuerit,
tamen cognoscere ipsam desponsari?
ibid.

IVCIV

Index Quaestionum.

- Quaest. 14. In qua etate beatissima virgo fuerit, quando coëtaxit cum Ioseph, & quando concepit Dominum? 17
 Vtrum fuerit duodecim annorum? ib.
- Q. 15. Vtrum beatissima Virgo pulchritudinem corporalem habuerit? 18
- Q. 16. Vtrum beatissima Virgo habuerit debitam quastitatem? 20
- Q. 17. Vtrum habuerit debitam membrorum dispositionem, & proportionem? ibid.
- Q. 18. Vtrum beatissima Virgo habuerit debitum colorem cutis? ibid.
 Vtrum dixerit esse nigra in cute? ib.
- Q. 19. Quem colorem habuerit in capillis beatissima Virgo? 21
 Vtrum capilli eius debuerint esse rubri? ibid.
 Vtrum dixerit esse nigri? 22
- Q. 20. Quem colorem beatissima Virgo habuerit in oculis? ibid.
 Vtrum habuerit oculos nigros? ibid.
- Q. 21. Vtrum Euangelista debuerit addere spem esse deponatam viro? 24
- Q. 22. Vtrum debuerit addere, Cui nomen erat Ioseph? ibid.
- Q. 23. Vtrum Euangelista debuerit dicere Ioseph? 25
- Q. 24. Vtrum debuerit dicere de domo David? ibid.
- Q. 25. Vtrum matrem Dei congruat nobilem esse secundum carnem? 27
 In quo consistat nobilitas secundum carnem? ibid.
- Q. 26. Quare beatissima Virgo cum de genealogia nobilissima descendisset, per se non sit, sed per Ioseph genealogizata? 29
- Q. 27. Quare sacra Scriptura non genealogizet mulieres, & maxime Beatam Virginem? ibid.
- Q. 28. Cur Euangelista dixerit, & nomen Virginis in genitio? 30
- Q. 29. Quomodo congruit matrem Dei appellatam fuisse Mariam? ibid.
- Q. 30. Cur Euangelista dixerit, Ingressus. & an ianuis clausis, vel apertis sit ingressus? 32
- Q. 31. Vtrum Angelica saluatio congrue incipiat ab Aue? 33
- Q. 32. Quare Ecclesia in generali consuetudine apponat Mariam in saluando, dicendo, Aue Maria? 34
- Q. 33. Vtrum beatissima Virgo conuenienter dicatur Gratia plena? 35
- Q. 34. Per quam differentiam ad Christum Maria dicatur gratia plena? ibid.
 Qua plenitudine plures alij pleni dicantur in Scripturis? 36

- Q. 35. Quid intelligitur per plenitudinem gratiae in Maria? 37
- Q. 36. Vtrum in hac plenitudine contineantur Sacramenta? ibid.
 Vtrum B. Virgo fuerit baptizata? ib.
- Q. 37. Vtrum fuerit confirmata? 38
- Q. 38. Vtrum B. Virgo sub Sacramento altaris dominicum corpus acceperit? Similiter & gratiam, que per illud Sacramentum confertur? ibid.
- Q. 39. Vtrum B. Virgo receperit aliquam gratiam per Sacramentum penitentiae? 39
- Q. 40. Quis fuit confessor B. Virginis, si fuerit confessa? ibid.
- Q. 41. Vtrum beatissima Virginis plenitudo comprehendat illam gratiam, que confertur sub ordinum Sacramentis? ib.
- Q. 42. Quare mulieres ad sacros ordines non promoueantur? ibid.
- Q. 43. Vtrum in hac plenitudine contineatur gratia extrema unctionis Sacramenti? 40
- Q. 44. Vtrum Beatissima Virgo habuerit fidem? 43
- Q. 45. Vtrum B. Virgo habuerit spem? 44
- Q. 46. Vtrum in beatissima Virgine fuerit charitas? 45
- Q. 47. Vtrum charitas beatissima Virginis Mariae in via fuerit in statu quod potuerit augmentari? 46
- Q. 48. Vtrum B. Virgo fineretur in via per modum patrie? ibid.
- Q. 49. Vtrum B. Virgo habuerit charitatem ad proximum in summo creatura? 47
- Q. 50. In quo statu B. Virgo habuerit iustitiam respectu viatorum? ibid.
- Q. 51. Qualiter latitia, dulcia, & obedientia fuerunt in beatissima Virgine? 48
- Q. 52. Vtrum B. Virgo habuerit dulciam? ibid.
- Q. 53. Vtrum B. Virgo habuerit penitentiam? 49
- Q. 54. Vtrum prudentia fuerit in beatissima Virgine secundum quod in aliis viatoribus? ibid.
- Q. 55. Secundum quem statum fortitudo fuerit in beatissima Virgine? ibid.
- Q. 56. Vtrum habuerit B. Virgo persequerantiam? 50
- Q. 57. Vtrum habuerit temperantiam? ibid.
- Q. 58. Vtrum habuerit sobrietatem? ibid.
- Q. 59. Vtrum habuerit modestiam? ibid.
- Q. 60. Vtrum habuerit modestiam in cultu vestium? ibid.
- Q. 61. Qualiter septiformis plenitudo gratiae per septiformia dona distributa in ista plenitudine sit contenta? 59
- Q. 62. Vtrum fuerit humilitas in beatissima Virgine? 57

Quaest. 63.

Index Quaestionum.

- Q. 63. Qualiter donum intellectus fuerit in beatissima Virgine? 60
- Q. 64. Qualiter donum consilij fuerit in ipsa? ibid.
- Q. 65. Vtrum donum fortitudinis fuerit in ipsa? 61
- Q. 66. Qualiter donum scientiae fuerit in beatissima Virgine? ibid.
- Q. 67. Vtrum donum pietatis fuerit in ipsa? ibid.
- Q. 68. Vtrum timor senilis fuerit in beatissima Virgine? 62
- Q. 69. Qualiter beatitudines fuerunt in beatissima Virgine? ibid.
- Q. 70. Qualiter paupertas fuerit in ipsa? 63
- Q. 71. Vtrum mititas & mansuetudo fuerint in beatissima Virgine? 64
- Q. 72. Vtrum beatitudo luctus fuerit in ipsa? ibid.
- Q. 73. Vtrum beatitudo esuriae & sitis iustitiae fuerit in ipsa? ibid.
- Q. 74. Vtrum Misericordia fuerit in ipsa? ibid.
- Q. 75. Vtrum munditia cordis fuerit in ipsa? 65
- Q. 76. Vtrum pax fuerit in ipsa? 66
- Q. 77. Vtrum in beatissima Virgine fuerit Aureola martyrum? ibid.
- Q. 78. Vtrum Aureola predicatorum fuerit in ipsa? 67
- Q. 79. Vtrum Aureola virginum fuerit in ipsa? ibid.
- Q. 80. Quomodo fuerint fructus in beatissima Virgine? ibid.
- Q. 81. Qualiter fructus quos in ponit Apostolus ad Galat. 5. fuerint in ipsa? 68
- Q. 82. Vtrum fructus qui est charitas, specialiter fuerit in ipsa? ibid.
- Q. 83. Vtrum fructus qui est gaudium, fuerit in ipsa? 69
- Q. 84. Vtrum fructus qui est pax, fuerit in ipsa? 70
- Q. 85. Vtrum patientia fuerit in ipsa? ib.
- Q. 86. Vtrum longanimitas fuerit in ipsa? ibid.
- Q. 87. Vtrum bonitas fuerit in ipsa? ibid.
- Q. 88. Vtrum mansuetudo fuerit in ipsa? 71
- Q. 89. Vtrum benignitas fuerit in ipsa? ib.
- Q. 90. Vtrum fides fuerit in ipsa? 72
- Q. 91. Vtrum modestia fuerit in ipsa? ib.
- Q. 92. Vtrum continentia fuerit in ipsa? ib.
- Q. 93. Vtrum castitas fuerit in ipsa? 73
- Q. 94. Qualiter gratia gratis data fuerunt in beatissima Virgine? 75
- Q. 95. Vtrum viderit Angelos, & spiritalia per species proprias? ibid.
- Q. 96. Vtrum beatissima Virgo sciuerit omnes artes mechanicas? 77

- Q. 97. Vtrum sciuerit mechanicas multas subtiliores & nobiliores, sicut eas que sunt aurifrigis, & sericis operationibus, & subtilibus suturis, & texturis, & huiusmodi? ibid.
- Q. 98. Vtrum beatissima Virgo artes liberales sciuerit in summo? ibid.
- Q. 99. Vtrum sciuerit Grammaticam? ib.
- Q. 100. Vtrum sciuerit Rhetoricam? ibid.
- Q. 101. Vtrum sciuerit in summo iura civilia, leges, & decreta? ibid.
- Q. 102. Vtrum sciuerit Logicam? ibid.
- Q. 103. Vtrum sciuerit Physicam & Medicinam? ibid.
- Q. 104. Vtrum scientia quadrivales fuerint in beatissima Virgine? ibid.
- Q. 105. Vtrum sciuerit Musicam? 79
- Q. 106. Vtrum sciuerit Astronomiam? ib.
- Q. 107. Vtrum sciuerit Arithmetiam? ib.
- Q. 108. Vtrum sciuerit Geometriam? ib.
- Q. 109. Vtrum perfecte sciuerit Theologiam? ibid.
- Q. 110. Vtrum sciuerit materiam libri sententiarum? 80
- Q. 111. Vtrum sciuerit omnia? ibid.
- Q. 112. Vtrum beatissima Virgo habuerit fidem qua est gratia gratis data? 81
- Q. 113. Vtrum habuerit gratiam sanitatum? ibid.
- Q. 114. Vtrum habuerit operationem virtutum? 82
- Q. 115. Vtrum habuerit prophetiam? ib.
- Q. 116. Vtrum habuerit discretionem spirituum? ibid.
- Q. 117. Vtrum habuerit genera linguarum? ibid.
- Q. 118. Vtrum habuerit interpretationem sermonum? 83
- Q. 119. Vtrum conueniat beatissima Virgini, quod sit Apostola? ibid.
- Q. 120. Vtrum conueniat ei, quod sit prophetissa? ibid.
- Q. 121. Vtrum conueniat ei, quod sit Euangelista? ibid.
- Q. 122. Vtrum habuerit donum pastoris? ibid.
- Q. 123. Qualiter beatissima Virgo fuerit multifarie prefigurata? 84
- Q. 124. Vtrum fuerit prophetata? 85
- Q. 125. Vtrum fuerit annuntiata? ibid.
- Q. 126. Vtrum fuerit miraculose concepta? ibid.
- Q. 127. Vtrum fuerit in utero sanctificata? ibid.
- Q. 128. Vtrum beatissima Virgo habuerit speciales gratias qua circumstant conuersationem? 86
- Q. 129. Vtrum mortem praesciuerit? ibid.
- Q. 130. Vtrum Dominus matrem suam

a 3 inuita

Index Quaestionum.

- inaitatam deduxit? *ibid.*
- Q. 131. Vtrum beata virgo mortem sine dolore subierit? 87
- Q. 132. Vtrum statim in corpore, & anima assumpta fuerit? *ibid.*
- Q. 133. Vtrum fuerit a peccato immunis? 89
- Q. 134. Vtrum potuerit peccare? 90
- Q. 135. Vtrum habuerit pro privilegio, quod quolibet motu mereretur? 91
- Q. 136. Vtrum quolibet passione mereretur? *ibid.*
- Q. 137. Vtrum puritas in summo debeat assignari beatae virgini pro privilegio? 92
- Q. 138. Vtrum niteret secundum statum illam ex puritate scilicet qua sub Deo nequit maior intelligi? *ibid.*
- Q. 139. Vtrum simul vel successiue acciperet istam puritatem, quam in summo habuit? 93
- Q. 140. Vtrum mater gratia possit intelligi participari pure creaturae, quam esse matrem Dei? 94
- Q. 141. Vtrum si aliqua pura creatura esset pater Dei secundum humanitatem, etiam hoc plus ei esset hominē eū patri Dei, quam esse matrē? 95
- Q. 142. Qualiter istud privilegium quod est mater & virgo; ponatur inter privilegia gratiae, cum non videatur esse gratuitum? *ibid.*
- Q. 143. Vtrum Maria sit virgo virginū? 96
- Q. 144. Vtrum possit dici mater matrum, sicut virgo virginum? 97
- Q. 145. Vtrum et conueniat esse matrem omnium? *ibid.*
- Q. 146. Vtrum Maria apelletur stella maris proprie, vel translative? 99
- Q. 147. Vtrum dicatur porta caeli? 100
- Q. 148. Vtrum communicauerit passioni filii? 101
- Q. 149. An sicut Dominus in passione simul habuit gaudium summum, & summum dolorem, ita beatiss. virgo simul utrumque habuerit? 102
- Q. 150. Vtrum habuerit summum gaudium in passione filii? 103
- Q. 151. Vtrum fuerit exaltata super omnē creaturā in quarta hierarchia? 106
- Q. 152. Vtrum cum dicat Dionysius quod proprietates inferiorum habent superiores cum excellentia, & beatiss. virgo sit super omnes ordines Angelorum, vtrum habeat omnes proprietates omnium Angelorum? 107
- Q. 153. Qualiter beatiss. virgo habuerit cum excellentia proprietates singularum Angelorum, & singularum ordinum primae hierarchiae? 108

- Q. 154. Vtrum habuerit cum excellentia proprietates Archangelorum? *ibid.*
- Q. 155. Vtrum habuerit proprietates Principatum? 109
- Q. 156. Vtrum habuerit proprietates Potestatum? *ibid.*
- Q. 157. Vtrum habuerit proprietates Virtutum? *ibid.*
- Q. 158. Vtrum habuerit proprietates Dominationum? *ibid.*
- Q. 159. Vtrum habuerit proprietates Thronorum? 111
- Q. 160. Vtrum habuerit proprietates Cherubin? *ibid.*
- Q. 161. Vtrum habuerit proprietates Seraphin? 112
- Q. 162. Vtrum nomen reginae misericordia proprie conueniat beatae virgini? 113
- Q. 163. Vtrum habuerit privilegiorum sufficientiam? 114
- Q. 164. Quid nobis ex plenitudine gratiarum Mariae uenerit? 116
- Q. 165. Vtrum bene ponatur in saluatione Angelica, Dominus tecū? 119
- Q. 166. Vtrum bene ponatur: Benedicta tu in mulieribus? 120
- Q. 167. Qualiter ista benedictio, benedicta tu in mulieribus comprehendat in se omnes alias benedictiones? 122
- Q. 168. Quod ista benedictio comprehendat in se secundā benedictionē qua benedixit Deus Ada, & Eua Gen. 1. Crescite, & multiplicamini. *ibid.*
- Q. 169. Qualiter ista benedictio comprehendat in se benedictionem qua Isaac benedixit Iacob Gen. 27. Det tibi Deus de rore caeli? 123
- Q. 170. Qualiter ista benedictio comprehendat in se alias benedictiones quibus Iacob filiis suis singulis benedictionibus propriis benedixit. Gen. 49. *ibid.*
- Q. 171. Qualiter comprehendat in se benedictionem datam Zabulon? 124
- Q. 172. Qualiter comprehendat in se benedictionem datam Issachar? 125
- Q. 173. Qualiter comprehendat in se benedictionem datam Dan? *ibid.*
- Q. 174. Qualiter comprehendat in se benedictionem datam Gad? *ibid.*
- Q. 175. Qualiter comprehendat in se benedictionē datam Nephthali? 126
- Q. 176. Qualiter comprehendat in se benedictionem datam Aser? *ibid.*
- Q. 177. Qualiter comprehendat in se benedictionem datam Ioseph? 127
- Q. 178. Qualiter comprehendat in se benedictionem datam Benjamin? *ibid.*
- Q. 179. Qualiter comprehendat in se benedictiones illas quibus benedixit Balaam

Index Quaestionum.

- Balaam Israeli, quoad primam benedictionem? 128
- Q. 180. Qualiter comprehendat in se benedictionem secundam Balaam? *ibid.*
- Q. 181. Qualiter comprehendat in se benedictionem tertiam Balaam? 129
- Q. 182. Qualiter comprehendat in se quartam benedictionem Balaam? 130
- Q. 183. Qualiter comprehendat in se benedictiones quibus Moyses benedixit Israel precepta seruanti, ut continentur Deuter. 28. *ibid.*
- Q. 184. Qualiter comprehendat in se benedictiones dadas filiis Israel a Moyses, sicut in 33. Deut. continentur? 131
- Q. 185. Qualiter comprehendat in se benedictionem Iudae? 132
- Q. 186. Qualiter comprehendat in se benedictionem Lewi? *ibid.*
- Q. 187. Qualiter comprehendat in se benedictionem Benjamin? 133
- Q. 188. Qualiter comprehendat in se benedictionem Ioseph? *ibid.*
- Q. 189. Qualiter comprehendat in se benedictionem Gad? *ibid.*
- Q. 190. Qualiter comprehendat in se benedictionem Dan? 134
- Q. 191. Qualiter comprehendat in se benedictionem Nephthali? *ibid.*
- Q. 192. Qualiter comprehendat in se benedictionem Aser? *ibid.*
- Q. 193. Qualiter comprehendat in se omnes benedictiones simul? *ibid.*
- Q. 194. An congrue addita sint haec uerba, & benedictus fructus uteris tui? 135
- Q. 195. Quid importat hoc, Benedictus fructus uteris tui, & in quo differat ab aliis in saluatione praemissis? *ibid.*
- Q. 196. An benedictio fructus contineat in se benedictiones omnium, & maxime si habeat benedictiones omnium qua sunt in benedictionibus matris sua comprehendat? 136
- Q. 197. Quare saluatio Angelica tantum habuerit 10. dictiones, & non plures, vel pauciores? 137
- Q. 198. Quare turbata fuerit beatissima Virgo? 139
- Q. 199. Vtrum conuenienter dicatur, & cogitabat? 140
- Q. 200. Cum hic dicitur, Ne timeas, cur huiusmodi timor hic remoueat? *ibid.*
- Q. 201. Vtrum beatissima Virgo habuerit uerecundiam? *ibid.*
- Q. 202. Vtrum Deus ipse habuerit uerecundiam? 141
- Q. 203. Cum dicitur, Inuenisti gratiam, quid sit gratiam inuenire? *ibid.*

- Q. 204. Vtrum bene addantur haec uerba, Apud Deum? *ibid.*
- Q. 205. Cum dicitur, Ecce concipies, de quo facta sit conceptio tanquam de causa efficiente per appropriationem? 142
- Q. 206. De quo tanquam de materia facta sit ista conceptio? 143
- Q. 207. Quis modus concipiendi? 144
- Q. 208. Vtrum hac conceptio fuerit immediata a uirtute creata, uel increata? *ibid.*
- Q. 209. Quanto tempore Dominus fuerit in utero? *ibid.*
- Q. 210. Qualiter fuit egressus ex utero? *ibid.*
- Q. 211. Vtrum beatissima Virgo in conceptione habuerit dolorem, uel aliquam delectationem? 145
- Q. 212. Vtrum aliquam grauitatem habuerit B. Virgo in portande? *ibid.*
- Q. 213. Vtrum habuerit dolorem, uel delectationem in partiendo? *ibid.*
- Q. 214. Vtrum conuenienter dicatur, In utero? 146
- Q. 215. Vtrum uerbum incarnatum habeat unum solum nomen? *ibid.*
- Q. 216. Quis imposuerit illud nomen Iesui? *ibid.*
- Q. 217. Quando institutum fuerit illud nomen? 147
- Q. 218. Cui conueniat illud nomen? *ibid.*
- Q. 219. Vtrum Dominus per incarnationem suā factus sit paruus, uel magnus? *ibid.*
- Q. 220. Quare addantur haec uerba, Et filius Altissimi uocabitur, cum supra dictum sit, & uocabitur nomen eius Iesui? 149
- Q. 221. Vtrum quando dicitur, Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, per sedem David intelligatur regnum corporale, uel spirituale? *ibid.*
- Q. 222. Vtrum benedicatur, Et regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis? 150
- Q. 223. Vtrum Christus sit Rex Angelorum, & Ecclesiae triumphantis? *ibid.*
- Q. 224. An B. Virgo dixerit dubitando, Quomodo fiet istud? 152
- Q. 225. An bene dixerit, Vtrum non cognosco? 153
- Q. 226. An congrue dicatur, Spiritus sanctus superueniet in te? 154
- Q. 227. An congrue dicatur, Virtus Altissimi obumbrabit tibi? *ibid.*
- Q. 228. An congrue dicatur, Quod nascetur ex te sanctum, uocabitur Filius Dei? 155
- Q. 229. Cum dicitur, Ecce Elizabeth cognata tua, Quare, uel ad quid induitur? *ibid.*
- Q. 230. Vtrum bene dicatur, Non erit impossibile apud Deum omne uerbum? *ibid.*



INDEX

Capitum contentorum in libris de laudibus Beatae Mariae Virginis.

LIBER I.

In quo exponitur Angelica
Salutatio.

CAP. I. A VE Maria gratia plena, &c.	3
1. Ave Maria, &c.	6
2. Ave Maria, &c.	10
3. Grata plena.	16
4. Dominus tecum.	20
5. Benedicite tu in mulieribus.	23
6. Et benedictus fructus ventris tui.	27

LIBER II.

CAP. I. D E 40 specialibus causis, qua- re Maria servandum.	33
1. Quomodo benedicta Virgo servavit nobis in filio.	45
2. Quomodo debeamus servare Maria de corde.	59
3. Quomodo Maria sit servandum ex omnibus membris, & ex omnibus sensibus.	67
4. Quomodo Maria sit servandum de ore.	69
5. Que sit proprietas servorum Maria, & filij, & qualiter nos preparare debemus ad servitium eorum.	80
6. De festo eternitatis B. Maria.	84

LIBER III.

De duodecim privilegiis.

CAP. I. V irginia carnis privilegia.	87.
1. Privilegia Maria.	89
2. Maria prima virginitatis vestum emisit.	90

4. Maria sine corruptione fecunda.	91
5. Sine gravamine gravida.	92
6. Sine dolore puerpera.	ibid.
7. Virgo & mater.	ibid.
8. Virgo & mater Dei.	93
9. Peccare non potuit, ex quo Filium Dei concepit.	ibid.
10. Universas & singulas virtutes habuit.	94.
11. Sola Maria potest Christo ut filio materna auctoritate imperare. ib.	95
12. Martyr martyrum.	95
13. Super omnes ordines Angelorum exal- sata.	96
14. Coronata gloria ineffabili.	97

LIBER IV.

De virtutibus Mariae.

CAP. I. D E humilitate.	100
1. De simplicitate.	104
2. De timore.	105
3. De excellentia Maria.	ibid.
4. De pretiositate Maria.	109
5. De gloria Maria.	110
6. De honorificentia Maria.	111
7. De celsitudine Maria.	112
8. De virginitate Maria.	ibid.
9. De puritate Maria.	115
10. De verecundia Maria.	ibid.
11. De virginali fecunditate.	117
12. De conceptu virginis absque lesione virginitatis.	ibid.
13. De partu virginis sine dolore.	122
14. De fide Maria.	124
15. De spe Maria.	125
16. De charitate Maria ad Deum.	ibid.
17. De charitate ad filium.	129
18. De charitate Maria ad proximum.	131.
19. De charitate Maria ad proximum.	131.

20. De

Index Capitum.

20. De virtutibus Cardinalibus Maria.	132.
21. De paupertate Maria.	133
22. De divitiis Maria.	134
23. De largitate, & misericordia Maria.	137.
24. De pietate, seu compassione Maria.	139.
25. De benignitate Maria.	140
26. De suavitate Maria.	ibid.
27. De dulcedine Maria.	ibid.
28. De sanctitate & sanctificatione Ma- ria.	143
29. De obedientia Maria.	145
30. De omnipotentia Maria.	146
31. De sapientia Maria.	147
32. De taciturnitate Maria.	152
33. De subtilitate Maria.	153
34. De actione Maria.	ibid.
35. De actione, & contemplatione Ma- ria.	154

LIBER V.

De pulchritudine Mariae.

CAP. I. D E spiritali pulchritudine Maria.	156
1. De corporali pulchritudine Maria.	159

LIBER VI.

De appellationibus Mariae.

CAP. I. M aria Mater.	183
1. Maria amica.	187
2. Maria soror.	188
3. Maria charissima.	189
4. Maria filia.	ibid.
5. Maria sponsa.	191
6. Maria uxor.	193
7. Maria vidua.	194
8. Maria mulier bona.	ibid.
9. Maria virgo.	198
10. Maria virago.	199
11. Maria princeps.	ibid.
12. Maria Regina.	ibid.

LIBER VII.

Quomodo Maria designatur per
caelestia, & superiora.

CAP. I. M aria caelum.	204
1. Maria firmamentum.	208
2. Maria Sol.	209
3. Maria Luna.	212
4. Maria horizon.	215

6. Maria Lucifer.	ibid.
7. Maria Aurora.	ibid.
8. Maria diluculum.	219
9. Maria Mane.	220
10. Maria Lux.	221
11. Maria dies.	222
12. Maria nubes.	ibid.

LIBER VIII.

De his quae pertinent ad terram, &
possunt figurare Mariam.

CAP. I. M aria terra.	224
1. Maria arca.	229
2. Maria campus.	230
3. Maria ager.	ibid.
4. Maria Mons.	231
5. Maria collis.	233
6. Maria desertum.	ibid.
7. Maria petra.	234

LIBER IX.

De Receptaculis Aquarum, quae
figurant Mariam.

CAP. I. M aria fons.	235
1. Maria puteus.	237
2. Maria flumen.	238
3. Maria fluvius.	240
4. Maria torrens.	242
5. Maria Aqua.	242
6. Maria stagnum.	ibid.
7. Maria alveus.	ibid.
8. Maria stula.	ibid.
9. Maria lacus.	243
10. Maria hydra.	ibid.
11. Maria concha.	ibid.
12. Maria canali.	ibid.
13. Maria trames.	ibid.
14. Maria aqueductus.	244
15. Maria labium.	ibid.
16. Maria piscina.	245
17. Maria natatoria.	246
18. Maria vena.	ibid.
19. Maria latex.	ibid.
20. Maria cisterna.	ibid.

LIBER X.

De aedificiis quibus Maria figuratur
in biblia.

CAP. I. M aria arca.	247
1. Maria thronus.	252
2. Maria solium.	263
3. Maria ferculum.	264
4. Maria sella.	266
5. Maria	266
6. Maria	266

Index Caputum.

6. <i>Maria tribunal.</i>	267
7. <i>Maria sedes.</i>	<i>ibid.</i>
8. <i>Maria cathedra.</i>	268
9. <i>Maria scabellum.</i>	269
10. <i>Maria lectulus.</i>	<i>ibid.</i>
11. <i>Maria requies.</i>	170
12. <i>Maria habitatio.</i>	271
13. <i>Maria cellula.</i>	<i>ibid.</i>
14. <i>Maria nidus.</i>	<i>ibid.</i>
15. <i>Maria cella.</i>	272
16. <i>Maria Apotheca.</i>	<i>ibid.</i>
17. <i>Maria Gynophylacium.</i>	273
18. <i>Maria bibliotheca.</i>	<i>ibid.</i>
19. <i>Maria ararium.</i>	<i>ibid.</i>
20. <i>Maria genezeum.</i>	<i>ibid.</i>
21. <i>Maria locus.</i>	<i>ibid.</i>
22. <i>Maria horreum.</i>	274
23. <i>Maria pistrinum.</i>	<i>ibid.</i>
24. <i>Maria furnus, & clibanus.</i>	<i>ibid.</i>
25. <i>Maria fornax.</i>	275
26. <i>Maria caminus.</i>	<i>ibid.</i>
27. <i>Maria Palatium summi Imperatoris, & aula.</i>	<i>ibid.</i>
28. <i>Maria tabernaculum.</i>	<i>ibid.</i>
29. <i>Maria thalamus.</i>	278
30. <i>Maria domus.</i>	280
31. <i>Maria templum.</i>	286

LIBER XI.

De munitionibus, & nauigiis, quæ
possunt signare Mariam.

CAP. I. M aria ciuitas Dei.	265
2. M aria castrum.	309
3. <i>Item Maria castrum.</i>	312
4. <i>Maria villa.</i>	<i>ibid.</i>
5. <i>Maria turris.</i>	313
6. <i>Maria munitio.</i>	315
7. <i>Maria murus.</i>	<i>ibid.</i>
8. <i>Maria nanus.</i>	<i>ibid.</i>
9. <i>Maria Arca Noë.</i>	326


LIBER XII.

De horto concluso, cui sponsus comparat
Mariam in Canticis.

CAP. I. D e proprietatibus horti.	328
2. D e delectabilibus huius horti.	349
3. <i>De Aromatibus huius horti.</i>	353
4. <i>De floribus, & herbis huius horti.</i>	357
5. <i>De his que in incarnatione filij Dei à superiori descenderunt in hortum conclusum.</i>	370
6. <i>De Arboribus huius horti.</i>	391



RIVILEGE



PRIVILEGE DV ROY.

DOVYS par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre, à Nos Amez & feaux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlements, Maistres des Requestes ordinaires de nostre Hostel, Baillifs, Seneschaux, Preuosts, leurs Lieutenants, & à tous autres de nos Iusticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut : Nostre cher & bien Amé JEAN-ANTOINE HUGVETAN, le fils, Marchand Libraire à Lyon, Nous a fait remonstrer qu'il desireroit imprimer les *Oeuures d'Albert le Grand*, ce qu'il ne peut faire sans grand frais, desquels il craindroit d'estre frustré s'il n'auoit Nos lettres sur ce necessaires, lesquelles il nous a tres-humblement suppliés de luy accorder. A CES CAUSES, Nous auons permis & permettons par ces presentes, à l'Exposant d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter en tous les lieux de nostre obeissance ledit liure, en vn ou plusieurs Volumes, en telles marques, en tel Caractaire, & autant de fois qu'il voudra, durant vingt ans entiers & accomplis, à compter du iour que chaque Volume sera acheué d'imprimer pour la premiere fois : & faisons tres-expresses deffences à toutes personnes de quelle qualité & condition qu'elles soyent de l'imprimer, faire imprimer, vendre ny debiter en aucun lieu de nostre obeissance sous pretexte d'augmentation, correction, changement de titre, fausses marques ou autrement, en quelque sorte & maniere que ce soit, sans le consentement de l'Exposant ou de ceux qui auront droit de luy, à peine de quinze mille liures d'amande, payables par chacun des Contreuenans, & applicables vn tiers à Nous, vn tiers à l'Hostel Dieu de Paris, & l'autre tiers audit Exposant, de confiscation des Exemplaires contrefaits, & de tous depens dommages & interets, à condition qu'il sera mis deux Exemplaires dudit Liure en nostre Bibliotheque publique, & vn à celle de nostre tres-cher & Feal le Sieur Seguier Cheualier, Chancelier de France, auant que l'exposer en vente à peine de nullités des presentes. Du contenu desquelles Nous voulons que vous fassiez iouir plainement & paisiblement l'Exposant, ou ceux qui auront son droit, empeschant qu'il ne leur soit donné aucun empeschement, Voulons aussi qu'en mettant au commencement ou à la fin de chaque Volume dudit Liure, vn Extrait des presentes, elles soient tenuës pour dûement signifiées, & que soy y soit adioustée & aux coppies, collationnées par l'vn de nos Amez & feaux Conseillers & Secretaires, comme à l'Original. Mandons au premier Nostre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire pour l'execution d'icelles, tous exploits necessaires sans demander autre permission. **CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR**, nonobstant Clameur de Haro, Chartre Normande, & autres

autres lettres à ce contraires. Donné à Paris le neuvième iour de Novembre,
l'an de grace mil six cens quarante-quatre, & de nostre Regne le second.

Signé par le Roy en son Conseil.

CONRART.

Ledit Huguetan a associé au susdit Privilège Claude Prost, Pierre & Claude Rigaud,
Freres, & Hierosme de la Garde, pour en iouyr avec luy durans le temps porté
par iceluy, conformemens à leur Scrit du 7. Février 1644.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 6. Ianvier 1650.

D. ALBERTI



D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS
EPISCOPI, ORDINIS
PRÆDICATORVM,

MARIALE,

S I V E

Quæstiones super Euangelium,

Missus est Angelus Gabriel, &c. Luc. 1.

P R O O E M I V M.



LARA est, & qua nunquam marcescit sapientia, sicut scriptum est Sap. 6. & facile videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui querunt illam. Preoccupat qui se concupiscunt, ut ille se prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad eam, non laborabit: asidentem enim illam foribus suis inueniet. Cogitare ergo de illa sensus est consummatus: & qui vigilauerit propter illam, cito securus erit. Quoniam dignos se ipsa circueit querens, & in viis ostendit se illis hilariter, & in omni providentia occurrit illi. Item scriptum est Eccli. 24. Qui edunt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt. Huiusmodi ergo largiflua sponsonis subnixus fiducia, mitto manus in opus. Alias certe super meum ingeniolam & scientiolam meam me usum eleuarem. Scio autem, quod non est abbreviata manus Domini, sed adhuc omnia possibilis sunt credenti. Est autem opus quod acceptamus, Dominica Incarnationis exordium describens ac nostra redemptionis mysterium, quod in laudem & gloriam & honorem gloriosissima & solius verè honorata super omnem creaturam Virginis matris Dei, ipsius auxilij specialissima confidentia suscepimus. & in eiusdem misericordia tanquam in firmissima spes nostræ hincora, expectantes finem consummationis & primum laboris, qua est motrix voluntatis, & causa operationis, & inspectrix intentionis. Obsecro ergo in primis misericordiam Dei & omnipotentem Patrem misericordiarum, qui lucem inhabitat inaccessibilem, ut effugatis lumine sua claritatis erroris fallacia, falsitatis zizania, vanitatis gloria, det mihi verum intelligere & verum dicere de matre ipsius misericordia & veritate. Obsecro & eos qui presens opusculum forsitan dignabuntur inspicere, ut si quid in ipso ex sui forsitan, ut contingit, nonitate aures ipsorum tanquam dubium pulsauerit.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

A non

non facile ascribant temeritati, sed pascant potius simplici deuotioni. Non enim intendimus gloriosam Virginem nostris mendacis adornare, vel etiam stylo altiterno capacioribus intelligentiis aliquid noui aut magni cadere, & non gloriosam Virginem laudare, & nosmetipsos ostentare, sed radicibus & simplicibus mei similibus deuotionis munus per uerba simplicia ministrare. Mecum enim bene agitur, si quamuis nihil dignum reputatione de benedictissima Domina, tanquam indignus uita & minimus scientia, de mei pectoris ore protulero, occasionem tamen de ipsa scribendi & loquendi sapientibus subministrarem.

Præsuppo-
sitiones.

Et autem lector in huiusmodi operis materia minus laboris habeat, & continentiam ipsius plenius summam præcognoscat, quadam quasi principia præmittam, qua lucem sequentibus ministrabunt: & titulos postponam, per quos materia comprehendatur diuisa, & lectori illud quod de materia inspicere pro tempore uoluerit, expeditius demonstretur. Quicquid tibi occurrit in ratione faciendum, scias fecisse Deum tanquam bonorum omnium conditorem. August. de libero arbitrio: Cum Deus summam ut minimum bonum communicauit, communicauit omne communicabile alicui. Dionysius, Proprietates inferiorum habent superiores cum excellentia. Idem, Lex quidem hæc est diuinitatis sacratissima, per primam secundam ad suam diuinitissimam reducere lucem, &c. Item, Ad omne inconueniens in Deo sequitur impossibile. Et ad omne conueniens, cui maior ratio non repugnat, sequitur necessarium. August. Auctoritas fidem flagitat, & rationi præparat hominem. Ratio ad intellectum cognitionemque perducit. Quamquam nec auctoritatem ratio penitus deserat, cum consideratur cui credendum sit. Et certe summa est ipsius iam cognita atque perspicua ueritatis auctoritas. Item, Quærendum est rationi quid consentiat ueritati, si atque ipsa ueritas auctoritas, sine qua nec est nec ualeat auctoritas. Bern. Ibi unusquisque in sensu suo securus abundat, ubi aut certa rationi, aut non contemnenda auctoritati, quod sentitur non obsiat. Aug. 1. 2. lib. Conf. Dum quisquis conatur in Scripturis sacris id sentire, quod in eis sensit ille qui scripsit, quid mali est si hoc sentiat quod in lux omnium ueridicarum mentium ostendit uerum esse, etiamsi hoc non sensit ille quem legit, cum & ille uerum, nec tamen hoc senserit? Idem ibidem: Cum alius dixerit hoc sensit, quod ego religiosus me arbitror dicere, cur non utrumque potius, si utrumque uerum est? & siquid tertium, & siquid quartum, & siquid omnino aliud uerum quispiam in his uerbis uideat, cur non illa omnia uidisse credatur, per quem Deus unus sacras literas uera & diuersa uisuris multorum sensibus temperauit? Ego certe intrepidus de corde meo pronuntio, si ad culmen auctoritatis aliquid scriberem, sic malle scribere, ut quod ueris quisque de his rebus capere posset, mea uerba resonarent, quam ut unam ueram sententiam ad hoc apertum ponerem, ut excluderem alias, quarum falsitas me non posset offendere. Aug. ibid. Sensit Moyses in his uerbis, In principio, &c. atque cogitauit cum ea scriberet, quidquid hic ueris potissimum inuenire, & quidquid nos non potissimum, aut nondum possumus, & tamen in eis inueniri potest. Aug. sup. Genesim, quod nec in spiritalibus nec in corporalibus aliquid est uacuum. Beatissima Virgo à nullo illustrium vincitur in aliquo. Vnde lib. de natura & gratia. Cum de peccato agitur, nulla de ea fit quaestio. Anselmus in lib. de peccato & conceptu uirginali: Beatissima Virgo ea paritate nitetur, qua maior sub Deo nequit intelligi. Bernard in epist. ad Canonicos Lugdunenses: Ego puto, quod & uisitor sanctificationis benedictio in eam descenderit, qua ipsius non solum sanctificaret ortum, sed & uitam ab omni deinceps peccato custodiret immunem, quod alteri uicini in natis mulierum creditur esse donatum. Decuit nimirum reginam uirginum singulari privilegio sanctitatis absque omni peccato ducere uitam, qua dum peccati mortisque pareret redemptorem, munus uita & iustitie omnibus obtineret. Ei nullum bonum defuit, quibus pura creatura in statu uia capax fuit.

Libet. c. 19

Cap. 6 Ec-
cl. hierar.

Lib. de uera
religione
cap. 14.

Epist. 77 ad
Mag. Hug.
Cap. 18.

Cap. 37.

Cap. 38.

Cap. 18.
Epist. 134.

D. ALBERTI



D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS
EPISCOPI, ORDINIS
PRÆDICATORVM,

MARIALE,
SIVE
Quæstiones super Euangelium,

Missus est Angelus Gabriel, &c. Luc. 1.



QVÆSTIO I

PRIMO queritur, an necesse fuerit hanc missionem esse?

§. I.

ET VIDETUR, quod non. Inter quæcumque distantia est nulli, nulla necessaria est missio: sed inter Deum & beatissimam Virginem nulla est distantia: ergo nulla debuit interuenire missio. Minor pars: quia ipsa fuit dignissima creaturam, uisita regina Angelorum ab æterno electa & confirmata, iuxta illud, Ab initio & ante secula, &c.

Item, Missio est propter indigentiam: sed hic nulla fuit indigentia missionis: ergo nulla missio. Minor pars: Deus enim non indiget nuntio qui est ubique totus præsent. Beatissima Virgo etiam non indiget nuntio, quia immediate poterat accipere à Domino.

D. Alb. de Quæst. super Missus.

4 Item, Nuntius prius accipit nuntiarum, quam ille cui mittitur: ergo si fuit nuntiarum hic, prius descendit illuminatio ad Angelum, quam ad Virginem: ergo descendit inordinatè, quod est contra beatum Dionysium dicentem: Lex quidem deitatis sanctissima hæc, per primam secundam ad diuinitissimam reducere lucem suam. Vult enim per utrumque liberum arbitrium utriusque hierarchie, quod quicquid defluit ad inferiores, insinuat per superiores, & non è conuerso.

5 Item, Beatius est dare, quam accipere: ergo beatior est dans in quantum dans, quam recipiens: ergo nuntius beatorum fuisse beata Virgine.

6 Item, Sicut se habet finis ad finem, ita id quod est ad finem, ad id quod est ad finem: si ergo nuntiarum est supra nuntiarum per alius inproportionabiliter, & nuntius supra nuntium inproportionabiliter: & illa nuntiationes fiunt per Angelos: ergo ista debet fieri per superiorem omnium Angelorum: ergo Deus debebat istam reuelationem facere per scriptum.

7 Item, Maius est dare esse matrem Dei, quam dare fidem, spem, uel charitatem, quia illud includit istud in se: sed illud operatur Christus sine mysterio creature, per se, & minus est: ergo & illud quod maius est.

8 Item, Prophecia prædestinationis impletur sine nostro libero arbitrio, ut dicit Glossa super Matth. sed hæc nuntiatio de conceptione Filij Dei, est prophecia prædestinationis: ergo illa

non dependet à libero arbitrio : ergo nuntiatio non fuit necessaria propter consensum beatissimæ Virginis. Ex his ergo videtur, quod non fuit necessaria annuntiatio.

Contra.

IN OPPOSITVM arguitur : Alij Sancti sunt nuntii : ergo & Christus debuit nuntari.

2 Item, Non est aliquid laudabile nisi constitutum aliquo modo in libero arbitrio, sed fieri matrem Dei est laudabilissimum : ergo fuit necessaria missio vel nuntiatio propter consensum liberi arbitrij.

3 Item, In contractu matrimonij requiritur liberum arbitrium in persona copulanda : ergo in isto ultimo matrimonio debuit consensus beatissimæ Virginis requiri : ergo ad hoc necessaria fuit missio vel annuntiatio.

4 Item, Clandestinum minuit iura & privilegia matrimonij : sed istud matrimonium in nullo debuit esse diminutum : ergo non debet esse clandestinum : ergo necessaria fuit nuntiatio.

§. II.

Respon.

CONCEDIMVS, quod congrua & necessaria fuit ista nuntiatio propter quatuor. Propter Dei honorationem, angelicæ dignitatis ostensionem, beatissimæ Virginis commendationem, & ad nostram utilitatem. Deus honorabatur in ista annuntiatione tripliciter. Quantum ad potentiam : quia Angelus habuit in ministros. Quantum ad sapientiam, in eo quod modus liberationis nostræ modo perditionis nostræ directè obuiauit, scilicet in eo quod Virginem docuit per Angelum, sicut Angelus Virginem decepit. Quantum ad bonitatem, in eo quod de contingentibus nihil omisit in omni eo quod ad honorem matris suæ necesse fuit. Congrua ergo fuit ad Dei honorationem. Necessaria etiam fuit ad angelicæ dignitatis ostensionem, quæ similiter ostenditur in tribus. Primò, quia Angelus hæc nuntiando suum officium exercuit. Secundò, quia summam beatitudinem homini nuntiavit. Fuit etiam ad beatissimæ Virginis commendationem necessaria, quæ etiam in tribus consistit. Virtus enim Virginis manifestatur, meritum eius augmentatur, intus & extra illuminatur, & vnumquodque illorum triplicatur. Manifestatur enim virtus eius humilitatis in turbado, virtus discretio- nis in inquirendo, & virtus fidei in consentiendo. Meritum eius augmentatur in tribus, in credendo nuntio, in consentiendo nuntio, in humiliando se Deo. Intus & extra tripliciter illuminatur, in potentiis primis, medijs, & ultimis : in primis, id est, sensualitate per allocutionem & responsionem, in medijs per imaginationem & cognitionem, in ultimis per internam inspirationem. Et sic annuntiatio fuit utilis ad Virginis commendationem. Fuit etiam necessaria ad nostram utilitatem : ad hæc quoque tripliciter, ad fidei confirmationem, ad deuotionis accensionem, ad actuum informationem. Fides nostra confirmatur in eo quod origo & exordium processus nostræ redemptionis seri- tim & ordinatè describitur, & sancti Euangelij testimonio roboratur. Deuotio accenditur, cum

toti humano generi, mediante beatissima Virgine perfecta pax & reconciliatio nuntiatur, & humana natura Deo abiecta & Angelis inimica, à Deo etiam prior per Angelum saluatur. In hac annuntiatione actus nostri informatur per id quod beatissima Virgo gessit, quando ad ipsam Angelus venit, & per id quod respondit Angelo, & per id quod post receptionem plenitudinis gratiæ fecit, elegantissime instruitur qualiter audita debemus conseruare, qualiter nos debeamus ad recuperandam gratiam præparare, qualiter recuperatam gratiam augmentare, qualiter augmentatam conseruare. Et sic patet ad quæ, & ad quid necessaria fuit ista nuntiatio.

§. III.

NUNC ergo respondendum est ad obiecta. *Solutio obiectorum.*
Primò ad id quod dicitur obiiciendo, quod missio est distantium, dicendum quod distare secundum quod dicitur per oppositionem ad inhabitandum per gratiam, tunc contingit simul inesse cum inhabitatore respectu diuersarum gratiarum, ita quod Deus inhabitat per hanc gratiam, distat tamen quantum ad aliam. Vnde licet Deus inhabitaret Virginem per gratiam, distabat tamen per corporalem præsentiam. Ad aliud quod obiicit, Missio est per medium, dicendum quod est medium dupliciter accipere in operatione. Vno modo secundum quod medium accipit à primo, & influit vltimo, & habet rationem motiui respectu vltimi, vt dicitur in quinto physicorum, quod medium est in quod primum mutat mutans : & tale medium nobilius est vltimo, sicut sunt intelligentiæ apud Philosophos, aut Angeli apud Theologos. Alio modo est medium per quod tanquam per instrumentum est operatio. Et hoc medium quandoque est agentis ad agendam, & quandoque recipientis ad recipiendum, & hoc medium non est dignius vltimo, sicut securis, aut nuntius. Primo modo Angelus fuit medium quoad illuminationem sensitiuam secundum quam Angelus fuit superior beatissima Virgine, & nuntio Christo homine, sicut intellectiuum & sensitiuum. Secundo modo Angelus fuit medium quoad illuminationem intellectiuam in quantum mouebat & irradiabat beatissimam Virginem illuminatione sensitiua, sed ipsam illuminationem intellectiuam Deus per se infundit mediante intelligentia. Ex his patet solutio vsque ad vltimum argumentum, quo obiicitur, quod prophetia prædestinationis sine nostro libero arbitrio impletur, quod verum est sine nostro libero arbitrio operante, sed non sine libero arbitrio consentiente. Quod obiicitur de indigentia, solum est in distinctione.

QVÆSTIO II.

OST HOC queritur, per quem nuntium conueniebat fieri hanc annuntiationem.

§. I.

§. I.

ET VIDETVR, quod per hominem. Tribus modis videtur, quod per hominem. Primò per prophetiam verbaalem, vel realem. Secundò per annuntiationem. Tertio per digiti demonstrationem. Extrema fiebant per hominem. Ergo & media : quia media participant naturam extremorum.

2 Item, Angelus non ordinatur medius inter hominem & hominem, cum sit super hominem : ergo si extrema fiebant per hominem : ergo & media.

3 Item, Lex & propheta vsque ad Ioannem durarunt, qui fuit Propheta prophetando, & plusquam Propheta in demonstrando : ergo quicquid est citra demonstrationem, erit prophetario : sed annuntiatio erat citra : ergo debet fieri per Prophetam : ergo per hominem.

Contra.

IN OPPOSITVM huius arguitur : Nullus hominum fuit beatissima Virgine superior : sed inferioris est recipere à superiori : ergo ipsa non debuit illuminationem accipere ab aliquo homine.

2 Item, ista beatitudo quæ annuntiatim immediate beatissimæ Virgini, in ipsa & per ipsam annuntiatim toti generi humano : ergo homo fuit loco recipientis : ergo non debuit esse homo nuntius.

3 Item, Officium hominum est recipere, & Angelorum nuntiare : ergo, &c. Ex his patet quod homo non debuit esse nuntius.

§. II.

VIDETVR autem, quod Angelus debuit esse nuntius. Ordinariè enim & regulariter illuminationes descendunt à superioribus ad inferiora : sed humana natura est constituta sub angelica : ergo hæc debuit illuminari ab illa.

2 Item, Dionysius philosophus dicit, quod anima est substantia intellectualis illuminationum à prima causa descendentiæ, vltima relatione perceptiua : ergo illuminatione descendit à Deo ad Angelos, ab Angelis ad homines : ergo ista illuminatio fiebat per Angelum.

3 Item, Angeli sunt qui singulis præsent hominibus & præferuntur, aut vltius præficiuntur, & sunt immediate prælati hominum : sed denunciations & illuminationes descendunt à prælati in subditos : ergo videtur, quod per Angelum Virgini deputatam debuit fieri ista annuntiatio.

4 Item, Ecclesiastica hierarchia immediate ordinatur ad caelestem supra se : ergo supremum in Ecclesiastica, erit ad infimum in caelesti ordinatum immediate : sed beatissima Virgo est supremum in Ecclesiastica : ergo debuit illuminationem recipere ab infimo in caelesti hierarchia.

5 Item, Per eodem Euangelium appellatur Angelus, & ita videtur, quod fuit Angelus.

Contra.

IN OPPOSITVM huius arguitur : Illuminationes sunt superiores eis quos illuminant, sicut vult Dionysius per totum : sed Angeli non fuerunt superiores beatissima Virgine : ergo Angelus non debuit ipsam illuminare.

Ita.

2 Item, Quis est iste qui venit de Edom, D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

&c. vbi dicit Hieronymus, quod hæc quæstio est in persona minorum Angelorum ignorantium mysterium incarnationis : sed si ignorauerunt, ergo non nuntiauerunt.

3 Item alibi, Voluit ad me vnus de Seraphim. Si ergo de maioribus fuit vnus qui Prophetam ad prophetandam incarnationem purgabat, nequaquam de minoribus esse debuit, qui ipsam incarnationem nuntiabat.

§. III.

VIDETVR insuper, quod fuit Archangelus : quia nuntius ille fuit Gabriel, qui fuit Archangelus, vt Ecclesia supponit : ergo nuntius iste non fuit Angelus, sed ad minus Archangelus.

2 Item, Ioannes nuntius fuit per Archangelum : ergo & Dominus ad minus.

3 Item, Archangeli sunt qui maiora nuntiant, vt dicit Bernardus : sed illud fuit maximum nuntiatum : ergo debebat fieri per Archangelum.

4 Item, Bernardus : Putamus his præesse Archangelos, qui sunt conscij diuorum mysteriorum, qui non nisi ob præcipuas & maximas causas mittuntur, ex quibus illi Archangelus magnus Gabriel missus legitur ad Mariam, ob causam qua vtiq; maior esse non potest.

5 Item, Cuiuscumque est officium aliquod proprium, illius est in illo officio primum medium & vltimum : sed Archangelorum officium est reuelatio secretorum : ergo & ista reuelatio summorum secretorum pertinebat ad illorum officium.

§. IV.

VIDETVR autem, quod nuntius ille debebat esse de Principibus. Dicit enim Bernardus, quod principatus sunt, quorum moderamine & sapientia omnis in terra principatus constituitur, regitur, limitatur, transferatur, mutatur. Sed hic annuntiabant motu regni & sacerdotij, & electio principis te- nebrarum. Ergo debuit fieri per Principem.

2 Item, Secundum Dionysium Angeli sunt, qui singulis hominibus præsent, aut præficiuntur : Archangeli, qui Gentibus : Principatus, qui principibus : ergo cum beatissima Virgo nobilissima fuerit princeps, ei debuit fieri reuelatio per Principem.

3 Item videtur per proprietates Principatum, quas ponit Dionysius dicens : Manifestatur autem ipsa caelestium Principatum illud quidem deiformiter principale eductum cum ordine sacro & principalibus decentissimis virtutibus, & ad super principale principium eas vniuersaliter conuerti, & alias hierarchicè ducere ad illud ipsum, quantum possibile formari, principium principum. Sed in hac annuntiatione ducebatur beatissima Virgo hierarchicè ad super principale principium principum, quantum possibile fuit. Ergo debebat fieri per Principem.

§. V.

VIDETVR autem, quod adhuc superior debebat esse, scilicet de Potestatibus. Potestates

Lib. 5. de cōsideratione. cap. 4.

flares sunt, vt dicit Bernardus, quarum virtute potestas tenebrarum comprimunt. Hæc autem potestas principium tenebrarum maxime comprimebatur: ergo debebat fieri per potestates.

2 Item, Glossa dicit super Missus, quod ideo Gabriel fortitudo Dei dicitur, quia illum nuntiabat, qui ad debellandum diabolum veniebat. Hoc autem est Potestatum. Ergo fieri debuit per Potestates.

§. VI.

Ibidem.

VIDETUR etiam, quod debuit esse de Virtutibus. Dicit enim Bernardus: Virtutes sunt, quarum nutu vel opere signa & prodigia fiunt. Istud autem fuit omnium miraculorum miraculosissimum. Ergo debuit fieri per Virtutes.

2 Item, Vna proprietas Virtutum est secundum Dionysium largitas ad inferiores. Hic autem annuntiabatur maxima largitas, quia plenitudo gratiæ.

§. VII.

Cap. 8. de cōsideratione. lib. 5. hierar.

VIDETUR autem, quod debuit fieri per Dominationes, & hoc per proprietates ipsius assignatas à Dionysio, quæ sunt liberalis feueritas, minutius seruitutis superioritas, nullius subiectionis egestas, dissimilitudinis immunitas, dominandi ordinata potestas. Omnia ista exercebantur in opere Incarnationis, vbi nos Deus suæ gratiæ liberalitate, & suæ Passionis feueritate, ab indigna seruitute diaboli & peccati liberauit, & in libertatem filiorum Dei adoptauit, & ab omni contagione dissimilitudinis culpæ & pœnæ emundauit, & nos sibi in regnum & sacerdotium ordinauit. Ergo ista Annuntiatio debebat fieri per Dominationes.

§. VIII.

Cap. 7. de cōsideratione. lib. 5. hierar.

VIDETUR etiam, quod per Thronos debuit fieri. Et patet per proprietates Thronorum à Dionysio positas, quæ sunt celsitudo, regni circumdatio, stabilis collocatio, regni susceptio, regni delatio, familiaris apertio. Vnde Dionysius dicit: Ipsa altissimarum & comparatarum sedium nominatio docet omni diligenter exaltari ab ignominia subiectionis, & ad summum supermundanè sursum ferens, & ab omni extremitate ineffabiliter in sublimissimū & circa verè excelsum totis viribus immutabiliter & stabiliter collocatum, & diuini superaduentus in omni impassibilitate & immortalitate acceptiuum & desiderium, & familiariter in diuinis susceptiones apertum. Hæc autem omnia complexa sunt in beatissima Virgine, quando celsior omnibus creaturis ipsum Deum vteri sui gremio circumdedit, per quod se & nos in æterni regni solio collocauit, & regem gloriæ quem in se suscepit, per totum mundum communicauit, & tanquam familiarissima mediatrix totum mundum sibi reconciliauit, & per quam tanquam per coniunctissimum sibi medium omne bonum effluxit, & omne genus hominum per se tanquam per portas cœli ad summam familiaritatem Dei Patris introduxit, & per hoc quod ipsum Deum cum homine familia-

rissimè in vnam personam coniunxit. Hæc autem omnia annuntiantur in ista annuntiatione. Ergo propriissimè debuit fieri per Thronos.

§. IX.

Lib. 5. de cōsideratione. cap. 4.

VIDETUR autem, quod debebat fieri per Cherubin, vt patet per proprietates positas à beato Bernardo, qui dicit: Putemus Cherubin ex ipso sapientiæ fonte ex ore Altissimi haurientes, & refundentes fluentia scientiæ vniuersis ciuibus suis. Cum ergo hic annuntietur prima repletio fontis, qui creuit in fluium magnum & maximum, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei, vt pote plenus gratia & veritate, de cuius plenitudine omnes accepimus, imo ipse Filius Dei, qui est virtus & sapientia Dei, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei reconditi. Manifestum est ergo quod hæc annuntiatio pertinet ad Cherubin.

Cap. 7. de cōsideratione. lib. 5. hierar.

2 Item videtur per proprietates à Beato Dionysio positas, quæ sunt in circuitu esse reductiua, actiua, & exemplatiua. In circuitu, quia ad totum quod est intrant, reductiua vt ad Dominum tendant: actiua, vt ad eum excedant: exemplatiua, vt secundum suum exemplum hoc faciant. In hac autem annuntiatione Beatissima Virgo ita in circuitu fuit, quod magis coniungi Deo, nisi Deus fieret, non poterat. Reductiua etiam fuit, quæ omnem creaturam, quæ per peccatum cecidit, in pristinum statum ducit & reducit. Et in hoc actiua fuit: quia illum genuit, qui omnia regenerauit & reduxit. Item actiua fuit, quia ex ipsa & per ipsam & in ipsa quicquid Deus creauit, recreauit, quoniam omnium bonorum est mater. Est & exemplatiua, quæ omnis pulchritudinis & innocentie speculum ad primam pulchritudinem dirigit, & omnes aberrantes vt stella maris ad portum reducit. Hæc autem omnia hic annuntiantur. Ergo videtur, quod ad Cherubin pertinebat.

§. X.

Lib. 5. de cōsideratione. cap. 4.

VIDETUR etiam, quod Seraphin per proprietates positas à beato Bernardo qui dicit: Putemus Seraphin spiritus totos diuino igne succensos succendere vniuersa. Beata autem Virgo igne Sancti Spiritus ita totaliter fuit succensa, vt flamma ignis omnem etiam fomitem libidinis extingueret, & ipsum solem iustitiæ intra se continens, totum mundum illuminaret, & ad Dei amorem accenderet. Cum ergo ista fuit proprietas Seraphin, videtur quod ista annuntiatio pertineat ad Seraphin.

Cap. 7. de cōsideratione. lib. 5. hierar.

2 Item hoc videtur per proprietates assignatas à beato Dionysio, qui dicit: Prima igitur cælestium hierarchiarum ab excellentissimis essentis sanctificatur, ordinem habens omnibus altiore, hoc est, circa Deum immediatè collocatur: & primò operantes theophaniæ & perfectiones in eam tanquam in proximam principalis deferuntur. Et ita mobile eorum semper circa diuinum, & incessabile, & acutum, & superferuidum, intentæ & forsan intempe & inflexibilis semper motionis, & suppositorum reductiue & actiue exemplatiuum tanquam

§. XIII.

VIDETUR autem, quod adhuc superior nuntius esse debuit, scilicet Spiritus sanctus increatus. Hic enim annuntietur effectus summæ bonitatis: bonitas autem appropriatur Spiritui sancto: ergo debuit fieri per Spiritum sanctum.

2 Item, ista conceptio quæ hic annuntietur, attribuitur Spiritui sancto: dicitur enim, Conceptus de Spiritu sancto, licet tota Trinitas sit operata istam conceptionem: ergo mitti debuit Spiritus sanctus.

3 Item, Ad repletionem Apostolorum mittebatur Spiritus sanctus: ergo multò dignius ad plenitudinem beatissimæ Virginis.

§. XIV.

VIDETUR etiam, quod debuit mitti Filius. Filius enim, vt dicit Augustus, qui est sapientia, mittitur, cum cognitio de spiritualibus datur. Hic autem ipsa sapientia per seipsam totaliter infunditur. Ergo Filius mittebatur.

§. XV.

VIDETUR autem, quod Pater debuit mitti. Patri enim appropriatur summa potentia, quæ hic manifestatur in summo: ergo Pater mitti debuit. Minor patet. Magis enim manifestat potentiam recreatio quam creatio, licet vtrumque sit ex nihilo, quia in superiorem & in perfectiorem statum ordinatur recreatio quam creatio.

2 Item, In figura huius incarnationis legitur, quod dixit Sanson patri suo: Vidi mulierem de filiabus Philistinum, hanc queso accipe mihi in uxorem. Et infra: Descendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio suo Sanson coniunium. Si ergo Pater descendit ad accipiendum filio suo uxorem, videtur quod Pater sit missus ad annuntiandum incarnationem.

§. XVI.

Quo autem tota Trinitas mitti debuit, videtur per auctoritatem Damasceni supra positam, quod in Incarnatione monstrabatur potentia, sapientia, & bonitas simul: & illa appropriantur tribus personis: ergo tres personæ simul debebant mitti.

2 Item videtur per ipsum Euangelium, vbi dicitur: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi, &c. In quibus verbis omnes personæ tanguntur, per virtutem Filii, per Altissimum Patrem, Spiritus sanctus ponitur in litera.

3 Item, In annuntiatione Isaac, quæ fuit figura istius annuntiationis, dicitur quod apparuerunt tres viri, id est, tres Angeli in specie virorum, per quos datur Trinitas intelligi, quia dicitur, quod tres viri & vnus adorauit. Et ibi commemoratur Sara tria facta, id est, deitatem, animam, & corpus. Ergo Trinitas fuit missa ad annuntiandum incarnationem.

§. XVII.

quam secularis illa & resuscitans illa in similem caliditatem & ignem celitus, & holo-caustè purgatiuum, & incircumscissam, & inextinguibile, habentemque se sic semper luciformem & illuminatiuam proprietatem, omnis tenebrosæ obscuracionis persecutricem, & manifestatricem. Illa autem summa perfectio charitatis quæ hic describitur, ad Deum ascendendo, & ad proximum descendendo, completa fuit in beatissima Virgine in hac annuntiatione. Ergo manifestum est, quod debuit fieri per Seraphin.

§. XI.

ITEM videtur, quod omnes tres primi ordines debebant mitti. Primus enim ordo nomen habet à charitate, secundus à cognitione, tertius à potestate: sed hæc omnia hic in summo monstrantur ergo debebat fieri per omnes tres. Minor patet per Ioannem Damascenum, qui dicit: Magnum circa ipsum patet elementis pelagus. Nam & ipse opifex, conditor & Dominus, pro suo plasmate plasmationem suscepit; opere præceptor effectus est. Et quia spe diuinitatis, inimicus seduxerat hominem, carnis prætextu decipitur. Et demonstratur simul & bonitas & sapientia & iustitia & potentia Dei. Bonitas quidem: quoniam non despicit proprii plasmatis facturæque propriæ infirmitatem, sed miserans cadentem, ei manum porrexit. Iustitia: quia homine victo, non alio quam homine, fecit vinci tyrannum. Neque violentia à morte diripuit hominem: sed quem olim per peccatum in seruitutem redegerat mors, hunc bonus & iustus rursus efficit victorem & simile simili reparauit, quod opus erat. Sapientia: quia rei admodum dubiæ ac difficilis inuenit solutionem quantum decensissimam. Ergo cum hic annuntietur, in quo omnium istorum trium ordinum demonstratur proprietas, videtur quod omnes tres ordines debebant mitti.

§. XII.

VIDETUR autem, quod omnes Angeli debebant mitti: quia sicut se habet nuntians ad nuntiantem, & recipiens ad recipientem, & negotium ad negotiationem, ita debet se habere nuntius ad nuntium: sed omnia alia hic fuerunt in summo: ergo & ratio nuntij debuit hic esse in summo. Minor patet: non enim maior potuit esse nuntians Deo nuntiante, nec maior recipienti illa recipiente; quæ fuit sapientia in Ecclesia militante, & negotium non potuit esse maius & magis arduum nec vilitate nec dignitate nec nobilitate: ergo si omnia alia fuerunt hic in summo, & ratio nuntij debuit hic esse in summo: sed rationem nuntij arguerunt pluralitas: solemnitas enim est multos minere & magnos, quæ vnus quemlibet arguet. Ergo plures nuntij sunt magni & solennes, tanto plus solemnizatur annuntiatio: ergo si totum debet esse in summo, oportebat quod omnes mitterentur.

§. XVII.

AD HÆC soluentes dicimus, quod in hac annuntiatione triplex missio fuit, & etiam triplicis missionis ratio, vna Filij, secunda Spiritus sancti, tertia Angeli. Filij est duplex, vna qua mittebatur in carnem, & illa est incarnatio. Alia est, qua mittebatur in mentem, & illa est interior mentis illuminatio beatissimæ Virginis ad intelligendum & consentiendum verbis angelicis. Missio Spiritus sancti fuit ibi plenitudinis gratiæ infusio, id est, summa virtutum gratuitarum, prout in pura creatura esse potuit in via, perfectio. Missio Angeli fuit ibi intimationis, quia ipsa debebat esse mater Dei, & ideo congruebat ministerialis & exterior ad sensum delatio. Vnde Angelus non fuit illuminator, sed illuminationis interioris exterior delator & reuelator. Illius autem intelligentiæ cuius opus est in visione, Deus Trinitas per se fuit inspiratrix & interpretatrix, sicut & nuntiat inuentrix.

§. XVIII.

His habitis respondens ad obiecta, concedentes quod Filius mittebatur secundum quod dictum est, & Spiritus sanctus mittebatur secundum quod dictum est. Pater autem non mittebatur quantum ad Incarnationem, licet bene aliquod appropriabile sit Patri in Incarnatione. In conditione namque ad missionem alicuius personæ tria exiguntur. Primum est, quod aliquis effectus sit in creatura à tota Trinitate. Secundum est, quod ille effectus sit appropriabilis illi personæ. Tertium est, quod manifestetur processio illius personæ ab altera. Et sic patet, quod Pater non mittitur, prout mitti est idem secundum Augustinum quod cognosci ab alio esse: Pater autem non est ab alio. Eadem ratione tota Trinitas mitti non debuit: quia sequitur, si Trinitas mittitur, ergo Pater mittitur. Concedimus etiam rationes quæ probant, quod homo non debuit esse nuntius. Nec obstat, quod lex & Prophetæ vsque ad Ioannem durarunt. Ista enim annuntiatio non fuit ad demonstrationem Ioannis ordinata tanquam aliquod medium. Hæc enim fuit nobilior illa tanquam finis & complementum omnium reuelationum & apparitionum præcedentium propter præsentialem exhibitionem luminis, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et fuit completior in ratione illuminandi: quia etiam intus & extra illuminauit luce suæ deitatis mediante, qua testam nostræ mortalitatis accendit, & omnes tenebras profugauit. Ioannis autem demonstratio lumen non accendit, sed semiortis & lippientibus oculis solem digito ostendit: nec iam quasi secretum reuelauit, sed manifestum incredulis inculcavit. Plus ergo quam Propheta dicitur, non propter nobilitatem reuelationis, sed propter præsentiam lucis, quam non futuram prædixit, sed præsentem demonstrauit. Item concedimus, quod multi Angeli non debeant mitti, quia multitudo repugnat mysterij arcano. Non enim est arcanum, quod multis est cognitum: nec

est familiariter & amabiliter intimatum, quod prius est multitudini reuelatum. Consequenter concedimus, quod iste Angelus non fuit de maioribus, sed fuit Archangelus, & hoc in beatissimæ Virginis honorationem, quia si quis de superioribus mitteretur, ab ipso illuminari crederetur. De minoribus ergo mittitur, vt ostendatur quod Angelus tantum est negotij ministerialis intimator & exterior delator. Deus enim per se negotij est inuentor, saluationis dictator, intelligentiæ inspirator, & mentis ad consensum inclinator, & modi executionis expositor. Vnde Angelus requisitus de modo, ad Spiritum sanctum transmittit, dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus, &c. Nam beatissima Virgo, licet in aliis hoc non sit impossibile, nihil tamen interioris illuminationis accepit ab Angelo: & vt hoc Euangelista signanter exprimeret, & omnem contra hoc opinionem remoueret, ipsum qui reuera fuit Archangelus, per totum Euangelium non Archangelum, sed Angelum nominauit.



QVÆSTIO III.

EST HOC queritur, in qua specie Angelus apparuit?

§. I.

ET VIDETUR, quod in specie serpentina. Dicit enim Beda, Quia mors intravit per feminam, aptè rediit & vita per feminam. Si ergo congruebat similitudinem in aliis esse, scilicet vt femina esset principium saluationis, & principium perditionis: Angelus principium deceptionis, & principium illuminationis: ergo si serpens fuit instrumentum deceptionis, debuit esse instrumentum illuminationis: ergo Angelus apparere debuit in specie serpentina.

§. II.

VIDETUR autem, quod apparere debuit in specie columbina. Nam contraria contrariis curantur: ergo si deceptio fiebat per calliditatem serpentinam, illuminatio fieri debuit per simplicitatem columbinam.

§. III.

VIDETUR etiam, quod debuit fieri in specie humana. Aliz enim apparitiones fiebant in specie humana: ergo & ista, cum sit complementum & dignissima omnium aliarum. Item, Inter animalia Euangelica Mathæus habet faciem hominis, & plura scripsit de incarnatione Dei hominis: ergo species humana conuenit ad annuntiationem Incarnationis Christi hominis.

Quod concedimus.

§. IV.

AD OBIECTA autem soluentes, dicimus quod in specie serpentina non debuit esse illuminatio

§. I.

ET VIDETUR, quod in ætate puerili: Equia de eodem est nuntiatio, de quo processit prophetatio: sed prophetia est de puero: ergo annuntiatio est de puero: sed proprietatem nuntij debent secundum proprietatem nuntij taxari, vt dictum est, quod Gabriel idem appellatus est fortitudo Dei: ergo in specie puerili apparere debuit, quia puerum nuntiavit.

SED CONTRA: August. dicit: Nuntiare venit id quod erat supra naturam, & quod erat gratia, & non naturæ. Sed quod femina concipit, hoc est secundum naturam: quod autem femina circumdat virum in utero, erat supra naturam. Ergo Angelus annuntiabat virum: ergo in specie virili apparere debuit.

Item, Annuntiatio Isaac fiebat in specie virili: ergo & ista.

§. II.

VIDETUR autem, quod fieri debuit in specie iuuenili. Senex enim in quantum huiusmodi dicit defectum, similiter & puer, iuuenis autem dicit nouitatem cum perfectione: hic autem annuntiat ille qui fuit nouus secundum humanitatem, perfectus quoque secundum diuinitatem: ergo in specie iuuenili debuit annuntiari.

Item ad idem dicit Dionysius, quod inuenile significat inuouantem & semper vitalis virtutis perfectionem. Inuouantem, ecce uouitas humanitatis. Semper vitalis virtutis, ecce æternitas deitatis. Ergo inuenile nouum completitur humanitatis & æternum diuinitatis: ergo in forma iuuenili.

Quod concedimus.

AD CONTRARIUM autem respondentes, dicimus quod forma iuuenilis congruebat illuminationi, & non puerilis vel senilis. Puer enim nondum perfecte utitur discretionis virtutem & sensum. Senes deficiunt secundum sensum. Neutræ autem conueniunt illuminationi. Vbi autem necessaria est discretio sensuum & vigor organorum, ibi oportet esse conuenientem ætatem. Nec obstat eum puerum appellatum fuisse ab Isaac, cum eum etiam patrem appellat futuri seculi.



QVÆSTIO VI.

EST HOC queritur, in qua veste apparuit, cum alibi Angeli describantur vestiti?

§. I.

ET VIDETUR, quod in veste candida: Equia idem concipitur & mundicia, qui & postmodum sacris: ergo in candida veste & habita, annuntiari debuit: sed in resurrectione apparuerunt Angeli in vestibus albis: ergo & modo.

Item, Dicit Gregorius: Candida vestis signat incandescere futuræ solemnitatis. Sed hic fuit maximum festum quando diuinitas humanitas

miratio: quia cum illa non ordinetur ad illuminationem, sed plus ad deceptionem, cum in deceptione species serpentina congruet & persuasioni congruissima esset: quia, vt dicit Magister in sententiis, venit ad hominem in serpente, qui forte si permitteretur, in columbe specie venire maluisset. Er infra: Non ergo nisi per serpentem tentare permissus fuit diabolus, vt per illud quod foris erat, astutiam tentantis animaduertere femina quiret. Vnde August. Non est putandum, quod diabolus serpentem per quem tentaret elegerit, sed cum decipere cuperet, non potuit, nisi per quod animal posse permissus est. Vnde accidit, quod serpens fuit instrumentum deceptionis: non ergo esse debuit instrumentum illuminationis. Item in specie columbe venire non debuit. Beatissima enim Virgo sensibiliter ab Angelo illuminari debuit: illuminatio autem sensitua ad cognitionem fit mediante locutione: ergo medium illuminationis debuit esse locutionum: sed nullum sensituum est locutionum nisi solus homo: ergo debuit fieri in specie humana, vt sicut nobilissimum intellectuum erat quod illuminabar eam interior, vt puta Deus: sic etiam nobilissimum esset sensituum quod illuminabar eam exterior, puta homo.

Lib. 2. d. 11.

Lib. 11. super Gen. cap. 3.



QVÆSTIO IV.

EST HOC queritur, in quo sexu?

VIDETUR, quod in femineo. Assumptio enim formæ humanæ hic non erat nisi propter eam quæ illuminabatur: ergo quicumque sexus magis congruebat ei quæ recepit illuminationem, per illum sexum debebat fieri: hic autem sexus est femineus, nam congruentius loquitur feminae femina, virgo virgini, & sine perturbatione minori audit virgo virginem quam virgo virum: ergo in sexu femineo debuit fieri appellatio.

SED CONTRA: Super illud: Quæ cum cum audisset turbata est, &c. dicit Glossa: Proprium est virginum ad viri ingressus pauere. Ergo fuit vir.

Præterea, in omnibus operationibus aliis, quæ fuerunt figure istius annuntiationis, Angeli apparuerunt in forma virilis sexus: ergo & hic.

Quod concedimus, dicentes ad obiecta, quod sexus femininus non est illuminatio, sed magis illuminabilis secundum Apostolum qui dicit: Mulieres in Ecclesiis taceant, sed domi interrogent viros: caput enim mulieris est vir. Vnde cum illuminans in quantum talis dignior sit illuminato, potius illuminatio beatissimæ Virginis debuit fieri in sexu digniori.

Contra.

Responsio.

1. Cor. 14.



QVÆSTIO V.

EST HOC queritur de ætate, in cuius ætate specie apparuit?

humanitati in vnam personam copulata fuit. Ergo illud festum Angelus in candore vestis nunciare debuit.

3 Item, In transfiguratione apparuerunt vestimenta eius candida sicut nix, qualia non potest fullo facere super terram. Et dicit Glossa, quod tunc ostendit speciem qualem habuit per naturam. Ergo albam vestem per naturam.

S. II.

VIDETUR autem, quod sordidam & nigram habere debuit vestem. Zacharias enim vidit IESVM sacerdotem magnum indutum vestibus sordidis: & exponit hoc Glossa de inductione quæ facta fuit in Incarnatione: ergo & Angelus hoc annuntians debuit indui apparere in vestibus sordidis.

2 Item Psal. Concidiisti saccum meum, &c. Ergo Dominus in Incarnatione induit saccum nostræ mortalitatis, in quo tulit thesaurum nostræ redemptionis: ergo Angelus hoc annuntians debuit indutus esse sacco.

3 Item, Si in resurrectione apparuerunt Angeli in vestibus albis, quia annuntiauerunt Christum à passione absolutum: ergo in veste nigra annuntiare debuerunt incarnatum passurum.

S. III.

VIDETUR autem, quod in veste bicolorata: vnde in Cantic. dicit: Dilectus meus candidus & rubicundus, &c. Candor signat innocentiam, rubedo patientiam. Hoc autem proprie est Dominica vestis, ita quod nec angelica, nec humana. Angeli enim innocentiam, sed non patientiam habent: homines autem patientiam, & non innocentiam, omnes enim peccauerunt: ipse autem solus innocentiam habuit qui peccatum non fecit, & patientiam qui peccata nostra pepulit in corpore suo super lignum: ergo illa vestis sibi soli est propria: ergo Angelus hunc annuntians, debuit esse indutus veste alba & rubicunda.

2 Item, Homo quem vidit Ezechiel, qui figurabat Christum hominem, erat quasi species electri: electrum autem habet argentum quod est album, & aurum quod est rubrum: ergo Angelus hoc nuntians debuit esse indutus veste alba & rubicunda.

3 Item, Querentibus Angelis, Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus? Respondit Dominus: Ego sum qui loquor iustitiam, &c. Quasi diceret: Ego sum solus, qui habeo innocentiam. Et ipsi replicabant: Quare ergo rubrum est tinctum indumentum, &c. Quasi mirantes super decore albi & rubri, id est, innocentie & patientie: ergo illa est propria vestis Domini: ergo & Angeli, &c.

S. IV.

VIDETUR autem adhuc, quod vestis alba esse debuit: quia legitur in Ezechiele, quod vidit virum indutum lineis, & alios secum sex. Et exponit Gregorius, quod vnus solus indutus fuit lineis, id est, quod vnus solus sine peccato conceptus fuit.

AD SOLVTIONEM horum & similium ^{Responsio.} ^{Cap. 1. s. ca.} ^{lib. hier.} notandum quod dicit Dionysius de hac materia loquens: Est autem quando & in nos diuinorum iudiciorum sint symbola illa quæ acta sunt à sanctis Angelis organa. Aliis quidem declarantibus corrigentem disciplinam, aut punientem iustitiam. Aliis vero ab angustia liberantem, aut disciplinæ finem, aut prioris beneficentiæ præsumptionem, aut apparitionem aliorum donorum paruorum, aut magnorum sensibilium, aut inuisibilium. Et omnino forsitan non dubitat perspicax animus pulchre inuisibilibus adunare visibilia. Ex hoc autem colligitur, quod omnia quæ sunt circa formæ assumptionem, in qua fit apparitio, debent visibiliter declarare illud inuisibile quod primò & principaliter venit Angelus nunciare. Dico ergo, quod Angelus iste venire debuit in veste clara, & propter seipsum nuntiantem, & propter recipientem, & propter nuntiarum. Propter se: quia candor vestis innocentiam designat Angeli. Et propter hoc non congruit Angelo vestis alba & rubea: quia non est aptus natus habere innocentiam cum passione. Item quantum ad recipientem congruebat vestis clara: quia illa quæ concepit, sine peccato fuit, & sine peccato concepit eum qui peccare non potuit: inde totum album & nihil ibi de nigro fuit. Item sine libidine concepit, & sine dolore peperit: ergo sine rubedo libidinosæ & dolorosæ passionis ista conceptio & natiuitas consummata fuit: ergo cum Angelus iste primò & principaliter & per se non intenderet nunciare nisi Incarnationem, non debuit habere vestem rubricatam vel bicoloratam, sed tantum albam. Item quantum ad nuntiatum: hic enim annuntiatum ille qui primitias massæ nostræ accepit cum solutione pœnæ & immunitate culpæ: & sic in prima puritate & claritate. Item modus sumendi & procedendi in hac Incarnatione, fuit sine corruptione, sine diminutione, sine commixtione, sicut lux procedit de luce: ergo quoad omnia quæ fuerunt in hac annuntiatione, congruebat Angelum venire in clara veste. Omnes autem rationes & auctoritates quæ probant Dominum sacco vestiri, vel tunica polimita, vel candido vel rubeo vel vestimento sordidato, loquuntur de corpore Domini secundum statum passionis, & non secundum proprietatem Incarnationis.



QVÆSTIO VII.

OST HOC queritur, qua hora temporis facta fuit annuntiatio?

S. I.

ET VIDETUR primò, quod in ortu diei. Opus enim creationis incipit à luce Gen. 1. Fiat lux, &c. ergo multò fortius opus recreationis, quod est multò nobilior.

2 Item, In Incarnatione incipit dies gratiæ: omnis autem dies incipit à luce: ergo recreatio incipit à luce.

3 Item

3 Item, Ponitur in sententiis, quod sol factus fuit ex luce, siue nubeculis: sed creatio solis de nubecula est figura creationis corporis Domini de beatissima Virgine: ergo illa debuit fieri existente luce: ergo in die.

S. II.

QVOD AVTEM in meridie, videtur per figuram: quia dicitur in Genesi, quod Abraham sedit in ostio tabernaculi in sermore diei, quando annuntiatum fuit Isaac. Hæc autem annuntiatio fuit figura istius annuntiationis: ergo ista debuit fieri in meridie.

2 Item, Eodem die passus & incarnatus: ergo eadem ratione & eadem hora: sed passus fuit in meridie: ergo & incarnatus: sed statim ad annuntiationem sequebatur Incarnatio: sed Incarnatio erat in meridie: ergo & annuntiatio facta fuit in meridie.

3 Item, In meridie sol est in altissimo: sed sol in altissimo signat charitatem in summo: hic autem monstrabatur charitas in summo: ergo in meridie.

4 Item, Ioannes fuit annuntiatum in meridie, qui gessit officium luciferi: ergo multò fortius Christus qui fuit verus sol.

5 Item, Maria Magdalena venit ad monumentum, cum adhuc tenebræ essent. Glossa: Dicitur Maria venire in tenebris, quia adhuc in infidelitate fuit, cum ad Angelos venit: ergo per oppositum Angelus ad illam venire debuit in luce, quæ Maria fide & dilectione plena fuit.

S. III.

VIDETUR autem, quod in vespere fieri debuit ista annuntiatio: quia postquam venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, &c. ergo ista annuntiatio fiebat in vespere quando est plenitudo diei.

S. IV.

CONTRA videtur, quod in media nocte: quia dum medium silentium tenebant omnia, omnipotens sermo: inis à regalibus sedibus venit.

2 Item, Populus qui ambulabat in tenebris, &c. ergo nox fuit quando lux ista orta fuit, quia in die non ambulabatur in tenebris.

S. V.

AD HOC dicitur secundum auctoritatem scripturæ positam Dionysij, quod circumstantiæ annuntiantis debent exprimitur proprietates annuntiatæ. Vnde cum Angelus iste non annuntiauit tempus incitandi, nec statum, vel proprietatem eorum propter quos sequebatur, sed tantum istam incarnationem cum suis proprietatibus, illa autem incitatio cum se uenerit solus super terram, quod est incitatio diei, sine superstitionis suspitione tollenda, quod hæc annuntiatio fuit in ortu diei & non in vespere, quia non annuntiauit tempus incarnationis: nec in nocte, quia non annuntiauit statum

eorum propter quos sequebatur incarnatio: ergo auctoritas illa, Dum medium silentium, &c. tangit statum hominis qui fuit in Incarnatione verbi. Ad hoc autem quod obiicit de Abraham, quod sedit in ostio, dicimus quod per Abraham & sermorem diei significatur sermo ad desiderij, quem habebant sancti patres ad Incarnationem. Quod autem obiicitur de hora passionis, plus est ad propositum: quia sicut sole mundi ad occasum vergente congruebat verum solem relinquere mundum, ita decebat ut sole materiali oriente oriretur simul & sol iustitiæ. Ad id quod obiicitur, quod hic charitas monstrabatur in summo, & idè decebat in meridie concipi, dicimus, quod in opere Redemptionis, id est, in passione monstrabatur charitas in summo: sed Incarnatio sine passione non fuit opus Redemptionis. Vnde licet in se maior esset Incarnatio quæ passio, tamen summa charitas monstrabatur in passione, ipso Domino dicente: Maiorem dilectionem nemo habet, &c. Vnde non fuit summum augmentum quod recipere potest charitas in Incarnatione, quia augmentum, ut dicit Philosophus, est præexistens magnitudinis additamentum. Vnde magnitudini charitatis quæ ostenditur in Incarnatione, facta est additio charitatis, quæ est in passione, per quam charitas est vltima in lux perfectionis ostensione: hoc autem congruebat fieri in meridie. Et sic patet, quod aliud tempus congruebat passioni, aliud annuntiationi.



QVÆSTIO VIII.

OST HOC queritur de loco. Et dicitur Euangelium, quod fuit in ciuitate.

S. I.

CONTRA hoc sic obiicitur: Dominus extra ciuitatem passus fuit, natus, & sepultus, & resurrexit: ergo & concipi debuit.

2 Item, Dignior annuntiatio debuit fieri in loco digniori, vel ad minus in eoque digno: sed annuntiatio Domini dignior fuit annuntiatione Ioannis: illa autem in templo fuit: ergo & ista.

3 Item, Inter operationes locales & loca in quibus sunt attenditur proportio, sicut quia oratio dignior est quam negotatio, sic etiam in digniori loco, quæ oratio in choro, negotatio in foro. Vnde Augustinus & beatus Benedictus: in oratorio nemo staret, nisi orationem sic dicitur, quod nemo in aliquid aliud traheretur: quam quod Dei est: vnde Dominus in Euangelio: Dominus autem dicitur: Matthei 21 non vocaretur, sed in ista incarnatione completum fuit dignitas operatio quæ Dominica incarnatione. Ergo in dignissimo loco fieri debuit: ergo in templo.

4 Item

§. I I.

Responsio.

AD HOC dicimus respondendo, quod Dominus in omnibus factis suis principalibus, quæ in mundo gessit, quare in mundum venerit, ostendit: inter homines peccatores natus fuit, ante bouem & asinum iacuit, inter peccatores conuersatus fuit & cum ipsis comedit, inter latrones crucifixus fuit, peccatrici resurgens primò apparuit, in omnibus operibus suis ostendens, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Non ergo in mari qui locus est piscium, nec in aëre qui locus est auium, nec in campo qui est locus animalium agrestium, sed in ciuitate quæ est proprius locus hominum, concipi debuit, qui propter nos & nostram salutem descendit de caelo.

§. III.

Salus obieram.

QVOD AVTEM obiicitur, quod extra ciuitatem natus fuit, passus, & sepultus, & resurrexit. Dicimus, quod duplex fuit Christi natiuitas, in vtero, & ex vtero. Prima in seculo, secunda in manifesto. Prima congruit in mysterium, secunda in exemplum. In ciuitate namque concepi debuit & voluit, vt ostenderet, quod pro omnibus venit. In via autem natus fuit, vt ostenderet, quod sua vita nobis ad caelorum regnum via fuit. Extra portam passus fuit, ad ostendendum, quod per ipsius passionem non liberatur, nisi qui per conuersionem à peccato ad ipsum extra portam fuerit egressus. Quod autem obiicitur de templo. Dicitur quod locus non sanctificat hominem, sed homo locum: dignius est ergo templum in quo dignior est operatio, & in quo est dignioris habitatio. Sed in oratorio beatissimæ Virginis fuit dignissima habitatio, in quo dignissima & sanctissima omnium creaturarum habitauit, quam ipse Deus sanctificauit, & quam ipse sanctus sanctorum nunquam reliquit, quam Angelorum multitudo frequentauit. Exercebatur autem ibi nobilissima operatio, videlicet nobilissimæ & sanctissimæ orationis & contemplationis deuotissima & humillima oblatio. Dignus ergo fuit hoc oratorium illo templo Iudaico, in quo fiebat taurosum & vitalorum mactatio, thuris materialis fumosa accensio. Fiebat ergo ista annuntiatio in loco dignissimo. Similiter & Incarnatio fiebat in tempore sanctissimo, quia, sicut dicit beatus Bernardus, non fuit in terris locus dignior beatissimæ Virginis vtero, quæ, vt dicit beatus Augustinus, fuit Thronus Dei, thalamus regis caeli, tabernaculum Christi. Tabernaculum vtiq; illud quo Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Est & alia ratio, quod Dominus voluit in ciuitate concipi. Dominus enim quando de caelo descendit, non sine caelis, nec sine caelorum regno fuit, sed caelos caelorum, & regnum caelorum secum tulit. Hoc enim Iesus non fecit, quia sicut fulgur de caelo cecidit: nam descendit, & totum caelum ibi reliquit, ignem suum tantummodo secum detulit quocir-

Hebr. 9.

que vadit. Dominus autem id quod fuit, permansit, & ad Matrem veniens, de paternis bonis expulsus non fuit, vnde nunquam caelorum regnum deseruit: sed quando in vtero Matris fuit, ipsa Virgo sibi caelorum regnum fuit. De hac ergo ciuitate gloriosa dicta sunt: quia omnia quæ ad perfectionem ciuitatis ordinantur, in beatissima Virgine excellenter inueniri & de ea predicari possunt. Fuit enim fundata super humilitatem, murata per castitatem, turrita per charitatem, ditata per paupertatem, custodita per discretionem, libera immunitate peccatorum, pacificata victoria temptationum, ornata diuino munere perelegantium morum, ædificata in refugium peccatorum, virtutum vniuersitate populosa, omnium aquarum, id est, gratiarum fluminibus irrigua, abundans in multitudine miserationum, in alto sita per excellentiam priuilegiorum.



QVÆSTIO IX.

OST HOC queritur de regione in qua annuntiatus fuit. Et dicit Euangelium, quod in Galilæa.

§. I.

SEd CONTRA: Christus Iudæis promissus fuit & exhibitus: ergo in terra eorum concipi debuit.

2. Item, In Iudæa natus, passus, & sepultus fuit: ergo & in Iudæa nuntiari debuit.

3. Item, Ipse dicit: Non sum missus nisi ad oues domus Israël quæ perierunt: si ergo eis tantum missus fuit, inter eos concipi debuit.

4. Item, Salus ex Iudæis, & non ex Gentibus: ergo si dicitur, quod propter hoc Dominus in Galilæa natus fuit, quia Propheta hoc prædixit, Populus gentium, &c. hoc nihil videtur esse, cum non propter hoc impleta sit propheta, quoniam sic prædixit: sed idem Propheta prædixit, quoniam sic futurum fuit. Vnde vbiq; sic dicitur: Hoc autem factum est vt scriptura impleteretur, sensus est: Et sic scriptura impleta est.

§. II.

DICIMVS, quod annuntiatio & conceptio Dominica fieri debuit in Galilæa, & propter factum quod fiebat, & propter finem ratione cuius fiebat. Dominus enim incarnatus fuit, vt Iudæos & Gentiles saluaret. Et propterea in regione quæ ab vtriusque inhabitabatur, conceptio & annuntiatio fieri debuit. Quod autem ab vtriusque inhabitabatur, patet per Prophetam dicentem: Trans Iordanem Galilæa Gentium. Et per Euangelistam dicentem: Ascendit autem Ioseph à Galilæa à ciuitate Nazareth in Iudæam. Et sic in regione communi concipi voluit: non enim Iudæorum Deus est tantum, sed etiam Gentium.

2. Item

Responsio

Isa. 9.

Zov. 1.

§. II.

SVPER id quod dictum est, quare in Galilæa & quare in ciuitate concipi voluerit, dicimus quod etiam hoc nomen, Nazareth, congruebat, & quod in Galilæa esse debebat. Sicut enim diuina generatio, ita & humana, generationis floris de flore assimilatur. Flos enim pullulat de vno germine in decore, & odore cum spe vtilitatis in fructu. Similiter Filius secundum diuinam generationem procedit de vno qui est in caelis sine matre, & secundum humanam generationem, de vna in terris sine patre. Bene ergo in Nazareth conceptus fuit: quia sicut flos de flore sine virili commixtione de sua matre saluo virginis decore & matris vilitate processit. Vnde Bernardus: Semina diuinae generationis esse videntur allocationes & promissiones factæ ad patrem. Floruit ergo hoc semen in mirabilibus quæ sunt ostensa in exitu Israël de Ægypto. Conceptio autem ista huius feminis & horum florum fructus est IESVS incarnatus: in Nazareth, ergo annuntiat Christus nasciturus: quia in flore specialiter sperantur fructus processurus. Nomen ergo ciuitatis in qua concipitur, exprimit & statum temporis & finem operis ad quem venit. Cum enim Christus in Nazareth concipitur, hyems transit, tempus inuolutionis aduenit, fructus appropinquant, omnibus semen exhibuit, medicinam confecit, sensum refecit, coronandus pauperibus venit. Hæ ergo sunt proprietates florum, propter quas congruebat Christum in Nazareth concipi.

Responsio

Homil. 1. 10. per Nazareth

Alm. 1. 10. m. 10.

§. III.

Salus obieram.

QVOD AVTEM obiicitur, quod Iudæis solis promissus fuit, dicimus quod hoc falsum est: quoniam & Gentibus, sicut patet per omnes prophetas scribentes de vocatione Gentium. Concedimus tamen, quod solis Iudæis promissum fuerit, quod Christus de eorum semine nasceretur, & quod eis solis solutum sit. Et sic originaliter salus ex Iudæis venit, sed tamen non propter eos solos venit.

§. III.



QVÆSTIO X.

OST HOC queritur, in qua ciuitate Christus annuntiari debuit?

§. I.

Isa. 11.

ET VIDETVR, quod non debuit esse in Nazareth. David enim dictum est: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Ergo videtur, quod potius in ciuitate David concipi debuit quam in Nazareth.

1. Item hoc videtur per Michæam, qui dicit: Et in Bethlehem Ephrata, &c.

2. Item videtur per Isaiam: O Iudæa & Ierusalem, &c. Ergo videtur, quod ista annuntiatio debuit fieri in Ierusalem.

3. Item, Isaias primo: A Nazareth potest aliquid esse? Quasi diceret, Bonum quod expectamus, non venit à Nazareth, sed de Bethlehem: ergo, &c.

4. Item, Nulla propheta videtur habere, quod Dominus conciperetur in Nazareth.

Isa. 11.

SI CONCEDATVR, Contra: Egressio virga de radice Iesse, &c. Ergo videtur prophetam esse, quod Dominus in Nazareth concipi deberet.

1. Item, Postquam dixit Nathanael, A Nazareth potest, &c. Dominus quasi approbando & commendando dictum Isaiæ, ait: Ecce vultus Israël. Ergo videtur intellegendum, quod esset propheta de Domino incarnando in Nazareth.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

QVÆSTIO XI.

OST HOC queritur de hoc quod dicitur: Ad Virginem.

§. I.

ET VIDETVR, quod potius debuit dicere: Ad mulierem, hac ratione. Per istam genitricem debuit esse liberatio, per quam introiit dominatio, vt sicut per hominem operi, ita per mulierem vita: & sicut per feminam perditio, sic per feminam saluatio. Sed Eua licet virgo fuerit, per totum tamen appellatur mulier, vt agitur de perditione: nota ergo beatissima Virgo debuit appellari mulier, vt agitur de nostra liberatione.

B

1. Item

2 Item, Vbi cumque figuratur ista conceptio mulieris, & non virginis: ergo cum figura debeat respondere figurato, & e conuerso, hic ubi annuntiatu ista conceptio, deberet describi sub nomine mulieris. Maior & minor patent diuersimodè in multis locis. Proverbiorum ult. Mulierem fortem quis inueniet, &c. Illa fortis mulier est beatissima Virgo, quæ vltimos fines scilicet deitatem & humanitatem in vnam personam coniunxit, gignendo sapientiam, quæ attingit à fine deitatis vsque ad finem humanitatis fortiter. Item, Lucæ 11. Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam, &c. Constat, quòd illa quæ suscepit Dominum, fuit beatissima Virgo. Item, Benedicta tu inter mulieres, lahel dicitur in figura Domine nostre. Item Esther: Et dilexit eam rex super omnes mulieres. Item in Evangelio: Mulier miscuit tria fara. Illa mulier fuit beatissima Virgo quæ miscuit tria fara, id est, deitatem, animam, & corpus, & fermentum fuit Virginis fides, vt dicit beatus Bernardus. Et sic manifestum est omnibus figuris istius conceptionis, quòd Domina nostra describitur sub nomine mulieris: ergo & hic mulier debet nominari.

1. d. 1. c. 1. 2. d. 1. c. 1. 3. d. 1. c. 1.

3 Item Dominus in Evangelio frequenter appellat eam mulierem: & omnis sua actio nostra est instructio: ergo & Euangelista debet eam appellare mulierem.

Cap. 3.

4 Item, In hac annuntiatione impletur prophetia de Incarnatione Filij Dei: sed illa prophetatur expressissime per Ieremiam. Mulier, inquit, circumdabit virum. Si ergo ibi prophetatur sub nomine mulieris, ergo & hic debuit mulier nominari.

5 Item, Omnes alie natiuitatum annuntiationes fiebant vel ad viros tantum, vt Zachariz: vel ad mulieres & viros, vt in Isaac & in Samfone: ergo cum tota rota sit in medio rotæ, id est, Nouum Testamentum in Vereri Testamento, nulla annuntiatio fieri debuit ad Virginem.

§. II.

Item videtur, quòd annuntiatio hæc fieri debuit ad virum. Vnde Apostolus: Caput mulieris est vir. Vnde à capite descendit sensus & illuminatio ad corpus, & non e conuerso: ergo videtur, quòd à viro qui est caput, debeat descendere reuelatio ad mulierem.

1. Cor. 12.

2 Item, Dicit Apostolus: Mulieres in Ecclesiis taceant, sed domi interrogent viros suos. Ergo reuelatio debet innotescere mulieribus per viros.

1. Cor. 14.

3 Item, Post natiuitatem Filij Dei sic factum fuit, quando Angelus apparuit Ioseph in somnis, dicens: Tolle puerum & matrem eius, &c. vbi reuelatio fugæ videtur à Ioseph ad Dominum peruenire. Si hoc post natiuitatem Filij Dei quando ipsa dignissima fuit: ergo potius ante.

4 Item queritur: cum ista sit virgo singularis inter omnes, & multis priuilegijs dotata, quare non addatur nota singularitatis, vt dicitur ad virginem quandam.

AD hoc notandum, quòd initium peccati est à muliere in ratione mulieris. Eua enim in quantum virgo non perdidit nos, sed in quantum coniuncta fuit viro cum quo copulata generauit: quia sicut dicit August. peccatum originale in quantum sic, nascitur ex concupiscentia vulnere, quæ connexa est commixtioni seminum: cui vulnere subiaccere non debuit, quæ vt vulnus curaret, venit. Præterea generatio temporalis est imago generationis æternæ. Vnde sicut æterna est de vno manente incorrupto & indiuiso, ita generatio temporalis debuit esse de vna incorrupta, hoc est, de virgine. Et sic patet, quòd origini perditionis congruebat ratio mulieris, & origini saluationis ratio virginis.


Responsio.

§. IV.

Quod autem obiicitur, quòd omnes figuræ fiebant sub ratione & nomine mulieris, & omnes annuntiationes ad viros & mulieres factas, & non ad virginem. Dicendum est, quòd figuræ & prophetiæ semiplenam lucem continent omnes deficiunt ab ipsa luce. Vnde nulla figura in facto plenè potuit exprimere istam annuntiationem ad Virginem: quia nulla alia virgo conceptura vnquam fuit, & vsque ad Virginem hanc maledicta & opprobriosa virginitas fuit. Hæc autem Virgo opprobrium virginitatis abstulit, & virginitatem consecrauit: vnde ipsa initium beatitudinis virginitatis fuit: & sic est Virgo virginum, quæ sine præcepto & sine consilio sine exemplo gloriosum munus virginitatis Deo obrulit, pro quod per imitationem omnes virgines Deo Virgo generauit: ergo quicquid ante eam utilitatis vel dignitatis feminis attribui potuit, hoc sub ratione mulieris & non virginis fieri debuit, vt benedictio virginitatis benedictissimæ Virgini tanquam virginitatis matri pro priuilegio sibi proprio seruetur. Prophetiæ autem quæ de ipsa persona beatissimæ Virginis loquuntur, in excellentissimis prophetiis ipsam appellant modo virginem, modo mulierem. Virginem Iaias: Ecce virgo concipiet. Mulierem Ieremias: Mulier circumdabit virum. Ad signandum videlicet, quòd mater Dei habitura fuerat & virginitatis integritatem, & mulieris fecunditatem. Item quia virgo futura fuit quæ mulieris peccatum aboleuit, & sic quod ista virgo inter omnes virgines singularis fuit, vtputa nec primam habens similem nec sequentem, idèd sub nota singularitatis quandoque figuratur vt quoddam castellum, &c. & quædam mulier, &c. Sed quia ipsa verè sola virginitatem in summo habuit, vt infra patebit, idèd virgo sine additione antonomasticè nominatur. Fuit enim hæc Virgo causa & principium omnium aliorum Sanctorum summa virginitatis puritate, peccati immunitate, peccandi impossibilitate, virginitatem habens cum fecunditate, mater sanctissimi hominis, mater Creatoris, mater Dei & corporalis hominis, mater omnium hominum spiritualis, mater machine mundialis, mater angelicæ restitutionis.

Quod

Quod autem obiicitur, quòd ista annuntiatio debebat fieri mediante viro, respondeamus, quòd ad eundem pertinet annuntiatio, ad quem & generatio: vnde illi quorum generatio fuit ex commixtione viri & mulieris, illorum annuntiatio fieri debuit ad viros & ad mulieres. Illius autem annuntiatio debuit esse ad solam Virginem, qui solus natus est de sola Virgine. Nec Iosephi caput fuit beatissimæ Virginis, maxime quantum ad istam conceptionem, quæ non ab ipso in ipsam, sed tota à Spiritu sancto venit in ipsam. Quod autem post natiuitatem Filij Angelus Ioseph fugam nuntiavit, mysterium est, quod ante natiuitatem & conceptionem nihil ad Ioseph de illo filio pertinebat, sed post natiuitatem beatissimæ Virgini & pauperi Filio Dei, vnus saltem serui opera opus erat. Mittitur ergo Angelus Ioseph iniuncturus ei seruitium quod facturus erat: & quia facilis erat fidei & promptæ obedientiæ, seu illuminatione vt pote in somnis indignis, quam ab Angelo accepit, vt sciret quid faceret, non vt faciendum beatissimæ Virgini intimaret, quæ prius quam ipse sciebat quicquid ad eius beatitudinem vel operandi necessitatem pertinebat. Nec ad hoc aliquo indigebat interuentio vel homine vel Angelo: quia illum habebat in gremio, qui est Doctor & Magister in caelo.



QVÆSTIO XII.

Est hoc queritur, in quo actu beatissima Virgo fuerit, quando Angelus ei annuntiauit, hoc est, vtrum fuerit in actu contemplationis vel operationis?

§. I.

Cap. 30.

ET VIDETUR, quòd in actu contemplationis. Dicit enim Iaias: In silentio & spe erit fortitudo vestra. Sed Domina nostra maxime indigebat fidei fortitudine. Ergo debuit esse in silentio & spe: & hoc est esse in contemplatione: ergo fuit in contemplatione.

1 Item, Ducam te in solitudinem, & loquar tibi tecum. Per hoc tangitur status contemplationis. Ergo illi ad quos fit locutio Domini, debent esse in statu contemplationis.

2 Item, Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se super se. Ex hoc sic arguimus: motus non quocumque modo se habens mouet, neque mobile quocumque modo se habens mouetur: quia oportet vtriusque esse approximationem: sed Dominus appropinquauit beatissimæ Virgini descendendo: ergo ipsa obuiate debuit ascendendo: ergo debebat sic leuare se supra se: & hoc per contemplationem: ergo debuit esse in contemplatione.

3 Item Philosophus septimo physicorum: Anima sedendo & quiescendo fit prudens. Sed beatissima Virgo debebat sic fieri Virgo prudentissima, vt pote mater ipsius sapientiæ. Ergo congruebat ei sedere & quiescere, & hoc est esse in contemplatione.

4 Item, Nobilissima operatio congruebat D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

nobilissimo statui: sed hæc fuit nobilissima operatio, scilicet conceptio Filij Dei: ergo fieri debuit in nobilissimo statu: ergo in contemplatione.

6 Item, Si substantia super substantiam, & potentia super potentiam, & actus super actum: sed in hac annuntiatione beatissima Virgo in substantia eleuabatur ad summam propinquitatem cum Deo: nisi enim Deus fieret, non poterat altius eleuari quam quod esset mater Dei: ergo si substantia eleuabatur ad summum, tunc potentia & operatio debeuerunt eleuari in summum: ergo ipsa debuit esse in altissimo statu contemplationis.

7 Item, Dantis & recipientis debet esse adinuicem conuersio: anima autem duas facies habet secundum rationem: portionem superioris, & inferioris: inferioris quæ temporalibus pertractandis intendit, superioris verò quæ æternis consulendis inhaeret: ergo si Dei & beatissimæ Virginis tanquam dantis & recipientis debet esse adinuicem conuersio, necesse est, vt secundum illam partem operetur secundum quam ad Deum conuertitur: ergo fuit in contemplatione.

§. II.

CONTRA in Canticis dicitur: Cum esset in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Nardus figurat humilitatem: ergo videtur, quòd humilitas fuerit dispositio præparatoria beatissimæ Virgini ad Deum concipiendum. Hoc etiam dicit August. quòd humilitas nobis Deum genuit. Humilitas autem semper est in descendendo, semper enim recumbit in nouissimo loco: descensus autem est in actione, & ascensus in contemplatione: ergo beatissima Virgo esse debuit in actione.

2 Item, Qui se humiliat, exaltabitur: hæc proportio est per se: ergo & quando maxima est in actu exaltatio, tunc & maxima debet esse humiliatio in actu: sed in hac annuntiatione beatissima Virgo maxime exaltata fuit in actu: ergo & maxime tunc humiliari debuit actu: humiliatio autem in descendendo est, & contemplatio ascendendo: ergo non fuit in contemplatione, sed in actione.

3 Item Genes. Loquar ad Dominum meum, cum sim cinis & puluis. Ergo puluerizatio & incineratio qua se annihilat & humiliat homo Deo, est præparatio vt homo loquatur cum Deo & Deus cum ipso: sed hic Deus familiarissime locutus fuit beatissimæ Virgini: ergo hic maxime debuit incinerari & humiliari.

4 Item, Abscondisti hæc à prudentibus & sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Ergo qui desiderat reuelationem, oportet quòd se paruum reputet per humiliationem.

5 Item, Humilibus dat gratiam, hoc est, per se: ergo magis humili datur maior gratia: ergo summa gratia actu datur summe humili actu: sed hic dabatur beatissimæ Virgini summa gratia actu: ergo summe fuit humili actu: humilitas autem est in descendendo, sed contemplatio in ascendendo: ergo non debuit esse in actu contemplationis qui est in sursum, sed in actu humiliationis qui est deorsum.

ST CONSIDERATVR. Contra: Vidit Iacob B scalat

scalam, &c. Glossa dicit: Illi diuina conspiciunt, qui ab appetitu temporalium oculos claudunt: sed beatissima Virgo hic deformissimum affectum habuit: ergo maximè oculos à temporalibus clausit: ergo contemplationi & non actioni vacabat.

§. III.

CONCEDIMVS, quòd beatissima Virgo in actu contemplationis fuit, quando ei ista annuntiatio venit. Quod autem quæritur, per què actum ad istam gratiam maximè præparabatur. Dicimus, quòd beata Virgo in hac annuntiatione in summo puræ creaturæ eleuabatur causalitate in summam potestatem, quia Deum genuit: in summam dignitatem, per hoc quòd totius creaturæ per recreationem mater effecta fuit: in summam charitatem, quia Deo per hoc summe omni propinquitate propinquissima fuit. Vtpote quæ ipsius filia, mater, & sponsa fuit. Ad potestatem fides eleuabat eam, iuxta illud: Omnia possible sunt credenti. Ad dignitatem eleuabat humilitas, iuxta illud: Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Ad charitatem eleuabat charitas, iuxta illud: Ego diligentes me diligo. Item eleuabatur ad summam familiaritatem: & illam faciebat caritas, iuxta illud, Incorruptio facit proximum Deo.

§. IV.

AD OBIECTA respondemus, quòd ascensionem per contemplationem non contrariatur descensus per humiliationem: descendere enim ad opera actionis propter Deum, est ascendere per humilitatem ad Deum. Et hæc mutuo se consequuntur, quia quòd magis anima eleuatur in cognitione Dei, tantò magis descendit ad humiliationem sui. Vnde frequenter legitur in Prophetis, quòd quando diuina conspiciunt, in terram cadunt, & è conuersio quòd magis quis descendit ad humiliationem sui, tantò plus ascendit ad cognitionem Dei. Vnde in libro Numeri dicitur: Homo cuius obscuratus est oculus, qui cadit, scilicet per humiliationem sui: & sic aperitur oculi eius per Dei cognitionem. Et in Euangelio: Reuelasti ea paruulis, id est, humilibus: quia ubi est humilitas, ibi est sapientia. Et Apostolus: Qui vult sapiens esse, fiat stultus ut sit sapiens. Et Dionysius: Tenebræ occultantur à lumine, & magis à multo lumine. Et sic patet, quòd descensus per humiliationem non impedit ascensum per contemplationem. Vnde inter virtutes præparantes beatissimam Virginem ad istam conceptionem, fides præparabat rationabilem potentiam, humilitas iracundiam siue ardui appetituum, charitas affectuum, virginitas autem ex parte corporis præparabat virtutem generatiuam: & sic tota eleuabatur, quæ tota replebatur: tota gratificabatur, & tota glorificabatur. Si autem quæritur, utrum istis modis simul mouebatur? Dicimus, quòd non: sed alie virtutes præparabant suas potentias eleuando habitualiter: sed charitas tanquam forma aliarum & vincu-

lum perfectionis, ex parte beatissimæ Virginis fecit cõiunctionem actualiter. Vnde sicut charitas fuit complementum ex parte suscipientis, sic & complementum vltimum ex parte dantis & mouentis, ad dandum & mouendum ipsa enim, ut dicit Hugo de sancto Victore, Deum captiuatum & ligatum de cælo duxit in hunc mundum.

QVÆSTIO XIII.

QUÆSTIO XIII. OST HOC quæritur de hoc quòd dicit, Desponsata.

§. I.

VIDETVR enim, quòd beatissima Virgo non potuit legitime desponsari: ipsa enim habuit continentie votum, quòd obligabat eam ad continentiam: sponsalia autem obligant ad matrimonium: & matrimonium tempore debito ad soluendum debitum: ergo si obligabat se ad sponsalia, venit contra votum suum: & sic obligata fuisset ad opposita.

2. Item, Aut consensit in carnalem copulam, aut non. Si sic: ergo primam fidem irritam fecit: quia talibus non tantum nubere, sed etiam velle, condemnabile est. Si non consensit: ergo matrimonium nullum fuit.

3. Item conditio adiecta quæ est contra substantiam matrimonij, impedit matrimonium. Verbi gratia, Contraho tecum ut procures mihi venenum sterilitatis: hoc non esset matrimonium: quia procuratio sterilitatis est contra substantiam matrimonij, quia interimit bonum prolis: ergo est contra substantiam matrimonij: ergo impedit matrimonium. A simili, si dicam, Contraham tecum ut me nullo modo cognoscas, non videtur esse matrimonium. Ita nec videtur esse matrimonium, cui conditio continentie est adiecta. Ergo videtur, quòd ista desponsatio nulla fuit: quia non potuit sequi matrimonium.

SI CONCEDATUR. Contra sunt iura continentie. Et August. qui dicit, quòd matrimonium non facit copula, sed pactio coniugalis. Et quòd sanctiora sunt coniugia pari voto continentium, & multa similia.

§. II.

ITEM videtur, quòd si etiam esse potuerit, non tamen congrueret beatissimam Virginem desponsari. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: ergo in ista summa sancti Spiritus operatione nulla debuit esse fictio: ergo beata Virgo pro nupta se gerere non debuit, quæ Virgo innupta fuit.

2. Item, Matrimonium institutum fuit primò in officium causa prolis, secundò in remedium causa fornicationis vitandæ, ut dicit Apostolus: Vnusquisque suam uxorem habeat propter fornicationem. Sed propter neutram istarum congruebat esse in beata Virgine. Ergo videtur, quòd inutilis fuerit illa desponsatio.

§. III.

§. III.

AD HOC dicimus, quòd ista desponsatio utilis fuit & possibilis. Possibilis: quia licet beatissima Virgo haberet votum continentie firmum, tamen poterat consentire in maritalem societatem, facta tamen diuinitus inspiratione vtrique de altero, quòd vellet virgo permanere: & sic consensit in societatem maritalem, & non in copulam carnalem absolute.

§. IV.

QUOD tamen videtur dicere August. quòd consensit in carnalem copulam, non est intelligendum absolute, sed sic, si Deus vellet. Quod autem obijciatur, quòd iura dicunt de conditione adiecta contra substantiam matrimonij, intelligendum est de conditione inutili, illicita, & inhonesta. Condicio autem utilis, licita, & honesta, non impedit matrimonium. Vnde non est simile, votum continentie, & procuratio sterilitatis, & similia: cum etiam coniuges post copulam carnalem possunt votum continentie emittere: & si emiserint, tenentur obseruare. Et sic ista desponsatio est possibilis & utilis.

Fuit autem utilis ad multa. Primò ut matrimonium bonum esse ostendatur. Secundò ut Domina omnium bonorum & mater nullo bono priuaretur. Tertiò ut hostis fallatur. Quartò ut testis castitatis eius haberetur. Quintò ut origo Domine describeretur: quia non consuevit scriptura feminas genealogizare. Sextò ut ab infamia seruetur. Septimò ut poena caueatur. Octauò ut persecutio à Christo tollatur. Nonò ut Filius procreetur. Decimò ut Domine seruiatur. Vndecimò ut spirituale matrimonium significetur. Duodecimò ut parentes spirituales ostendantur. 13. ut humilitas virginitati coniungeretur. 14. ut occasio incuriosam virginibus tollatur. 15. ut Filius sui humilitas & charitas ostendatur, qui potius voluit fabri filius reputari, quam matrem infamari. 16. ut matris dignitas humilitati societur, ut quòd maior sit in omnibus, tantò fiat humilior, ut sit mater Dei & vxor fabri. Quod autem obijciatur de simulatione, dicendum quòd duplex est simulatio, scilicet deceptionis, ut in hypocritis: & simulatio humilitatis siue humiliationis, qua quis non solum vult mansuetus, vel etiam humilis reputari, sed etiam vultis prædicari. Primam simulationem effugit Spiritus sanctus, secundam inhabitat. Vnde Isaias: Super quem requiescet Spiritus meus; nisi super humilem & mansuetum corde? Quòd etiam obijciatur, quòd matrimonium debet esse causa prolis, vel causa vitandæ fornicationis. Dicimus, quòd hoc intelligendum est de matrimonio per carnalem copulam consummato. Istius autem matrimonij fuerunt cause, quæ iam dictæ sunt.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

QVÆSTIO XIV.

QUÆSTIO XIV. OST HOC quæritur de ætate in qua fuit quando contraxit cum Ioseph, & quando concepit Dominum.

§. I.

VIDETVR primò, quòd ad minus fuerit 12. annorum: hæc est enim legitima ætas ad matrimonium contrahendum: omnia autem facta sunt ritè circa illud matrimonium à Spiritu sancto ordinatum: ergo ætas legitima est seruata.

3. Item, Mirabilia sunt quæ Deo immediate operante fiunt, & quòd aliquid mirabilius, tantò laudabilius, aliis paribus: sed vite perfectio & virtutum consummatio mirabilior est in iuvene quam in sene: & quòd mirabilior, tantò laudabilior: ergo ubi erat laudabilissima, ibi erit mirabilissima: sed perfectio est mirabilior in iuvene, quòd persona est iunior: ergo beatissima in infima ætate qua huius gratiæ capax fuit, Deum suscepit.

3. Item, Quòd minus est debitum aliquid, tantò plus est gratum: sed minus debita est perfectio in iuvene quam in sene: ergo gratior est in iuvene quam in sene: sed in beatissima Virgine fuit gratissima: ergo fuit in ætate minima qua esse potuit: sed statim potuit cum consentire potuit: consentire autem potuit cum vltimo rationis habuit: ergo statim cum vltimo rationis habuit, istam gratiam suscepit.

4. Item, Eiusdem potentie & misericordie est gratiam dare & datam conferre: ergo quòd prius datur, tantò plus datur, iuxta illud: Qui cito dat, bis dat: sed Deus beatissimæ Virgini tantum dedit, quantum puræ creaturæ dare potuit: ergo, &c.

5. Item Ambrosius: Nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia: ergo ex parte dantis nulla fuit mora dandi: imò videtur affectare dationem: quia exultauit ut gigas ad currendam viam suam: ergo statim dedit quando susceptiuum capax fuit.

§. II.

CONTRA: Beatissima Virgo illuminabatur actualiter summa illuminatione, cuius creatura pura secundum statum vite capax fuit: ergo hoc debuit fieri quòd illuminabilis maximè secundum intellectum fuit: hoc autem est in senio: iuuenes enim vigent sensu, senes autem intellectu: ergo beatissima Virgo debuit illam illuminationem recipere in senectute.

2. Item, Figura conceptionis huius super naturalis in Virgine, fuit conceptus Saræ sterilis in senectute, quòd scilicet nonagenaria fuit: ergo si figuratum debet respondere figuræ, & ista conceptio debuit fieri in senectute: ergo & desponsatio quæ præcessit istam conceptionem.

3. Item, Non est congruum matrimonium inter senem & iuuenulam, sed inter iuuenem

& iuuenem, senem & senem. Et Ouidius:

Siquè veis, aste nubere, nibe pueri.

Illud autem matrimonium fuit congruentissimum: & Ioseph fuit senex: ergo & beata Virgo.

4 Item, Contra grauitatem bonorum morum & honestatem est acceleratio matrimoniorum: hic autem nihil fuit contra honestatem morum: ergo expectatum fuit tempus maturationis.

5 Item, A corpore beatissimæ Virginis formabatur corpus perfectissimum secundum naturam: quia ex tali tale, & ex magis tali magis tale: corpus autem perfectissimum non est secundum naturam ante statum 25. annorum: ergo corpus beatissimæ Virginis debuit ad minus esse 25. annorum quando Christum concepit.

6 Item, Consilium iuris est si dubitetur de quantitate numeri, aequaliter & ius & iudex debent medium numerum determinare. Verbi gratia. Si dubitetur utrum aliquis teneatur alteri 20. vel tantum deceni, iudex solui faciet 15. ergo à simili in proposito, si dubitatur quando facta fuit ista conceptio & dispensatio, determinandum est tempus medium inter primum & vltimum tempus, quo talia consueverunt celebrari. Primum autem tempus est 12. annorum, vltimum autem vt in pluribus quinquaginta annorum, horum autem medium 31. Et ergo videtur, quoddam circa illam ætatem beatissima Virgo esse debuit quando ista in ea fiebat.

§. III.

Ref. 110.


SUPPONENDO, quoddam in beatissima Virgine fuit omnis congruentia, tam ex parte naturæ, quam ex parte gratiæ ad hoc vt mater Dei fieret, credimus concedendo, quoddam Deum concepit tali ætate, qua perfecta fuit statu corporis & quantitate, & quod circa eandem quantitatem ætatis dispensata fuit tantum quantum sponsalia solent matrimonium præcedere, videlicet circa duos menses.

§. IV.

Sc. 110. Nit. 110.

QUOD AUTEM obiicitur, quoddam laudabilior & mirabilior esset in iuuentute ista perfectio conceptionis. Dicimus, quoddam cum nihil sit laudabile nisi aliquo modo dependeat ab arbitrii libertate, non statim illud fieri debuit, cum beatissima Virgo libero arbitrio uti potuit: sed interuenire debuit temporis protractio, in quo proueniret meritum accumulatio, & emundationi quam acceperat in vtero, succederet maior de puratio & virtutum exercitatio, vt in omnium virtutum apicem sublimata, de congruo & singulari suo merito, mundo subueniret perditio, Saluatorem gignendo. Et sic patet, quoddam non statim Deus hoc donum dedit, cum eius beatissima Virgo capax fuit. Sed quia non tantum dedit, sed etiam congruentissimo modo dedit, tunc dedit statim deinde cum succederet congruentissimo modo capax fuit, vt non esset tantum lacum optatum & donum perfectum, sed etiam modo perfectissimo da-

tum. Nec illa velocitas donum duplicat, quæ temporis congruitatem anticipat, sed à datore modum dandi deformat, & à recipiente gloriam minuit, & dignitatem recipiendi ab ipso excludit.



QVÆSTIO XV.

POST HOC quæritur de pulchritudine beatissimæ Virginis, utrum pulchritudinem corporalem habuerit?

§. I.

ET VIDETUR, quoddam sic. Figura enim siue signum debet habere similitudinem cum signato: sed omnes mulieres beatissimam Virginem significantes, testis Scriptura, pulcherrimæ fuerunt: ergo & beata Virgo. Minor patet: quia quatuor mulieres inueniuntur beatissimam Virginem expressissimè figurantes, Esther coniugata, Iudith vidua, Rachel & Rebecca virgines. De Esther scribitur: *Erat autem Esther pulchra valde incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur.* Similiter de Iudith legitur: *Erat autem eleganti aspectu nimis.* Item, Considerabant faciem eius, & erat stupor in oculis eorum: quoniam eius pulchritudinem mirabantur nimis. Item, Non est talis mulier super terram in aspectu & pulchritudine & sensu verborum. Simili modo de Rebecca legitur, quoddam erat puella decora nimis virgineque pulcherrima & incognita viro. Item de Rachel, quoddam erat venusta facie, & decore aspectu nimis. Et vniuersaliter Scriptura laudat omnes mulieres de pulchritudine beatam Virginem significantes. Ergo & beata Virgo pulchra fuit.

2 Item, Corpus ordinatur ad animam, vt supra dictum est, quoddam nobiliori animæ debetur nobilior corpus: ergo pulchritudo corporis dependet à pulchritudine animæ: ergo vbi perfectissima pulchritudo animæ, ibi & perfectissima corporis debuit esse pulchritudo.

3 Item, In Ecclesiastico summa pulchritudo spiritualis, & hoc per symbola corporalia: Illa autem scriptura specialiter & antonomastice exponitur de beata Virgine: ergo illa quæ ibi dicuntur, specialiter & antonomastice conueniunt beatissimæ Virgini: ibi autem per pulchritudinem exteriorem dicitur intellectus ad interiorem: ergo in beatissima Virgine debuit esse pulchritudo interior & exterior.

4 Item, Pulchrum & bonum additum pulchro & bono facit magis pulchrum & bonum: ergo pulchritudo & bonitas exterior addita pulchritudini & bonitati interiori, facit magis pulchrum & bonum: sed beatissima Virgo omnibus puris creaturis optima & pulcherrima fuit: ergo habuit pulchritudinem exteriorem & interiorem.

5 Item, Ecclesia canit in prosa: Castissima corpore, sanctissima moribus, omniumque pulcherrima Virgo virginum.

6 Item, Corpus humanum est nobilissimum omnibus corporibus brutorum propter vni-

§. I.

CONTRA: In Prouerbiis dicitur: Fallax gratia & vana est pulchritudo: sed in beata Virgine minimum, imo nihil fuit de vanitate: ergo nec pulchritudo.

2 Item, Pulchritudo mulieris occasio est magni mali. Vnde Ecclesiasti. Virginem ne conspicias, ne scandalizeris in pulchritudine eius. Item propter speciem mulieris multi perierunt. Vnde Iob: *Pepigi sædus cum oculis meis, vt nec quidem cogitarem de ipsa virgine.* Sed beatissima Virgo omnibus debuit esse causa saluandi, & nulli causa pereundi. Ergo non debuit esse pulchra corporaliter.

3 Item, Quanto plures sunt causæ humilitatis, tanto fortior & maior humilitas: ergo quæ summam habuit humilitatem, omnes causas habere debuit humilitatis: sed factus inest pulchris, &c. deformitas autem est causa humilitatis: ergo beatissima Virgo debuit esse deformis.

4 Item, Dominus in Incarnatione exinaniuit seipsum, & sic maximam ostendit humiliationem: sed maior humilitas est carnem accipere de deformi quam de pulchra: ergo Dominus nasci de deformi debuit.

§. II.

RESPONDENDO dicimus, quoddam sicut Dominus noster Iesus Christus fuit speciosus forma per filios hominum, ita beatissima Virgo pulcherrima & speciosissima fuit inter filias hominum: & quod ipsa habuit summam & perfectissimum gradum in pulchritudine, qui esse potuit in mortali corpore secundum statum viæ, operante natura. Quod autem Evangelium nihil scribit super eo, plures possunt esse causæ. Vna, cum Domina nostra posita sit in speculum & exemplum saluos fieri, non vult eam laudari à talibus quorum appetitus inordinatus vel abusus multis est causa pereundi. Alia causa est, quoddam Scripturæ sufficit sub silentio quasi per locum à minori inferre, quoddam quicquid vnam bonitatis vel pulchritudinis in aliquo sanctorum fuerit, in ipsa credamus minimè defuisse. Vnde Scriptura magis laudat eam, hoc tacite supponendo, quam verbotenus explicando: tacendo enim pro reuerentia regulam nobis tradidit infallibilem, quoddam quicquid boni vel laudis in aliis fuerit, hoc de ipsa minimè oporteat dubitari, nec in quæstionem venire debeat quoddam nefas est dubitare. Item sicut Angeli supermi à donis nobilioribus laudantur & denominantur, & non ab inferioribus, quæ tamen in ipsis esse nullatenus dubitatur: ita & beatissima Virgo donis spiritualibus plenissima, bonis gratissimis & nobilissimis ita occupat & implet animas laudantium Evangelistarum, quoddam eorum admiratione quasi obliuiscantur bonorum corporaliū. Item cum rota sit in medio rotæ, Evangelium magis respicit & tractat spiritualia, vetus lex corporalia: proprium ergo Evangelij de gratuitis & spiritualibus laudare, proprium Veteris Testamenti carnalia siue corporalia commendare. Ideo Domina nostra in Veteri Testamento de pulchritudine

nem ad animam rationalem: ergo nobilitas in corporibus intenditur ad nobilitatem animæ ad quam ordinatur: forma enim & materia debent esse proportionabilia: sed anima beatissimæ Virginis fuit nobilissima post animam Filij Dei: ergo & corpus eius erit nobilissimum & pulcherrimum post corpus Filij Dei.

7 Item, Corpus vnitum diuinitati, perfectissimum est in pulchritudine, ita etiam, quoddam Angeli desiderant in ipsum prospicere: ergo corpus immediatè ordinatum ad ipsum, erit secundo loco pulcherrimum: hoc autem est corpus matris, vnde formabatur illud quoddam diuinitati vnicebatur: ergo erit illud secundo loco pulcherrimum.

8 Item, Philosophus diffiniens naturam, dicit quoddam est vis insita rebus ex similibus similia procreans: nisi ergo natura impediat vel erret, filius similis erit patri vel matri: ergo qui nascitur de matre & non de patre, & tali operante qui non potest impediri vel errare, ibi necesse est filium similem esse matri, & è conuerso: sed ipse pulcherrimus: ergo & ipsa pulcherrima.

9 Item, Qui viderunt Veronicam, dicunt quoddam gratiosissimam & pulcherrimam faciem repræsentat.

10 Item, Ordo inest rebus naturalibus: & in corporibus humanis natura facit aliquod pulchrum, & aliquid pulchrius: ergo & aliquid pulcherrimum debet esse secundum naturam: natura enim aliquem habet terminum ad quem potest, & non vltra illum: ergo aut alicubi contingit, aut nusquam. Si nusquam: ergo deficit respectu suarum operationum: hoc est falsum: quia dicit Philosophus, quoddam natura non abundat in superfluis, nec deficit in necessariis: ergo natura alicubi habet suum summum. Corpus autem naturale quandoque formatur à corpore naturali, ipsa natura operante naturaliter immediatè & per se, aliquando operante Deo supernaturaliter: ergo alicubi summum est in corpore humano, Deo operante: & alicubi summum, natura operante. Et sicut natura operans est immediatè sub Deo operante, ita summum naturale operantis est immediatè sub Deo operante. Sicut ergo corpus Christi, quoddam Deus per seipsum formauit, est perfectissimum & pulcherrimum in natura quoddam Deus potuit facere secundum statum viæ: ita corpus beatissimæ Virginis ad hoc immediatè ordinatum, erit pulcherrimum secundum statum viæ quoddam natura facere potest se operante.


11 Item, Dams dicit, quoddam ipsa à nullo illustrius superatur: sed alie virgines & sancti laudantur de pulchritudine corporali, quando est coniuncta cum spirituali, vt est illud: Pulchra facie, sed pulchrior fide. Et similiter in prædictis mulieribus Veteris Testamenti. Ergo beatissima Virgo omni laude digna, imo dignissima, debuit de vtraque pulchritudine laudari.

12 Item, Castitas est laudabilior in pulchris, sicut è conuerso deformitas & incontinentia vniuersabilior in deformibus: sed beatissimæ Virginis castitas fuit laudabilissima: ergo ipsa pulcherrima.

commendatur corporali per figuras, in Nouo Testamento de ipsius perfectione per Angelos, Apostolos, & Euangelistas: raro enim vel nunquam in Nouo Testamento inuenitur, quod aliquis de pulchritudine corporali commendatur.

§. IV.

QUOD autem obicitur de mali occasione. Respondemus, quod pulchritudo corporalis simpliciter in tuo genere bona est. Nihil autem ad eum bonum est, in quo non contingat malos scandalizari, qui non tantum in Christo homine scandalizabantur, sicut scriptum est, Et scandalizabantur in eo: sed etiam in ipso Deo scandalizabantur, unde super illud, Quam bonus Israel Deus, &c. Glossa dicit: Perueris autem peruerius esse videtur. Talis occasio mali siue scandalii passui non est vitium bonam naturam habentis, sed culpa est patientis. Sicut ipsi demones in Dei iustitia scandalizabantur, sicut scriptum est: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Nec propter hoc debet non esse iustitia si demones, vel mali scandalizentur in ipsa, maxime cum boni adfuerint inde, unde mali scandalizantur. Congrua ergo fuit pulchritudo beatissimæ Virginis, & ad suipius commendationem, vt naturam perficeret, & gratiam augmentaret: quia forma pudicitie rara, sed apta comes. Et ad nostram edificationem & deuotionem: pulchra enim est casta generatio cum claritate. Et ad corporis Domini commendationem: non enim potest arbor bona & nobilis fructum malum & ignobilem facere. Nec esset perfectior humilitas, quæ ex pluribus tanquam causis causeretur, quarum aliquæ naturales, aliquæ gratiæ, quam illa quæ est ex solis gratiis: imò sicut gratia est nobilior natura & perfectior, ita humilitas quæ est simpliciter à gratia, nobilior est, quam illa quæ est partim ex gratia & partim ex natura. Nec etiam esset maior humilitas, quod Deus incarnaretur de deformi potius quam de pulchra: humilitas enim debet esse collatiua gratiæ & augmentatiua & nunquam diminutiua: non esset autem verè humiliatio Filij maior, quæ humilitatem matris in sua nobilitate diminueret, & laudem castitatis auferret. Unde neque mirum neque laude dignum opinio indicaret, si Virgo deformis humilis esset, & quasi despecta viris Virgo permaneret: & è conuerso autem quanto Virgo beatissima profundior est humilitate, & quanto ab altiori infra seipsam descendit, tanto maior est Filij Dei humiliatio, qui se à summo celo post ipsam inclinavit.



QVÆSTIO XVI.

DICTO de pulchritudine in communi, consequenter est inquirendum de pulchritudine eius in speciali, quæ in tribus consistit, scilicet in debita corporis quantitate, in eleganti membrorum dispositione & proportionem, in colorum venustate. Primo igitur quæritur de quantitate, quæ conuenientior ei sit.

§. I.

ET PROBARI potest à quantitate corporis sui Filij, quod tanquam perfectissimum in omnibus naturalibus debitissimam habuit quantitatem: corpus enim filij formatur à corpore generantis, ita quod de tali tale, & de tanto tantum, nisi error aut impotentia impediat, aut per viam accidentis, aut aliquo modo aliter fiat: sed naturaliter & regulariter magnus magnum generat, & parus paruum, & tantus tantum: ergo si corpus Domini in summo habuit quantitatem debitam viro congruentem, ergo & mater sua habuit in summo quantitatem feminæ congruentem.

§. II.

QUOD CONCEDIMVS & credimus esse verum, idem de qualitate dicentes: modi enim qualitatis corporis sunt quinque, crassities nimia, carnositas, extenuata macies, sinitesis, & æqualitas. Pinguedo cauatur ex frigiditate & humiditate, carnositas ex caliditate & humiditate, extenuata macies ex caliditate & siccitate, sinitesis ex frigiditate & siccitate, æqualitas ex omnium humorum æquali complexione, cuius æqualitatis credimus corpus beatissimæ Virginis extitisse.



QVÆSTIO XVII.

POST HOC quæritur de membrorum dispositione & proportionem. Et illa similiter probatur ex parte generati: in formatione enim corporis à generante sic formatur totum de toto, quod à qualibet parte corporis fit decisio, & in quamlibet partem generati formatio. Unde inter generantem & generatum regulariter & naturaliter singulorum membrorum adinueniuntur similitudo in forma & in figura, nisi per viam accidentis impediatur: ergo cum in corpore Domini nullum poterat intercedere impedimentum, & membra illius corporis fuerunt elegantissimæ dispositionis & congruentissimæ proportionis, eadem dispositio & proportio erit in membris matris. Quod concedimus esse verum.



QVÆSTIO XVIII.

POST HOC quæritur de colore cutis & venustate. Triplex est diuersitas coloris in corpore humano, scilicet in cute, in capillis, & in oculis. Primo ergo de colore cutis quæritur.

§. I.

ET VIDETVR, quod debuit esse nigra in cute. Color enim est proprium obiectum visus: ergo color qui est magis visui congruus, plus attestatur complexionis bonitati & perfectioni: nigredo autem est magis congrua visui est.

est enim color congregatiuus visus: ergo nigredo est color perfectissimus ad videndum: ergo debuit esse color perfectissimi corporis secundum quod videri debet.

2 Item, Simplex est nobilior composito: ergo albedo & nigredo quæ sunt colores simplices, sunt nobiliores quam alij colores qui sunt compositi: ergo alter eorum erit in corpore perfectissimo: sed non albedo: ergo nigredo. Quod non albedo, patet: quia albedo est color corporis in quo est abundantia frigiditatis: & etiam visui incongruus, quia disgregatiuus visus.

3 Item, Color est immutatiuus visus secundum actum lucidi: ergo illi colores qui sunt magis motiui secundum actum lucidi, in ratione coloris sunt magis perfecti: sed dicit Philosophus, quod extrema sunt magis sensitiua & motiua: ergo albedo & nigredo quæ sunt extremi colores, magis perfecti sunt in ratione colorum: ergo alter eorum erit in corpore perfectissimo: sed dicit Philosophus, quod in corporibus sunt lux & tenebræ, id est, albedo & nigredo: sed perfectior est lux tenebris: ergo in perfecto corpore potius erit effectus lucis quam tenebrarum: hic autem est albedo: ergo corpus perfectissimum potius erit album quam nigrum.

4 Videtur potius, quod debuit esse rubeum: corpus enim eucratium est maxime sanguineæ complexionis: sanguini autem attestatur rubedo: ergo corpus optimè complexionatum debuit esse rubeum.

5 Videtur autem, quod debuit esse mixtum ex albo & rubeo: quia, sicut Auctores medicinæ dicunt, color in cute ab interioribus accidit duobus modis: aut ex abundantia, aut ex æqualitate humorum. Ille autem est ex æqualitate, qui est rubeus & albus mixtum, ceteri omnes ab inæqualitate procedunt: sed nobilior est color qui ab æqualitate procedit: ergo debet esse in corpore eucratio.

6 Videtur autem, quod in tali corpore debet esse color glaucus: ille enim color signat frigiditatem in corpore dominantem: sed videtur, quod corpus beatissimæ Virginis debuit esse frigidæ complexionis hac ratione: quod à natura est tale, maxime est tale: ergo quod natura castum, magis castum: sed natura frigiditatis magis est ordinata ad castitatem: ergo corpus castissimum debuit esse frigidæ complexionis.

7 Item, Omnis inclinatio quæ cauatur à duobus, ceteris paribus, fortior est ea quæ ab vno tantum: ergo inclinatio ad castitatem si cauatur à gratia & à natura, fortior ea est quæ à gratia tantum: ergo corpus castissimum debuit cauari à gratia & natura: ergo debuit frigidæ complexionis esse.


8 Item, Bonum additum bono nature facit magis bonum: ergo bonum gratiæ additum bono nature, facit ipsum magis bonum: ergo plena secundum gratiam, debuit esse perfectissima secundum naturam: ergo debuit esse frigidæ complexionis.

9 Item, Magis manifestatur potentia è contrario secundum naturam & contra naturalem inclinationem elicere contrarium, quam de

tali tale: sed perfectius & nobilior est, in quo magis manifestatur potentia: ergo perfectior & nobilior est castitas in calidum quam in frigidum: sed castitas beatissimæ Virginis fuit perfectissima: ergo fuit calidæ complexionis.

10 Item, Vbi est magis de contrarietate, ibi est maior actio & pugna: sed vbi maior pugna, ibi difficilior victoria: vbi autem est difficilior victoria, maior gloria: ergo de primo ad vltimum vbi maior pugna, ibi maior gloria: ergo gloriosior est castitas in calidum quam in frigidum.

11 Item Philosophus: Incontinens est, qui patitur & deducitur: continens autem, qui patitur nec deducitur: insensibilis, qui nec patitur nec deducitur: sed medium virtutis est pati nec deduci: ergo virtuosior est castitas, vbi maior passio à contrario: hoc autem est in calidis: ergo, &c.



QVÆSTIO XVII.

POST HOC quæritur de colore capillorum, qui secundum Auctores medicinæ sunt quatuor, scilicet niger, rubeus, glaucus, canities. Cum igitur glaucus consistat ex humore melancholico, canities autem ex nimia defectione caloris naturalis & ex abundantia putridi phlegmatis, quod plurimum est in senibus, de illis duobus non fit quæstio, sed tantum de nigro & rubeo.

§. I.

VIDETVR, quod capilli eius debebant esse rubei: rubedo enim attestatur abundantiam cholere non adultæ: nigredo autem fit ex abundantia cholericæ incensæ, vel adustione multa sanguinis: quia, vt dicit Galenus, rubedo attestatur sanguini, nigredo cholericæ vel melancholicæ complexionis. Cum igitur nobilior sit complexio sanguinea, quam cholericæ, vel melancholicæ, color attestans sanguini, nobilior erit quam attestans cholere vel melancholicæ: ergo nobilior rubedo quam nigredo: ergo erit in corpore nobiliori.

2 Item, Galenus quando describit corpus eucratium in technæ, dicit: Competentis crasseos indicia secundum totam animalis habitudinē hæc sunt, scilicet color ex albo & rubeo mixtus, capilli verò flauii mediocriter & crispi in pluribus, &c. Ergo in corpore eucratio capilli debent esse rubei.

3 Item in eodem: Nam si eucratium cerebrum existat secundum quatuor qualitates, omnia quæ dicta sunt, habebit cum medio, & superfluitates quæcumque per palatum, vel aures, vel oculos vel nares purgantur, hæc habebit moderatè, & minimè lædetur ab omnibus quæ extrinsecas calefaciunt, vel infriigidant, vel siccant, vel humectant. Talibus igitur capilli capitis cum adhuc sunt infantes, subfului. Ergo in optimo sibi complexionato cerebro capilli debent esse rubei: nec est autem cerebrum nostræ Domini: ergo, &c.

§. II.

§. II.

VIDEATUR autem, quod debent esse nigri. Constantinus enim in pantechne tres causas pilorum ponit, dicens: Capilli caput custodiunt, hincitant, & defendunt, quibus si careat homo, maxime est inhonestus, & præcipue in mulieribus. Et iuxta hoc natura facit corpori iuamenta atque ornamenta. Item est causa quare masculi & non feminae barbescunt: quia fumus qui est pilorum causa, ex natura magis augmentatur, quem quia natura non sufficit expellere & consumere, expellit per duo loca, id est, per caput & barbam. Vide fit, quod calidissima feminae barbescere videantur. Et è conuerso in masculis frigidis: unde non barbescunt eunuchi: quia perdiderrunt membra calidiora: pili igitur isti facti sunt à natura, vt essent ornamenta & iuamenta. Ex hoc patet, quod tres sunt causæ pilorum, expulsio fumoꝝ superfuitatis, animalis iuuatiua, defensio à calore & frigore exteriori, & ornatus capitis. Quantum ad primam vtilitatem magis videntur conuenire eucratice corpori nigri capilli: si enim expulsio superfuitatis nociua est iuuatiua, quæcumque superfuitas magis est nociua, illius expulsio maxime est iuuatiua: sed cholericum incensum & sanguineum aduultum magis est nociuum quam sanguineus humor non aduultus: ergo magis est iuuatiua expulsio illius quam istius: sed ad illius expulsionem sequitur generatio nigrorum capillorum & non rubeorum: ergo quantum ad illud, eucratice corpus magis debet habere nigros capillos quam rubeos. Similiter quantum ad defensionem: nigri enim capilli fortiores sunt quam rubei. Similiter quantum ad ornamentum: pulchrior est enim & aptior proportio extremi ad extremum, quam medij ad extremum: opposita enim iuxta se posita magis elucescunt: ergo supposito colore cutis albo & rubeo, magis venustat in capillis nigredo quam albedo vel rubedo. Item quantum ad sensum vitus nigredo est conuenientior: quia congregatiuum vitus: rubedo autem vel albedo disgregatiuum. Item quantum ad signatum. Rubedo enim attestatur mobilitati & infidelitati, nigredo autem firmitati & stabilitati: quia respondet elemento quod est terra.

2 Item, Constantinus in pantechne, vbi describit corpus eucratice, sic dicit: In superioribus partibus libri memimus nos dixisse de intemperata complexionem corporis quantum ad complexionem æqualis: oportet igitur nunc dicere de æquali complexionem & eius significatione. Corpus enim æquale neque multum macidum est, neque pingue: color eius inter rubeum & album medius: pili eius in infantia rufi, in puericia & in iuuentute nigri. Ergo ad eucratice corpus pertinet nigredo in capillis secundum Constantinum. Et sic etiam videtur controuersia inter Constantinum & Galenum: cum hic nigrum capillorum colorem ponat in æquali corpore, ille autem rubeum.

3 Item eadem contrarietas inuenitur inter illos qui loquuntur de corporis pulchritudine,

quorum vnus sic dicit: Fœmineum plene si vis formare decorem, præformet capiti naturæ circinus orbem, crinibus irrutilet nitor aurum. Ergo vult, quod capilli debent esse aurei coloris. Alter autem dicit sic: Spectandum nigris oculis, &c.

4 Item in Canticis, vbi describitur pulchritudo spiritualis per exteriorem pulchritudinem, dicitur sic: Comæ eius sunt sicut elatæ palmarum nigra quasi coruus. Ergo videtur, quod ad exteriorem pulchritudinem per quam interior describitur, pertineat nigredo in capillis. Quia, vt dicit Magister Richardus de sancto. Victore super illud Gen. 49. Nephtali emissus ceruus, & dans eloquia pulchritudinis, pulchrè hominem interiorem eisdem verbis reficit, & exteriorem, dum per exteriora visibilia ad inuisibilem pulchritudinem intellectum traducit. Ergo ad exteriorem pulchritudinem, per quam huiusmodi intellectus traducitur ad interiorem, pertinet nigredo in capillis.

5 Item, Secundum complexionem innatam soboles solent assimilari parentibus, & è contra: sed videmus, quod genus Iudæorum vt in pluribus habet nigros capillos: ergo & Domina nostra cum fuit de progenie Iudæorum.

6 Item, Veronica præterdit nigram barbam & nigros fuisse crines in Domino: ergo in Domina nostra, cum maxima fuerit similitudo inter ipsos.



QVÆSTIO XX.

POST HOC queritur de colore oculorum qui quadruplex est, scilicet niger, subalbidus, varius, & glaucus.

§. I.

ET VIDETUR primò, quod debeat esse niger: ille enim in pluribus concomitatur nigrum colorem in capillis, ita quod habentes nigros capillos sunt etiam habentes nigros oculos: & etiam videretur congruere maximæ venustati. Vnde: Spectandum nigris oculis, &c.

IN CONTRARIUM videtur, quod alius describens pulchritudinem quoad oculos dicit: Radient vtrique gemelli luce smaragdina, vel Syderis instar ocelli. Illi autem colores non sunt nigri. Ergo, &c. Item nigredo oculorum, vt dicit Ioannicius, provenit ex defectu spiritus visibilis, vel perturbatione ipsius, aut ex penuria crystallini humoris, aut quia plurimum recedit interius crystallinus humor, aut ex humore abundantanti qui est similis albugini oui, aut est ex perturbatione ipsius, aut ex abundantia qualitatis vici humoris. Ergo cum iste color in oculis causetur maxime ex defectu eorum in quibus consistit oculi perfectio ad videndum, vt est spiritus visibilis & humor crystallinus, nullo modo iste color erit eucratice corporis. De glauco & aliis non fit quæstio: cum attestentur minus nobili complexionem.

§. II.

§. I.

Responsio.

AD HOC respondendum est, quod sex sunt colores carnis, ex albedine, & rubedine compositus, niger, cinerinus, glaucus, albus, & rubeus. Et solus ille qui est ex rubore & albedine compositus, vt dicit Ioannicius, est ab æqualitate procedens: alij vero omnes ab inæqualitate. Primus est nobilissimus & corpori eucratice determinatus, & sic à Galeno in temperata complexionem positus est, & simili modo à Constantino in pantechne. Hunc igitur concedimus in corpore beatissimæ Virginis extitisse.

§. III.

Solutio obiectionum.

AD OBIECTA in contrarium respondemus, quod licet color niger sit magis visui congruus ad videndum, non tamen est corpori eucratice determinatus ad habendum: color enim corporis principalis ordinatur ad corpus subiectum & proprium venustandum, & eius complexionem ostendendam, quam per corpus alienum ad videndum. Item cum visus delectetur in pulchro & in luce proportionabili, detestabilior & deliciofior est ad videndum color albus mixtus cum rubeo, quam nigredo. Et non est contrarium, quod extremi colores magis sunt sensitiui & motiui. Illa enim præminencia sumitur respectu alterius videntis: natura enim, vt dicit Philosophus, super intendit sibi simile, nisi sit ebria. Igitur color corporis debet determinari potius secundum congruentiam sui subiecti quam respectu alieni. Nec etiam obstat, quod simplex nobilior est composito: hoc verum est inter res genere differentes, vt anima dignior est corpore, & non est in his in quibus est simplex pars compositi eadem cum altera secundum speciem, cum in his super dignius sit totum sua parte. Quod autem obicitur, quod debuit esse frigida complexionis & habere colorem illi attestantem. Dicimus, quod non: cum enim gratia nobilior sit, quam natura, castitas quæ est totaliter à gratia, nobilior est quam ea quæ est partim à gratia & partim à natura: & tantò est maior gratia & maiorem potentiam demonstrat, quantò fortiolem vincit naturam, quamuis in beata Virgine nulla fuit pugna: quia etiam fomes extinctus fuit in ea. Vnde tantò fortior fuit & tantò nobilior fuit eius castitas, quando nec hosti fuit tentandi possibilitas, & nihilominus tantò de hoste triumphus gloriosior, quantò etiam ita caput eius contriuit sub pedibus, vt nec ad primum motum concupiscentiæ cui generaliter subiacent omnes viatores, se contra ipsam ausus fuit erigere: non enim dimiduit rationem victoriæ non posse impugnari, sed velle impugnari & non posse resistere. Illa etiam simul gloriosissima castitas & laudabilissima fuit, quæ in se nunquam aliquæ saltem motum concupiscentiæ sensit, & se in aliqua subiecta disseminans exemplariter, concupiscentiam à multis cordibus & corporibus profugauit.

Ad illud quod obicitur de colore capillorum, dicimus quod color in capillis immedia-

tam signat dispositionem cerebri. Vnde optimus color in capillis, debet determinari secundum optimam cerebri complexionem: optima autem cerebri complexio determinatur secundum duos modos. Vno modo est cerebrum optimè complexionatum, quando est optimè ordinatum ad actionem naturalis virtutis, ita quod operationes cerebri maxime ordinantur secundum qualitates ad operationes cordis, & hepatis, & stomachi, & aliorum membrorum principalium. Et secundum hoc cerebrum debet esse calidum & humidum. Et hoc modo capilli talis cerebri in infantibus sunt subfului, in pueris vero subflauui, in perfectis vero flauui, sicut dicit Galenus in technæ auctoritate supra posita, Nam si eucratice. Et secundum hunc modum loquebatur qui dixit: Crinibus irrutilet, &c. Et secundum hanc legem procedunt rationes pro illa parte. Alio modo dicitur eucratice cerebrum, secundum quod est optimè dispositum & ordinatum ad actiones virtutis animalis, quæ proprie sunt in cerebro mediante spiritu animali qui nascitur in cerebro. Et secundum hoc calidum & siccum debet esse cerebrum: quia illæ duæ qualitates maxime subserviunt cognitioni: à caliditate enim est velocitas apprehendendi, à siccitate firmitas retinendi, à calore est motus & mobilitas, à frigore quies & immobilitas. Item à siccitate firmitas recipiendi: siccitas enim est bene terminabilis proprio termino, malè alieno: humiditas autem malè terminabilis est terminò proprio, bene autem alieno. Et sic patet, quod magis congruit perfectioni cerebri caliditas quam frigiditas: vt enim Galenus in technæ ostendit, frigidioris quam oporteat cerebri indicia sunt, plura in propriis meatibus excrementa, & capilli recti, & fului, & stabiles, & qui longo post natiuitatem tempore nascuntur tenues, atque initio male nutriti, & facile à causis frigidis offenduntur, atque hoc ipso offensionis tempore diuillationibus & grauedinibus capiuntur: neque si terigeris partes ad caput attinentes, admodum calidæ sentiuntur: neque si inspexeris, rubicundæ apparent, & oculorum venæ omnino visum effugiunt, & somnolentiores quodammodo sunt. In calido autem cerebro contraria sunt. Et sic patet, quod nobilior est calidum cerebrum quam frigidum.

A simili modo patet, quod siccum nobilior est quam humidum. Galenus enim in technæ dicit: Siccioris cerebri indicia sunt pauca superfuitates effluentes, & sensuum sinceritas. Sunt autem ad vigilias prompti, & capillos habent robustos, & qui celerrimè eis genitis innascuntur. Crispi autem potius quam recti, cito autem calui sunt. Humidioris vero cerebri indicia, capilli plani, & nequaquam calui sunt. Sensus autem turbulenti, & excrementorum multitudo, somni multi atque profundi, & hæc quidem simplices sunt intemperature. Et sic patet, quod nobilior est cerebrum quantum ad virtutes animales si fuerit calidum & siccum, quam si fuerit calidum & humidum: nam, vt dicit Galenus in technæ, optima est complexio primum calida & sicca, secundum quam & superfuitatibus caret, & sensibus cerebri vigent.

Signa frigidi cerebri.

Signa siccit cerebri.

Humidi cerebri indicia.

Signa calidi di siccit cerebri.

vigent, & plurimum vigilant, & cito calui fiunt. Et prima quidem capillorum generatio cæterima est, ac plurimo abundans alimento. Ceteros vero habent nigros, & crispas, & tanguntibus calidi sentiuntur, & sunt rubicundi vique ad ætatem consistentie vigoris. Si vero humilitas adiungatur caliditati, parum vtriusque qualitatibus superantibus mediocritatem, color bonus, & caliditas, & quæ in oculis sunt venæ magnæ, & plura excrementa, & mediocriter cocta, & capilli recti, subflavi, & non faciliè calui fiunt. Implentur verò atque aggrauantur eorum capita à calidis. Et infra: Aulter verò semper eis aduersatur, atque optimè in Aquilone se habent: non tamen diu vigilare possunt, & cum se ad somnum cohererint, simul graui somno tentantur, & vigilant, & somnia habent imaginationibus plena, visus eis turbulenti, neque satis sensibus vigent. Et sic patet ex coniunctione inæqualitatum, quòd optima complexio cerebri quantum ad virtutes animales est calidum & siccum. Et cerebro sic se habenti debentur capilli nigri. Et hoc est quòd dicit Constantinus in pantechne in superioribus. Cum igitur cerebrum eucratium optimè sit ordinatum, vno modo ad actiones virtutis animalis, alio modo respectu operationum virtutis naturalis, & nobilior sit operatio virtutis animalis, quam naturalis virtutis, nobilior erit cerebrum quòd est eucratium ad operationes animales quam ad operationes naturales: ergo perfectissimi & nobilissimi corpori cerebrum debet esse calidum & siccum. Cum igitur corpus Domini nostræ fuerit perfectissimum secundum omnia membra, ipsa habuit cerebrum calidum & siccum & capillos nigros. Et sic procedunt rationes & auctoritates ad hoc inductæ.

Ad hoc quòd obicitur de colore oculorum. Dicimus, quòd color in oculis cum immediatè significet complexionem proprii subiecti, procul dubio cerebro & calido & sicco determinato, determinabitur color oculorum niger. Quòd autem obicitur, quòd nigredo oculorum causatur ex defectu visibilis spiritus, & penuria crystallini humoris, & eorum in quibus maximè consistit perfectio oculorum. Dicimus, quòd hoc verum est: sed paucitas spiritus visibilis & humoris crystallini causatur à caliditate & siccitate cerebri: spiritus enim naturalis ptoueniens vsque ad cerebrum si cerebrum fuerit calidum, maiorem ibi recipit depurationem & subtiliorem substantiam: quantò autem substantia subtilior, tantò plus habet de forma & minus de materia: & quantò plus substantia est subtilis & formalis, tantò magis est actiua & fortioris operationis: & sic à tali cerebro transmittitur visibilis spiritus ad oculum paucior & subtilior & fortior. Simili modo nutrimentum paucius & subtilius & nobilius. Paucitas igitur spiritus & nutrimenti quantum scilicet ad materiam causat nigredinem, vt dicit Auctor: sed ipsa subtilitas & paucitas materiz causa est nobilioris & fortioris operationis: & sic tales oculi erant nigri propter prædictorum paucitatem: sed clariore ad videndum & nobiliores, propter sensum subtilitatem & nutrimenti puritatem. Et


sic beata Virgo in colore cutis fuit alba & rubea mixtim: in capillis autem & in oculis nigra temperatè fuit, sicut & eius Filium dilectum speciosissimum forma præ filiis hominum credimus fuisse coloratum.



QVÆSTIO XXI.

POST HOC queritur de hoc quòd dicitur de viro. Quòd frustra videtur addi: omnis enim desponsatio virginis fit viro. Quòd autem nihil frustra debuit poni, videtur: quia dicit beatus Bernardus. Si enim nec salium de arbore sine causa, nec vnus ex passeribus sine Patre cælesti cadit, putem ego de ore sancti Euangelistæ superfluum disfluere verbum, præsertim in sacra historia Verbi? Non puto. Plena quippe sunt omnia supernis mysteriis ac cælesti singula dulcedine redundantia: si tamen diligentem habeant inspectorem, qui nouerit sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Igitur sine causa non debuit hic poni, viro. Quòd autem hic additur, viro, non fit ad denotandum sexus discretionem, sed ad tangendum sponsi beatissimæ Virginis commendationem, & sponsæ in sponso honorificationem. viro igitur non notat hic sexum, vel ætatem, sed virtutem. Igitur fuit iste Ioseph vir per constantiam fidelitatis quantum ad iustitiam pertinet, per virtutem castitatis quantum ad temperantiam, per excellentiam discretionis quantum ad prudentiam, per strenuitatem operationis quantum ad fortitudinem. Et sic notatur in viro excellentia quatuor virtutum cardinalium.

*Emil. r. f. u.
per M. f. su
est.
Matth. x.*



QVÆSTIO XXII.

POST HOC queritur de hoc quòd dicitur: Cui nomen erat Ioseph. Videtur enim, quòd in hoc nimis diffusè loquatur & superfluè: cum ponisset breuius expressisse dicendo, viro Ioseph, vel nomine Ioseph. Natura enim, vt dicit Philosophus, nihil facit frustra. Item, Natura non deficit in necessariis nec abundat in superfluis. Item, Natura in quantum potest paucioribus se expedit. Item, Qui moderatur sermones suos, sapientissimus est. Item, De omni verbo otioso reddent omnes homines rationem in die iudicij. Ex his omnibus videtur, quòd nihil hic potè debet superfluum. Quòd concedimus, dicentes quòd dicendo, Cui nomen erat Ioseph, non tantum voluit nomen exprimere, quòd fecisset dicendo Ioseph, sed insuper, quòd esset notabile ipsum nomen, voluit designare. Vnde & supra vbi dixit, Cui nomen Nazareth, numerus causarum est secundum numerum literarum, scilicet vt nihil poni frustra sciatur, vt plenius & ordinatius describatur, vt probabilius credatur, vt totum præelectum monstratur, locus, & persona, vt nomine honoretur, vt doctrina innuat & Ecclesia excitetur, vt Euangelista familiaris & fidelis comprobetur, vt humilitas sponsæ declaratur.

cum ita nominatum & expressè humilis sponsus describitur, ut iustus apud Deum & homines monstretur, cuius nomen tanquam in libro vitæ scriptum in Euangelio tam signanter exprimitur: ut notus Deo & hominibus intelligatur, qui testis beatissimæ Virgini adhibetur: ut nomen eius dignè in memoriam hominum vertatur qui in patre Dei putativum assumitur.



QVÆSTIO XXIII.

POST HOC queritur de hoc quod dicitur Ioseph.

§. I.

VIDE TUR enim, quod sponsus beatissimæ Virginitatis non debuisset appellari Ioseph. Si enim sicut tota rota est in rota, ita vetus lex in noua, videtur quod illud coniugium beatissimæ Virginitatis debuit in lege alicui figurari: hoc autem interpretatur Ecclesia fuisse factum in Esther & Assuero. Si igitur illud coniugium repræsentat istud figuratè, & coniuges illi coniuges istos: ergo nomina debent respondere nominibus: sed coniunx Esther fuit Assuerus: ergo & coniunx Domini nostræ debuit vocari Assuerus.

2 Item, Sara in senectute, & sterilis gignens filium præter naturam in monte immolandum, tenet figuram Domini nostræ, quæ genuit filium contra naturam in cruce immolandum. Si igitur Sara signat Dominam nostram, ergo & sponsus Saræ sponsum Domini nostræ: ergo debuit appellari Abraham.

3 Item, Si Domina nostra fuerit figurata per Rebecam: ergo maritus eius debuit appellari Isaac.

4 Item, Si Dominus figuratur per Samsonem, & mater eius per matrem Samsonis, ergo sponsus eius debuit vocari Manue.

5 Item, Si Ioseph appellatur augmentum: in isto autem coniugio nullum fuit augmentum per Ioseph: ergo non bene appellatur Ioseph.

Queritur igitur, quis fuit figura Ioseph in Veteri Testamento? Non enim videtur, quod ille filius Iacob: cum ille gesserit figuram Domini nostri, utpote filius Rachel natus in senectute patris, & in venditione, & fratrum liberatione, & tertæ saluatione, & in multis aliis; ut patet in libris Genesis.

§. II.

Responsio.

AD HOC dicimus, quod una persona in Veteri Testamento præter plures proprietates plura significavit. Unde Abraham ubi dicitur, Tolle filium tuum, figurat Deum Patrem; qui proprio Filio suo non peperit, &c. Et ubi dicitur ei, Egredere de terra tua, &c. figurat Christum qui egressus de terra & de cognatione sua, scilicet de sinu matris quando venit in hunc mundum. Quæ enim dicitur de eo, quod sedit in ostio templi in ipso seruire diei, figurat antiquos qui sub umbra legis sederunt, & incarnati sunt. Verbi cum ser-

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

uore desiderij expectabant. Simili modo dicimus, quod iste Ioseph in venditione, in liberatione, & incarceratione, Ægypti saluatione, Deum figurabat: sed in fidelitate, & castitate, & in mysteriorum reuelatione, procuratoris commissione, & frugum conseruatione, & terræ prælatione, istius Ioseph figura fuit. Unde Bernardus: Non vir matris, nec filij pater extitit, quamuis cætera & necessaria dispensatione utrumque ad tempus & appellatus sit & putatus. Coniice tamen ex hac appellatione, quæ (licet dispensatoria) meruit honorari aded, ut pater Dei & dictus & creditus sit: coniice & ex proprio vocabulo (quod augmentum non dubitas interpretari) quis & qualis fuerit iste homo Ioseph. Simul & memento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, & scito ipsius istum non solum vocabulum fuisse sortitum, sed & castimoniam adeptum, innocentiam affectum & gratiam. Siquidem ille Ioseph fraterna ex inuidia venditus & ductus in Ægyptum, Christi venditionem præfiguravit: iste Ioseph Herodianam inuidiam fugiens, Christum in Ægyptum portauit. Ille Domino suo fidem seruans, Domini noluit commiseri: iste Dominam suam Domini sui matrem Virginitatem agnoscens, & ipse continens fideliter custodiuit. Illi data est intelligentia in mysterijs somniorum: isti datum est conscium fieri & participem cælestium sacramentorum. Ille frumenta seruauit non sibi, sed omni populo: iste panem viuum de cælo seruandum accepit tam sibi quam toti mundo. Non est dubium, quin bonus & fidelis homo fuerit iste Ioseph, cui mater est desponsata Saluatoris. Fidelis, inquam, seruus & prudens, quem constituit Dominus suæ matris solatium, suæ carnis nutritium: solum denique in terris magni consilij coadiutoreta fidissimum. Et sic pater quam congruè præfiguratus est iste Ioseph. Nec congruebat cum figurari per aliquem qui maritus per carnalem copulam extiterit, cum ipse sine carnali copula sanctius coniugium per pacificationem conjugalem traxit, & coniux Virgo coniugem virginem custodiuit, & debitum ministerium reddendo & matri & filio, paterno affectu inseparabiliter coniunctus fuit. Proprietatis nominis & significatio quæ incrementum sonas, ipsi nihilominus optime congruit, qui per hanc dispensationem quantum ad se ipsum, & quantum ad proximum, & quantum ad Deum, quamplurimum sublimatus fuit, virtutum scilicet augmentatione, famæ celebritate, hominum reuerentia & dilectione, matris Dei familiaritate, diuina, ut putabatur, paternitate.

H. mil. 2. super Missus est.

Genes. 37.

Math. 2. Genes. 39. Math. 1. Genes. 40.



QVÆSTIO XXIV.

§. I.

POST EA queritur de domo: non enim videtur, quod iste fuerit de domo Dauid. Vbi cumque enim in Biblia numeratur populus resoluendo à multitudinè in unitatem, primò fit diuisio in tribus, post hoc tribus in cognat

cognationes, cognatio in familias, familia in domos, sicut dicitur in Iosue, ubi per inquisitionem huiusmodi furtum inuenitur apud Achor: sed hoc modo Ioseph non fuit de domo Dauid.

Matth. 1. 2 Item, Vt patet in genealogia scripta in Euangelio, Liber generationis, Ioseph distabat à Dauid. 28. generatione: ergo non erit de domo Dauid.

3 Similiter queritur de hoc quod dicitur, Dauid. Cum enim melior & nobilior cognitio sit per causam immediatam & propinquam, quam per causam remotam, melius notificasset Ioseph per patrem immediatum, quam per Dauid. Si autem dicitur, quod hic describitur Dauid, eod quod Dauid promissionem accepit eius qui hic annuntiatum incarnatus, secundum hoc deberet dici de domo Abrahæ, qui primò accepit promissionem, quod in semine eius benedicentur omnes gentes. Non dico in seminibus, sed semine tuo qui est Christus.

4 Iuxta hoc queritur, quare in hac annuntiatione in qua mundissima Filij Dei conceptio describitur, Dauid qui quandoque notorius peccator extitit, quamuis remotus inuatur.

5 Item, Cum in genealogia Domini peccatores & peccatrices recitentur, quare hic vnus peccator, & nulla tangitur peccatrix.

§. II.

Rap. 1.

AD PRIMVM dicimus, quod dicitur de domo Dauid, non tantum propter generis successorem, sed principaliter propter virtutum imitationem: & tales dicuntur esse proprie de vna domo, iuxta illud: Qui habitare facit vnus motus in domo: ex conuictu enim formantur mores: vnde Bernardus: Huc accedit quod dicitur fuisse de domo Dauid. Verè enim de domo Dauid, verè de regia stirpe descendit vir iste Ioseph, nobilis genere, mente nobilior. Planè filius Dauid, non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed deuotione, quem tanquam alterum Dauid Dominus inuenit secundum eorum suum, cui turò committeret secretissimum atque sanctissimum sui cordis arcanum: cui tanquam alteri Dauid incerta & occulta sapientia sue manifestauit: & dedit illi non ignarum esse mysterij, quod nemo principum huius seculi cognouit: cui denique datum est quod cum multi reges & prophetae eum vellent videre, non viderunt, audire & non audierunt, non solum videre & audire, sed etiam portare, delectare, amplecti, deosculari, & nutrire, & custodire. Non tantum autem Ioseph, sed & Mariam descendisse credendum est de domo Dauid. Alioquin non fuisset desponsata viro de domo Dauid, si non ipsa esset de domo Dauid. Ambo igitur erant de domo Dauid: sed in altera completa est veritas quam iurauit Dominus Dauid, altero tantum conficio & teste adimplere promissionis. Rectè igitur dicitur sponsus Virginis fuisse de domo Dauid, vt scandalum euertetur, vt eadem tribus esse probetur, vt amor legis in vtroque ostendatur, vt humilitas nobilitate regis exaltetur, vt paupertas nobilitati non repugnare doceatur, vt Dauidis hu-

*Homil. 1.
super Mt.
I. 1.*

milias euangelizetur, vt humilitatis imitatio in Ioseph inuenietur, vt veritatis promissio adimpleatur, vt genealogia Domine describeretur, vt paupertas mirabilior demonstraretur, vt nobilior exemplum paupertatis & humilitatis detur. Quod etiam queritur, quare Dauid hic ponatur, cum peccator fuerit? Respondetur, quod non ponitur idè quia peccator fuerit, sed quod Ioseph ab ipso carnaliter descenderit, & per imitationem in virtutibus illi similis fuit. Nec propter peccati maculam quam penitentia deleuit, minus in genealogia Domini nominari debuit, sed audacter prædicari: tum propter hoc quia peccatoribus confidentiam generet, & misericordiam Dei augmentet, qui dicit, Qua hora peccator à via sua conuersus fuerit, omnium iniquitatum suarum non recordabor. Quod autem hic nulla peccatrix ponitur, causa esse potest, vt omnis peccati imitatio vel suspicio à beata Virgine excludatur: cum sicut à patre in filios, sic à matribus in filias solet imitatio deriuari.

§. III.

QUOD autem in genealogia Domine nostræ, ubi plene describitur, & boni & mali in serie narrantur, non caret ratione. Quod autem à bonis orta fuit, triplex est ratio. Vna vt antiquitas nobilitatis ipsam nobilitatem extolleret. Alia autem vt sanctitas ipsam vndique circundaret. Tertia vt humilitas laudabilior appareret. Quod autem antiquitas nobilitatem extollat, patet: quia non potest arbor bona malos fructus facere. Et iterum: Vnaquæque arbor ex fructu cognoscitur. Et quod natura tale, magis tale & magis ad virtutem perficitur: quia ad ipsam ex naturæ origine inclinatur: virtutes enim partim innatae sunt nobis, perfecta autem per consuetudinem. Vnde Iob: Ab infantia mecum creuit miseria, & ab utero est egressa mecum. Sicut enim diuturnitas non minuit peccatum, sed auget: & tanto igitur maiora sunt peccata, quanto diutius infeliciorum animam detinent alligatam. Et sicut adulterinae plantationes non dant radices altæ sapientia: ita è conuerso pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis est enim memoria illius, quia & apud Deum nota est & apud homines. Et sicut ab iniquis omnes filij qui nascuntur, testes nequitia: sunt aduersus parentes in interrogatione sua: ita generatio rectorum benedicetur, & iustitia eius manet in seculum seculi: & gloria & diuitia: in domo eius. Et sic beatissima Virgo orta est ex bonis & magnis, vt antiquitas nobilitatem extolleret. Secunda causa fuit, vt sanctitas eam vndique circundaret, retrò per nobilitatem, ante per utilitatem, supra per dignitatem, infra per potestatem, à dextris per virtutum summam, à sinistris per peccati immunitatem. Tertia causa fuit, vt humilitas laudabilior appareret. Quia, vt dicit Bernardus, in alto positum non alta sapere, sed humilibus consentire, nihil Deo charius, sed nihil apud homines rarius inuenitur. His igitur tribus de causis nata est de bonis.

Triplici etiam ratione orta fuit à malis. Prima


Cap. 31.

Sap. 4.

Psalm. 111.

ma vt comparatio alterum extremorum extolleret, iuxta illud : Sicut lilium inter spinas, &c. Et illud : Sicut spina rosam, genuit iudæa Mariam. Secunda causa, vt sapientia Dei misericordior appareret. Est enim exitus quo de bono bonum, & exitus est quo de malo malum. De primo, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. De secundo, Omnis peccati initium superbia, &c. Tertius exitus est, vt de bono malum, vt de muliere initium peccati. Quartus exitus est, vt de malo bonum, & hoc folius Dei est proprium, cuius sapientia vincit malitiam, attingens à fine vsque in finem. Tertia causa, vt confidentiam peccatoribus augmentaret, per hoc quod mediatrix eorum eadem propinquitate vtramque extremitatem coniungeret, vt sicut mater esset & filia Dei, sic esset mater, soror, & filia Dei, & sic à natura inclinaretur ad miserendum peccatori. Propter hoc signatur per arcum positum in nubibus cæli in signum fœderis inter cælum & terram : non enim potuit Deus cum peccatoribus efficacius stabilire pacem, quam quod filiam peccatorum suo filio accepit uxorem sponsam & matrem, nec aliquis fidelis inter Deum & hominem pacem fecit, quam quæ mater vtriusque fuit. Ex prædictis igitur relinquatur, quod Ioseph & beatissima Virgo Maria de domo Daud intitulantur esse.

Alia int.
manu.



QVÆSTIO XXV.

EX hoc queritur de nobilitate Virginis. Queritur, vtrum matrem Dei congruat nobilem esse secundum carnem?

§. I.

ET VIDETUR, quod non, per illud 1. ad Corinth. 1. Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, &c. Sed beatissimam Virginem maximè elegit & prælegit. Ergo debuit esse ignobilis.

2. Item Glossa super illud, Venit enim humilis Deus querens humiles, non altos.

3. Item ibidem : Non elegit reges, vel senatores, vel oratores, sed plebeios, pauperes, indoctos, piscatores. Ergo cum beatissima Virgo præ omnibus istis sit electa, præ omnibus debuit esse ignobilis, & pauperula, & plebeia.

4. Item, Maior videtur humiliatio ex parte Dei de ignobili, quam de nobili incarnari.

QVOD SI concedatur. Contra. Quanto plus est aliquid eleuatum sursum, tanto plus potest deprimi in deorsum, quanto enim mons altior, tanto vallis profundior : ergo quanto aliquid magis eleuatum est sursum per nobilitatem & dignitatem, tanto magis potest descendere per humilitatem : sed beatissima Virgo fuit profundissimæ humilitatis : ergo debuit esse supremæ dignitatis & nobilitatis. Vnde August. Nunquam fuisset super omnes choros Angelorum exaltata, nisi fuisset super omnes homines humiliata.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

2. Item Bern. In alto positus non alta sapere, vt supra. Sed beatissima Virgo fuit Deo charissima : ideo debuit esse alta, & non sapere alta, sed humilibus consentire.

3. Item, Bern. Quis non feret tolerabilius superbiam in diuite quam in paupere : Sed humilitas est nobilior in diuite quam in paupere : sed humilitas in beatissima Virgine fuit laudabilissima : ergo si humilitas est nobilior in diuite quam in paupere : ergo fuit in nobili & diuite.

4. Item, Hieron. dicit, quod seruitia minus sunt grata, quanto magis sunt debita. Sed seruitia magis sunt debita in seruis quam in ingenuis. Ergo minus sunt grata in illis quam in istis, & plus in ingenuis : sed seruitia beatissimæ Virginis quæ erant maximæ seruitus, vt census solutio, & professio, & similia, erant Deo gratissima : ergo erant in persona nobilissima. Ex his videtur, quod congruit, quod beatissima Virgo fuerit nobilissima. Quod autem sic fuerit, manifestum est : Nobilitas rei consistit & consideratur in tribus, in causa, substantia, & efficientia. In causa si à nobili origine principium ducat, in substantia si nobilem substantiam & proprietatem in se possideat, in efficientia si nobiles effectus de se producat. Beatissima igitur Virgo fuit nobilissima, vt pote filia principis, in quo sibi Deus populum elegit peculiarem & distinguit ab aliis, Abraham scilicet, à quo ipsa quadragesima & vna descendit generatione. In substantia : quia & naturæ perfectionem & gratiæ plenitudinem in se habuit. In efficientia : quia ipsum Deum de se generauit. Ergo beatissima Virgo in omnibus in quibus nobilitas consideratur, in summo nobilis inuenitur.

§. II.

IUXTA hoc queritur, in quo consistat nobilitas secundum carnem? Quia dicitur, quod nobilitas nihil aliud sit nisi iniunctæ diuitiæ : ergo videtur, quod in diuitiis : secundum hoc autem beatissima Virgo non fuisset nobilis, quia pauperula fuit à pauperibus generata. Videtur etiam, quod ista nobilitas non sit à rebus. Similiter autem neque à corpore neque à nobilitate complexionis corporis est : inueniuntur enim reges & principes qui nobiles dicuntur, & sunt secundum carnem complexionem existentes melancholici & phlegmatici : & è conuerso rustici sanguinei & cholericus : ergo nobilitas non trahitur à corpore. Item videtur, quod nec ab animâ. Animæ enim non sunt ex traduce : ergo animâ filij nihil nobilitatis à patre habet vel ab animâ patris. Item, Seneca dicit, quod non facit nobilitatem attriti plenum fumosum maginibus : quia quod ante nos est, nostrum non est, non enim vixerunt ad nostram gloriam. Et vult probare, sicut omnes qui loquuntur in hac materia, quod tantum nobilis est ille quem nobilitas sua virtus. Nobilitas sola est animum quæ moribus ornat. Et sic videtur, quod nobilitas secundum carnem nihil est.

§. III.

AD HOC dicimus, quod beata Virgo secundum omnem dignitatis & perfectionis & nobilitatis modum esse debuit & fuit nobilissima & dignissima in summo. Notandum ergo, quod licet in opposito tactum est, nobilitas genealogiæ completa consistit in tribus, in conditionis libertate, in officij dignitate, in vitæ sanctitate. Libertas conditionis in tribus consideratur, scilicet in causa, in substantia, in efficientia. Libertate quæ est in causa siue origine, beatissima Virgo fuit libertima, vt pote principis filia, cui dixit Deus: In Isaac vocabitur tibi semen. Isaac autem non est filius ancillæ, sed liberæ. Item ad patrem, Princeps Dei es inter nos. Item ad filiam, Quam pulchri gressus tui in calceamentis filia principis, id est, opera tua in sanctorum exemplis, quos imitatis & omnes excellis, & sic fuit libertima in causa. In substantia quam facit liberam immunitas à peccato & gratiæ plenitudo, fuit etiam libertima. Vnde: Ave gratia plena. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Ita è conuerso ubi Spiritus Domini, ibi libertas. Ipsa igitur beata Virgo semen Abrahæ est. Peccato non seruiuit vnquam, implens illud Apostolicum: Sic incipite, sic loquimini, sic facite tanquam incipientes iudicari per legem perfectæ libertatis. Et sic libertima fuit in substantia, quæ nunquam fecit peccatum, & gratiæ plena. Fuit etiam libertima in efficientia passiuæ & actiuæ: seruis enim dicitur: Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Et secundum Glossam liberauit ponitur per liberauit. Si igitur seruus qui est seruus filij, libertatur, multò fortius mater filij libertima fuit. Item si veritas illos liberat quos illuminat, potius illam liberauit quæ eum generauit. Item in efficientia actiuæ libertima fuit. Ipsa est enim per quam omnis creatura à seruitute corruptionis liberata est, in libertatem gratiæ filiorum Dei, ubi cessat omnis prælatio, ubi seruus liber est à Domino suo. Sicut autem orta est à nobilissimis, sic à dignissimis traducta fuit. Igitur nobilissima fuit in causa, substantia, & efficientia. In causa triplex est dignitas, à quibus est originata, regalis, sacerdotalis, prophetalis. Prima corporalis: secunda spiritalis: tertia cælestis, quia futura prædicere, donum est Dei. Orta est de stirpe regali, vt in Dauid & aliis. Patriarchali, vt in Abraham & aliis. Prophetali, vt in Nathan. Et sic fuit dignissima in causa. Similiter etiam in substantia: ipsa enim habuit istam triplicem dignitatem in substantia sua & persona. Fuit enim regina quæ ait: sic à dextris eius in vestitu deaurato. Fuit & sacerdos iustitiæ, qui proprio filio non pepercit, sed stabat iuxta crucem IESU, vt dicit Ambrosius, non vt scilicet filij mortem aspiceret, non vt dolorem filij consideraret, sed vt salutem humani generis expectaret. Fuit etiam prophetissa sapientiæ. Accessit, inquit, ad prophetissam, &c. Et sic fuit dignissima in substantia. Fuit etiam dignissima in efficientia: ipsa enim triplicem dignitatem originatè transmissit in filium principaliter, specialiter in nos, post hoc generaliter filium ge-

nuit, qui rex & sacerdos & propheta fuit. Rex qui in vestimento & femore scriptum habet: Rex regum, & Dominus dominantium. De quo solo sapientes reges quesierunt dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Sacerdos qui est sacerdos iustitiæ qui est secundum ordinem Melchisedeth, qui per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Hebræ. 19. Ipse propheta potens fuit in opere & sermone. Luc. 14. Istam triplicem dignitatem beata Virgo in nos transmissit, quæ nos Deo fecit regnum & sacerdotium, imò regale sacerdotium & sacerdotale regnum, de quo dicitur Luc. 1. Regnabit in domo Iacob, &c. Sic ergo patet, quod nobilissimæ genealogiæ beata Virgo fuit.

§. IV.

QUOD autem queritur, quid fuerit ista nobilitas secundum carnem? Respondemus, quod nobilitas secundum carnem est traditio carnalis originis à parentibus secundum seculum, in diuitiis, vel potentia, vel dominio constitutis: ex quibus, quantum ex parte naturæ est, causatur in filiis similitudo complexionis, & conformitas morum, & imitatio operationis: homo enim pauper & ignobilis si in diuitiis incipit affluere, incipit deliciis magis vacare, cibis delicatioribus se nutrire, & sic complexione nobilitata exercitiis honestioribus se occupare, damna parua minus curare, prauis lucris minus inhiare, alienum dominium minus timere, dona minus curare, libertatem magis appetere, maiorum consortia contrahere, cum ipsis matrimonium iungere, & opera eorum & mores imitari. Et sic natura primò seruilis & ignobilis, victa per consuetudinem in contrarium transmutatur: & quanto hoc à remotiori & diuturniori radice ad ramos transmittitur, tantò magis naturæ inclinatio induratur, & inseparabilior efficitur, vt in filiis quantum est ex parte naturæ ad consilia parentibus inueniatur inclinatio naturalis. Et hoc apponitur nobilitati carnis, quæ quantum est de sui natura, semper ad honesta & decencia plus quam ad vilia inclinatur. Et hoc totum verum est, nisi libertas arbitrij, vel consuetudo, vel alia causa extrinseca contrarium operetur. Et sic patet, quod nobilitas non est tantum ex qualitate complexionis, cum rex vel digna persona melancholicæ complexionis, magis sit audax vel largus rustico, propter consuetudinem consanguineæ complexionis: licet enim anima non sit ex traduce, tamen existens in carne operatur plus, vel fortius, frequentius, secundum quod à carne amplius ad aliquid inclinatur.

§. V.

QUOD autem sola nobilitas mentis videtur laudanda. Respondemus quod si qualitas operationis, contraria agit nobilitati originis, tantò vitiosior & detestabilior est deformitas operationis, quanto magis est contraria naturalem inclinationem originis: & sic magis est culpabilis vitiosus nobilis quam ignobilis. Vbi

Vbi autem nobilitas originis perficitur & ornatur nobilitate morum & operationis, vtraque præstat alteri munimentum laudis. Deinde virtus originis ostenditur in operatione, non quasi aduentitiam & citò mutabilem, sed quasi propriam & innatam & debitam nobilitatem contraxerunt à parente: & dum virtus mentis fundamentum & radicem habet nobilitatem carnis, difficilius à virtute mouetur dignitatibus non mutabilibus, sed quasi innatis minus eleuatur, & humiliationibus quasi magis indignis altius exaltatur: & dum virtus mentis forsan tepuerit, ipsa carnis nobilitas ipsam ad nobilia excitat. Inde est, quod quando hæc duæ nobilitates coniunguntur, ambæ merito laudantur. Vnde fulgebat in venerando duplex decus Gregorio: Senatoria dignitas, voluntaria paupertas, &c. Si autem separarentur, nobilitas carnis non laudatur, sed vituperatur: nobilitas enim mentis sine nobilitate carnis tantò amplius laudatur, quanto etiam propriam vincens naturam laudabiliter operatur. Versus:

Inueni. Sa. ysa. 8.

Malo pater tibi sit Therites, dummodo tu sis
Aquila similis, Volcanique arma capesses,
Quam te Therite similem producat Achilles.
Item alius:

Consultor procerum seruus contemne bilingues.

Quod etiam obicitur, quod non multi potentes secundum carnem & non multi sapientes, &c. Dicimus quod intelligendum est de prædicatoribus per quos mundus ad fidem erat conuertendus, quos congruebat plebeios esse & indoctos, ne eorum potentia vel sapientia vel dignitati ascriberetur illud quod Deus per gratiam & eorum ministerium operabatur: & sic crux Christi euacuaretur: vnde congruebat, quod non doctis humane sapientia verbis, nec in potentia dignitatis homines ad fidem deciperentur vel cogentur, sed simplicibus simplicium verbis exteriori cooperantibus, diuina virtute interiori operante, humiliter ad humilem humiliter vocaretur: & sic Deus humilis exaltaretur, & diabolus qui per superbiam vicerat, per humilitatem vinceretur. Vnde Glossa ibidem: Si non fideliter præcederet piscator, non humiliter sequeretur orator. Aliud autem reformabat per actum in matre, quam decebat modis omnibus quibus potuit exaltare, & sibi nostram naturam vniendam in ipsa de qua eam assumpsit per omnia honorare. Vt sua igitur erga nos gratia tantò maior appareret, quanto nostram naturam sibi inseparabilius vniret, & quanto medium illius vnionis multiplicius decoraret: eiusque humilitas tantò profundior & maioris gratiæ capacior fieret, quanto eam & gratiæ plenitudo & nobilitas eleuaret.

¶

QVÆSTIO XXVI.

OST HÆC querimus, cum de genealogia nobilissima descendisset Virgo beata, quare per se non sit, sed per Ioseph genealogizata? Ad quod sic respondit D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

dit Damasc. Oportet scire, quod non fuit consuetudo Hebræis neque diuina scripturæ genealogias texere mulierum. Nam lex fuit non despondere tribum ex tribu alia. Ioseph autem ex Davidica descendit stirpe & iustus erat: hoc enim de ipso diuinum testatur Euangelium. Non igitur præter legem, inquit, sanctam Virginem ad desponsationem duxisset, nisi ex eius sceptra descendisset. Monstrans igitur viri Ioseph descensionem, contentus est.

¶

QVÆSTIO XXVII.

EX HOC autem oritur quæstio, quare facta Scriptura non genealogizet mulieres & maxime beatam Virginem?

§. I.

ETENIM si hoc esset propter sexus indignitatem, tunc cum maior sit indignitas culpæ quam naturæ, potius mali quam mulieres non debent genealogizari: hoc autem patet esse falsum, vt in Cain & Esau. Si autem hic diceretur, quod sit propter generandi principalitatem: quia masculus generat in altero, femina ab altero: per hoc dictum non soluitur, quod genealogizandi à maribus & feminis generantur. Si autem diceretur, quod hoc sit propter peccati principium quod fuit à muliere, secundum hoc viri non debent genealogizari: quia per virum transmissum est peccatum originale: quia in Adam omnes peccauerunt: non enim peccatum originale contraxissemus, si Adam non peccasset & per aliam generasset. Item si dicitur, quod hoc est propter mysterium: quia filij signant opera virtutum, filia opera infirmitatis: hoc etiam sufficere non videtur, cum mali filij directius & expressius opera mala significant, quam filia. Et sic nulla videtur causa, quod mulieres non genealogizentur in sacra Scriptura. Item constat, quod hoc ipsum quod non genealogizantur, fit in aliquam penam mulierum: ergo quicquid fiet de alijs, illa benedicta inter mulieres exempta est ab omni peccato muliebri: quare cessante causa maledicti debuit genealogizari.

§. II.

AD HOC respondemus, quod non est sacra Scripturæ mulieres genealogizare, propter causas in opposito tactas simul iunctas: quia sexus indignior, natura posterior, culpa prior, ad opera infirmitatis congruentior signanda. Vnde Apostolus 2. Timoth. 1. Mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulierem non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam primò formatus est, deinde Eva: Adam non est seductus, mulier autem seducta in prauauratione fuit.

Solutio obiecti.

QVOD AVTEM primò obiicitur, quòd mali genealogizetur, hoc non est inquantum mali sunt, vel quia mali. Nec est de principali intentione scripturæ inquantum huiusmodi eos genealogizare: sed accidit, quòd mali non inquantum mali generentur à bonis, & boni licet v. huiusmodi non descendant ab ipsis. Vnde cum alicuius boni activa generatio describitur, & quandoque mali, & quandoque boni ponuntur: qui omnes inquantum boni bonitate naturæ à bono naturaliter oriuntur. Similiter quando alicuius boni generatio passiva describitur, & boni patres & mali numerantur: quia bonus à bonis & à malis propagatur. Item transgressio peccati mulieri principalis imputatur: quia origo peccati Adæ & per eam sequens omnium prædictorum ipsa fuit. Item filii mali: mali enim non sunt inquantum mali, sed inquantum boni: & sic minus congruè signatur exitus mali à bono. Filii autem ratione sexus sunt infirmiores: & sic opera infirmitatis significant congruentius. His ergo rationibus mulieres in penam earum non genealogizantur, à qua maledictione penitus exempta fuit beata Virgo, cuius genealogia expressissime declaratur, & patentissime evangelizatur, & in hoc quoque commendatur eius privilegium dignitatis, quod præ omnibus mulieribus genealogizatur, quod notat excellentiam dignitatis.

Quod autem hoc sit per virum sibi desponsatum, declarat em nentiam humilitatis: ut manifestetur mirabilis pulchritudo dignitatis & humilitatis, cum & dignitas excellit humilitatem, & humilitas super omnia præcipue ornat dignitatem. Vnde Bernardus. Quæ est virtutum æquè potens demonum debellare superbiam & tyrannidem hominum: Caterum cum omni indifferenter personæ hæc sit quedam turris fortitudinis à facie inimici, tamen nescio quo pacto vis eius maior est in maioribus, & in clarioribus clarior comprobatur. Nulla splendidior gemma in omni præcipue ornatu summi pontificis. Quæ enim cælior cæteris, eò humilitate apparet illustrior & seipso. Sic ergo privilegiauit Dominus matrem suam super omnes mulieres in eo quod genealogizatur: & humilitate ornauit secundum quòd hæc genealogia ad ipsam per virum descendere denuntiatur.

QVÆSTIO XXVIII.

OST HOC queritur de hoc quod dicitur: Et nomen Virginis, in genituo: & superius de Ioseph, Cui nomen, per datiuum. Ad quod respondemus, quòd datiuum constructur acquiriuius, genitiuus verò possessiuus. Et nomen Ioseph ascribitur per datiuum: quia signatio nominis sui sonat augmentum, quod per sponsalia ei de beatissima Virgine est actualiter acquiriuius: beata autem Virgo sanctificationem sui nominis non quasi de nouo acquiriuit, sed etiam in hoc nata fuit: semper

Lib. 2. de 3. Hieronimo. cap. 10.

enim stella maris fuit, & tam præcedentes se quam sequentes illuminauit: quia nisi per fidem Verbi incarnati vel incarnandi de Virgine nunquam aliter salus fuit. Vnde ipsa in fide & hominum & Dei electione & confirmatione Domina & regina creaturarum super fuit.

QVÆSTIO XXIX.

OST HOC queritur, quomodo congruit matrem Dei appellatam fuisse Mariam?

VIDE TUR, quòd potius appellari debuit Eua, quia in Genesi dicitur: Et vocauit nomen eius Eua, eò quod esset mater omnium viuentium. Si ergo illa est Eua appellata, quæ erat mater omnium viuentium vita naturæ, multò fortius illa beatissima Virgo debuit vocari Eua, quæ est mater omnium viuentium vita gratiæ. Eua enim interpretatur vita.

2 Item, Nunquam inuenitur in Veteri Testamento per aliquam mulierem huiusmodi nominis significata: ergo videtur, quòd potius debuit vocari Rachel, vel Rebecca, vel Iudith, vel Esther, per quas fuit beatissima Virgo figurata.

3 Item, Cum ista Virgo fuit singularis inter omnes, quæ nec primam similem visa est nec habere sequentem in re: ergo nec similem habere debuit in nomine: ergo cum multæ ante & post fuerint Mariæ, Domina nostra non debuit illud nomen habere.

4 Item, Sicut se habet res ad rem, ita nomen ad nomen: sed beata Virgo post Filium Dominum nostrum IESVM CHRISTVM ei simillima fuit in re: ergo & nomine: ergo videtur, quòd à Christo Christiana debuit vocari, vel à recreatione recreatrix appellari, vel aliud dignissimum nomen cogitari.

5 Item, Cantat Ecclesia: Sumens illud aue, mutans nomen Euz. Ergo videtur, quòd beatissima Virgo deberet Aue appellari.

AD HOC respondemus, quòd nomen Maria in hoc loco beatissimæ Virgini congruentissime adaptatur, & propter rei perfectionem quæ in nomine denotatur, & ad exprimendam proprietatem conceptionis quæ hic annuntiat, & ad statum designandum mediationis beatissimæ Virginis, qua mediante genus humanum per mare huius seculi ad portum cæli exemplo, suffragio, & merito reuocatur. Vnde Bernardus: Loquamur pauca & super hoc nomine quod interpretatur maris stella, & matri Virgini congruenter aptatur. Ipsa nanque aprissime syderi comparatur: quia sicut sine sui corruptione sydus emittit radium, sic absque sui læsione Virgo parturit Filium. Nec syderi radius suam minuit claritatem, nec Virgini filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis stella ex Iacob orta, cuius radius vniuersum

Responsio.

Eccl. 1. super hoc nomine quod interpretatur maris stella.

Num. 24.

uersum orbem illuminat, cuius splendor & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipsa, inquam, est præclara & eximia stella super hoc mare magnum & spatiosum necessario subleuata, micans meritis, illustrans exemplis. O quisquis te intelligis in huius seculi profluvio, magis inter procellas & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare: ne auertas oculos à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant ventitationum, si incurras scopulos tribulationum: respice stellam, voca Mariam. Si iactantis superbiam vndis, si ambitionis, si detractionis, si amulationis: respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientie fœditate confusus, iudicii terrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, & desperationis abyssio: cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & ut impetres eius orationis suffragium, non differas conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias: ipsam rogans non desperas: ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia peruenis: & sic in temetipso experiris quam meritò dictum sit, Et nomen Virginis Maria. Maria enim interpretatur Domina, stella maris, illuminata, illuminatrix, amarum mare. Ipsa enim omnium quorum Deus dominus est, domina est: In quo notatur singularis excellentia veri solis, sine corruptione, vel diminutione, vel sui degeneratione: in quo exprimuntur proprietates conceptionis. Ipsa enim est diuinarum illuminationum immediate susceptiua, ipsa omnium bonitatum vniuersaliter distributiua. Inde dicitur stella maris: quia omnibus presentis vite gratiis semper plenissima. Vnde dicitur Maria: quia sicut in mari est congregatio omnium aquarum, ita in ipsa est aggregatio omnium gratiarum. Vnde Genes. primo: Congregationes aquarum vocauit Maria. Locus autem gratiarum omnium vocatur Maria. Ipsa enim in suis ipsius conuersatione per totum amara, in filij passione amarissima, omnibus de amaritudine execrabilibus, ipsa exemplum fuit & causa. His autem rationibus beatissima Virgo Maria hic appellatur Maria.

Solutio obiecti. a. rum.

NON AVTEM hic Eua debuit appellari, neò quod sit mater omnium viuentium per generationem spiritualem, cum de illa per se hic non agatur, sed de carnali eius generatione, quæ ex castissimis carnibus & sanguinibus genuit Filium Dei vniueritum & omnium redemptorem. Hæc igitur in filij conceptione sine dolore antequam parturiret, peperit mascululum Filium suum primogenitum IESVM CHRISTVM. Postea verò tempore passionis parturivit terra in die vna, & parturiebat


gens simul, quia parturivit & filios suos peperit. Hæc autem quia non parit nisi filium suum primogenitum sine dolore, sine corruptione, sine diminutione, congruenter designatur nomine stellæ. Et sicut sydus radium parit, Virgo filium pari forma: neque sydus radio, neque Virgo filio sit corrupta. Tempore verò passionis vbi mater misericordiz, patri misericordiarum in operatione summæ misericordiz affuit, & dolorem passionis secum sustinuit, nam ipsius animam pertransiuit gladius, & confors passionis, adiutrix facta est redemptionis, & mater regenerationis: vnde ibi propter fecunditatem spiritualem qua totius generis humani mater spiritualis effecta est, non sine parturitione doloris omnes nos in vitam æternam in filio & per filium vocauit & regenerauit, mulier meritò dicta fuit. Nomen autem Euz vocari non debuit, cum in re & effectu contraria ei fuit per omnia: illa enim damnauit, ista saluauit: vnde & ipsa nomen Euz mutauit non voce quidem, sed re: illa quidem omnes genuit in mundum, ista in cælos: illa mater carnalis, ista mater misericordiz: illa principium mortalitatis, ista principium regenerationis: illa gratiam perdidit, ista gratiam inuenit: illa transiuit & nos transire fecit de gratia in culpam, ista surrexit & nos surgere fecit secum de culpa in gratiam: illa de latere viri dormientis facta est, ista de corde Dei vigilantis: illa viro suo occasio perditionis, hæc viro adiutorium redemptionis: illa desponsatur mater & origo corruptarum, hæc desponsatur mansura mater & Virgo virginum: illa prima virginitatem perdidit, ista prima virginitatem Deo consecratur: illa à diabolo decepta, hæc ab Angelo edocta: istam diabolus vicit per superbiam, ista vicit diabolum per humilitatem. Et sic patet qualiter mutauit nomen Euz.

Quod autem obiicitur, quòd per nullum hominis nomen figuratur. Dicimus, quòd hoc congrua dispensatione agitur, vt dum nulla ipsam figurans simile habeat nomen, ipsa significantium omnium debet transcendere rationem, utpote quæ nec primam similem visa est nec habere sequentem.

Quod autem huiusmodi nominis ante & post scemina inueniuntur, intelligi datur nobis, quòd licet nulla sceminarum ei similetur per æquiparantiam, nulla tamen ab eius participatione excluditur: In signum igitur quod res sui nominis omnibus communicare desiderat per effectum, & nihil sibi retinere cupiens priuare proprium, communicat aliis etiam suum nomen.

Item non debuit ei esse aliquod nomen à creatore vel à Christo: quia in ista annuntiatione non agitur qualiter ipsa à Christo, sed qualiter Christus ab ea procedit: Christiani nomen non erat ei specialiter imponendum quod erat ad omnes generaliter deriuandum. Et si aliquod nomen ei aptari potuerit excellentioris dignitatis, tamen nullum à maiori negotij de quo agitur proprietate, vt patet per supra dicta verba beati Bernardi. Ex quibus colligitur, quod tribus de causis per hoc nomen in hoc loco beatissima Virgo congruentissime nominatur,

minatur, scilicet propter personæ suæ dignitatem, actionis suæ utilitatem, conceptionis diuine proprietatem. Dignitas personæ exprimitur per naturam lucis, quæ intelligitur per stellam maris. Nihil enim dignius luce vel nobilitate. Cuius ratio: quia primò & principaliter diuine naturæ, postèrius naturæ angelicæ, vltimò corporeæ naturæ comparatur. Et nihil est nobilitus in corporibus luce corporali, in spiritalibus luce spiritali, in summo autem nobilitus lux diuine naturæ, Deus enim lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Vnde lux ad illam lucem immediatissima, secundò loco erat nobilissima: hæc autem erat beata Virgo, quæ non solum ab hac luce sicut luna à soie illuminata fuit, sed sicut aurora de se solem produxit, quæ omnia illuminabilia illuminauit, & sic per naturam lucis exprimitur dignitatis excellentia beatissima Virginis. Per hoc quod additur dicendo, stella maris, tangitur utilitas operationis, in hoc quod omnes naufragos deducit ad portum maris salutis æternæ. Nihilominus per hoc quod dicitur stella maris, tangitur proprietates conceptionis: quia sicut sydus radium &c. videlicet sine corruptione, sine diminutione, sine pollutione concepit filium.



QVÆSTIO XXX.

CONSEQUENTER quæritur de hoc quod dicit, Ingressus, vtrum ianuis clausis vel apertis sit ingressus?

§. I.

ET VIDETUR, quòd ianuis apertis: quia beata Virgo vidit eum oculis non glorificatis sine miraculo: ergo & Angelus habuit corpus assumptum non glorificatum: ergo non potuit intrare ianuis clausis.

Item, Scriptura hoc non dicit: sed si factum esset, diceret, sicut de Domino dicit, quando ad discipulos ianuis clausis intrauit.

CONTRA Augustinus dicit, quòd Angeli assumunt sibi corpora, in quibus apparent, de purissimis elementis. Ergo potuit ianuis clausis intrare.

Item quæritur, quare hic dicat repetendo hoc nomine, Angelus, & non Gabriel, cum in proprio nomine intelligatur nomen commune, & non è conuerso.

Item quæritur de hoc quod dicit, Ad eam, scilicet qualiter secundum situm se habuerit siue positionem: Diuersa est enim positio corporis in vacantibus orationi, scilicet prostratio, genu curuatio, sessio, statio, inclinatio, in qua istatum fuit, quando ei Angelus istam plenitudinem nuntiavit: Videtur, quòd debuit sedere: hoc enim est proprium contemplationis, iuxta illud: Maria sedebat iuxta pedes Domini. Et etiam Philosophus dicit: Anima sedendo & quiescendo sit prudens. Quod autem prostrata debuerit esse, videtur: quia illa maximè pertinet ad humilitatem. Vnde in Apoc. Cecidi ad pedes Angeli. Item quòd stare debuerit, vi-

detur: quia exterior honoris status signum est status interioris: sed secundum hominem interioriorem maximè tunc fuit erecta: ergo secundum exterioriorem hominem stare debuit erecta.


Item si sedit, vtrum Angelo veniente surrexit? Et videtur, quòd sic: quia hoc ad honestatem pertinebat: vnde Rachel excusauit se, quia patri assurgere non potuit. Item in altari Dominum suscipimus stando: ergo ille est reuerendissimus modus Dominum suscipiendi.

§. II.

AD PRIMUM respondemus per beatum Bern. qui dicit, Quo ingressus ad eam? Puto in secretarium pudici cubiculis, vbi illa fortassis elauso super se ostio orabat Patrem in abscondito. Solent Angeli astare orantibus, & delectari in his quos vident leuare puras manus in oratione: holocaustum sanctæ deuotionis, gaudent se offerre Deo in odorem suauitatis. Mariæ autem orationes quantum placuerunt in conspectu Altissimi, Angelus indicauit, qui ingressus ad eam, tam reuerenter salutauit. Nec fuit difficile Angelo per clausum ostium penetrare abdita Virginis, qui vtiq; ex subtilitate substantiæ suæ hoc habet in natura, vt nec feris ferreis eius arceatur ingressus, quocumque suus cum impetus ferat. Angelicis enim spiritibus parietes non obstitunt, sed cuncta illis visibilia cedunt, cuncta æque corpora quantumlibet solida vel spissa, penetrabilia sunt eis ac peruia. Suspiciandum igitur non est, quòd apertum inuenit Angelus ostium Virginis, cui nimirum in proposito erat hominum fugere frequentias, vitare colloquia, ne vel orantis perturbaretur silentium, vel continentis castitas tentaretur. Clauserat itaque etiam illa hora suum super se habitaculum Virgo prudentissima, sed hominibus, non Angelis. Proinde et si ad eam potuit intrare Angelus: sed nulli hominum facilis patebat accessus. Ex his colligendo credimus Angelum clausis ianuis intrasse, & hoc potuisse propter naturæ suæ subtilitatem, & assumpti aetheri corporis qualitatem, beatissimam autem Virginem in aduentu eius inclinatis genibus, & eleuatis puris manibus, erectis in cælum oculis ad Patrem misericordiarum pro incantatione filij sui deuotissimas preces cum lachrymis fudisse, & Angelo veniente reuerenter assurrexisse, & percepta eius annuntiatione credendo in eam consensisse, & quantò citius potuit impleri, flexis genibus rursus in terram, & eleuatis in cælum oculis ac manibus, ex intimo corde erumpentibus præ gaudio lachrymis deuotissimè flagitasse, & sic Deum pariter & hominem concepsisse. Et iste quidem modus positionis & situs est eorum qui de manu Angeli, id est, sacerdotis suscipiunt corpus Dominicum de altari. Quod autem hic repetitur nomen commune Angeli cum dicitur, Ingressus Angelus, per hoc quidem datur intelligi, quòd omnino in ratione nuntij venit, scilicet quod sua auctoritate non venit, quod istud negotium non inuenit, non nisi missus intrauit, non sua verba sed diuina protulit, salutationem

Responsio. Homil. 3. in per Missus est.

salutationem non dictauit, sed detulit, quod omnium nouorum nouissimum nuntiavit.



QVÆSTIO XXXI.

§. I.

AM NVNC quæramus de salutatione, quæ non congruè videtur incipi ab auctum in salutationibus soleant propria nomina & dignitatum præmitti, & post hoc personæ recipienti salus optari, vel gratia, vel seruitium, vel dilectio demandari: quæ omnia in hac salutatione non videntur obseruari.

2. Item, Ille modus salutandi per secundam personam, est modus salutandi à seipso & personam & non ab alio: ergo videtur, quòd Angelus salutauit eam ab iplo & non à Deo.

3. Item, Aue dicit remotionem pœnæ, saluæ præsentiam boni, & permanentiam salutis: ergo maior perfectio significatur per saluam quam per aue: ergo ista perfectissima saluatio debuit potius incipere à saluam quam ab aue.

4. Item, Aue pertinet ad incipientes, & saluæ ad proficientes, gaude ad perfectos: ergo cum beatissima Virgo fuerit perfectissima, per gaude fuit salutanda: quod etiam videtur per locum à minori: Angelus enim salutauit Tobiam, Gaudium tibi sit.

5. Item, Consuetudo & modus salutandi quem ipse Deus tenuit & docuit, fuit, Pax vobis. Hunc etiam tenuit dicens, Pax huic domui. Ergo iste modus salutandi est nobilissimus: igitur debuit in salutatione nobilissima obseruari.

6. Item, Non bene, neque verè videtur ei Angelus dicere aue. Aut enim hoc dixit optando, aut prædicendo de futuro, aut narrando de præsentis. Si narrando de præsentis, saluum dixit: quia adhuc sine vâ non fuit. Si optauit, ergo voluntatem suam voluntati diuine non conformauit: quia eam multa pati voluit. Si autem futura prædixit, non salutauit, sed prophetauit, quod præmium est commune omnium saluandorum, quia quandoque erunt sine vâ.

§. II.

IN CONTRARIUM obicitur & probatur, quòd beatissima Virgo fuit sine vâ. Seneca probat, quòd sapiens non turbatur, hoc modo: Validius est quod lædit, eo quod læditur: fortior non est virtute nequitia, sed infirmior: sed non læditur quis nisi à malis: igitur non læditur. Item dicit: Quicquid in sapientem sit petulanter, proteruè, superbè, frustra tentatur. Item idem in eodem: Diuinitati non nocet: sed omnis sapiens in participatione Deus est: igitur sapienti non nocet. Item, Omnis iniuria est alicuius rei quæ perdi potest: sapiens nihil perdere potest: omnia in se reposuit, nihil credidit fortunæ, bona sua habuit in solido: nihil eripit fortuna, nisi quod dedit: virtutem autem non eripit, quia non dedit. Ex istis autem concludit, quòd nulla turbatio cadit in sapientem: sed citra Deum in statu viæ beatif-

Seneca ad Seruonm. cap. 7. Cap. 8.

suma Virgo fuit omni sapiente sapientior: ergo debuit esse sine omni vâ.

QUOD SI concludatur, contrarium tamen videtur esse: cum adhuc sit sub vâ subiectionis, quod est ex peccato secum, iuxta illud: Sub potestate viri eris. Item sub vâ afflictionis, iuxta illud: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Item sub vâ damni, id est, sub maledicto legis: quia sterilis adhuc fuit.

§. III.

AD PRÆDICTA respondemus, quòd cum duplex sit modus salutandi, scilicet tam per seipsum quam per alium, amabilior & nobilior est ille qui per seipsum, quam per alium. Hæc igitur saluatio perfectissima & amabilissima non fit tanquam per absentem & per alium, sed tanquam præsentis ad præsentem & per seipsum. Rectè igitur modo præsentis taliter Angelus salutationem ab aue inchoauit saluatio illa in qua Deus Trinitas præsentem Virginem in Angelo salutauit. Verbum etiam deprecatorium, & salutarium, & nuntiatiuum fuit: quia beatitudinem quam Angelus beatissimæ Virginis nuntiavit, illam ei exhiberi & impleri ardentissimè concupiuit, & deuotissimè optauit. Aliud etiam verbum salutandi poni non debuit, in quo salutis status vel profectus vel perfectio notaretur: quia cum ista saluatio sit totius salutis inchoatio, quæ primò & principaliter & per se beatissimæ Virgini nuntiatur, & in ea & per eam toti generi humano destinatur, rectè incipit ab aue: initium enim beatitudinis remotio est miseria. Alia autem beatitudinem perfectientia exprimitur per alia verba in salutatione sequentia, vt patebit.

§. IV.

CONCEDIMVS etiam, quòd beatissima Virgo fuit diuersimodè sine diuersis vâ. Fuit enim sine vâ communi omnibus hominibus, sine vâ speciali mulieribus, sine vâ proprio matribus. Ex parte enim corporis omnis homo incurrit triplex vâ per peccatum, scilicet ipsius corporis discrasiam siue distemperationem, & naturalium appetituum inordinationem. Item ipsius ante mortem corporis ad animam repugnantiam secundum quod caro concupiscit aduersus spiritum. Item post mortem corporis incinerationem. De isto triplici vâ legitur Genes. 3. Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinæ & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertetur. In maledictione operum notatur inordinatio appetituum naturalium, in spinis & tribulis concupiscencia contra spiritum, in labore & sudore distemperatio corporis, per reuersionem in puluerem incineratio. Sine isto triplici vâ fuit ista beatissima Virgo in corpore, quæ & corpus habuit eucaticum, cum spiritu per omnia pacificum, & nunquam in cineres resoluendum.

Similiter


Similiter ex parte animæ omnis homo incidit duplex vix Errorum, pudorem, & dolorem. Errorum in rationali, pudorem in irascibili. Error, triplex est, in eligendo, in discernendo, & exequendo. Dolor, triplex, in presenti, in præterito, in futuro. hoc est, mater, dolor, timor. Pudor triplex, pudor de essendo, de agendo, de patiente. hoc est, quod turpis est, quod turpia fecit, quod turpia sustinuit. De vix erroris dicit Augustinus. Error non est hominis instituti à natura, sed pœna damnati. De vix doloris Gen. Quamquam hoc peccaueritis, morte moriemini. De vix pudoris ante peccatum. Gen. dicitur: Erant vique nudus, Adam scilicet & vxor eius, & non erubescerent. Post peccatum autem dicitur: Quis enim indicauit tibi, quod nudus es. nisi quod de ligno de quo præceptam tibi ne comederes, comediti: Et sic vix pudoris ex peccato coniectum est. Ab illo triplici vix immunis fuit beatissima Virgo: quia nec in discretionem, nec in electionem, nec in executionem vnquam errauit, utpote quæ Virgo prudentissima fuit: propter quod etiam libros Sapientie de ipsa exponunt Sancti, quæ sine consilio Spiritus sancti nihil fecit. Et sic fuit sine vix erroris. Dolorem quoque suæ rationi dominantem, ut probant auctoritates Senecæ, nunquam habuit, quæ in omnibus & secundum omnes potentias ordinatissima fuit: in qua ratio semper superior & imperans fuit: vnde quidquid doloris sustinuit, ei in materiam amoris & gaudij semper totum cessit, & sic in ea dolor gaudij rationis nunquam contrarius fuit. Et sic fuit sine vix doloris. Item nihil turpitudinis fecit vnquam, nec habuit, nec sustinuit. Et sic ab omni vix pudoris immunis fuit.

Item ex peccato secutum fuit triplex vix in conuicto, vix pœnæ, vix ignorantie, vix culpæ. Item triplex vix culpæ, originalis, actualis, ac venialis. Culpa actualis mortalis triplex habet vix, scilicet vix auaritie in opere, vix luxurie in corpore, & vix superbie in corde. De isto triplici vix dicitur in Apoc. Vix, vix, vix habitantibus in terra. Item vix pœnæ triplex est, scilicet vix pœnæ gehennæ, vix pœnæ purgatorij, & vix pœnitentie. Item vix ignorantie triplex fuit, ignorantia credendi, ignorantia operandi, ignorantia saluandi, hoc est, quod homo in statu vix ignorat quid credendum, quid operandum, vtrum amore vel odio dignus sit ad saluandum. Sine omni triplici vix fuit beatissima Virgo maria, sed tripliciter, sine vix culpæ actualiter, sine vix pœnæ causaliter, sine vix ignorantie habitualiter: ignorantie autem dico eorum quæ pertinent ad salutem vel mysterij incarnationis reuelationem. De his enim omnibus plenarie edocta fuit per eum, cuius vnctio docet de omnibus.

Item est triplex vix in mulieribus specialiter, in virginibus vix sterilitatis, in coniugatis vix subiectionis, in viduis vix desolationis, quibus vltimis duobus annexum est vix corruptionis. Ab isto triplici vix immunis fuit beatissima Virgo. Fuit enim virgo sine sterilitate, coniugata sine corruptione & subiectione, vidua cum virginitate & sine desolatione, ut in-

sta manifestius explicabitur supra, Benedicta tu in mulieribus.

Item tria vix sunt in matribus, vix damni, vix indigentie, & vix culpæ & pœnæ simul. Et quodlibet istorum vix triplex fuit. Omnis enim alia mater in conceptu perdidit virginitatem, & post conceptum corporis venustatem vel sanitatem, in partu hominum societatem. Ab isto triplici vix immunis fuit beatissima Virgo, quæ ex conceptu non perdidit virginitatem, sed acquiuit eam qua sub Deo maior nequit intelligi puritatem: nec post conceptum perdidit pulchritudinem, imò tanta pulchritudine radiavit, quod eam Ioseph inspicere non potuit. Vnde super illud, Et non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum, Glossa dicit: Mariam facie Ioseph non cognouit, id est, videre non poterat, quam Spiritus sanctus à conceptione penitus impleuerat: & idem non cognoscebat facie ad faciem quam desponsauerat, donec vterus euacuaretur. Et sic constat, quod post conceptionem non perdidit pulchritudinem. Item nec in partu perdidit hominum societatem, imò tunc mediatrix Dei & hominum constituitur, in puerperio à pastoribus & regibus visitatur. Item vix indigentie triplex est. Matres enim futuræ in conceptu indigent pari, post conceptum quiete, in partu obstetricatione. Hæc autem beatissima Virgo in conceptu non habuit partem: quia concepit Spiritu sancto cooperante. Et neque post conceptum indiguit quiete, imò & abiit in montana Iudææ salutare Elizabeth & ipsi ministrare. Item in partu non indiguit obstetricatione, sed gaudebat Dei genitrix, quam circumstant obstericum vice concinentes Angeli gloriam Deo. Item vix culpæ & pœnæ simul in matribus est triplex. Est enim in eis libido in concipiendo, grauitas in portando, dolor in pariendo. A quibus omnibus immunis fuit beata Virgo, quæ concepit sine libidine, grauida fuit sine grauamine, peperit sine dolore. Vnde Isaia. 66. Antequam parturiret, peperit: & antequam veniret partus eius, peperit filium. Et sic concedimus vniuersaliter, quod beatissima Virgo fuit sine omni vix, vel causaliter, vel actualiter, vel habitualiter.



QVÆSTIO XXXII.

S. I.

POST HOC querimus, quare Ecclesia in generali consuetudine apponat Maria in salutando, dicendo, Ave Maria: cum olim nihil licebat apponi ad Euangelium, iuxta illud Apoc. vltimo: Si quis apposuerit ad hoc, apponet & Deus plagas scriptas in hoc libro. Et si quis diminuerit de verbis prophetie huiusmodi, aufertur Deus partem eius de libro vite. Et simile habetur in Deutero.

2. Item Damasc. Omnia quæ tradita sunt per legem, Prophetas, Apostolos & Euangelistas, suscipimus & veneramur & cognoscimus, nihil ultra hoc inquirentes. Ergo cum Euangelista

Euangelista non apposuerit Maria, nos non debemus apponere.

3 Item, Angelus dimisit vel propter causam, vel sine causa. Si sine causa: ergo male fecit dimittendo. Si autem propter causam omisit: ergo nos male facimus apponendo. Videtur autem, quod Angelus male omisit: quia propria nomina in salutationibus apponere est consuetudo.

4 Item, In collatione magnarum dignitatum solet fieri mutatio nominum, ut patet in Papa. Unde Dominus ad Petrum: Simon Ioannis tu vocaberis Cephas. Videtur igitur, quod in ista collatione summæ dignitatis collatæ beatissimæ Virgini, nomen eius dignè debuit mutari.

§. II.

Responso. AD HOC dicimus, quod ad Euangelium apponere est falsa veris componere vel commiscere, vel contraria his quæ in Euangelio sunt prædicare: vnde Apostolus. Si Angelus de cælo venerit, & aliud euangelizauerit vobis quam accepistis, anathema sit. Et sic intelliguntur aliæ auctoritates consimiles. Concedimus igitur, quod Angelus non errauit non apponendo, nec Ecclesia apponendo errat Maria. Angelus enim salutandam dignissimè nouo nomine dignitatis salutauit, ut per mutationem nominis permutatio status significaretur, & eminentia dignitatis: vnde ei pro proprio nomine, scilicet Maria nomen nouum imposuit, scilicet gratia plena, iuxta illud: Vocabitur tibi nomen quod os Domini nominauit. Hoc autem quod dico gratia plena, circumlocutio tantum est proprii nominis beatæ Virginis & personæ ipsius. Quod nulli alij propriè conuenit, neque Deo, neque creaturæ, secundum quod plenitudo gratiæ intelligitur susceptiue: Deus enim nihil habet susceptiue gratiæ. Nulla alia creatura plena est gratiæ susceptiue præter beatam Virginem, quæ sola tantum accepit, quod pura creatura recipere plus non potuit. Vnde ei hoc ita proprium fuit, quod ei Angelus illud pro proprio nomine, hoc est, plena gratia, imposuerit. Ecclesia verò nomen Mariæ apposuit in salutatione ad gratia plena, ut per gratia plena recolat beatissimæ Virginis dignitatem, per Mariam inclinet eam ad nostram necessitatem: ipsa enim gratia plena per inluentiam diuinæ bonitatis, data est vobis stella matri Mariæ, ut eius plenitudo gratiæ, suppleat in vobis defectum culpæ. & ipsa stella in firmamento mundi, hanc nos mortuos de statu miseriæ, reducat ad vitam gloriæ æternæ. Hæc igitur de beatissima Virgine dicitur, hoc felix nomen Maria, uocabitur tibi.

QVÆSTIO XXXIII.

Quoniam quæritur de gratiæ plenitudine quæ fuit in beatâ Virgine. Et primo quæritur de ratione nominum, po-

stea de diuersitate & significatione rerum signatarum.

§. I.

VIDEATUR igitur, quod melius gloria quam gratia plena esse dicatur, cum gloria sit perfectior & gratia & perfectione gratiæ, secundum quod dicit Isai. 31. Ignis in Sion, & caminus in Ierusalem. Et illud: Qui minor est in regno cælorum, maior est Ioanne Baptista. Igitur in perfectissima salutatione debuit poni quod perfectionem maximam demonstraret.

2 Item, Gratia commune est ad gratiam gratum facientem & gratiam gratis datam: & neutrum quantum est de se determinat: sed hoc quod dico, Spiritus sanctus, semper dicit gratiam gratum facientem, & illam in nobilissimo esse, scilicet quod est in Spiritu sancto, & à Spiritu sancto: ergo potius debebat dicere, Aue plena Spiritu sancto, quam gratia plena.

§. II.

AD HOC dicitur, quod hæc annuntia- tur beatæ Virgini plenitudo gratiæ, quæ est origo & medium omnis gratiæ, & etiam causa in humanum genus transferendæ, & secundum statum viæ & patriæ. Vnde Ecclef. 34. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris & agnitionis & sanctæ spei: in me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transit ad me omnes qui concupiscitis me, &c. Item quorsiam omnium bonorum mater est, &c. Initium igitur beatitudinis significatur per gratiam, consummatio per gloriam. Cum igitur annuntietur initium beatitudinis, potius ponitur gratia quam gloria. Item, Spiritus sanctus propriè nominatur gratiam spirituales: gratia est quoddam commune ad gratiam corporalem & spirituales. Vnde cum ista plenitudo, sicut patebit inferius, contineat gratias spirituales & corporales, plus dicitur per gratia plena, quam per Spiritu sancto plena.

QVÆSTIO XXXIV.

Quoniam quæritur de differentia plenitudinis istius ad alias plenitudines in scripturis perueniens. Vnde ab omnibus istis plenitudinibus propriè ista plenitudo dicitur.

Quæritur igitur, in quo differat plenitudo Christi, de quo legitur Ioh. 1. Plenus gratiæ & veritate. Si enim gratia dicitur perfectissima abstracte, & veritas perfectissima intellectus, hæc due perfectiones propriè carnis huius viæ & in statu presentis huius mundi non creduntur, tantum potest esse in statu viæ, & contra quantum plus cognoscitur magis plus diligit in patria: quia ut dicitur in Apocal. Iuxta caritatis sunt æqualis.

Igitur quicumque est plenus gratia & veritate, &c. Igitur cum beatissima Virgo plena sit gratia, plena erit veritate: ergo beatæ Virginis plenitudo eadem erit cum plenitudine redemptionis.

QVOD SI concedatur. Contra hoc: quia Christus accepit Spiritum sanctum non ad mensuram. Ioan. 3. Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum. Pater enim diligit filium, & omnia in manus eius dedit. Beatissimæ autem Virginis est gratia mensurata, cum sit creata: Deus enim omnia creavit in numero pondere, & mensura. Sap. 11.

§. II.

POST HOC queritur de plenitudine de qua legitur in Actibus Apostolorum: Stephanus plenus gratia & fortitudine. Item, Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Obijciunt ergo in hunc modum: Quidquid plenum est duobus sic se habentibus, quod quantitas unius non expellit præsentiam alterius, perfectiori & nobilitati modo est plenum, quam id quod est plenum altero tantum illorum bonorum: sed gratia & fortitudo est duplex bonum, vel duo bona sic se habentia, quod præsentia unius non expellit præsentiam alterius, & quantitas unius non diminuit quantitatem alterius: ergo nobilitati modo & perfectiori modo est plenum, quod est gratia & fortitudine plenum, quam quod est gratia plenum tantum: & ita videtur nobilitati sancti Stephani plenitudo, quam illa quæ beatissimæ Virgini appropriatur.

CONTRA hoc obijciunt in hunc modum: Nihil melius vel nobilitati gratia poterit excogitari: ergo quidquid à gratia diuersum est, minus nobile est quam illa: aut ergo fortitudo vel similia adiecta gratiæ, dicit aliquid diuersum à gratia, vel non. Si non: ergo superfluum adijciunt. Si sic: sed omne diuersum à gratia, non est gratia: & omnis non gratia minus est nobilitati quam gratia: ergo omne plenum gratia, illud est plenum gratia & non gratia: sed in quantum est plenum non gratia, in quantum est vacuum gratia: ergo perfectius est plenum quod est plenum gratia, quam plenum gratia & non gratia. Exemplum huius patet in vase quod meliori repleione plenum est, si est auro plenum, quam si fuerit auro & argento plenum. Et sic patet, quod nobilitati est plenitudo quæ hic signatur, cum dicitur, Aue gratia plena, quam illa de qua dicitur, Plenus gratia & fortitudine.

§. III.

Responsio.

AD hoc dicitur, quod plenitudo dicitur dupliciter. Est enim plenitudo gratiæ dicitur tantum & effluxiva, & non receptiva. Alia est primo receptiva, & post illud effluxiva. Prima est plenitudo æterna, & soli Deo conuenit, & illa sub figura describitur Esther 11. Vidi te Domine quasi Angelum Dei, & perturbatum est cor meum per timorem gloriæ tuæ: valde enim mirabilis es Domine, & factus tua plena est gratiarum. Secunda plenitudo con-

uenit creaturis, & participatur ex tempore: Postquam venit plenitudo temporis, venit & tempus plenitudinis, & triplicem nobis plenitudinem adduxit. Quarum prima proprie est beatissimæ Virginis. Lucæ 1. Aue gratia plena. Secunda Christi. Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Et hoc proprie est Christi hominis. Tertia communis omnibus sanctis: & de ea legitur in diuersis locis in Actibus Apostolorum. Stephanus plenus gratia & fortitudine. Item, Thabita plena bonis operibus & elemosynis. Et similia. Prima istarum plenitudinum est plena gratiæ, secunda plena gratia & veritate, tertia fidei plena & dilectionis operantis. Prima gratia replet ventrem & mentem, secunda affectum & intellectum, tertia replet interius mentem, & effluit exterius per operationem. Beatissima Virgo fuit plenissima ventre & mente: quia plenitudinem gratiæ habuit in mente: sed certe ipsum Dominum omnium virtutum in ventre habuit, vnde plena fuit gratia quantum ad affectum: sed non veritate quantum ad intellectum, quia in via non habuit cognitionem omnium, nec plenam diuinitatis cognitionem per speciem. Christus autem plenus fuit gratia & veritate: quia ille homo habuit omnia per gratiam, quæ Deus habuit per naturam: sed præterea nulla gratia in ipso fuit diminuta, vel otiosa, vel aliquid habuit contrarium: sed hæc fuit gratia vniuersalis. Vel plenus fuit veritate quantum ad cognitionem. Vnde Isidorus: Trinitas sibi soli nota est & homini assumpto. Plenus ergo gratia secundum humanitatem, quæ prius nihil habuit meriti: plenus veritate secundum diuinitatem, in qua nihil fuit vani vel falsi: in ipso erant omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: & hæc est plenitudo veritatis. Et in illo habitabat plenitudo diuinitatis corporaliter. Et hæc est gratiæ plenitudo propria Christi hominis.

§. IV.

PLENITUDO sanctorum est fidei & operum. Sic enim exponit Glossa super illud; Stephanus plenus gratia & fortitudine, id est, fide & operibus. Alias enim mala esset copulatio inter fortitudinem & gratiam, & inter bona opera & elemosynam, nisi hoc quod est operibus bonis, supponeret pro omnibus bonis interioribus per charitatem, elemosyna pro exterioribus bonis per fidem operantem per dilectionem. Sic igitur differunt istæ plenitudines substantialiter & originaliter. Est enim prima istarum plenitudinum quasi fontis plenitudo, secunda quasi plenitudo fluminis, tertia quasi plenitudo cuiusdam fluminis descendens. De prima Esther 11. Fons paruos creuit in fluitum maximum. Beatissima igitur Virgo Maria dicitur fons propter gratiarum abundantiam, paruos propter humilitatis excellentiam, & propter hoc creuit in fluitum maximum quando genuit Dominum nostrum IESUM CHRISTUM, qui dicitur in Ecclesiastico: Ego quasi aqueductus egredias sum de paradiso Dei. Et ab isto flumine descendit plenitudo sanctorum quasi quidam riuus: quia de plenitudine eius omnes accepimus. Prima istarum plenitudinum

omnium priuat vacuitatem, secunda negat particularitatem, tertia importat redundantiam. Plenitudo beatissimæ Virginis priuat vacuitatem: quoad enim vas potest recipere aliquid, tandiu habet aliquid de vacuitate. Vnde omnis creatura alia habet aliquid vacuitatis: quia maiorem gratiam possibilis recipere. Ipsa autem sola gratia plena: quia maiorem gratiam non potuit habere: nisi enim ipsa diuinitati vniretur, maior gratia non potuit intelligi, quam quod de ipsa acciperetur quod vniretur: hoc enim est, nisi ipsa esset Deus, non posset maior gratia intelligi, quam quod ipsa esset Dei mater. Vnde Bernardus: Legimus in Actibus Apostolorum, & Stephanum plenum gratia & fortitudine, & Apostolos fuisse repletos Spiritu sancto, sed longè dissimiliter à Maria. Alioquin nec in illo plenitudo diuinitatis corporaliter, quemadmodum in Maria habitauit: nec illi conceperunt de Spiritu sancto quo modo Maria. Et sic plenitudo beatissimæ Virginis priuat vacuitatem, plenitudo Christi priuat particularitatem: non enim ad mensuram dedit Deus Spiritum sanctum. Glossa: Non particulariter, neque per subdiuisiones, sed generaliter & vniuersaliter. Plenitudo sanctorum quæ est communis, importat redundantiã: replet enim animam interius & effluit per operationem exterius. Et hæc effluxio est duplex. Quidam enim de minori perfectione fluunt ad exteriorem operationem ad sui ipsius saluationem, & aliorum per exempla ædificationem: & hæc est communis sanctis omnibus habentibus tempus operandi: & hæc plenitudo sufficientiæ appellatur, ad quam tenentur omnes. Alij autem effluunt non tantum per bonam operationem in sui & aliorum saluationem, sed etiam in doctrinam salutarem & in Ecclesiæ totius ædificationem. De prima istarum effluxionum: Thabita plena bonis operibus & eleemosynis fuit. De secunda: Repleti sunt Apostoli Spiritu sancto. Et hæc vltima est duplex. Quidam enim effluunt per bonam operationem & instructionem, quidam super hoc & sanguinis effusionem per animæ pro fide positionem. Prima communis est omnibus Doctoribus, secunda Doctoribus & Martyribus. Et ad istam duplicem ex officio tantum prælati tenentur. Et potest hæc appellari plenitudo excellentiæ, in qua prælati suos subditos excellere debent. Et de vltima istarum dicitur: Stephanus plenus gratia & fortitudine. Plenus, inquam, gratia ad peccatores conuertendos, fortitudine ad passiones sustinendas. De omnibus plenitudinibus istis dicitur in Eccles. 1. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant, &c. Locus istarum plenitudinum est abyssus deitatis, vnde exeunt flumina omnia per gratiarum effluxionem, & redeunt per gratiarum actionem, vt iterum fluant per gratiarum multiplicationem.

Ex his patet solutio ad obiectum.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.




QVÆSTIO XXXV.

POST HOC quæritur specialiter de gratiæ plenitudine quæ fuit in beatissima Virgine, quid intelligitur per hanc plenitudinem. Aut enim vniuersaliter dicitur gratia plena, vel quia maior gratia non fuit, vel quia summam gratiam habuit, vel omnem. Constat, quod nec summam nec omnem gratiam habuit: quia gratiam vnionis non habuit, quæ in numero gratiarum summa fuit. Proinde patet, quod maior gratia fuit. Videtur autem, quod plena gratia dicitur: quia maioris gratiæ capax non fuit. Sed hoc quoque videtur falsum: quia in sua glorificatione maiorem gratiam accepit.

QVÆRITUR autem, vtrum hoc quod est gratia plena, tantum supponat pro omni gratia cuius pura creatura capax fuit? Et videtur, quod non: quia cum terminis indefinitè sumitur, ex indefinita vniuersalis non infertur.

QVOD SI CONCEDATUR. Contra Eccles. 24. In me omnis gratia viæ & veritatis. Hoc interpretatur Ecclesia de beata Virgine. Ergo fuit omni gratia plena. Præterea indefinita est in arte logica vniuersaliter intelligenda. Item beneficia principum largissimè sunt interpretanda. Igitur cum Dominus in priuilegio suo per Angelum transmissum appellet eam, gratia plena, nullam gratiam specificando, erit pro omnibus vniuersaliter interpretandum. Præterea Deus influit suam bonitatem vnicuique secundum suam bonitatem & virtutem & capacitatem, vt patet in Evangelio: Et tradidit illis bona, &c. Igitur quicumque creatura est capax omnis gratiæ, cuius pura creatura est capax, illa creatura est plena omni gratia, cuius capax est pura creatura: talis autem creatura fuit beata Virgo: ergo ipsa erit plena omni gratia, cuius particeps potest esse pura creatura.



QVÆSTIO XXXVI.

QVÆRAMVS igitur per ordinem de vniuersitate gratiarum in hac plenitudine contentarum. Primo igitur quæritur de gratiis sacramentalibus, vtrum in hac plenitudine continentur sacramenta? Et primo de prima, scilicet de gratia baptismali.

S. L.

PRIMO quæritur, vtrum beata Virgo fuerit baptizata? Et videtur, quod sic. Quicquid habet omne conferens gratiam, plenus est gratia quam id quod habet aliquid conferens gratiam, & aliquid non: sed beatissima Virgo fuit plena gratia: ergo habuit omne conferens gratiam: ergo habuit baptismum.

1. Item, Præceptum de baptismo post sui promulgationem obligat omnes ad sui susceptionem: ergo & beatam Virginem.

3. Item, Dominus baptizatus fuit, quantumvis

D non

non indiguit vel indigeret: ergo beata Virgo debuit baptizari. Ioan. 3. Amen amen dico vobis: Nisi quis renatus fuerit, &c. Sed beata Virgo regnum intrauit. Ergo baptizata fuit.

4 Item, Si non baptizaretur, ignarum suæ sanctificationis scandalizaret: sed non scandalizaret: ergo, &c.

5 Item, Legalia seruauit, sicut purificationes mulieris: ergo & Euangelica seruauit.

6 Item, Dominus dixit Ioanni: Sic enim decet nos adimplere omnem iustitiam. Glossa, id est, perfectam humilitatem. Ergo propter eandem causam debuit baptizari beata Virgo.

7 Item de Apostolis supponitur, quod fuerunt baptizati per illud Ioan. 3. Lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. Ergo multo fortius debuit illud supponi de beata Virgine, quæ fuit perfectissima obseruatrix consiliorum & præceptorum Dei.

8 Item, Si non esset baptizata, non haberet characterem per quem distingueretur à Iudæis & gentilibus.

Iuxta hoc quæritur, vtrum baptizata fuit baptismo Ioannis: Et videtur, quod sic. Cum enim humillima fuit, nullum gradum humilitatis prætermisit.

§. II.

SI CONCEDATUR, obicitur in hunc modum per contrarium: Sapientis est nihil frustra facere: sed frustra accipit medicinam, qui non indiget: sed baptismus est medicina contra originale peccatum instituta, à quo fuit beatissima Virgo in vtero sanctificata: ergo baptizari non indiguit: ergo baptizari non debuit: ergo baptizata non fuit.

2 Item, Ficti sunt, vt dicit August. qui sacramentum & non rem sacramenti accipiunt: sed si beatissima Virgo baptizaretur, non susciperet rem sacramenti, id est, gratiam qua prius esset plena: ergo esset ficta: hoc autem est falsum: Spiritus sanctus enim discipline effugiet fictum.

3 Item, De Domino legitur, quod fuit baptizatus. Ergo de beata Virgine, si fuisset baptizata, legeretur.

4 Item, Quia fuit purificata, agitur festum purificationis eius. Similiter si baptizata fuisset, ageretur eius festum baptismatis.

5 Item, Diuina operatio non procedit in imperfecto de perfecto, sed è contra: sed maior est perfectio sanctificationum in vtero, quam baptizatorum: ergo sanctificati in vtero non debent baptizari.

6 Item, Si nihil accepit de baptismo Dominus, contulit tamen vim regeneratiuam aquis contactu suæ carnis: sed beatissima Virgo si nihil reciperet à baptismo, nec aliquid conferret baptismo, frustra susciperet baptismum.

Quæritur ergo, si fuerit baptizata, quare non fuit festum, cum tam solemne factum multum ordinaretur ad ædificationem fidelium?



QVÆSTIO XXXVII.

POST HOC quæritur de confirmatione, vtrum fuerit confirmata? Videtur autem, quod potius debuit confirmari quam baptizari: quia sacramentum confirmationis est maiori reuerentia tenendum. Vnde Melchiodorus: Scitote vtrumque esse magnum sacramentum, sed vnum maiori veneratione tenendum, sicut à maioribus datur.

2 Item, Beata Virgo fuit plenè Christiana: sed hoc fit per sacramentum confirmationis: ergo, &c. Media patet per Vrbanum Papam, qui dicit: Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum post baptismum debent accipere Spiritum sanctum, vt pleni Christiani inueniantur.

SI CONCEDATUR. Contra: Dominus non legitur confirmatus: ergo beata Virgo non debuit confirmari, cum in omnibus fuerit illius imitatrix.

3 Item, Dominus qui solus potuisset ei legem dedisse, non inuenitur hoc sacramentum instituisse: ergo nec tenebatur ipsa hoc sacramentum accipere.

4 Item Rabanus: A summo sacerdote per manus impositionem Paraclitus traditur baptizato, vt roboretur per Spiritum sanctum ad prædicandum, si necesse fuerit, aliis, quod ipse est consecutus in baptismo. Sed beata Virgo ad nullius manus impositionem Paraclitum recipit, nec robore Spiritus indiguit, quia plenitudinem habuit: & etiam prædicare non debuit. Ergo confirmata non fuit.



QVÆSTIO XXXVIII.

SIMILITER de sacramento altaris quæritur, vtrum beata Virgo sub sacramento illo Dominicum corpus acceperit? Similiter & gratiam quæ per illud confertur sacramentum. Et videtur, quod sic: nam Dominus in Ioan. dicit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Ergo omnes fideles in Ecclesia, tempore determinato, tenentur communicare: ergo beatissima Virgo si non communicaret, scandalizaret: sed non scandalizauit: ergo communicauit.

2 Item, Hoc est sacramentum amoris. Ergo ipsum maximè debuit suscipere, quæ fuit summa in amore.

QVOD SI concedatur. Contra: Hoc sacramentum propter tria est institutum, scilicet propter charitatis augmentum in remissionem venialium, & in cautelam mortalium peccatorum, & vt signum passionis rememoretur: sed propter istorum nullum communicare debuit beata Virgo: nam augmento charitatis non indiguit: quia charitate plena fuit. Remissione non indiguit, vel cautela: quia nunquam peccauit, vel peccare potuit. Signo sensibili rememoratiuo non indiguit, quæ Christiiformis secundum sensum, & Deiformis secundum intellectum fuit. Item dici non poterit, quod propter humiliationem illud sacramentum susceperit, cum non sit humiliatio Dominum in cibum recipere.



QVÆSTIO XLI.

POST HOC quæritur de sacramento ordinum, vtrum ista beatissima Virginitas plenitudo comprehendat & illam gratiam quæ confertur sub ordinum sacramento: Et videtur, quod sic. Ordo enim est ad multiplicationem fidelium spiritualem: sed beatissima Virgo est spiritualis mater omnium fidelium: ergo ipsa debuit habere ordinis sacramentum.

2 Item, Penes ordines distinguuntur in Ecclesia dignitates, vt patet in Papa, Archiepiscopis, &c. sed beatissima Virgo in Ecclesia continet summam dignitatem: ergo & supremum habuit ordinem.

3 Item, Ecclesiastica hierarchia est ad exemplar cælestis hierarchiæ formata: sed in cælesti hierarchia, vt dicit Dionysius, omnes superiores habent proprietates inferiorum & excellentius: ergo in Ecclesiastica hierarchia sic erit: sed beata Virgo in Ecclesiastica hierarchia fuit suprema & dignissima persona: ergo habebit dignitates & proprietates inferiorum: & sic habebit omnes ordines.

4 Item, Character ordinum est character excellentiæ: ergo potissimè inerat ei quæ omnes creaturas excellit dignitate.

5 Item Apostolus: Omnis anima potestati subdita sit sublimioribus. Sed beata Virgo nulli potestati humanæ subdita tenebatur esse. Ergo fuit suprema ordine & dignitate.

6 Item, Cui inest maius, & minus poterit inesse: sed magis est quod per alicuius consensum & verbum de carne propria formetur corpus Dominicum, quam quod per eius ministerium panis transformetur in ipsum corpus: primum enim facit esse matrem Dei, secundum autem ministerium Christi. Sed primum in beatissima Virgine factum fuit. Ergo & secundum fieri potuit.

7 Item, Si mulieribus pro maledicto impositum fuit, quod non sint susceptiue sacrorum ordinum, ab hoc maledicto immunis debuit esse, quæ ab aliis mulieribus excepta fuit: eò quod sola inter mulieres benedicta fuit: ergo si mulieres non debent ordinari, quia mulier initium peccati fuit, ergo per oppositum illa ordinari debuit, quæ omnibus principium virtutis fuit.


8 Item, Quæcumque causa in aliis mulieribus generalis fuit, beatam Virginitatem non includit, quæ non de numero omnium fuit, sed super omnes fuit, iuxta illud Esther 15. Quid habes Esther, ego sum frater tuus. Et infra: Non enim per te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Quasi diceret: Tu non es de omnibus, sed super omnes.



QVÆSTIO XLII.

IUXTA hoc quæritur, quare mulieres ad sacros ordines non promoueantur? Si dicitur:

cipere, sed magis dignatio sua immensa, quod ipse dignatur nos seipso cibare. Et ita videtur, quod beata Virgo neque ratione humilitatis nec vtilitatis debuit accipere eucharistiam.



QVÆSTIO XXXIX.

CONSEQUENTER quæritur de sacramento penitentiae, vtrum per illud aliquam gratiam recepit beata Virgo? Et videtur, quod non: quia penitentia est secunda tabula post naufragium: quia si quis vestem innocentie in baptismo perceptam corrumpere, per penitentiam reparare poterit: sed beata Virgo nunquam naufragauit per peccatum actuale: ergo nunquam fuit confessa, aut contrita: sed sine contritione non est gratia per sacramentum penitentiae: ergo beata Virgo non suscepit gratiam per sacramentum penitentiae.

2 Item, Confessio est ficta sine contritione: hic autem non fuit contritio: ergo nec confessio.

3 Item, Vtrumque est de peccato: hic autem nullum peccatum: ergo nec confessio, nec contritio, nec penitentia fuit.

SED CONTRA: Confessio fuit in lege noua & veteri: ergo omnes tenentur confiteri.

2 Item, Beatissima Virgo fecit confessionem operis seruando purificationem & offerendo oblationem statutam pro paricandis: ergo debuit confessionem facere oris.

3 Item, Penitentiam agite. Glossa: Prima virtus per penitentiam veterem hominem perimitte. Item alia Glossa: Penitentia est prima virtus. Sed beatissima Virgo habuit omnes virtutes: ergo & penitentiam.

4 Item, Non obstat, quod non habuit peccatum: quia dicit Gregorius: Bonarum mentium est culpas agnoscere, vbi culpa non est: ergo poterat confiteri.



QVÆSTIO XL.

VERITUR igitur, si fuerit confessa, quis fuit confessor eius? Et videtur, quod beatus Petrus: quia ordo est inter confitentes confessores: ergo cum suprema confitens fuerit beata Virgo, debuit confiteri supremo confessori & dignissimo: hic autem est Papa: ergo debuit confiteri beato Petro, qui fuit Papa.

SED CONTRA: Superior prælatus non debuit se intromittere de administratione sui inferioris, vt pote Metropolitanus sui suffraganei, nisi in determinatis casibus: ergo cum beata Virgo esset specialiter beato Ioanni commissa, ab ipso debuit recipere sacramenta.

dicitur, quod hoc est propter originem culpæ per Eam transmissæ, non videtur, quod hoc stare possit: quia pro illa culpa beata Virgo satisfecit: ergo non conturget duplex tribulatio, & Deus bis in idipsum non iudicabit. Si autem dicitur, quod hoc fit propter sexus indignitatem & naturæ, hoc non potest dici: quia maior est indignitas culpæ quam naturæ: & tamen peccatum mortale non impedit, quin possit vir, licet non debeat, in peccato mortali promoueri. Item si hoc esset propter sexus inferioritatem, propter hoc etiam non deberent mulieres communicare, cum maius sit hoc sacramentum percipere quam dare alijs.

Item queritur, Cum Dominus nusquam videatur prohibere mulieres à sacramento ordinum, qualiter hoc Ecclesia per se ausa fuerit inuenire?

Quod autem beatissima Virgo non debuit aliquos ordines habere, probatur hoc modo: Quando Dominus in cæna discipulis corpus suum tradidit, & potestatem conficiendi contulit, non exprimitur quod aliquibus nisi discipulis dederit: sed in talibus quod vni concessum invenitur, alijs est prohibitum: ergo tantum est collata potestas conficiendi discipulis & eorum successoribus.

2. Item, Quando Dominus dixit, Tibi dabo claves regni cælorum, Petrus pro omnibus respondit: & Dominus Petro respondens, potestatem ligandi atque soluendi contulit: ergo potestas ordinis tantum est in Apostolis & eorum successoribus.

3. Item, Ambrosius dicit: Quod mulieres non recipiunt ordines, est ex impedimento sexus & constitutione Ecclesiæ.

4. Item, Beata Virgo modo est super omnes ordines Angelorum in Ecclesia triumphante: ergo hic erat super omnes in Ecclesia militante.

5. Item omnes ordines Ecclesiæ sunt in ministerium: vnde etiam pastores nominantur, quibus per Prophetam dicitur: Constitui te super gentes & regna. Beata autem Virgo non est assumpta in ministerium à Domino, sed in consortium & adiutorium, iuxta illud: Faciamus ei adiutorium simile sibi. Sed si hoc est, non debuit aliquem habere ordinem: summus enim in ordine Ecclesiæ Papa est, qui est vicarius IESU CHRISTI. Beata autem Virgo non est vicaria, sed coadiutrix & socia, particeps in regno quæ fuit particeps passionum pro genere humano, quando omnibus ministris fugientibus & discipulis sola sub cruce perstitit, & vulnera quæ Christus corpore, ipsa corde suscepit: vnde & gladius tunc ipsius animam petranxit.



QVÆSTIO XLIII.

VLTIMO queritur de extrema vñctione, vtrum in hac plenitudine contineatur ipsius gratia: Et videret, quod sic. Iacob. 2. Si quis omnem legem seruauerit, offenderit autem in vno, omnium reus est. Ergo qui tenetur ad legem, ad totam legem tenetur: sed extrema vñctio fuit de lege à Domino instituta &

ab Ecclesia: vnde in Matth. legitur, quod Apostoli circuibant castella, oleo curantes infirmos. Ergo beata Virgo tenebatur ad extremam vñctionem.

2. Item, Scandalizasset, si non accepisset Ecclesiæ sacramenta.

3. Item, Si aliqua propter humilitatem suscepit, & illud suscipere debuit.

SED CONTRA: Non est opus valentibus medicina, sed male habentibus. Ergo medicina curatiua perditur, quæ sanis confertur: ergo & Apostoli animarum medici si medicinam suam Dominæ nostræ contulerunt, eam perdidertunt.

2. Item, Secundum generalem consuetudinem paruuli non inunguntur: ergo multò minus beata Virgo, quæ sanctior & sanior est omni puero.

3. Item, Iacob. 5. Infirmatur quis in vobis, &c. Ergo istud sacramentum non confertur nisi infirmantibus: sed beatissima Virgo per infirmitatem non fuit mortua: ergo non fuit inungenda. Quod autem sine dolore mortua fuerit, patet: quia legitur de Ioanne Euangelista, quod descendit in fossam sepulturæ suæ, & facta oratione positus est ad patres suos, tam extraneus à dolore mortis, quam fuerat à corruptione carnis alienus. Si hoc collatum est Ioanni ratione virginitaris, multò fortius beatissimæ Virgini, cum ipsa, vt dicit Damascenus, à nullo illustrium superetur.

4. Item, Beatissima Virgo peccasset, si ore cum intentione dixisset, Peccavi: quia falsum dixisset, sed plus est dicere opere quam ore: sed si extremam vñctionem accepisset, dixisset opere, Peccavi: ergo falsum dixisset: ergo extremam vñctionem non accepit.

Solutio ad prædicta.

§. I.

SOLVERE quod obiicitur de ratione plenitudinis, donec omnia hanc plenitudinem intrantia persequamur, differimus. Ad aliud quod obiectum est de gratis sacramentalibus, respondemus, quod beatissima Virgo tunc Ecclesiæ omnia sacramenta suscepit, quæ tempore suo omnibus hominibus fuerunt generaliter instituta & promulgata omnibus obseruanda: & hoc multiplici de causa. Primò ad sui ipsius humiliationem. Secundò propter scandali euitationem. Tertio propter præcepti impletionem. Quarto propter meritum eius supererogationem. Quinto propter hæresum confutationem, illarum scilicet quæ ipsam non hominem sed Angelum asserabant. Sextò ad perfectorum instructionem, vt qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Septimò ad peccatorum redargutionem. Possunt & istæ septem causæ reduci ad tres causas, propter quas sacramenta dantur in lib. 4. sentent. instituta, videlicet ad humiliationem, ad eruditionem, ad exercitationem. Quare autem de ista sacramentorum susceptione à beata Virgine nihil inuenitur expressum, hoc sine causa non credimus esse factum. Prima causa potest esse, vt per hoc fidelium deuotio excitetur, iuxta illud: Qui edunt me, adhuc

adhuc esuriunt: & qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Secunda causa, vt nostra vana operatio reprimatur, nostra bona opera pro magno reputando, cum excellentissimi meriti opera plura à beata Virgine facta, in d. ab ipso Domino vsque ad annum tricesimum impleta credimus, quæ scriptura quasi non æstimans præterierit subtrahendo: quasi tacendo dicat nobis scriptura, Cum omnia bene feceritis quæ præcipio vobis, dicite, Serui inutiles sumus: & nolite tuba ante canere, quia non respondebit ei vnum pro mille. Tertia causa est: quia Dominus noster & Domina suas secretas habitudines per se notas noluerunt manifestare, iuxta illud: Sileat os tuum, laudet te os alienum. Vnde quæ in præsentia populorum vel discipulorum fecerunt, scripta sunt ad nostram ædificationem, vt nos similiter faciamus, scilicet vt luceat lux nostra coram hominibus, & glorificemus patrem nostrum qui in cælis est. Ea autem quæ Apostolis vel alijs ignorantibus gesta sunt, tacuerunt: & hoc ad nostram doctrinam, vt nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: quia, vt dicit beatus Gregorius, Studium cælestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. Vnde de prædari desiderat, qui thesaurum publicè in via portat. Vnde Bernard. Increpat Christi natiuitas se laudantes & se ostentare cupientes. Vnde ibidem: Nocte voluit Christus nasci: vbi sunt qui tam impudenter ostentare gestiunt semetipsos? Denique tacet Christus, nuntiat eum Angelus, laudat multitudo cælestis exercitus, Sileat os tuum, & laudet te os alienum. Quarta causa potest esse, quod Dominus certa quædam nos dubitare permittit in via, vt mentes nostras alluciat ad concupiscendam perfectam cognitionem in patria. Vnde Exod. 12. Non remanebit ex eo quicquam vsque mane. Quod autem residuum fuerit, igne comburetis. Glossa Gregorij: Quod ex agno remanet, igne comburimus: quia quod de mysterio incarnationis eius penetrare vel intelligere non possumus, potestati sancti Spiritus humiliter referuamus: vt non superbe quis audeat vel contemere vel denantare quæ non intelligit, sed igni tradat, id est, Spiritui sancto relinquat, videlicet donec omnia in futuro quilibet in quo cognitus sit & cognoscat. Nec tamen interim nostra deuotio sine exercitatione torpescat, secundum illud quod præcedit ibidem: Caput cum pedibus & intestinis vorabit: nec remanebit ex eo quicquam vsque mane. Glossa Gregorij: Caput agni vorare, est diuinitatem illius fide percipere: pedes vorare, est vestigia humanitatis eius amando & imitando sequi vel intelligere: intestina, id est, occulta verborum Christi & mystica mandata perquirere: quæ voramus cum auidè sumimus. In quo vorationis verbo pigritia nostra reprehenditur: quia verba eius atque mysteria nec per nos ipsos requirimus, & dicta ab alijs inuiti audimus. Non remanebit ex eo quicquam vsque ad mane: quia eius dicta magna sunt excutienda sollicitudine, vt antequam veniat dies resurrectionis, in nocte præsentis vite omnia mandata eius intelligendo penetremus. Quinta causa potest esse, sicut

beatus August. de beata Virgine vnã ponit regulam: Vbi cumque agitur de peccatis, de ea nolit fieri quæstio: & ita pro regula & pro principio per se noto de ipsa supponatur in bono: quidquid boni aliqua creatura pura fecerit vel receperit, de hoc expers esse non liceat dubitari: cum sicut Damasc. ait, à nullo illustrium superetur. Sexta causa est, quod sicut nihil diminutum, ita nihil superfluum in sacra Scriptura ponitur: quia, vt dicit Philosophus, qui vnum dicit, quodammodo plura dicit. Vnde dico & pro constanti teneo, quod si Apostoli & alij sancti receperunt gratias sacramentales, superfluum erat addere hoc idem de illa quæ gratia plena fuit. Vnde Bernard. Si nec folium de arboris sine causa, nec vnus de passeribus sine Patre cælesti cadit, pure ego de ore sancti Euangelistæ superfluum distulere verbum, præsertim in sancta historia Verbi? Non puto. Plena quippe sunt omnia supernis mysterijs, & cælesti singula dulcedine redundantia. Si tamen diligentem habeant inspectorem, qui nouerit sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo. His autem rationibus beatissima Virgo sacramentorum humilem susceptionem & in se habere voluit & tacere, vt dum se magis in omnibus humiliaret, & ipsam sui humilitatem quantum in se erat omnibus modis occultaret, sicut humilitate perfectam, ita omni gratia plenam eam etiam tacendo tota Scriptura proclamaret.

§. II.

AD OBIECTA etiam de singulis sacramentis per ordinem respondentes concedimus eam omnium sacramentorum gratias vel in seipsis vel in æquipollenti suscepisse excellenter. Suscepit igitur baptismum, & per baptismum characteris impressionem, virtutum exercitationem, meritum augmentationem. Quare autem non agatur festum eius baptismi, sicut purificationis, vna ratio esse potest: quia baptismus eius celebratus fuit in secreto, oblatio autem post purificationem in manifesto. Alia est ratio quare baptismi festum non celebratur: quia baptismus per se & principaliter datus est in medicinam peccatorum. Nec obstat, quod Ecclesia baptismum Domini solemnizet: quia sua baptizatio nostri baptismi fuit consecratio, nostra autem ad gratiam & gloriam regeneratio: beatissima autem Virgo ad baptismum accedens sicca non fuit: quia eo quod habere debuit, non caruit, sed abundauit peccati detestatione & fidei perfectione, quæ requiruntur in accedente. Alia de baptismi obiecta, soluta sunt per prædicta.

Similiter eodem modo dicendum est de sacramento confirmationis, in quo recepit aliter characteris impressionem, ampliorum meritum augmentationem, perfectiorem virtutum exercitationem & declarationem.

De sacramento altaris recepit Dominicæ passionis rememorationem, deuotionis actualis exercitationem, contra corporalem filij absentiam consolationem.

De sacramento verò poenitentiae recepit gratiam in excellenti æquipollenti. Pro D 3 contritione



Matth. 16.

Matth. 9.

Luce. 17.

Proverb. 17.

Homil. 11. in Euang.

Sermo 3. in Natali Domini.

2. Th. 1. 2. m. 1. cap. 9.

Homil. 22. in Euang.

contritione innocentia conuersationem, pro confessione gratiarum actionem, pro satisfactione super orationem.

Item triplex est confessio, scilicet accusatio peccatorum, recognitio incongruitatis vel ingratitudinis beneficiorum, & confessio insufficientie meritorum, & hæc fuit proprie confessio beatissimæ Virginis qua confitebatur Deo, quod tantam gratiam suscepit, quod nunquam de condigno meruit, vel quam omnis creatura mereri potuit, licet ipsa de congruo mereretur. Hæc & similia confessio fuit beata Virgo beato Ioanni Euangelista suo proprio confessori.

Item in extrema vnctio ne recepit completam victoriam præteritæ & plenam gloriam futuræ glorificationem, & loco remissionis venialium, totius doloris mortis remissionem, pro infirmitatis alleviatione, totius corporis glorificationem. Et licet hoc sacramentum potuisset non recipere beata Virgo exempta per privilegium, quod confert Dominus his quos sine infirmitate & mortis dolore dignatus fuerit euocare: qui videretur, non tenetur ad extremam vnctionem cum oleo ad infirmos introducto pro infirmitatibus institutam, videtur tamen verisimile esse, quod beatissima Virgo isti privilegio pro se introducto propter humilitatem abinuenitauerit, sicut & alia sua privilegia dum viueret occultauit: & quod sacramentum illud pro peccatoribus institutum humiliter suscepit, ut humilitatem quam per totam vitam tenuerat, egressura consummaret: & dum in extremo vite articulo quod conformitatem peccatorum descendit, Domino illam exaltante, choros omnes transcendit Angelorum.

In sacramento matrimonij triplex habuit bonum beata Virgo. Vnde August. Omne nuptiarum bonum impletum est in parentibus Christi, fides, proles, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium. Habuit autem excellentius istam gratiam beatissima Virgo: quia coniugia sunt tanquam pari voto continentium. Vnde August. Imò verò tantò sanctior coniuges maritibus, quanto sanctiora concorditer placita seruabat.

Solum sacramentum ordinis beatissima Virgo non recepit: hoc autem secundum exterioram hominum reputationem quandam profert dignitatem, interiori autem secundum veritatem humilem pertinet ad seruitutem. Vnde per oppositum statui beatissimæ Virginis opponebatur, quæ interiori summam coram Deo habuit dignitatem, exteriori summam coram hominibus habuit humilitatem. Et ita hoc sacramentum non recepit beata Virgo. Primò, ut dictum est, propter status sui contrarietatem. Secundò propter humilem aliarum mulierum conformitatem, quæ ab hoc sacramento excluduntur, videlicet propter texus indignitatem, maiorem peccandi fragilitatem, & propter eam, quæ ex his sequitur, regimini incongruitatem. Tertio ad significandum status sui elevationem: omnes enim Ecclesiæ dignitates sunt introductæ ad seruitutem in salutem fidelium animarum: vnde Dominus in Euangelio: Reges gentium

dominantur eorum, vos autem non sic: sed qui maior est vestrum, &c. Vnde & omnes pastores nominantur. Vnde Bernard. Non est quod blandiatur celsitudo, vbi sollicitudo maior: illa discrimen intendit, hæc amicum probat. Et infra: Ad quid omnimodis attendendum: non enim ad dominandum opinor: nam & Propheta cum similitèr leuaretur, audiuit: Ut euellas & destruas, & disperdas & dissipas, & ædifices & plantes. Quid horum factum sonat? Rusticitiani magis sudoris sehemate quodam labor spiritualis expressus est. Et nos igitur ut multum sentiamus de nobis, vel nobis impositum senserimus ministerium, non dominium datum. Infra: Disce exemplo prophetico præsidere non tam ad imperitadum quam ad faciendum quod tempus requirit. Disce sæculo tibi opus esse non sceptro, ut opus facias Propheta. Et quidem ille non regnaturus ascendit, sed extirpaturus. Antecessores tui Apostoli audierunt, quia messis quidem multa, operarij verò pauci. Paternam tibi vindicatio hereditatem. Nam si filius, & hæres. Ut probes heredem, euigila ad curam, & non otio torpeas, ne & tibi dicatur: Quid hic stas tota die otiosus? Multò minus inueniri oportet, aut deliciis resolutus, aut resupinum pompis. Nihil horum tibi tabulæ testatoris assignant. Sed quid? Si illarum tenore contentus sis, curam potius hereditatis & operam, quam gloriam & diuitias. Blanditur cathedra: Specula est. Inde denique superintendis, sonans tibi Episcopi nomine non dominium, sed officium. Quidni loceris in eminenti, vnde prospectes omnia, qui speculator super omnia constitueris? Enimvero prospectus iste prociendum parit, non otium. Quando libet gloriari, vbi oriari non licet? Nec locus est otio, vbi sedula vrget sollicitudo omnium Ecclesiarum. Nam quid tibi aliud dimisit sanctus Apostolus? Quod habeo, inquit, hoc tibi do. Quid illud? Vnum scio, non est aurum neque argentum, cum ipse dicat, Argentum & aurum non est mihi. Et infra: Neque ille tibi dare quod non habuit, potuit. Quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem super Ecclesias. Nunquid dominationem? Audi ipsum: Non dominantes, ait, in clero, sed forma facti gregis. Ex his & similibus patet, quod dignitates Ecclesiæ introductæ sunt in seruitium & ministerium. Beatissima autem Virgo assumpta est in salutis auxilium, & in regni confortium: ipsa enim sola ministris fugientibus compassa fuit. Vnde & sola regni confortium obtinuit, quæ laboris adiutrix fuit, iuxta illud: Faciamus ei adiutorium simile sibi. Licet autem beatissima Virgo sacramentum ordinis non recepit, quidquid tamen dignitatis vel gratiæ in ipsis confertur, de hoc plena fuit. In ipsis autem confertur septiformis gratia: hæc autem omnifaria gratia plena fuit. Item sunt in sacramento ordinis potestas spiritualis, dignitas ministerialis, & administratio executionis. Hæc autem tria beatissima Virgo habuit in se æquipollenter & excellenter. Ministri Ecclesiæ habent dignitatem beneficalem per characterem excellentiæ, beatissima autem Virgo habuit coronam regni triumphantis & militantis Ecclesiæ: vnde summus ministrorum Papa appellatur & est seruorum Dei

Lib. 2. de obsequiis. cap. 5.

Cap. 6.

Jerem. 1.

Matth. 26.

42. 31.

1. Pet. 5.


Dei seruus, hæc est Regina & Domina Angelorum: ille seruus seruorum Dei, ista Imperatrix totius mundi. Item in ministris est potestas spiritualis temporalis à Deo, vel subdelegata, vel vicaria: in ipsa est plenitudo potestatis celestis perpetua ex auctoritate ordinaria. Item in ministris est executio ligandi ac soluendi per vsum clauium: in ipsa est legitima dominandi potestas ad ligandum & soluendum per imperium. Et sic quidquid est dignitatis & gratiæ in ordinibus, constat beatæ Virgini minimè defuisse.

Sed ne videatur virtutes siue dignitates generales tantum habuisse & specialibus caruisse, dicimus ipsam singulorum ordinum dignitates & gratias per æquipollentiam & cum excellentia possedisse. Habuit autem cum exorcistis demonum expulsionem. Vnde Gen. 32. Ipsa conteret caput tuum. Et Iudith Holofernem interfecit, & Esther vicit Aman. Cum ostiariis habuit introductionem mundorum & exclusionem immundorum. Vnde Ezech. 44. Porta hæc erit clausa principi: princeps egredietur per eam. Quasi diceret: Porta hæc principem & imitatores eius introducet, & indignis erit clausa. Habet etiam cum acholyris illuminationem. Vnde Cant. 3. Quæ est ista quæ ascendit, &c. Et illud Numer. 24. Orietur stella ex Iacob. Item cum lectoribus omnium Prophetarum expositionem ad literam in seipsa. Vnde Isa. 7. Ecce Virgo concipiet & pariet Filium. Et Angelus ad seipsam: Ecce concipies, &c. Doctrinæ est enim disciplinæ Dei. Habet cum subdiaconis doctrinæ Apostolicæ ostensionem. Vnde significatur per arcam, in qua fuit manna Deut. 3. & virga Aaron, id est, diuina sapientia. Habet autem cum diaconis Verbi Domini conseruationem, aliis ad describendum narrationem, consilium Dei perfectam impletionem. Vnde Luc. 2. Maria conseruabat omnia verba, &c. Habet cum sacerdotibus Dominici corporis per seipsam fornationem, tractationem, communicationem, hoc est, quod corpus Domini mediante eius verbo & consensu de eius carnibus & sanguinibus formatum fuit, & ipsum familiarissimè, & diutissimè tractauit, & in cibum & potum nobis communicauit, & per hoc nos omnes ad iugum suum suauè & onus suum leue charitate ligauit, & ab omnibus culpis & pœnis non solum solutos ostendit, sed etiam absoluit, iuxta illud: Qui manducat meam carnem, &c. Item habet cum Episcopis clericorum ordinationem, præbendarum collationem, templorum consecrationem, sacrarum virginum velationem. Ordinat enim Episcopus sacerdotes per sacramenti collationem: beatissima autem Virgo per continentie obligationem, iuxta illud: Mundamini qui fertis vasa Domini. Confert etiam Episcopus præbendas instituendo: beatissima autem Virgo præbendas faciendo. Consecrat etiam Episcopus templa corporalia dedicando: beatissima autem Virgo templa spiritualia, castimoniam inspirando, & illam sibi specialiter vendicando. Consecrat etiam Episcopus virgines extertus benedicendo: consecrat autem beatissima Virgo virgines interiori virtutibus adornando, & eas sibi suo desponsando, & non tantum virgines, sed & virginitatem consecrando, & opprobrium stercilitatis eis auferendo, & eas sibi spe-

Isa. 6.

Isa. 52.

cialiter in filias adoptando, & ad statum dignissimum exaltando, iuxta illud: In corruptio facit proximum Deo. Habet conuenientiam cum Papa beatissima Virgo, omnium Ecclesiarum sollicitudinem, potestatis spiritualis plenitudinem, priuilegiarum actuum vniuersalitatem. Ecclesiarum sollicitudinem: quia Papa est pater patrum: ipsa autem est mater omnium Christianorum, imò omnium bonorum, iuxta illud: Omnium bonorum mater est. Potestatis plenitudinem: habet enim Dominus Papa potestatis plenitudinem in vita ista, sed non in cælo, nec in purgatorio, nec in inferno: totam autem habet beatissima Virgo potestatem in cælo, & in purgatorio, & in inferno. Priuilegiarum actuum vniuersalitatem, ut patet inferius, cum de priuilegiis eius inquiremus. Et nota, quod cum beatissima Virgo sacramenta peccatoribus instituta humiliter suscepit, non propter hoc se mentiens peccatricem opere, falsum dixit, sed vltra debitum in bonis se peccatoribus confortans, se verè opere esse humilem demonstrans, per omnia verum dixit. Sic manifestum est, quicquid est dignitatis, vel gratiæ in sacramentis Ecclesiæ, plenitudini gratiæ quæ fuit in beata Virgine, omninò nihil deesse, sed eam hoc totum, vel in gratiis sacramentalibus, vel in earum æquipollentibus, vel excellentibus plenatè possedisse.



QVÆSTIO XLIV.

OSTENDITUR, vtrum secundum quod gratia est in virtutibus contenta, in plenitudine beatæ Virginis sit comprehensa? Et quæritur primò de gratiis fidei, vtrum beatissima Virgo habuit fidem? Et videtur, quod non: latera enim ciuitatis sunt æqualia: & vnusquisque quantum habet fidem, tantam habet dilectionem, & è contra: & hoc semper est vbi que. Sed beatissima Virgo tantam habuit dilectionem in via, quantum vnquam aliqua creatura. Ergo & tantam cognitionem habuit, quantum vnquam habuit aliqua creatura: ergo cognitio beatæ Virginis fuit excellentior cognitione raptus, quæ est creaturæ existentis in via: sed cognitio raptus excedit fidem, & non est secundum modum fidei: ergo non habuit fidem.

2. Item 2. ad Cor. 12. Raptus est, vsque ad tertium cælum: Super hoc dicit Glossa, quod Paulus vidit in raptu sicut qui sunt in tertia hierarchia. Ergo similiter beatissima Virgo vidit & excellentius: sed illi de tertia hierarchia non viderunt per fidem: ergo nec beatissima Virgo habuit fidem.

3. Item, Munditia cordis est ad videndum Deum dispositio, iuxta illud: Beati mundo corde, &c. Ergo vbi maior munditia, ibi maior visio: sed nulla vnquam creatura habuit tantam munditiam, quantum illa quæ ea puritate nitetur qua sub Deo nulla maior nequit intelligi: ergo nunquam aliqua creatura habuit tam altam cognitionem: ergo eius cognitio fuit supra raptum: ergo supra fidem. Quod enim superius est superiore, superius est inferiore.

4. Item, Entis ad non ens infinita est distantia

stantia: ergo peccator & non peccatrix habent distantiam in infinitum: sed tantum diuiterunt peccata nostra inter nos & Deum: ergo ubi plus de peccato, ibi maior diuisio: & ubi minus de peccato, ibi minor diuisio & maior coniunctio: ergo ubi nihil omnino de peccato, proxima est coniunctio: & ubi aliquid de peccato, ibi non omnimoda coniunctio. Sed nulla pura creatura est: vel fuit sine peccato in via, iuxta illud Ioan. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. excepta beata Virgine, de qua dicit August. Cum de peccatis agitur, nihil volo de ipsa fieri mentionem. Ergo nunquam aliqua pura creatura ita coniuncta fuit Deo sicut beatissima Virgo: sed illa coniunctio est per cognitionem & dilectionem: ergo nunquam aliqua creatura pura habuit tam altam cognitionem & dilectionem: ergo supra raptum: ergo supra fidem.

Item, Tres sunt actus hierarchiæ, scilicet purgatio, illuminatio, perfectio, secundum Dionysium: & sunt illi tres actus adinuicem ordinati, ita quod ad maiorem purgationem sequitur maior illuminatio, & ad maiorem illuminationem sequitur maior perfectio: sed beatissima Virgo inter puras creaturas purgata fuit in summo: ergo eius cognitio fuit super omnem cognitionem omnis creaturæ in via.

6 Item, Per cognitionem eleuatur anima ad Deum: & in illo motu est natura quæ eleuatur, Deus est motor qui eleuat, & ubi ad quod natura eleuatur: gratia autem est dispositio media per quam fit eleuatio: natura autem est in omnibus æqualiter ad hoc quod sit Dei capax per cognitionem & dilectionem: similiter Deus in se eodem modo se habet respectu omnium: ergo si aliquis magis eleuatur ad cognoscendum quam alter, hoc erit per medium eleuans quod est gratia: sed gratia beatæ Virginis fuit maior omni gratia puræ creaturæ: ergo altius eleuatur ad cognoscendum Deum quam aliqua creatura: ergo cognitio eius fuit supra raptum & supra fidem.

Item, Gratia & gloria habent se adinuicem proportionabiliter, ita quod habens maiorem gratiâ, habet maiorem gloriâ, iuxta illud Zach. Exequabit gratiam gloriæ: sed inter comprehensiores nunquam aliqua pura creatura habuit tam altam cognitionem quam habuit beata Virgo in patria: ergo inter maiores nunquam habuit aliquid creatura pura tam altam cognitionem in via: ergo supra raptum & fidem: ergo cognitio eius fuit supra fidem & raptum.

8 Item, Quidquid continet vacuum, hoc simpliciter non est plenum: quia contentum contenti est contentum continentis: ergo si contentum in se potest plus recipere: ergo & continens. Exemplum in domo plena dollis vacuis. Ergo si beatissima Virgo habuit fidei vacuitatem, habuit in aliquo vacuitatem respectu gratiæ: ergo non fuit gratia plena, quod est falsum.

9 Item, Quod beatissima Virgo fuit sapientior omni creatura, signatur per hoc quod liber qui intitularur de Sapientia, & beatissima Virgine specialiter exponitur: & quæ de

sapientia Domini dicuntur, quasi de ipsa dicantur, Ecclesia interpretatur, vt patet in epistolis quæ de ipsa leguntur: in sapientia autem nihil est de stultitia vel ignorantia: ergo beatissima Virgo plena fuit sapientia: sed in fide non est plena sapientia, sed ex parte, iuxta illud: Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus: ergo beatissima Virgo non habuit fidem, sed plenam cognitionem.

10 Item Gregorius: A quibusdam in hac carne corruptibili uiuentibus, sed tamen inæstimabili virtute crescentibus, quodam contemplationis acumine potest æterna Dei claritas videri. Si tamen huic vitæ funditus fuerunt mortui. Sed nulla creatura pura huic vitæ fuit mortua sicut beata Virgo. Ergo nulla creatura in hac vita tam puram vidit claritatem Dei sicut beata Virgo. Ergo eius cognitio fuit supra fidem & raptum.

11 Item, Quod cognitio beatissimæ Virginis fuit supra fidem & excellentior cognitionibus aliorum, videtur per beatum Bernard. qui dicit: Quis enim, excepta fortassis illa quæ hoc sola in se felicissimè meruit experiri, intellectu capere, ratione discernere possit, qualiter splendor ille inaccessibilis virginis sese visceribus infuderit, & vt illa inaccessibilem accedere ad se ferre potuisset, de portuicula eiusdem corporis cui se animatè contemperauit, reliquæ massæ umbraculum fuerit? Et propter hoc maximè dictum est, Obumbrabit tibi, quia res nimirum in sacramento erat, & quod sola per se Trinitas in sola & cum sola Virgine voluit operari, soli datum est nosse, cui solum datum est experiri. Dicatur ergo Spiritus sanctus superueniet, &c. qui vtique sua potentia fecundabit te. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi, hoc est, illum modum quo de Spiritu sancto concipies, Dei virtus & sapientia Christus, sic in suo sacratissimo consilio obumbrando conteget & occultabit, quatenus sibi tantum notus habeatur & tibi. Ac si Angelus respondeat ad Virginem. Quid à me requiris quod in te mox experieris? Scilicet scies & feliciter scies, sed illo doctore, quo & auctore. Ergo autem missus sum nuntiare virginalem conceptum non creare. Nec potest doceri nisi à donante, nec potest addisci nisi à suscipiente. Ex hac auctoritate colligitur, quod beatissima Virgo de incarnatione & de Dei Filio incarnato habuerit cognitionem quæ fuerit supra fidem, quod tantum notus esset sibi qui notus erat patri. Quod non potest intelligi de cognitione fidei secundum quam notus erat & multis. Ex his autem concluditur, quod cognitio beatæ Virginis fuit supra fidem, & supra omnem cognitionem puræ creaturæ existentis in via.

QVÆSTIO XLV.

CONSEQUENTER queritur de spe, vtum beata Virgo habuerit spem? Et potest videri, quod non, per eadem quæ de fide posita sunt argumenta. Primum si spes est certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis &

& gratia proueniens, sequitur spes ad fidem, & certitudo spei ad fidei cognitionem: ergo sicut cognitio ad cognitionem, & certitudo ad certitudinem: ergo si cognitio beatæ Virginis fuit supra omnem cognitionem vitæ transcendens fidem, ergo certitudo eius supra omnem vitæ certitudinem & transcendens spem.

2 Item, Certitudo spei vel est fallibilis, vel conditionalis: si enim certus quis absolute est de æterna beatitudine, falli potest, quia cadere potest: si sperat sub conditione, scilicet si permanferit in charitate, tunc sua certitudo est conditionalis: & ita omnis certitudo spei est fallax, vel conditionalis. Sed beatæ Virginis certitudo de æterna beatitudine fuit absoluta & infallibilis: ergo maior omni certitudine spei: ergo non fuit per modum spei: ergo non habuit spem.

3 Item, Cui inest vnum oppositorum, alterum inesse non potest: sed timor separationis & spes opponuntur: & beatissima Virgo habuit timorem separationis: ergo non spem.

4 Item, Inter gratiam amissibilem & gloriam inamissibilem medium est gratia inamissibilis: ergo beata Virgo quæ habet statum medium & certitudinem inter statum gloriæ & statum vitæ, habuit & certitudinem patriæ & certitudinem vitæ: sed certitudo spei pertinet simpliciter ad statum vitæ: ergo inferior fuit illa certitudo quæ fuit in beata Virgine: & ita beatissima Virgo non habuit spem, sed maiorem certitudinem: ergo, &c.



QVÆSTIO XLVI.

CONSEQUENTER queritur de charitate, vtum in beatissima Virgine fuerit: Et videtur, quod habuit excellentem charitatem omnis puræ creaturæ. Luc. 7. legitur, quod præmissa quæstione de duobus debitoribus, quorum vnus debebat denarios quinquaginta, alius centum, & non habentibus vnde redderent, donauit vtique. Et querente Domino, quis plus dilexerit? respondetur: Estimo, quod is cui plus donauit. Ex hoc colligitur, quod ille tenetur plus diligere cui plus donatur: sed beatissimæ Virgini super omnes creaturas plus est donatum: ergo super omnes creaturas plus diligere tenebatur: & quantum tenebatur, tantum dilexit: ergo ipsum plusquam aliqua creatura dilexit: & ita videtur, quod maiorem charitatem habuit Angelis.

2 Item, Gratia gratis data ordinatur ad gratiam gratum facientem: sed beatissima Virgo habuit gratiam gratis datam super omnem creaturam in via vel in patria existentem, in hoc quod meruit esse beatissima mater Dei: ergo & gratiam gratum facientem habuit, gratiam omnis creaturæ excellentem.

3 Item, Charitas est de puro corde & conscientia bona & fide non ficta: ergo ubi est maior puritas, ibi maior charitas: sed beatissima Virgo habuit puritatem in summo, quæ sub Deo maior nequit intelligi: ergo habebat cha-

ritatem in summo, cui in creaturis æqualis nequit intelligi.

4 Item, Nullus tantum tenetur diligere sicut pater & mater: sed inter creaturas sola beata Virgo fuit mater Dei: ergo nulla creatura tantum tenebatur diligere Deum: sed quantum tenebatur diligere, tantum dilexit: ergo beatissima Virgo plusquam aliqua creatura Deum dilexit.

5 Item, Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. Ergo plus diligentes plus diligo: ergo quemcumque Deus maxime diligit, ille Deum maxime diligit: sed Dominus Deus maxime super omnem creaturam diligit beatam Virginem: ergo ipsa ad ipsum maiorem super omnem creaturam habuit dilectionem. Huius autem signum, quod de ipsa Cantica Cantorum quæ amoris continent perfectionem, specialiter exponuntur: & ibi amica & charissimâ per excellentiam nominatur.

6 Item Gregorius: Exhibitio operis est probatio dilectionis: sed Deus nunquam alicui creaturæ tantum beneficium exhibuit in opere: ergo nunquam aliquam creaturam tantum dilexit: ergo ipsa plus Deum quam aliqua alia creatura dilexit.

7 Item, Deus dat omnibus abundanter & illuminat omnem hominem: non tamen omnes recipiunt æqualiter, nec omnes æqualiter illuminantur: cuius diuersitatis causa duplex esse videtur. Vna ex parte recipientis: quia vnum est magis capax ad recipiendum quam alterum, & propter hoc magis recipit altero, iuxta illud Euangelij: Dicitur illis bona sua vnique secundum virtutem. Glossa: Capacitatem. Hanc autem capacitatem operatur humilitas, iuxta illud: Humilibus dat gratiam: ergo ubi maior humilitas, maior est capacitas: sed in beatissima Virgine inter omnes creaturas maxima fuit humilitas: ergo maxima capacitas: ergo maximam gratiam recipere potest: sed quantum recipere potuit, tantum recepit: ergo gratiam in summo creaturæ habuit. Item ex parte dantis venit diuersitas doni: quia cum dans dat secundum rationem, & ratio respiciat finem, maius donum dat quod dat ad maiorem finem, vt imperator magis dat cui daret donum ad essendum senatorem, quam cui daret ad essendum simplicem seruentem. Sed beatissimæ Virgini dabatur donum ad essendum matrem Dei, omnibus aliis dabatur gratia ad essendum seruos Dei. Sicut igitur improporcionabiliter maius est esse matrem Dei, quæ seruus Dei: ita improporcionabiliter est maius donum quod est ad essendum matrem Dei, quam quod est ad essendum seruum Dei: sed donum in quo omnia alia donantur, est charitas: ergo beatissimæ Virginis charitas est improporcionabiliter maior charitate omnis creaturæ. Vnde August. Inde enim scimus, quod ei plus gratiæ sit collatum ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere & parere meruit cum quem constat nullum habuisse peccatum. Et iterum: Illa autem Virgo singulari gratia præuenta est & repleta, vt ipsum haberet ventris sui fructum, quem ex initio habuit vnuerfitas Deum.

8 Item, Eadem numero est charitas quam habet,

Matth. 23.

1acob. 4.

Lib. de natura & gratia. cap. 36.

habet beatissima Virgo modo in patria & quam habuit in via in substantia: sed quæcumque sunt eadem numero secundum substantiam, eadem sunt per substantiam: ergo si nunc habet charitatem maiorem charitate omnis Angeli, & tunc habuit.

9 Item arguitur per effectum: Quicumque effectus sequitur aliquam formam secundum substantiam, si permanet idem effectus, non augmentatur secundum substantiam: ergo & charitas eadem erit semper secundum substantiam: sed facere dignum vita æterna est effectus qui sequitur formam quæ est charitas secundum substantiam: & ille effectus qui extat in via & in patria, non augmentatur secundum substantiam: ergo & charitas eadem est in via & patria non augmentata secundum substantiam: ergo cum beatissima Virgo habuerit charitatem maiorem omni Angelo in patria, habuit maiorem omni Angelo in via.

10 Item, Sublato à beatissima Virgine omnino somite, & post penitentiam, & tandem corporis animalitate, habuit maiorem charitatem omni Angelo in via: sed ista ablatio non est aliqua adiectio charitatis quantum ad substantiam, sed quantum ad actus elevationem, extensionem, & expeditionem: ergo charitas eius fuit maior in substantia charitate Angelis, licet minor fuit quantum ad actum, & hoc propter conditionem & statum subiecti in quo erat.

11 Item, Dicit August. quod hoc præceptum, Diliges Dominum Deum tuum, &c. non potest impleri in via: & constat, quod hoc est propter conditiones viæ, quæ sunt vno ad corpus corruptibile, pænale, & animale, & visio per speculum in enigmate: & constat, quod his omnibus sublaris plene adimpleretur: & ita videtur, quod perfectio charitatis viæ in charitate patriæ non fiat per aliquam adiectionem quantum ad substantiam, sed per extensionem & elevationem quantum ad actum, eadem substantia permanere: ergo beatissima Virgo habuit maiorem charitatem quantum ad substantiam omni Angelo nunc in patria: ergo etiam habuit in via.

QVÆSTIO XLVII.

VXTA hoc queritur, utrum charitas beatissimæ Virginis Mariæ in via fuerit in statu tali, quod potuerit augmentari: Et videtur, quod sic. Omne enim quod est citra summum, melioris conditionis est si potest augmentari in bono quam si non potest: sed constat, quod charitas beatissimæ Virginis fuit citra summum, & in optimo statu: ergo potuit augmentari.

Ep: 29.

1 Item August. ad Hieron. Charitas est virtus qua illud quod diligendum est, diligitur. Hæc in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est, plenissima vero quæ iam non possit augeri quando hic homo vivit, inuenitur in nemine: quando ergo hic est vivens, augeri potest.

QVOD si concedatur. Contra: Charitas beatissimæ Virginis fuit perfectissima secundum

statum: sed perfectius est quod in termino, quam id quod est citra terminum: sed quod augmentabile est, citra terminum est: sed charitas beatæ Virginis fuit in termino & non citra terminum: ergo charitas beatæ Virginis non est augmentabilis, sed in summo complemento secundum statum viæ.

2 Item, Sicut nec in corporalibus, ita nec in spiritualibus quicumque est vacuum secundum actum: sed inter charitatem inaugmentabilem patriæ, & charitatem augmentabilem viæ, medium est charitas viæ inaugmentabilis: ergo tum extrema extat, aut medium erit, aut aliquod vacuum est: illud autem medium non congruit nisi beatissimæ Virgini, quæ fuit in statu viæ summa & propinquissima statui patriæ: ergo habebat charitatem inaugmentabilem in summo.

3 Item, Inter charitatem inaugmentabilem quantum ad substantiam & quantum ad actum, & charitatem augmentabilem quantum ad substantiam & quantum ad actum, est media charitas inaugmentabilis quantum ad actum, & inaugmentabilis quantum ad substantiam: quarta enim differentia est impossibilis, scilicet quod sit augmentabilis secundum substantiam, & non secundum actum: sed medio perfectibili debetur media perfectio: ergo cum beatissima Virgo habuerit medium statum, in via inter perfectibilia, mediam habebit perfectionem: ergo habebit inaugmentabilem charitatem secundum substantiam & augmentabilem secundum actum.

4 Item, Omne creatum certo termino & quantitate est mensuratum: omnia enim fecit Deus in numero pondere & mensura. Ergo nullius creati potentia est infinita in via: ergo augmentatio charitatis non est infinita in via: ergo alicubi erit in summo suo: sed summum perfectibile perfectionis viæ fuit beatissima Virgo: ergo habuit charitatem viæ in summo.

QVÆSTIO XLVIII.

VXTA hoc queritur, utrum beata Virgo frueretur in via per modum patriæ: Et videtur, quod sic. August. de doctrina Christiana: Frui est amore inhzere alicui rei propter se: sed beatissima Virgo inhzerebat summo amore propter se & inseparabiliter: ergo fruebatur.

2 Item, Inter tantum comprehensorem & tantum viatorem triplex est medium, comprehensor simpliciter & viator simpliciter simul, sicut Dominus Iesvs: & comprehensor simpliciter & viator secundum quid, sicut Angeli custodiis & ministeriis hominum deputati, secundum quid sunt viatores vsque in diem iudicii. Tertium medium est viator simpliciter & comprehensorem & fruens secundum quid. Ego cum inueniatur aliquis comprehensor tantum, ut homines sancti in patria: & aliquis viator tantum, ut homines in via: & aliquis comprehensor & viator simul, ut homo Deus: & aliquis secundum quid viator & simpliciter comprehensor

comprehensor, ut Angeli: inuenitur quarta differentia, vel aliquid erit vacuum: & ita erit aliqua persona viatrix simpliciter, & comprehensorem & fruens secundum quid, & erit in statu viæ summa & propinquissima statui patriæ: hæc autem est beatissima Virgo: ergo ipsa erit viatrix simpliciter, & comprehensorem & fruens secundum quid. Ex his autem omnibus videtur, quod beatissima Virgo non habuit gratiam virtutum theologiarum secundum modum viæ, sed perfectiori modo & excellentiori omni modo perfectionis puræ creature.

QVOD SI CONCEDATUR. Contra: quia perfectio addita perfectioni, non destruit ipsam, sed auget.

2 Item, Status viæ inferior est statui patriæ: ergo summum viæ, inferius erit infimo patriæ.

3 Item, Dominus in Matth. 11. Qui minor est in regno celorum, maior est Ioanne baptista. Glossa dicit: Omnis sanctus qui est cum Deo, maior est eo qui est iam in mundo.

ENC. 7.

4 Item, Super illud, Ecce mitto Angelum meum, &c. dicit Glossa: Nouissimus Angelus cæli, maior est quouis homine.

QVÆSTIO XLIX.

OST HOC queritur de charitate beatæ Virginis quam habuit ad proximum, utrum illam habuerit in summo creature: Et videtur, quod non: quia maiorem charitatem nemo habet, &c. Sed ipsa animam suam non posuit pro amicis suis: ergo non habuit charitatem maiorem aliis qui animam suam pro amicis suis posuerunt.

CONTRA: Propter quod vult quodque tale & illud magis, ut propter quod amamus, ipsum magis diligimus. Ita dicit Philosophus. Sed proximum amamus propter Deum. Ergo qui plus amat Deum, plus amat proximum.

2 Item, Eadem charitas est qua diligitur Deus & proximus: ergo qui habet summam charitatem ad Deum, summam habet & ad proximum: sed beata Virgo summam charitatem habet ad Deum: ergo ad proximum.

QVÆSTIO L.

CONSEQUENTER queritur de virtutibus cardinalibus. Et primò de iustitia, in quo statu tam habuerit beata Virgo respectu viatorum? Iustitia enim & misericordia opponuntur in effectibus: ergo qui habet de iustitia magis, minus habet de misericordia: & è conuerso: sed beatissima Virgo, utpotè mater misericordiz, fuit misericordissima: ergo minimum habet de iustitia.

2 Item Isa. 32. Opus iustitiæ pax, &c. Item 26. Iustitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores eius. Item in Prouerbis.

18. Iustus in principio accusator est sui. Ex his omnibus colligitur, quod actus iustitiæ in via

est iustificare mala, & punire, & vitia castigare: quæ omnia non fuerunt in beata Virgine: ergo non habuit actum iustitiæ in via: ergo nec respectu viatorum, & per consequens super viatores.


CONTRA: Dux sunt partes iustitiæ, scilicet declinare à malo, & facere bonum: sed utrumque istorum habuit beata Virgo super omnes puros viatores: ergo iustitiam habuit super viatores. Quod autem beatissima Virgo declinationem à malo habuit excellentius omnibus viatoribus, patet ex hoc quod sola ipsa viatrix fuit, quæ nunquam peccauit. Vnde Augustinus: Excepta hac Virgine, de qua propter honorem Domini, cum de peccatis agitur, nullam volo habere quæstionem. Sed si omnes sancti & sanctæ conuenirent & dicerent, quod peccatum non habemus, quid responderemus eis nisi quod dicit sanctus Ioannes: Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nosiplos decipimus, & veritas in nobis non est. Excelsit etiam omnes in operatione boni: in eo enim quod Deum genuit, qui omnia regenerauit, tantum effectum protulit boni de se, quod nullius puræ creature effectus illi in dignitate vel in vtilitate poterit cœquari. Item opera misericordiz quæ sunt ex compassione & relevatione miseriz, & propter hoc dicuntur misericordiz opera: sed eadem sunt opera iustitiæ, ad quæ omnes tenentur, ut patet in discussione vitium: Esuriui, & non dedistis mihi, &c. vbi sit disceptatio & adiudicatio damnatorum pro huiusmodi operum omissione. Illa etiam opera exercuit beata Virgo in summo super omnes viatores: operum enim misericordiz alterum est altero magis bonum, vel quod fit ex maiori charitate, vel quod fit magis indigenti, vel quod magis digno indigenti, vel quod fit cum maiori effectu impenso, vel quod fit ex magis necessario & minus superfluo. Hæc omnia fuerunt in beatissima Virgine in summo. Charitas ex qua opera misericordiz fecit, omnem creaturam excellit, ut infra patebit. Maxime indigenti tribuit: quia nemo inter viatores pauperior IESU CHRITO fuit. Dignissimo pauperi tribuit: quia nemo dignior mendicis quam mendicus Deus fuit. Magnum enim esset opus misericordiz quod fieret pauperi laico, maius quod fieret pauperi clerico, maius quod fieret religioso, adhuc maius quod fieret pauperi Episcopo, sed summum quod fieret mendico Papæ: ergo improporcionabiliter summum opus misericordiz fuit quod fiebat Deo mendico & pauperrimo. Maximum etiam effectum misericordiz nobis impendit: quia nobis miseris & captiuis & mendicis Deum filium suum ipsum dedit captiuis in pretium, famelicis in viaticum, laborantibus in prætium, infirmis in medicamentum, & cum ipso nobis dedit regnum celorum & omne bonum: qui enim proprio filio suo non perpercit, quomodo cum illo nobis omnia non donauit? Item beatissima Virgo de nullo sibi superfluo, sed omnino necessario & peregrino, de propriis suis purissimis carnibus & sanguinibus tunicam polymitam fecit, in vteri sui gremio hospitauit, de proprio corpore cibauit & lactauit.

Lib. de natura & gratia. cap. 36.

1 Ioan. 1.

Sic

Sic ergo patet, quod beatissima Virgo iustitiam quoad partes & effectus suos habuit in summo.



QVÆSTIO LI.

POST HOC videndum est de speciebus iustitiæ quæ sunt latria, dulia, obedientia, qualiter & hæc fuerunt in beatissima Virgine. Et primo de latria. Est enim latria soli Deo debita & exhibitus honor. Et intenditur honor iste per tria. Primum est dignitas personæ exhibentis. Secundum est minus debitum exhibitionis. Tertium est excellentia impensæ seruitutis. Dignitas personæ exhibentis respectu omnium viatorum in summo fuit in beatissima Virgine: ipsa enim mater Dei, alij omnes serui: & impropportionabiliter magis est esse matrem Dei, quam esse seruum Dei: ergo impropportionabiliter maior est latria matris Dei, quam seruorum Dei. Item minus debitum exhibitionis fuit in beatissima Virgine respectu aliorum sanctorum: quanto enim quis plus est inferior, tantò magis tenetur ex debito necessitatis ad seruitium: sed beatissima Virgo fuit suprema omnium sanctorum: ergo exhibitio seruitutis eius fuit ex minimo debito necessitatis, & ex maximo debito charitatis: ergo iterum quantum ad hoc fuit eius latria in summo. Item impensa seruitus latriæ consistit in tribus, in actu cordis qui est cognitio & dilectio, in actu oris qui est laus & oratio, in actu operis, vt genuflectio, adoratio, immolatio, & huiusmodi. Omnia hæc in beatissima Virgine fuerunt in summo: in virtutibus enim interioribus omnem creaturam excellit, vt infra patebit: habent enim Angeli virtutes inamissibiles, sed nõ meritorias præmij substantialis: habent & homines virtutes meritorias, sed amissibiles: habuit autem beata Virgo virtutes inamissibiles cum Angelis, & meritorias cum hominibus, & ita vtrisque excellentius, & ita habuit excellentissimam latriam in actu cordis.

Item. Actus latriæ ab ore, vt est laus & oratio, excellentissime fuit in beata Virgine: oratio enim aliorum sanctorum non innititur alicui iuri ex parte sui, sed tantum misericordiz ex parte Dei: oratio autem beatissimæ Virginis innititur gratiæ Dei, & iuri naturali, & iustitiæ Euangelij vel decalogi: quia filius non tenetur tantum exaudire, sed obedire matri, iuxta illud: Honora patrem tuum & matrem. Et Apostolus: Filij obedite parentibus vestris. Quod & ipsa videtur innuere in modo orandi non vtens oratione simplici, sed insinuatione, dicens, Vinum non habent, &c. Dicit magister Hugo de sancto Victore, quodd nobilissima species orationis est insinuatio, exemplificans in eodem verbo, scilicet vinum non habent. Et sic latria eius oris fuit in summo: tum quia erat nobilissimus modus orandi: tum quia eius oratio habebat rationem iussionis & imperij: tum quia erat impossibile eam non exaudiri, iuxta illud, Pete mater mi: neque enim fas est vt auertam faciem meam. 3. Reg. 3.

Item, Quæ est petitio tua Esther? pro qua te postulas? etiamti petieris dimidium regni mei, impetrabis.

Item, Actus latriæ in opere exteriori principalis est in oblatione, & excellentior in templorum constructione & consecratione: hoc autem totum fuit in beatissima Virgine in summo, quæ de corde & corpore templum sancto Spiritui construxit, in quo filius Dei corporaliter habitauit, in quo seipsam & in seipsa summam castitatem cordis & corporis Deo omni sacrificio acceptabilius obrulit, imò ipsum filium suum & filium Dei, non prout panis & vinum in corpus ipsius transferebatur, & sub speciebus alienis immolabatur, sed secundum quod in eius propria carne & sanguine secundum corpus formabatur sub ipsa sua specie propria in qua eum genuit, spontaneo eius consensu in eius passione pro nobis omnibus obrulit: per quam sufficientissimam & gratissimam hostiam semel oblatam, Deum toto generi humano reconciliauit: qui nimirum excellentissimus actus latriæ in opere fuit. Et sic patet, quod beata Virgo omnem actum latriæ secundum omnem modum habuit in summo.



QVÆSTIO LII.

CONSEQUENTER videndum est de dulia. Est autem dulia honor creaturæ debita & exhibitus. Et hæc habet duas partes, duliam simpliciter quæ debetur creaturis, & hyperduliam quæ debetur excellentibus creaturis, vt beatæ Virgini & sanctæ cruci. Habuit autem beata Virgo actum hyperduliz in summo, respectu aliarum creaturarum: impropportionabiliter enim maius est adorari quam adorare: ergo impropportionabiliter maius est hyperdulia adorati, quam adorare hyperdulia: sed omnes alij sancti adorant hyperdulia beatam Virginem: ergo ipsa omnes excellit hyperdulia.

2. Item, Actus duliz habuit super omnes excellenter: actus enim duliz intenditur per ea per quæ & actus latriæ intendebar, per dignitatem videlicet personæ exhibentis, per minus debitum exhibitionis, & per humilitatem seruitutis. Per dignitatem personæ exhibentis excellit omnes: nulla enim digna persona vel creatura potuit aliam creaturam intantum honorare in quantum dignissima creaturarum mater Dei.

Item, Cum esset dignissima & suprema creaturarum omnium, quam omnes debent reuereri & honorare, minimè debitum fuit vt alias creaturas honoraret.

Item, Seruitus humillima & indebitissima fuit, qua inferiorem se honorauit: quia proxima Deo per incorruptionem, purificationem pollutis matribus constitutam absque legis præcepto obseruauit, & filium cum oblationibus offerens, sacerdotibus legalibus reuerentiam exhibuit, per quod obedientiam & humilitatem consummauit, sicut scriptum est: Sine modo, sic enim decet nos, &c. Glossa: Perfectam humilitatem. Et distinguit ibi triplicem

placem humilitatem & obedientiam. Prima quæ exhibetur inferioribus, secunda pari, tertia quæ superiori. Et prima vocatur omnis iustitia, id est, perfecta iustitia, quam beatissima Virgo in summo exhibuit, quando Deo propinquissima fuit, & dignissima inferioribus & sibi iure subditis, ipsa super legem posita, secundum legem, legi & ministris eius obedivit: in quo se summè inclinavit & humiliavit: summum enim citra Deum in sursum est summa incorruptio, iuxta illud: Incorruptio facit proximum Deo. Summè autem distans ab incorruptione deorsum, est corruptio: post corruptionem sequitur poena posita pro corruptione, ut est mulierum corruptarum purificatio: summa igitur inclinatio humilitatis fuit, quando se excellentissima incorruptione Virgo sub onus corruptis impositum spontaneè se inclinavit. Et sic patet quomodo in beatissima Virgine, & dulcia, & latria, & obedientia, & humilitas, fuerunt in summo.

Sep. 6.

QVÆSTIO LIII.

IST ADHUC virtutis alia species quæ ad iustitiam potest reduci, scilicet poenitentia. Quod sit virtus, patet per Glossam super illud: Poenitentiam agere. Prima virtus est per poenitentiam veterem hominem perimere, &c. Item, Virtus poenitentia timore concipitur. Quod autem poenitentia sit species iustitiæ, patet: quia omnes tenentur veterem hominem perimere, & omnes peccatores poenitere.

Matth. 3.

Quod autem actus poenitentia fuerit excellentius in beatissima Virgine omnibus viatoribus, patet ex hoc quod in omnibus aliis actus poenitentia requirit peccatum inesse vel fuisse: in beatissima autem Virgine fuerunt actus poenitentia sine presentia vel præcessione culpæ.

2. Item, Cum nulla virtus quantum ad habitum cesset in patria, habitus poenitentia erit in patria: & habitus patriæ perfectiores habent actus quam habitus via: ergo poenitentia erit in patria, & habebit perfectiorem actum quam habeat in via: ille autem est detestatio peccati sine nolle peccare: ergo cum beatissima Virgo habeat actum poenitentia, non secundum actum via, habebit ipsam secundum actum patriæ: ergo habuit actum poenitentia excellentius aliis creaturis via.

QVÆSTIO LIV.

CONSEQUENTER quæritur de prudentia. Et primò, utrum fuit in beatissima Virgine secundum quod in aliis viatoribus? Et videtur, quod non. Dicit August. Prudentia est amor, ea quibus adiunatur, ab aliis quibus impeditur, sagaciter eligens. Item Augustinus, Prudentia est in præcauendis insidiis: sed beatissima Virgo non impediatur ab aliquo, nec indigebat aliqua cautela contra insidias, quia decipi non poterat: ergo non habuit actum prudentia, hocque modo sicut eum habent

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

communiter viatores: ergo ipsa non habuit actum prudentia per modum via: ergo per modum patriæ.

2. Item, Prudentia respicit cognitionem eorum quæ pertinent ad actionem secundum quod est virtus cardinalis: agenda autem sunt quædam exteriora & corporalia, & quædam interiora & spiritualia: & contingit aliquem esse exercitatum in temporalibus & inexpertum in spiritualibus, autem è conuerso. Prima perfectio pertinet ad actionem, secunda ad contemplationem: circa utramque contingit errorem esse in viatoribus communiter: sed in beatissima Virgine fuit perfectio utriusque sine errore & possibilitate errandi: ergo habuit actum prudentia excellentius omni viatore.



QVÆSTIO LV.

CONSEQUENTER quæritur de fortitudine, secundum quem statum fuerit in beatissima Virgine: Et per ordinem quæritur de speciebus huius de partibus eius. Et primò de magnanimitate, quæ sic describitur: Magnanimitas est rationalis aggressio terribilium. Quod hæc in summo fuerit in beatissima Virgine, sic videtur. Terribilissimum enim in hac vita est dolor mortis: & quantum natura nobilior, tanto mors dolorosior & terribilior: sed spiritus improporcionabiliter nobilior est corpore: ergo martyrium mentis maius est martyrio corporis: sed beatissima Virgo martyr est martyrio spirituali, abj. martyres martyrio corporali, sicut patet infra de martyrio & au. colis: ergo aggressio terribilium improporcionabiliter maior fuit in beata Virgine quam in aliis.

Secunda est magnificentia, quæ sic describitur: Magnificentia est rerum bene gestarum felix consummatio: consummatio autem rerum bene gestarum per beatam Virginem excellit improporcionabiliter omnis partæ creaturæ consumptionem: ergo in actu magnificentia excellit omnem viatorem.

Tertia species est fiducia, quæ sic describitur: Fiducia est certa spes perducendi ad finem rem quæ incepta est: sed certitudo spei beatissimæ Virginis fuit absoluta & infallibilis, omnium aliorum viatorum fiducia conditionalis est & fallibilis: sed infallibile, excellit fallibile improporcionabiliter in quantum tale: ergo fiducia beatæ Virginis excellit fiduciam omnium viatorum.


Quarta est securitas, quæ sic describitur: Securitas est habitus secundum quem superuenientes incommoditates non formidantur, quin quod inceptum est ad finem perducatur: sed securitas beatæ Virginis fuit omninò sine timore separationis: ergo eius securitas excellit securitatem omnium viatorum.

Quinta est patientia, quæ sic describitur: Patientia est bonus habitus animæ, omnes aduersitates æquanimiter portans: sed patientia beatissimæ Virginis fuit inuincibilis, & ab omni malo culpæ impassibilis, omnium aliorum viatorum patientia fuit vincibilis & à malo culpæ passibilis: ergo ipsius patientia

fuit


fuit aliorum patientia maior impropor-
tionabiliter.

Sexta est constantia quæ sic describitur:
Constantia est animi stabilitas in proposito
non vacillans: sed stabilitas beatissimæ Vir-
ginis fuit immobilitas: & omnium aliorum mo-
bilis: ergo eius constantia aliorum constantia
improportionabiliter maior fuit.



QVÆSTIO LVI.

POST HOC quæritur de perseverantia,
quæ d. ple. ter dicitur. Vno modo pro-
positam perseverantia dicitur in finalis mo-
do actus perseverandi. Voluntas beatissimæ
Virginis ad perseverandum fuit inflexibilis:
voluntas omnium aliorum flexibilis: ergo eius
perseverantia aliorum perseverantia est im-
proportionabilis.




QVÆSTIO LVII.

DOSTEA quæritur de temperantia, quæ
sic describitur secundum Philosophos:
Temperantia est contra illicitos animi impetus
firma & discreta dominatio. Item Marti. Erant
qui manducaverant, quasi quatuor millia homi-
num. Glossa: Temperantia est refrenatio
cupiditatis ab his quæ temporaliter delectant.
Pater quod in his definitionibus diffinitur tem-
perantia secundum actum viæ & non patriæ,
& quod secundum actus istos non fuit temper-
antia in beatissima Virgine: ergo non habuit
temperantiam per modum viæ, sed patriæ.

Cap. 8.

Item August. Temperantia est amor in-
corruptibilis in Deo & integer: sed tam amor
quam incorruptio & integritas fuit impropor-
tionabiliter excellentius in beatissima Virgine,
quam in aliquo viatore: ergo habuit temper-
antiam improporcionabiliter super omnes via-
tores.



QVÆSTIO LVIII.

EQUITVR de speciebus temperan-
tiaz, quæ sunt castitas, modestia, & so-
brietas. Et primò de castitate. Quod autem
beatissima Virgo omnem creaturam excellere
in castitate, sic probatur: In omnibus viatori-
bus puris hominibus castitas est cum pugna
contra fornicem, & cum casu ad minus in pri-
mum motum venialem, & cum possibilitate
cadendi etiam in mortalem, exceptis in vero
sanctificatis & Apostolis Spiritu sancto repletis:
in beatissima autem Virgine fuit castitas sine
pugna fornicis, sine casu mortali, sine possibi-
litate cadendi etiam casu veniali: ergo castitas
eius omni homini fuit improporcionabilis.

Item, Castitas beatissimæ Mariæ Virgi-
nis castitatem Angelorum quinque gradibus
excellit. Est enim multiplicior, nobilior, vti-
lior, gloriosior, laudabilior. Multiplicior: An-

geli enim habent tantum castitatem in spiritu,
hæc autem in carne & spiritu. Item est nobilior:
quia illa naturalis, ista gratuita. Item utilior:
illa enim est naturalis & non meritoria, ista
meritoria. Item gloriosior: hæc enim sine
victoria, illa autem cum victoria. Item lau-
dabilior: hæc enim est necessaria, illa vero
voluntaria. Pater igitur, quod beatissima Vir-
go omnem creaturam excellit in castitate.




QVÆSTIO LIX.

EQUITVR de sobrietate, quæ dupli-
citer dicitur. Est enim sobrietas tempe-
rantiaz species. Est etiam sobrietas, quæ est ab-
stinencia & pars satisfactionis penitentiaz &
species iustitiaz. Prima sobrietas est cum pu-
gna in omni viatore, & cum errore, & cum
possibilitate cadendi in primum motum gula:
sed in beatissima Virgine fuit sine pugna, sine
errore, sine possibilitate cadendi etiam in pri-
mum motum gula: ergo excellentius fuit in
ea sobrietas quam in alio viatore. Item alia
abstinencia est, quæ fit tribus de causis, pro
debito satisfactionis, pro peccato præterito, pro
cautela evasionis pro peccato futuro, pro de-
lezione pœnæ debite in præfenti: sed in bea-
tissima Virgine non fuit abstinencia pro debito
satisfactionis, nec pro peccato præterito, sed
pro merito supererogationis: nec pro cautela
promissionis, sed pro exemplo ædificationis:
nec pro deletione pœnæ, sed pro merito glo-
riæ: ergo eius abstinencia fuit nobilior quam
alicuius viatoris.



QVÆSTIO LX.

EQUITVR de modestia, quæ consistit
in duobus, scilicet in dictis & factis.
Vtrumque habebat Virgo beata in summo. In
dictis: quia nemo vnquam linguam domare
potuit. Hoc communiter intelligitur de viato-
ribus. Sed beatissima Virgo linguam in sum-
mo domavit: quia in lingua nunquam lapsa
fuit: ergo modestia in dictis beatissimæ Virgi-
nis omnem creaturam excellit. Item in factis.
Non est qui non peccet. Sepries in die cadit
iustus. Hoc intelligitur communiter in viato-
ribus & de casu etiam veniali. Sed beatissima
Virgo nunquam peccavit, & nunquam ceci-
dit: ergo in modestia facti omnem creaturam
excellit.



QVÆSTIO LXI.

EQUITVR de modestia in cultu ve-
stium. Quod autem modus in cultu ve-
stium pertineat ad modestiam, probatur per
illud: Similiter autem & mulieres in habitu
ornato cum verecundia & modestia ornantes
se non torris crinibus, aut auro, aut margari-
tis, aut veste pretiosa: sed quod decet mulieres
promittentes

1. 2. 3.

promittentes pietatem per omnia bona opera.
Item per illud, Quorum non sit exterius ca-
pillatura, aut circundatio auri, aut indumenti
vestimentorum cultus. Glossa: Sicut crispatus
habitus. Hierony. Mulieres serico vel pupura
indutæ, Christum induere non possunt: auro,
margaritis, monilibus adornatæ, ornamenta
cordis perdiderunt. Item Luc. 16. Homo quidam
erat dives, &c. Glossa: Si in cultu pretiosa-
rum vestium culpa non esset, sermo Domini
non tam vigilanter exprimeret, quod dives
purpura & bysso indutus, apud inferos irre-
mediabiliter torqueretur. Ex his auctoritatibus
innuitur, quod adhibendus est modus in cultu
vestium.

Quæritur igitur, qualiter ista modestia in
beatissima Virgine fuit, vtrum descendendo ad
despectissimum habitum, vel considerando me-
diocritatem. Viderat, quod primo modo.
Hieron. Cinis & cilicium sunt arma peniten-
tium. Item Chrysothomus de tunica inconsu-
tilli opinatur, quod dicitur inconsutilis, sicut
mulier dicitur difformis, non quod sit sine
forma, sed quod habeat malam formam: ita
inconsutilis, non quod fuerit sine forma, sed
quod habuit rudes formas, & desuper contexta
fuit per totum, id est, tapetiata. Si igitur ve-
stibus Domini adeo fuerit despectus & vilis &
asperimus, etiam in matre quæ eius imitatrix
est, debuit esse habitus despectissimus.

Item, Secundum Philosophum, diu-
sum est de habitu iudicium vulgi & sapientum.
Interrogatus quis de vulgo, quis sit habitus
congruus? responder, decorus: quia decor
attestatur honestati. Si interrogatus vnus de
sapientissimis & de horum famosissimis, scilicet
Ioannem Baptistam, respondebit de capillis
camelorum. Ergo si secundum consilium sapien-
tum eligitur vilitas in cultu, ergo cum beatis-
sima Virgo fuerit prudentissima, ipsa elegit vi-
litem in vestitu.

Quod autem mediocritatem, videtur per
beatum Hierony. qui ait: Ornatus vestium &
sordes pari modo sunt fugiendæ.

Item, Nihil tantum Deo placet sicut
zelus animarum: ad hunc autem ordinatur
conformitas, iuxta illud: Omnibus omnia
factus sum ut omnes lucrificerem. Conformi-
tas autem est in mediocritate. Ergo cum bea-
tissima Virgo fuerit maxima zelatrix anima-
rum, quæ omnes maximè lucrificare voluit,
ipsa hominibus omnibus maximè se confor-
mavit: ergo mediocritatem habuit in cultu.

Item, Virtus in mediocritate consistit:
ergo cum beatissima Virgo omnibus exemplum
virtutis extiterit, in mediocritate habitus exem-
plum dedit.

*Premittenda ad solutionem præcedentium
quæstionum.*

§. I.

AD PRÆDICTORVM omnium cui-
dentiam, & ad obiectorum pleniorum
solutionem, & ad ipsius solutionis intellectum
& intelligentiam faciliorem hic quædam sunt
premittenda. Scribitur enim in Evangelio
D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

Marth. vltimo: Prædicare Evangelium omni
creaturæ. Glossa: Generi humano, quod h. bet
aliquod commune cum omni creatura, est
cum entibus, sentire cum brutis, intelligere
cum Angelis. Hæc autem communitas est causa
& aptitudo quædam naturalis in viribus appre-
hensivis animæ humanæ ad apprehendendam
vniuersaliter species omnium creaturarum co-
gnoscibilem. Et similiter est causa ex parte
rerum cognoscibilem, vt species ipsarum præ-
sententur ipsis viribus apprehensivis. Et sic fit
naturalis cognitio cognoscibilem à cognos-
cente, cum ad species obiectas conuertuntur
apprehensivæ vires per similitudinem & per
quoddam desiderium, quod iterum est naturale.
Ipsa autem ratio in homine cum sit superior,
habet actionem omnium inferiorum. Vnde
Philosophus: Quidquid potest virtus inferior,
potest & virtus superior. Cui consonat Dio-
nysius, in cœlesti hierarchia, Ordines superio-
res excellenter habent inferiorum dispositio-
num virtutes, & non è conuerso. Et ideò om-
nium sensibilem creaturarum & intelligibi-
lium est ratio naturaliter cognoscitiva ratione
communitatis naturalis: & ipsa cum sit colla-
tiua, naturaliter cognoscit res & creaturas esse
signum aliquod vel vestigium, sicut artificium
artificis. Ex quo etiam ratio naturaliter est co-
gnoscitiua creatoris, cuius creaturæ sunt vestigia
& signum. Et sic patet, quod ratio humana
habet in sua natura, quod sit cognoscitiua sen-
sibilem creaturarum & intelligibilem & crea-
toris eorum, & quod habeat desiderium ducti-
uum ad cognoscendum hæc. Et potest dici du-
ctus naturalis rationis, quo ex solis bonis na-
turalibus ducitur tanquam ex primis moribus
ex parte ipsius. Similiter ex parte affectus sunt
quædam aptitudines naturales ad bonum, quas
quidam Philosophi appellant seminaria virtu-
tum, quibus mouetur anima rationalis ad bonum
naturaliter.

Ipsa vero anima rationalis sic existens, est
receptiua habitus multiplicis, scilicet artium
& scientiarum ex parte virtutis apprehensivæ:
sed huiusmodi habitus non ducunt rationem
extra metas vel terminos ei debitos secundum
aptitudinem naturalem, sed sunt facultates &
directiones quædam ad cognoscendum ea ad
quæ naturaliter se habent: & hi sunt habitus
acquisiti per ingenium, siue dati, siue infusi.
Ex parte vero virtutis motiuz est receptiua ha-
bitus consuetudinalis, quo non erigitur af-
fectus super ductum naturæ vel super ea quæ
naturaliter ducta ratio dicitur. Affectum vero
secundum se habentem cognouerunt quidam
Philosophi non sufficere ad beatitudinem. Vn-
de Tullius: Sæpe dicimus, & sæpe dicendum
est: Naturaliter audissimæ siue appetentissimi
sumus, quia honesta sunt nobis innata virtu-
tum seminaria, ita vt si pateremur, & anhe-
lare liceret, ad beatitudinem cum diuino ma-
nere natura nosmetipsos perduceret: sed igni-
culos natura nobis inditos sæpe retundimus.
Est igitur præter huiusmodi habitus naturalis
anima susceptiua: ignis fidei, quæ est donum
fluens a Deo, modo nobiliori & vtiliori quam
sit modus secundum quem fluunt naturæ, &
bona naturalia. Huiusmodi autem gratia
E 2 ducitur

Alia facta
inter.

ducitur anima rationalis ad cognitionem talium, ad quæ non poterat ratio ductu suo naturali, adiuta arte vel scientia vel habitu consuetudinali. Cognita autem huiusmodi sunt Deus triplus & vnus, Verbum caro factum, & huiusmodi, ad quæ non sufficiunt bona naturalia sine fide: quæ ad hoc est parua natura & pusilla statura, quæ significatur Luc. 19. in Zachæo, qui cum non posset videre IESUM, ascendit in arborem sycomorum, vbi Glossa: Deuotione fidei ad videndum Saluatorem, quod natura habet minus, supplet ascensu arboris. Et sic patet, quod fides sursum trahit vltra ductum rationis. Et iste duplex ductus signatur Luc. 15. de filio prodigo, qui dixit patri: Da mihi portionem substantiæ meæ quæ me contigit. Iste voluit id quod seipso contingere potuit: hoc enim contingere fuit seipsum. Vnde Glossa: Iste vult sua potestate vti, vt nullo formante, nullo regente viuat. Et diuisit illis bona sua. Glossa: Fidelibus suæ gratiæ protectionem quam desiderant impetiendo, infidelibus solum naturalis ingenij quo contenti erant beneficium concedendo. Et sic patet qualiter anima rationalis gratiæ auxilio, super suum naturale posse eleuatur in cognitione diuinorum, videbitur ad primam veritatem & ad summam.

Et notandum, quod in huiusmodi eleuatione anima non tantum naturalem terminum supergreditur, sed super se eleuatur, & suæ perfectioni appropinquat meliorando, & reuouatur, & hoc secundum potentias ipsius rationalis, vt talis est, siue sint apprehensiuæ, siue motiuæ, vt rationalis, vel irascibilis, & concupiscibilis. In rationalibus enim & apprehensiuis & motiuis est imago Dei, & in his est reuouatur per IESUM CRISTUM. Apprehensiuæ enim rationales habent dilectionem suam in homine, & in Deo in homine, scilicet in Christo secundum vtramque naturam. Sed nota, quod veritas se habet per speculationem, siue cognitionem ad intellectum dupliciter. Aut scilicet vt sui præsentia remoueat ignorantiam: & hoc modo se habet omnis veritas ad intellectum speculatiuum dum apprehenditur ab illo, & tunc delectatur ratio vel intellectus. Sic delectationem conuenit esse in sciendo. Aut vt ipsius præsentia non tantum remoueat ignorantiam, sed etiam nobilitetur & melioretur potentia ipsius veritatis præsentia, vt clarè videat & apertè sine ænigmate, quod secundum se vel in se videri non possit. Huiusmodi veritas est diuina veritas, cuius præsentia se ratio sentit perfici & meliorari: ex quo habet delectationem talem & tantam, qualem & quantam habere non posset ex præsentia & in præsentia alterius veritatis. Similiter autem in Christo natura humana ex vnione ad diuinam habet summum suum, vt scilicet sit tantum meliorata quantum potest, & intantum quod etiam per illum hominem ducatur ad visionem diuinitatis. Vnde veritas talis apprehensa à virtute cognitiua, non tantum remouet ignorantiam, sed etiam videt & sentit vt sit meliorata, & etiam per illum qui est eiusdem nature, ducitur ad visionem diuinitatis. Et hoc est quod dicitur ad Corinthios: Cum perduxerit credentes ad contemplationem Dei

parris, vbi est finis omnium & requies sempiterna & gaudium.

Sic ergo patet, quia anima rationalis secundum illas vires gaudet de visione deitatis tanquam de visione summi perfectissimi ipsam, & de visione Dei hominis, id est, Christi tanquam de visione optimi & perfectissimi suæ nature, cuius influentia sic se meliorari videt & nobilitari, vt videat Deum: & visio ista, æterna vita est Ioan. 17. in qua summa veritas & summa bonitas. Et sic reficit rationalem vim, quod ex toto eam decorabit & alliciet, vt nihil aliud quærat videre nisi ipsam aut propter ipsam: & idè ibi erit continuo visio. Item summum delectabile, concupiscibile sic sua suauitate perfundet, vt nihil aliud amet aut quærat nisi ipsam aut propter ipsam: & idè non erit fastidium. Item summè arduum summa sua immobilitate irascibile roborabit & securabit, vt nihil tenere aut tractare quærat nisi ipsam aut propter ipsam: & idè non est ibi fatigatio. Vnde August. de ciuitate Dei. 22. Ego ero quæcunque ab hominibus honestè desiderantur. Et infra: Ipse erit finis nostrorum desideriorum qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur.

Vt autem ad hoc perueniat anima rationalis, oportet quod habitibus intermediis eleuetur: in qua eleuatione sunt gradus & ordines, quos vt plenè cognoscas, nota quod est vnus verum delectabile remotiuum imperfectionis & indigentia, & hoc secundum ordinem cause ad causatum. Item in causato est imperfectio, & hoc respectu suæ cause, & indigentia, scilicet regressibilitas in nihilum, nisi continetur suum esse per suam causam: & hoc omnino potest cognosci: & Gentilis potest hoc contingere & cogitare in aliqua visione primæ veritatis. Dicit ergo August. in libro de Trinitate. 4. Nonnulli sapientes mundi potuerunt aciem mentis vltra omnem creaturam transferre, & lucem incommutabilis veritatis quantumcumque ex parte contingere. Hoc autem videntes & cognoscetes possunt habere dilectionem. Et sic est delectatio in scientia: quia illa veritas illis apparet sicut lucens, & sic eam amant: & non apparet eis sicut purgans. August. 10. Confessionum: Cur veritas parit odium, nisi quia sic amatur veritas, vt quicumque aliud amant, hoc quod amant velint esse veritatem, & quia falli nollent, nolunt conuinci quod falsi sint: Hi amant veritatem lucentem, oderunt eam redarguentem. Ecce quod illa veritas multis modis potest apparere: & cum apparet eis sicut lucens, possunt cogitare, quod per eam perficiuntur imperfectiones naturales in causato, & remouentur indigentia: & amant illam primam veritatem qui sic cognoscunt eam: & amor est naturalis inclinatio affectus ad illam veritatem sic cognitam. Sed amare non plus potest homo quam se extendit naturalis cognitio, & non potest operari sic vt attingat illam. Cuius duæ cause sunt. Vna, insufficientia nature instituta: alia, imperfectio quæ prouenit ex destitutione nature, scilicet miseria pœnalis ex culpa originali quoad reatum. Hinc autem defectum vel imperfectionem non cognouerunt Philosophi ignorantes hominem fuisse in duplici statu: & propter hoc miseras veras esse quæ

quæ contractæ sunt: nec illa veritate sic lucente hoc cognoscunt. Sed si viderent illam vt redarguentem, tunc cognoscerent illam pœnalitatem esse per causam, à suo creatore. Appareret autem eis illa veritas si vellent credere. Ex quo patet, quod Gentilis non est in via: nititur enim se, & ex hoc non habet spem neque formatam neque informem. Si autem spes dicitur quæ non est veritas, sed confidentia ex consideratione liberalitatis diuinæ, non dico misericordæ, sic potest in fide infidelis habere spem, id est, confidentiam. Et hæc confidentia facit naturam niti quantum potest esse secundum se: sed hoc totum parum prodest. De fideli autem aliter.

§. II.

EST AVTEM status naturalis respectu fidelium. Et sciendum, quod gratia sacramentalis in qua sunt omnes virtutes naturaliter, cum suscipitur, vt huiusmodi est introducens in vitam, & hæc remouet impedimentum proueniens ex destitutione nature, & iuuat ipsam & roborat & eleuat & perducit. Hoc autem sufficit vt consecratus hac gratia collocetur in patria si decederet ante tempus liberi arbitrij determinatum ad operandum, & hic est status viæ. In adultis verò est aliter: gratia enim sacramentalis semper stat cum gratia virtutum, vel quæ est virtus, quæ est ad operandum propter Deum: quæ gratia si non operetur, cum debet operari homo, non habet nisi signum viæ & memoriale aliquod, & deformantur virtutes in ea, & habet spem & fidem informem: quia si non operatur cum debet operari, & non impeditur aliunde vel simpliciter vel ad tempus, tunc peccat mortaliter, vel ex omissione, vel ex negligentia, vel ex aliquo alio: & sic est extra viam. Quia tamen habet signum vel memoriale viæ huius, adhuc habet aliquam spem, sed per illam nullum gaudium habet, quia est valde remota à termino: quia illa est non ad obtinendum aliquem terminum: sed illa spes est idem quod non dissidentia de Dei misericordia. Hoc autem non potest habere Gentilis. Vel illa spes est respectu misericordie vt iterum reuocetur: quod iterum non potest habere Gentilis. Si autem operatur & est tamen in mortali peccato, in idem redit cum hoc qui non operatur. Sed si in veniali, non tamen hic est extra viam penitus, sed plus moratur in via, & à recta cadit in non rectam: sicut inter duos terminos & eisdem potest esse linea recta & curua, vt diameter & costa: sed diameter est breuior: vnde rectum diffinitur, quod est inter terminos spatium breuissimum. Si autem sine peccato est, tunc habet spem formatam, ex qua oritur gaudium, licet non omnino plenitudo: quia non adhuc nisi in spe habetur præmium, quantum est de ipsis virtutibus, spe, fide, & charitate. Si autem superaddita fuerint dona vt amplior sit gratia, iam habetur pignus aliquod, secundum quod dicit Apostolus 2. Cor. 11. Dedit pignus Spiritus sancti quod est in cordibus nostris. Glossa, id est, dona quæ sunt pignus Spiritus sancti, quod est in nobis. Et talis sic se habens iam plus habet quæ spem: quia iam habet quandam similitudinem eius per gratiam

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

facientem deformem. Et de tali dicitur in sententiis, quod talem rem aliquatenus non solum iam spe, sed etiam re habet. Potest in via adhuc plus teneri à quibusdam qui iam habent aliquam præglustationem: & illi non habent tantummodo pignus, sed & arrham, secundum quod arrha est pars præmij. Sed illi etsi sint in via, non tamen hoc habent secundum statum viæ, sed vt sunt præter statum viæ. August. super Genes. ad literam. 12. In illa specie qua Deus est, nemo cum videt viuens vita ista, qua mortaliter viuunt in istis sensibus corporis. Sed nisi ab hac vita quisque quodammodo mortatur, siue omnino exiens de corpore, siue ita auersus & alienatus à carnalibus sensibus, vt meritò nesciat, sicut Apostolus ait, vtrum in corpore, an extra corpus sit, cum in illam rapitur & subuehitur visionem. Hanc enim visionem mens ab omni corpore, & ab omni labe mundata, & à similitudine corporis alienata, & abrepta corpore, habere potest.

§. III.

COLLIGE igitur ex prædictis, & nota, quod tripliciter possunt distingui gradus quibus ascenditur ad videndum Deum. Primò secundum ordinem actuum naturalem in se, sicut docet August. in libro de quantitate animæ, ponens gradum primum inter actus animæ vegetationem, qui communis est cum arbutis. Secundò sensum, qui est in nobis communis brutis. In tertio memoriam intelligibilem, quæ est communis doctis & indoctis, bonis & malis. Quartus gradus est eleuare se supra se, & mundare oculum ab omni terribitate. Quintus est ipsam custodire atque firmare puritatem. Sextus est serenum & rectum aspectum in id quod videndum est dirigere. Septimus gradus est non jam gradus, sed mansio & visio ipsa veritatis. Item eisdem gradus aliter nominat sic dicens: Igitur ascendentes sursum versus, primus actus animæ docendi causa dicitur animatio. Secundus, sensus. Tertius, ars. Quartus, virtus. Quintus, tranquillitas. Sextus, ingressio. Septimus, contemplatio. Possunt & hoc modo appellari. Primus, de corpore. Secundus, per corpus. Tertius, circa corpus. Quartus, ad seipsum. Quintus, in seipsum. Sextus, ad Deum. Septimus, apud Deum. Possunt & sic: Primus, pulchrè de alio. Secundus, pulchrè per aliud. Tertius, pulchrè circa aliud. Quartus, pulchrè ad pulchrum. Quintus, pulchrè in pulchro. Sextus, pulchrè ad pulchritudinem. Septimus, pulchrè apud pulchritudinem. Sed ista videre vt videnda sunt, verè paucorum est: neque ad hoc quisque nisi vera religio sit idoneus. Est enim religio vera, qua se vni Deo anima, vnde se peccato velut abrupterat, reconciliatione religat. Item distinguuntur isti gradus secundum statum potentiarum respectu obiectorum, vt primus gradus sit visio in sensu secundum imaginationem, & hic vititur mundo tanquam speculo. Secundus gradus est in imaginatione secundum imaginationem: hic non mundo, sed mundi imagine vititur in speculo. Tertius gradus est visio in imagine secundum rationem, quando

E 3 pet

per visibilia similitudines ad inuisibilia ratio deducitur. Quintus in ratione secundum rationem, quando ex quibusdam cognitis ad aliqua cognita ratio ratiocinando progreditur. Sextus supra rationem non præter rationem, quando per mentis subleuationem cernit quod naturæ metas transcendit, & ei quod per aciem intelligentiæ cernitur, natura rerum acquiescit. Septimus supra rationem & contra rationem, & hic est speculatio fidei, quæ est substantia rerum separandarum, argumentum non apparentium. Octauus est extasis siue raptus, in qua Rachel, id est, actio moritur, & Benjamin, id est, perfectio contemplationis generatur. Omnes hi gradus distinguuntur secundum ordinem potentiarum, vel actuum respectu obiectorum.

S. IV.

Secundo modo sunt gradus in huiusmodi elevatione animæ ad Deum, secundum maiorem habitum gratuitorum perfectionem, animam super posse naturæ magis & magis eleuantium, & Deo propinquius confangentium. Inter quos primo gradu eleuant gratiæ sacramentales, impedimenta culpæ & pœnæ remouentes, & fomitem diminuents, quæ animam trahunt deorsum. Secundo gradu sunt virtutes animam in esse gratuito perficientes primò, & per operationes in finem dirigentes. Tertio gradu sunt dona animam ad excellentiores actus gratuitos perficientes, & magis fini coniungentes. In quarto sunt fructus animam secundum possibilitatem viæ Deo coniunctam delectantes & reficientes. Ex his quatuor gradibus lateret currunt beatitudines circa subiectum, in quo sunt prædicti habitus, statum perfectionis secundum modum viæ complentes.

S. V.

Tertio modo est ordo in ista prædicta elevatione animæ ad Deum secundum diuersitatem status subiecti quod eleuatur, & diuersitatem medijs per quod eleuatur. Diuersitas status subiecti quadruplex est. Eorum enim qui eleuantur ad videndum Deum, alij sunt in statu viæ, alij præter statum viæ, alij supra statum viæ & iuxta statum patris, alij in statu patris. Illi qui eleuantur per modum viæ, vident per speculum in ænigmate, & faciunt quinque gradus. Primus gradus est videre per vestigium in creaturis. Secundus per imaginem in anima. Tertius fide informi. Quartus fide formata. Quintus contemplantium.

Illi qui vident præter statum viæ, vident per speculum in lumine, & faciunt quatuor gradus. Primus est visio Prophetarum. Secundus Moyfi facie ad faciem, de quo dicitur, quod loquebatur ei Deus non sicut in Prophetis, sed ore ad os, sicut loquitur amicus amico. Tertius est visio Ioannis in pectore, de quo dicit Augustinus: Transcendit omnem nebulam, qua omnis terra tegitur, & peruenit ad limpidum cælum, scilicet deitatis claritatem. Item Augustinus: Deitatis potentiam limpidius contemplantis cæteris, cum Domingo ad cælum volans, cælestis

Erad. 33.

sapientiæ haustum de Dominici pectoris fonte limpidius cæteris potauit. Quod intelligitur respectu Euangelistarum aliorum. Quartus gradus est visio animæ Adæ in statu innocentie, quæ fuit intellectus existens sine omni ænigmate, & sine impedimento, non tantum culpæ, sed pœnæ, & per potentiam animæ existentis in corpore quodammodo sine omni fomite, & ita naturæ non deterioratæ per peccatum. Et idem est vltima in genere illo.

Illi qui vident supra modum viæ, vident sine speculo in lumine, & iam faciunt tres gradus. In primo est cognitio Adæ in sopore, de quo intelligitur illud Gen. Immisit Dominus soporem in Adam. Glossa: Extasis illa ad hoc immissa est, vt mens Adæ intrat in sanctuarium Dei, nouissima intelligeret particeps angelicæ curiæ. Secundus gradus est raptus sicut Paulus & Ioannes in Apoc. viderunt. De visione Pauli dicitur in Glossa. 2. Cor. 12. quod Apostolus vidit Deum in illa vita qua videndus est in æternum. Et item quod vidit sicut illi de tertia hierarchia & sine medio. De visione Ioannis in prologo super Apocal. Intellectualis visio est, quando Spiritu sancto intimante aliquis concipit aliquid mysticum, sicut S. Ioannes in hoc libro fecit: nam non realiter ista vidit, sed diuino flamine inspirante conuenientia signa passionum & designatiua intellectui suo configurauit. Et ita visionem Ioannis & Pauli ponimus in eodem gradu. Tertius gradus est in via cognitio beatæ Virginis, quæ omnes prædictas cognitiones tribus gradibus supergreditur. Primus est eleuata puritas, qua excellit omnem viatorem. Secundus est medijs improporcionabilis quantitas, videlicet gratiæ plenitudo, quæ in ea tanta fuit, quod in pura creatura æqualis esse non potuit. Tertius est eleuatis charitas, scilicet Dei, qui eam super omnem creaturam dilexit, & improporcionabili charitate eam sibi sociavit: & idem hæc visio eius super omnem visionem viæ fuit propinquissima visioni patris, & tamen citra quantum ad actum.

Illi autem qui eleuantur secundum statum patris, vident per speciem, & faciunt tres gradus. In primo gradu est visio hominum anima & corpore glorificatorum, de qua August. Minime dubitandum est & raptam hominis à carnis sensibus mentem, & post mortem ipsa carne deposita non sic videre posse Deum sicut vident Angeli. Angeli enim vident Deum absque omni corporali forma, sed à corpore separati. Cognitio autem animæ gloriificatæ propter vnionem animæ ad corpus est inferioris gradus. Et hoc intelligendum est secundum quod ordinatur natura ad naturam: secundum enim esse gratiæ habent se vt excellentia & excessa in huiusmodi elevatione. Secundus gradus est visio Angelorum. Tertius gradus visionis patris est visio gloriose Virginis maris Dei, quæ super omnes creaturas improporcionabiliter & limpidissime & propinquissime contemplantur maiestatem Dei, vt pote super omnes choros Angelorum exaltata, & idem tres hierarchias supergressa, in quarta à dextris cum Filio eius, id est, in potioribus bonis collocata.

Super omnes visiones has est visio Domini

Lih. 12. super Genes. 6. 33

mini nostri IESU CHRISTI, in qua possumus tres gradus assignare. Primus est visio Domini nostri IESU CHRISTI, quam habuit per comprehensoris gratiam qua inter omnes comprehensores perfectissime videt Deum, & omnia ad suam & suorum beatitudinem spectantia. Secundus gradus est per gratiam visionis, qua adhuc cognoscit excellentius anima Christi naturam diuinam sibi vnitam, & omnia ad mysterium vnionis & incarnationis spectantia. Vltimus est visio Domini nostri IESU CHRISTI, quæ debetur ei ratione diuinitatis, quæ est eadem quæ est visio totius Trinitatis, respectu cuius omnes prædictæ cognitiones & visiones sunt imperfectæ, sicut creatura respectu creatricis essentia. Et respectu huiusmodi dicit Gregorius, quod essentia Dei à nullo videbatur plenè. Et Isidorus, quod Trinitas sibi soli nota est & homini assumpto.

Responsio ad præcedentes quæstiones de virtutibus.

S. I.

Responsio ad quæstionem 44. de fide.

Nunc igitur reuertamur ad cognitionem beatissimæ Virginis, propter quam sunt hæc omnia introducta. Concedimus igitur, quod beatissima Virgo omnem modum cognoscendi & cognitionem quam aliqua creatura habuit in via, tribus, vt dictum est, gradibus, supergressa est. Et præter hoc excellit alias tripliciter cognitiones viatorum, in cognitionis perfectione, in habitus possessione, in modo cognoscendi cum quiete & sine abstractione, qualis est in raptu. Perfectio enim cognitionis maior debetur ei ratione maioris eleuationis per habitus nobiliores & excellentiores. Habitus possessionem dico: quia talis habitus est actus qualis habuit Paulus in raptu ad tempus, & post statim non habuit, sed habitus cum actu cessauit. Talis, inquam, generis habitus, sed perfectiorem beatissima Virgo semper & continud habuit, ab eo tempore quo primum mater Dei facta fuit, vsque dum idem habitus in gloriosam cognitionem secundum statum patris perfectus fuit: & ita continuatio possessionis debebatur ei ratione perfectionis maioris, quæ hinc viæ super omnes viatores funditus motus fuit, & viæ peccati extinctio fomite improporcionabiliter mota fuit: prout quod vixit cum Christo in Deo abstracta semper fuit, & curiæ Angelicæ præfata, intra sanctuarium Dei habitauit. Modus etiam cognoscendi non fuit per modum abstractionis, vel stuporis, vel extasis, vel raptus. Hæc autem contingant propter excellentiam & improporcionabilitatem luminis ad intellectum illuminabilem, vt patet per simile in corporali lumine & transgressione Domini, quando ostendit eis claritatem suam in dextris gloriæ: Dicitur enim, quod Petrus & qui cum eo erant, gratiam erant lassos, hæc & vultus non possent. Vnde Dominus Petrus dicit: Non est nos hæc esse, nesciens quid dixerit: stupor

Matth. 17. & Luc. 9.

1. Cor. 12.

enim circumdederat eum. Simili modo in lumine spirituali est. Vnde Paulus excellentiori visione stupefactus dicit, Vtrum in corpore vel extra corpus nescio, Deus scit. Hunc autem stuporem beatissima Virgo non habuit, cuius intellectus deformior illi luci proportionabilior fuit. Vnde sicut eadem lux quæ est ægris oculis odiosa, sanis oculis est amabilis, per eandem etiam lucem clari oculi perfectius vident & sine perturbatione, ægri autem minus perfecte & cum perturbatione: ita spiritalis lux quæ oculis Pauli fuit improporcionabilis, & idem raptum fecit cum stupore. Talis autem lux oculis beatissimæ Virginis fuit proportionabilis sine stupore cum delectatione: & hoc debebatur ei ratione puritatis & munditiæ, qua super Paulum & omnes viatores nitentur & improporcionabiliter & excellenter.

CONCEDIMVS igitur, quod in beatissima Virgine fuit habitus fidei. Et possunt duo habitus esse simul: vnus ad minus perfectum actum, alter ad magis perfectum: sicut & actus qui est in raptu, potest esse cum habitu fidei, sed non è conuerso fidei actus cum habitu raptus. Vnde quando est in potentia habitus fidei, tandiu est aliquid de obscuritate, & non ita plenè depurata sicut in statu comprehensorum, est tamen illi depurationi simillima quæ est in patria quando potentia omninò erit deiformis. Ex quo patet solutio eorum quæ de fide beatissimæ Virginis sunt obiecta.

Responsio ad quæstiones 45. 46. 47. 48. & 49. de spe & charitate.

S. II.

Ad ea quæ de ipsius charitate sunt obiecta, responsuri prænotamus, similiter & ad ea quæ de spe sunt obiecta, quod tria exiguntur ad hoc quod charitas viatoris perficiatur ad hoc vt transeat in charitatem comprehensorum in subiecto charitatis. Primum est depuratio, secundum est in se collectio, tertium est eleuatio. Primum igitur oportet, quod fiat separatio à contrariis dispositionibus in subiecto, quæ impediunt per contrarias inclinationes habitus charitatis perfectionem. Sunt autem tria à quibus oportet purgari & segregari, videlicet culpa, pœna, & corpulentia. Per omnia ista tria impeditur perfectio charitatis in viatoribus in statu isto. Per secundum statum impediuntur patres in limbo. Per tertium tantum Adam in paradiso. Et de his tribus dicitur in libro Sap. 9. Corpus quod corruptum est, aggrauat animam: & corpus corpulentiam, corruptio culpam, aggrauatio pœnam. Nec obstat, quod in Domino IESU fuit fruitio, vbi tamen corpulentia & pœna fuit: quia vnio ad diuinam naturam vicat & abstat hæc impedimenta.

Secundum quod exigunt ad charitatis perfectionem, est subiecti in se collectio, per quod tria etiam ponuntur impedimenta. Anima enim secundum quod natura est quædam forma corporis naturalis & ligatur ad corporalem imaginem & species, obligatur ad diuersas corporis passionem, & diuiditur in diuersas operationes.

E 4 D6

De ligatione ad corporalia imagines. August. libro de Trini. 10. Tanta vis amoris est vt ea quæ mens cum amore diu cogitauerit, eisque cura glutino inhaerit, attrahit secum etiam cum ad se cogitandam quodammodo redit. Et infra: Errat autem mens cum se istis imaginibus tanto amore coniungit, vt etiam se esse aliquid huiusmodi existimet. Post hoc dicit, quod fuerunt ex hoc diuersi errores Philosophorum & aliorum ponentium eam ignem esse, alij atomos, & sic de alijs. Et ibi subiungitur sic: Hinc ei oboritur erroris dedecus, dum rerum sensarum imagines fecerit à se non potest, vt se solam videat. Cohæserunt enim mirabiliter glutino amoris, & hæc est eius inmunditia, quoniam dum solam se nititur cogitare, hoc se putat esse sine quo se non potest cogitare. Cum igitur ei præcipitur, vt seipsam cognoscat, non se tanquam sibi detracta sit querat, sed id quod sibi addidit detrahat. Hæc est prima collectio, scilicet ab imaginibus corporalibus detractio. De obligatione ad corporis passiones August. in libro de spirita & anima: Quibusdam affectibus & quadam amicitia anima corpori coniungitur, secundum quam amicitiam nemo vnquam carnem suam odio habuit. Sociata namque illi, licet eius societate prægraueretur, ineffabili tamen conditione diligit illud, amat carcerem suum, & idem libera esse non potest. Doloribus eius vehementer afficitur. Formidat interitum, quæ mori non potest. Timet defectum, quæ per naturam non potest deficere. Oculorum speculatione deperditur, sonorundum odoribus, larga epulatione reficitur. Et licet his rebus nullatenus ipsa utatur, graui tamen mœrore affligitur, si subtrahantur. Tertium impedimentum est diuisio ad operationes, de qua August. in libro de spiritu & anima. Anima secundum sui operis officium variis nuncupatur nominibus. Dicitur enim anima, dum vegetat: spiritus, dum contempletur: sensus, dum sentit: animus, dum sapit: dum intelligit, mens: dum discernit, ratio: dum recordatur, memoria: dum vult, voluntas. Ab istis ergo tribus colligitur anima in seipsam, per imaginationum corporalium abstractionem, per passionum corporis cessationem, per operationum vnionem. De vnione actuum dicit August. Sensus vertitur in imaginationem, imaginatio in rationem, ratio in intellectum, intellectus in intelligentiam, intelligentia in Deum. De abstractione à passionibus August. in libro soliloquiorum. Dum in hoc corpore est anima, etiam si plenissime videat, hoc est, intelligat Deum, tamen quia etiam corporis sensus vtuntur opere proprio, si nihil quidem valent ad fallendum, non tamen nihil ad ambigendum. Et potest adhuc dici fides ea qua iis resistitur, & illud potius verum esse creditur. Item quia in ista vita quamquã Deo intellecto anima iam beata sit, tamen quia multas molestias corporis sustinet, sperandum est, ei post mortem omnia ista incommoda non futura. Ergo nec spes dum in hac vita est, animam deserit. Sed cum post hanc vitam totam se in Deum collegerit, charitas restat qua ibi teneatur. Item August. in libro

de spiritu & anima: Bonum animæ est Deus, cum effluencia dulcedinis suæ. Bonum carnis est mundus, cum animæ iocunditate. Sed mundus iste est exterior, Deus autem interior. Nihil enim est Deo interius, nihil eo præsentius. Interior est omni re, quia in ipso sunt omnia: exterior est omni re, quia ipse est super omnia. Ab hoc ergo mundo ad Deum reuertentes, & quasi ab imo sursum ascendentes per nosmetipsos transire debemus. Ascendere enim ad Deum, est intrare ad seipsum, & non solum ad se intrare, sed ineffabili quodam modo introitus in intimis seipsum transire. Qui enim interius intrans & intrinsecus penetrans seipsum transcendit, ille veraciter ad Deum ascendit. Ab huius ergo mundi distractionibus cor nostrum colligamus, & ad interiora gaudia reuocemus. Et si cor nostrum tenere non possumus, saltem ab illicitis & vanis cogitationibus restringamus, vt aliquando in diuinæ contemplationis lumine nos figere valeamus. Hæc est enim requies cordis nostri cum in Deo amore per desiderium figitur. Hæc est vita cordis nostri, cum Deum suum contempletur, & ipsa sua contemplatione suauiter reficitur. Et dulce est illi semper ad considerandum quod ad amandum & laudandum semper est suauis. Nihil enim ad beatam vitam præstantius videtur, quam velut clausis carnalibus sensibus extra carnem mundique affectum quempiam inter semetipsum conuerti, alienumque effectum à mortalium cupiditatibus sibi soli & Deo loqui. De ista triplici collectione simul, scilicet actuum & affectuum August. in libro de quantitate animæ. Purgatur mens à peccati colluione, ab errorum obtenebratione, à rerum phantastica imaginatione, à rerum naturalium fallaci proportionem, à rerum temporalium vana delectatione.

Tertium quod exigitur ad charitatis perfectionem est eleuatio, quæ fit per tria: fit enim natura conante, gratia subleuante, Deo attraehente. De conamine naturæ dictum est supra de Zachæo, qui statuta pusillus erat: & de subleuatione in Deum, quia ascendit in arborem. Sed quia non sufficit ad coniunctionem, quæ est in charitatis perfectione, nec conatus naturæ, nec subleuatio gratiæ sine diuinitatis attractione, ideo clamat sponsa, Trahe me post te, &c. Et Dominus in Euangelio, Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum, &c. Ad conam naturæ disponit antecedentes miseriarum presentium stimulationes, propriæ defectibilitatis cognitio, & summæ perfectionis naturalis appetitio. Ad istam eleuationem disponunt antecedentes inchoatiuæ gratiæ sacramentales & virtutes: gratiæ sanando à malo culpæ & pœnæ, virtutes adiuciendo in bonum. Progressiuè dona & fructus, dona ad excellentiores actus adiuuando, fructus laborantes reficiendo. Completiuè autem secundum statum viæ beatitudines, secundum statum patriæ dotes. De attractione nota, quod tantum in naturalibus maior est motus, quanto maior sit appropinquatio ad finem suum. Et non est sola appropinquatio causa augmenti, sed etiam similitudo & convenientia ad suum vbi. Verbi gratia vt quanto magis mouetur lapis deorsum, tanto magis intenditur

Cap. 14.

Alias mundum dicitur esse factum.

Cap. 11. Ioan. 6.

Lib. 1. ca. 7.

suus motus, & similiter ignis sursum. Et in in naturalibus motus naturalis sufficit motum comparationem mobilis ad suum vbi, & per hoc solum fit appropinquatio. Sed in voluntariis motus non sufficit motum suum ipsius virtutis naturalis ad suum vbi quod est Deus. Et hoc est, quia in naturalibus est tantum vbi; in quod vbi est motor tantum: sed in voluntariis ipsum vbi est motor & cooperatur, & ita per id ad quod motus est, quod mouet per ipsum, habet motus quod fit appropinquatio. Est autem ipsius appropinquationis terminus perfectæ conformitas voluntatis diuinæ & humane deformis effectiue. Ad hanc attractionem & appropinquationem & conformitatem tria specialiter disponunt & antecedunt in viâ, opera instructionis vel edificationis, opera patientiæ & passionis, opera supererogationis. De operibus instructionis August. Lex hæc est diuinæ prouidentia, vt nemo nisi à superioribus adiuuetur ad cognoscendum & participandum gratiam. Vnde & in Ioanne legitur de Cayphas, quod cum esset pontifex anni illius prophetauit. In quo Dominus ostendit, quod etiam malis ratione prælationis ad vtilitatem aliorum tribuit dona. Vnde de Saule legitur, quod post vnionem in regem intravit intravit in eam spiritus Domini & prophetauit. De operibus patientiæ & passionis Apostolus: Nam virtus in infirmitate perficitur. Quod etiam figuratur in Iob, qui post perfectam victoriam per patientiam suam diuina bona recepit duplicia. De operationibus supererogationis Marc. 10. Amen amen dico vobis, quod nemo qui reliquerit, &c. qui non accipiat crucem suam, &c. & in seculo futuro vitam æternam. Consistit igitur ista perfectio charitatis transeuntis de statu viæ in statum patriæ in plena deputatione, & omnimoda collectione, & perfectissima eleuatione. Patet igitur, quod perfectio charitatis de statu viæ in statum patriæ transeuntis fit sine substantiali additione per perfectam sui in se collectionem, per actus amissionem, per actus & habitus meliorationem & nobilitatem, & per summam cum summo bono coniunctionem. Sed quia non sufficit ad coniunctionem, quæ est in charitatis perfectione, nec conatus naturæ, nec subleuatio gratiæ sine diuinitatis attractione, ideo clamat sponsa, Trahe me post te, &c. Et Dominus in Euangelio, Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum, &c. Ad conam naturæ disponit antecedentes miseriarum presentium stimulationes, propriæ defectibilitatis cognitio, & summæ perfectionis naturalis appetitio. Ad istam eleuationem disponunt antecedentes inchoatiuæ gratiæ sacramentales & virtutes: gratiæ sanando à malo culpæ & pœnæ, virtutes adiuciendo in bonum. Progressiuè dona & fructus, dona ad excellentiores actus adiuuando, fructus laborantes reficiendo. Completiuè autem secundum statum viæ beatitudines, secundum statum patriæ dotes. De attractione nota, quod tantum in naturalibus maior est motus, quanto maior sit appropinquatio ad finem suum. Et non est sola appropinquatio causa augmenti, sed etiam similitudo & convenientia ad suum vbi. Verbi gratia vt quanto magis mouetur lapis deorsum, tanto magis intenditur

Ioan. 11.

1. Reg. 10.

2. Cor. 11. Cap. 11.

pirat & marcescit. Cum autem natura semper inuendat sui continuationem, & sui esse perpetuationem, & sublimationem, in quantum potest; inconueniens esset, quod in corpore composito ex natura incorporeali, vt ex natura lætæ, & naturalibus corruptibilibus, vt sunt elementa, semper essent formales & actiue proprietates naturarum minus nobilium & corruptibilium, & nunquam regulareretur & administraretur corpus secundum naturam incorruptibilem & meliorem. Ergo necessarii erit transitus de proprietatibus naturarum corruptibilium ad proprietatem naturæ incorruptibilis & de actionibus naturarum corruptibilium ad actionem naturæ incorruptibilis. Hoc autem fit cum corruptibile hoc inducit incorruptionem. In quo quidem statu remanent elementa secundum substantias suas sopitas cessantes ab actionibus materialibus secundum naturam operis quinti dominio existente & omnes exercent actiones. Et sic nature prius agentes modo sopiuntur, & prius sopite, modo omnes operationes in corpore operantur. Simili modo glorificatio animæ videtur fieri per hunc modum. Cum enim modo anima habeat operationes quasdam secundum proprietas naturales acquisitas, & secundum proprietas gratuitas, & operationes que sunt secundum qualitates naturales, fortes & euidentes sunt & frequentes, operationes gratiæ debiles & rææ & exiles & immanifestæ: inconueniens autem est, quod substantia rationalis habens operationes magis & minus nobiles, semper exerceat minus nobiles cum euidentia & excellentia & frequentia, & nunquam exerceat magis nobiles cum euidentia & excellentia: ergo necessarii erit aliter status animæ, quod operationes nobiliores erant excellentes & euidentes, & animam perficientes; proprietates autem naturales sopite & materialiter & sine actione: hoc autem erit quando hec exierint neque sitent amplius, quantum ad naturam: quando neque uolent neque inueniantur, quantum ad generationem: & sensus vertetur in imaginationem, & imaginatio in rationem, vt dictum est supra, quantum ad opera sensitiua: & sic in statu illo tantum erit anima secundum potentiam operantem in Deum transuerina per actiones qualitates gratuitas informatas: & hæc est glorificatio animæ secundum se. Cum autem & ipse proprietates gratiæ sine qualitates quasdam sunt imperfectæ, quædam enim imperfectis coniunguntur. Nec posset esse plene perfectio quod in se est imperfectum vel imperfectioni coniungendum, cum proprietates istæ sunt summa animæ perfectio, necesse est imperfectum euacuari, & perfectum ab ipso separari: sola tamen charitas perfecta est, quæ est vinculum perfectionis: ergo necesse est omnes alias virtutes euacuari vel sopiri ab actionibus, solum autem charitatem dominari: & exercent omnes operationes: Et tunc impletur plene quod præcepit illi: Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Quod tunc impletur quando omnis habitus naturalis cessabit quantum ad actum, & omnes alterius virtutis habitus cum sopitis quantum ad actum, & anima cum se esse tota nobilissimo

Dist. 6. Marib. 11. & Mar. 11. & Luc. 10.

nobilissimo habitu implebitur, & nihil nisi charitas in anima ad actum egredietur, cum omnia prætereunt præter amare Deum. Tunc fiet quod scriptum est: Sicut prophetæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ipsa enim scientia materia est affectionis, & via in delectationem. Vnde actus scientiæ secundum quod est motus ad affectionem, destruetur, sola charitate totum occupante. Et hæc est glorificatio charitatis quæ glorificatam generat lætitiã, de qua dicit Petrus: Credentes autem exultabitis lætitiã inenarrabili & glorificatã, reportantes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum. Ex prædictis igitur collige, quod sicut glorificatio corporis fit sine extrinseca adiectione, ita glorificatio charitatis fit sine extrinseca adiectione, & quod eadem substantia charitas viæ & charitas patriæ.

Sicut igitur charitas beatissimæ Virginis modo in statu patriæ maior est charitate omnis puræ creaturæ, & quantum ad substantiam, & quantum ad actum: ita & eadem charitas in statu viæ maior fuit omni charitate puræ creaturæ secundum substantiam, sed non quantum ad actum. Fuit enim charitas beatissimæ Virginis maior omnium Angelorum charitate quantum ad substantiam, sed non quantum ad actum: minor autem fuit quantum ad actum charitate minimi Angeli. Quod autem maior in substantia, minor est in actu, hoc facit subiecti conditio, contrarij coniunctio, minor motoris attractio, quæ tamen attractio semper in actu esset, si ex parte attrahibilis vel gratia sui vel adiuncti non staret. Hoc autem intelligimus, quod si Deus Angelum de nouo crearet, & ei illam charitatem quam beatissima Virgo in via habuit, infunderet, ille Angelus tantum Deum diligeret, quantum beatissima Virgo modo in patria diligit. Nota etiam, quod licet charitas beatissimæ Virginis minor fuit charitate alicuius Angeli quantum ad actum, maior tamen fuit quantum ad substantiam vel effectum: charitas enim Angeli non est in statu merendi quantum ad præmium substantiale: quilibet autem actus charitatis in beatissima Virgine fuit meritorius viæ æternæ, & beatitudinis beatitudinem Angelorum transcendens.

Etiam habuit beatissima Virgo charitatē ad proximum sicut ad Deum, vt patuit in opponendo, & hoc non tantum quantum ad actum interiorem, sed quantum ad operis exhibitionem, ita quod maxima fuit in effectu. Nec obstat quod dicitur, quod animam suam pro proximo non posuit: nam imo animam Filij sui & ipsum Filium suum pro proximo posuit, quem plus quam propriam animam dilexit: & propriam animam, si necesse fuisset, obtulisset passioni propria voluntate, & eam in passione Filij crucifixi cum Filio, & sic duas animas obtulit, sicque effectum dilectionis duplicauit. Et hoc est quod dicitur: Tuam ipsius animam pertransibit gladius.

Credimus etiam sine præiudicio melioris sententiæ beatam Virginem in cõceptione Filij Dei, charitatem Filij talem & tantam accepisse, qualis & quanta percipi poterat à pura creatura in statu viæ, & nobilioris conditionis

quam charitas quæ in summo augmento sectandum statum viæ augmentabilis & possibilis ad illam.

Concedimus etiam, quod beatissima Virgo habuit statum medium inter statum simplicis viatoris & statum simplicis comprehensoris, scilicet statum secundum quem fuit simplex viatrix & simplex comprehensens.

§. III.

Responsio ad quæstiones 50. 51. &c. de virtutibus cardinalibus.

DE VIRTUTIBVS cardinalibus dicimus, quod habuit eas per modum patriæ sed secundum statum viæ, sed per modum patriæ quantum ad actum perfectionem, per modum viæ quantum ad merendi conditionem, & ita habuit eas medio modo inter comprehensores & viatores, medio modo per participationem, talem, inquam participationem, quod accipit meliorem partem ab utroque extremorum. Comprehensores habent virtutes has secundum actum perfectionem, sed præter merendi conditionem: viatores autem cum merendi conditione, sed cum actum imperfectione: ipsa autem habuit has cum actum perfectione sicut comprehensores, & cum merendi conditione sicut viatores: vnde habuit has excellentius viatoribus quantum ad actum, & comprehensoribus quantum ad effectum. Vnde concedimus omnes obiectiones ad hoc inductas.

§. IV.

Responsio ad quæstiones 60. & 61. de modestia.

AD HOC quod vltimò obiectum est de modestia animi & vestium cultu, distinguentes respondendo dicimus, quod habitus secundum qualitatem tripliciter distinguitur. Est enim habitus triplex, habitus vanitatis, habitus mediocritatis, & habitus humilitatis. De primo loquuntur primæ auctoritates. Secundus habitus pertinet ad modestiam temperantiæ secundum communem statum, ad quam tenentur omnes boni & imperfecti: omnes enim tenentur habere habitum mediocrem. Tertius est humilitatis habitus & est perfectiorum, qui dicitur humilitatis habitus, & habet similiter sua extrema & suum medium: potest enim esse parum humilis, vel nimis humilis, vel mediocriter humilis. Dicimus autem, quod habitus beatissimæ Virginis fuit habitus humilitatis, sed in medietate, id est, mediocriter humilis: & in sensu illo loquitur beatus Hieronymus cum dicit, quod ornatus vestium, &c. Idem etiam credimus de vestitu Domini & aliorum sanctorum.

Sed quæritur, qualiter beatissima Virgo alios viatores ista mediocritate excellere potuerit, cum de quocumque panno vestes habuerit, alij de eodem vestiri potuerunt? Ad hoc dicendum secundum Philosophum, quod circa particularia in huiusmodi ars medium determinare nescit. Descendentem enim ad diuidua

diuidua iubet Plato quiescere: singularia enim sunt infinita, nec eorum oportet posse fieri disciplinam: in humosidi enim gratia potentior est arte. Dicimus igitur, quod beatissima Virgo alios in hoc excellit in cultu, quod super artem per vnctionem Spiritus sancti sciuit præcisè mediocritatem in habitu humilitatis obseruare.



QVÆSTIO LXII.

OST HOC quæritur de donis, qualiter septiformis plenitudo gratiæ per septiformium donorum distributa in ista plenitudine sit contenta?

Et videtur, quod similiter secundum excellentiam, sicut dictum est de virtutibus, & hoc hac ratione. Sicut se habet virtus ad virtutem, ita se habet donum ad donum: sed virtus in beatissima Virgine excellit omnes virtutes viatoris: ergo & dona.

2. Item, Quidquid superius est superiore, superius est & inferiore: sed virtutes beatissimæ Virginis excellunt omnes viatores, & dona excellunt virtutes in suis actibus: ergo beatissimæ Virginis dona excellunt omnes viatores.

3. Item, In hierarchia cælesti supremus ordo est Seraphin, & qui excellit charitate quæ est excellentissimum donum, excellit in omnibus aliis donis: ergo in Ecclesiastica hierarchia erit sic: sed beatissima Virgo excellit omnem creaturam in charitate: ergo in aliis donis.

4. Item, Dicit beatus Gregorius, quod sapientia opponitur stultitiæ siue insipientiæ, scientiæ luxuria, intellectui gula, timori superbiam, præcipitium fortitudini, remissio timori, scientiæ ignorantia. Ex his patet, quod dona in viatoribus communiuntur sunt in permutatione ad contraria, & idè cum pugna: in beatissima Virgine non sunt passibilia cum pugna ad contraria: ergo sunt in ea secundum modum qui est supra statum viatorum.



QVÆSTIO LXIII.

OST HOC quæritur de sapientia in speciali. Proa. 1. Vbi humilitas, ibi sapientia. Hæc propositio est per se in theologia: ergo vbi maior humilitas, ibi maior est sapientia: vbi summa, ibi summa. Sed in beatissima Virgine improporcionabilis fuit humilitas: ergo improporcionabilis sapientia. Minor patet in Evangelio, vbi dicitur: Qui se humiliat, exaltabit. Quæ similiter est per se: ergo qui improporcionabiliter alij exaltatus, etiam aliis improporcionabiliter demeretur humilis: sed beatissima Virgo super omnes choros Angelorum in quartam hierarchiam secundum Hieronymum exaltata, improporcionabiliter


aliis ascendit: ergo omnium hominum & Angelorum humillima fuit: ergo & omnes in sapientia transcendit.

2. Item, Sapientia est quidam gustus spiritualis primæ veritatis per modum summæ bonitatis. In gustu autem tria sunt consideranda, vt dicit Philosophus. Primum, quod gustus est quidam tactus. Item in gustu est discretio gustabilium. Item ibi delectatio quædam ex coniunctione gustabilis cum gustante. Et sic tria sunt in gustu, immediata coniunctio, discretio, & delectatio. Sed in his omnibus excellit beatissima Virgo gratia doni omnes viatores: ergo in sapientia excellit omnes viatores. Quod autem in tactu siue immediata coniunctione excellit omnes viatores, patet: quia illa coniunctio est per charitatem: ergo vbi maior & inseparabilior dilectio, ibi propinquior & indissolubilior & immediatior est coniunctio. Item incorruptio facit proximum Deo: ergo vbi summa incorruptio, ibi summa coniunctio & proxima. Hæc autem omnia fuerunt in beatissima Virgine super omnes viatores. Ergo in tactu & immediata coniunctione excellit omnes viatores. Item quod in discretione excellat, patet. Discretio gustantium fallitur duobus modis. Vno modo ex parte gustabilis propter saporem, vel gustabilium commixtionem, vel simulationem. Alio modo propter gustatiui organi discursiuam infectionem. Et hæc deceptio non tantum contingit in corporali, sed etiam in spiritali ex parte gustabilis, vt quando transfiguratur se Angelus sathanæ in Angelum lucis, & quando affectio naturalis videtur esse spiritalis, vel è conuerso, tunc saporum est commixtio siue confusio, & generat deceptionem in gustante. Ex parte autem gustatiui, vt quando gustus spiritalis est infectus contraria delectatione, vel ad minus fomitis corruptione, quæ sensum spiritalis delectationis impediunt & saporem diminuunt & discretionem peruertunt, vt dicit malum bonum, & bonum malum, ponens tenebras lucem, & lucem tenebras. Hic est enim animalis homo, qui non percipit neque discernit quæ Dei sunt, cuius Deus venter est, & esse sub sensibus delicias computat, manna fastidiosum quod venit de cælo, murmurat pro panibus & alliis & expe in Agypto, vt patet de populo Israël Num. 11. Hæc autem deceptio vel decipiendi potestas licet secundum magis & minus est in omni viatore, fomitis corruptione aliquo modo remanente. Sed hæc tamen deceptio siue decipiendi possibilitas nullo modo fuit in beatissima Virgine: quæ per omnia astutias diaboli non ignorauit, & semper vt Virgo prudentissima reprobaui malum, & elegit bonum sine errore, cuius palatum spirituale à corruptione fomitis sanctorum & purum fuit & spiritali dulcedine plenum: nihil enim nisi propter Deum & Deum gustauit: & sic gustus eius spiritalis falli non potuit: ergo in discretione gustus spiritalis omnes viatores excellit. Item quod in delectatione quæ est in gustu spiritali, omnes excellat, patet. Dicit enim beatus Gregorius super Iob, quod sapientia est donum reficiens spe & certitudine: sed spes & certitudo beate Virginis est omnibus viatoribus

impro

portionabilis : ergo eius refectio est improp-
tionabilis , & inæqualis.

3 Item, Inte esurire & esse saturatum me-
dium est comedere : sed vnum extremorum,
scilicet esurire & sitire iustitiam , proprium
est viatorum : saturatum esse proprium est com-
prehensorum : ergo comedere proprie pertinet
ad istum medium : sed illum tenet beatissima
Virgo : ergo videtur , quod eius prægustatio
sit per modum comestionis inter famem & sa-
turitatem.



QVÆSTIO LXIV.

QUÆSTIO LXIV. QUÆRITUR DE DONO INTELLI-
GENTIS. Qualiter fuit in Virgine beatissi-
ma? Et videtur, quod similiter medio modo
inter viatores & comprehensores: cum enim
donum intellectus sit cognoscere Deum expres-
sè in sua imagine, & inter cognoscere Deum
per imaginem & sine lumine cum fidei obscu-
ritate, & cognoscere lumen increatum increato
lumine sine imagine, medium sit cognoscere
in lumine creato sine imagine, sicut vnum
extremorum conuenit per viatores & alterum
comprehensoribus conuenit, ita medium
ad statum medium pertinebit.

2 Item, Inter cognoscere creatum per crea-
tum, & cognoscere increatum per increatum,
medium est cognoscere increatum per creatum,
vel è conuersione: sed tria istorum diuidentium
reperiuntur, & nihil est vacuum: ergo re-
perietur & quartum. Puri viatores vident Deum
increatum per creatum, id est, per fidem: vnde
Isa. 6. Ea quæ sub ipso erant, replebant tem-
plum, &c. Glossa Gregorij: Cum mens in
contemplatione proficit, non id quod ipse est,
sed quod sub ipso est, conspicit: nemo enim
vidit Deum vnquam Ioan. 1. Hæc est cog-
nitio viatoris. Comprehensores autem vident
Deum increatum per seipsum: vident etiam
creatum per increatum, creaturas scilicet in
Deo & per Deum, iuxta illud: Tunc cogno-
scam sicut & cognitus sum, id est, Deum &
omnia cognoscam in se sicut ipse me cognoscit
in se. Ergo cum vnum mediolorum reperiatur
inter hæc extrema, reperiatur & reliquum,
videlicet videre increatum per lumen creatum.
Sed cognitio media pertinet ad statum medium:
status autem medius pertinet ad beatissimam
Virginem: ergo cognitio beatissimæ Virginis
erit talis, quod cognoscet lumen increatum,
non quidem per speciem & imaginem, sed per
lumen creatum. Et sic cognoscit increatum per
creatum, & illud lumen non erit medium sicut
speculum & vestigium vel imago, vel sicut
signum est medium inter apprehensiuum &
signatum, sed sicut lumen solis est medium
coniungens visibile ad visum.



QVÆSTIO LXV.

QUÆSTIO LXV. QUÆRITUR DE DONO CONSILII,
Qualiter & ipsam fuerit in beata Virgine?

quod & similiter excellentius videtur per hunc
modum. 1. Ioan. 2. Vnctio eius docebit vos de
omnibus: sed beata Virgo omnibus aliis im-
proportionabiliter plus habuit vnctionis: ergo
improportionabiliter plus instructionis interio-
ris: ergo donum consilij habuit aliis improp-
tionabiliter, &c.

2 Item Ioan. 16. Cum venerit Spiritus veri-
tatis, docebit vos omnem veritatem: sed beati-
ssimæ Virgini Spiritus sanctus venit improp-
tionabiliter & omnem veritatem docuit,
iuxta id, Spiritus sanctus superueniet in te, &
virtus Altissimi, &c. Ergo impropor-
tionabiliter præ aliis docuit eam omnem veritatem.

3 Item, Dominus in Euangelio: Iam non
dicam vos seruos, sed amicos, &c. Ergo reuelatio
secretorum effectus est dilectionis: sed in
beatissima Virgine improporcionabilis fuit di-
lectio respectu omnium: ergo improporcionabi-
lis reuelatio secretorum respectu cunctorum
fuit: ergo, &c.

4 Item, Si omnium secretissimum, incar-
nationis scilicet mysterium ipsi soli reuelauit ad
plenum: ergo & nullum aliorum minus secre-
torum ignorauit.

5 Item, Vt dicit Philosophus, ad illum
pertinet motus cui sit nuntiatio: cuius enim
est operari, eius est & cognoscere: ergo cuius
præ omnibus & super omnes est operari, eius
præ omnibus & super omnes est operanda co-
gnoscere: sed beatissima Virgo fuit perfectissi-
ma consiliorum obseruatrice super omnes via-
tores: ergo & cognitionem consiliorum suo-
rum super omnes habuit: hoc autem est do-
num consilij: ergo donum consilij habuit su-
per omnes.

6 Item Exod. 12. Non remanebit quic-
quam ex eo vsque mane. Si quid residuum
fuerit, igne comburentis. Glossa: Quod ex agno
remanet, igne comburimus, quando hoc quod
de mysterio incarnationis eius intelligere & pe-
netrare non possumus, potestati Spiritus sancti
reueramus. Ex ista auctoritate videtur, quod
mysteria diuina in statu viæ non possumus ad
plenum rimari & penetrare: sed debent Spiritui
sancto quadam reuerari. Ex alia parte videtur,
quod nihil de veritate mysteriorum maneat in-
discussum, & quod nullum verbum Domini
reuertatur ad ipsum vacuum quod à nullo fuit
intellectum, iuxta illud Isa. 55. Quomodo de-
scendit imber & nix de cælo, & illuc non re-
uertitur, sed inebriat terram & infundit eam,
& germinare facit eam, & dat semen serenti &
panem comedenti: sic erit. Verbum quod
egredietur de ore meo, non reuertetur ad me
vacuum, sed faciet quacumque volui, & pro-
sperabitur in his ad quæ misi illud. Ex hoc vi-
detur, quod super communem statum viato-
rum sit perfecta cognitio mysteriorum omnium
& diuinorum eloquiorum. Et cum reperiatur
in aliquo reuelatio omnium secretorum, hæc
autem debetur maximè familiari & maximè
amico & maximè sapienti, hoc autem totum
est beatissima Virgo, quæ est familiarissima,
vt pote Dei Filio amicissima & prudentissima,
de qua liber amoris, qui est Cantica Cantico-
rum, & liber Sapientie exponuntur, ita vt ea
quæ de ipsa sapientia dicuntur, de ipsa intelli-
gantur

guntur: in sapientia autem perfecta nulla igno-
rantia secretorum: ergo videtur, quod beati-
ssima Virgo perfectam cognitionem omnium
secretorum habuit vniuersaliter, vt pote vni-
uersalis consiliatrix: alij autem viatores omnes
particularem, vt pote nuntij diuersi ad diuersa
nuntia destinati.



QVÆSTIO LXVI.

QUÆSTIO LXVI. QUÆRITUR DE DONO FORTI-
TUDINIS. Quod autem fuerit in beatissima
Virgine in summo, probatur hoc modo. Quid-
quid est fortius fortiore, est fortius infirmiore:
beatissima Virgo fuit fortior tribus fortioribus
omni viatore: ergo ipsa fuit fortior omni via-
tore. Tres fortiores omni viatore sunt Deus,
mors, diabolus. Humilitas beatissimæ Virginis
Deum superauit quodammodo, quando eum
de cælis ad terras humilitate deducens, chari-
tate vincularum pariter & humiliarum & vul-
neratum in sua virginitate incarcerationi. Vnde
in Canticis: Cum esset rex in accubitu suo,
nardus mea dedit odorem suum. Et in Prouer-
biorum. 31. Mulierem fortem quis inueniet: pro-
cul & de vltimis finibus pretium eius. Vltimi
fines sunt diuinitas & humanitas maximè à se
distantes. Vnde fortissima mulier hæc fuit quæ
hæc coniunxit. Sic igitur fortitudo beatissimæ
Virginis rigorem fortitudinis diuinæ seuerita-
tis superauit, de quo Num. 24. Cuius fortitudo
similis est rhinocerontis, cuius fortitudo in
gremio virginis mansuescit. Et sic patet per
quem modum beatissima Virgo Dei fortitudi-
nem superauit. Item secundus fortis est mors,
cui nemo mortalium resistere potest. Omnes
enim morimur, & quasi aquæ dilabimur in
terram. Hæc fortior erat beatissima Virgo, quæ
mortem destruxit: sicut enim mors iurauit
per feminam, quæ vitam destruxit, sic & vita
reddidit per beatam Virginem, quæ mortem de-
struxit. Et ita beatissima Virgo fuit destructio
mortis, & ita fortior fuit morte. Tertius for-
tis est diabolus, de quo dicit Iob: Non est pote-
stas super terram, quæ ei possit comparari. Beati-
ssima Virgo fuit illo fortior, iuxta illud: Ipsa
conteret caput, &c.

Cap. 1.

1. Reg. 14.


Cap. 41.

Genes. 3.

2 Item, Actus fortitudinis essentialis est
inseparabiliter adherere Deo. Beatissima Vir-
go adheret Deo inseparabiliter, omnes
alij separabiliter. Ergo fuit aliis fortior im-
proportionabiliter.

3 Item, Actus fortitudinis est terrenas
cupiditates non tantum opprimere, sed peni-
tus obliuisci: hoc autem non contingit in ali-
quo viatore in via interim quod fomes aliquo
modo viger, sed solum in ipsa minime
potuit in qua fomes extinctus fuit:
ergo habuit actum fortitudinis
per modum patriæ & super
omnem viatorem sine
proportione.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.



QVÆSTIO LXVII.


QUÆSTIO LXVII. QUÆRITUR DE DONO SCIENTIÆ,
Qualiter fuerit in beatissima Virgine? Et
videtur, quod excellentissimè hac ratione.
August. in libro de Trini. 14. dicit: Huic scientiæ
tribuitur illud tantummodo, quo fides
saluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit,
generatur, nutritur, defenditur, roboratur. Et
ita scire quemadmodum & hoc ipsum & piis
opituleretur & contra impios defendatur. Et
ipsum scientiæ iste est actus vnus scientiæ. Alius
actus scientiæ est abstinere à malo. Tertius est
in medio præuæ & peruersæ nationis conuer-
sari. Isti tres actus excellentius fuerunt in bea-
ta Virgine omni viatore. Quod primum ha-
buit excellentius, scilicet fidei defensionem, pa-
ter per testimonium ipsius dicentis Ecclesiæ
imo cantantis: Cunctas hæreses sola intere-
misti. Quod secundum actum abstinendi à
malo excellentius habet, patet: quia ad minus
pulis venialis peccati omnium aliorum adha-
sit pedibus: ipsa autem sola à peccatis immunis
fuit, iuxta illud, Tota pulchra es, &c. Similiter
præsumitur de actu tertio: sola enim super
omnes in medio præuæ & peruersæ nationis
conuersari sciuit, quæ nihil faciendorum aut
sendorum omisit, & nihil omittendorum fe-
cit, nulli in malo suo communicauit, nulli
bonum suum non communicauit. Item actus
huiusmodi doni sunt in patria, scire Deum in
patria colere, & proximi gloriæ congaudere:
hæc autem omnia fuerunt in beatissima Virgine
excellentius omni viatore.



QVÆSTIO LXVIII.

QUÆSTIO LXVIII. QUÆRITUR DE DONO PIETATIS,
cuius quidem actus sunt tres. Vnus est
mouere ad opera misericordiæ. Alius est Scri-
pturæ non contradicere, siue intellectu, siue
non intellectu. Tertius est sancta honorare:
quia Matth. 5. super illud, Beati mites, Glossa:
Qui piè quæruunt & honorant sancta. Omnes
isti tres actus fuerunt excellentius in beata Vir-
gine omni viatore. De primo actu, qui est mo-
uere ad opera misericordiæ, patet. Pietas enim
secundum quod donum est, mouet ad opera
misericordiæ impendenda proximo: quia imago
Dei. Pietas vero quæ mouebat beatam Vir-
ginem ad impendendum opera misericordiæ,
mouebat ipsam ad compariendum & ad impen-
dendum proximo, non quia imago Dei, sed
quasi Deus. Sed constat, quod impropor-
tionabilis est pietas, quæ debetur Deo respectu il-
lius quæ debetur imagini eius. Ergo pietas beati-
ssimæ Virginis improporcionabilis est pietati
omnis viatoris. Item patet de secundo actu, qui
est Scripturæ non contradicere, quod est fidei
defensio: illa enim omnibus improporcionabi-
liter fidem defendit, quæ sola inter omnes
in vniuerso mundo hæreses vicit. Item patet de
actu tertio, qui est honorare sancta. Ipsa enim
improportionabiliter sancta honorauit, per
quam

quam omnes sancti caelesti gloria sunt honorati & coronati. Vnde Apoc. Apparuit signum magnum in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & corona 12. stellarum in capite eius. Ipsa enim omnes sanctos coronauit, quæ causa coronandi omnibus fuit. Vnde & alibi, scilicet Apoc. 4. legitur, quod 24. seniores, & quatuor animalia coronas suas mittunt ad pedes sedentis in throno: quia per Christi humanitatem quam de matre contraxit, se contrarios recognoscunt. Et sic habuit omnes actus pietatis excellentius omni viatore.



QVÆSTIO LXIX.

VLTIMO quæritur de timore. Et primum de timore seruilis, vtrum ille fuit in beatissima Virgine: Et videtur, quod sic: nullum enim bonum defuit ei quæ gratia plena fuit: dicit autem August. quod timor seruilis bonus est & utilis. Item Glossa: Timores duos legimus, scilicet cet seruilis & castum: vnde est initium sapientie: ergo videtur, quod timor seruilis fuerit in beatissima Virgine.

SED CONTRA: Timor seruilis est cum peccato, de quo in beatissima Virgine nullam licet fieri quæstionem.

Post hoc quæritur de timore initiali, vtrum fuit in beatissima Virgine: Et videtur, quod sic: quia ille simpliciter bonus est & donum Spiritus sancti: ergo ille fuit in beatissima Virgine.

SED CONTRA: Perfecta charitas foras mittit timorem. Hoc intelligitur de timore initiali: quia etiam minima charitas foras mittit timorem seruilis: sed beatissima Virgo perfectissimam habuit charitatem: ergo nec habuit timorem seruilis, similiter nec initialis.

Post hæc quæritur de timore casto, vtrum fuit in beatissima Virgine: Et videtur, quod sic: quia ille est timor sanctus permanens in seculum seculi, qui etiam fuit in Domino IESU CHRISTO.

1. Item, Ille timor crescit charitate crescente: ergo debet in summo esse cum summa charitate.

3. Item, Timor nascitur ex amore: ergo si amor est improporcionabilis, etiam & timor: sed amor beatissimæ Virginis fuit improporcionabilis omni viatore: ergo & timor.

CONTRA: Timor castus timet separari: sed beatissima Virgo non timet separari: ergo non habuit timorem castum.

Responsio ad quæstiones 61. 62. &c. de donis.

CONCEDIMVS, sicut de virtutibus dictum est supra, quod beatissima Virgo habuit actus illorum donorum, quorum actus consistunt in cognitione & affectione, vt sapientie, intellectus, consilij, & scientie, excellentius omni viatore, & medio modo inter statum viæ & statum patriæ, ita quod citra statum patriæ quantum ad actum patriæ siue ad actuum perfectionem, & super statum pa-

triæ quantum ad effectum actuum siue merendi conditionem, super statum viæ quantum ad habitum & actuum perfectionem & meriti supergressionem. Dona vero in actione consistentia habuit per modum patriæ quantum ad actuum perfectionem, sed secundum statum viæ quantum ad merendi conditionem, & ita quantum ad actum super statum viæ, & super statum patriæ quantum ad effectum. De timore seruilis respondendo dicimus, quod in timore seruilis duo sunt, scilicet timor, & seruilitas. Timor in beatissima Virgine fuit, seruilitas autem non fuit. Similiter de timore initiali secundum quod dicitur respectu augmenti, in beata Virgine non fuit: nec tamen propter hoc aliquid ei bonum defuit, sed perfectè ei affuit & imperfectionem exclusit. Timor castus habet actus duos. Vnum secundum statum viæ, qui est timere separari: & iste non fuit beatissima Virgine. Alium actum secundum statum patriæ, qui est reuereri: & ille fuit in beatissima Virgine. Est autem reuerentia mixta cum dilectione subiectio. Habuit autem actum istius timoris excellentius omni viatore: vnde si alicui viatori reuelaretur, quod deberet saluari, & sic non timeret separari, sicut videtur de beato Paulo, qui dicit: Scio quod neque mors, neque vita, &c. non tamen in hac certitudine coæquaretur beati Virgini: illa enim certitudo esset per scientiam & per effectum & per posterius: certitudo autem beatissimæ Virginis quæ se sciuit non separari, fuit per modum causæ: sciuit enim se in vtero sanctificatam, & sciuit se matrem Dei esse effectam, & sciuit se non peccasse, & de cætero non posse peccare, & sic sciuit se separari non posse per modum causæ. Sic igitur manifestum est, qualiter beatissima Virgo septiformem gratiam Spiritus sancti in septem donis diuisam, habuit excellentius omni viatore, & quodammodo omni creatura.



QVÆSTIO LXX.

POST HÆC quæritur de beatitudinibus, qualiter fuerunt in beatissima Virgine? Et videtur, quod excellentius omni viatore. Sicut se habet beatitudo patriæ ad beatitudinem patriæ, ita beatitudo viæ ad beatitudinem viæ: sed beata Virgo in beatitudine patriæ excellit omnes comprehensores: ergo & in beatitudinibus viæ excellit omnes viatores.

2. Item, Omnis arbor ex fructu suo cognoscitur: ergo si fructus fructum excellit improporcionabiliter, & arbor arborem excellit: sed fructus quem est adepta beata Virgo ex beatitudine viæ, excellit omnem fructum patriæ puræ creaturæ: ergo & beatitudo viæ excellit omnem beatitudinem viæ puræ creaturæ.

3. Item, Omnis perfectio spiritualis gratuita est à charitate: ergo cum beatissima Virgo excellat omnes puras creaturas charitate, ita omnes excellat qualibet spirituali perfectione.

4. Item, Seraphin est supremus ordo quem excellit charitate: ergo & excellit omnibus aliis donis.

— 5. Item,

5. Item, Sicut se habet substantia ad substantiam, & potentia ad potentiam, & habitus ad habitum, ita & proprietates ad proprietatem: ergo si substantia superat substantiam, & proprietates superat proprietatem, & potentia superat potentiam: sed substantia siue persona beatissimæ Virginis post Deum altissima est & dignissima excellens omnem creaturam: ergo & eius potentie habitus & proprietates erunt excellentes omnem creaturam.



QVÆSTIO LXXI.

POST HÆC quæritur de beatitudine pauperum, qualiter fuit in beata Virgine? Et videtur, quod in summo. Matth. 5. Beati pauperes spiritu. Glossa. Pauper est humilis corde: sed beata Virgo habuit improporcionabilem humilitatem omni viatore, vt probatum est supra: ergo paupertatem & humilitatem habuit.

1. Item, Glossa. ibidem dicit: Beati pauperes spiritu, &c. quia non necessitas, sed fides & deuotio paupertatis facit beatos, vt contemptis omnibus Deo viuunt: hæc autem omnia, fides, deuotio mundum contemnere, Deo viuere, fuerunt in beata Virgine excellentius omni viatore: ergo paupertas fuit in ea excellentius omni viatore.

3. Item, In Glossa ibidem subiungitur: Hæc habet duas partes, abiectionem rerum, & contritionem spiritus: sed hæc duo fuerunt in beatissima Virgine in summo: ergo & paupertas. Quod contritio spiritus siue humilitas fuerit in summo in beatissima Virgine Maria, iam ostensum est. Quod autem rerum abiectionem fuerit in beatissima Virgine, sic probatur: Abiectionem fit duobus modis, scilicet per rerum subiectionem, vel per rerum omnimodam abiectionem: sed magna est paupertas per rerum subiectionem, sed maior per rerum abiectionem, maxima quæ est ex utroque composita, de qua dicit Paulus: Omnia habentes & nihil possidentes: hoc autem non est possibile esse nisi in beatissima Virgine omnino propriè & perfectè: omnes alij si res abiecerunt, non retinuerunt: & si retinuerunt, non abiecerunt, quia tantum procuratores sine fructuarij & non domini fuerunt. Beatissima autem Virgo existens mater Dei & regina ius & dominium & usufructus & possessiones habuit in rebus filij sui: vnde ipsa tantum potuit relinquere omnia & omnia possidere, relinquere quantum ad usum & fructum, possidere quantum ad ius proprietatis & dominij: & sic beatissima Virgo potuit habere perfectissimam paupertatem in rerum abiectione.

Item in rerum abiectione ordo est & gradus. Quidam enim dant superflua naturæ & non personæ. Vnde August. de verbis Domini: Vere superflua, da pauperibus necessaria: vere pretiosa, da pauperibus vilia. Iste est primus gradus paupertatis. Alij dant superflua naturæ & personæ. Luc. 11. De eo quod superest, da pauperibus. Glossa: De eo quod superest, da pauperibus. Tercius gradus non tantum superflua

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

dare, sed etiam necessaria. Vnde Glossa: Non solum exteriora, sed etiam interiora & valde necessaria cum proximis diuidamus. Quartus gradus est omnia superflua & necessaria simul dare, sed adhuc semetipsum retinere: quod etiam aliqui Philosophorum fecerunt, licet non propter Deum. Vnde super illud, Ecce nos reliquimus omnia, Glossa: Non dicit tantum, Qui reliquistis omnia: hoc enim & Socrates Philosophus fecit, & multi alij, qui diuitias contempserunt: sed qui secuti estis me: quod proprie est Apostolorum & credentium. Quintus gradus est omnia dare & seipsum superaddere. Vnde Dominus in Euangelio: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me. Sextus gradus est omnia dare & semetipsum relinquere, & præterea laborare manibus, vt habeat unde tribuat necessitatem patienti, releuans eius miseria corporales. In hunc statum attingit beatus Paulus, qui omnia reliquerat, & tamen tempore & loco laborabat manibus, vt sibi & suis subueniret. Septimus gradus est omnia & seipsum dare, vt pascat proximum pane spirituali: & iste gradus, vt dicit Gregorius, maior est prædicto: quia maius est nutrire animam semper victuram, quam ventrem aliquando moriturum. Octauus gradus est omnia & seipsum relinquere, & de substantia sui corporis partem accipere, & ad refectionem animarum proximis dare. In isto gradu fuit beatissima Virgo, quæ de purissimis carnibus & sanguinibus suis viaticum nobis fecit & consecit, panem scilicet viuum, qui de celo descendit, qui est verè vita, quem qui gustauerit, non sentiet mortem in æternum. Hunc autem toti mundo mendico dedit beatissima mulier, de qua dicitur in Euangelio: Mulier commisit tria sata donec fermentaretur totum. Tria sata sunt deitas, corpus, & anima. Fermentum, vt dicit Bernard. est fides Virginis, quæ Deum humanæ naturæ coniunxit, & homini refectionem fecit. Idem ferè dicit August. de anima & spiritu. Siue ingrediatur, siue egrediatur, pascua inueniet: intus in diuinitate creatoris, foris in carne saluatoris. Nonus gradus est omnia proximo dare & corpus & animam propriam & diuinitatem his vnitam in cibum animæ, sub specie tamen aliena. Et hoc fuit misericordie & summum paupertatis Domini nostri IESU CHRISTI in via. Decimus gradus est seipsum dare totum, corpus & animam & diuinitatem sub specie propria, in cibum corporis & animæ simul & semper in æterna beatitudine, de quo Luc. 14. Beatus qui manducat panem in regno caelorum. Ex his patet, quod beatissima Virgo spiritus paupertatem quantum ad rerum abiectionem habuit excellentius omni homine, præter Dominum Christum.

4. Item, In carentia necessariorum non est virtus vel beatitudo: vnde Glossa super illud Matth. 5. Beati pauperes spiritu, dicit, quod non necessitas, sed fides & deuotio paupertatis beatos facit. Penes igitur intentionem carentie vel maioris necessitatis defectum non contingit ponere improporcionabiliter excellentiorem: ergo non attenditur perfectio pauper-

F 2 tatis

tatis penes propinquationem ad summum defectum, sed penes voluntatem & deuotionem & personæ dignitatem: si enim æquè parum habet miles & rusticus, pauperior est miles quam rusticus: nam quod rustico diuitiæ, militi paupertas: & quod militi diuitiæ, principi paupertas: & sic ascendendo quantò quis dignior sit in eodem defectu, tantò erit inferiorior pauperior: ergo cum beatissima Virgo excellat omnes in dignitate, & æqualem habuit aliis paupertatem, excellit omnes in paupertate improporcionabiliter.

QVÆSTIO LXXII.

CONSEQUENTER quæritur de mititate & mansuetudine. Quod autem excellentior fuit in beata Virgine, videtur per cantum Ecclesiæ: Virgo singularis inter omnes mitis, &c.

2 Item Matth. 5. Beati mites, &c. Glossa: Mites sunt qui malis moribus dominantur. Sed hoc dominium fuit in beata Virgine perfectissime: quia eius dominium fuit sine pugna, & aliorum cum pugna. Ergo habuit mititatem cum excellentia.

3 Item alia Glossa ibidem: Mansuetus nec irritat, nec irritatur, nec nocet, nec nocere cogitat. Hæc autem omnia fuerunt in beatissima Virgine cum improporcionabili excellentia: quia nullum irritare, & omnia placare, distant improporcionabili distantia. Similiter nulli nocere, & omnibus prodesse in summo. Hæc autem omnia in summo fuerunt in beata Virgine. Ergo habuit mititatem super omnes alios sine proporcionatione.

4 Item alia Glossa ibidem: Mitis est, quem non rancor vel ira afficit, sed omnia æquanimiter sustinet. Huiusmodi virtutis se fecit magistrum Dominus: quod non fecisset, nisi via summæ perfectionis ista virtus esset. Sed beatissima Virgo à rancore vel ira omnibus aliis fuit improporcionabiliter immunior, & magisterij diuini capaxior & obediensior, & in via perfectionis altior. Ergo omnibus aliis fuit mansuetior improporcionabiliter.

5 Item, Sicut præmium ad præmium, ita meritum ad meritum: sed possessionem terræ vninentium, quod est præmium mansuetudinis, habuit beata Virgo omnibus excellentior: & beatitudinem mansuetudinis habuit aliis excellentior.

6 Item Hymnus: Nos culpis solutos mites fac & castos. Sed beatissima Virgo omni viatore magis soluta fuit à culpis. Ergo magis mitis fuit.

CONTRARIUM autem videtur probare quod legitur de Moyse: Erat autem Moyse mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Ergo mitior quam beatissima Virgo.

QVÆSTIO LXXIII.

OST HÆC quæritur de beatitudine luctus. Et probatur similiter, quod fuit excellentius in beata Virgine: qua cuius causa nobilior, & effectus. Sed omnes alios viatores instigabat peccatum ad flendum: beatissimam autem Virginem sola charitas: & si motuum fuit improporcionabiliter super motuum, & motus super motum.

2 Item Hieronymus: Seruitia quantò minus debita, tantò magis grata. Sed luctus beatissimæ Virginis nullo modo fuit debitus debito necessitatis, sed tantummodo charitatis: sed omnium aliorum lugentium luctus fuit debitus debito necessitatis: ergo luctus eius fuit magis gratus: ergo eius luctus improporcionabilis respectu luctuum omnium viatorum.

3 Item, Eius consolatio est aliis improporcionabilis: ergo & luctus eius: quia sicut præmium ad præmium, &c.

IUXTA hoc quæritur, vtrum beatissima Virgo luxerit pro incolatu miseræ & pro dilatione patriæ? Et videtur, quod sic: quia hoc videtur ad charitatis perfectionem pertinere, cupere dissolui & esse cum Christo. Vnde vnus perfectorum: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

SED CONTRA: Anima in statu innocentie nollet separari à corpore, iuxta illud: Nolumus expoliari, sed superuestiri. Item in statu gloriæ nollet anima separari à corpore. Ergo videtur animam nollet separari à corpore. Et si sic, hoc fit idèd, quod spiritus concupiscit aduersus carnem, & è conuerso: ergo cum in beatissima Virgine non fuit huiusmodi pugna vel inobediensia, videtur quod non luxerit pro incolatu miseræ.

QVÆSTIO LXXIV.

CONSEQUENTER quæritur de beatitudine esurici & siti iustitiæ. Et videtur, quod similiter fuerit in ea excellentius. Esurire & sitire proprium est viatorum, saturatum esse proprium est comprehensorum: sed inter esurire & saturatum esse medium est comedere: sed cum nihil sit vacuum, cum extant extrema, extat & medium: sed medium pertinet ad statum medium: ille autem status est beatissimæ Virginis: ergo habebit istam beatitudinem citra comprehensores, & supra viatores.

2 Item, Eius consolatio est aliis improporcionabilis: ergo, &c.

3 Item, Iustitia in beata Virgine fuit improporcionabilis aliis: ergo & eius esuriciæ.

QVÆSTIO LXXV.

OST HÆC quæritur de beatitudine misericordie. Et videtur, quod similiter, vt prædictum est, fuit in beatissima Virgine,

gine, hac ratione. Beata Virgo secundum vniuersalem vsum Ecclesiæ appellatur & est mater misericordie: quod non conuenit propriè alicui alteri creaturæ. Dicuntur autem & aliquando viri misericordie, id est, viri humiles misericordie, & sic habent omnes alij comparationem ad misericordiam per modum principalem & per modum accidentalem, ipsa verò habet comparationem ad misericordiam per modum originis essentialis, quia per modum matris: conuenientia autem essentialis improporcionabiliter excellit modum inherentiæ & modum accidentalem: ergo beatissima Virgo improporcionabiliter excedit in misericordia vniuersos.

2 Item, Dicitur etiam regina misericordie secundum vsum Ecclesiæ: & constat, quod non secundum eandem rationem qua dicitur mater misericordie, alia est enim ratio matris & alia regine: ergo propter aliam rationem dicitur regina misericordie quam illam qua dicitur mater misericordie. Et videtur, quod regina misericordie dicatur idèd, quia ab ipsa fuit regni misericordie origo, & ab ipsa potestas est prima misericordie & gratie. Cum enim sit regnum gloriæ quod est regnum iustitiæ, in quo vnusquisque recipit prout hic gessit in corpore, cuius prima potestas est à rege gloriæ & à rege iustitiæ, id est, à sancta Trinitate: & est regnum gloriæ siue misericordie, vbi nondum recipitur secundum merita, sed adhuc regnat misericordia peccata dimittendo, pœnas diluendo, bona multiplicando, mala differendo: huius autem regni & origo & potestas prima est à beata Virgine, per quam suscepimus misericordiam tuam Deus in medio templi tui, IESVM CHRISTVM, per quem misericordia & veritas facta est, qui propriè modo regnat super eos quos proprio sanguine redemit, & passione & morte regenerauit, & sibi configurauit, donec in fine omnibus completis tradiderit regnum Deo Patri, Patet igitur, quod omnes alij serui misericordie sunt, beatissima Virgo regina misericordie. Sed improporcionabiliter maius est esse reginam misericordie, quam seruum misericordie: ergo beatissima Virgo improporcionabiliter excellentius se habet ad misericordiam, quam alij.

3 Item Marth. 5. Beati misericordes. Glossa: Misericordia est dare & dimittere: sed beatissima Virgo improporcionabiliter plus dedit & dimisit omnibus viatoribus super omnes creaturas: ergo habuit beatitudinem misericordie super omnes.

4 Item Ambrosius: Misericordia est nullam relinquere in miseria, & nullum miserum facere: hoc in summo fuit in beatissima Virgine: ergo habet beatitudinem in summo misericordie.

5 Item Bernard. Misericordia non solum in elemosynis consistit, sed in peccato omni corripiendo: hoc in summo fuit in beata Virgine respectu omnis creaturæ: ergo habuit simpliciter super omnes beatitudinem misericordie.

6 Item, Misericordia reddita ei improporcionabiliter se habet ad omnem misericordiam quæ est præmium: ergo & beatitudo misericordie.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

diz ei erit improporcionabiliter ad omnem misericordiam quæ est meritum.

7 Item, Quidquid est causa causæ, est causa causati: beatissima Virgo est causa Filij: Filius est causa totius boni & omnis misericordie: ergo & mater erit causa totius misericordie: hoc autem non conuenit alij creaturæ.

8 Item, Illud quod æquè propriè & principaliter habet duas naturas inconfusas, æquè propriè habet proprietates duarum naturarum: IESVS CHRISTVS æquè duas naturas habet: ergo æquè propriè habet proprietates duarum naturarum: vnde istæ sunt æquè propriè, Christus est Deus, Christus est homo: ergo & hæc, Christus natus est à Deo, Christus natus est ab homine: ergo etiam & hæc, Christus est à Deo, Christus est ab homine. Sed Christus omnes operationes attribuit Patri à quo ipse est. Ergo & matri à qua ipse est, attribuetur operationes eius, quæ conueniunt ei ratione humanæ nature, sicut & Patri operationes quæ conueniunt ratione diuinæ nature. Sed Christus in natura humana exhibuit nobis effectum summæ misericordie, Quod etiam patet in modo loquendi Ecclesiæ: Hodie mortem quam scemina intulit, scemina fugauit. Item, Quia mors per sceminam intravit, aptè redit & vita per sceminam. Et illud: Mulier quæ damnauit, ipsa saluauit. Quidquid in nobis misericordie Filius exhibuit, totum hoc nobis mater contulit, quæ Filium genuit, in quo nobis omnia donauit. Ex his patet, quod beatissima Virgo in misericordia excellit omnem creaturam.

QVÆSTIO LXXVI.

OST HÆC quæritur de munditia cordis. Et probatur, quod hæc fuerit in beatissima Virgine simili modo sicut de prædictis, per illud quod dicit Ansel. quod ea claritate & puritate nitēbat, qua sub Deo maior nequit intelligi.

2 Item, Charitas est de bono corde & conscientia pura & fide non ficta: sed in beatissima Virgine fuit charitas summa: ergo summa puritas.

3 Item, Actus fidei est purificans corda: sed beatissima Virgo habuit fidem perfectissimam: ergo cordis puritatem.

4 Item, Secundum Dionysium tres sunt hierarchiæ actus, scilicet purgare, illuminare, & perficere, & sunt ad se ordinati, ita quod magis purgatus est magis illuminatus & magis perfectus: sed beatissima Virgo fuit in summo purgata: ergo in summo perfecta & illuminata.

5 Item, Visio Dei quæ est præmium huius munditiæ, improporcionabiliter maior est visionibus omnium aliorum: ergo munditia eius maior est munditiis omnium aliorum.

6 Item, Beati mundo corde, &c. Glossa: Mundi corde sunt, quos conscientia non arguit peccatorum. Item mundum cor habet, qui nihil sibi conscius est: hæc autem in beatissima Virgine fuerunt in summo: ergo habuit munditiam cordis in summo.

F 3 QVÆSTIO



QVÆSTIO LXXVII.

OST HÆC quæritur de pace, & quod ipsa similiter fuerit in beatissima Virgine, probatur hoc modo: Beata pacifici. Glossa: Pacifici sunt qui omnes motus animi rationi subiciunt: quia his nihil repugnat: qui similes patri suo sunt, qui est summa quies: hoc autem totum in summo fuit in beatissima Virgine: ergo est pacifica in summo.

2 Item, Alia Glossa ibidem: Dum lex carnis repugnat legi mentis, non modo alteri, sed nec nobis possumus esse pacifici: ergo super omnes inproportionabiliter pacifica existit, in qua caro aduersus spiritum non rebellauit.

3 Item, Sicut est præmium ad præmiū, ita meritum ad meritum, &c. Et si aliis pacificis datum est præmium, quod filij Dei sint per adoptionem, beatæ Virgini datum est, quod sit mater Dei per naturam: hoc autem inproportionabiliter plus est quam esse filium Dei per adoptionem: ergo præmium beatissimæ Virginis inproportionabiliter est super præmium aliorum: ergo meritum super meritum: hoc autem est pacificatio: ergo beata Virgo in hac beatitudine excellit omnes.

4 Item, Beata Virgo fuit medium vniuersale & causa pacis: vniuersalis enim fuit mediatrix & reconciliatrix: omnes enim per ipsam fuerunt reconciliandi: ergo excellit in pacificatione omnes viatores.



QVÆSTIO LXXVIII.

OST HÆC quæritur de persecutione, qualiter hæc beatitudo fuerit in beatissima Virgine? Et non agitur de quacumque persecutione, sed de illa quæ martyrium est cui debetur aureola. Quæritur igitur, vtrum in beatissima Virgine fuerit aureola martyrum? Et videtur, quod non: quia cessante causa cessat effectus: cum igitur beatissima Virgo non sustinuerit mortem, quæ per martyrium inferitur, nec habebit aureolam martyrum.

2 Item, Aureola non debetur voluntati, sed actui: in hac autem non fuit actus martyrij: ergo nec aureola. Si autem dicitur, quod per dolorem spirituale meruit aureolam spiritualem, sed dolor aliorum martyrum meruit aureolam tam spiritualem quam corporalem, secundum hoc esset inferior eius aureola aureola martyrum, qui habuerunt spiritualem & corporalem. Si autem dicatur, quod meruit aureolam per compassionem filij, hoc non videtur posse stare: aureola enim martyrum determinatur penes summum & perfectissimum fortitudinis: hoc autem est sustententia propriæ mortis: plus enim compatitur anima corpori sibi iuncto, quam non iuncto: ergo non est difficillimum fortitudinis in compassione alienæ passionis: ergo non debetur aureola ratione compassionis. Ex his videtur, quod non habuit aureola martyrum.

CONTRA: Superiores ordines habent pro-

prietates inferiorum cum excellentia: sed beatissima Virgo omnium ordinum fuit suprema: ergo habebit aureolam martyrum quam habent inferiores.

2 Item, Dam. Hæc à nullo illustrium vincitur: sed vinceretur ab aliquo si non haberet aureolam martyrum: ergo habet aureolam martyrum.

3 Item, Dam. Sed ipsa beata Virgo & super naturam donorum digna effecta, dolores partus, quos effugit pariens, illos tempore passionis sustinuit. Ex materna compassione viscerum, lacerum reparturiens: & quem Deum per natiuitatem agnouit, illum vt maleficum, interfectum videns, tanquam gladio cogitationibus decerpitur. Et hoc est, Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ex hac auctoritate patet multipliciter, quod beatissima Virgo gratiam habuit martyrij, & aureolam martyrum.

4 Item, Dationi animæ debetur aureola martyrum: sed beata Virgo dedit pretiosissimam & dilectissimam animam: ergo habebit pretiosissimam aureolam. Quod enim beata Virgo dederit dilectissimam animam, manifestum est: quia ipsa in infinitum plus dilexit animam, id est, vitam filij sui quam beatus Petrus vitam & animam sui ipsius. Item quod pretiosissimam animam dedit, patet: quia datio huius animæ pretium totius mundi & redimibilis naturæ fuit: & sic beata Virgo dedit in infinitum plus dilectam & pretiosam animam quam aliquis sanctorum: ergo habebit in infinitum perfectiorem aureolam quam aliquis sanctorum.

5 Item, Alij martyres tantum dederunt animam & corpus: beatissima autem Virgo obtulit ad crucem animam & corpus & diuinitatem: ergo, & proportionabiliter plus dedit in merito: ergo inproportionabiliter plus accepit in præmio.

6 Item, Aliqui debitores mortis existentes, non dederunt vitam gratuitè, scilicet quasi donum, sed reddiderunt ex debito quasi censum: beatissima autem Virgo censum illum dedit, qui solus inter mortuos liber fuit, & non necessitate, sed charitate sola mortem sustinuit.

7 Item, Omnis dolor ex amore est: quod enim cum amore possidetur, cum dolore amittitur: ergo vbi inproportionabilis amor, ibi inproportionabilis dolor: sed dolor in quo dolebant sancti in passione, causabatur & à natura & amore naturali: dolor autem quo dolebat beata Virgo, causabatur à dilectione gratuita: sed gratia inproportionabiliter maior est natura: ergo inproportionabiliter maior est amor gratuitus quam naturalis: ergo dolor causatus à gratia, inproportionabiliter maior est quam causatus à natura: dolor sanctorum causabatur à natura, dolor autem beatissimæ Virginis causabatur à natura & gratia, sed magis à gratia: ergo in infinitum maior erat dolor beatæ

Virginis quam dolor aliorum: ergo & eius maior erat aureola aliorum aureolis.

QVÆSTIO



QVÆSTIO LXXIX.

VXTA prædicta quæritur de aureola prædicatorum, vtrum erat in beatissima Virgine? Et videtur, quod non: cessante causa cessat & effectus: beatissima Virgo non habuit statum prædicatorum vel doctorum: ergo non habuit aureolam prædicatorum. Media patet per Apostolum. 1. Cor. 14. Mulieres in Ecclesia taceant.

SED CONTRA: Plus est prædicare factum quam verbo: alij autem sancti prædicauerunt verbo, beatissima autem Virgo principaliter prædicauit factum: inproportionabiliter autem perfectius est factum quam verbum: ergo inproportionabiliter perfectius prædicabat beata Virgo quam alij: ergo perfectiorem habuit aureolam. Et si dicatur, quod alij prædicauerunt factum, hoc per accidens fuit: accidit enim factum, quod sit signum vel exemplum: beata autem Virgo per se factis utebatur pro verbis in sua prædicatione, in deponatione, in sacramentorum susceptione, & consimilium quibus utebatur non ad perfectionem sui, sed ad nostram instructionem & utilitatem.

2 Item, Maria conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Sancti dicunt, quod idè hæc conseruabat quod opportunis temporibus ad scribendum Euangelistis reuelaret: ergo beatissima Virgo nobis per Euangelistas prædicabat.

3 Item, Doctrina prudentium facilis est: sed beatissima Virgo breuissimè & lucidissimè omnia prædicabilia vno verbo prædicauit, quando dixit in nuptiis ad ministros, per quos figurantur prædicatores: Quicumque vobis dixerit, facite: qui enim fecerit quacumque filius Dei dixerit, omnia prædicabilia impleuit. Et ita beatissima Virgo vno verbo prædicauit omnia prædicabilia in tali dicto.

4 Item, Quicumque dicuntur de sapientia, intelliguntur specialiter de beatissima Virgine: de illa enim dicitur, quod est doctrina disciplina Dei: ergo beatissima Virgo est doctrina: ergo ei debetur aureola prædicatorum.

5 Item, Prophetæ sunt doctores: ergo prophetisæ doctores: sed beatissima Virgo fuit prophetissa: ergo & doctrix. Minor patet in Isa. Accessi ad prophetissam. Glossa: Virginem Mariam. Quod autem mulieres possunt esse prophetisæ, patet Actuum 21. Huic autem erant quatuor virgines prophetantes.

6 Item, Omnes alij prædicatores prædicabant per verbum creatum: beatissima autem Virgo per increatum: ergo prædicauit excellentius omni viatore: ergo habuit aureolam prædicatorum.



QVÆSTIO LXXX.

CONSEQUENTER quæritur de aureola virginum. Et videtur, quod non habuit aureolam virginum, hæc ratione. Aureola debetur secundum excellentissimum perfectis-

simum & difficillimum continentia: in beata autem Virgine non fuit difficillimum continentia: ergo nec pugna, nec victoria.

2 Item, Apostolus, Nemo coronabitur nisi qui legitime certauerit: beata Virgo non certauit certamine virginum: ergo non habebit aureolam virginum.

3 Item, Dicit Philosophus, quod continens est, qui patitur & non deducitur: insensibilis qui nec deducitur, nec patitur: beata autem Virgo non patiebatur: ergo non fuit continens: ergo non habet aureolam continentia: seu virginitalis.

CONTRA: Beatissima Virgo dicitur Virgo virginum: & huiusmodi modo loquendi dicitur vel nominatur excellentia, vt rosa flos florum, id est, dignissimus inter flores: vel origo excellentia, vt Maria Iacobi, id est, mater Iacobi. Si igitur dicitur Maria Virgo virginum, id est excellentissima inter virgines, ergo quidquid debetur aliis virginibus, debetur ei excellentius. Si autem dicatur Virgo virginum per originem, vt sit sensus, Virgo mater virginum, tunc ipsa est mater Virginum virginitalis, & sic erit mater virginitalis: alia autem sunt nutrices virginitalis: ergo beatissima Virgo inproportionabiliter essentialiter se habet ad virginitalitatem quam alia virgines: ergo inproportionabiliter perfectius habebit aureolam super alias virgines.

2 Item, Beatissima Virgo regina est virginum, & hoc sibi soli conuenit: ipsa enim sola à maledictione legis quasi à seruitute carceris & captiuitatis virginitalitatem liberauit, & eandem liberam & gloriosam reddidit, & sic omnes virgines in quantum virgines à seruitute legis liberauit, & suæ seruituti mancipauit, & sic effecta est regina virginum: omnes alia ancilla sunt & pedisseque. Sed inproportionabilis est corona ancilla & regina: Ergo inproportionabilem & perfectiorem habet aureolam super aureolam virginum.

3 Item, Beatissima Virgo habet virginitalitatem in summo, vt patebit infra: ergo habebit aureolam virginitalis in summo.



QVÆSTIO LXXXI.

OST HÆC quæritur, quomodo fuerunt fructus in beatissima Virgine, qui quidem distinguuntur secundum statum continentia, trigessimus, sexagesimus, centesimus. Et videtur, quod illos non potuit habere excellentius: quia trigessimus non excellit trigessimum, nec sexagesimus sexagesimum, nec centesimus centesimum.

Responsio ad quæstiones. 69. 70. &c. de beatitudinibus.

AD HÆC soluentes dicimus, quod istæ beatitudines determinantur secundum actus perfectionis vite, & secundum statum vite: & propter hoc euacuabuntur in patria, vbi non est paupertas, nec luctus, nec eueries, &c. Item concedimus, quod beatissima Virgo habuit

habuit omnes istas sicut probatum est, sed excellentius omni viatore, concedentes omnia que opposita sunt de paupertate & similiter de mititate. Quod autem obiicitur de Moyse, descendum quod erat mitillimus in generatione sua, vel respectu præcedentium, vel respectu contemporaneorum suorum, vel quod beatissima Virgo non cadit in numerum cum aliis: quia non est vna de omnibus, sed est vna super omnes. Concedimus etiam, quod beatissima Virgo habuit omnes aureolas & omnia dona gratia omnium aliorum sanctorum. De aureola martyrum Bernard. Longe eam plusquam martyrem censemus, in qua passionis sensum compassionis superavit affectus. Item de omnibus aureolis simul Bernard. super illud, In plenitudine sanctorum detentio mea: Cui nec paritas Angelorum, nec fides Patriarcharum defuit, nec ipse Prophetarum, nec Apostolorum zelus, nec constantia martyrum, nec sobrietas confessorum, nec castitas virginum, nec conjugatorum fecunditas. Ex hac auctoritate patet, quod beatissima Virgo proprietates gratias aliorum superavit & eas excellentius habuit. Rationes in contrarium positas, per contrarias rationes credimus sufficienter solutas.

Ad aliud quod vltimò obiicitur de fructibus, dicimus quod illos habuit excellentius omnibus viatoribus, duplici de causa. Vna: quia habuit eos simul, utpote virgo, vidua, coniugata. Altera: quia vnumquemque excellentius habuit: in trigesimo enim fructu qui debetur coniugatis, per denarium gloriæ æternæ perfectio designatur. Per trinarium tria bona coniugij, scilicet fides, proles, sacramentum, per quæ coniugati tendunt ad vitam æternam: illa autem tria habuit excellentius beata Virgo, ut probatum est supra: ergo habuit fructum trigessimum omnibus excellentius. Item in sexagesimo per denarium signatur perfectio gloriæ æternæ, in senario sex opera misericordiæ, per quæ tendunt viduæ ad vitam æternam: illa autem opera misericordiæ fuerunt excellentius in beatissima Virgine omni viatore: ergo habuit fructum sexagesimum excellentius vniuersis. Centesimus fructus seu numerus qui constat ex denario in se ducto, vitam angelicam in terris significat, per quam tenditur ad societatem Angelorum in cælis: vitam verò angelicam habuit beatissima Virgo excellentius vniuersis. Et sic patet qualiter beatissima Virgo omnes beatitudines & omnes aureolas & huiusmodi fructus in summo habuit: ergo, &c.

QVÆSTIO LXXXII.

QUÆSTIO LXXXII. OST HÆC quæritur de fructibus, quos ponit Apostolus ad Galat. 5. Fructus autem spiritus sunt gaudium, charitas, &c. qualiter fuerunt in beatissima Virgine? Et videtur, quod excellentius omni viatore, hac ratione. Gratia & peccatum opponuntur: coniunctio & diuisio similiter opponuntur: à peccato est diuisio: ergo à gratia est coniunctio: sed in beatissima Virgine improportionabilis gratia


fuit: ergo improportionabilis coniunctio: sed ad coniunctionem cum Deo sequitur refectio siue fructus, ut patet in fruitione patriæ quæ sequitur ad summam coniunctionem: sed in beatissima Virgine fuit summa & improportionabilis coniunctio: ergo improportionabilis refectio: ergo habuit omnes fructus in summo.

2 Item, Isa. 3. Dicite iusto, quoniam fructum adinventionum suarum comedit. Et in Psal. 127. Labores manuum tuarum, &c. Ergo in operibus bonis est refectio: in beatissima Virgine fuerunt opera improportionabiliter bona aliis: ergo & refectio improportionabilis aliis.

3 Item, Psal. 18. In custodiendis illis retributio multa: sed beatissima Virgo improportionabiliter aliis custodiuit: ergo in ipsis improportionabiliter retributionem habuit.

4 Item, Proverb. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium: sed beatissima Virgo aliis improportionabiliter secura fuit: ergo aliis improportionabiliter conuiuauit.

5 Item Isa. 58. Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaberis sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, &c. vique, sustollam te super altitudine terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Omnia quæ huic præmittuntur cibationi, fuerunt in beatissima Virgine summè: ergo cibatio in summo.



QVÆSTIO LXXXIII.

QUÆSTIO LXXXIII. OSTEA quæritur de fructu qui est charitas specialiter. Et probatur, quod in beatissima Virgine fuerit in summo, hoc modo. Glossa super illud, Charitas est quæ à terra ad Deum euocat. Et sic ibi duo innuuntur, quæ pertinent ad hunc fructum, à terrenis separatio, ad cælum eleuatio: vtrumque istorum fuit in beatissima Virgine in summo: ergo & fructum charitatis habuit in summo. Quod improportionabiliter aliis à terrenis fuit separata, patet per hoc quod neque puluis venialis peccati pedibus eius adhaerit: quod omnibus aliis viatoribus inuitabile fuit. Quod ad cælum maximè eleuata fuit, sic probatur: Habetur Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus, &c. ergo thesaurus trahit ad se fructum: sed beatissima Virgo habuit improportionabilem thesaurum in regno cælorum: ergo improportionabiliter eleuabatur ad cælum.

2 Item, Eleuatium eleuans est gratia: sed in beatissima Virgine fuit improportionabiliter gratia: ergo, &c.

3 Item, In Psal. fiunt tres quæstiones. Vna, Domine quis ascendet in montem sanctum? Altera, Quis stabit in loco sancto eius? Tertia, Quis habitabit, &c. Quia difficile & perfectum est ascendere, difficilius & perfectius est stare, difficillimum & perfectissimum est habitare & quiescere. Sed ad statum Apostolorum qui maiores ab Ecclesia dicuntur, pertinet ascendere, sed non habitare, imò descendere. Vnde Angeli ascendebant & descendebant.

1. Cor. 13. hant. Genes. 28. Vnde Apostolus rapiebatur vsque ad tertium cælum, & mox descendit ad disponendum cubilia infirmorum: vnde dicit. 2. Corint. 5. Siue mente excedimus Deo, siue sobrii sumus, vobis, &c. Ergo ad perfectionem statum quam Apostolorum fuit pertinet ascendere & quiescere: sed super statum Apostolorum non fuit status eminentior quam status beatæ Virginis: ergo ad statum beatæ Virginis pertinet ascendere & quiescere & habitare.

4 Item, In Psal. 83. Concupiscit & deficit anima mea. Inter atria Domini tenere, & inter atria Domini concupiscere & deficere, medium est atria Domini concupiscere & non deficere: secundum pertinet ad statum viatorum, primum est ad statum comprehensorum: ergo medium ad statum medium: hic autem est status beatissimæ Virginis: ergo atria Domini concupiscit & non deficit: ergo requieuit ibi.

5 Item, Isa. 11. Requieuit super eum spiritus Domini, &c. Bernard. Nimirum & super eam: ergo super eam requieuit spiritus sapientiæ. Sed requies est priuatio motus: sed augmentum & diminutio non sunt sine motu: ergo si habuit spiritum requiescentem, fuit sine motu: ergo sine augmento: ergo in summo: ergo fructum charitatis habuit in summo.

6 Item, Incorruptio facit proximum Deo: sed in beata Virgine fuit improportionabilis incorruptio: ergo improportionabilis proximitas Deo.

7 Item Luc. 18. Qui se exaltat, humiliabitur, &c. Sed beatissima Virgo fuit in summo humiliata: ergo in summo est exaltata. Cum igitur charitatis fructus sit eleuatio ad cælum, manifestum est ex his, quod beata Virgo habuit charitatis fructum in summo.



QVÆSTIO LXXXIV.

QUÆSTIO LXXXIV. OST HÆC quæritur de secundo fructu, qui est gaudium, de quo Glossa ibidem, quod gaudium est conscientie puritas, & eleuatio animi in his quæ digna sunt se exaltantis: sed hæc tria, conscientie puritas, ut patuit supra, & eleuatio animi, ut probatum est supra in proximo, & dignitates donorum spiritualium, fuerunt in beatissima Virgine in summo: ergo habuit fructum gaudij in summo.

2 Item Psal. 97. Viduerunt omnes fines terre salutare, &c. Glossa dicit, quod visio saluationis est causa iubilationis: sed visione ista beata Virgo in summo vidit: ergo in summo iubilauit.

3 Item Luc. 2. Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis saluator. Improportionabiliter magis est nasci saluatorem de se quam nasci sibi: ergo beatissima Virgo improportionabiliter omnibus causam gaudij habuit: ergo improportionabiliter gaudij fuit.

4 Item, Improportionabiliter magis est nasci sibi saluatorem filium, quam sibi nasci Dominum: si enim beatissima gens cuius est

Dominus Deus eius, improportionabiliter est beatorius cuius est Dominus filius eius: sed beatissimæ Virgini nascebatur filius, aliis omnibus Dominus: ergo improportionabilem causam aliis gaudendi habuit: ergo in summo gaudij fuit.

5 Item Ioan. 14. Si diligeretis me, gaudeatis vti que. Hæc est immediata & per se: dilectio enim immediata causa gaudij. Sed beata Virgo habuit dilectionem in summo. Ergo & gaudium in summo.

6 Item Luc. 10. Gaudete & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in cælis. Hoc est gaudium de prædestinatione æterna & de præsentis iustitiæ: sed beata Virgo habuit præsentem iustitiam in summo: ergo & gaudium in summo.

7 Item, Aliquis prædestinatur, ut sit seruus Dei & filius per adoptionem: aliquis, ut filius Dei sit per Deum, ut Christus homo: aliquis, ut sit mater Dei per naturam: sed improportionabiliter maius est in aliquo esse matrem Dei per naturam, quam esse filium per adoptionem: ergo beatissima Virgo causam gaudij habuit in summo.

8 Item Apostolus: Gaudete in Domino: Dominus enim prope est: ergo proximitas est causa gaudij: sed beatissimæ Virgini in summo proximus fuit: ergo summum gaudium habuit.

9 Item Apostolus: Habentes super omnia charitatem quæ est vinculum perfectionis. Et pax Dei exulter in cordibus vestris. Glossa: Charitas quæ est causa exultationis: sed beatissima Virgo habuit charitatem in summo: ergo exultauit in summo.

10 Item Luc. 17. Regnum Dei intra vos est pax & iustitia & gaudium in Spiritu sancto. Beatissima Virgo improportionabiliter aliis plus habuit in corde de regno Dei: ergo improportionabiliter plus de gaudio in Spiritu sancto.

11 Item Psal. 88. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationem. Præcessio misericordiæ est causa iubilationis: sed in beatissima Virgine præcessit misericordia in summo: ergo sciuit iubilationem in summo.


12 Item Tob. 5. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Ergo attractio sensus & in luce esse & lumen cæli videre, est causa lætitiæ: hoc autem in beatissima Virgine fuit in summo: ergo habuit gaudium in summo.

13 Item, Beatissima Virgo fuit omnibus comprehensoribus & viatoribus causa gaudij & lætitiæ: ergo plus omnibus gaudij habuit & lætitiæ. Vnde Sara in figura eius dicit Gen.

21. Risum Dominus fecit mihi: & omnes qui audierunt, corripuerunt me. Quasi diceret: Gaudium principaliter pertinet ad me, aliis autem ex consequenti & per me. Vnde Iudith. 15. Tu gloria Ierusalem, tu læticia Israël, tu honorificentia populi nostri.

14. Item Isa. 9. Letabuntur coram te sicut qui lætantur in messe: sicut exultant, &c. Hic tanguntur duæ causæ gaudij. Messorum de fructu, & victorum de spoliis: sed beatissima Virgo

Virgo habuit fructum in summo: ergo & gaudium in summo. Item beatissima Virgo habuit victoriam & spolia in summo, quæ ex faucibus Leuiathan totum mundum quali spolum eripuit: ergo gaudij fructum in summo possedit.



QVÆSTIO LXXXV.

OST HÆC queritur de fructu qui est pax. Quod fuerit in summo in beatissima Virgine, probatur hoc modo. Luc. 2. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax omnibus, &c. beatissima Virgo omnibus improporcionabiliter bonam voluntatem habuit: ergo & pacem.

2 Item Ioan. 14. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Hæc est duplex pax, scilicet pax æternitatis & pax pectoris. Pax pectoris est quies à peccatis. Illam habuit beatissima Virgo in summo: in aliis enim quies à peccatis est cessatio peccandi: beatissima autem Virgo nunquam cessauit, quia nunquam peccauit: ergo beatissima Virgo habuit pacem pectoris in re, & pacem æternitatis improporcionabili certitudine: ergo habuit fructum pacis improporcionabiliter omni viatore.

3 Item Isai. 32. Opus iustitiæ est pax: sed beatissima Virgo habuit iustitiam in summo: ergo habuit pacem in summo.

4 Item, In Psal. 75. In pace factus est locus eius: sed improporcionabiliter fuit locus Deo gratus in beatissima Virgine: ergo improporcionabiliter pax.

5 Item, Mundus pacem eius turbare non non potuit: quia pauperrima spiritu fuit. Item diabolus pacem eius turbare non potuit: quia humilis in summo fuit. Sed nec caro eam turbare potuit: quia fomes in ea extinctus fuit. Et sic patet quomodo beatissima Virgo fructum pacis in summo habuit.



QVÆSTIO LXXXVI.

OST HÆC queritur de patientia. Psal. 93. Secundum multitudinē dolorum consolationes tuæ lætificauerunt animam meam: sed beatissima Virgo habuit dolorem passionis post filium in summo: ergo fructum patientiæ in summo.

2 Item, Sicut se habet passio ad passionem, ita consolatio ad consolationem: Christus autem in passione summum dolorem habuit & summam consolationem: sed passio beatæ Virginis similis fuit illi passioni: ergo consolatio consolationi.

3 Item Proverb. 31. Date scieram his qui amaro sunt animo: sed beatissima Virgo habuit amaritudinem passionis in summo: ergo & scieram consolationis in summo.

4 Item Isai. 61. Dabit eis Dominus coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro morte: sed beata Virgo habuit luctum & mortem in summo: ergo & gaudium & consolationem in summo.




QVÆSTIO LXXXVII.

OST HÆC queritur de longanimitate. Glossa: Longanimitas est in expectatione boni. Inde sic: Bonum expectatum reficit: sed beatissima Virgo improporcionabile gaudium aliis expectauit: ergo fructum longanimitatis improporcionabiliter habuit.

2 Item, Bonum expectatum non reficit nisi aliquo modo certum sit haberi: ergo ubi maior certitudo de habendo, ibi maior refectio in expectando: sed beatissima Virgo habuit expectationem, omnibus aliis improporcionabiliter certiorē: ergo omnibus aliis improporcionabilem fructum habuit longanimitatis.

3 Item, Omnis alterius viatoris expectatio est per modum esurientis: expectatio autem Mariæ Virginis fuit per modum comedentis: sed improporcionabiliter magis delectat expectatio in comedendo quam in esuriendo. Patet igitur, quod beatissima Virgo fructum longanimitatis habuit improporcionabiliter viatoribus vniuersis.



QVÆSTIO LXXXVIII.

OST HÆC queritur bonitate. Glossa: Est dulcedo animi: sed secundum Philosophum dulce est, quod amaro est impermixtum: dulcius, quod amaro impermixtius: dulcissimum, quod amaro impermixtissimum: sed animus beatissimæ Virginis solus fuit omni amaritudine culpæ impermixtissimus: ergo eius solius animus fuit dulcissimus.

2 Item, Hæc dulcedo est de bonis cognitis & habitis: sed beatissima Virgo bona nobilissima in se cognouit & habuit: ergo dulcissimi animi fuit.

3 Item Psal. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te: sed beatissima Virgo nobilissimum timorem, scilicet reuerentiam habuit in summo: ergo habuit dulcedinem in summo.

4 Item Iudic. 6. legitur, quod vellus dulci rore repletum, post hoc totam aream impleuit. Per vellus significatur beatissima Virgo, quæ totum mundum dulcedine repleuit: plus igitur dulcedinem habuit.

5 Item Hebr. 9. In arca fuit vna cum manna. Per arcam beata Virgo, per manna dulcedo summa signatur: ergo & ipsa in summo habuit dulcedinem.

6 Item Eccli. 24. Spiritus meus super mel dulcis: sed per mel cõmuniter intelligitur quid dulcissimum, iuxta illud Iudic. 14. Quid dulcius melle: ergo beata Virgo habuit maiorem dulcedinem super omnem dulcedinem.

7 Item, Quando arbor altior, tanto fructus eius dulcior: sed fructus beatissimæ Virginis fuit altissimus: ergo fuit dulcissimus: quia ipse solus dulcissimus. Sed si fructus fuit dulcissimus: ergo & rami, iuxta illud Iacob. 3. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amarum aquam? Quasi diceret, Qualis intra,

talit

talit & extra: ergo cum ex beatissima Virgine summa dulcedo exiit, patet quod dulcissima fuit. Patet igitur, quod dulcissima Virgo bonitatem & dulcedinem animi habuit in summo super omnes viatores.



QVÆSTIO LXXXIX.

OST HÆC queritur de mansuetudine. Est autem mansuetudo secundum Glossam tractabilis: tractabilis autem est, qui habet bonos mores: boni autem mores sunt per virtutes: beatissima autem Virgo habuit virtutes in summo: ergo tractabilis fuit in summo.

2 Item Iacob. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum. Glossa: Cum mansuetudine contra iram. Qui minus habet de ira, magis habet de mansuetudine: beatissima autem Virgo minus habuit de ira, imò omnino caruit ira: ergo habuit mansuetudinem in summo.

Præd. 13.

3 Item, Inter superbos semper iurgia sunt. Ergo superbia per se est causa iurgiorum: ergo ubi plus est de superbia, plus de iurgiis: & ubi plus de iurgiis, minus est de mansuetudine: ergo per oppositum, ubi minus est de superbia, minus est de iurgiis, & plus de mansuetudine: sed in beata Virgine fuit humilitas in summo: ergo & mansuetudo.

Serm. de assumptione. Signum magnum, &c.

4 Item, Tractabilis dicitur, qui est omnibus conformis & conformabilis. Tractabilis igitur est, qui est omnibus omnia. Istud autem potest esse duobus modis, vel genera singula singulorum, sicut Paulus qui effectus est Iudeus iudeus, &c. vel secundum singula generum, & ille est simpliciter omnia omnibus: & hoc fuit beatissima Virgo: ergo beatissima Virgo fuit tractabilis in summo. Vnde Bern. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas: Nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suavis est. Et infra: Omnibus omnia facta est: sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitorum se fecit, omnibus misericordie sinum aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi, captiuos redemptionem, ægerurationem, tristes consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiæ, denique tota Trinitas gloriam, filij persona humane carnis substantiant. Item argui potest ex eo quod Ecclesia interpretatur eam diuersis statibus & proprietatibus assimilando, dicens: Ego quasi viti fructificati summitatem odoris, &c. Item, In me omnis gratia viræ, &c. Item, Quasi cedrus exaltata sum in Libano; &c. Ex quibus omnibus argui potest, quod ipsa est omnibus conformabilis: & ideo omnibus in summo tractabilis. Item Paulus fuit omnia in omnibus secundum assimilationem: beatissima autem Virgo secundum veritatem. Item Paulus diuersis hominibus & statibus se pro tempore & loco conformauit secundum similitudinem & consuetudinem & condescensionem: beatissima autem Virgo simul & semel diuersis temporibus & etiam oppositis se conformauit secundum rem & veritatem rei suæ: etenim

Eccli. 24.

1. Cor. 9.

secundum rem & matribus & virginibus se conformauit & viduis & hominibus & Angelis: & ideo fuit improporcionabiliter tractabilior aliis viatoribus. Sic igitur patet, quod beatissima Virgo habuit fructum mansuetudinis in summo.



QVÆSTIO XC.

OST HÆC queritur de benignitate, quæ est, vt dicit Glossa, largitas rerum.


Quod autem illa fuerit in beatissima Virgine in summo, probatur hoc modo: largitas rerum consistit in dando: sed beatissima Virgo improporcionabiliter omnibus dedit: ergo improporcionabiliter plus omnibus larga fuit. Minor patet hoc modo: de Deo Patre dicit Apostolus, Qui proprio Filio suo non pepercit: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit: Sed Deus dedit nobis Filium generando ipsum secundum diuinam naturam, & eius incarnationem operando: ergo & beata Virgo dedit nobis Filium ipsum generando secundum naturam humanam, ad ipsius incarnationem carnem virginem ministrando: ergo & ipsa Filium suum nobis dedit, & in eo nobis omnia contulit. Item beatissima Virgo dedit omnē dabile: ergo fuit magis larga omni viatore. Media patet. Omnē enim dabile est Deus vel creatura: ipsa autem dedit Deum mundo, & mundum & omnia Deo. De primo dicitur in libro Sapientie. 7. cap. Quoniam omnium bonorum mater est. De secundo ibidem, Venetunt mihi omnia bona pariter cum illa.

Rom. 8.

2 Item Psal. 50. Benignè fac. Glossa: Filium mittendo, & peccata dimittendo. Sed inter omnes creaturas beatissima Virgo ad Filij missionem & peccati dimissionem sola officium & ministerium exhibet: ergo improporcionabiliter plus omnibus dedit & dimisit: ergo improporcionabiliter plus omnibus benigna fuit.

3 Item 1. Cor. 13. Caritas patiens est, benigna est. Hæc sunt propositiones per se: ergo ubi caritas maior, benignitas maior: sed beatissima Virgo in summo habuit charitatem: ergo & benignitatem.

4 Item Matth. 5. Sicut & pater vester solem suum oriri facit & pluit super ingratos & malos. Glossa: Benignus: quia dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, &c. Sed post Deum beatissima Virgo in summo suo modo dedit nobis filios Dei fieri, per gratiam nos regenerando: ergo post Deum nobis in summo benigna fuit. Media patet: Deus enim dedit nobis potestatem filios Dei fieri, per gratiam regenerando: beatissima autem Virgo dedit nobis potestatem filios Dei fieri, regeneratores nostrum generando: vnde Luc. 2. Maria peperit filium suum primogenitum. Vnum filium secundum carnem genuit, in quo nos omnes secundum spiritum in filios Dei regenerauit.



QVÆSTIO XCI.

POST HÆC quæritur de fide. Dicitur autem fides secundum Glossam, inuisibile certitudo. Intenditur autem delectatio ex certitudine tribus modis. Primus est per scibilibus pluralitatem, ut si est delectatio in sciendo, quanto plura sciuntur, tanto maior est delectatio: sed beatissima Virgo plus aliis omnibus sciuit: ergo plus omnibus hunc modum delectationis habuit. Secundus modus est per nobilitatem & meliorem scitorum, ut si est delectatio in sciendo talia, maior delectatio erit in sciendo nobiliora & meliora: sed beata Virgo sciuit improporcionabiliter nobiliora & meliora ad sciendum aliis, scilicet Deum & Trinitatem & suam beatitudinem propriam: ergo eius delectatio quam habuit in sciendo, omnium aliorum delectationibus fuit improporcionabilis: nihil enim delectabilius scire animæ quam scire Dominum Deum, & se ab ipso scire nunquam seperandam. Tertius modus est per modum sciendi perfectiorem, ut si delectat aliquid scitum taliter scitum, plus delectat quod scitur perfectius: sed beatissima Virgo improporcionabiliter plus sciuit perfectum: ergo improporcionabiliter perfectiorem habuit delectationem in sciendo. Item, Munditia præcedit visionem, visio certitudinem, certitudo delectationem: sed beata Virgo habuit improporcionabilem munditiam: ergo visionem: ergo certitudinem: ergo delectationem. Sic igitur patet qualiter beatissima Virgo & plura sciuit, & delectabiliora ad sciendum, & perfectiori modo sciendi omnibus aliis: & sic certitudinem inuisibilem habuit excellentius omnibus aliis: ergo fructum fidei in summo habuit.



QVÆSTIO XCII.

POST HÆC quæritur de modestia quæ, ut dicit Glossa, consistit in dictis, & in factis, & in sermone: sed hæc fuerunt in summo in beatissima Virgine, ut probatum est supra: ergo debebatur ei refectio in summo. Probat. Sicut enim se habet cibus ad cibum, ita delectatio ad delectationem.

2 Item, Sicut se habet virtus ad virtutem, ita actio ad actionem, & modus actionis ad modum: sed beatissima Virgo virtutes habuit in summo: ergo & actiones & modus: sed penes modificationem consistit modestia: ergo eam habuit in summo: ergo & fructum modestiæ.

3 Item, In virtutibus politicis virtus est medietas duorum extremorum: unde & in his modis consistit circa medium. In virtutibus autem theologis tanto perfectius est virtutis esse, quanto maior est eleuatio & extensio ad consecutionem finis: unde modus ibi attenditur secundum maiorem eleuationem virtutis: fides enim tanto magis est virtus, quanto magis eleuat potentiam ad credendum. Et simili modo spes tanto perfectius habet esse virtutis,

quanto magis eleuat potentiam ad sperandum. Similiter in amore modus est per modum in statu via: eleuare potentiam ad perfectissimum actum qui potest esse in statu via: huiusmodi autem eleuatio fuit tantum in beatissima Virgine: ergo ipsa habuit modum tantum in summo: ergo ipsa habuit modestiam tantum in summo.

4 Item Rom. 12. Rationabile sit obsequium vestrum. Glossa: Ne quid minus vel nimis: hoc autem solum conuenit beatæ Virgini præcise: ergo beata Virgo sola habuit fructum modestiæ in summo.

5 Item, In aliis viatoribus modestia est cohibitio & restrictio appetituum inordinatorum à concupiscentia surgentium, & fructus modestiæ est refectio vel delectatio de huiusmodi cohibitione vel restrictione motuum inordinatorum, unde est quasi delectatio pugnatorem post victoriam, & sic est delectatio per modum penitentiarum. Modestia autem beatissimæ Virginis non est de restrictione appetituum inordinatorum qui in ea esse non possunt, sed est subiectio carnis perfectæ & sensualitatis ad spiritum, secundum tale & tam plenum rationis dominium, quod non est possibile irascibilem vel concupisibilem vel etiam rationalem excedere suum modum: & fructus modestiæ in ipsa non est super cohibitione vel restrictione motuum inordinatorum qui in ea non sunt, sed in ea est delectatio super eo quod huiusmodi motus ei non insunt nec inesse possunt. Et sic sua refectio est per modum innocentiarum: refectio autem aliorum fuit per modum penitentiarum: sed status innocentiarum excellit improporcionabiliter statum penitentiarum in dignitate: ergo refectio per modum innocentiarum refectio per modum penitentiarum, quia poena potest demi, culpa perennis erit. Sic igitur patet, quod beatissima Virgo fructum modestiæ improporcionabiliter excellentius omni viatore habuit.



QVÆSTIO XCIII.

POST HÆC quæritur de continentia quæ, ut dicit Glossa, est à licitis abstinere: & intelligitur de licitis & placitis: quia est virtus placitis abstinuisse bonis: & intelligitur hoc de placitis secundum sensum: quia non est virtus abstinuisse à bonis placitis secundum intellectum: illa enim sunt simpliciter bona & secundum virtutem appetenda: à bonis autem delectabilibus secundum sensum abstinendum: summè verò delectabile secundum sensum est actus generationis: ergo ab hoc abstinere est maximum virtutis. Hoc autem est tribus modis secundum abstinentiam perfectam, vel perfectiorem, vel secundum perfectissimam, perfectam in coniugatis, perfectiorem in viduis, perfectissimam autem ut in virginibus, & ibi perfectior secundum quod virginitas perfectior: ergo simpliciter in summo, ubi est virginitas in summo: sed hæc in beatissima Virgine fuit in summo, ergo habuit fructum continentiarum in summo.


1 Item, Virtus est circa actum & difficile: sed

sed continentia secundum abstinentiam actus generationis maxime est ardua & difficilis naturæ corruptibili, præcipue circa partem quæ est corrupta & infecta: ergo ubi est illa abstinentia in summo, ibi erit continentia in summo: hæc autem fuit in beata Virgine: ergo ipsa habuit continentiam in summo.

3 Item, Licetum est quod nulla lege prohibetur: sed beatissima Virgini non est lex imposita: iustis enim non est lex posita. Vnde ad Galat. 5. enumeratis fructibus subiungitur, Aduersus huiusmodi non est lex. Ergo ei omnia licebant: omnibus autem aliis erat lex posita: ergo omnia erant ei improporcionabiliter magis licita: ergo improporcionabiliter aliis continentia eius fructus erat maior.

4 Item, Augmentat virtutem continentia abstineri à rebus non tantum licitis & placitis, sed ab aliquibus etiam debitis: erit ergo virtus continentia perfecta abstineri à licitis, placitis, & debitis: ergo à magis debitis abstinere erit maior virtus: sed beata Virgo improporcionabiliter abstinuit ab honoribus & rebus sibi debitis plus omnibus aliis creaturis: ergo sua continentia fuit improporcionabilis omnibus aliis creaturis.

5 Item, Vbi augmentat virtutem continentia abstineri à magno & digno sibi debito & licito in summo: ibi erit continentia in summo: sed honor & reuerentia quæ debebatur ei in quantum erat mater Dei, excellit omnem reuerentiam & omnem honorem debitum creaturæ: ergo ipsa habuit fructum continentia in summo. Sic igitur patet qualiter beatissima Virgo abstinuit à summo licitis, à summo placitis, à summo arduis, à summo debitis, à summo dignis: & sic fructum continentia excellentius habuit omnibus creaturis.



QVÆSTIO CXIV.

DOST HÆC queritur de castitate quæ, ut dicit Glossa, est recte vti licitis. Quod autem fuerit in beatissima Virgine in summo, probatur hoc modo. Triplex est status, scilicet ante gratiam vel præter gratiam, in gratia & in gloria. In primo statu sit operatio secundum naturam, in ultimo sit operatio secundum gloriam: sed inter hæc duo extrema, scilicet omnia operari secundum naturam, & omnia operari secundum gloriam sunt duo media, scilicet operari quandoque secundum naturam, quandoque secundum gratiam, & operari omnia super naturam semper & semper secundum gratiam: omnia operari secundum gloriam conuenit comprehensioribus, secundum naturam corruptam vel incorruptam conuenit hominibus sive peccatoribus sive non peccatoribus: operari vero quandoque secundum naturam, quandoque secundum gratiam conuenit conuenit viatoribus: ergo operari omnia super naturam vel semper secundum gratiam vel nunquam sine gratia conuenit statui medio inter comprehensiores & viatores: ille autem est status beatissimæ Virginis: ergo id operari conuenit beatissimæ Virgini tantum: & illud operari est summe recte vti licitis: ergo ei soli conuenit recte vti licito: ergo ei conuenit castitas in summo.

2 Item, Omnes actiones humane sunt referibiles secundum actum viz: ergo summe perfectus secundum statum viz omnes actiones refert: hæc autem fuit beatissima Virgo: ergo ipsa retulit omnes actiones suas. Item, Apostolus 1. Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, omnia in gloriam Dei facite: hoc autem est referre omnia ad gloriam Dei: & huiusmodi referre est vti: ergo contingit omnibus recte vti. Sed cum vti consistat in referendo, est enim secundum Augustinum vti, id quod in vsum venerit, referre ad obtinendum illud quo fruendum est, vel quod amatur, si tamen amandum est, sicut contingit referre differenter, ita contingit differenter vti: sed viatores contingit omnia referre habitualiter: solum Virginem contingit omnia referre etiam actualiter: ergo conuenit ei vti omnibus improporcionabiliter. Quod autem nulli viatori conueniat posse referre actualiter, sic patet: omnem alium necesse est peccare venialiter aliquando: sed quicumque peccat venialiter, non refert illum actum actualiter: ergo quemcumque necesse est aliquando venialiter peccare, illum impossibile est omnia referre actualiter: sed omnem viatorem, excepta beata Virgine, necesse est aliquando peccare venialiter: ergo ipsa sola potuit omnia referre actualiter. Item inter habitum & statum medius est actus: ergo inter statum fruendi & habitum referendi medius est actus referendi: ergo inter frui Deo & omnibus in Deo actualiter, & inter omnia referre ad Deum habitualiter, medium est referre actualiter omnia ad Deum: primum pertinet ad statum comprehensioris, secundum ad statum viatoris: ergo medium ad statum medium: hic autem est status beatissimæ Virginis: ergo omnia opera sua in Deum retulit actualiter: & hoc est recte vti licitis in summo: ergo ipsa sola habuit in summo fructum castitatis. Pater igitur, quod ipsa habuit omnes fructus Spiritus in summo.

Lib. 1. de doct. Chri- stiana. c. 4.

Plenior solutio precedentium quaestionum de gratis gratum facientibus.

S. I.

HÆC AVTEM concedimus omnia, & credimus esse vera, sicut ex veris & probabilibus per ordinem sunt probata. Ad expressiorem tamen prædictorum intelligentiam, & ad videndum gratuitorum perfectionis differentiam, quam in plenitudine gratia beatissimæ Virginis omnifariam disputamus esse comprehendendam, nota quod gratuita perfectio potest comparari ad duo, ad illud in quo est vti in subiecto, vel ad illud ad quod est vti ad quod ordinat vti ad actum obiectum, vel finem. Secundum computationem quam habet ad illud in quo est, sumuntur fructus: perfectio enim gratuita delectat proprium subiectum & reficit ipsum, & secundum hoc appellatur fructus.

Comparatio

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

Comparatio autem ad id ad quod est vel ad quod ordinat, potest esse duobus modis: potest enim esse illa comparatio vel secundum statum, vel secundum actum. Si secundum statum, sic sunt beatitudines, quæ determinant statum perfectum secundum perfectionem gratitatem per modum viæ, & est determinatio status per effectus completissimos & excellentissimos viz, vt est omnia relinquere, sua & aliorum peccata deslere, & animam pro proximo ponere, & horum similia. Si autem illa fuit secundum actum, hoc potest esse dupliciter: potest enim perfectio esse gratuita quantum ad actus primos primò in agere gratuito perfectientes, vel quoad actus secundos secundò quoad consequentes actus & excellentes perfectientes. Si secundo modo, sic sunt dona. Si primo modo, hoc potest esse dupliciter: quia primò ita perfectio in esse gratuito potest esse liberando à malo & sanando, vel ad bonum ordinando. F. modo sunt gratiæ sacramentales, secundo modo virtutes.

§. I I.

SUFFICIENTIA autem horum omnium hæc est. Et primo, sacramentorum. Cum enim sacramentum sit medicina contra læsionem à malo, aut est contra indigentiam membrorum secundum se sigillatim, vel in corpore Ecclesiæ. Si secundum quod in corpore, sic diuiditur duobus modis. Aut enim ad multiplicationem fidelium carnalem, & sic est matrimonium: vel spiritualem, & sic est ordo. Si autem est contra indigentiam membrorum secundum se, ista quadruplex erit. Prima est defectus originalis iustitiæ per originalem culpam. Secundò ex illo sequitur pronitas ad peccatum, ad quam tertio sequitur actuale peccatum, post quod quarto sequitur infirmitas ad reciduum. Contra primum defectum ordinatur baptismus, contra secundum confirmatio, contra tertium penitentia, contra quartum sacramentum Eucharistiæ. Post hæc est quædam penalis quæ non tollitur omnino, vt quædam infirmitas ex parte corporis, & infirmitas venialis peccati ex parte animæ. Contra hanc ordinatur Extrema unctio.

§. I I I.

SUFFICIENTIA virtutum sumitur hoc modo. Virtutum quædam immediatè sunt in Deum, quædam mediatè. Immediatè autem virtutes distinguuntur secundum delectabile trium virtutum motiuarum, fides respectu veritatis, spes respectu arduitatis, charitas respectu bonitatis. Mediatè verò sunt secundum tres actus trium virtutum, scilicet rationalis, irascibilis, & concupiscibilis, qui sunt discernere, aggredi, concupiscere. Penes discernere prudentia, penes concupiscere temperantia, penes aggredi fortitudo. Quarta scilicet iustitia sumitur secundum ordinem ad alterum.

§. I V.

DE SUFFICIENTIA donorum. Donorum multiplicatio fit fit. Autem enim doni actus est in malum peccati, aut à malo culpæ, aut eius actus est in bonum. Si primo modo, erit donum timoris. Si autem fuerit in bonum, aut est ad bonum quod est ad finem, aut est ad bonum consilij, vel præcepti. Si est ad bonum præcepti, aut erit vt dirigens, aut vt exequens. Si vt dirigens, est donum scientiæ. Si vt exequens, sic est donum pietatis. Item si ad bonum consilij, aut erit vt dirigens, aut vt exequens. Si vt dirigens, sic est donum consilij. Si vt exequens, sic est donum fortitudinis. Si autem est ad bonum vt est finis, aut erit vt dirigens, aut vt exequens. Si vt dirigens, sic erit donum intellectus. Si vt exequens, sic erit donum sapientiæ.

§. V.

ACTVS beatitudinum hoc modo sumuntur. Actus beatitudinum viæ, aut est in bonum, aut est in malum peccati, vel culpæ. Malum autem peccati, aut est ex compassione rei delectabilis, aut ex compassione rei tristabilis. Tristabile verò aut est ex compassione in præsentia iniustitiæ, aut ex poena originali contracta. Si autem fuerit ex compassione rei delectabilis, abdicatio eius est beatitudo paupertatis. Si ex compassione iniustitiæ in præsentia, sic est mititas. Si ex compassione originali contracta, sic est iustus. Si autem fuerit in bonum, aut in bonum increatum, aut in bonum creatum. Si autem fuerit in bonum increatum, aut in bonum consilij, aut in bonum præcepti. Si præcepti, sic est caritas iustitiæ. Si consilij, sic est misericordia. Si autem fuerit in bonum creatum, aut quantum ad intellectum, aut quantum ad affectum. Si quantum ad intellectum, sic est munditia cordis. Si quantum ad affectum, sic est pacificatio. Et sic patet sufficientia beatitudinum.

§. V I.

PERFECTIO in virtutibus, aut est quantum ad actus interiores, aut quantum ad actus exteriores. Si ad exteriores, vel quantum ad gustum, vel tactum, vel quantum ad alios sensus. Si quantum ad gustum, vel tactum, sic erit abstinere à licitis, & hæc est continentia; vel rectè vt licitis, & hæc est castitas. Si autem quantum ad alios sensus, sic est modestia. Si autem quantum ad actus interiores, aut ille erit irascibilis, aut concupiscibilis, aut rationalis. Si irascibilis, aut respectu illorum quæ sunt contra finem, & sic est patientia: vel respectu finis, & sic est longanimitas. Si autem erit actus rationalis, vel est quoad Deum, vel quoad seipsum, vel quoad proximum. Si ad Deum, sic est fides: si ad seipsum, sic est bonitas quæ est dulcedo animi. Si autem est ad proximum, tunc vel est in bonum regendo motus concupiscentiæ, & sic est benignitas: vel in bonum regendo motus irascibilis, & sic est mansuetudo. Si autem sit actus concupiscentiæ,

centiæ, aut erit ad Deum, & sic est charitas: aut ad seipsum, & sic est gaudium: aut ad proximum, & sic est pax. Concedimus ergo, quod istæ perfectiones secundum omnes status & diuersitates excellentissimè fuerunt in beata Virgine.



QVÆSTIO XCV.

QUÆSTIO de gratiis gratum facientibus qualiter fuerunt in beatissima Virgine, videndum est de gratiis gratis datis. Et primò de his quas ponit Apostolus 1. Cor. 12. Alij quidem per Spiritum dant sermo sapientiæ. Primò igitur queritur de sapientiæ quam habuit beatissima Virgo in contemplatione aeternorum, & queritur primò, an viderit Angelos & spiritualia per species proprias?

§. I.

ET VIDETUR, quod sic: ipsa enim videre potuit & vidit spiritum increatum per speciem propriam: ergo & quemlibet alium.

Tit. 4. di. 6. 31. 2. m. 2. cap. 5. 2. Item Gregorius. Quid est quod non vident, qui videntem omnia vident? sed ipsa videt videntem omnia: ergo vidit omnia.

3. Item, Philosophus dicit, quòd intellectus cognoscit omnia propter seipsum cognoscendum: quiddam autem est secundum naturam cognoscituum alicuius, cognoscit illud nisi impediat: ista autem impedimenta secundum quod in superioribus dictum est, secundum Augustinum, sunt phantasmata corporalia, animæ per motum conglutinata, quibus abstractis ipsa seipsam videt: sed ab his anima beatissime Virginis potuit seipsam abstrahere: ergo potuit seipsam videre per speciem propriam.

Cap. 4. 4. Item, August. in libro de spiritu & anima: Anima concupiscibilitatem, rationalitatem, & irascibilitatem habet antequam corpori infundatur. Et intelligitur, quòd non eam habet à corpore, sed à sua natura in se: ergo anima in se naturaliter est cognoscitiua. Et posito per impossibile, quòd non infunderetur corpori, adhuc esset cognoscitiua, si non esset coarctata per aliam naturam: ergo apta nata est cognoscere omnia: sed inordinatum esset, quòd aliquid esset cognoscituum omnium alicuius, & non simpliciter: ergo naturaliter anima cognoscens est simpliciter & omnium aliorum: ergo cognoscit omnia & seipsam, nisi impediat: hoc autem est impedimentum quod dictum est supra: sed in anima beate Virginis hoc fuit sublatum: ergo vidit seipsam & omnia Angelos & omnia creatura. Unde August. de spiritu & anima. Animus corporis dominator, corporis, & habitator videt seipsum per seipsum. Non videtur, auxilium corporaliu & plurimum, inò verò ab omnibus corporeis sensibus tanquam impedimentibus, & persistentibus abstrahit se ad se, vt videt se in se, & nouerit se apud se. Et cum viderit Deum cognoscere, elevat se super se mensuram.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

5. Item, Philosophus dicit, quòd non omnino & penitus difficillimorum est cognoscere, & aliquam fidem accipere de anima. Et intelligitur secundum suam substantiam: operationes enim & potentias ipsius & accidentia cognoscere non est difficillimorum. Sic igitur cognoscere animam in se per suam speciem est de numero difficillimorum: ergo est de numero cognoscibilium: ergo secundum Philosophum, qui non habuit respectum ad gratiam, possibile est animam cognoscere per speciem propriam, licet difficulter: sed illa difficultas remouetur per abstractionem à phantasmatis corporalibus. Sed illa abstractio fuit completissima in contemplatione beate Virginis: ergo vidit Angelos & spiritus & animas in sui contemplatione, & substantias incorporalium.

6. Item, Philosophus in 3. de anima ponit intellectum agentem. Et quod ille non sit pars animæ, sic probatur: Sicut in omni natura causa formalis quæ est faciens omnia, penitus alia est in essentia à causa materiali in qua fiunt omnia, & ex his duobus nunquam componitur vnum: ita se habet intellectus vniuersaliter agens & intellectus possibilis in anima: ergo neque sunt idem in essentia, neque sunt partes componentes vnum totum: ergo intellectus agens non est pars animæ, nec potentia. Item, Nulla ars neque mechanica, neque liberalis, eadem est in essentia cum anima in qua est, neque est eadem in essentia cum materia quæ sustinet operationes venientes ab ipsa: sed intellectus agens se habet ita ad possibilem sicut ars ad materiam: ergo non sunt eadem in essentia, neque constituunt aliquid totum vt partes animæ. Item, Nulla potentia est habitus: & intellectus possibilis dicit potentiam per se, intellectus verò agens vt habitus: ergo non sunt idem in essentia. Item, Nunquam lumen quod facit potentia colores actu esse colores, est idem in essentia cum coloribus qui sunt actu, neque in sensu visus susceptiuo coloris, neque constituunt aliquid vnum essentialiter cum altero illorum: sed intellectus vniuersaliter agens se habet ad species intelligibiles sicut lumen ad colores, & se habet ad intellectum possibilem vt lumen ad sensiuum visus: ergo non est essentia eadem intellectus possibilis & agens, neque constituunt vnum vt partes animæ. Item, Nulla potentia est habitus & ex dictis Philosophi inductis patet, quòd intellectus agens non sit pars animæ. Item omnia quæ intus sunt in anima, proportionalia sunt eis quæ sunt extra, & anima quodammodo est omnia, quia omnia cognoscit: ergo sicut est vna omnia tamca faciens, sic species ipsius accepta in anima & intellectus omnia erit faciens in intellectu. Maior patet in capitulo de reminiscencia. Minor in tractatu de intellectu agente. Intellectus enim per cognitionem creatorum venit in cognitionem primi principij secundum quod est causa omnium, & suscipit in se speciem intelligibilem ab ipso, & intellectus iste acquisitus in anima omnia facit in anima, eò quod dicitur intellectus agens vniuersaliter facere.

Et queritur, vtrum contingat aliquem habere intellectum agentem, qui non noquit.


primam causam, neque habet speciem acceptam ad cognitionem primæ causæ: dicimus quod homines non habent completè intellectum agentem huiusmodi, sed habent dispositionem quandam fluentem à prima causa quæ dicitur lumen illuminas intellectum possibilem. Et si quærat, cum intellectus sit nobilissima pars animæ perfectissime cognoscens, minus indigenis exteriori admiculo quam aliæ partes, quare indigeat huiusmodi lumine, sensus autem & phantasia minimè dici oportet, quod minimè indigeat huiusmodi lumine ad cognoscendum species intelligibiles, quæ prius sunt phantasmata, quia sic est minoris & debioris potentie quam sensus & phantasmata, sed indiget lumine huiusmodi ad cognoscendum talia quæ sunt occulta naturæ, quæ non possunt apprehendi sensu vel phantasia, cuiusmodi sunt substantiæ quæ in rebus sunt naturalibus phantasmata facientibus, ipsæ verò minimè phantasmata facere possunt, & substantiæ huiusmodi sunt separata, ut Angeli, & separabiles, ut animæ, in quarum cognitione indiget intellectus tali lumine à primo principio infuso, & ad cognitionem ipsius primi principij. Et de hoc verum est quod dictum est quantum ad cognitionem talium specierum: quia sicut facit lumen potentia colores, actu colores, ita huiusmodi lumen impressum intellectui à primo principio facit huiusmodi species occultas potentia intelligibiles, actu intelligibiles.

Ex his etiam patet, quod physice procedendo, possibile est animam existentem in corpore spiritus & spiritualia & substantias corporis videre etiam sine præsentia gratiæ: ergo multò fortius anima beatissimæ Virginis eleuata & abstracta gratiæ plenitudine. Item, Secundum philosophiam oportet dici, quod intellectus habet duplicem potentiam, phantasticam dum in corpore est, & non phantasticam dum est separatus à corpore. Et sic eius potentia phantastica est corruptibilis mediante phantasia, & in quantum talis, corruptibilis est, potentia verò sua per naturam simpliciter inest ei per naturam suæ substantiæ & non alio mediante, vade & ista potentia incorruptibilis est sicut sua substantia. Inde sic: omne principium quod habet potentiam vnā per se & secundum suam naturam, aliam verò mediane alio & per accidens, essentialius vti debet potentia quam habet per se, quam illa quam habet mediante alio & per accidens: sed intellectus huiusmodi potentiam habet duplicem: ergo vtilius nobilior & melius vti debet potentia quam habet per se, quam illa quam habet per accidens. Item, Omnis intellectus qui habet vnā potentiam per se, aliam per accidens, melius & verius vti debet & cognoscere per illam quam habet per se, quam per illam quam habet per accidens: ergo si est per accidens in corpore, nihil aufertur ei, sed magis confertur: quia dicitur de anima existente in corpore, quod omnia cognoscit & quodammodo dicitur omnia: ergo melius & verius cognoscet per potentiam non phantasticam, quam per potentiam phantasticam: ergo melius cognoscet spiritualia quam phantastica.

AD HÆC dicimus, quod inconueniens est ponere substantiam sine potentia, & ponere substantiam perpetuam & potentiam ipsius non esse perpetuam. Similiter inconueniens est ponere potentiam intelligendi quam habet intellectus in corpore, esse perpetuam.

Vnde nota, quod qualitates naturales sensibus propriis proportionabiles sunt, & appropriantur, quantitates vero sensui communi, substantiæ verò intellectui: hic enim est ordo cognitionis ipsius animæ dum est in corpore. Intellectus autem separatus à corpore, aut habebit eundem ordinem intelligendi quem habuit in corpore, aut contrarium. Si eundem: ergo erit idem modus intelligendi in corpore & extra corpus, quod est impossibile. Sed si proprium est ei cognoscere substantiam, & hoc est ei principale secundum se, tunc extra corpus habebit principaliter potentiam intelligendi substantiam, & secundum posterius accidentia: hæc autem potentia simul est creata cum intellectu, & est perpetua sicut intellectus perpetuus. Alterata autem hæc est potentia ex coniunctione ipsius cum corpore: ex coniunctione enim cum corpore cognoscit accidentia & substantias eo modo quo extra corpus cognoscere non potest: quia cognoscit accidentia non solum in illa habitudine in qua se habent ad substantias in quibus sunt, sed etiam in illa comparatione qua sunt principia permutationum, secundum quod generant suas species in aliis substantiis corporeis & incorporeis: secundum enim hanc habitudinem generant suas species in sensibus, ex quibus generatis in sensibus sunt phantasmata in phantasia, & postea accipiuntur in intellectu, & per huiusmodi phantasmata cognoscuntur substantiæ, quæ phantasmata facere non possunt. Et sic ex coniunctione ipsius cum corpore potentia ipsius creata non phantastica incipit esse phantastica, id est, phantasmatum & per phantasmata aliorum cognitiua. Et sic patet, quod per coniungi cum corpore alteratur potentia non phantastica in phantasticam: & sicut alij maiores motus in anima quibus intendit anima, impediunt minores percipi ab anima, ita dum est in corpore manifestiores motus & maiores rerum scientiarum phantasmata circa animam, impediunt percipi ab anima manifeste ea quæ phantasmata facere non possunt. Vnde aliquando cum intellectus contrahit se in seipsum abstractendo speculationem suam à sensu, multa percipit occulta, quæ per speculationem ipsius coniunctam speculationi sensuum percipere non potest. Et sic iterum patet physice, quod anima in corpore etiam citra auxilium gratiæ gratum facientis, in contemplationem spirituum & spiritualium aspicere potest & aspectum dirigere & videre: ergo multò fortius beatissima Virgo auxilio gratiæ potuit hoc facere in sua contemplatione. Item, Paulus scribitur in rapto vidisse dispositionem celestis hierarchiæ & beato Dionysio reuelasse: ergo multò fortius beatissima Virgo vidit statum Angelorum & triumphantis Ecclesiæ. Item, Martialis vidit demones. Item Iacob vidit Angelos

Angelos quando dixit, Castra Dei sunt hæc. Ex his autem concluditur, quod beatissima Virgo in sua contemplatione poterat videre Deum, Angelos, & demones, & animam propriam, & substantias rerum corporalium per scriptas.



QUÆSTIO XCVI.

POST HÆC queritur de scientia quæ pertinet ad actionem. Et primò de mechanicis, & post hoc de liberalibus. Queritur igitur, vtrum beatissima Virgo sciuerit omnes artes mechanicas: Et videtur, quod sic. Omnis scientia de numero bonorum est: sed ei nullum bonum defuit: ergo omnes scientias habuit.

2. Item, Bonum additum bono, facit ipsum magis bonum: ergo aut defuit ei aliquod bonum, scilicet scientia, vel non. Si non, habeo propositum. Si sic, illa addita magis bonum fieret.

3. Item, Natura non deficit in necessariis, nec abundat in superfluis: ergo multò fortius gratia: sed quædam mechanicæ artes fuerunt beata Virgini necessariæ, sicut mulieres: quædam superfluz, sicut viriles: ergo illas habuit, & non alias.

4. Item Bernardus, Quidam volunt scire vt sciant, & est curiositas: quidam volunt scire vt sciatur, & est vanitas: quidam vt ædificentur, & est sapientia: quidam vt ædificent, & est charitas. Et hi tantum duo ultimi modi non sunt in abusione scientiæ. Ergo omnis scientia non abusus, debet esse ad ædificationem sui, & aliorum: sed scire mechanicas scientias viriles à beatissima Virgine non est ordinatum ad sui vel aliorum ædificationem: ergo ipsas nesciuit.



QUÆSTIO XCVII.

POST HÆC queritur, vtrum sciuerit mechanicas multiebre subtiliores & nobiliores, sicut eas quæ sunt aurifrigiis & sericis operationibus & subtilibus suturis & texturis & huiusmodi: Et videtur, quod sic: ipsa enim, vt dicit Damascus, à nullo illustrium vincitur: hæc autem sunt scientiæ & opera illustrium fabricarum: ergo, &c.

2. Item, Ipsa sua operatio fuit nobilissima: ergo humillima: sed maior humilitas apparet scire nobilia & subtilia & operari vilia & communia, quam tantum scire vilia & operari talia: ergo videtur, quod beatissima Virgo debuit scire nobilia & operari vilia.

3. Item, ista subtilia magis ordinantur ad vanitatem quam ad vtilitatem: operatio autem Virginis gloriose tantum ad necessitatem fuit: ergo non erat circa talia.

4. Item, Beatissima Virgo perfecta fuit secundum actionem & contemplationem: vnde Luc. 10. Optimam partem elegit. Bona est pars actionum, melior contemplationum, sed optima eius quæ perfecta in actione & con-

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

templatione fuit, sicut fuit beatissima Virgo: ergo ipsa debuit habere opera actionis quæ contemplationi minimè repugnarent: hæc autem sunt opera manualia grossa & communia quæ non requirunt multam attentionem cogitationis: ergo videtur, quod circa huiusmodi debet esse opus beatissimæ Virginis.

Queritur autem, si scientiam mechanicarum habuit improporcionabiliter aliis & excellenter? Et videtur, quod sic. Sicut se habet effectus ad effectum, ita causa ad causam: sed effectus causatus ab arte mechanicæ, beatae Virginis improporcionabiliter excellit effectum causarum ab artibus mechanicis in aliis: ergo scientia mechanica in beatissima Virgine excellit scientiam mechanicam in quocumque. Minor patet ex hoc quia dignissimum ad quod ordinantur mechanicæ, est vestimentum: primò est anima, secundò corpus, tertio vestimentum: sed dignissima omnium vestimentorum fuit tunica inconsutilis quam fecit beatissima Virgo: ergo eius ars mechanica causabat nobilissimum effectum: ergo habuit scientiam artis mechanicæ in summo.



QUÆSTIO XCVIII.

POST HÆC queritur de artibus liberalibus, vtrum & illas sciuit in summo beatissima Virgo? Et videtur, quod sic. Pron. 9. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem: illa domus est beata Virgo, septem columnæ sunt septem liberales scientiæ: ergo beata Virgo habuit septem liberalium artium scientiam.

2. Item Exod. 12. Mulier petat à vicina sua vasa aurea & argentea. Hoc exponunt Glossæ & sancti de scientiis secularibus: ergo debent secum scientias seculares de mundo portare sancti: ergo & beatissima Virgo.

3. Item Cant. 4. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, Turris David est sacra Scriptura, clypei scientiæ physice: ergo scientiæ liberales pertinent ad nupitionem Scripturæ sacræ: ergo sanctorum est illas scire: ergo & beatissimæ Virginis.

4. Item, Quidam sancti laudantur à talibus scientiis, sicut beatus Dominicus documenta artium eruditus satis, transiuit ad studium summe veritatis. Item de beato Gregorio, studiis liberalibus nulli secundus. Ergo, &c. Item de beato Vincentio & de sancta Catharina & multis aliis: ergo beata Virgini non debet deesse ista materia laudis.



QUÆSTIO XCIX.

POST HÆC queritur de istis scientiis specialiter, & primò de grammatica, vtrum illam sciuerit beata Virgo? Et videtur, quod sic. Maria conseruabat omnia verba hæc. Gloss. Luc. 2. In diuersis prophetis: ergo sciuit legere. Et constat, quod intellexit: quia legere & non intelligere, negligere est: ergo sciuit grammaticam.

G 3 2 Item

2 Item, Damasc. dicit, quod in templo fuit enutrita, ubi Virgines instruebantur.

3 Item de Susanna legitur, quod erudierunt filiam suam secundum legem Moyfi: principium autem eruditionis est grammatica: ergo beata Virgo sciuit grammatice in summo.

4 Item, Nunquam peccauit in loquendo: ergo grammaticam sciuit.

QVÆSTIO C.

OST HÆC queritur de rhetorica. Aug. dicit de doctrina Christiana, quod in sacra scriptura sunt diuersi colores rhetorici: sed sacram Scripturam perfecte sciuit beata Virgo: ergo & rhetoricam.

QVÆSTIO CI.

TEM, quod iura ciuilia leges & decreta sciuit in summo, patet hoc modo. Sapientia aduocati manifestatur in tribus. Vnum, quod obtineat omnia contra iudicem iustum & sapientem. Secundum, quod contra aduersarium altutum & sagacem. Tertium, quod in causa desperata. Sed beatissima Virgo contra iudicem sapientissimum Dominum, contra aduersarium callidissimum diabolum, in causa nostra desperata sententiam optatam obtinuit: ergo sapientissima aduocata fuit.

2 Item, Sapientis est eligere aduocatum sapientem: sed istam aduocatam Spiritus sanctus elegit nobis, qui omnia cognouit: ergo ipsa sapientissima fuit.

3 Item, Aliqui aduocati possunt iniustum iustum esse probare sophisticè & non facere: sed beata Virgo hoc de nostra iniustitia fecit: ergo inproportionabiliter omnibus optime allegare sciuit.

4 Item, Ipsa imperatrix fuit: ergo leges condere potuit, & legis interpretatio penes ipsam fuit, & omnia iura in arca sui cordis clauis habuit: ergo & beatissima Virgo iura omnia & rhetoricam in summo sciuit.

QVÆSTIO CII.

OST HÆC queritur de logica, quam quod sciuerit, probatur hoc modo. Hæc enim perutilissima est ad scientiam sacre Scripturæ, & ad hæresum destructionem, & fidei confirmationem, & rationis redditionem de ea quæ est in nobis fide: ergo ista scientia maximè necessaria est sanctis: ergo & beatissima Virgini.

2 Item, Hieronymus dicit, quod liber Iob continet propositiones, assumptiones, conclusiones. Et idem patet de aliis libris sacre Scripturæ, in quibus sunt viæ diffinitionum, diuisionum, argumentationum: hæc igitur omnia necessaria sunt ad sacram Scripturam: ergo & logica in qua docentur ista: sed beatissima

Virgo perfecte sciuit sacram Scripturam: ergo & logicam.

3 Item patet percurrendo logicæ partes, quæ sunt tentatiua, sophisticæ, demonstratiua, dialectica. Tentatiua enim in summo sciuit: quia nunquam in tentatione succubuit. Sophisticam in summo habuit: quia omnes altutias diaboli cognouit, & omnia sophisticata sua patefecit. Dialecticam in summo habuit: quia nullius proprie ignorantiam habuit, & problemata soluere sciuit. Demonstratiuam habuit in summo: quia nobilissimam propriam passionem de nobilissimo proprio subiecto per semetipsam conclusit. Summè nobile subiectum est prima & summa bonitas: nobilissima propria passio est misericordia siue miseratio: hanc igitur propriam passionem de hoc subiecto beatissima Virgo conclusit, quando per eam tanquam per medium summè bonus Deus, in opere nostre redemptionis summam misericordiam in se demonstrauit. Quasi tali vteretur demonstratione. Quicumque auferit omne malum auferibile, & confert omne bonum conferibile, ipse est summè misericors: Deus homo in nostra redemptione abtulit omne malum auferibile, & contulit omne bonum conferibile: ergo est summè misericors Deus. Sic igitur patet, quod beatissima Virgo habuit omnes partes logicæ in summo.

QVÆSTIO CIII.

OST HÆC queritur de physica & medicina. Philosophus dicit, quod cognitio animæ ad omnia valet, maximè ad scientiam naturalem: sed beatissima Virgo perfectissimam cognitionem animæ habuit: perfectissimè enim cognouit se.

2 Item, Per diuersas proprietates lapidum, specierum lignorum, & animalium, & cæterorum naturalium, diuersa figurantur mysteria in sacra Scriptura: ergo sine notitia rerum, non est perfecta notitia Scripturarum sacrarum: sed beatissima Virgo perfecte sacram Scripturam sciuit: ergo sciuit naturas rerum.

3 Item, Nullus morbus eucratice adeo incurabilis quin sciret & posset eum curare: ergo habuit in summo scientiam medicinæ.

4 Item, Ipsa sciuit curare solo verbo: ergo sciuit medicinam in summo.

5 Item, Ipsa sciuit curare corpus & animam: ergo sciuit perfecte medicinam.

6 Item, Ipsa sciuit sanare ad immortalitatem: ergo in summo habuit medicinam.

QVÆSTIO CIV.

OST HÆC queritur de scientiis quadriualibus, vtrum fuerunt in beatissima Virgine? Et videtur, quod non. Quidquid enim est plenum gratia, nihil habet impertinens ad gratiam: beatissima Virgo fuit plena gratia, & scientiæ quadriuales sunt impertinentes ad gratiam: ergo beatissima Virgo

Virgo non habuit scientiam quadriualem.

2 Item, Nullus sanctorum laudatur de huiusmodi scientiis.

3 Item, Hieronymus cum stadiisset in Ciceronis & in rapu, cuius conditionis esse requiretur, respondit Christianus: & dictum est ei, Non es Christianus, sed Ciceronianus.

4 Item, Sancti huiusmodi scientias appellant curiosas.

5 Item, Philosophus dicit, quod in mathematicis non est bonum: quia neque motus, neque operatio.

6 Item, Ipsi nihil est utilitatis, neque delectatio: quia de talibus cogitatio est mentis perfectæ ad creaturas inclinatio, & consequenter delectationis quæ est in Deo interruptio & diminutio. Ex his igitur videtur, quod beatissima Virgo non sciuit mathematicas scientias.

SED CONTRA: Ipsa fuit perfectissima secundum affectum: ergo & secundum intellectum: sed dilexit omnia diligibilia: ergo cognouit omnia cognoscibilia.

2 Item, Bonum additum bono, facit ipsum magis bonum, vt supra.

3 Item, Dicitur de Abraham, quod sciuerit huiusmodi scientias, & per eas ditatus est: ergo beatissima Virgo eas scire debuit, cui bonum non defuit quod in aliis fuit.

QVÆSTIO CV.

OST HÆC queritur specialiter de musica: Et videtur, quod in beatissima Virgine fuerit eius cognitio. Nam tam in veteri lege quam in noua fuerunt cantores & vsus cantus ad cultum Dei: cantus autem rectè scitur per musicam: ergo ad cultum Dei pertinet scientia musicæ: ergo fuit in beatissima Virgine.

2 Item, Quidquid perfectissimo auditui fuit delectabilis ad audiendum, illud maximè harmonicum fuit: sed auditis Filij Dei nobilissimus auditus fuit, vox matris sibi ad audiendum delectabilissima: ergo summè harmonica: ergo beatissima Virgo effectum musicæ habuit in summo.

QVÆSTIO CVI.

OST HÆC queritur de astronomia. Cum enim legitur Genes. 1. In principio creauit Deus caelum & terram, &c. exponant ibi sancti expositores plures caelos. Item ibidem, Fecit Deus duo luminaria magna. Item, Vt sint in signa & tempora. Item, Aquæ quæ super caelos sunt. Ex his omnibus patet, quod in sacra Scriptura agitur de syderibus & stellis, de quibus sunt scientiæ astronomiæ: ergo astronomia est necessaria ad theologiam: ergo beatissima Virgo sciuit eam.

QVÆSTIO CVII.

OST HÆC queritur de arithmetica quæ est de numeris. Numeri in sacra Scriptura sunt mystici, & secundum diuersitatem numerorum diuersa per eos significantur, vt patet in ternario, senario, & denario, & huiusmodi, vt patet in multis scripturis & Glossis. Ergo cognitio numerorum necessaria est in sacra Scriptura: ergo cognitio numerorum necessaria est in sacra Scriptura: ergo arithmetica.

2 Item, Computationes annorum sunt sæpe in sacris Scripturis, vt de Iacob, de Isaac, & sic de aliis: ergo scientia algorismi necessaria est ad sacram Scripturam.

3 Item, Festa diuersa aguntur & in Scriptura agi describuntur: ad quæ necessaria est scientia computi: ergo & illa necessaria est ad sacram Scripturam. Ex his igitur manifestum est, quod scientia arithmetice utilis & necessaria est theologice: ergo fuit in beata Virgine.

QVÆSTIO CVIII.

OST HÆC queritur de geometria. In sacra Scriptura sunt diuersæ mensuræ & mensurationes. Mensuræ ephi, bati, cori, modij, & consimiles mensurationes, vt patet in tabernaculo, & in templo Ezechiel. 45. De huiusmodi autem est scientia geometriæ & consimiles: ergo huiusmodi scientiæ necessariæ sunt theologice.

QVÆSTIO CIX.

OST HÆC queritur de metaphysica, & primò de theologia. Quod autem perfecte sciuit beata Virgo theologiam, videtur. Psal. 118. A mandatis tui intellexi: ergo impletio mandati intellectum auget operanti: sed beatissima Virgo mandatum in summo impleuit: ergo theologiam in summo intellexit.

2 Item, Psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum: sed beata Virgo sola nunquam pede affectus offendit: ergo lucerna verbi perfectissime eam illuminauit.

3 Item, In Ezech. 1. Cum eleuabantur animalia de terra, eleuabantur & rotæ iuxta ea. Quæ exponens beatus Gregorius dicit, quod cum eleuantur doctores in vita, honoratur & exaltatur in eis scientia: sed beatissima Virgo habuit eleuatissimam vitam: ergo talem habuit scientiam theologiam.

4 Item, Apostoli sciuerunt theologiam, cum non didicissent: ergo multò fortius beata Virgo.

5 Item, Ipsa habet aureolam prædicatorum: ergo sciuit scientiam theologiam.


6 Item, De Cecilia legitur, Virgo gloriosa semper Euangelium Christi in pectore portabat: ergo multò fortius beatissima Virgo.

7 Item 1. Ioan. 2. Vnctio docebit vos omnia. Glossa: Ad salutem pertinentia: sed beata Virgo improporcionabiliter fuit vncta: ergo omnibus improporcionabiliter sciuit ad salutem pertinentia: hæc autem est theologia: ergo sciuit theologiam.

8 Item, Deuteronomius est in arca: arca figurabat beatam Virginem, Deuteronomius legem: ergo beatissima Virgo sciuit totam legem. Item Exod. 12. legitur: Residuum igne comburetis: ergo non omnia Scripturæ mysteria agnoscere possumus. Sed ibidem: Non remanebit ex eo quicquam vsque mane. Glossa, id est, indicibile vsque mane resurrectionis. Ex his duabus auctoritatibus videtur, quod sciuit super communem statum sanctorum omnes Scripturas intelligere. Et cum inconueniens sit ponere, quod aliquid à Spiritu sancto sit dictum, quod à nullo sit intellectum, iuxta illud Isa. 55. Sicut imber descendit de cælo & inebriat terram, ita etiam verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum. Ex hoc autem concluditur, quod perfecta cognitio omnium Scripturarum secundum intellectum ipsius Spiritus sancti loquentis per Scripturas, pertinet ad statum qui est super communem statum viatoris: hic autem est status beatissimæ Virginis: & sic theologiam sciuit improporcionabiliter vniuersis.

QVÆSTIO CX.

POST HÆC queritur de materia libri sententiarum. Materia enim primi libri ad duo reducitur, ad materiam de Trinitate, & ad materiam de prædestinatione & potentia Dei & voluntate: sed de hac materia plurimum sciuit, quæ potentiam Dei & bonitatem in summo experta fuit in se. Secundum liber est de Angelis & de operibus sex dierum & de statu hominis: sed hæc omnia sciuit perfectissime beata Virgo: ergo secundum librum sententiarum sciuit in summo. In tertio agitur de incarnatione verbi & virtutibus: sed in summo illam sciuit, quæ incarnationem per experientiam cognouit, & virtutes in summo in se nouit. In quarto legitur de sacramentalibus gratiis & resurrectione: gratias sacramentalis in summo habuit, vt patuit in superioribus: corpus etiam habuit post corpus Dei simillimum corporibus resurrectionis quæ sunt immunia à culpa & à pena, corpora aliorum sanctorum in via sunt obnoxia culpæ & pænæ: & inter hæc fuit corpus beatissimæ Virginis medium, existens in pena & à culpa immune: & ita habuit corpus simillimum corporibus resurrectionis, & ita maxime cognouit naturam corporum resurrectionis. Ex his igitur patet, quod beatissima Virgo Bibliam & sententias in summo habuit.



QVÆSTIO CXI.

VLTIMO queritur, vtrum sciuerit omnia? Et videtur, quod sic. Ioan. 16. Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem: ergo creatam & increatam. Sed si dicitur, quod non intelligatur de omni veritate simpliciter & vniuersaliter, hoc non potest dici: quia quod Scriptura promittit, vniuersaliter promittit: quare glossaretur particulariter, tum beneficia principum sunt largissime interpretanda? Item intellectus est pure naturaliter cognoscitiuus omnium: ergo habebit proprie cognoscibile oppositum: sed constat, quod non est restrictus ad cognoscendum aliqua, ita quod aliqua & non alia: ergo naturaliter omnia cognoscit: & videtur, quod sit Deus eius oppositum: ergo anima beatissimæ Virginis potuit scire omnia diuina. Item, Omnia laudant Deum & sunt homini materia laudis diuinæ: ergo homo tenetur in omnibus & de omnibus Deum laudare: ergo omnia tenetur anima cognoscere. Item, Omnia facta sunt propter hominem: ergo homo tenetur de omnibus gratias agere: ergo omnia cognoscit. Item, Scire omnia est quoddam bonum. Aut igitur anima beatissimæ Virginis fuit capax illius boni, aut non. Si sic: ergo summè bonus hoc ei communicauit. Si non, queritur quod sit id quod beatissima Virgo non potuit scire, & cuius non fuerit capax per modum viæ, nec erit assignare. Item, Inter scire quædam ex parte, & scire omnia perfectè, est medium, scire omnia per modum viæ. Primum pertinet ad communem statum in via, secundum pertinet ad comprehensores in patria: ergo medium pertinebit ad statum medium: hic est status beatissimæ Virginis: ergo beatissima Virgo sciuit omnia per modum viæ. Item Christus sciuit omnia per modum patriæ, Apostoli per modum viæ: ergo beatissima Virgo quæ fuit media, sciuit omnia per modum viæ. Item, Sicut persona ad personam, ita scientia ad scientiam, & gratia ad gratiam: sed post personam Filij Dei non potest esse persona dignior & similior ei quam persona matris Dei: ergo sicut persona immediatè se habet ad personam, ita gratia ad gratiam, & scientia ad scientiam: sed ad scire omnia per modum patriæ immediatè est scire omnia per modum viæ: sed Christus sciuit omnia per modum patriæ: ergo beatissima Virgo sciuit omnia per modum viæ. Item, Anima Christi sciuit omnia quæ Deus, nec tamen æqualis est ei in scientia per modum sciendi: sed sicut animam Christi immediatè se habet ad Deum, ita anima beatissimæ Virginis ad animam Christi: ergo anima beatissimæ Virginis sciuit omnia quæ anima Christi, sed imperfectiori modo.

SED CONTRA: Sancti in patria nihil sciunt nisi ad beatitudinem pertinentia: ergo sancti viæ tantum pertinentia ad beatitudinem viæ sciunt.

1 Item, Scire omnia per modum viæ aut esset scientia tantum secundum habitum, quæ non exit in actum, & sic est frustra: aut secundum actum, & sic esset scientia diuersa viatoris

viatoris circa huiusmodi particulares creaturas, & esset eleuationis & coniunctionis mentis cum Deo impeditiua: ergo nocua. Sed contra illud videtur esse, quod in Angelis est duplex scientia, scilicet vespertina & matutina, & vnæ non est impeditiua alterius. Sed hoc non est simile ad propositum: quia comprehensores vident omnia vno intuitu, sed non viatores.

3 Item, In patria euacuabitur omne impertinens ad gloriam: ergo in beatitudine viæ euacuabitur omne impertinens ad gratiam.

Item queritur, vtrum beatissima Virgo habuit cognitionem vespertinam & matutinam?

Responsio ad quaestiones 95. 96. &c. de scientia.

AD SOLVTIONEM horum notandum est, quod beatissima Virgo in cognitione sua plura habuit privilegia. Primum est perfecta cognitio Trinitatis Dei sine medio, quam habuit in via per specialissimam gratiam. Secundum est perfecta cognitio mysticij incarnationis: & hanc habuit per gratiam & singularem experientiam. Tertium est cognitio suæ prædestinationis, quam habuit per reuelationem & causam. Quartum est animæ suæ & spirituum per proprias species cognitio, quam habuit dispositiue per naturam, completiue per gratiam: & per hanc vidit Angelos & animas & demones. Quintum est perfecta cognitio omnium ad statum viæ pertinentium, quam habuit per gratiam infusionem & inspirationem: & hæc comprehendit perfectam cognitionem Scripturarum, operandorum, & contemplandorum. Sextum est cognitio omnium circa se futurorum, quam habuit per reuelationem & in speculo lectionum. Septimum est omnium ad statum patriæ pertinentium cognitio, quam habuit per contemplationis reuelationem. Octauum est omnium creaturarum cognitio, quam habuit per naturam & gratiam & contemplationem. Nonum est, quod habuit vespertinam & matutinam cognitionem, matutinam per gratiam, vespertinam per naturam & per gratiam. Decimum est conclusio ex prædictis omnibus, quod nullus p. priè habuit ignorantiam. Vnde ad obiecta soluentes dicimus, quod beata Virgo sufficienter perfecta fuit per habitum nature & gratiæ in operationes extrinsecas, & sine consequi cuiuslibet scientiæ: & hæc scientia exit in actum & operationem, quando, vbi, qualiter, & quantum ordinabatur sibi in beatitudinem & aliis in salutem. Habuit etiam perfectam cognitionem omnium ad statum beatitudinem secundum statum viæ pertinentium, & nulloniam inutilium & ad gratiam impertinentium: vnde ipsius anima beatissima nulla habuit in se inutilia vel impertinentia, sed per totum gratiæ fuit plena: vnde omnia quæ fuerunt in ipsius anima, vel naturalia, vel acquisita, sic erant gratiæ informata vel cum gratia coniuncta, vt omnia essent gratuita: vnde omnis scientia eius gratuita, omnis dilectio gratuita, omnis operatio gratuita, vt sine

omni restrictione largissima & verissima interpretatione esset omnis gratia plena. Ex his patet solutio ad obiecta.

QVÆSTIO CXII.

EQUITUR: Alteri fides 1. Cor. 12. Glossa: Constantia fidei vel sermo fidei. Quod autem beatissima Virgo plus habuit de fide sic sumpta, sic probatur: quia eius fides nunquam defecit nec fuit intercepta: aliorum constantia fuit deficiens & intercepta: ergo ipsa vicit omnes in fidei constantia. Vnde illud solet exponi de ea Eccl. 1. Generatio præterit, generatio aduenit: terra vero in æternum stat.

2 Item, Aliorum fides amissibilis fuit: ipsius inamissibilis: ergo eius fidei constantia fuit aliorum improporcionabilis.

3 Item, Latera ciuitatis sunt æqualia, sicut dicitur in Apocal. 21. sed charitas omnino improporcionabilis fuit aliorum charitati: ergo & fides fidei.

4 Item 1. Cor. 13. Charitas omnia credit. Item Marc. 9. Omnia possibilia sunt credenti. Sed ex eius fide secutus est effectus improporcionabilis fidei aliorum.

5 Item Marc. 11. & Matth. 17. Si habueritis fidem vt granum sinapis, & dixeritis monti huic, Tolle te & mitte in mare, obediet vobis: sed ad ipsius dictum quando dixit Luc. 1. Fiat mihi secundum verbum tuum, summus montium tulit se & misit se in mare amarum, id est, Mariam: ergo eius fides habuit maximum effectum: ergo maior fuit aliorum.

6 Item, Abraham ponitur in exemplum maximæ fidei: quia in spem contra spem credidit Rom. 4. scilicet, quod credidit seni de vetula filium nasciturum. Sed beata Virgo credidit de se Virgine nasciturum Deum: ergo ipsa improporcionabiliter superauit Abraham in fide: ergo & omnes alios: quidquid enim superius est superiore, superius est & inferiore.

7 Item Gregorius: Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum: sed illud creditum maxime fuit super rationem & experimentum: ergo habuit maximum meritum & maximum fidei habitum & actum. Ex his omnibus manifestum est, quod beata Virgo imperatrix omnium in constantia fidei superat omnes viatores.

QVÆSTIO CXIII.

EQUITUR: Alij gratia sanitarum. Glossa: Curandi infirmos. Quod autem hæc maxime fuerit in beata Virgine, patet: ipsa enim totum hominem sanum fecit in anima & corpore. Altissimus enim de terra creauit medicinam. Eccl. 38. Illam, inquam, medicinam de qua dicitur Eccl. 43. Medicina omnium in festinatione nebulae, id est, caro Christi, de terra quidem nata, sed nullo pondere prægrauata.

prægrauata, ultra puritatem Angelorum exaltata, subito Spiritu sancto operante formata & lineamentata.

2 Item Eccli. 34. Ego quasi fluuius dorix, quod est medicamentum generationis, egressus de paradiso Dei mei, id est, de beata Virgine, quæ fuit paradisi voluptatis à principio, in quo posuit Deus hominem, id est, Christum quem formauerat.

3 Item, Nullus morbus fuit ei incurabilis: ergo vicit omnes in gratia sanitatis.

4 Item, Etiam post mortem curat morbos & mortem fugat.

5 Item, Quos curat, sanat ad immortalitatem: ergo superauit omnes in gratia sanitatis. Sic igitur patet qualiter beatissima Virgo habet gratiam sanitatis in summo.

QVÆSTIO CXIV.

EQVITVR: Alij operatio virtutum.

Glossa: Operatio miraculorum contra naturam. Quod autem habuerit in summo hanc beata Virgo, patet ex eo quod omnium miraculorum miraculosissimum & beatissimum est illud quod eius fide media constat esse factum, scilicet quod Deus homo, mater virgo. Vnde Isa. vi. Quis vnquam audiuit tale? Jerem. 31. Creauit Dominus nouum super terram: femina circumdabit virum. Ergo ipsa habuit gratiam miracula faciendi in summo.

2 Item, Miraculum est arduum & insolitum super facultatem consistens admittentis: hoc autem totum fuit hic in summo.

3 Item, Alij fecerunt miracula præter naturam, vel contra naturam, sed ipsius fide factum est miraculum super naturam: ergo patet qualiter excellit omnes in opere virtutum.

QVÆSTIO CXV.

EQVITVR: Alij prophetia. **Glossa**: Prædicere futura. Quod autem hanc habuit in summo Virgo beata, videtur quod sic: quia prophetia est diuina inspiratio: ergo ubi inproportionabiliter Spiritus sancti præsentia est & gratia & inhabitatio, ibi inproportionabiliter inspiratio & prophetia: hæc autem fuit in beatissima Virgine, iuxta illud Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, &c. ergo in summo ipsa habuit spiritum prophetiz.

2 Item, Spiritus sanctus in animas sanctas se transfert, & amicos Dei & prophetas constituit, sicut dicitur Sap. 7. Vbi igitur inproportionabiliter translatio, ibi inproportionabilis prophetia & amicitia: hoc autem totum fuit in sanctissima anima Domine omnium creaturarum: ergo habuit prophetiam in summo.

3 Item Matth. 11. Lex & prophetæ usque ad Ioannem. Et ille fuit propheta & plusquam propheta: quia solem digito demonstrauit: sed inproportionabiliter plus est solem generare & nobis dare, quam demonstrare: ergo si pro-

pter demonstrationem Ioannes dictus est propheta & plusquam propheta, multo fortius beata Virgo propter generationem prophetis dicetur.

4 Item Isa. 8. Accessi ad prophetissam. **Glossa**: Virginem Mariam: dicitur enim ipsa propter excellentiam prophetis: ergo ipsa excellit in prophetia.

5 Item, Si Caiphas eo quod esset Pontifex illius anni prophetizauit. Ioan. 11. Ergo inproportionabiliter beata Virgo omnium regina imperatrix in æternum, super omnes gratiam prophetiz debet habere.

6 Item, Quod hanc gratiam habuerit, per effectum demonstrat: quando conscia secretorum & præscia futurorum ministrarum dixit: Quicumque dixerit vobis facite Ioan. 2. vt præuidens spiritu prophetiz, quod filius eius aquam in vinum voluit conuerrere.

QVÆSTIO CXVI.

EQVITVR: Alij discretio spirituum.

Glossa: Vt discernant quo spiritu fiant. Quod autem hanc habuerit in summo beatissima Virgo, probatur hoc modo 1. Cor. 2. Spiritus homo omnia iudicat: sed ipsa inproportionabiliter aliis spiritualis fuit: ergo ipsa inproportionabiliter aliis omnia iudicauit: ergo super omnes discretionem spirituum habuit.

2 Item, Paulus non ignorauit auituriam sapientum, sicut dicitur 1. Cor. 3. Et ecce plusquam Paulus.

3 Item, In vitis patrum: Quis euitabit hos laqueos? Responsum est, sola humilitas: sed ipsa inproportionabiliter omnibus fuit humilis: ergo inproportionabiliter fuit indeceterabilis vniuersis.

4 Item, Nunquam fuit decepta.

5 Item, Proprium est spiritus nequam tentare de superbia: ipsa autem summè fuit humilis: ergo à spiritu superbie maximè fuit inuincibilis. Sic patet, quod discretio spirituum in summo fuerit in beatissima Virgine.

QVÆSTIO CXVII.

EQVITVR: Genera linguarum. Quod autem hanc gratiam non habuerit in summo, videri potest. Linguæ enim in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. 1. Cor. 14. Sed ipsa fidelissima fuit: ergo donum linguarum non debuit habere.

2 Item, Ipsa non debuit prædicare: ergo non debuit donum linguarum habere. Item **Glossa** ibidem, Vt euntes per mundum intelligant linguas hominum: sed ipsa non debuit sic ire per mundum; ergo non debuit habere donum linguarum.

SED CONTRA: Ipsa est aduocata omnium: ergo debet scire linguas singulorum.

2 Item Act. 2. Seditque supra singulos eorum Spiritus sanctus: sed ipsa fuit cum eis quando apparuerunt disperisæ linguæ tanquam ignis:

igni: ergo accepit donum linguarum cum ipsis.

3 Item, Cum diuersis hominibus conuersabatur: ergo indiguit dono linguarum.

4 Item, A nullo illustrium vincitur in aliquo: ergo habuit donum istud omnibus aliis excellentius.

QVÆSTIO CXVIII.

EQVITVR. Alij interpretatio sermonum. **Glossa**: Exponere Scripturas. Sed quod hanc in summo habuit beata Virgo, patet ex determinatis ubi probatum est, quod omnes Scripturas intellexit.

2 Item, Non est verbum quod Dominus non reuelauit seruis suis, sicut testatur Amos 3. Ergo multo plus matri. Cætera vt supra. Sic igitur manifestum est, quod beata Virgo omnium gratiarum gratis datarum perfectionem in summo possedit, etiam hunc gratiarum nouenarium.

QVÆSTIO CXIX.

CONSEQUENTER queritur de illis gratis quæ ponuntur Ephel. 4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos. Et videtur primo, quod non conueniat beatissimæ Virgini, quod sit Apostola: hoc enim opus est ministeriale: vnde ibidem subiungitur, In opus ministerij: sed ministerium non cadit in operationes omnium: ergo nec apostolatus.

2 Item, Super illud Dionysij, Hierarchia est ordo diuinus, scientia, & actio, dicit Commentator, quod officium sine actione negligentia est: sed beatissima Virgo non exercuit actum prædicationis: ergo nec debuit habere officium.

3 Item Luc. 6. Duodecim elegit, & illos vocauit Apostolos: ergo beatissimæ Virgini non conuenit donum apostolatus.

CONTRA: Ioannes de se dixit Ioan. 1. Ego vox clamantis, &c. Quasi dicitur: Non prædico tantum voce oris, sed ego ipse totus sum vox, ita quod omnia mea, vita, victus, vestitus, locus prædicant penitentiam: sed sicut omnia Ioannis prædicant penitentiam, ita omnia beate Mariæ Virginis prædicant innocentiæ. Si igitur Ioannes habet gratiam & donum prædicationis, quasi vox clamantis in deserto: ergo multo fortius beata Virgo habet donum apostolatus: ergo est vox clamantis in celo.

2 Item, Proprietas Apostolorum est, quod sunt lux mundi: sed beatissima Virgo in summo illuminauit mundum: ergo prædicationis in summo exercuit officium.

3 Item, Officium Apostolorum vel prædicatorum est reconciliare peccatores: sed hoc conuenit beate Virgini in summo: ergo habuit in summo apostolatus.

4 Item, Dominus dicit Ioan. 7. Mea doctrina non est mea, illi attribuit à quo habuit essentiam: sed dicit habere naturam diuinam à Patre, ita habuit humanam naturam à matre:

ergo sicut sua doctrina in quantum Deus fuit à Patre, ita doctrina sua in quantum fuit homo, fuit à matre: ergo mater omnia quæ Filii docuit, prædicauit nobis.

5 Item Ioan. 16. Non enim loquetur à semetipso, dicit Dominus de Spiritu sancto: ergo sicut Spiritus loquitur ab illo à quo est, ita Filius loquetur à matre in quantum homo est. Cætera vt supra in aureola prædicatorum.

QVÆSTIO CXX.

EQVITVR: Alios Prophetas. **Glossa**: Scripturas explanatores: sed ipsa est totius legis: ergo in summo est propheta vel prophetis.

2 Item, Ioannes dicitur propheta & plusquam propheta, quia Deum digito demonstrauit: ipsa autem eum genuit, & sic seipsam matrem & virginem de monstrauit corpore, & sic ipsum Filium virginis in prophetis & scripturis promissum corpore & opere demonstrauit, & sic summa prophetis fuit.

3 Item, Quod lexus non repugnat, patet: quia in Nouo & in Veteri Testamento prophetis fuerunt. Vnde Luc. 2. Anna prophetis commemoratur. In Act. Apostolorum 21. Philippus qui filias habuit quæ prophetabant. Cætera verò vt supra de prophetia.

QVÆSTIO CXXI.

EQVITVR: Alios verò Euangelistas. **Glossa** Luc. 11. Maria autem conseruabat, &c. Vt cum tempus prædicande vel describende incarnationis adueniret, sufficienter omnia prout essent gesta, posset explicare. Cætera vt supra de aureola prædicatorum.

QVÆSTIO CXXII.

EQVITVR: Alios Pastores. Qualiter hoc donum habuit beatissima Virgo, quæ in tractatu de sacramento ordinis, & qualiter nos parit, in tractatu de beatitudinibus in gradibus paupertatis. Sic igitur habuit etiam beatissima Virgo hunc quaternarium gratiarum.

Responsio ad quæstiones de gratis datis.

EX HIS manifestum est, quod beatissima Dominus habuerit vniuersam gratiarum gratiarum & gratis datarum, quod omnifacit credendum esse verum.

Solutio obiectionum.

AD SOLUTIONEM obiectionum in contrarium, dicimus taliter distinguendo, quod

quod donatum gratis datorum & non gratum faciendum; quædam in ministerium dantur & non in proprium profectum, ut prophetia Balaam & Caiphæ: quædam in proprium profectum sui & non aliorum, ut dona instructionis beatissimæ Dominæ. Et talium quædam dantur ad perficiendam indigentiam, quædam ad decorandam potentiam, & quædam ad nobilitandam creaturam & honorandam personam. Et sic habuit beatissima Virgo huiusmodi dona non ad ministerium, sed ad decorationis cumulûm, ad perfectionis & delectationis augmentum, in materiam laudis & honoris incrementum & omnium bonorum spiritualium complementum.

QVÆSTIO CXXIII.

Dicto qualiter beatissima Virgo habuit omnes gratias communes, sequitur videre qualiter habuerit speciales, quas in aliis sanctis est reperire. Talium autem quædam sunt quæ pertinent ad generationem siue vitæ ingressum, quædam ad conversationem, quædam autem ad mortem. Circa generationem inveniuntur quinque quæ sunt præfiguratio, prophetizatio, annuntiatio, miraculosa conceptio, in vtero sanctificatio.

Primò igitur, quòd qualiter beatissima Virgo multifaciè præfigurata fuerit, sic erit manifestum Num. 17. Invenit igitur Moyses virgam Aaron. Glossa: Mariam quæ sine virili semine genuit Verbum. Ecce qualiter in textu cum Glossa sequitur, quòd illa virga fuerit figura Virginis gloriosæ.

Item Exod. 3. Rubus ardebat, & non comburebatur. Quod hoc fuerit figura beatissimæ Virginis, probat Ecclesia non disputando, sed cantando & determinando: Rubum quem viderat Moyses incombustum, &c.

Item Luc. 1. Et nomen eius Elizabeth. Glossa: Elizabeth, Dei mei saturitas, & Mariam significat, quæ Deo plena fuit.

Item, Si annuntiatio & conceptio Isaac signat conceptionem Christi: ergo & Sara signat Mariam. Ex his patet, quòd beatissima Virgo fuit præfigurata.

Qualiter autem & quibus figuris, multifariam multisque modis patet, videlicet in creatis, in factis, in visis, & coniugatis.

In creatis Genes. 1. In principio creavit Deus cælum & terram id est, beatam Virginem, quæ cælum & terra fuit, id est, cælestem & terrestrem simul duxit vitam, id est, angelicam & humanam habuit conversationem. Item cælum & terra fuit: quia simul & altissima dignitate & infima humilitate. Item cælum & terra fuit: quia purissima virginitate & fecundissima maternitate. Virgo & mater simul fuit: ergo, &c. Item hac prima die facta est nebula, de qua postea factus est sol. Quid autem est nebula materia corporis solaris, nisi beata Virgo mater, & materia corporis Salvatoris? In secundo die positum est firmamentum in medio aquarum, quod habes duas stellas in sui ornatum, & diuidit aquas ab aquis,

nisi beatissima Virgo quæ habet stellas 12. id est, coronam 12. stellarum, id est, omnium sanctorum in capite suo positam in medio aquarum, id est, sanctorum viæ & sanctorum patriæ, diuisa prius ab utrisque existens supra communem statum viæ & infra statum patriæ, communicans cum utrisque, habens cum superioribus virtutum perfectionem, cum inferioribus merendi conditionem. Item cum superioribus securitatem contra casum, in inferioribus possibilitatem ad meritum. Item cum superioribus exultationem, cum inferioribus cordis compassionem. Tertia die opus est congregatio aquarum in vnum locum; id est, in virginalem vterum congregatum omnium gratiarum, sed in hoc est differentia, quòd congregatio gratiarum vocatur Maria, media correpta, congregatio gratiarum appellatur Maria, media producta. Illa congregatio aquarum brevis est & transitoria, iuxta illud Apoc. 21. Et mare iam non est. Hac autem est perpetua, iuxta illud. Luc. 10. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Quarto die fecit Deus duo luminaria magna, maius ut præfesset diei, minus ut præfesset nocti, solem scilicet & lunam. Quid autem per lunam nisi Virgo beatissima luci conformissima & diuina claritate plena figuratur? Luna: ut legitur in sententiis, facta est propter diei & noctis vicissitudinem, propter noctis declarationem, propter operantium in nocte consolationem, & quia quædam animalia sunt quæ lucem diei ferre non possunt. Hac autem omnia operatur Virgo lucidissima. Est enim quies laborantium, quies & decus mortalium, solatium operantium, vmbraculum infirmorum, refrigerans misericordiam vmbra quos reuerberat sol radiis iustitiæ. Quintæ diei opus est formatio auium & piscium. Et quid sunt aues & pisces, nisi beata Virgo, quæ ut piscis natat in mari tribulationum, & ut auis volauit super pennas ventorum in cælo contemplationis? Sextæ diei opus est formatio hominis, & posicio in paradiso voluptatis. Quid autem est paradisos voluptatis, nisi beatissima Virgo, in qua Deus Pater posuit hominem, id est, Christum in die conceptionis? Sic igitur beatissima Virgo in omnibus operibus sex dierum est expressissime figurata.

Non tantum in creatis, sed etiam in factis est præfigurata, ut patet in arca Noë, in iride, in tabernaculo Moysi, in arca testamenti, in candelabro, in propitiatorio, in templo, in throno Salomonis, in ostio, in domo Salomonis, & in multis aliis.

Similiter in visis & imaginatis inuenitur figurata, ut est rubus Moysi Exod. 3. Sedes sapientina super firmamentum Ezech. 1. Mons de quo pretiosus lapis est abscessus sine manibus Daniel. 2. In arbore ringente cæcum Dan. 4. In porta clausi Ezech. 44. In vellere Gedeonis Iudic. 6. In fetore paruo qui creauit in sinum matris Ezech. 10. In porta templi speciosa Act. 3. In muliere amicta sole Apoc. 12. Similiter & in coniugatis Rebecca, & Kachele, in Iudith vidua, & in Esther coniugata, in Sara sterili, & in Elizabeth matre Ioannis Baptistæ. Ex his omnibus sufficienter

cienter manifestum est, quòd beatissima Virgo in creatis, & factis, visis, & coniugatis est multipliciter figurata.

QVÆSTIO CXXIV.

OST HÆC videtur, quòd fuerit propheta. Illa. 11. Egre dietur virga de radice Ierem. Glossa: Virgo Maria. Vel alia Glossa: Virgam & florem Iudei Christum summi interpretantur: quia in virga regnantis potentia, in flore pulchritudo. Nos vero per virgam Mariam intelligimus, cui nullus fructus peccati adhaesit. Vel alia Glossa: Egre dietur virga. Glossa: Prophetia de natiuitate, ut nota Ecclesia cantat, Virgo Dei genitrix virga est, flos filius eius. Item Num. 24. Orietur stella ex Iacob. Item Illa. 4. Firmus terra sublimis. Glossa: Virginis Mariz. Item Illa. 8. Accessi ad prophetissam. Glossa: Virginem Mariam. Ex his patet, quòd natiuitas beatæ Virginis est multipliciter prophetata.

QVÆSTIO CXXV.

OST HÆC probatur, quòd fuerit annuntiata, hoc modo: Ioannes fuit annuntiatus & alij sancti minores, ut Isaac & Samson: ergo & beatissima Virgo debuit annuntiari.

Item, Apropinquante lucifero annuntiatur aurora: sed Ioannes fuit lucifer & fuit annuntiatus: beatissima autem Virgo aurora: ergo potius debuit annuntiari.

Item, Laborantibus maxime debuit annuntiari ortus auroræ, iuxta illud Gen. 32. Dimitte me: iam enim ascendit aurora. Ergo nobis debuit maxime annuntiari ortus consurgentis auroræ, quæ quando furit, nos secum surgere fecit, & ad surgendum excitauit.

Item, Dam. Ioachim ergo venerandam & dignam laude Annam in matrimonium duxit. Sed quemadmodum vetus Anna sterilis facta per votum & reponitionem habuit Samuel, ita & hæc per supplicationem & reponitionem à Deo Deiparam profert, ut & in hoc à nullo illustrium vincatur. Ecce expressè patet, quòd beata Virgo fuit annuntiata.

QVÆSTIO CXXVI.

OST HÆC probatur, quòd erat miraculose concepta: quia si à nullo illustrium vincitur, & minus illustres sunt miraculose concepti: ergo & ipsa.

Item, Dicit Dam. quòd per supplicationem & reponitionem fuit nata: ergo supernaturaliter.

Item, Signatum perfectum est signo: sed figuræ beatissimæ Virginis fiebant diuina voluntate per se operante & non humana: ergo

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

beata Virgo exiit in esse, natura superiori agente contra inferiorem: ergo supernaturalis fuit eius conceptio.

QVÆSTIO CXXVII.

OST HÆC probatur, quòd fuerit in vtero sanctificata, hoc modo: Ecclesia celebrando festinat eius natiuitatem: ergo fuit sancta quando fuit nata: ergo fuit sanctificata in vtero.

Item, Ioannes fuit sanctificatus in vtero: ergo & beata Virgo. Prima patet Luc. 2. Et Spiritu sancto replebitur adhuc in vtero matris suæ. Item Ieremias fuit sanctificatus in vtero. Ergo & beatissima Virgo. Prima patet Ierem. 1. Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificauit te.

Item, Omnis sanctificatus in vtero, ordinatur ad sanctum in vtero: ergo quod immediatiorem & propinquiorem relationem habet ad sanctum in vtero, illud potissimum debet sanctificari in vtero: sed non potuit immediatiore esse reuelatio eius quod vniebatur verbo ad aliquid aliud quam ad illud vnde sumebatur illud sanctum quod vniebatur: hoc potissimum fuit beata Virgo: ergo potissimum fuit & debuit in vtero sanctificari.

Item, Ieremias dicitur in vtero sanctificatus propter expressiorem prophetiam de sancto in vtero. Item Ioannes in vtero sanctificatus propter digiti demonstrationem. Ergo multò fortius beatissima Virgo propter ipsius conceptionem & generationem.

Item, Dicit Anselmus: Ea puritate beata Virgo nitetur, qua maior sub cælo nequit intelligi. Sed puritas Dei hominis est peccatum originale, nec habere nec vnquam habuisse: maior quidem post illam est originale habuisse, sed statim & ab illo omnino mundatum esse: ergo beata Virgo debuit quidem in originali concipi, sed statim ab illo mundari: ergo debuit in vtero sanctificari.

Item Bernard. ad Canonicos Lugdunenses: Ego puto, quòd & copiosior sanctificationis benedictio in ipsam descenderit, quæ non solum ipsius sanctificaret ortum, sed etiam vitam ab omni deinceps peccato custodiret immunem, quod alteri nemini in natis mulierum creditur esse donatum, &c. ut supra. Ex vltima auctoritate manifestum est, quòd beatissima Virgo in vtero sanctificata fuit. Quod autem eius sanctificatio omnes excellit, in hoc notatur, quòd alij post talem sanctificationem ad minus venialiter peccauerunt; vnde dicitur de Ioanne

Antra deserti teneris sub annis, Cumam turmas fugiens, peris, Ne lens saltum maculare vitam Fugisse possis.

Ipsa autem ita sanctificata fuit, quòd peccare non potuit, ut infra inter privilegia patebit. Sic igitur manifestum est qualiter beatissima Virgo fuit præfigurata, & prophetata, & annuntiata, & miraculose concepta, & in vtero sanctificata

H sanctificata

sanctificata : & sic constat eam omnes speciales gratias habuisse , quas contingit omnium sanctorum decorare .

QVÆSTIO CXXVIII.

OSTENDENDUM est de specialibus gratiis quæ circumstant conuersationem : quæ specialitas gratiæ innuitur quoties aliquis sanctorum specialiter à Deo diligitur vel amicus Dei appellatur . Verbi gratia , in Veteri Testamento dicitur Dominus specialiter amare Abraham , & hoc propter fidem , iuxta illud Gen. 15 . Credidit Abraham Deo , & reputatum est illi ad iustitiam : & amicus Dei appellatus est . Sic enim Deus loquebatur cum eo . Item Moyses propter mansuetudinem , quia mississimus fuit hominum qui fuerunt in terra , amicus Dei appellatus est , eum quo loquebatur facie ad faciem sicut solet homo loqui amico suo Exod. 33 . Item David propter humilitatem : inuenit enim virum secundum cor suum Dominus . 1. Reg. 13 . Item in Nouo Testamento Ioannes Euangelista propter virginitatem , quem scilicet specialis prerogatiua castitatis speciali dilectione fecerat dignum , & erat discipulus quem diligebat Iesus . Ioan. 21 . Item legitur eodem Ioan. 11 . quod Dominus diligebat Mariam & Martham & Lazarum : & constat , quod hoc fuit propter hospitalitatem per quam ipsi & alij quidam placuerunt Deo . Item Nicolaus propter misericordiam appellatus est amicus Dei . Sed hæc dona excellentissimè fuerunt in beata Virgine . Si enim dilexit Dominus Abraham propter fidem qua credidit de vetula & vetulo filium nasciturum , vel qua credidit filium moriturum & resurrecturum , multò fortius diligebat beatam Virginem propter fidem qua credidit se Virginem Dei parituram & Virginem permanentem . Item si dilexit Moysen propter mansuetudinem , & hæc dilexit , quia est Virgo singularis inter omnes mitis . Item si dilexit David propter humilitatem , hæc etiam dilexit , quia , vt dicit Augustinus , nunquam exaltata super choros Angelorum fuisse , nisi fuisse humillima omnium hominum . Item si dilexit Ioannem propter virginitatem : & ecce plus Ioanne : hæc enim Virgo virginum : hoc autem Ioannes non fuit . Item si Mariam Martham & Lazarum propter hospitalitatem dilexit , hæc ipsum in vtero suo hospitauit , carne vestiuit , lacte cibauit : quod Martha non fecit . Item si Nicolaum propter misericordiam dilexit : & hæc , quia regina misericordie . Ex his omnibus manifestum est , quod omnes speciales gratiæ quas circa conuersationem aliorum sanctorum est reperite , in nostra gratiosissima Virgine superant & eminent manifestè .

QVÆSTIO CXXIX.

OSTENDENDUM quæritur de gratiis specialibus circa mortem , quæ videntur etiam

esse quinque , scilicet mortem præscire , morituram inuitare , mori sine dolore , statim exorare , in anima & corpore statim resurgere .

Ad primum , scilicet quod mortem suam præscierit , videtur à minori . De sancto Martino legitur & cantatur : Beatus Martinus longè ante obitum suum præsciuit . Item , Beatus Petrus sciuit , quod breuis esset dispositio tabernaculi sui . 1. Pet. 1 . Item , Ioannes sciuit superuenisse diem mortis suæ . Cum igitur omnes isti præsciuerunt diem mortis suæ , ergo & beata Virgo omnium aliorum Domina præsciuit .

2. Item Proverb. 13 . Spes quæ differtur , affligit animam . Si igitur tempus præscitum & determinatum , & præscientia poenæ auferendæ lætificat , & incertitudo anxietatem generat , ergo ad beatitudinem viæ pertinet præscire mortem determinatam . Sic igitur patet , quod beatissima Virgo habuit primam gratiam quæ circumstat mortem .

3. Item ad hoc idem : Omnis homo mortem suam vellet præscire libenter : ergo & ipsa : sed quidquid voluit scire , fuit ei reuelatum nisi aliqua ratio hoc impediret : sed illud nulla ratio impediuit : ergo ei reuelauit .

4. Item , Quæ est ratio quare aliquibus reuelatur , aliquibus non ? Si dignitas , & ipsa dignissima . Si charitas , & ipsa charissima . Si desiderium , iuxta illud Dan. 9 . Qui fuit vir desideriorum , & ipsa cupiebat summè dissolui & esse cum Christo . Quæcumque igitur causa assignari potest , in beatissima Virgine excellentior fuit quam in aliis : ergo sibi potius debuit reuelari quam aliis .

5. Item , Inter præscire transiit & operari , & inter nec præscire nec operari , medium est præscire & non operari : primum conuenit Christo , secundum aliis viatoribus : ergo medium conuenit beatissimæ Virgini quæ habet statum medium .

QVÆSTIO CXXX.

OSTENDENDUM quæritur de inuitatione & deductione . Quod autem Dominus matrem suam inuitatam deduxerit , videtur per locum à minori : quia Dominus apparuit charo suo Ioanni , & dixit , Dilecte mi veni , &c . Si hoc fecit Christus Ioanni , ergo potius matri . Item si Ioanni quia charus , ergo potius matri quæ in infinitum charior fuit .

2. Item , Dicitur in 1. Par. 15 . quod David deduxit arcam in suam domum , &c . Item qualiter iusserit ante arcam , &c . ergo Christus matrem suam specialiter deduxit .

3. Item , Opus misericordie est sepelire mortuos : ergo & pater misericordiarum potissimè debuit exequiis matri interesse , & eam sepulture commendare : sed ipsius sepeliri , fuit in celo super omnes choros Angelorum assumi : ergo debuit hoc filius in persona propria & corporali præsentia facere .

QVÆSTIO

QVÆSTIO CXXXI.

OSTENDENDUM quæritur de ipsa morte , & fuerit sine dolore : & videtur primo , quod non : inuentum est sibi motus ad mortem , licet vult ad vitam : sed vult Dominus nosse inter omnes vitam suam sicut vult vitam Domini nostri Iesu Christi : ergo motus mortis sed ita dolens fuit : ergo & illa .

2. Item , Ratione ubi quare motus Domini fuit dolens : quia ubi est nobilitas natura : hinc conuenit , ubi maior est delectatio in quorum conuersione minor est delectatio , in illorum separatione maior est delectatio : cum anima Christi nobilitatis fuerit conuersione nobilissimo corpore , & in illorum conuersione maxima fuit delectatio , & in separatione maximus fuit dolor . Unde Thren. 1 . O vos omnes qui transitis per vias , &c . Sed eadem causa fuit in beatissima Virgine secundo loco in summo : Ergo in ipsius morte maximus fuit dolor post dolorem Christi .

3. Item , Inter quæcumque maior est pax , illorum delectabilior est conuersione : sed in corpore beatissimæ Virginis & in anima sua maxima pax fuit aduersione , quia spiritus aduersus carnem non concupuit , nec e-conuersio : ergo & delectabilior conuersione : ergo & maximus in separatione dolor .

IN CONTRARIUM est quod legitur in prologo super Ioannem de Ioanne , quod facta oratione positus est ad patres suos , tam extraneus à dolore mortis : quam à corruptione carnis : sed inproportionabiliter beata Virgo aliena fuit à corruptione carnis : ergo inproportionabiliter plus debuit esse aliena à dolore mortis .

2. Item Damasc. Sed ipsa beata & super naturam donorum digna effecta , dolores quos effugit patiens , illos tempore passionis sustinuit , ex matris compassionis viscerum , lacrum reparatiens : & quem Deum per natiuitatem signouit , illum et matrem in infernum videns , tanquam gladio cogitationibus decerpitur . Et hoc est , Tamen ipsius animam pertorquet gladius . Luc. 2 . Ex hac auctoritate inferitur , quod si dicitur , quia Dominus non iudicabit bis in die . & illa dolor reputatur et gladius . Ergo licet post gladium non est dolor , ita non post istum gladium debuit sustinere dolorem mortis .

3. Item , Ille gladius reputatur ei per equipollentiam pro martyrio : sed post martyrium non est dolor mortis : ergo neque post hunc gladium qui equipollens ei .

4. Item , Ratione huius doloris debuit ei aureola martyrii : ergo post hunc non est dolor mortis .

5. Item , Moyses propter abstractionem spiritus locutus est dominis , & verbis inferioribus non fuit delectatus : sed delectatus fuit de sancto . Ergo si delectatio spiritus est de sancto , & tantum abstracta hic sensum passionis , & tantum & tandem interrupta : ergo maior magis abstracta .

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

licet & magis interrupta , & inproportionabiliter : magis abstracta & interrupta : sed inproportionabiliter abstracta à corpore super illud abstracti quod est secundum actum , est istud abstracti quod est secundum substantiam , & inproportionabiliter interrupta quod est ad tempus : ergo inproportionabiliter delectatio maior potest abstracta à corpore secundum substantiam & excludere omnem poenam : ergo beatissima Virgo mortua fuit per amorem sine dolore .

6. Item , Paulus . nesciuit in raptu raptum in corpore vel extra corpus . 2. Cor. 12 . ergo intentione raptus animam secundum substantiam abstracta potest .

7. Item , Maiores motus impediunt minores , & natura inclinat ad carnem & ad corpus : sed charitas inclinat à corpore ad Christum iuxta illud Philip 1 . Cupio dissolui & esse cum Christo : ergo tantum potest intendi inclinatio sursum , quod separatur & abstractur ab inclinatione deorsum : ergo charitas tantum potest sursum trahere , quod anima separatur à corpore , & sic morietur per amorem .

8. Item , Duorum dolorum maior est medicina minoris : sed anima secundum charitatem dicit esse separata à Deo , secundum naturam verò dicit diuidi à corpore : ergo ille tantum potest intendi , quod istum non contingit sentire : ergo potest mori sine dolore .

9. Item , Quidquid aptum natum est inducere languorem si continetur & intendatur , potest inducere mortem : sed amor potest inducere languorem : ergo & mortem . Minor patet Cantic. 2 . Quia amore languens . Glossa : Præ amoris iniquitate omnia temporalia fastidio . Ex his patet , quod beatissima Virgo pro amore & sine dolore mortua fuit .

An autem statim euolauerit , disputabile non est : quia nihil putabile habuit .

QVÆSTIO CXXXII.

OSTENDENDUM quæritur , si statim in anima & corpore assumpta fuerit ? Et videtur , quod non . Primo per sermonem Hieronymi : Cogita me o Paula , &c . vbi dicit : Multi nostrum dubitant .

2. Item August. Vera de eius assumptione sententia hæc esse probatur , vt secundum Apostolum sicut in corpore , sicut extra corpus , ignorantes , assumptam super Angelos : cum esse credimus . Item Hieronymus . Humanum iudicium non apponit manifestum , quod Deus voluit esse occultum .

3. Item , Quidquid non separatur à culpa nec à pena : sed omnes in Adam peccauerunt ergo omnes in suo peccato vel pro suo peccato puniri debent : sed si separatur pena Gen. 3. Paluis est in puluerem & in cinerem , &c . ergo omnes in peccato nostri corporaliter debent incinerari .

CONTRA . Gregorius in collecta : Nec opinemur mortis acerbis deprecari , quia Dominum nostrum IESUM CHRISTUM de se genitum . H 2 incarnatum .

incarnatum. Modo quero, quid appellatur nex-
us mortis: vel est bonum, vel est malum.
Non bonum: quia omnis boni capax fuit. Item
bonum non deprimit, sed eleuat. Ergo nexus
non nominat ibi aliquid boni. Si autem est
malum, aut est malum culpæ, aut malum pœnæ.
Non culpæ: quia mors non est nexus ad cul-
pam: quia post mortem non est status culpæ,
sed pœnæ. Item nihil dictum esset, quod post
mortem non posset peccare, quia esset mater
Dei, cum post mortem nullus peccet. Si au-
tem est malum pœnæ, quero quam pœnam
importat: Non gehennæ: quia ad illam non
nequit mors: quia multi moriuntur, qui non
vadunt ad gehennam. Eadem ratione nec ad
purgatorium: quia multi moriuntur, qui non
vadunt ad purgatorium. Nec etiam potest di-
cere pœnam temporalem: quia ad illam non
nequit mors, sed absoluit ab illa. Item non po-
test dicere pœnam mortis: quia beatissima Vir-
go verè mortua fuit. Ergo relinquatur, quod
non potest significare nisi incinerationem: er-
go erit sensus: Non potuit nexibus mortis de-
primi, id est, non potuit incinerari. Et nisi
statim resurrexisset, fuisset incinerata vt alia
corpora. Ergo verè surrexit.

2. Item, Quod non fuerit incinerata, in-
telligitur manifestè in figura de arca fœderis
Domini, per quam significabatur Maria, quæ
quidem arca constructa fuit de lignis feris,
quorum natura talis est, quod nunquam à ver-
mibus roduntur nec perforantur, nec in aquis
submersa vnquam putrescunt, sicut solent alia
ligna facere: ergo sine omni putrefactione sur-
rexit.

3. Hoc idem etiam & clara luce præuidens
Psalms. 131. Surge Domine in requiem tuam. Et statim subinfert:
Tu & arca sanctificationis tuæ. Quæ manifestè
dicta creduntur & in figura de Maria, cuius cor-
pus fuit arca corporis Christi: sed cœlum nulla
figura, sed solum rei veritas possidet.

4. Item Augustinus: Maria quadam speciali
prærogatiua honoratur à filio, possidens in
Christo corpus suum quod genuit: quare non
& corpus per quod genuit: Nisi obuiauerit
auctoritas nondum perspecta, verè credo quod
& per quod genuit. Item idem in eodem: Thron-
um Dei, thalamum Domini, domum atque
tabernaculum Christi dignum est ibi esse vbi
ipse est. Tam pretiosum enim thesaurum di-
gnus est cœlum seruare quam terra. Item Aug.
in eodem: Videtur lætari Maria læticia in-
narrabili, anima & corpore. Et infra: Sit
integraliter viuens, quæ omnium integram
perfectamque genuit vitam.

5. Item Dionysius de di. no. Quoniam &
apud ipsos Deo acceptos nostros hierarchas,
quando & nos, vt nosti, & ipse & multi san-
ctorum nostrorum fratrum conuenimus ad vi-
sionem corporis, vite principis, & quod
Deum susceperat. Aderat autem & frater Do-
mini Iacobus & Petrus summa & prouectissima
Theologorum summitas. Super hunc locum
Glossa Maximi vult, quod in dormitione
nostræ Domine fuerunt Apostoli & beatus
Dionysius & magister suus Ierotheus, & post
assumptionem corporis fecerunt collationem,

*Lib. de as-
sumpt. c. 6.*

Cap. 8.

Cap. 1.

& Ierotheus raptus fuit. Et sic videtur appro-
bare iste textus Dionysij cum suis Glossis illud
quod inuenitur de assumptione beate Mariæ
Virginis corporali.

6. Item Bernardus: Non decuit vt carnis
matris sine honore in terra relinqueret, qui ho-
norem parentum sub præcepti distinctione po-
suit. Item Bern. Si anima paruuli nondum nati
liquefacta est vt Maria locuta est, quid putas
quænam illa fuerit exultatio cœlestium ciuium,
qui vocem audire & faciem videre & beata
eius presentia frui meruerunt? Item Bernar.
Nec in terris locus dignior virginis vbi tem-
plo in quo filium Dei Maria suscepit, nec in
cœlis regali solio in quo Mariam Mariæ Filius
sublimauit. Item Bern. Tempus loquendi est
omni carni cum assumitur incarnati verbi ma-
ter: in cœlum: nec cessare debet à laudibus
humana mortalitas, cum hominis sola natura
super immortales spiritus existat in Virgine
Maria.

7. Item August. Tantam integritatem me-
rito incorruptibilitat, non aliqua resolutio
putredinis sequitur. Item Aug. Qui in vita præ-
ceteris illam gratia sui conceptus honorauit,
pium est credere singulari saluatione eam in
morte & speciali gratia honorasse. Item, Si
merito viuens præ omnibus dotata est gratia,
cur mortua non erit honoranda? Item idem in
eodem: Quid estimandum est de matre vbi
digna sit haberi, nisi in presentia filij? Item,
Quæcumque sunt eiusdem nature eundem lo-
cum occupant. Si igitur mater & filius sunt
eiusdem nature, necesse est vt sit cum filio
mater.

Item, Si quis diceret, quod bene posset
esse opinio & non manifesta veritas. Contra:
Dicit Bern. Sanè ibi vnusquisque in suo sensu
abundat, vbi, vel certæ rationi, aut non con-
tinnendæ auctoritati quod sentitur non obuiat.
Item Aug. ad idem, Quærendum est rati-
one quomodo dolerent veritati: siatque ipsa
veritas auctoritas, sine qua nec est, nec valet
auctoritas. Si ergo voluit seruare integrum
Mariæ virginitatis pudorem, cur non velit
incorruptam à putredinis seruare fœtore? Item
August. Si vera sunt quæ scripti, tibi gratias
ago Christe, quia de sancta Virgine matre
tua, nisi quod pium est ac dignum visum, sen-
tire non potui. Ecce testimonio ipsius Papæ
Gregorij & duorum Episcoporum, Augustini
& Dionysij, & vnus abbas Bernardi, imò ipso-
rum Apostolorum Petri & Iacobi, probatum
est beatam Virginem in corpore & anima glo-
riosisimè esse assumptam.

8. Quod & rationibus perspicuum est. In
peccato enim duo sunt, scilicet auersio à bono
incommutabili, & conuersio ad bonum com-
mutabile. Istis respondent duo in pœna: quia
anima auertit se à sua vita, incidit in neces-
sitate auersionis à corpore cuius anima est
vita: ex conuersione ad nihilum, incidit in ne-
cessitate redeundi in quasi nihilum, id est, in
paluere. Sed beatissima Virgo auersa fuit per
originale, vnde debuit mori: sed nunquam fuit
conuersa actualiter ad aliquid nihilum: ergo
non debuit incinerari.

9. Item Anselmus: Ad omne conueniens
Deo

*Serm. 1. de
assumpt.*

*Serm. 4. de
assumpt.*

*Lib. de as-
sumpt. c. 6.*

*Epist. 77. ad
magistrum
Hugo. de S.
videtur.*

*Lib. de as-
sumpt. c. 9.*

Deo cui maior ratio non repugnat, sequitur
necessarium: istud est tale: ergo istud neces-
sarium.

10. Item, A nullo illustrium vincitur: sed
dicit Euangelium Matth. 27. Multa corpora
sanctorum surrexerunt cum eo. &c. Ergo &
ipsa hoc accepit.

11. Item Dionysius dicit: Omnes proprie-
tates inferiorum habent superiores cum excel-
lencia: ergo cum illud datum est sanctis infe-
rioribus, vt dicit Euangelium, ergo & supræma
omnium in patria.

12. Item, Ecclesiæ argumentum est illud:
Ioannes sanctificatus est in vtero: ergo & beata
Virgo: sed Ecclesiæ conclusionem concedit &
celebrat eius natiuitatem: ergo hoc modo
arguo à simili: multa corpora sanctorum sur-
rexerunt: ergo & beatissima Virginis corpus
surrexit.

His rationibus & auctoritatibus & multis
aliis manifestum est, quod beatissima Dei ma-
ter in corpore & anima super choros Angelo-
rum est assumpta. Et hoc modis omnibus cre-
dimus esse verum. Satis ergo patet qualiter
beatissima Virgo habuit omnes gratias speciales
mortem circumstantes.

Solutio obiectionum.

AD ILLUD autem quod obiectum est de
Aetate morte, credimus quod mortua est
pæ amore sine dolore. Et non est etiam eadem
ratio de morte Domini: quia cum illa debuit
esse sacrificatoria in summo, conueniebat &
& oportebat, quod esset pœnalis in summo,
& etiam voluntaria in summo: vnde ita fuit
spiritu permittente carni impioptia, vt ibi
simul in summo fuerit motus naturalis & ra-
tionalis: vnde summum gaudium & summum
dolor: & vnus fuit materia alterius: quia
summè gaudebat, quod per summum dolerent
humanum genus redimebat: hic autem, scilicet
in Maria motus rationalis gratia informatus
motum naturalem sopiebat & vincebat, ita vt
cum esset charitate vulperata in summo, & in
sursum traheretur, & vinculum impediens sci-
ficet alligatum corporis dissolueretur.

Ad auctoritates quæ opponuntur ad carna-
lem assumptionem Virginis Mariæ, responde-
mus quod quatuor sunt genera impossibilitatum.
Primum est quod ex sacra Scriptura ita expresse
est determinatum, quod nec dubitatio nec opi-
nio potest circa contrarium de hoc dici. Deum
Omnia quæ iudicia sunt per legem, per Pro-
phetas, per Apostolos, & Euangelistas, iuce-
pimus & veneramus & cognoscimus, nihil ultra
requirentes. Alterum genus est oppositum ad
hoc est quod est omnino incertum & quantum
ad sententiam & auctoritatem, & hoc est im-
pliciter apocryphum: vel est incertum, scilicet
ritum ad auctoritatem, sed non quantum ad
sententiam, & hoc est apocryphum secundum
quid, & illud potest dari. Inter hæc duo
sunt duo media. Tertium genus est determinatum
quod est quod aliquid hoc est determinatum
est scriptura, nec per rationem nec
nec potest probari, nec etiam patet ex euiden-
tia sui, sed ex consequentiis Scripturarum &
D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

apparentis rationum potest & ipsum & suum
oppositum æqualiter videri & persuaderi, &
hoc proprie potest vocari opinabile, vt sunt
quædam opinioniones sanctorum, vt est illa, vtum
omnia simul sunt creata, & illa, vtum An-
geli sunt in gratuitis creati, & similia. Quar-
tum genus & secundum medium est, quod qui-
dem in Scriptura Bibliæ non est expresse deter-
minatum, nec ex euidencia sui manifestum, tem-
men ex consequentia Scripturæ & apparentia
rationum ita est probabile, quod nulla Scri-
ptura & nulla ratio habet aliud opponere in-
contrarium, & illud est pie credendum. Vnde
primum est expresse determinatum, secundum
est pie credendum, tertium opinatum, quar-
tum apocryphum. Hieronymus igitur qui fuit
interpret Bibliæ, loquitur vt interpret, nihil
volens interdicere nisi quod per Bibliam est ex-
pressum. Augustinus autem vt expositor & in-
uestigator, non tantum ponit vel supponit ea
quæ sunt principia scientiæ, sed ea quæ neces-
sario consequuntur, nulla ratione vel auctori-
tate repugnante. Et sic manifestum est qualiter
beatissima Virgo habuit gratias omnium com-
munes & speciales.

QVÆSTIO CXXXII.

ORT. HÆC queritur de suis privilegia-
tis gratiis, quas ipsa sola & nullis aliis
creatura possidet. Primo igitur queritur de
hoc privilegio quod est peccati immunitas,
vtum hoc fuerit privilegium imperatricis? Et
videtur primo, quod non, 1. Ioan. 1. Si dixerit-
mus, quia peccatum non habemus, ipsi nos se-
ducimus. Item Iob. 25. Neque infans vnus diei
est sine peccato super terram. Item Iob. 15.
Cœli non sunt mundi in conspectu eius. Item
Apostolus Rom. 3. Omnes peccauerunt.

2. Item Luc. 7. Quis igitur plus eum diligit
Et responderetur: Estimo quia is qui plus dona-
uit. Sed beatissima Virgo plus omnibus dilexit:
ergo ipsi plus donauit: ergo & ipsa peccauit.
3. Item Rom. 8. Omnia cooperantur in bon-
num iis qui secundum præpositum vocati sunt
sancti. Glossa: Etiam peccata. Sed omnia quæ
cooperantur in bonum, habuit beata Virgo:
ergo peccata habuit. Item Glossa ibidem, Sine
quibus non viuunt. Item Glossa: Impossibile
est quemcumque sanctum aliquando non ca-
dere.

4. Item 1. Ioan. 1. Sanguis filij eius emun-
dat nos ab omni peccato. Glossa: Tamen nos
non debemus putare, quandiu viuimus, omni-
nò posse à peccato mundari.

5. Item Ioan. 1. Quis mihi & tibi est mulier?
Super hoc dicit Chrylologus, quod aliquid
humani passa fuit, quasi propter vanitatem
voluerit Christum miraculum fieri.

6. Item Rom. 10. Quis potest dicere: Mun-
dum est cor meum? Item Eccl. 7. Non est
iustus qui faciat bonum, & non peccet. Item
Præd. 1. Septies in die cadit iustus.

7. Item, Quod non sit ipsius privilegium videri-
tur, quod non conuenit ei soli: quia multi
Angelorum nunquam peccauerunt.

2 Item, Aliquis infans statim baptizatus euollat si moritur: ergo ille nunquam peccauit actualiter.

3 Item Iob 27. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.

Lib. de natura gratia. cap. 36.
CONTRA: Augustinus dicit, De qua propter honorem Filij cum de peccatis agitur, nullam volo fieri mentionem.

Epist. 184. ad Cant. Lugd.
2 Item Bernard. Ego puro, quod copiosior, &c.

3 Item, Vt supra de sanctificatione in vtero.

4 Item, Peccatum veniale non habuit: ergo. &c. quia ubi aliquid de peccato veniali, ibi aliquid vacuum de gratia: sed ipsa plena gratia fuit: ergo nihil de peccato fuit in ipsa.

5 Item August. Inde scimus, quod plus ei gratiæ collatum sit ad vincendum omni ex parte peccatum: quoniam concipere & parere meruit, quæ constat nullum habuisse peccatum.

6 Item, Necessitas peccandi relinquunt in exercitium eorum qui cadere possunt: sed ipsa cadere non potuit: ergo illud exercitium habere non debuit.

Lib. de conceptione virginis. cap. 8.
7 Item Anselmus: Ea puritate beata Virgo nitebat, qua sub Deo maior nequit intelligi. Sed maior potest intelligi si peccauit. Ergo non peccauit.

QVOD per omnia verum esse credimus. Et ad auctoritates in contrarium adductas, respondemus quod omnes illæ de peccatorum iure loquantur viatorum hominum. Illud autem beatissimæ Virginis est proprium & speciale privilegium respectu omnium viatorum, & speciale derogat generali. Quod autem Chrysostomus dicit, quod aliquid humani passus fuit, hoc est verum: quia ut homo hominibus compassus fuit. Sed quod aliquid vani passus fuit, per omnia falsum est, & contra Augustinum.

QVÆSTIO CXXXIV.

OSTENDITUR quæritur de privilegio quod est peccandi impossibilitas, utrum scilicet beatissima Virgo potuerit peccare? Et videtur, quod sic: quia ipsa potuit mori: ergo potuit peccare.

2 Item, August. dicit, quod Adam mori potuit, quia peccare potuit: & quod non potuit reduci in actum potentia moriendi, nisi prius reduceretur in actum potentia peccandi: sed beatissima Virgo potuit mori: ergo potuit peccare.

3 Item, August. quærit, quare Deus non fecerit homines qui peccare non possent? Et respondet, quod illud gloriosius fuit omnibus creaturis: ergo illud debuit convenire omnibus & beatissimæ Virginis, quæ gloriosior omnibus creaturis fuit.

4 Item, In laudem aliorum sanctorum cantatur: Qui potuit transgredi, & non est transgressus Eccl. 31. Ergo & illud convenit illi quæ est omni laude dignissima.

5 Item, Si peccare non potuit, hoc non tantum fuit propter fomitem extinctionem: quia Angeli nunquam fomitem habuerunt, & ta-

men peccauerunt. Item hoc non propter excellentiam potuit esse: quia Angeli fuerunt in gratia, & tamen peccauerunt.

6 Item Damasc. Omne creabile est vertibile secundum esse, & secundum electionem. Secundum esse ut corporalia. Secundum electionem ut rationalia. Sed beatissima Virgo fuit ex utroque composita. Ergo fuit vertibilis utroque modo.

7 Item, Gloriosius habetur quod habetur cum victoria, quam quod habetur sine victoria: sed in beatissima Virgine maxima fuit gloria: summa ergo & victoria & pugna: ergo & potuit peccare.

8 Item, Excellentior fuit status innocentie quam iste: & tamen Adam & Eva potuerunt peccare.

9 Item 2. sententiarum. distinct. 25. dicitur, quod quatuor sunt status liberi arbitrij. Primus posse peccare, & posse non peccare: hic status innocentie est. Secundus posse peccare & non posse non peccare damnabiliter: hic ante tempus gratiæ. Tertius est posse peccare & posse non peccare damnabiliter saltem: hic in tempore gratiæ. Quartus est non posse peccare, & hic in tempore gloriæ.

CONTRA: Quod nobiliori similatur, hoc est melius nobiliter & honorabiliter: sed hoc est non posse peccare: ergo hoc est melius, nobiliter, & honorabiliter: sed beata Virgo secundum locum habuit post Deum: ergo non potuit peccare.

2 Item, Augustinus: Concedimus quidem naturam omnino meliorem, quem omnino peccare nolle: concedant & ipsi talem non esse malam, quæ talis facta est ut posset non peccare si vellet.

3 Item, Frustra esset potentia quæ nunquam reduceretur ad actum: sed ipsa nunquam fuit peccatrix: ergo frustra fuisset in ea potentia peccandi.

4 Item, Philosophus 9. metaphysic. dicit, quod potentia est principium transmutandi alterum: sed beatissima Virgo nullam habuit principium transmutandi in peccatum: ergo nullam potentiam peccandi.

5 Item, Loquendo ex parte rei potentia secundum quod est in prædicamento qualitatis, est qualitas disponens ad actionem vel ad passionem: sed nulla talis qualitas fuit in beatissima Virgine ad peccandum: ergo non fuit in ipsa potentia peccandi.

6 Item, Cuiusque inconueniens est inesse actum, eidem inconueniens est inesse potentiam: sed beatissimæ Virginis inconueniens est inesse actum peccandi: ergo & potentiam.

7 Item, Inter non posse peccare & non posse mereri, & inter posse peccare & posse mereri, medium est non posse peccare & posse mereri: sed primum pertinet ad statum comprehensorem simpliciter, secundum ad statum viatorum simpliciter: ergo medium pertinet ad statum medium: sed ille est beatissimæ Virginis, quæ simpliciter viatrix & secundum quid comprehendens: ergo ipsa non habuit potentiam peccandi.

QVOD dicimus esse verum, distinguendo tamen,

Hugo de sancto victore. lib. 3. sententiarum. cap. præterea sciendum.

tamen, quod non posse peccare quædam modis dicitur. Primo modo non posse peccare per se sequitur naturam immutabilem: & hoc modo dicitur Deus Trinitas non posse peccare, Secundo modo dicitur non posse peccare, quod habet coniunctionem vel conuersionem ad naturam inuertibilem, per medium quod est de sui natura inseparabile, ut habitus gloriæ: & hoc modo dicuntur sancti & Angeli non posse peccare. Tertio modo dicitur non posse peccare, quod habet coniunctionem ad naturam inuertibilem, per medium quod per sui naturam & in se quidem est separabile, sed non est separatum defendendo se semper a contrario resistente vel impugnantem vel impediens: & licet non summe & propter hoc & quoad quid aliquando separabile, tamen in his sine quibus ad vitam non peruenitur, semper inseparabile, ut dicit Gregorius super Iob. Et hoc modo sancti patres non potuerunt peccare. Quarto modo dicitur non posse peccare, quod habet coniunctionem ad naturam inuertibilem, per medium quod secundum naturam sui & in se quidem est separabile, ut dictum est, sed omnino non est separatum ab aliquo contrario repugnantem, vel resistente, vel impediens: & præterea in summo in tali subiecto est inseparabile, ut est plenitudo gratiæ in beatissima Virgine: & hoc modo dicitur beatissima Virgo non posse peccare. Omnes igitur auctoritates & rationes quæ videntur probare, quod peccare potuerit, loquuntur de potentia secundum quod opponitur ad non posse primo modo, vel secundo modo, vel tertio modo sumptum. Patet igitur, quod tale non posse peccare coniunctum cum posse mereri, est proprium privilegium beatæ Virginis.

QVÆSTIO CXXXV.

OSTENDITUR quæritur, utrum habuerit pro privilegio, quod quolibet motu merebatur? Et videtur, quod non. Gratia enim est principium merendi, non natura: sed constat, quod aliquando mouebatur motu naturali: ergo non quolibet motu merebatur. Si diceretur, quod simul moueretur gratia & natura, hoc videtur non posse esse: quia si sic esset, vnus motus esset meritorius & non meritorius. Si autem duo sunt, non esset uterque meritorius: ergo altero eorum non mereretur.

2 Item, Cognitiua ordinata est ad operationem, & scientia ad operationem: sed cognitiua non fuit perfecta respectu omnium ut sciret omnia: ergo nec operatiua erit perfecta respectu omnium, ut quolibet motu mereretur.

3 Item, Secundum hoc Dominum IESV CHRISTVS non excollet ipsam in operando, si ipsa quolibet motu mereretur sicut ipse: ergo non quolibet motu merebatur.

CONTRA. Ad Coloss. 3. Omne quodcumque facitis in verbo vel opere, omnia in nomine Domini nostri IESV CHRISTI. Item

1. Cor. 10. Sive manducatis, sive bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Aut ergo aliquis implet, aut nullus. Si nullus: ergo frustra præcipitur, vel consultatur, vel monetur. Si aliquis: ergo beatissima Virgo: ergo in omni eo quod fecit, merebatur.

2 Item, Omnia sunt in se referibilia: ergo si non referuntur, hoc est propter defectum subiecti. Si igitur subiectum non refert, hoc est, vel quia non vult, vel quia non potest. Si non vult: ergo peccat, vel ad minus est imperfectum in bonitate quam posset habere. Si non potest, hoc non est nisi quia habet contrarium in se, quod necessariò aliquando inclinatur ad contrarium, ut fomes ad veniale. Sed illud non fuit in beatissima Virgine: ergo potuit omnia referre.

3 Item, Sapiens non facit aliquid sine causa: ergo prudentissima Virgo fecit omnia propter primam causam.

4 Item, Quolibet motu mereri est quoddam bonum: aut ergo communicabile alteri creature, aut non. Si est communicabile: ergo summa bonitas, scilicet Deus, communicat alicui: ergo beatissimæ Virginis. Si autem non est communicabile, hoc non videtur, quia idem de quolibet opere contingeret dicere.

5 Item, Per hoc est mereri, ubi non est necessitas peccandi venialiter: hoc autem fuit in beatissima Virgine: ergo ipsa potuit quolibet motu mereri.

6 Item, Vbi cumque non potest in discernendo ratio errare, & voluntas non potest eligere malum; ibi semper eligitur optimum & vltimum: sed vtrumque horum fuit in beatissima Virgine: ergo omnia fecit propter optimum: ergo in quolibet opere merebatur.

7 Item, Sicut se habet anima ad corpus, ita ad animam charitas: ergo sicut elicit anima omnes operationes à corpore, ita charitas ubi plene habet esse formæ, ibi elicit omnes operationes ab anima: & sic quolibet motu merebatur: hoc autem in beatissima Virgine: ergo quolibet motu merebatur.

8 Item Philosophus: Intellectus semper rectus est, nisi quando se immiscet phantasia & deducitur ab illis: sed intellectus beatissimæ Virginis nunquam se immiscuit phantasia: ut deduceretur ab illis: ergo semper rectus fuit: sed rectum est, cuius medium non exit ab extremis: ergo semper fuit erectus in summo bonum: ergo semper merebatur.

QVÆSTIO CXXXVI.

OSTENDITUR quæritur, utrum quolibet passione merebatur? Et videtur, quod non. Philosophus dicit, quod passionibus non meremur. Item, Nullam necessarium non voluntarium est meritum: ergo passionibus non meremur. Item, A passionibus contrariis passionibus: ergo non sunt meritorie.

CONTRA: Passio iustitiam fuit necessarium, & tamen meritoria. Item 2. Timoth. 2. Si vincimus, & conregnabimus, & cetera plurima.

AD HOC dicimus, quod beata Virgo quolibet motu liberi arbitrij ad agendum vel patiendum merebatur: unde non in ortibus naturalibus in quantum naturalibus, sed rationalibus gratia informatis: unde motibus gratuitis liberi arbitrij merebatur, ubi etiam liberum arbitrium & gratia operabantur. Sed liberum arbitrium est ut iumentum, gratia ut fessor secundum Anselmum. Unde Apostolus 1. Cor. 15. Non autem ego, sed gratia Dei operabatur mecum. Et sic merebatur mecum, & sic merebatur in quolibet motu quo contingit mereri. Non tamen in hoc Domino nostro IESU CHRISTO æquabatur in operatione, qui operabatur naturalia & supernaturalia & sine sui indigentia, & hoc improporcionabili charitate. Passio-nibus autem in quantum ab extrinsecis infertur, vel necessariò contrahuntur, non meremur: sed in quantum voluntas rationalis informata gratia ad illarum sufferentiam libertate propria inclinatur. Ex his patent solutiones ad obiecta.




QVÆSTIO CXXXVII.

OST HÆC queritur de hoc quod est puritas in summo, utrum debeat assignari beatissimæ Virgini pro privilegio? Et videtur, quod non: quia si intensio puritatis est recessus à contrario, sicut albus quod nigro est impermixtus, & purus quod est impuro impermixtus, tunc queritur, quod sit illud impurum per cuius impermixtionem sit puritas hæc in summo? Et videtur, quod non posset dici propriè aliud impurum nisi in corporalibus opacum vel opaco mixtum, in spiritualibus poena vel culpa. Si primo modo, tunc sol fuit purior beata Virgine. Si secundo modo, tunc in statu innocentie, & omnes anime beate à corporibus separate, & etiam Angeli qui fuerunt sine poena, eandem puritatem habuerunt. Si igitur tertio modo, tunc omnes sancti patris etiam eandem puritatem habuerunt, & etiam illi qui sunt in purgatorio, qui omnes sunt sine culpa.

Item, Si dicatur, quod hæc puritas sit maior post Deum à recessu originalis: quia Christus habuit recessum & puritatem ab origine talem quod nunquam & nullo modo habuit originale, alij omnes baptizati habent puritatem ab originali, ita quod peccatum originale habuerunt, & adhuc aliquo modo habent quantum ad poenam fomitis. Sed inter nullo modo habere nec habuisse: & inter habere & habuisse, quodammodo medium est, scilicet quodammodo habuisse, & non habere: & hæc fuit puritas beatissimæ Virginis immediate post puritatem Christi. Si sic dicatur, contra est quod dicit Anselmus, Non post Christum, sed post Deum. Item, secundum hoc Angeli maiori puritate lucerent, vel secundum originale nunquam habuerunt: vel secundum hoc etiam beata & manimara maiori puritate lucerent: quia peccatum originale nec habent nec habere possunt. Item si dicatur, quod intelligitur de hominibus, hoc adhuc non

potest stare: quia Adam in statu innocentie secundum hoc maiori nitebat puritate: quia tunc nullo modo habuit nec habuerat originale.

Item, Si puritas dicitur per recessum ab impuro, secundum hoc magis recedit quod recedit & quantum ad actum & quantum ad dispositionem, & adhuc plus quod recedit quantum ad actum & quantum ad potentiam & dispositionem omnem. Illud igitur purissimum est inter alia. Sed tale purum est sol, qui recedit ab impuro & quantum ad actum & dispositionem & potentiam; & quocumque modo dicatur impurum, siue dicatur ut mixtio naturarum contrariarum, opacæ scilicet & luminosæ, siue ubi est mixtio nature & poenæ, siue etiam nature & culpæ, siue etiam scientie & ignorantie vel nescientie, nulla istarum impuritarum in sole est, qui nec in se mixtus, nec alteri miscibilis est, & non habet poenam, nec culpam, nec ignorantiam: & sic purior esset beatissima Virgine, si puritas hæc esset recessus ab impuritate. Item, Si forte diceretur, quod hæc puritas dicitur per recessum ab impuro, ubi aptum natum esset inesse impurum, secundum hoc in Christo vel etiam Deo non est maior puritas quam in quovis homine: quia vel in Christo vel in Deo non potest aliqua impuritas esse. Ex his igitur patet, quod puritas non dicitur per recessum ab impuro tantum, sed etiam per approximationem & accessum ad summum purum: ergo, &c.



QVÆSTIO CXXXVIII.

SECUNDUM hoc queritur, utrum beatissima Virgo niteret secundum statum illum ea puritate, scilicet qua sub Deo maior nequit intelligi? Et videtur, quod non: quia etiam ipsa post in statu glorie nitebat maiori puritate, & tamen sub Deo.

Item, Omnes sancti patris in sua puritate plus videntur appropinquare puritati patris quam quæcumque puritas viz: illa enim sufficit ad hoc ut possint primam lucem per speciem videre: hæc autem non ita: ergo Virgo beatissima non nitebat summa sub Deo puritate. Item, Si dicatur, quod intelligitur secundum statum viz, adhuc non videtur, quod possit stare: quia anima Christi quæ creatura fuit, in statu viz maiori nitebat puritate quam beatissima Virgo.

CONTRA prædicta obicitur in hunc modum. Puritas, ut videtur, sequitur naturam luminis vel luminosi, ut quod plus participat de natura lucis, plus habuit puritatis, ut summa lux vel summe luminosum, summe sit lucidum & purum, & ubi magis propriè & verè est proprietas lucis, ibi magis propriè & verè est natura puritatis & proprietatis: unde cum lux sit corporalis & lux spiritualis, & ut dicit Augustinus super Gen. ad literam, magis propriè dicatur lux spiritualis quam lux corporalis, erit etiam puritas corporalis & spiritualis: sed maior puritas corporalis est secundum maiorem convenientiam ad summam corporalem lucem,

lucem, & secundum hoc aqua purior est terra, aer aqua, ignis aere, firmamentum quoniam ignis, celum aquam quoniam firmamentum, orbis enim purum quam aquam. Et illud patet ad sententiam. Similiter erit maior puritas spiritus sancti secundum maiorem convenientiam ad summam lucem spiritus sancti, quæ debet esse, quæ sit ubi nitebat, in quo tenebatur in quantum ubi nitebat. Secundum hoc igitur purior est anima sancti quam vegetativa, rationalis quam sensibilibus, rationalis angelica quam rationalis humana secundum naturam. Secundum gratiam autem, quæ est quasi lumen creaturæ procedens à luce increata, ubi maior est participatio, ibi maior est primam lucem appropinquatio: ergo ubi puritas in summo, ibi appropinquatio in summo, & puritas in summo. Sed in beatissima Virgine respectu omnium aliarum creaturarum non unitarum fuit gratia in summo: ergo appropinquatio in summo ad primam lucem: ergo puritas in summo.

Item 1. Tim. 1. Caritas est de corde puro. Ergo ubi caritas in summo, ibi puritas in summo: sed in beatissima Virgine, ut ostensum est supra, fuit caritas in summo: ergo puritas in summo.

Item, Effectus hierarchice actionis sunt purgare, illuminare, & perficere: sed beatissima Virgo fuit summe illuminata & perfecta: ergo in summo purgata: ergo in summo pura.

Item, Ad dationem doni supremi sequitur collatio omnium inferiorum, iuxta illud Rom. 8. Qui proprio Filio suo non pepercit, &c. quomodo non cura ipso nobis omnia donavit? sed Deum beatissimæ Virginis summum donum donavit, cuius pura creatura capax fuit, scilicet Dei maternitatem: ergo & summam puritatem.

Item, Dionysius dicit, quod superiores habent proprietates inferiorum cum excellentia: unde Seraphin qui excellit charitate, excellit omnibus donis inferioribus omnes: ergo & beatissima Virgo cum excellit Seraphin in charitate, excellit etiam puritate.

Item canitur in psalmo Penec. Tu purificator omnium flagitiorum spiritus. Ergo effectus Spiritus sancti est purificatio, finis & effectus purificationis est puritas: sed beatissima Virgo super omnem creaturam habuit Spiritum sanctum, iuxta illud Luc. 1. Spiritus sanctus superveniet in te. Glossa: Quod nunquam in aliquem venit, veniet in te. Ergo in summo fuit pura.

Item, Virginitas est puritas cordis, fides est virginitas mentis: sed beatissima Virgo virginitatem habuit in summo & etiam fidem: ergo & puritatem habuit in summo.


Item, Puritas est pars pulchritudinis: & pars proportionabilis non debet esse minor suo toto: ergo ubi pulchritudo in summo, ibi puritas in summo: sed beatissima Virgo fuit in summo pulchra: ergo & pura in summo. Minor patet per figuram ipsam. De Rebecca, quæ figurabat ipsam, dicitur, quod fuit puella decora nimis, sicut pulcherrima. Item Esther 1. Erat formosa valde, & incredibilis pulchritudine: & omnium oculis gratiosa, & amabile

videbatur. Item idem patet per Iudith & Rachel.

Item, Puritati siue munditie cordis attribuitur visio Dei, iuxta illud Math. 5. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Et illud: Da puræ mentis oculos in te desigere. Sed beatissima in summo vidit Deum: ergo in summo habuit purum oculum.

Item, Potestatem secundum statum viz, quod anima beatissimæ Virginis sine omni additione gratie vel glorie separatur à corpore, constat quod tunc deformissima esset in puritate: sed eandem habuit in corpore: ergo & tunc super omnes creaturas nitebat puritate.

Item, Quod non obstat, quod sua puritas non plane apprehendat per speciem lucem incrementam, hoc videtur per simile. Videmus enim, quod quandoque maior lux minus illuminat, & minor lux magis illuminat, propter convenientiam cum esse obscuro vel claro: unde quandoque illuminat magis luna in nocte, aere puro, quam sol in die, cum aere obscuro: & tamen improporcionabiliter est maior lux solis quam lune. A simili ergo non videtur inconueniens, si maior lux gratie in subiecto passibili conuenit, corpori passibili & grosso, minus immutat & mouet actualiter, quam minor lux glorie in subiecto impassibili & glorioso. Ex his igitur omnibus videtur & probatur etiam, quod simpliciter verum sit, quod beatissima omnium Domina etiam in statu viz super omnem creaturam ea puritate nitebat, qua sub Deo maior, nequit intelligi.



QVÆSTIO CXXXIX.

VIXTA hoc queritur, quando accepit istam puritatem in summo, utrum simul vel successiue? Constat enim, quod in vtero fuerit sanctificata & purgata: sed status in vtero in quantum huiusmodi non est status ad operandum: ergo illa purificatio non fuit per virtutem huiusmodi, sed per gratiam operantem simul ad gratiam sacramentalem.

Item, Constat, quod postea etiam operabatur secundum virtutes: & illa operatio est ipsius anime purificatio: unde Act. 15. Fide purificans corda eorum.

Item, Constat, quod in perfectionibus gratuitis ad operandum gradus sunt: sed quod dona sunt virtutibus superiora, & beatissimæ dona: ergo secundum hoc gradus potius habere purificatio, quæ his perfectionibus est effecta.

Item, Si purificatio est ordinatio ad illuminationem & perfectionem: ergo quando fuerit illa in complemento, tunc etiam puritas erit in summo: sed hoc fuit in conceptione lucis æternæ: ergo impletæ tunc fuit hæc puritas in summo.

Item, Huiusmodi puritatis causa est, ut dicit Anselmus, quod debuit esse mater Dei: sed effectus non est prius in re, quam in fine: ergo non debuit prius pura esse puritate quam mater

Cap. 1. cal. h. 1. 2. 3.

sub Deo maior nequit intelligi, quam tunc cui debuit & inceptit esse mater Dei.

Responsio ad quæstiones 137. 138. & 139. de puritate.

Lib. de concepcione virginali & peccato originali cap. 18.

AD HÆC dicimus soluendo, sicut dicit Anselmus: Nempe decens erat vt ea puritate qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater vnicum Filium suum quem de corde suo æqualem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, vt naturaliter esset vnus idemque communis Dei Patris & Virginis Filius, & quam ipse Filius & substantialiter facere sibi matrem eligebat, & de qua Spiritus sanctus volebat, & operatus erat, vt conciperetur & nasceretur, ille de quo procedebat. Dicimus igitur, quod puritas hæc est ab originali non dicto distantia, sed segregatio, & ad primam lucem, quantum possibile est puræ creaturæ, deiformis approximationis. Vnde secundum rem nihil est hæc puritas aliud, nisi peccati originalis deletio, fomitis extinctio, gratuitarum perfectionum vltimatio. Ex his patet, quod nihil est ad propositum quod obicitur de aliis sanctis, vel de inanimatis, vel Christo, vel Angelis, vel Deo.

Et concedimus etiam, quod in beatissima Virgine secundum statum viæ fuit gratia deiformior quam in Angelis: & hoc dico quantum ad substantiam, sed non quantum ad actum qui est operatio, vt supra plenè dictum est in materia de charitate.

Dicimus etiam, quod ad hanc puritatem in summo quatuor gradibus ascendit beata Virgo. Primum enim purificata fuit per sanctificationem in vtero. Secundò in virtutum exercitatione. Tertio in Spiritus sancti superuentione. Quarto in Filij conceptione. In primo gradu est perfectio graduum vel sacramentalium gratuitum. In secundo perfectio donorum & virtutum. In tertio perfectio fructuum. In quarto perfectio beatitudinum. De primo dicitur in Canticis. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Tota pulchra es ab originali, tota pulchra es à mortali, & macula, id est, veniale peccatum non est in te. De secundo ibidem: Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es! absque eo quod intrinsecus laet. Quasi diceret: Quam pulchra es corpore per castitatem, quam pulchra in opere per charitatem, quam pulchra in corde per humilitatem. Item de eodem Eth. 2. Esu enim Esther formosa valde, &c. Formosa in opere per charitatem que est forma omnium virtutum, & incredibilis pulchritudinis in corpore per insolitam virginitatis castitatem, iuxta illud Sapient. 4. Quam pulchra est casta generatio cum claritate. Omnium oculis gratiosa & amabilis propter cordis humilitatem, iuxta illud Luc. 1. R. cepit humilitatē ancille sue. Item de eodem Iudith 11. Non est talis mulier super terrā in aspectu, in pulchritudine & in sensu. In aspectu cōseruationis in opere, in pulchritudine castitatis in corpore, in sensu verborum, id est, in exterioribus verbis, & in puritate cogitationis in corde. De tertio gradu dicitur in Psal. 45.

Sanctificauit tabernaculum sicut Altissimus. Item ibidem: Deus in medio eius non commouebitur. Item Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te. Item Isa. 11. Requiescet super eum spiritus Domini; spiritus sapientiæ & intellectus. Haud dubium est quin etiam super eam: De quarto dicitur Ezech. 43. Maiestas Domini ingressa est templum per viam portæ que respicit ad Orientem. Et post sequitur: Repleta est gloria domus Domini. Item Ierem. 14. Solij gloriæ tuæ recordare. Item Isa. 60. Domum maiestatis mee glorificabo. Et in eodem 16. Preparabitur in misericordia solium eius. Item Apostolus ad Hebr. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ ipsius. Item Anselmus, quod ea puritate nitebar, qua sub Deo maior nequit intelligi. Ex his manifestum est, quæ & qualis & quanta est puritas in summo quam habet gloriola Virgo pro privilegio.



QVÆSTIO CXL

IN DE queritur de privilegio quod est matrem Dei esse, ratione cuius etiam dicitur principaliter gratia plena beatissima Virgo. De qua queritur, vtum maior gratia possit intelligi participari puræ creaturæ quam esse matrem Dei? Et videtur, quod sic. Gratia enim immediata est post Filium Dei per naturam, & ita videtur, quod plus sit esse Filium Dei per gratiam adoptionis, quam esse matrem Dei per naturam creatam.

- 1 Item videtur, quod plus sit dari alicui esse Angelum, quam esse matrem Dei: quia natura angelica est supra humanam.
2 Item, Plus est eleuari in substantiam quam in accidens: fieri autem Angelum est eleuari in substantiam superiorem, fieri autem matrem est eleuari secundum accidens tantum: ergo maior gratia conferretur beatissimæ Virgini si fieret Angelus, quam quod esset mater Dei.
3 Item; Cum Spiritus sanctus sit tertia persona in Trinitate secundum ordinem naturæ, & Filius secundus secundum illum modum: ergo sub illa gratia qua aliquis fuit Filius Dei Patris immediate, videtur esse illa qua aliquis fieret Spiritus sanctus: & sic post esse Filium Dei potest gratia maior intelligi, quam esse matrem Dei, scilicet esse Spiritum sanctum: & ita videtur non immediatè gratia beatissimæ Virginis esse post gratiam Filij Dei Domini nostri IESU CHRISTI.
4 Item, Cum post proprietates personarum sint cuiuslibet personæ proprietates appropriatæ, videtur quod post conjunctionem personarum proprietatum immediatè sit proprietatem appropriatam conjunctionis quam esse matrem Dei. Et sic post fieri Deum Patrem vel Deum Filium vel Deum Spiritum sanctum, esset fieri omnipotentem, summè sapientem, summè bonum.
5 Item; Si beatissima Virgo adhuc post Christum filium purum hominem genuisset, ille esset filius Virginis & frater Dei, & illius gratia maior esset gratia beatissimæ Virginis que fuit mater Dei, sed non filia virginis.

QVÆSTIO



QVÆSTIO CXXI

TRA iuxta hoc queritur, si aliqua pura creatura esset pater Dei secundum humanitatem, vtum hoc esset plus, scilicet humanitatem esse patrem Dei, quam esse matrem Dei? Et videtur, quod sic: quia maior & dignius est esse pater quam esse mater: ergo eodem modo quod dicitur mater beatissimo: ergo maior est esse pater Dei quam matrem Dei.

Item, Si diceretur, quod impossibile est hominon esse patrem Dei, responderetur quod ita impossibile fuit Virginem esse matrem Dei secundum naturam: sed hoc nec illud fuit Deo impossibile, ita nec istud. Isa. 66. Ego qui generationem albis præsto, nunquid sterilis permanebo? Ex quo consuevit tradi, quod generationis eternæ, vbi vna de vno, expressissimum æternum est generatio temporalis vbi vna persona de vna sola: sed in diuinis non est maternitas, sed tantum paternitas: ergo expressissimum generationem repræsenteret homo pater Dei, quam homo mater Dei, ergo esset nobilior & dignius esse patrem Dei, quam matrem Dei: ergo hæc non est maior gratia que participari potest à pura creatura.

Responsio ad quæstiones 140. & 141.

CONTRA prædicta obicitur in hanc modum: Inter matrem & filium est conjunctio substantialis: inter patrem & filium adoptionis est participatio accidentalis: ergo maior est esse matrem Dei per naturam, quam esse filium Dei per adoptionem.

- 1 Item, illud ad quod sequitur maior bonum, est eligendum: sed ad esse matrem Dei sequitur maior bonum quam ad esse Angelum: ergo hoc melius est & magis eligendum. Minor pater: quia ad esse matrem Dei sequitur esse dominum omnium Angelorum.
2 Item, inter esse Filium Dei per naturam & esse Deum, & esse filium Dei per adoptionem & non esse Deum, medium est esse Dei matrem per naturam, & non esse Deum: ergo immediatè post esse Deum, est esse matrem Dei.
3 Item, Quidquid claudit alteram in se, plus est eligendum quam illud quod non claudit alteram in se: sed esse matrem Dei per naturam, necessariò claudit in se esse filium Dei adoptionis.
4 Item, Causa in quantum causa, dignior est suo effectu inquantum effectus: ergo dignius est esse causam boni quam causatum à bono: sed mater Dei est causa Dei & origo Dei secundum illud quod natum est: frater autem Dei non est causa vel origo Dei, sed causatus ab eadem origine: ergo plus est esse matrem Dei quam fratrem Dei.
5 Item, Mater Dei respectu filij Dei dicit relationem superpositionis, frater acquisitionis.
6 Item, Dicitur Deut. 5. Honora patrem & matrem. Non autem præceptum est de honorandis fratribus. Manifestum igitur est,

quod dignius est esse matrem Dei, quam fratrem Dei.

8 Item, Si beatissima Virgo fieret Spiritus sanctus, tunc ipsa esset & ipse, & tunc fieret confusio sexus.

9 Item, Si duo essent filij in Trinitate, alter maior esset qui esset filius Dei, alter minor qui esset filius Virginis beatissimæ matris.

10 Item, Quod non posset homo esse pater Dei, sic probatur: dicit Philosophus, quod masculus est, qui generat in alio: ergo ille qui esset pater Dei, aut generaret in alio, aut in seipso. Si in alio: ergo duo, vnus generans in alio, & vnus vel vna ab altero generans: ergo esset ibi masculus & femina. Si autem ille pater generaret in se: ergo non esset masculus, ergo non esset pater.


11 Item, Quæ est ratio quare plus diceretur pater quam mater?

12 Item, Cum non sit in viro locus conceptionis & formationis & nutritionis, si fieret subita formatio, non esset generatus.

13 Item, Cum non sit ibi organum parus, indifferens esset ratio virginitatis: & sic non esset virginis filius.

14 Item, Esset nec pater nec mater.

15 Item, Si exclusus esset sexus femininus ab incarnatione, tunc incarnatus non esset femina, nec de femina incarnatus. Ex his manifestum est, quod non potest intelligi puræ creaturæ maior participari gratia, quam esse matrem Dei: vnde hoc est privilegium beatissimæ Virginis Domine nostræ.



QVÆSTIO CXXII

EQVITVR videre de illo privilegio quod est mater & virgo, de quo queritur primò, qualiter ponatur inter privilegia gratiæ, cum non videatur esse gratuitum: Quod sic probatur: vtumque potest esse cum peccato, scilicet esse virginem & esse matrem: ergo neutrum potest esse gratuitum.

- 1 Item, Quilibet pars comparatur secundum se peccatum mortale: ergo & totum.
2 Item, Ex duobus indifferentibus non fit vnum gratuitum. Ex his videtur, quod illa particula non debeat poni pro privilegio.
3 Item, Quod non conueniat ipsi soli, videtur: quia Philosophus dicit, quod sexus est in plantis, & est planta mascula & planta femina: & vna planta generat aliam plantam sine corruptione, sine commixtione: ergo ibi simul est mater & virgo.
4 Item, Ecclesia est simul mater & virgo: ergo non solum beata Virgo. Si dicitur, quod Ecclesia dicitur mater & virgo spiritualiter, & beata Virgo corporaliter. Inde sic: nobilior & verior & perfectior est maternitas & virginitas spiritualis quam corporalis: ergo Ecclesia verius & nobilior & perfectior dicitur mater virgo quam beata Virgo.
5 Item, Virgo nubens in charitate, nullam perdit virtutem: ergo si prius habuit virtuosam virginitatem, adhuc habet: & fit mater: ergo habet

haber & maternitatem & virginitatem simul: ergo est mater virgo.

7 Item, Quidquid est in inferioribus pertinet ad dignitatem, est in superioribus: sed Angelus non generat Angelum: ergo hoc non pertinet ad dignitatem: ergo etiam hoc non debuit esse privilegium.

CONTRA: Homo est dignissima creaturatum: ergo generatio hominis est nobilissimus effectus naturalis: ergo generatio nobilissimi cuiusdam hominis est effectus nobilissimus: sed effectus nobilissimus non est nisi nobilissimæ substantiæ, iuxta illud Luc. 6. Vnaquæque arbor ex fructu suo cognoscitur: ergo generatio nobilissimi hominis erit nobilissimus effectus generantis hominis: sed vnus solus est homo nobilissimus: ergo vni soli conuenit esse matrem illius: ergo eius maternitas est privilegium vnus solius.

2 Item, Effectus huiusmodi generationis fuit perfectus in summo: sed perfectior generatio est vbi vnus de vno, quam vbi vnus de duobus: ergo in ista generatione debuit esse vnus de vna: ergo illa fuit mater virgo.

3 Item, Ad perfectam generationem sequitur secundum naturam perfectissima maternitas: sed perfectior & nobilior est maternitas cum incorruptione quam cum corruptione: sed ista fuit perfectissima: ergo debuit esse cum virginitate: ergo debuit esse mater virgo.

4 Item, Quidquid est in arte exemplari diuina, totum debet esse exemplatum & declaratum in exemplo creato: ergo generatio diuina debet aliquid habere exemplum in natura: sed ibi vnus est de vno sine corruptione, diuisione, vel mixtione: ergo & hic vnus de vna sine corruptione: ergo erit mater virgo.

5 Item, Prima dignitas in diuinis quæ est communicabilis creaturis, est à quo alius per generationem: ergo & hæc prima & summa dignitas naturalis: ergo & in hoc potest esse dignitas & privilegium gloriose Virginis super omnia.

6 Item, Homo est minor mundus: creare autem mundum maiorem est privilegium Dei: ergo generare mundum minorem privilegium potest esse hominis.

7 Item, Deus melior mundo est: ergo plus est Deum generare, quam creare mundum.

8 Item, Virginitas prout fuit in beatissima Virgine, fuit recessus ab omni malo: maternitas fuit ei collatio omnis boni: ergo omne eligendum & appetendum intelligitur in hoc privilegio.

9 Item, Quod hoc soli conueniat beatissimæ Virgini, probatur hoc modo. Isa. 66. Antequam parturiret, peperit masculum. Et infra: Quis audiuit vnquam tale, &c. Item Ecclesia cantat: Nec primam similem visa est nec habere sequentem. Item Dionysius, quod hoc erat omnium nouorum nouissimum.

AD HOC DICIMUS, quod privilegium beatissimæ Virginis est, quod sit mater Virgo, & quod nec sua virginitas nec sua maternitas fuit

indifferens, sed vtrumque meritorium. Eius enim virginitas fuit perfectissima corporis integritas & cordis, ex radice summæ charitatis. Eius quoque maternitas sibi fuit in meritum: quia ipsa cum congruo merito fidei, spei, & charitatis & suæ excellentissimæ humilitatis meruit fieri mater Dei.

Item ex his patet solutio ad obiecta de Ecclesia & de planta. Ecclesia enim non habet in omnibus membris integritatem carnis & mentis, & in nullo habet integritatem cordis & carnis cum summa fecunditate spiritus & corporis, excepta perfectissima virginitate beatæ Virginis & fecunditate. Sed & illam spiritualem virginitatem & fecunditatem quam habet Ecclesia in aliis membris, habet beata Virgo in se excellentissime cum aliis communem, & insuper istam privilegiatam singularitatem. Sed nec etiã planta suo modo habet virginitatem & fecunditatem. Et quidem suo modo virginitas & maternitas dici posset, si simul virorem floritionis cum partu fructificationis reseruaret, vt dicere posset: Flores mei fructus honoris & honestatis. Ecli. 24. Sicut amygdalus illa quæ virginis matris fuit figura, & eam quodammodo sub vmbra & ænigmate quodam futuræ ostensionis conamine repræsentauit.



QVÆSTIO CXLIII.

¶ Vne restat videre de isto privilegio quod est Virgo virginum. Contra quod sic obicitur: In huiusmodi locutionibus notatur excellentia, vt flos florum. Quasi dicat: excellens omnes alios flores. Similiter & Rex regum & Dominus dominantium. Cum ergo nihil excellat seipsum, nihil est Virgo virginum. Si dicatur, quod beatissima Virgo dicitur Virgo virginum: quia excellit omnes virgines alias à se. Contra: Ergo excellit Christum in virginitate, quod est falsum. Item secundò si dicitur virgo virginum, non quia excellit seipsam, vel Christum, sed inferiores se: ergo & beata virgo Catharina posset dici Virgo virginum: quia excellit omnes inferiores: & quilibet virgo sic est Virgo virginum. Quare igitur ibi assignatur huiusmodi habitudo? Si dicatur, quod habitudo originis, vt sit sensus, Virgo virginum, id est, mater vel origo omnium virginum, secundum hoc Eua debet dici Virgo virginum: quia est origo & mater virginum & omnium viuentium.

2 Item, Quod non excellat, videtur: quia dicit Philosophus, quod incontinens est qui paritur & deducitur, insensibilis est qui nec paritur nec deducitur, contrarius autem qui paritur & non deducitur: sed Virgo beatissima ab opposito virginitatis nec pariebatur, nec deducebatur: ergo fuit insensibilis: sed insensibilitas non est virtus: alie autem continentes pariebantur & non abducebantur, quod est virtus castitatis: ergo beatissima Virgo non excellit alias virgines in castitate & continentia.

CONTRA: Genitus à generari dicitur quasi

quasi à prima sui nominis ratione, à qua etiam nomen accepit, & nominat habitudinem gignentis ad genitum, vel à conuerso: sed beatissima Virgo est mater omnium virginum, quia sine præcepto, consilio, exemplo, & sola prima omnium gloriosum manus virginitatis Deo obulit, per quod & omnes virgines per imitationem in virginitate genuit: ergo ei soli conuenit, quod sit Virgo virginum, id est, mater omnium virginum.

2 Item, Si notetur ibi excellentia, excellit omnes virgines in fortibus extinctione & in summa puritate: ergo similiter conuenit ipsi soli omnes citra Deum excellere virginitate.

3 Item, Victoria est delectatio potentie super aduersarium: sed magis declaratur potentia, quando tanta est potestas in aduersarium, quod non potest mouere bellum, nec inire confidit, quam tunc cum post idus & vulnera vincit inimicum. Ex hoc patet, quod maior fuit virtus castitatis in beatissima Virgine quam in aliqua virgine pura homine.

4 Item, Quod in virginitate excellit Angelus, sic videtur: quia Angelorum castitas est à natura: hæc autem à gratia: vnde hæc nobilior quam illa. Item Angelorum necessaria hæc autem voluntaria: vnde hæc gratior illa. Item Angelorum non meritoria: hæc autem meritoria: vnde hæc utilior illa. Item Angelorum est in natura impassibi: hæc autem fuit in carne fragili: vnde hæc est instabilior quam illa. Item Angelorum est cum arbitrio libero inflexibili: hæc autem libero arbitrio flexibili: ergo laudabilior hæc quam illa. Et sic est nobilior laudabilior & instabilior: quia hæc est in castitate & honestate: ita autem in spiritibus: ergo patet quod beatissima Virgo excellit omnes virgines in virginitate citra illam quæ est Deus.



QVÆSTIO CXLIV.

¶ Vne restat videre de isto privilegio quod est Virgo virginum. Contra quod sic obicitur: In huiusmodi locutionibus notatur excellentia, vt flos florum. Quasi dicat: excellens omnes alios flores. Similiter & Rex regum & Dominus dominantium. Cum ergo nihil excellat seipsum, nihil est Virgo virginum. Si dicatur, quod beatissima Virgo dicitur Virgo virginum: quia excellit omnes virgines alias à se. Contra: Ergo excellit Christum in virginitate, quod est falsum. Item secundò si dicitur virgo virginum, non quia excellit seipsam, vel Christum, sed inferiores se: ergo & beata virgo Catharina posset dici Virgo virginum: quia excellit omnes inferiores: & quilibet virgo sic est Virgo virginum. Quare igitur ibi assignatur huiusmodi habitudo? Si dicatur, quod habitudo originis, vt sit sensus, Virgo virginum, id est, mater vel origo omnium virginum, secundum hoc Eua debet dici Virgo virginum: quia est origo & mater virginum & omnium viuentium.

2 Item, Quod non excellat, videtur: quia dicit Philosophus, quod incontinens est qui paritur & deducitur, insensibilis est qui nec paritur nec deducitur, contrarius autem qui paritur & non deducitur: sed Virgo beatissima ab opposito virginitatis nec pariebatur, nec deducebatur: ergo fuit insensibilis: sed insensibilitas non est virtus: alie autem continentes pariebantur & non abducebantur, quod est virtus castitatis: ergo beatissima Virgo non excellit alias virgines in castitate & continentia.

CONTRA: Genitus à generari dicitur quasi

parantur rebus positiui gradus per genituum: ergo nec proprie nec verè dicitur mater matrum.

2 Item, In virginitate beatissimæ Virginis fuit quod est in virginitatibus aliarum, scilicet integritas mentis & corporis, sed in ea perfectius & plus: sed maternitas non fuit in aliis vt fuit in ipsa: quia alie generauerunt ab alio homine, sed hæc non: & sic patet, quod comparabiliter dicitur virginitas de beata Virgine & de aliis, & non maternitas: ergo potest dici Virgo virginum, & non mater matrum.

3 Item, Ipsa non fuit prima mater matrum vel origo in maternitate: ergo beatissima Virgo non dicitur mater matrum, sed Virgo virginum.

QVOD CONCEDIMUS, dicentes quod beatissima Virgo non dicitur mater matrum, sed Virgo virginum. Et notatur per genituum duplex habitudo generalis & specialis. Ratione habitudinis quam importat generaliter, notat originem. Ratione specialis importat excellentiam significationem. Ratione primi non conuenit Christo, vt dicatur Virgo virginum: quia ipse non fuit primus virgo: quia non generauit omnes alias per imitationem, sed ipsius mater quæ primò per votum virginitatis opprobrium virginitatis abstulit, & eam conseruauit in se. Propter secundum, scilicet excellentiam nihil alia potest dici Virgo virginum: quia ipsa sola excellit omnes alias virgines. Excellit autem in robore, castitate, causalitate, fecunditate, quæ tria non est in aliqua alia virgine inuenire. Concedimus etiam, quod in tantum beatissima Virgo excellit omnes matres in maternitate, quod etiam non videtur secundum eandem rationem posse ei & aliis maternitas conuenire, non quod aliquid ei deficiat quod exigatur ad perfectionem maternitatis, sed quia ipsa sola ita principaliter possidet rationem maternitatis, quod omnes alie matres dicuntur matres secundum diuinationem rationem à ratione ipsius maternitatis, vt melius patebit infra in benedictionibus mulierum. Aliorum solutio patet per ea quæ in conuenientia sunt obiecta.



QVÆSTIO CXLV.

¶ Vne restat videre de isto privilegio, quod secundum quod beatissima Virgo dicitur mater omnium. Quæritur, vtrum illud est conueniens? Et videtur, quod non. Filius enim tempore non præcedit matrem: sed multi tempore præcedebant Virginem Mariam: ergo non est mater omnium.

Item, Cum generatio sit ingressus in esse, & cum tempore triplex sit esse, scilicet nature, generis, & glorie, beata Virgo non est mater omnium secundum esse nature: quia plurimum generatum cum fecerunt esse nature. Item nec secundum esse generis: quia quidam habuerunt generem suam quædam natura. Item eadem ratione nec secundum esse glorie: quia multi Angeli & homines in beatissima Virgine generati sunt: quia ipsa. Item, Si ipsa est mater per se, sed

sed sunt multi qui nunquam habuerunt vel habebunt fidem: ergo non mater omnium hominum. Item, Videtur quod non sit mater corporalium: quia corporalia non habent esse gratiæ: ergo non potest esse mater illorum in esse gratiæ. Et sic constat, quod nec in esse gratiæ, gloriæ, vel naturæ. Item animatum non proprie generat inanimatum. Item corporalia non habent fidem: ergo non est mater omnium istorum.

3 Item videtur, quod nec mater omnium Angelorum: illi enim semper fuerunt in gloria: ergo nihil receperunt ab ipsa. Item Angeli non sunt recreati: ipsa autem est mater per recreationem: ergo non est mater eorum. Item ipsa est mater per fidem: sed in Angelis non est fides: ergo non est mater Angelorum. Item quorumcumque ipsa est mater, illorum Christus est frater: sed Angelorum Christus non est frater: ergo ipsa non est Angelorum mater.

IN CONTRARIUM obicitur, quod sit mater omnium: nam Luc. 1. Peperit filium suum primogenitum. Ergo habuit secundum genitum: & constat, quod non corporaliter: ergo spiritualiter: sed generatio spiritualis vna est omnium: ergo ipsa est mater omnium spiritualiter.

2 Item, Ad Hebræ. 2. Filius eius non confunditur eos vocare fratres, sicut dicitur. Ad Rom. 8. Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Caro enim & frater noster est. Gen. 37. Sed ipsa est mater omnium suorum fratrum. Ergo ipsa est mater omnium hominum.

3 Item, Isa. vlt. Nunquid pariet terra vna die, aut parietur gens simul? Constat autem quod non querit de terra secundum literam: quia stulta esset quæstio: ergo intelligitur de terra secundum figuram: sed terra secundum figuram est beatissima Virgo: ergo ipsa pariet simul omnem gentem: ergo ipsa est mater omnium hominum.

4 Item, Marci 11. Et qui præbatur & qui sequebantur, clamabant Osanna filio David. Dicit Augustinus, quod omnes sine præcedente, sine sequente incarnationem, & saluabantur per fidem mediatoris Dei & hominem: sed ad illam fidem necessariò exigitur explicitè vel implicite credere Deum incarnatum de Virgine: ergo per hoc regeneratio vniuersalis: ergo fides incarnati de Virgine est, per quod est regeneratio facta in esse gloriæ omnium hominum.

5 Item, Quod ipsa sit mater corporalium, sic probatur: Ipsa est mater innovationis corporalium, iuxta illud Rom. 8. Omnis creatura ingemiscit & parrurit vsque adhuc, expectans reuelationem filiorum Dei. ergo ipsa est mater in esse innovationis omnium corporalium: quoniam omnis creatura renouabitur per ipsam, & liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem filiorum.

6 Item, Quod sit mater omnium, videtur: quoniam omnium bonorum mater est. Sapient. 7.

7 Item, Ipsa est mater gratiæ: sed per gratiam datur esse gratuitum & gloriosum: ergo ipsa est mater omnium bonorum bonitate gratiæ & gloriæ.

Lib. de con-
tra. & gra-
tia cap. 7.

8 Item, De ipsa appropriatè legitur, Cum ipso eram omnia componens. Et tunc Dominus possedit me in initio viarum suarum Prou. 8. Item Eccl. 24. Primogenita ante omnem creaturam. Ex his videtur, quod ipsa est mater omnium, & prior omnibus, & origo omnium.

9 Item Bernard. Meritò ò Domina in te respiciunt oculi vniuersæ creaturæ, in qua & ex qua benignissima manus Dei quidquid creauerat, recreauit.

10 Item, Ipsa est mater omnium, & Deus Pater est origo omnium: quidquid autem per se origo & causa causæ est, per se est origo & causa causati: sed ipsa est mater eius qui est causa & origo omnium: ergo ipsa per se est mater omnium.

11 Item, Angeli accipiunt à Domino IES V illuminationem, perfectionem, beatitudinem: ipse enim est in quem desiderant prospicere 1. Pet. 1. Per quem omnia restaurantur in celo & in terra Ephes. 1. Ergo & Angeli recipiunt quoddam esse gloriæ à beatissima Virgine: ergo ipsorum est mater in esse gloriæ.

12 Item, Ipsa est gratiæ mater: sed gratia generat gloriam: ergo ipsa est mater gloriæ: ergo ipsa est mater omnium quæ sunt in celo secundum esse gloriæ: ergo ipsa est mater Angelorum.

AD HÆC dicimus respondendo, quod beatissima Virgo omnium bonorum mater est. Sed mater respectu filij quatuor habet proprietates, quæ sunt genitura, cura, prioritas, dignitas. Respectu alicuius habet omnes istas proprietates, & respectu alicuius aliquas & non omnes, & secundum magis & minus dicitur proprie omnium hominum mater. Item, Mater est secundum omnes proprietates maternitatis. Genitura: quia vnum hominem genuit, in quo omnes regenerauit: & hoc est quod peperit filium suum primogenitum. Item mater nostra est cura: quia in vno nobis genuit quidquid ad hanc vitam vel supernam necessarium nobis fuit: vnde dicit, A generationibus meis adimplemini. Eccl. 24. Item quæ proprie filio non peperit, quomodo nobis non omnia cum illo donauit? Rom. 8. Item ipsa est mater nostra prioritate: quia ipsa est primogenita ante omnem creaturam, Eccl. 24. Ipsa est mater dignitate prædestinationis: ipsa enim ante sæcula prædestinata est, vt esset principium ex quo recreandum fuit omnes creaturæ. Et secundum hoc loquuntur istæ auctoritates. Prou. 8. Dominus possedit me, &c. secundum quod de ipsa exponuntur.

Angelorum quoque mater dici potest genitura: quia generauit patrem Angelorum & restauratorem eorum. Similiter & corporalium mater genitura: quia genuit ipsorum innovatorem. Est etiam prior ipsis prioritate prædestinationis & dignitate prælationis. Item vniuersaliter: quia mater est creatoris omnium: ergo mater omnium creaturarum est. Et imò etiam, vt patet consideranti, mater est omnium dignitate. Et sic pater qualiter proprium privilegium est beatissimæ Virginis, quoniam omnium bonorum mater est.

QVÆSTIO

QVÆSTIO CXLVI.

¶ VNC restat videre de illo privilegio secundum quod beatissima Virgo dicitur stella maris. De quo primo queritur, vtrum huiusmodi appellatio dicatur proprie vel translative? Et videtur, quod proprie: quia verba sumenda sunt secundum propriam significationem. Item vbi magis proprie est natura totius, ibi magis proprie natura partis: sed in spiritualibus magis proprie est natura totius lucis: ergo & ibi magis proprie est natura stellæ: ergo beatissima Virgo proprie dicitur stella maris.

CONTRA: Si sumitur proprie, vt dicitur de beata Virgine, & proprie vt dicitur stella: ergo inter illa non attenditur similitudo. Item secundum hoc beatissima Virgo potius diceretur stella cæli, quam stella maris.

Post hoc queritur, si hæc appellatio conueniat beatissimæ Virgini transumptiue? Et necesse est, vt dicit Philosoph. transferentes aliqua similitudine vti. Quæ est autem similitudo istius stellæ super alias stellas cum beatissima Virgine & gloriosa? Non enim videtur, per naturam substantiam: quia illa eadem natura est etiam in aliis stellis. Item figura huius stellæ non conuenit beatissimæ Virgini plusquam figura aliarum stellarum. Si enim propter maiorem lucem, tunc aliz quædam stellæ sunt magis stellæ luminosæ quam illa, sicut est lucifer: ergo potius diceretur beatissima Virgo lucifer, quam stella maris. Item si dicatur propter figuram, hoc non videtur: quia illa est vltima in cauda vrsæ: beatissima autem Virgo non est vltima neque in cauda. Item nota propter motum: quia mouetur cum firmamento sicut aliz stellæ. Et sic non videtur, quod sit aliqua proprietates huius stellæ super alias cum beatissima Virgine, propter quam debeat dici stella maris plusquam nomine stellæ alterius. Item si dicatur, quod propter effectum: quia dirigit nauigantes, hoc iterum commune est omnibus aliis stellis & lunæ & aliis planetis.

Item si dicatur, quod sicut stella dirigit nauas claritate suæ lucis, ita beatissima Virgo totum mundum luce suæ conuersationis, & sic dicatur stella ratione exemplaritatæ, tunc queritur, vtrum sibi soli hoc conueniat, vt hoc habeat pro privilegio? Et videtur, quod non: quia dictum fuit Moyli, Inspice & fac secundum exemplar quod tibi monstratum est. Exod. 26. Quod quasi exponens beatus Dionysius dicit, quod hierarchia humana per exemplaritatem descendit à caelesti. Et idem in Apocal. 21. Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de celo. Ergo videtur, quod ratio exemplaritatæ vniuersalis sit in Ecclesia triumphante respectu militantis: & sic ab illa exemplaritate non dicitur beatissima Virgo stella maris. Item Psal. 39. In capite libri scriptum est de me. Glossa: Ego sum liber humani generis. Item omnis Christi actio, nostra est instructio. Item ipse Christus dicit Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Ergo potius ipse diceretur stella maris. Item sacra Scriptura sufficienter ostendit omnia pericula vitanda & omnia compendia nau-

D. Alb. Mag. Quæst. Super Missus.

gandi ad portum patriæ: vnde dicitur Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen seminis meis. Ergo proprietates à qua beatissima Virgo dicitur stella maris, etiam conueniunt sacre Scripturæ. Item cum Virgo beatissima sit data nobis in exemplum innocentie, Maria autem Magdalena in penitentie exemplum illis qui sunt in naufragio constituti, videtur potius, quod beata Maria Magdalena dicatur stella maris. Item qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates Daniel. 12. Ergo videtur, quod proprietates hæc conueniant omnibus Doctoribus.

Item queritur iuxta hæc, vtrum hæc proprietates conueniant beatissimæ Virgini secundum statum viæ? Videtur, quod non: quia in illo statu fuit abscondita vel occulta. Si autem secundum statum patriæ, tunc potius diceretur stella cæli. Item cum non tantum viam ostendat, sed etiam transuehar, potius deberet dici nauis maris, quam stella maris.

Item queritur, quare ab hac proprietate nomen accepit, cum habuerit nobiliores respectu Dei, & respectu nostri?

Quod autem beatissima Virgo proprie dicitur stella maris, sic probatur. Vna est proprietates illius stellæ, quod est sita in summo poli respectu omnium: & beatissima Virgo est summa omnium sanctorum: ergo ipsa conuenienter participat nomen illius. Item, vt dicit Diastenes de vrsæ minore, quod in principio libri caudæ stella est infima vna quæ polus appellatur, per quem locum mundus iste existimatur versari: nulli autem parte creaturæ videtur potius conuenire mundum circa ipsam versari quam gloriosæ reginæ cæli & mundi: ergo ipsa est stella maris. Item, ista stella implet numerum septenarium, qui est numerus virginis: quia, vt dicit Macrobius, omnes numeri infra decadem, vel generant, vel generantur, præter septenarium: & cui magis hoc proprium quam illi quæ nec secundum naturam genuit, vel genita fuit? Item ista stella est summa & vltima in cauda vrsæ: & quid est hoc nisi illa quæ summa dignitate & humilitate vltima? Item hæc stella ferrum attrahit: & beatissima Virgo per infinitam suam misericordiam peccatores duros ad modum ferri ad cælum trahit. Item nauas dirigit: & beatissima Virgo omnes naufragantes ad portum salutis remittit. Item sita est contra Aquilonem: & beatissima Virgo semper versa est ad peccatorem. Ex his patet, quod multæ sint stellæ illius proprietates, soli Virgini appropriabiles, propter quas secundum modum transumptio- nis beatissima Virgo dicitur stella maris. Sunt igitur plures illius stellæ proprietates, & quædam illarum illi soli conueniunt, quibus respondent aliz illis improprietabiles in beatissima Virgine: propter quam conuenientiam ipsa sola dicitur stella maris.

Si autem queritur, quare illæ proprietates sint, in quibus est similitudo? Dicimus, quod in illa stella est consideranda substantiam, qualitatem, situm, statum, effectum. Substantia est cælestis, incorruptibilis, origo lucis: & beata Virgo est cælestis conuersatione, incorrupta corpore, origo lucis in generatione. Qualitate est

est superior, clarior, & vtilior: & sic beatissima Virgo est omnibus superior dignitate, clarior virginitate, vtilior fecunditate. Situ est suprema, & in cauda vltima: & beatissima est suprema situ poli in delectione Dei, & in cauda nostræ torpiditatis protectione, & vltima humilitate. Statu hæc stella est quasi sine motu, sine occasu, & quasi sine errore: & beatissima Virgo fuit sine motu inconstantiæ, sine casu culpæ, sine errore ignorantie. Effectus stellæ est triplex, ferrum attrahit, lucem tribuit, nautas dirigit. Sic beatissima Virgo attrahit peccatores, illuminat penitentes, dirigit innocentes. Item attrahit à culpa, illuminat in iustitia, dirigit ad gloriam. Vel sic, attrahit insipientes, illuminat proficientes, diligit perfectos & perseverantes. Et nota, quod Dominus beatissimæ Virginis opus recreationis secundum quatuor genera causarum communicauit. Causa efficiens nostræ regenerationis post Deum, sub Deo, & cum Deo ipsa fuit: quia illa illum nobis genuit, qui nos omnes regenerauit, & ipsum gignere suis virtutibus de congruo promeruit. Item causa materialis: quia Spiritus sanctus de purissimis carnibus eius & sanguinibus, ipsius consensu mediante, carnem sumpsit: quam in corpus transformauit, per quod redemptio nostra facta fuit. Item causa finalis fuit: quia per totum opus redemptionis post Deum in ipsius gloriam & honorem ordinatum fuit. Vnde Apoc. 4. seniores & omnes sancti mittunt coronas suas ante pedes agni, recognoscentes se esse coronatos illa humilitate & humanitate quam accepit de Virgine. Et ipsa est illa mulier quæ habet coronam 12. stellarum Apocal. 12. id est, omnium sanctorum: quia omnes per ipsam sunt coronati. Et sic filius diuidit cum ipsa causam finalem recreationis. Item causa formalis est ipsa recreationis: quia omnibus luce, suæ deiformissimæ conuersionis est speculum, & exemplar reuersionis à tenebris, & directionis & conuersionis ad contuitum primæ lucis. Et propter hoc ratione vniuersalitatis per modum exempli directionis & reductionis dicitur Virgo clarissima stella maris. Conuenit ergo illud priuilegium beatissimæ Virgini in statu patriæ, sed ratione eorum qui sunt in statu viæ: quia sicut stella in cælo, sic dirigit nauigantes in mundi pelago. Vnde non dicitur nauis maris ratione illius proprietatis: nauis enim fluctibus conuassatur, & non dirigit, sed dirigitur. Scripturæ quoque non competit ista appellatio: Scriptura enim dirigit per verba, stella verò, id est, beatissima Virgo dirigit per exempla. Item Christus vel Deus non dicitur stella maris: quia est fons totius lucis. Nec Magdalena dicitur stella maris: quia non dirigit omnes, sed tantum penitentes, & taliter ipsa dirigit, quod etiam ipsa dirigitur. Sed stella nauem dirigit, & à nauis non dirigitur, Magdalena illuminat per opera penitentis ad penitentiam, & non ad opera innocentie, & etiam per opera non dico penitentis, sed penitentis: fuit enim innocens, sed non minus fecit opera penitentis. Item alij tantum illuminabant viduis, alij tantum coniugatis, alij tantum virgini-

bus: sed beatissima Virgo illuminabat omnibus simul, viduis, coniugatis, & virginibus: Ex his patet, quod priuilegium est beatissimæ Virginis Mariæ, quod vocata est stella maris.



QVÆSTIO CXLVII.

RESTAT nunc videre de priuilegio illo secundum quod dicitur porta cæli. Contra quod sic obiicitur: Edificium non est perfectum sine porta: sed antequam beatissima Virgo fieret, cælum habuit portam: ergo ipsa non est porta cæli.

2 Item, Porta non intrat: sed per portam omnes alij intrant: sed beatissima Virgo cælos penetrauit: ergo non est porta cæli.

3 Item queritur, qualiter nos importet? Si per exemplum vel suffragium, sic quilibet sanctus est porta cæli. Si per meritum, tunc Christi crux est porta cæli: quia passio Christi aperuit nobis cælum.

4 Item, Ioan. 10. Ego sum ostium: ergo non beata Virgo. Item Ezech. 40. & Apoc. 21. vidit 12. portas. Ergo beata Virgo non est tantum porta.

5 Item, Penitentia est porta in cælo: ergo non ipsa tantum porta cæli. Item Iacob Genes. 28. Non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli: ergo Ecclesia est porta cæli.

6 Item Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: ergo obseruantia mandatorum est porta cæli.

CONTRA: Proprietatis portæ est importare & exportare: sed nec mandata nec penitentia exportant, sed tantum important: sed beatissima Virgo & egredientes exportauit, & ingressores importat: ergo ipsa est propriè porta.

2 Item, Christus importat, sed non exportat.

3 Item, Porta potest esse in ostio.


4 Item, In templo fuerunt duo ostia quæ simul aperiebant & claudiebantur: ergo & in cælo Dominus & beata Virgo.

5 Item August. Illa fides lana est, qua credimus nullum hominè siue maioris siue minoris ætatis liberati à contagione mortis, & obligatione peccati quod prima natiuitate contraxit, nisi per vnum Deum mediatorem Dei & hominum IESVM CHRISTVM. Item idem: Eadem fides mediatoris quæ nos saluat, multos saluos iustos faciebat antiquos. Item Gregorius super Ezech. dicit, quod qui præbant & qui sequebantur, clamabant, OIanna Marc. 11. quia omnes electi qui in Iudæa poterant esse, vel nunc sunt in Ecclesia, in mediatorem Dei & hominum crediderunt & credunt. Ex his patet, quod fides mediatoris est quæ introducit credentes: & in illum mediatorem implicite vel explicite oportebat ipsum, credi esse narum de Virgine: & ille est primus articulus de huiusmodi mediatore: & sic fides incarnati de Virgine inquam de Virgine omnes portat in cælos: ergo ipsa est propriè porta cæli.

6 **I**NTER hæc queritur, qualiter differat cæli

cæli porta & fenestra cæli, & qualiter beata Virgo dicatur vtrumque?

AD HÆC dicimus, quod beata Virgo propriè dicitur porta cæli: quia per ipsam eu- uir quidquid gratiæ vnquam creatum vel increatum in hunc mundum venit vel venturum fuit: omnium enim bonorum mater est & mater gratiæ, & mater misericordiæ: & etiam ipsa gratia increata tanquam aqueductus est: uir ab ipsa & venit in mundum. Item per ipsam intrauit quidquid vnquam boni de cælis in terram descendit, & è conuerso: vnde dicit filius eius Sap. 7. Venierunt mihi omnia bona pariter cum illa. Vnde ipsa est, porta templi speciosa, quæ filio exeuntri per ipsam fuit clausa. Vnde Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, ingrediatur princeps per ipsam. Hæc porta omnibus intrare volentibus est petua. Vnde ipsa est 12. portæ: quia ipsa ex omni parte mundi tria hominum genera, viduas, coniugatas, & virgines apportat & importat. Est autem non solum porta importando homines, sed & fenestra per quam lux venit in hunc mundum: & lux quæ de terra orta est, de ipsa procedens penetrauit cælum, lux illuminans cælum & mundum. Ex quo patet qualiter gratiosa Virgo est porta & fenestra cæli.



QVÆSTIO CXLVIII.

DOST HÆC queritur de priuilegio quod est communicatio passionis. Et videtur secundum quod exponitur primò, quod non fuerit ei passio communicata per illud Ier. 63. Torcular calcami solus, & de gentibus non est vit mecum. Glossa: Tormenta sustinui. Item Glossa: Solus Samson præcisus crinibus fuit, &c. Iudic. 16. Nec Angelus, nec Archangelus, nec quilibet cælestis spiritus, denique humani generis nullus, vel Gentilis, vel Iudæus, sed solus Deus pugnat & superat: ergo nulli est passio communicata.

2 Item, Omnes alij sunt in statu saluandorum & redimendorum: ipse solus redemptor & saluator: sed ad redemptionem passio pertinet: ergo ipse solus fuit passus.

3 Item, In immolatione Isaac & omnibus aliis figuris passionis, nunquam figuratur sub participatione plurium: ergo & in figurato tantum debet esse passus vnus pro omnibus.

4 Item, Psal. 140. Singulariter sum ego donec transeas. Et sic videtur, quod communicatio passionis non est priuilegium beatissimæ Virginis: sed quod non fuit communicata alicui creaturæ.

Et conuerso videtur, quod non possit esse priuilegium beatissimæ Virginis: sed quod pluribus & non ipsi soli fuerit communicatum: quod probatur per illud Iob 19. Pelli mea consumptis carnibus adhæsit os meum. Glossa Gregor. In osse fortitudo, in carne corporis infirmitas designatur: per os Christus, per carnem discipuli designantur, qui tempore passionis infirmi fuerunt: per pellem quæ exterior est, femine sanctæ designantur, quæ exterioribus Deo ministeris seruierunt. Quare igitur

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

consumptis carnibus os Domini adhæsit pelli suæ: quia fortitudo eius fugientibus se discipulis inuenit iuxta se mulieres: ergo non solum Mariæ tempore passionis communicata est passio vel fides passionis.

2 Item Ioan. 19. Stabant iuxta crucem Iesv mater eius, &c. ergo ipsa non sola consors passionis.

3 Item ibidem, In cruce dixit Iesvs matri, Ecce filius tuus. Deinde dixit discipulos, Ecce mater tua. Hic nota qualiter beatus Ioannes honoratur tanto priuilegio, ut filius Virginis diceretur, & ut sibi mater Dei committeretur: nec hoc factum fuisset, si non fuisset fidelis seruus & prudens, cui committeret Dominus matrem suam. Si autem fidelis, ergo habuit fidem & passionem.

4 Item Marc. 14. Adolescens sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. Glossa: Ab eis, quorum & præsentiam detestabatur & facta, non à Deo, cuius amorem etiam absens corpore fixum seruauit in mente. Sed charitas non est sine fide. Ergo Ioannes habuit fidem compassionis.

5 Item, Lazarus fuit nuper suscitatus in anima & corpore, & multa de penis infernalibus narravit, ut dicit Chrysostomus. De illo igitur qualiter opinabile est, quod tam cito ceciderit à fide. Item, Laito in cruce per veram penitentiam placuit Deo: sed sine fide impossibile est placere Deo: ergo habuit fidem & compassionem: ergo hoc non est priuilegium Domine nostræ, quod potest etiam latroni conuenire. Item Elias & Enoch qui locuti fuerunt cum Domino in transfiguratione, habuerunt etiam fidem incarnationis & passionis. Item, Ioannes Baptista in limbo habuit fidem. Item, Multi absentes quibus Dominus non prædicauerat, ut ille de quo dixit Matt. 8. Non inueni tantam fidem in Israël. Et multi alij. Item Glossa super illud Marci 14. Et cepit flere. Egreditur foras ut ab impiis secretus, negationis culpam liberius abluat fluctibus. Item Cornelius fidem habuit & præsens non fuit. Et videtur ex his quod multi tempore passionis habuerunt fidem, & per consequens passionem. Et sic non potest poni priuilegium fides passionis vel communicatio passionis.

SED CONTRA: Si de eo quod magis videtur inesse & non inesse, nec de eo quod minus. Sed maxime videbatur de mulieribus, quod habuerunt fidem passionis, ut patet supra per Glossam Gregor. Et inter mulieres maxime videbatur de Maria Magdalena: sed illa non habuit fidem tunc: ergo nec aliquis nec aliquæ earum. Minor patet Ioan. 20. Maria Magdalene venit mane ad monumentum, cum adhuc essent tenebre. Chylof. Quia adhuc spuit in tenebris infidelitatis. Item, Mulier quid ploras? Glossa: Non lachrymas nudas, sed fidem quæro: bonæ lachrymæ si Iesvm agnoscas. Et infra: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Glossa: Non quod nollet tangi nisi cum ascendisset in cælum, cum & mulieres & alij in terra eum tetigisse legantur & non sedentem in cælo. Vult igitur sic se specialiter tangi, id est, sic se credi, ut sit æqualis

æqualis Patri: & quia ista adhuc in eum carnaliter credebat, quem sicut hominem flebat, audit, Noli me tangere, id est, sic in me credere: quia nondum in corde tuo ascendi ad Patrem meum, id est, nondum credis me esse æqualem Patri: tunc tanges cum me in Patre Deum credes. Item, Quem mortuum credis viventem tangere non mereris. Ex his patet, quod Magdalena de qua minime videbatur, in passione Domini discredidit & cecidit: ergo & omnes alij.

2. Item Matth. 26. Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Glossa: Prædicit quid passuri sunt, ut post euentum non desperent, sed penitentia liberentur. Item infra: Relicto eo omnes fugerunt. Item Petrus qui expressissime fidem fuit protestatus, ter negavit: ergo multo fortius alij. Item Marci 14. Quidam adolescens amicus syndone. Glossa: Possimus huc Ioannem fuisse intelligere. Ergo Ioannes fugit. Item Ioan. 20. Currebant duo simul. Et infra: Tunc igitur introiit & ille discipulus qui venerat prius ad monumentum, & vidit & credidit. Et sic patet, quod Ioannes non prius credidit. Item de mulieribus Bern. Sic vos o bonæ mulieres, cuius quæro excubias exhibebis? cui aromata comparatis, paratis vnguenta? Si sciretis quantus is sit, quam sit inter mortuos liber, mortuus iste quem vos vngere pergitis, vos forsitan petissetis ab eo vngi. Nonne iste est, quem vixit Deus oleo lætitiæ præ confortibus suis: Beata eritis vos si gloriari poteritis reuertentes, & dicere, quod de plenitudine eius accepimus omnes. Enimvero factum est ita. Nam reuera vinctæ remeant, quæ vinctæ venerant. Missæ ab Angelo opus faciunt Evangelistæ, factæ Apostolorum Apostolorum, dum festinant ad annuntiandum manè misericordiam Domini. Ex his patet, quod mulieres in passione Domini discrediderunt.

Item quod beatissima Virgo sola tempore passionis permanserit in fide, videtur posse subtiliter inueniri secundum Isaiam 63. cum dicit: Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum. Si enim omnes homines voluisset excludere, suffecisset dicere, calcavi solus: & sic superfluum esset dicere, non est vir de gentibus mecum. Item sic dixisset potius, de gentibus nullus est mecum. Quando igitur viros excludit, constat quod aliqua femina reliquit, quam non excludit, quæ torcular passionis secum sustinuit & calcavit. Item, Magis videbatur de mulieribus quam de viris, quod secum calcauerant: quia illæ stabant circa crucem: ergo si voluisset omnes excludere, potius debuit eas expressisse de quibus videbatur magis inesse. Item addit Ambrosius: Stabat iuxta crucem, non ut dolorem filij consideraret, sed ut salutem humani generis expectaret. Ergo ipsa sola stabat, & omnes alij & alia fugerunt corde vel corpore: ergo ipsa sola Domine communicavit in passione fide & compassione.

Item videtur, quod communicatio passionis non debeat poni pro privilegio. Omne enim privilegium aliquod debet importare commodum illi cuius est privilegium: istud autem non videtur importare commodum, sed tormentum. Item, Liberatio à poena est signum

& effectus dilectionis: ergo insigere poenam non est signum dilectionis: ergo non est privilegium.

CONTRA: Ioan. 18. Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum? Item 17. Pater clarifica filium tuum, &c. Item Phil. 1. Quibus datum est non solum ut credatis in ipsum, sed ut patiamini pro ipso. Item Hebræ. 12. Flagellat Deus filium: quemlibet quem recepit. Item Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres charissimi cum in tribulationes inciditis. Item Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu consilij, quoniam digni, &c. Ex his igitur patet & manifestum est, quod communicatio passionis est privilegium. Item quod in passione Domini sustinuerit beatissima Virgo, patet per Dam. qui dicit, quod dolores quos edugit paries, in Christi passione sustinuit. Luc. 2. Tamen ipse animam pertransibit gladius. Item Isa. ultimo: Et antequam parturiret, peperit: & antequam veniret partus eius, peperit masculinum. Ex hoc sequitur, quod aliquando peperit sine parturitione & sine dolore. Et postmodum sequitur: Nunquid parturiet terra in vna die? aut gens simul, quia parturivit & peperit Sion filios suos? Ergo aliquando peperit gentem simul, & cum parturitione & dolore: ergo peperit filium suum primogenitum sine dolore in sua natiuitate, postea peperit totam gentem simul in filij passione, ubi facta fuit ei in adiutorium simile sibi, ubi ipsa mater misericordie partem misericordiarum in summo opere misericordie adiunxit, & vna secum omnes homines regeneravit. Et hæc regeneratio cum summo dolore vtriusque fuit. Vnde Glossa ibi posita, Multo labore in fide genuit. Ex his patet, quod per misericordiarum soli matri misericordie opus summæ misericordie, id est, passionem communicavit.

QVÆSTIO CXLIX.

VARIVR iuxta hoc, an sicut Dominus in passione simul habuit gaudium summum & summum dolorem, ita beatissima Virgo simul habuerit vtrumque? Et videtur, quod sic: in ipsa enim fuit vtrumque: si ergo communicasset matri alterum eorum tantum, non fuisset æquam consortium. Item, Dolor non est meritorius sine dilectione. Apostolus. 1. Cor. 14. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Sed impossibile est dilectionem esse sine delectatione. Ergo simul habuit dolorem & delectationem: ergo & summum dolorem habere potuit cum summa delectatione. Item quod ibi fuerit summus dolor, probatur: Omnis dolor est ex amore. Amor autem est triplex, naturalis, acquisitus, & gratuitus. Naturalis in summo fuit ibi: quia quanto natura nobilior, tanto nobiliores habet affectiones & operationes: sed ipsa summè nobilem naturam: ergo summè nobilem amorem naturalem. Item acquisitus fuit ibi in summo: omnes enim causæ accidentales quæ inducunt matrem ad diligendum filium suum, hic fuerunt

simul in summo: nunquam enim filius matrem suam tantum dilexit, vel tantum honoravit, vel tantum deit, vel pro ipsa sustinuit, & sic de singulis accidentalibus causis dilectionis: ergo amor acquisitus ibi in summo fuit. Item gratuitus ibi in summo fuit: quia nunquam alia mater vel alia creatura tantam charitatem habuit, ut supra patuit. Et sic beatissima Virgo ad filium suum in summo habuit amorem naturalem, acquisitum, & gratuitum: ergo si ite triplex habitus amoris simul eliciat vnum motum amoris in summo, illa erit dilectio intensissima, & dolor illi respondens erit dolor in summo: sed tam naturalis quam acquisita quam gratuita dilectio respectu nullius ita est intensa sicut est respectu vitæ dilecti: ergo naturalis, acquisitus, infusus sive gratuitus amor in summo diligit vitam in dilecto: ergo de morte dilecti dolet in summo: ergo cum beata Virgo respectu filij sui habuerit omnifariam dilectionem in summo, constat quod de morte ipsius habuit omnifariam dolorem in summo. Item quod ibi fuerit gaudium sive delectatio in summo, probatur. Dilectus gaudet de bono dilecti, & magis gaudet de maiori bono: ergo de summo bono dilecti in summo gaudet: sed charitas est dilectio Dei & proximi, & in summo charitas perfecta gaudet in summo: sed summus honor Dei, & proximi summa utilitas fuit in passione & per passionem in summo: & beatissima Virgo habuit tunc charitatem in summo: ergo tunc gaudebat in summo: ergo simul habuit gaudium & dolorem in summo.

2. Item, Ex dilectione est compassio: ergo ubi inproportionabilis est dilectio, ibi inproportionabilis est compassio: ergo ubi videtur dilectio in summo, ibi & compassio in summo.

3. Item, Maius est gaudium Angelorum quod habent de vnius peccatoris conversione, quam aliquod gaudium huius vitæ: ergo ex æquali charitate vel maiori inproportionabiliter, erit magis gaudium.

4. Item, Angeli de passione Domini habuerunt delectationem & non compassionem, aliqui mali compassionem & non delectationem: ergo ipsa debuit habere vtrumque.

5. Item, beatissima Virgo communicavit recreationi: sed recreatio est per passionem: ergo & passio fuit ei communicata.

6. Item Bernard. Longè eam plusquam martyrem non immerito prædicem.

CONTRA hoc obicitur in hunc modum: Summus dolor & summum gaudium opponuntur: ergo non sunt simul in eodem. Si dicatur, quod dolor de morte filij & gaudium de salute generis humani non opponuntur, tunc adhuc obicitur, quod motus maiores impediunt minores: ergo videtur impossibile, quod anima tota quando absorbetur dolore, quod tunc in summo tripudiet & exultet in amore & delectatione.

2. Item, In dolore anima convertitur super malum in quantum malum, in gaudio super bonum in quantum bonum: sed impossibile est simul animam converti super diuersa tanquam terminos: ergo impossibile est animam

simul gaudere & dolere.
3. Item, impossibile est animam simul moveri diuersis motibus: ergo impossibile est eam simul gaudere & dolere.

QVÆSTIO CL.

OSTRYAM probatum est, quod beatissima Virgo summum gaudium habuit in passione filij, quæritur de comparatione huiusmodi gaudij quod habuit in passione, ad alia gaudia, quando scilicet habuerit maximum gaudium? Et videtur, quod in filij sui conceptione, hac ratione. Ex bono est gaudium: Iob 3. Quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer cum inuenerint sepulchrum. Ergo cum summo dono gaudium summum. Sed in conceptione accepit summum donum, cum enim Deus Pater Filium suum dedit, quomodo non cum illo ei omnia bona donauit: ergo tunc summum gaudium habuit.

2. Item, Tunc tantum legitur cantasse canticum exultationis. Luc. 2. Magnificat anima mea Dominum: ergo tunc maximè videtur gauisa fuisse.

3. Item, Ablatio væ est causa lætitiæ: sed tunc, ut dictum est supra, ablatum est ei & fugit omne væ: ergo tunc summam habuit causam lætitiæ.

4. Item, Nouitas est causa lætitiæ, iuxta illud Luc. 15. Fili tu semper mecum es, &c. Epulari autem & gaudere oportebat, &c. Ergo videtur à simili, quod beatissima Virgo in nouitate conceptionis maximum effectum gaudij habuerit.

5. Item, Tunc cum summo conferibili dono accepit causam & meritum ad omnia alia dona necessarîè consequenda: ergo tunc summam habuit causam gaudij: ergo summum effectum gaudij.

CONVERSO autem videtur, quod in natiuitate filij summum gaudium habuerit, ex hac ratione: Si natiuitas vel generatio fuerit perfectior, erit causa perfectioris & plenioris gaudij: sed perfectior & plenior est generatio ex vtero quam in vtero: ergo perfectus & plenius & maius fuit gaudium in natiuitate quam in conceptione.

2. Item, Illa die dixit Angelus Luc. 2. Annuntio vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie Saluator. Si igitur natiuitas Domini est causa gaudij: ergo ille qui habet inproportionabiliter propinquiores comparationem ad Saluatorem quam omnes alij, habebit inproportionabiliter maiorem causam gaudij: hæc autem est mater Saluatoris: ergo illa die habuit summum gaudium.

3. Item, Ioan. 14. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non. Ergo &c.

4. Item, Ioan. & Luc. 1. Et multi in natiuitate eius gaudebunt, &c. Ergo maius gaudium videtur pertinere ad natiuitatem quam ad conceptionem.

5. Item, In conceptione ipsam delectationem tantum habuit visu intellectuali: in natiuitate

Serm. 71
P. 4. 87.
P. 4. 44.
Ioan. 1.

Serm. de
v. 12. Ma-
r. 1. 5. gaudium
magnum.

tiuitate verò intellectuâli & sensuali : ergo tunc tantum reficiebatur intellectus, nunc autem intellectus & sensus : ergo tunc tantum gaudium fuit, nunc autem exultatio & lætitia : ergo maius gaudium.

6 Item, Similius fuit gaudium patris, ubi oculus corporis reficiebatur Domini humanitate, & oculus cordis in eius diuinitate : sed meliori & honorabiliori similius, est melius & honorabilius : ergo nobiliter fuit gaudium natiuitatis quam conceptionis.

7 Item, Bonum additum bono, magis facit ipsum esse bonum : ergo magis dilectum maiorem dilectionem : sed conceptio est bonum, partus est bonum : ergo bonum duplicatum duplicat delectationem : ergo gaudium quod fuit in conceptione, duplicatum fuit in natiuitate.

8 Item, Prius gaudebat se virginem concepitse, nunc vero virginem peperisse & virginem lactare : ergo modo habuit maximum gaudium.

CONTRA videtur, quod maius habuit gaudium in Filij passione : quia, vt dictum est supra, ipsa nunquam gauisa fuit tantum de aliquo, quantum de honore Dei & salute proximi : sed vtrumque fuit in passione in summo : ergo tunc habuit gaudium in summo.

2 Item, Charitas gaudet de bono dilecti. Triplex autem est bonum, honestum, vile, & delectabile. Quodlibet istorum in beatissima Virgine in passione respectu Filij sui fuit in summo. Vnde ipse appellat passionem suam claritatem. Ioan. 17. Clarifica me Pater : propter honorem scilicet quem summum habuit per passionem, propter quam Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, &c. Appellat etiam eam cibum & potum propter delectationem quam in summo effectu tunc habuit. Numquam enim in aliquo creato tantum delectatus fuit, quantum in redemptione generis humani per passionem. Appellat etiam eam donum dicens, Calicem quem dedit mihi Pater, propter suum lucrum quod mediante passione acquisiuit, per quam omnia ad se traxit. Sic igitur quodlibet genus boni dilecti in passione fuit in summo : ergo & in diligente tunc fuit delectatio in summo.

3 Item, Motuum affectus & generatiuum delectationis non est nisi bonum. Bonum autem aliud creatum, aliud increatum : ergo si vtrumque in summo mouebat affectum rectè dispositum, vtrumque causabat delectationem in summo. Bonum autem increatum semper in summo est in se, sed non semper in summo in ostensione & exhibitione, ipso testante qui ait Ioan. 14. Maiorem charitatem nemo habet vt animam, &c.

4 Item, Summus effectus boni est redemptio generis humani : ergo summum increatum & summum creatum bonum in passione simul mouebant affectum beatissimæ Virginis optime dispositum : ergo tunc summum habuit gaudium.

5 Item, In conceptione fuit mater Dei & hominis in vtero, in natiuitate fuit mater Dei & hominis ex vtero, in passione autem est mater Dei & hominis redemptoris : vnde quæ

prius fuit mater creatoris, modo est mater redemptoris siue recreatoris : ergo duplicatum est donum & bonum : ergo gaudium.

6 Item, In conceptione & natiuitate fuit effecta mater tantum vnus Dei & hominis, in passione verò fuit facta mater omnium hominum : ergo tunc multiplicatum & maius gaudium habuit.

7 Item, Finis melior est & nobilior his quæ sunt ad finem : ergo quod fini propinquius est, melius est & nobiliter : sed conceptio est propter natiuitatem, natiuitas propter passionem, passio propter redemptionem : ergo passio fini propinquior : ergo melior : ergo maius delectamentum : ergo maius gaudium.

QVOD AVTEM in resurrectione Filij maximum gaudium habuit, videtur : quoniam effectus dilectionis est flere cum stentibus, gaudere cum gaudentibus, iuxta illud Ioan. 14. Si diligeretis me, gauderetis, &c. Sed Dominus summum gaudium habuit in resurrectione : quoniam gaudebat anima & cum corpore & diuinitate : ergo Domina nostra in summo debuit tunc gaudere.

2 Item, Dicit Apostolus, quod mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Ergo etiam ex parte nostri resurrectio propinquior fuit fini : ergo maior causa gaudij.

3 Item, Ecclesia tunc specialiter vitur hac exultatione, Hæc est dies quam fecit Dominus.

4 Item, In illo festo plus cantatur Alleluia quam in alio festo : ergo videtur : quod cantus illius festi sit maximè causa gaudij.

5 Item, Resurrectio Christi est causa & exemplar illius vite in qua est summa exultatio : ergo illud festum propinquissimum est summo gaudio : ergo tunc debet esse summum in hac vita gaudium.

6 Item, Beatissima Virgo plus dilexit Filium quam totum mundum : ergo plus gauisa fuit de bono Filij, quam de bono totius mundi : sed bonum mundi & pœna Christi fuit in passione, bonum autem Christi scilicet liberatio ab omni pœna fuit in resurrectione : ergo plus gauisa fuit de resurrectione quam de passione.

VIDETUR autem, quod maximum in Christi ascensione habuerit gaudium. Tunc enim Filius primò dicitur habuisse gaudium & festum perfectum. Tunc enim primò in reportatione omnis in humeris suis conuocat amicos suos, dicens : Congratulamini mihi omnes. Item tunc primò pater Filio suo prodigo fecit festum cum amicis suis Luc. 15. Item tunc primò rediit de exilio in palatium. Item tunc primò ianua cœli aperta est, & homo introductus. Item tunc primò redemptio completa est, & ruina iam in parte restaurata. Item tunc primò maximus honor Filio & matri exhibitus est, quando caro sua super choros Angelorum exaltata est. Item tunc primò quantum ad manifestationem datum est ei nomen quod est super omne nomen. Cum igitur in ascensione fuerit completissimus effectus boni & propinquissimus fini, videtur quod tunc maximum habuerit gaudium beatissima Virgo Maria.

AD HVC

AD HVC autem videtur maius his omnibus hoc quod habuit gaudium in ipsius assumptione. Tunc enim perfecte habuit gaudium fruitionis, ante autem non.

1 Item, Illud gaudium nullam secum parit tristitiam vel pœnam sicut omnia prædicta : ergo videtur maius omnibus illis.

3 Item, Illud secundum statum patris, alia secundum statum via. Caminus eius in Ierusalem, & igniculus est in Sion. Isa. 31.

4 Item, Maius est esse beatam quam esse matrem Dei, si alterum separaretur ab altero : ergo beatissima Virgo maius accepit in sua assumptione gaudium, quam in filij natiuitate : ergo maius tunc habuit gaudium quam ante.

CONTRA hæc omnia. Et primò de gaudio conceptionis obiicitur in hunc modum : quo dato datur reliquum, & non conuertitur, maius est illo : sed dato quod sit mater Dei, datur beatitudo fruitionis, & non è contra : ergo gaudium conceptionis maius est gaudio fruitionis : ergo maius omnibus aliis : quia quidquid maius maiore, etiam maius est minore.

Responsio ad quæstiones 148. 149.
& 150.

AD HVC soluendo dicimus, quod hoc privilegium quod dicitur communicatio passionis, duo importat, fidem crucifixi Dei & hominis, & per se passionem ex compassione patientis. Et fuit quadruplex diuersitas respectu passionis Dominicæ. Quidam nec habebant fidem, nec compassionem, sicut infideles Deo insultantes, blasphemantes, & illudentes, & demones. Quidam compassionem, sed non fidem, vt Apostoli & mulieres illæ quibus dictum est, Filia Ierusalem nolite flere super me, sed super vos. Quidam fidei cognitionem, sed non compassionem, vt Angeli & alij extra statum viae positi, & latro qui fidem habuit, sed non compassionem per se, & hoc quia circumdatus fuit propria mortis passione. Sola beatissima Virgo tunc fidem habuit, & compassionem crucifixi Dei & hominis, & per se passionem ex compassione patientis. Et sic sola fuit, cui datum est hoc privilegium, scilicet communicatio passionis, cui Filius vt dare posset præmium, voluit communicare passionis meritum, & vt ipsam participem faceret beneficij redemptionis, participem esse voluit & pœna passionis : quatenus sicut fuit adiutrix redemptionis per compassionem, ita mater fieret omnium per recreationem : & sicut totus mundus obligatur Deo per suam passionem, ita & Domine omnium per compassionem.

CONTRA hæc obiecta per obiecta in contrarietate sunt soluta. Concedimus enim, quod sicut Dominus omnium simul habuit summum gaudium & summum dolorem, sic Domina nostra simul habuit summam compassionem & summam congratulationem, compassionem existente in natura simul & in ratione vt natura, congratulatione tamen in ratione vt ratione. Et intelligantur hæc verba, sicut in materia Dominicæ passionis. Vel dicatur, quod sum-

mm tristabile in tali genere est dupliciter accipere. Vno modo vt summè contrarium appetitui, & sic summum infert dolorem. Alio modo prout est via & medium ad summum delectabile, & sic infert summum gaudium. Et sic anima beatissima Virginis apprehendit mortem Filij sui vt summè contrariam appetitui, & sic summum intulit ei dolorem : & vt medium in redemptionem humani generis, & sic causauit in ea summam delectationem. Et possunt hæc simul esse : quia vnum materia est ad alterum : vel secundum alium modum via ad alterum est medium in ipsum.

Quod autem obiicitur de comparatione gaudiorum, sic respondemus, quod si fiat comparatio secundum quod posterius includit in se prius, sic nulla est quæstio, vt si quæzatur, an vnum est plura quam duo, & duo quam tria, & sic de aliis. Natiuitas enim includit in se conceptionem, passio natiuitatem, & sic de aliis : & sic ordinantur ad se inuicem secundum superadditionem. Et sic magnum fuit gaudium conceptionis, maius natiuitatis, & adhuc maius passionis, & sic vterius. Si autem fiat comparatio per oppositionem & separationem, ita quod posterius accipitur per se sine intellectu prioris, & si sic comparentur, sic dico, quod gaudium quod habuit in conceptione, maius fuit omnibus gaudiis vite & vitæ : quia tunc accepit maius bonum & certitudinem omnium aliorum suo tempore conferendorum. Et differunt gaudia vite & vitæ hoc modo. Gaudium enim nihil aliud est quam delectatio in bono, vel de bono. Est autem bonum sui & bonum proximi in conceptione & natiuitate & in passione Domini, in resurrectione autem bonum Dei & ascensione. Et sic posset poni gaudium passionis summum quod habuit pro bono proximi. Similiter autem gaudium conceptionis summum fuit, quod alia omnia causaliter clausit in se. Gaudium autem in conceptione & gaudium in assumptione se habent vt excedentia & excessa : gaudium conceptionis maius fuit causaliter, gaudium assumptionis actualiter. In conceptione maior fuit bonitatis ostensio, maioris doni collatio, maior delectationis exhibitio : & hæc omnia causaliter. In assumptione maior doni collatio, maior effectus exaltatio & deificatio, maior tamen dilectio & coniunctio : & hæc actualiter. Et posset poni simile de istorum gaudiorum comparatione, vt si aliquis haberet pignus pro centum maris impignoratum & obligatum, & aliquis daret ei nonaginta marcas ad ipsius pignoris solutionem, faciens ipsi pignoranti cautionem, quod temporibus determinatis dabit sibi alias decem marcas, ita quod quolibet tempore duas : tunc secunda datio propinquius & plus disponeret ad pignoris solutionem quam prima, & tertia plus quam secunda, & sic vsque ad quintam quæ pignus soluit : & tamen prima datio plus aliis contulit, & hoc dupliciter, quia maius donum dedit, & quia de illis dandis securum fecit. Similiter in proposito quando Dominus beatissimæ Virgini vt mater Dei fieret in vtero tribuit, tunc quod de ipsa Virgine nasceretur, & passione sua humanum genus redimeret, & tertia die resur-

geret, in cælum ascenderet, ipsam in sum-
mam fructuonem corpore & anima assumeret,
securavit.



QVÆSTIO CLI.

QUÆRTIMÒ quæritur de illo privilegio,
quod est super omnem creaturam in
quarta hierarchia exaltata. Et videtur, quod
beatissima Virgo ultra tertiam hierarchiam in
quartam non sit exaltata. Prhmo: quia in pa-
rabola vbi legitur de reparatione generis hu-
mani, dicitur, quod dragma decima est in-
uenta, quæ fuerat perdita: ergo videtur, quod
tantum in illud fuerit restitutio, ex quo facta
fuit restitutio: sed tantum ex hierarchiis tribus
fuit casus & restitutio: ergo tantum in illis fuit
reddita restitutio.

Luc. 15.

Ludich 13.

2 Item, Dicitur Iudich in figura Domine
nostræ, Subuenisti ruinæ ante conspectu in Dei
nostræ: sed ruina fuit solum in illis tribus hier-
archiis: ergo restitutio erit tantum in illis
tribus.

3 Item, Alia parabola. Qui habet cen-
tum oues, &c. Glossa: Deus est pastor, cu-
ius nos centesima ouis: sed centesima est de
numero aliarum 99. & consortio: ergo homo
pertinet ad aliquem ordinem Angelorum.

4 Item, Hierarchia humana est sub ange-
lica: ergo supremus chorus de humana est sub
infimo de angelica: ergo nullus homo est su-
per choros Angelorum.

Cap. 22.

5 Ad idem facit quod ipse Deus in passione
permittit, vt Luc. dicit, quod Angelus assistit
de cælo confortans eum, per quod, vt dicit
Dionysius, constat naturam humanam naturæ
angelicæ naturaliter esse subiectam: sed sicut
simpliciter ad simpliciter, ita summum ad
summum: ergo si Angelus super hominem,
& supremus super supremum hominem: ergo
nullus homo super omnes Angelos.

6 Item Gen. 2. Requieuit Dominus ab
omni opere quod patrarat: sed tunc non fuit
quarta hierarchia: ergo nec modo.

7 Item, Cantat Ecclesia: Gaudent chori
Angelorum confortes & conciuos nostri. Si
conciues & confortes: ergo in eadem hier-
archia.

8 Item, In prima hierarchia supremus
ordo est sacer principatus: sed princeps in ea-
dem ciuitate & regno cum subditis est: ergo
regina Angelorum in eadem mansionem cum
Angelis est.

Lit. 12. 13. 14. 15.

9 Item Augustinus: Minime dubitandum
est & captam hominis à carnis sensibus men-
tem, & post mortem ipsa carne deposita, non
sic Deum videre posse sicut vident Angeli. Et
vult, quod inferioris gradus est cognitio ho-
minis quam Angeli. Sed penes illam cog-
nitionem est ordo: ergo homo est inferioris or-
dinis quam Angelus: ergo supremus est sub
supremo Angelo.

10 Item, Hierarchia angelica descendit
per exemplaritatem à diuina: sed in diuina
tantum tres hierarchiæ: ergo non erit quarta.

11 Item, Filius est in diuina hierarchia:

ergo si beatissima Virgo non est in angelica
hierarchia, sola erit in vna: sed vbi tantum
vnum vel vna, ibi non est ordo: & vbi non
est ordo, ibi non est hierarchia: ergo non po-
test sola habere hierarchiam vnam.

12 Item, Dionysius dicit, quod in quali-
bet hierarchia sunt prima, media, & infima:
ergo ipsa non erit in vna hierarchia.

13 Item, Ipsa est medium inter alias crea-
turas & Deum: sed medium non habet me-
dium & vltimum: ergo non facit hierarchiam
per se.

CONTRÀ: Hieronymus & omnes sancti
& ipsa vniuersalis Ecclesia cantat. solenniter,
quod ipsa est exaltata super choros Angelo-
rum. Inde sic: Omnes chori Angelorum sunt
de aliqua hierarchia: sed ipsa exaltata est super
choros Angelorum: ergo ipsa est super omnes
hierarchias Angelorum. Vel directe quidquid
est in aliqua hierarchia, est in aliquo choro:
ergo quod non est in aliquo choro, non est in
aliqua hierarchia: ergo quidquid est super om-
nes choros, non est in aliqua hierarchia.

2 Item, Plus distat beatissima Virgo à Se-
raphin in dignitate & gloria, quam Sera-
phin super Cherubin: sed propter excellen-
tiam dignitatis ordinatur Seraphin super Che-
rubin vno ordine: ergo beatissima Virgo erit
super Seraphin ad minus vno ordine: ergo su-
per hierarchiam Angelorum.

3 Item, Impropportionabiliter differt ma-
gis Domina à seruo, quam seruus à seruo: sed
Seraphin sic se habet ad Cherubin vt seruus ad
seruum, Domina autem ad Seraphin vt regina
sua & omnium Angelorum: ergo impropor-
tionabiliter plus est ipsa super Seraphin quam
Seraphin super Cherubin: sed Seraphin est in alio ordine
super ipsum: sed Seraphin est supremus ordo
Angelorum: ergo ipsa est super omnes hierar-
chias Angelorum.

4 Item, Rex & regina ab eadem denomi-
nantur dignitate & regno & principatu: ab
eodem enim regno dicitur Rex Franciæ & Re-
gina Franciæ: ergo ab eodem regno dicitur
Rex cælorum & Regina cælorum: sed sua di-
gnitas regalis est super omnes dignitates An-
gelorum & principatus: ergo dignitas reginæ
cælorum est super omnes choros & hierarchias
Angelorum.

5 Item 3. Reg. 3. Positus est thronus ma-
tris regis iuxta thronum regis: sed constat,
quod thronus regis impropportionabiliter est
super omnes thronos Angelorum: ergo thronus
matris regis.

6 Item, Ipsa habet regnum per filium, &
dicitur regina à regno filij: sed illud est in-
creatum & æternum: ergo ipsa est regina à
regno æterno.

7 Item, Alij homines possunt venire ad
Seraphin: nullus autem ad dignitatem &
statum beatissimæ Virginis: est igitur super
Seraphin.

8 Item, Status gloriæ est eleuatus super
statum innocentie in corporibus: ergo & in
animabus: sed si homo sterilet, aliquis assum-
ptus fuisset ad Seraphin: ergo aliquis modo
debet eleuari super ipsos.

9 Ad idem sunt auctoritates sanctorum.
August.

Serm. 2. de August. Sed de te o Virgo Maria quid dicam
pauper ingenio, cum quidquid dicere, minor
laus est, quam dignitas tua merere? Si cælum
appellem, tu altior es. Si matrem gentium di-
cam, præcedis. Si formam Dei appellem, digna
existis. Si Dominam Angelorum vocem, super
omnia te esse probabis. Si igitur Domina An-
gelorum, ergo est super omnes Angelos.

Serm. de assumpt. B. Mariæ ad Paulam & Eustochiæ.
10 Item Hieronymus: Hæc est dies præcla-
ra, in qua meruit exaltari super choros Angelo-
rum & peruenire ultra quam nostræ humani-
tatis est natura, vbi non substantia tollit-
ur, sed gloriæ magnitudo monstratur, vbi
Christus pro nobis introiit. Pater factus in
æternum ad cæli palatium: ergo exaltata ultra
quam humanæ naturæ sit licitum, scilicet vbi
Christus introiit: ergo super omnes hierar-
chias Angelorum.

11 Item Hieronymus. Hæc est, inquam, dies
in qua vsque ad throni celsitudinem intemeta-
ta virgo & mater processit, atque in regni so-
limum sublimata, post Christum gloriosa sedesit.
Sic itaque illi sancta Ecclesia canit, quod de
nullo alio sanctorum fas est credere, vt ultra
Angelorum & Archangelorum dignitatem me-
rito transcederit: quia estis similitudo sanctis
promittitur, veritas tamen negatur. Et infra:
Non temere super choros Angelorum exalta-
ta deuotissime hodie prædicatur: quis præ-
cessit eam Dominus & saluator noster ad
cælestia, vt præpararet ei in æthereis man-
sionibus locum. Ex his patet qualiter beatissi-
ma Virgo super ordines & hierarchias Angelo-
rum, in quartam & nouam hierarchiam cum
filiis specialiter est exaltata.

12 Item Hieronymus ad idem: Creditur
enim, quod saluator omnium ipse, quantum
darit intelligi, per se totus festinus occurrit, &
cum gaudio eam secum in throno gloriæ collo-
cauit. Alia autem quomodo impluisse credi-
tur, quod in lege ipse petcepit, Honora matrem
& matrem tuam: Ex hoc etiam patet, quod ipsam
etiam in throno suo secum collocauerit. Vnde
Augustinus: Tibi thronus regis ab Angelis
collocatur in aula æterni regis, teque ipse rex
regum vt matrem vocat & decoram sponsam
pre omnibus diligens amoris amplexu sibi asso-
ciat. Ex hac auctoritate quatuor loquuntur
conclusiones. Prima, quod si posuit est ei regis
thronus: ergo idem thronus suus & regis
dicitur: ergo super omnes thronos. Secunda,
si mater regis: ergo iuxta regem. Tertia, si
sponsa regis: ergo matrem regis. Quarta, si
ipsam impropportionabiliter plus omnibus alijs
creaturis diligit: ergo impropportionabiliter
plus per omnem creaturam.

13 Item, Sicut in corporibus nihil est ex-
cellens, nisi in spiritualibus nihil est vicium: sed
inter creaturas de Deo, media est esse crea-
tura Dei: sicut in similibus inter esse parum
creaturam & esse creaturam Dei: vnde, in
dignitate est esse creaturam de qua sanctorum vel
sicut dicitur quod vna est beatissima Virgo:
ergo ipsa est medium inter creaturas & filias:
ergo ei debetur media dignitas.

14 Item, Vnde est manifestum regni collocari
à quo Deus trinitas est: ipse est regis
vocatur: ergo sua dignitas est super omnem

creaturam. Item Psal. A summo cælo egres-
so eius. Glossa, id est, à cælo trinitatis. Et
inferitur: Et occursum eius vsque ad summum
eius, hoc est, ad idem cælum: sed ipsa est à
dextris filij: ergo in cælo trinitatis: ergo super
cælum Angelorum.

15 Item Marc. vltim. Dominus quidem
L. 3. v. 3. postquam locutus est eis, ascendit
ad cælum, & sedet ad dexteram Dei Patris.
Ibi dicit Glossa, in potioribus bonis Patris. Sed
regina stat à dextris filij. Glossa similiter:
ergo ipsa est in potioribus bonorum potio-
rum bonis: ergo ipsa est in potissimis bonis
regni cælorum: ergo ipsa cum Filio est super
omnes qui sunt in regno cælorum, vel vnquam
sunt futuri.



QVÆSTIO CLII.

VIXTA hæc quæritur, cum dicat Dio-
nysius, quod proprietates inferiorum,
habent superiores cum excellentia, & beatissi-
ma Virgo sit super omnes ordines Angelo-
rum vtrum habeat omnes proprietates omnium
Angelorum: Ad quod respondemus breuiter,
quod sic. Et primo de proprietatibus commu-
nibus quæ omnibus continentur Angelis, post
de proprietatibus quæ singulis ordinibus in-
sunt propriæ. Prima igitur communis proprie-
tas est nunciatio quæ conuenit omnibus, à
qua & omnes Angeli dicuntur. Quod hæc
beatissima Virgini & cum excellentia conue-
niat, patet: quia omnes Angeli nuntiant per
verba creata: ipsa autem per verbum increa-
tum. Hæc autem proprietatem ponit Aposto-
lus cum dicit, Omnes sunt administratorij spi-
ritus missi in ministerium. *Hebr. 1.*

2. Aliam ponit Dionysius in cælesti hier-
archia dicens: In tria diuiduntur secundum
se supermundana ratione omnes diuini intel-
lectus, in essentiam, & virtutem, & opera-
tionem. Beatissima autem Virgo immedia-
te se habet ad primum esse: ergo summum
habet esse. Similiter ad superius esse sequitur
superior virtus & operatio: ergo ipsa inter
creaturas habet hæc omnia tria in summo. *Cap. 11.*

3 Item Dionysius de cælesti hierarchia: *Cap. 11.*
Iuxta enim sæpe à nobis rectam redditam ra-
tionem, ipse quidem superfirmata disposi-
tiones abundantem habent & minorum sacras
proprietates. Vltimæ vero maiorum superposi-
tas vniuersitates non habent, particulariter
in eis primo apparentibus illuminationibus,
per primas impropportionabiliter eis distribuitur.
Ergo cum beatissima Virgo superior sit omni-
bus cælestibus dispositionibus, ipsa habet pro-
prietates omnium abundantem.

4 Item, Vna est proprietates communis om-
nibus illa quæ post Dionysium in pluribus
locis, scilicet purgatio, illuminatio, perfectio.
Sed hæc beatissima Virgo in summo habet, vt
pater ipsa enim ea purgare nitetur, quæ sub Deo
matris de qua intelligi. Sed ad maiorem purga-
tionem sequitur maior illuminatio, & ad maio-
rem illuminationem sequitur maior perfectio:
ergo in ea hæc tria erant in summo. *Hebr. 1.*

Item Dan. 3. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Quod hæc dæ proprietates ei similiter cum excellentia infueunt, sic patet. August. in hominibus super illud Euangelij, Intrauit Iesus in quosdam castellum, sic dicit: Sicut mater Dei est singularis, ita & istarum vitarum effectus quantum istæ forores typum tenent, in ea extitit singularis: nunquam enim in aliquam personam Martha sic operata est, nunquam sic Maria contemplationi vacabat. Et infra: Ut breuiter sex illa opera misericordie percurramus, hæc Virgo Dei Filium in utero suum in hospitem suscepit, nudum carne & panno vestiuit & operuit, esurientem pavit, scientem lacte potauit, infirmum per infantiam & iacentem non solum visitauit, sed etiam balneando & fouendo frequentauit, ut merito de ipsa dicatur: Martha satagebat circa frequens ministerium. Ex his patet, quod ministrabat in summo. Quod etiam attitit per contemplationem in summo, patet per illud quod ibidem subiungit August. Porro de parte Mariæ quæ optima prædicatur, quæ & quanta & qualis fuerit in beatissima Virgine, quis dignè eloquatur? O quam magna multitudo dulcedinis Dei fuit in beatissima Virgine Maria, quando Spiritus sanctus in eam superuenit, & virtus Altissimi obumbravit ei, & de eodem spiritu concepit. Quid est quod de ea non sapiebat, in qua Dei sapientia latebat, & in cuius utero sibi corpus adaptabat Christus. In Maria ergo omnes sunt thesauri sapientie & scientie Dei absconditi. Maria hæc non tantum ad pedes, sed etiam ad caput Domini sedens, audiebat verbum illius, hæc conseruabat omnia verba, scilicet pastorum, Angelorum, Magorum, necnon & ipsius filij, conferens in corde suo. Nemo unquam sicut hæc beata Virgo gustauit quam suavis est Dominus. Inebriabatur ab ubertate domus sue, & torrente voluptatis sue potabatur. Nec mirum: quoniam apud eam imò intra eam erat fons vite, de quo manabat tanta perfectio vtriusque vite. Ex his patet, quod beatissima Virgo proprietatem ministrandi in summo habuit, & etiam proprietatem assistendi.

6 Item Dionysius in celesti hierarchia. cap. 3. Est quidem hierarchia secundum me ordo diuinus, & scientia & operatio. Et vult, quod hæc tria similiter sint in omnibus Angelis, ordo, id est, potestas, scientia, & operatio. Quod igitur hæc tria habuit beata Virgo, patet hoc modo: potestas imperialis improprietabiliter maior est super omnem potestatem ministerialem; sed in beata Virgine est potestas imperialis respectu omnium Angelorum: ergo eius potestas est super omnem potestatem Angelorum: sed in perfecte ordinatis ad maiorem potestatem sequitur maior scientia, & ad maiorem scientiam sequitur maior operatio: ergo & hæc in beatissima Virgine fuerunt in summo.

7 Item, Vna proprietates communis omnibus Angelis est: Angeli vident semper faciem Patris. Hæc autem visio est tota merces ipsorum. Sed merces beatissimæ Virginis est improprietabiliter superior mercedibus omnium Angelorum: ergo & visio eius est super

rior visionibus omnium Angelorum. Ex his patet qualiter habuit omnes communes proprietates Angelorum.

QVÆSTIO CLIII.

DEINDE de proprietatibus singulorum Angelorum & singulorum ordinum primæ hierarchiæ, qualiter beatissima Virgo omnes habuit, & in ea fuerunt cum improprietabiliter excellentia. Primus est ordo Angelorum, cuius tres inueniuntur proprietates. Vna, quod ordo ille immediate ordinatur ad humanam hierarchiam. Secunda, quod maxime nobis noti per intelligentiam sunt illi qui sunt de ordine Angelorum. Tertia, quod singuli singulos homines custodiunt. Prima harum conuenit beatissimæ Virgini cum excellentia: ipsa enim est super nos, immediatior tamen nobis, quam Angeli, quia ipsa conuenit nobiscum in natura. Vnde Angeli sunt nobis prælati, sed non fratres vel filij: ipsa autem est nobis prælata, mater, & soror, & filia. Secunda etiam conuenit ei per excellentiam: Angeli enim noti sunt nobis per intelligentiam tantum, & nos ipsi tantum per intelligentiam: sed beatissima Virgo nota est nobis per experientiam, quia ex nobis agnoscimus ea quæ sunt proximæ nostræ. Similiter ipsa noscitur humanam naturam & infirmitatem per experientiam: non enim habemus Dominam quæ non possit comparari infirmitatibus nostris. Tertiam etiam proprietatem habet cum excellentia: Angeli enim custodiunt singuli singulos homines: ipsa verò custodit vniuersaliter singulos homines, & singulariter vniuersos. Singuli enim seruum præsumt sibi commissis: Dominæ autem & Domini est custodia & prouidentia vniuersalis: Sic patet qualiter ipsa habet cum excellentia omnes proprietates Angelorum.

QVÆSTIO CLIV.

TERTIVS ordo est Archangelorum, qui similiter secundum beatum Dionysium tres videntur habere proprietates. Prima est à superioribus communicare. Secunda, super inferiores esse. Tertia, inferiores ad superiores reducere. Primam harum habuit cum excellentia: ipsa enim à superioribus maxime communicauit, iuxta illud Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet, &c. id est, plusquam in aliquam sanctorum veniet in te. Alij sancti acceperunt à superioribus gratiam creatam particulariter: ipsa autem creatam vniuersaliter, & increatam singulariter. Secundam etiam habuit cum excellentia: alij enim sancti super aliquos, & nullus super omnes: ipsa autem super omnes. Item Angeli & alij sancti sunt super alios tantum ex gratia ipsa autem ex gratia iustitia, & natura naturaliter enim mater regis est regina, & regina iustitia & gratia est super omnes qui in suo regno sunt. Tertiam quoque habuit cum excellentia: ipsa enim sola omnes inferiores

inferiores reduxit tanquam mediatrix reconciliationis, adiutrix redemptionis, & Angelorum numerum restaurauit, subuenit iunior ante conspectum Domini, sicut dicitur Iudith 13. & hominem lapsam reparauit & reuocauit. Sic igitur habuit beatissima Virgo omnes proprietates secundi ordinis cum excellentia in summo.

QVÆSTIO CLV.

TERTIVS est ordo Principatum, qui similiter tres habent proprietates. Prima est primi principij imitatio. Secunda est principium virtutum ordinatum. Tertia est inferiorum ad ipsum principium principium reductionum. Primam habuit beatissima Virgo in summo: imitatur enim primum principium in tribus, in mali immunitate, iuxta illud Sapient. 6. Incorruptio facit proximum Deo. In bonorum communicatione: mater enim bonorum omnium est: venerunt enim mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius; sicut dicitur Sap. 7. In communicanda bonorum operum communicatione: est enim olua speciosa in campo: & præoccupat qui se contempserunt, & circuit querens dignos se, ut Sap. 6. dicitur: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. Eccli. 24. Est igitur primi principij imitatio in summo. Secundam verò proprietatem quæ fuit principium virtutum ornatu, habuit in summo: quia habuit deiformissimas virtutes, iuxta illud Eccli. 24. Ego in altissimis habito. Tertiam verò proprietatem Principatum, quæ fuit inferiorum ad principium principium reductionum, habuit in summo: ipsa enim de ultimo fecit primum, & de primo fecit vltimum, imò omnia, id est, omnes creaturas in homine reduxit ad illum à quo exierunt, illi personarum vniuerso: vnde est illa mulier fortis, de qua dicitur Proverb. vltimo, cuius pretium de vltimis finibus; id est, de diuinitate & humanitate coniunctis hominem perditum redemit. Et sic patet, qualiter beatissima Virgo omnes Angelos primæ hierarchiæ transiit transcendendo, & singulorum ordinum singulas proprietates in summo possidendo.

QVÆSTIO CLVI.

AUtem igitur de secunda hierarchia videmus, in qua primus ordo est Potestatum, cuius tres sunt proprietates. Prima est sui ordinis & dignitatis custoditum. Secunda est aliorum ordinatum. Tertia actuum & reductionum. Primam in summo habuit: quia Virgo fuit post & ante in sua dignitate stans. Secundam etiam habuit cum excellentia: quia fuit ordinis virginum inuentrix & ordinatrix, & Angelorum ordinum reparatrix & restauratrix. Tertiam habuit in summo, & fuit actiua in summo: quia habuit actus virtutum secundum

modum patris quantum ad perfectionem, & secundum statum viz quantum ad meriti conditionem. Fuit etiam vniuersaliter reductiuum per exemplum: vnde & dicta est stella maris, & sic habuit proprietates Potestatum in summo.

QVÆSTIO CLVII.

SECUNDVS ordo secundæ hierarchiæ est ordo Virtutum, quarum tres sunt proprietates. Prima est incommunicabilis virtutis. Secunda est nullius imbecillitatis tarditas. Tertia est ad inferiores largitas. Virilitas consistit in tribus, in resistentia contrarij, in aggressionem ardui, in tolerantia mali. Hæc omnia fuerunt in beatissima Virgine in summo. Resistentia contrarij: ita enim omnino contrarium nocuum, id est, peccatum vicit, quod aliquid ab ipso nunquam passa fuit: Angeli enim nunquam vicerunt: quia nunquam pugnaverunt. In aggressionem ardui, id est, in altissima paupertate rerum, maxima carnis asperitate, summa cordis humilitate. In tolerantia mali in asperissima filij passione, quando ipse animam pertransiit gladius. In his omnibus beatissima Virgo inuincibilem virilitatem in summo possedit. Secunda proprietates virtutum fuit nullius imbecillitatis tarditas. Hanc ipsa cum excellentia habuit: quia eandem vitam angelicam quam Angeli sine onere carnis, cum carne ipsa in carne duxit, & cum sarcina carnis illos sine sarcina carnis ad maius branium ascendit. Tertia proprietates fuit ad inferiores largitas. Hanc etiam cum excellentia habuit: illi enim dant dona Dei: ipsa dedit ipsum Deum. Item ipsi dant tantum inferioribus: ipsa autem superioribus & inferioribus summum donum tribuit: dedit enim mundo Deum & Deo mundum, cuiuslibet homini regnum celorum. Habuit igitur beatissima Virgo etiam proprietates Virtutum in summo.

QVÆSTIO CLVIII.

TERTIVS in secunda hierarchia est ordo Dominationum, quarum proprietates ponit beatus Dionysius in celesti hierarchia cap. 8. in hæc verba: Sanctatum Dominationum manifestatiuam nominationem ultimo declarare absolutam quandam & ab omni pedestri minoratione liberam anagogen, nullaque tyrannicam dissimilitudinem villo modo eam vniuersaliter inclinam, liberaliter severam dominationem, omni mixtura seruituti superpositam, superiorem subiectione omni, & remotam ab vniuersali dissimilitudine, & dominationis incessanter appetentem, & ad illius ipsius naturaliter subsistentis virtutis similitudinem, quantum possibile, & seipsam & quæ post eam sunt, optime & speciosè conformantem, ad nulla vanè videndum, sed ad propriè on vniuersalè conuersam, & dominicæ semper deiformitatis in participatione, secundum

secundum quod possibile est ipsi, factam. Ex hac auctoritate primò possunt extrahi decem proprietates Dominationum. Prima est à seruitute libertas. Secunda est ab hoste inuincibilitas. Tertia liberalis seueritas. Quarta est minutiui seruitij superioritas. Quinta, nullius subiectionis egestas. Sexta, dissimilitudinis immunitas. Septima, dominandi ordinata voluntas. Octaua, sui & suorum ad Deum conformitas. Nona, nulla in dominando vanitas. Decima, diuinæ dominationis particeps conformitas. Et excluduntur in his proprietatibus decem impedimenta dominationum terrenarum. Primum est seruitium superioris. Secundum, impetus hostium. Tertium, dominium. Quartum, gratuitas seruitiorum. Quintum, prouiso subditorum. Sextum, sollicitudo necessariorum extrinsecorum. Septimum, ambitio honoris. Octauum, contrarietas diuitiarum & dominiorum. Nonum est exæcatio vanitatum. Decimum est elongatio imitationis diuinarum actionum.

Quod autem hæc proprietates in summo fuerunt in beatissima Virgine, sic est manifestum. Quod à libertate à seruitute habuit in summo, patet per ea quæ dicta sunt supra de ipsius nobilitate.

Quod autem secundam habuit, quæ fuit ab hostibus inuincibilitas, patet: ipsa enim non solum in seipsa caput hostis contriuit, sed prædam totius generis humani ab ipso abstulit, & in natura corporea spiritum natura angelicum superauit, in carne super carnem vixit, & superbiam victricem diaboli vicit, & tam de diabolo quam de mundo, tam de seipsa quam de Angelis omnibus supergrediens triumphauit, & quod omnibus aliis altius est, contra ipsam Deum fortis fuit, quia Deum de cælis ad terram vinculis carnis ligatum, & charitate vulneratum in gremio vteri sui, scilicet beatissimæ virginis carere captiuauit. Patet igitur qualiter hæc mulier fortis fuit in hostium inuincibilitate, & omnes dominationes præcellit.

Tertia proprietates fuit liberalis seueritas: per quod potest intelligi vel medium inter prodigalitatem & avaritiam, vel medium inter excessum iustitiæ, id est, rigiditatem, vel excessum misericordie, hoc est, remissionem: quidam enim sunt nimis liberales, hoc est, prodigi: quidam nimis seueri, id est, avari: medium inter hæc est liberalis seueritas. Item quidam sunt nimis iusti per rigorem: quidam nimis misericordes per remissionem: inter hæc medium est liberalis seueritas. Primum medium habuit beatissima Virgo cum excellentia super omnes dominationes: ipsa enim nunquam dedit cui esset non dandum, & nunquam non dedit cui esset dandum, & præterea dedit omne dandum, scilicet Deo mundum, mundo Deum, hominibus cælum. Secundum medium etiam habuit in summo: ipsa enim nunquam in se aliquam admisit iniustitiam, nunquam aliquam misericordiam omisit, & filio omnem iniustitiam corrigibilem correxit, omnem misericordiam receptibilem portexit. Sic igitur patet quomodo beatissima Virgo habuit prodigalitatis & avaritiæ medium in summo. Item quidam sunt domini nimis liberales voluptatis libertate:

quidam nimis seueri asperitate passionis: inter hæc quoque medium potest esse liberalis seueritas. Hoc quoque medium habuit beata Virgo præ dominationibus: quia habuit summam asperitatem in corpore, & summam libertatem spiritus in mente.

Quarta proprietates est minutiui seruitutis vel seruitij superioritas: per quod potest intelligi, quod nulli seruiunt, cuius seruitium ipsos à sua dignitate diminauit. Hanc proprietatem beatissima Virgo in summo habuit: quia ei omnis creatura seruit: ipsa autem nulli puræ creaturæ, sed soli Deo subiecta seruit: & ita sicut seruire seruo, & seruire soli Deo vnum alterum excellit. Item beatissima Virgo in hac proprietate dominationes excellit: omnes enim alij domini vel dominæ vel dominationes quibus seruitur à creatura, sic seruitur, quod ipsi seruiunt creaturæ: soli autem nostræ Dominæ sic seruiunt omnes creaturæ, quod ipsa non tenetur nisi soli Deo seruire. Seruire autem Deo regnare est, & non diminui.

Quinta proprietates fuit subiectionis nullius egestas: per quod potest intelligi, quod non est in cælestibus dominationibus sicut est in terrenis, quæ tantum suo modo indigent seruis sicut serui dominis suis indigent, in cælestibus autem nulla est indigentia seruitutis. Hanc proprietatem habuit beatissima Virgo super dominationes, quæ etsi non habeant indigentiam respectu inferiorum & subditorum, habent tamen respectu superiorum & beatissimæ Virginis: ipsa autem nullius superioris vel inferioris: quia cum nulla creatura ipsa sit superior, indigentiam non habet creaturæ, sed solius creatricis personæ.

Sexta proprietates est dissimilitudinis immunitas: per quod intelligitur remoueri dissimilitudo operationis, & attribuitur dominationibus, eo quod non leguntur missi ad exteriora, sed semper tamen inferioribus & interioribus attenti simul. Hanc autem proprietatem habuit in summo: quia simillima Deo fuit corde & corpore. Corde enim fuit Virgo singularis inter omnes mitis, & humilis corde. Corpore: quia incorruptio in summo eam proximam fecit esse Deo. In opere etiam ipsa simillima fuit: Adæ enim cælesti non inueniebatur adiutor similis eius. Simillima enim fuit Deo secundum diuinitatem suam, & Deus ipsi secundum humanitatem suam. Vnde August. supra: Si formam Dei appellem, digna existis. Ipsa enim vapor est virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor enim est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis & imago bonitatis illius. Ergo habuit dissimilitudinis immunitatem in summo beata Virgo.


Septima proprietates est dominandi ordinata voluntas, quam & ipsa habuit in summo: quia improporcionabiliter ordinatus est dominum vel dominam dominari super seruum, quam seruum super dominum vel conseruum: per accidens enim est si seruus dominatur: hæc autem est per se, domina dominatur: ergo improporcionabiliter plus ordinata est voluntas dominandi qua domina vult dominari super

super seruum, quæ quæ seruus vult dominari super conseruum: accidit enim seruum dominari, essentiale vero Dominæ dominari.

Octaua proprietates fuit sui & suorum ad Deum conformitas: quod sic intelligitur, quod Domini illi qui ita sunt domini, quod & seruiliter debent suis dominari subditis, vt studeant se & suos subditos ad suorum dominorum imitationem informare. Hanc etiam proprietatem beatissima Virgo habuit in summo: quia omnes seruos fugitios ad Dominum reduxit, & de seruis dominos fecit, reges, & principes, imò deos fecit: vnde coronam stellarum 12. habuit in capite; quam constat omnes sanctos sibi subiectos æterna gloria coronasse.

Nona proprietates est in dominando nulla vanitas. Hanc habuit Virgo beatissima in summo: quia quanto maior fuit, tanto plus humiliavit se in omnibus. Vnde cum constet eam maximam creaturarum fuisse, necesse est ipsam omnibus humillimam extitisse: hæc est enim per se: qui se humiliat, exaltabitur: ergo omnium exaltatissima; omnium humillima fuit: ergo quæ omnibus improporcionabiliter plus habuit humilitatis, minus improporcionabiliter omnibus habuit vanitatis.

Decima proprietates fuit diuinæ dominationis conformitas. Hanc etiam beatissima Virgo habuit in summo: quia verè sola Dominicæ passionis facta fuit particeps: quia ab eodem dominio & regno à quo filius nomen accepit regis & ipsa reginæ: domina enim, vt dicit Dam. verè facta est omnium conditor mater existens. Sic igitur manifestum est qualiter proprietates Dominationum habuit beatissima Virgo.




QVÆSTIO CLIX.

EST nunc videre de suprema hierarchia, in qua primus ascendendo est ordo est Thronorum, quorum sex sunt proprietates. Prima est celsitudo. Secunda, regis circundatio. Tertia, stabilis collocatio. Quarta, regni susceptio. Quinta, regis delatio. Sexta, familiaris apertio. Proprietates prima conuenit beatissimæ Virgini in summo: ipsa enim in altissimis habitat, & thronus eius in columna nubis. Ipsa etiam est illa sedes saphirina, quam vidit Ezechiel super firmamentum, id est, super altitudinem omnium sanctorum in gloria confirmatorum, vtrupta quæ exaltata est super omnium Angelorum choros. Item Augustinus: Si cælum vocem, altior es. Secunda proprietates est regis circundatio, quam lucidè habuit in summo: quia quem non solum Angeli, imò cæli capere non poterant, tuo gremio conculisti. Item, In tua se clausit viscera factus homo. Hoc est enim nouum imò omnium honorum nouissimum, quod hæc mulier circundedit virum gremio vteri sui, sicut dicitur Ierem. 31. Tertia proprietates fuit stabilis collocatio. Hanc etiam in summo habuit beatissima Virgo: quia rex cæli non solum ipsam in so-

D. Alb. Mag. Quæst. Super Missus.


lium gloriæ æternaliter elegit, sed in ipsa requiescens, de ipsa sua sede corpus sibi fecit; quod sibi in vnitatem personæ assumpsit & nunquam deposuit. Quarta proprietates est regis susceptio. Hanc autem in summo habuit beatissima Virgo. Throni enim ipsam in se susceperunt per inhabitantem gratiam: ipsa autem sanctissima Virgo sic etiam ipsam suscepit, & plenius, quia per gratiæ plenitudinem & præsentiam corporalem. Quinta proprietates est regis delatio. Hanc etiam in summo habuit beatissima Virgo: quia ipsam regem gloriæ in mundum detulit de cælo. Vnde ipsa est verum ferculum quod fecit sibi verus Salomon. Canticorum. 3. quod ipsum in mundum tulit, & in mundo circumtulit, quando ascendit super nubem leuem & ingressus fugit in Ægyptum. Sexta proprietates est familiaris apertio. Hanc habuit expressè beatissima Virgo in summo: quia vt dicit Bernar. Qualiter splendor ille inaccessibleis virgineis se infuderit visceribus, soli datum est scire, cui soli datum experrit. Item Prouerbiorum. 30. Tria sunt difficillima mihi, & quartum penitus ignoro, quod est via viri in adolescentia sua. Vnde Ioannes propheta & plus quam propheta, nescit soluere corrigiam calceamenti eius. Luc. 3. Et ipse natus Gabriel quæstioni modi quætionem non soluit, sed ad Spiritum sanctum transmittit instruendam. Sic igitur manifestum ex his, quod beatissima Virgo proprietates omnium Thronorum etiam habuit in summo.



QVÆSTIO CLX.

SECUNDVS vltimæ Hierarchiæ ordo est Cherubin, cuius secundum beatum Dionysium quatuor sunt proprietates. Prima est esse in circuitu. Secunda est reductiuum. Tertia, actiuum. Quarta, exemplatiuum. Prima ergo quæ est in circuitu esse, per quam secundum Commentatorem intelligitur, quod in circuitu sunt, quia ad totum quod est intrant. Hanc igitur beatissima Virgo habuit in summo: quia ipsum totum circundedit, & præterea intima viscera misericordie patris intravit, & ei Filium vnigenitum & vnica de corde extraxit. Secunda est reductiuum, per quod secundum Commentatorem intelligitur, quod ad Deum tendent, Hanc etiam beatissima Virgo habuit in summo: quia omnia reducibilia ad Deum reduxit: ipsa enim est mulier, quæ tria facta, id est, corpus, animam, & diuinitatem coniunxit. Math. 23. per quod naturam in primum imò super primum statum institutionis reduxit. Item ipsa est mulier quæ lucernam accendit, per quam dragma decima inuenta fuit. Luc. 25. Tertia proprietates est actiuum, quod vt dicit Commentator, est vt secundum Deum incedant. Hanc autem beatissima Virgo habuit in summo: quoniam maximè secundum Deum ascendit & incesit, & etiam deiformissimos actus habuit, & in summo actu ipsam singulariter imitata fuit, quæ ipsum quem Deus ante Deum genuit, ipsam

etiam Deum & hominem generavit. Quarta proprietas est exemplarium, quod est secundum Commentatorem, ut secundum suum exemplum hoc faciant. Hanc etiã plenissimè habuit: quia omnibus recreandis speculũ & stella maris & exēplar extitit, & doctrix disciplinæ Dei omnia illustravit. Patet igitur qualiter beata Virgo omnes proprietates Cherubin in summo habuit.




QVÆSTIO CLXI.

SVPREMVS omnium ordo est Seraphin, cuius secundum beatum Dionysium octo sunt proprietates, quarum prima est mobile. Secunda est incessabile. Tertia, calidum. Quarta, acutum. Quinta, superferuidum. Sexta, intenta. Septima, intima. Octava, inflexibilis. Quas proprietates exponit Commentator sic. Prima igitur proprietas est dilectionis quod est vita. Hanc habuit beata Virgo in summo: ipsa enim sua charitate meruit de congruo sibi viuere vita summè gloria, & quod ipsa fuerit principium vite increatae & omnibus nobis causa vite æternæ. Item si vita est effectus dilectionis: ergo cum in ipsa improportionabiliter sit dilectio, in ea improportionabilis erit vita. Secunda proprietas est incessabile, & est incessabile charitas, quia est perpetuum. Incessabilitatem charitatis habuit in summo super Seraphin beatissima Virgo: magis est enim incessabile quod non cessat nec potest cessare nec vnquam potuit cessare, quam quod non cessat & non potest cessare modo, sed tamen aliquando potuit cessare: sed charitas Angelorum Seraphin potuit aliquando cessare, summus enim de illo ordine cessauit quando cecidit, & similiter alij potuerunt tunc sicut ille: sed charitas beatissimæ Virginis nunquam potuit cessare: ergo magis fuit incessabile: ergo excellit Seraphin in incessabili charitate. Minor patet per hoc quod non potest cessare nisi per peccatum mortale: sed ipsa nunquam mortaliter peccare potuit: in vtero enim nullus potest peccare mortaliter, ipsa autem adhuc in vtero matris sanctificata fuit & contra peccata confirmata, & sic nunquam potuit charitatem amittere: Seraphin autem amittere potuerunt: ergo excellit illos in hoc quod est incessabile. Tertia proprietas calidum est, & calidum est dilectio quasi sopita: sed hanc habuit beatissima Virgo super Seraphin: aliis enim paribus fortior est virtus quæ tantumdem operatur cum resistentia contrarij, quam illa quæ sine resistentia: vnde maior est virtus quæ sopitum facit in tumultu & strepitu, quam quæ facit sopitum in silentio & quiete: ergo cum beatissima Virgo sopita fuerit & omninò tranquilla in tumultu & strepitu tribulationum, tentationum & persecutionum huius mundi, magis fuit sopita, quam Seraphin extra huiusmodi strepitum & tumultum constituti: sicut maior est violentia somni quæ cogit hominem in strepitu dormire, quam quæ in quiete. Quarta proprietas est acutum. Et dicit Commentator: Acutum quod est sapientia. In hac excellit beatissima

Virgo Seraphin, ut patet supra in pluribus locis de ipsius sapientia. Præterea dicit Aug. Christus est in Maria: ergo omnes thesauri sapientia & scientia Dei in Maria sunt. Item vnctio Seraphin docet de omnibus necessariis ad salutem: vnctio Domine nostræ dat omnia necessaria ad salutem. Item participant sapientiam creatam accidentaliter: ipsa est mater sapientia increata essentialiter. Quinta proprietas est superferuidum, quod est, ut dicit Commentator, dum per vim amoris extollitur super se & per vim amoris expellitur à se. Hanc etiam beatissima Virgo habuit in summo: vidi enim speciosam sicut columbam ascendentem per contemplationem desuper riuos aquarum, id est, super omnes choros Angelorum. Et nardus eius charitatis ac humilitatis introiuit in cubiculum regis & deduxit regis filium de domo patris. Item spiritus eleuat sursum: sed improportionabiliter aliis habuit spiritum sanctum: ergo improportionabiliter aliis habuit cor sursum. Item vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Matth. 6. sed ipsa præ omnibus maximum thesaurum habuit sursum: ergo maximè fuit ipsius cor sursum. Item ipsa fuit maximè expulsa à se: quia totaliter se Deo dederat, corpore & anima Deo plena erat, ita quod nec corpus nec anima plus gratia secundum statum pro tempore recipere poterant: quid enim homo habet gratia quod de ea non accepit? ergo quanto plus habet gratia, tanto minus habet de se: ergo quæ plena gratia fuit, tota de se expulsa fuit. Sexta proprietas est intenta, quod est secundum Commentatorem ire in ipsam. Hanc etiam beatissima Virgo habuit in summo: quia intima cordis eius penetravit, & de visceribus misericordie suæ intimis Filium de intimo corde Patris extraxit, & in summam immensitatem misericordie ipsius intimè & profundissimè intimaui, & omnes diuitias eius misericordie effudit, & in sanctuariis Dei habitans sapientiam à seculis absconditam carne indutam patefecit. Septima proprietas est intima, quod est ut dicit Commentator, quod ad exteriores non effluit. Quod etiam eam in summo ipsa habuit super Seraphin, patet: illi enim non effluerunt descendendo, sed non ascenderunt: ista autem deorsum non fluxit, imò contra naturam sursum fluxit: & omnes qui defluerunt, sursum traxit. Octaua proprietas est inflexibile, quod est, ut dicit Commentator, ut ad alia negotia extra ipsum non diuertat. Hanc quoque habuit super Seraphin: illi enim tantum ab illo tempore quo hoc acceperant, non diuerterunt: ipsa autem nunquam diuertit ab ipso, sed omnia vertit ad ipsum, & totum mundum in ipsam conuertit. Item alij accipiunt aliquid ab aliis vnde se ad Deum conuertunt: ipsa autem sola habuit in solo Filio vnde nunquam diuertit ab ipso. Ex his patet quomodo beatissima Virgo omnes proprietates omnium Angelorum habuit in summo.

Item Bernardus quasdam quibusdam aliis assignat proprietates, dicens quod virtutum est miracula facere, Potestatum contrarias potestates demonum coercere, Principatum regna mutare & ministrare. Hæc omnia in beatissima Virgine

Virgine fuerunt in summo : quia omnium miraculorum miraculosissimum fecit , cum Deum & hominem genuit . Potestates coercuit , cum regnum diaboli destruxit , & eum inferno ligauit . Regna mutauit cum omnes in regnum caelorum transduxit . Est igitur beatissima Virgo Angelus in gratia inuentione , Archangelus in Dei generatione , Princeps in principum subiectione , Potestas in supernaturalium operatione , Virtus in deiformissimorum actuum perfectione , Dominationes in creatura superpositione , Thronus in Dei corporali refectione , Cherubin in omnium secretorum secretissima cognitione , Seraphin in summa supra omnes dilectione . Patet igitur qualiter beatissima Virgo omnes proprietates omnium Angelorum habens , super hierarchias omnes est exaltata , ita quod singulorum omnium omnes proprietates & dona ipsa vniuersaliter & singulariter in summo possedit vniuersa .



QUESTIO CLXII.

QUÆSTIO quæritur de illo priuilegio quod est regina misericordiae , de quo quæritur , vtrum illud nomen conueniat ei proprie in prædictam dignitatem exaltata ? Et videtur , quod non . Maiori enim dignitati conuenit dignius nomen : ergo summae dignitati conuenit dignissimum nomen : sed dignitas in quam exaltata est , est summa dignitas : ergo secundum illam conuenit ei dignissimum nomen : dignissimum autem nomen creaturae est mater Dei : ergo secundum illum statum debet mater Dei appellari .

1 Item , Ipsa est exaltata ad summum statum gloriæ : ergo potius diceretur regina gloriæ .

2 Item , A digniori sunt denominationes : sed dignissimum est gloriæ : ergo ipsa est regina gloriæ .

3 Item , Quod nobiliori & digniori est similitudine , hoc est dignius & nobilius : sed nomen nobilissimum & dignissimum est rex gloriæ : ergo ipsa similiter deberet dici regina gloriæ .

4 Item , Ab eodem regno à quo Filius suus dicitur rex , ipsa dicitur regina , sicut à Francia dicitur Rex Franciæ & Regina Franciæ : sed Filius dicitur rex gloriæ : ergo ipsa regina gloriæ .

5 Item , Vbi cumque non est miseria , non est misericordia : vnde Glossa aliquando dicitur , quod in caelo non est misericordia : sed ipsa est regina caelorum : ergo ipsa non est regina misericordiae .

6 Item , Secundum statum illum ipsa est super omnes hierarchias : ergo videtur , quod debeat dici regina caelorum .

7 Item , Gloria tantum proprie est in caelo , misericordia tantum proprie in mundo , gratia autem communiter est in caelo & in terra , iuxta illud , Gratiam pro gratia : ergo debet dici regina gratiæ .

8 Item , Imperator est super reges , & im-

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

peratrix super reginas : ergo deberet imperatrix misericordiae nominari .

9 Item , In ordinibus Angelorum superiores denominantur à superioribus & dignioribus donis : sed summum ac nobilissimum donum est charitas : ergo ipsa deberet regina charitatis nuncupari .

10 Item , Filius Deus pacis dicitur & dilectionis : ergo ipsa regina pacis & dilectionis .

11 Item , Seraphin denominatur à charitate : sed ipsa est superior Seraphin : ergo ipsa debet à superiori denominari : sed nihil est superius charitate , nisi Deus : ergo ipsa deberet à Deo denominari : ergo ipsa deberet à Deo dici dea misericordiae .

12 Item , Filius dicitur Rex regum , & Dominus dominantium : ergo ipsa dicitur regina reginarum , & domina dominarum .

13 Item , Filius dicitur Deus deorum : ergo ipsa dicitur dea deorum .

14 Item , Dionysius de di. no. Inuenies autem , quod & deos eloquia vocant non tantum super caelestes essentias , sed apud nos amicissimos Dei & mirabiles viros . Et infra : Et vniuersaliter quæcumque virtus vniuersaliter conuertitur & in diuinas illuminationes incessanter extenditur secundum virtutem , diuina imitatione & diuina inuocatione digna effecta est . Cum igitur beata Virgo sit Dei amicissima , & ad diuinas illuminationes omnibus aliis creaturis improporcionabiliter plus extensa , ipsa potissime vocabitur dea deorum .

CONTRA hoc opponitur in hunc modum , Gloria & gratia & iustitia per se tantum dicunt collationem boni : misericordia autem & collationem boni & ablationem mali per se : ergo plus comprehendit & in amplius se extendit regnum misericordiae quam regnum gloriæ , gratiæ , vel iustitiæ : sed ab ampliori potentia & maiori est dignitas maior & denominatio : ergo beatissima Virgo debet dici regina misericordiae à summa dignitate .

1 Item , Gloria tantum proprie est in caelo , & non in terra , nec in purgatorio , nec in inferno : misericordia autem est in caelo & in terra & in purgatorio & in inferno : ergo maximum est regnum misericordiae : ergo maxima regina debet dici regina misericordiae .

2 Item , Quidquid est superius superiorem , est superius inferiorem : sed misericordia est super omnia opera Dei , & regina misericordiae super misericordiam : ergo regina misericordiae determinat positionem super omnia : sed illa proprie conuenit beatissimæ Virgini : ergo proprie & verè est regina misericordiae .

3 Item , Ipsa est super patrimonium & proprietatem sui filii : sed hæc est misericordia , proprium est enim Dei misereri , ergo proprie est regina misericordiae .

4 Item , Ista. Ego autem considerabo in loco meo glorioso , qui locus est misericordia , vt dicit Glossa : sed proprius locus regis est regnum : ergo misericordia est regnum regis & regine : sed proprie dicitur rex & regina misericordiae , cuius est regnum misericordiae .

sicut rex vel regina Franciæ dicitur, cuius est regnum Franciæ: ergo beatissima Virgo proprie dicitur regina misericordiæ, cuius est regnum misericordiæ.

6 Item, Omnis qui est in regno Dei, est in misericordia: sed non omnis qui est in regno, est in gloria, vel in gratia, vel in iustitia: ergo sola misericordia comprehendit totum regnum: ergo regina super totum regnum potissime dicitur regina misericordiæ.

7 Item, Regnum gloriæ est regnum misericordiæ: sed non conuertitur: ergo regnum misericordiæ commune est: complectitur enim vtrumque: ergo vniuersalis regina potissime dicitur regina misericordiæ.

8 Item, Illa proprie dicitur regina Franciæ: quæ domina vere & iure esset omnium quæ sunt in Francia: sed beatissima Virgo vere & iure & proprie est domina omnium quæ sunt in misericordia Dei: ergo proprie est regina misericordiæ.

9 Item, Si obliquus qui est misericordiæ, construeretur transitiuè, verè & proprie diceretur regina misericordiæ: ipsa enim est causa totius misericordiæ, continens totam misericordiam, & releuans omnem nostram misericordiam.


10 Item, Si construitur intransitiuè, sensus erit: ipsa est regina misericordiæ, id est, ipsa misericordia: sed adhuc dicitur verè regina misericordiæ: ipsa enim est regina quæ est misericordia: vnde & Esther quæ est in figura beate Virginis, alio nomine Ediffa vocatur, quod est interpretatum misericordia. Esther 2. Itē illa. 16. Et præparabitur in misericordia folium eius: sed folium proprie est in proprio loco regni: ergo misericordia est proprius locus regni: sed in vtero beate Virginis verè & proprie requieuit & collocata fuit tota diuinitas & humanitas ipsi per Spiritum sanctum præparato: ergo ipsa proprius locus fuit regni: ergo ipsa fuit misericordia, & cum hoc non immerito regina misericordiæ: quia ipsa seipsum perfecte possidendo semper bene rexit, nam ab ipsa nunquam aliquid indirectum processit.

Cap. 12.

11 Item Dionysius de di. no. Regnum est omnis finis & ornatus & legis & ordinis distributio. Sed hæc omnia proprie conueniunt misericordiæ. Ergo ei proprie conuenit ratio regni. Finis distributio super iustitiam secundum misericordiam est: quia exules facit reges. Ornatus: quia deiformissimos peccatores facit Angelos pulcherrimos. Legis: quia dat charitatem, & pro illa regnum. Ordinis: quia limus super Angelos, terra super cælum. Habet itaque misericordia proprietates regni proprie. Ergo ipsa est proprie regnum regis: ergo & beatissima Virgo dicitur regina misericordiæ.

HAS RATIONES concedimus dicentes, quod propriissimum nomen quod beatissimæ Virgini secundum suam dignitatem summam debetur, est regina misericordiæ & plus proprie quam imperatrix: hoc enim nomen magis est nomen timoris & rigoris: regina autem plus est nomen prouidentis & æquitatis: vnde etiam credo nunquam Deum in Biblia expressè nominari imperatorem, sed regem: hoc enim est nomen maiestatis. Item magis proprie dici-

tur regina misericordiæ, quam domina dominarum, vel regina dominarum, vel dea dearum. Hæc omnia important dignitatem & excellentiam respectu maioris & minoris: sed misericordia vniuersalem potestatem respectu maiorum & minorum. Si enim diceretur dea dearum, non videretur esse dea vel regina peccatorum vel demonum. Item nec dicitur proprie regina pacis & dilectionis: quia nec hoc est omnibus sui regni vniuersale. Item melius dicitur regina misericordiæ quam regina potestatis vel sapientis. In sapientia enim intelligitur potentia, & non è conuerso. In misericordia sapientia & potentia, & non è conuerso: vnde misericordia illa omnia tria claudit in se: vnde regina misericordiæ est regina potentis & sapientis, & non è conuerso. Quod autem potius dicatur regina misericordiæ quam regina iustitiæ vel gratiæ vel gloriæ, patet per contraria obiecta.



QVÆSTIO CLXIII.

§. I.

QUÆSTIO CLXIII. §. I. OST HÆC queritur de priuilegio- rum sufficientia: quia videtur, quod possint esse plura quam dicta sunt. Primum enim inter dicta fuit, quod nunquam peccauit: quare igitur similiter non habuit vnum respectu ignorantis, vel pœnæ sicut vnum habuit respectu culpæ, maxime cum vtrumque illorum non fuerit in statu innocentis, & videatur vtriusque opposita ad innocentiam à culpa pertinere.

Secundum priuilegium fuit, quod non potuit peccare. Queritur igitur, quare similiter non habuerit vnum priuilegium respectu pœnæ, vt quæ non posset peccare, non posset puniri, cum tamen omnis pœna sit pro culpa: ergo vbi nulla culpa, nulla posset esse pœna.

Tertium priuilegium fuit, quod quolibet motu merebatur. Queritur igitur, quare non habuerit priuilegium, vt similiter fueretur sicut ipse Dominus IESVS CHRISTVS, qui similiter vnitus fuit carni mortali?

Quartum priuilegium fuit puritas in summo. Cum igitur triplex sit actus hierarchis, purgare, illuminare, & perficere, & beatissima Virgo habuit priuilegium respectu purgationis: ergo debuit habere alia duo, vnum respectu illuminationis, aliud respectu perfectionis.

Quintum fuit Virgo virginum. Cum autem beatissima fuerit, & virgo, & mater, & coniugata, & viduata, & habuerit vnum priuilegium respectu virginum, videtur quod debuit alia tria habere respectu coniugatarum, matrum & viduarum.

Sextum priuilegium fuit mater Dei. Et constat, quod similiter fuit filia Dei, & sponsa Dei, & multa consimilia: ergo respectu eorum debuit habere priuilegia multa.

Septimum fuit mater omnium. Quare similiter non habuit priuilegium vnum, quod esset

foror

foror & filia omnium, vel saltem, quod esset domina omnium?

Octauum fuit stella maris. Illud habuit beatissima Virgo respectu maris pro priuilegio: ergo & aliud debuit habere respectu ignis, & vnum respectu aëris, & vnum respectu terra.

Nonum fuit porta cæli. Si respectu porte habuit vnum priuilegium, ergo eadem ratione respectu fundamenti vel parietum deberet habere vnum priuilegium, vt dicitur lapis angularis vel aliquid huiusmodi.

Decimum priuilegium fuit passionis communicatio. Cum igitur priuilegium habuerit respectu passionis, etiam habebit aliud respectu actionis, cum actio sit nobilior passione.

Vndecimum fuit exaltatio. Et si vnum habuit respectu ardui: ergo alia duo habebit respectu veri & respectu boni.

Duodecimum fuit regina misericordiæ. Quare non vnum respectu potentis, vel sapientis, quæ misericordia sunt priora?

Item vnum aliud fuit ab aliis omnibus quod erat mater & filia, quod non est determinatum inter alia. Item vnum videtur, quod habuit virtutes per modum patris. Item vnum priuilegium videtur, quod potuit mereri & non demereri. Item fomitis extinctio. Item quod concepit sine libidine. Item quod portauit sine grauedine. Item quod peperit sine dolore. Hæc sunt multa priuilegia: ergo habuit plura quam prædicta. Item superius demonstratum, est quod nullius habuit ignorantiam: quod est etiam vnum priuilegium beatissimæ Virginis.

§. II.

SUFFICIENTIA priuilegiorum sumitur Sin hunc modum. Priuilegium vel est contra malum, vel ad bonum. Si contra malum, vel contra malum culpæ vel pœnæ: Si pœnæ, vel pœnæ est pœnæ vel futura. Auferre autem pœnam presentem non est priuilegium, sed nocuum: quia illa est meritoria. Item futuram auferre non est priuilegium: quia hoc est commune plarium, vt omnium martyrum, & omnium parulorum, & aliorum multorum perfectorum, tam innocentium, quam penitentium, qui omnes post istam vitam non sustinent aliquam pœnam: Si igitur est contra malum culpæ, vel est culpa actualis, vel originalis. Si actualis, sic est peccatum quantum ad actum, & sic est, quod nunquam peccauit, nec potuit peccare: Si autem est originalis, sic est puritas in summo. Si autem est priuilegium ad bonum, vel est ad bonum meriti, vel ad bonum præmij. Si meriti, vel est habitus, vel actus, vel passio: Si habitus, vel est corpus, vel anima. Si corpus, vel in se, vel ad Deum, vel ad proximum. In se, sic est virgo mater. Ad Deum, sic est mater Dei: Si ad proximum, sic est Virgo virginum. Si autem est habitus animæ, vel est intellectus, vel affectus. Si intellectus, sic est nullius ignorantia. Si affectus, vel ad Deum, vel ad proximum. Si ad Deum, sic est puritas in summo. Si ad proximum, sic


est mater omnium. Si autem est actus, vel est in se, vel ad proximum. Si in se, sic quolibet motu merebatur. Si ad proximum, vel est exemplum, & sic est stella maris: vel ad auxilium, sic est porta cæli. Si autem est passio, sic est passionis communicatio. Si autem pertinet ad præmium, vel hoc quantum ad rem, & sic est super omnes creaturas exaltatio: vel quantum ad nomen, & sic est regina misericordiæ. Et sic in vniuerso sunt quatuordecim priuilegia beatissimæ Virginis. Primum est, quod nunquam peccauit. Secundum est, quod peccare non potuit. Tertium, quod fuit mater & virgo. Quartum, quod est mater Dei. Quintum, quod est Virgo virginum. Sextum, quod nullius ignorantis. Septimum, quod est puritas in summo. Octauum, quod est mater omnium. Nonum, quod est quolibet motu mereri. Decimum, quod est stella maris. Vndecimum, quod est porta cæli. Duodecimum, passionis communicatio. Tertiumdecimum, super omnes creaturas exaltatio. Quartumdecimum, quod est regina misericordiæ. Si igitur sunt 14. priuilegia beatissimæ Virginis, quid est igitur, quod Ioannes vult cum dicit in Apoc. 12. quod vidit mulierem amictam sole, & in capite eius coronam 12. stellarum: quod quasi omnes exponunt & prædicant de 12. priuilegiis beatissimæ Virginis. Ad hoc respondemus, quod sicut articuli vno modo sunt 12. alio modo sunt 14. sic est in proposito, possunt enim reduci 14. ad 12. ad summam enim puritatem quæ sub Deo potest intelligi, reduci- tur immunitas peccati, & impossibilitas peccandi, quod est summa propinquo ad puritatem Dei: & ideo ad puritatem in summo reducuntur duo prima: & sic quatuordecim priuilegia sunt duodecim visa in corona Apocal.

§. III.

HIS VISIS respondemus ad obiecta. Quod igitur obicitur de fomitis extinctione, dicimus quod illud claudit in se puritas in summo: sed queritur illud, quare & vnde fuerit, quod non fuit sine originali concepta? Dicimus quod fuit impossibile, nisi conceperetur de virgine: & sic mater sua fieret virgo mater, & non esset suum priuilegium, scilicet quod esset mater virgo, cum hoc matri prius fuisset communicatum. Item fuit in via non potuit ei dari priuilegium: quia illud creatura non vnita non compatitur secum cum corpore corruptibili & cum pœna. Item respectu matrum habuit priuilegium, quod fuit mater virgo, & hoc est quod fuit mater Dei. Item quod poterat mereri & non demereri, non est per se priuilegium, sed est conclusio duorum priuilegiorum. Nam ex puritate in summo sequitur, quod non poterat demereri: ex eo autem quod quolibet actu merebatur, sequitur quod poterat mereri. Item mater Dei non est per se priuilegium, sed priuilegijs patet quod est mater Dei: ad integritatem enim maternitatis exigitur non tantum prima materia corporis generandi, sed etiam nutrimentum nutriendi, quod tamen aptum eorum est ab alio homine accipi. Vnde

K 4 quoniam

quoniam alia est nutrix, alia mater, idem nutrix est quasi dimidia mater, à qua puer aliquando etiam contrahit multum à complexionne influente: ergo ad perfectissimam maternitatem exigitur etiam ratio nutricis: unde cum beata Virgo fuerit perfectissima mater, fuit & nutrix. Vnde Luc. 14. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Et ita sub matre Dei intelligitur nutrix Dei. Item filia Dei vel sponsa Dei non est priuilegium: quia esse filiam Dei vel sponsam Dei, nihil addit quod sit speciale ei. Item domina omnium non est priuilegium per se, sed includitur in regina misericordiarum: omnis enim regina est domina, & non è contra: unde cum beata Virgo sit regina misericordiarum, & misericordia sit domina omnium, beata Virgo cum sit regina misericordiarum, erit domina omnium. Item quod non datur priuilegium respectu terræ, aeris, vel ignis, sed tantum respectu maris, inde est: quia mare proprie exprimit periculum huius vitæ, propter quod indigemus suffragio vel nauigio dirigente nos vel educente. Item quod non dicitur fundamentum vel lapis angularis priuilegium, inde est: quia fundamentum proprie respicit fidem, quæ à solo Deo est: lapis angularis vniouem diuinæ & humanæ naturæ. Item quare non habuit priuilegium respectu actionis sicut respectu passionis, dicimus, quod habuit id quod quolibet actu meruit, quod sine Deo tamen non potuit facere: quia ipse dicit, Sine me nihil potestis facere. Sed adiutores Dei sumus in merendo, sed non in pariendo. Item quod non habuit priuilegium respectu boni vel veri sicut respectu ardui, dicimus quod habet: quia illa sua exaltatio non tantum est in ædium, sed in verum & bonum arduum. Item quare non respectu sapientiæ vel potentie sicut respectu misericordiarum habuit priuilegium, dicimus, quod misericordia includit in se vtrumque: unde regina misericordiarum est regina potentie & sapientiæ. Ex his patet, quod priuilegia beatissimæ Virginis sunt duodecim, & non plura, vel paucaiora.



QVÆSTIO CLXIV.

Quid nomen ex vobis p' mundana veniat. **A**M igitur ostensum est sufficienter qualiter beatissima Virgo gratia plena fuerit. Primo quia omnes gratias generales & speciales omnium creaturarum in summo habuit. Secundo quia illas gratias habuit à quibus omnis creatura vacua fuit. Tertio quia sua gratia tanta fuit, quod pura creatura maioris gratiæ capax non fuit. Quarto quod gratiam increatam totam in se continuit, & sic per omnem modum gratia plena fuit. Fuit etiam ista plenitudo secundum omnem plenitudinis rationem plenitudo perfectissima. Est enim plenitudo alia datiuæ & non receptiuæ quæ soli Deo conuenit, ut dictum est supra: Alia est receptiuæ, & hæc est triplex. Quædam enim est receptiuæ & datiuæ & non retentiua, & hæc est plenitudo canalis. Et sic beatissima Virgo plena est gratia omnium quantum ad numerum gratiarum, quæ omnes ad numerum transeunt per

ipsius manum. Vnde Eccli. 24. Ego quasi aqueductus exiui de paradiso Dei, hoc est, de delictis misericordiarum Dei. Item Bernardus: Diu fluente gratiæ defuerunt: quia nodum venerat aqueductus. Et ille aqueductus est mirabilis: quia per ipsum defluunt omnes aquæ gratiarum deorsum, & iterum per eundem defluunt sursum: vnde Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Et sic ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur. Eccl. 1.

Est autem secunda plenitudo receptiuæ & retentiua & non datiuæ, & hæc plenitudo vas. Et secundum hanc plenitudinem plena fuit omnibus gratiis creatis secundum speciem, quas omnes in specie in summo habuit & nunquam amisit, & præterea gratia increata quam totam simul accepit & nouem mensibus in se clausit. Fuit igitur non solum vas, sed etiam erat illud vas admirabile, opus Excelsi, ut dicitur Eccl. 43. Mirabile enim erat vas, quod maius seipso contineret: & hoc est ipsa beatissima Virgo, de qua canit Ecclesia: Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Item vas est amabile, quod vinum & aquam simul sine interstitio, & tamen sine coniunctione contineret. Et vas istud fuit beatissima Virgo, quæ deitatis vinum & aquam humanitatis simul continuit sine mixtionis confusione naturarum vel proprietatum: non enim commixtionem passus est neque diuisionem. Item vas esset admirabile, quod manens clausum, omnia in se reciperet, clausum iterum effunderet: illud autem sanctissimum vas est beatissima Virgo, quæ Dominum concepit, virgo peperit, & post partum virgo permanit: vnde fuit hortus conclusus, fons signatus. Cantic. 4. Fuit etiam porta clausa Ezechiel. 44. per quam rex solum ingrediebatur & egrediebatur.

Et est plenitudo receptiuæ datiuæ & retentiua, & hæc est plenitudo fontis, qui est plenus, & tamen effluit. Hac plenitudine plena fuit etiam beata Virgo, à qua continuè effluit gratia, & tamen ipsa semper est plena gratia: vnde ipsa est parvus fons, qui creuit in fluium maximum, & in aquas plurimas redundauit Esther 16. Ex fonte enim huius plenæ plenitudinis profluit omnis plenitudo humani generis. Ex hac enim venit nobis pretium redemptionis, aqua ablutionis, panis refectionis, medicina curationis, arma expugnationis, præmium remunerationis.

Pretium redemptionis, secundum hoc est ipsa sacculus pecuniæ, de quo Prouerb. 7. in quo omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei sunt absconditi, quem secum tulit beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum: tulit, dico, ipsius Virginis assumptione, & reuersurus in die plenæ lunæ, id est, in consummatione Ecclesiæ. De hoc pretio dicitur Prouerb. 17. Mulierem fortem quis inueniet, procul & de vltimis finibus pretium eius. Dicit Glossa: De vltimis, id est, de extrema humilitate beatissimæ Virginis: vel de vltimis, id est, de coniunctione Dei & hominis, qui sunt duo vltimi fines. Attingit enim à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

Sap. 7.

Sap. 7. Illud pretium fuit in die annuntiationis collectum, in die passionis perfolutum. Sed miseri Iudei pretium nostrum cogitauerunt repellere: quamuis enim esset aurum terræ illius, id est, beatissimæ Virginis optimum, tamen ipsi non cognouerunt: quia ipsi non crediderunt ipsum Deum esse: & qui fuit aurum mundissimum, crediderunt esse cuprum, & mel suspicati sunt esse fel: vnde & omni modo quo probatur aliqua pecunia, probauerunt ipsum. Examinauerunt cum per ignem. Psal. Igne me examinasti. Sed nec sic inuenerunt aliquid de scoria: vnde & non est inuenta in me iniquitas. Præterea etiam numerauerunt. Psal. Dinumerauerunt omnia ossa mea. Insuper in statera crucis librauerunt: vnde cantatur: Statera facta corporis. Et sic effluxit pretium redemptionis.

Sic etiam effluxit nobis aqua ablutionis: ipsa enim fons patens, de quo Zach. 3. Erit fons patens domui David in ablutionem peccatorum & menstruata. Et erit fons hortorum, puteus aquarum viuentium. Et fons iste præfiguratus fuit. 2. Reg. 2. penult. quando Dauid dixit: Si quis mihi daret poculum aquæ de cisterna, quæ est in Bethleem, quæ erat iuxta portam. Beatissima Virgo est fons quantum ad communia beneficia quæ exhibuit omnibus, puteus quantum ad specialem deuotionem quam dat suis specialibus, cisterna verò in quantum ab ipsa fluit resectio peccatoribus, quæ cisterna est iuxta portam, quia vult omnes satiare: vnde clamat Eccl. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimpleremini. Aqua cisternæ huius est Christus, qui est fons vitæ saliens in vitam æternam. Ioan. 4. Hanc aquam multum desiderauit Dauid, id est, populus Iudaicus: vnde clamat Isa. 41. Egredi & pauperes quærunt aquas, & non sunt. Job. 30. Ossa mea præ caumate aruerunt. Et Psal. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et Dominus tunc dedit Moyse consilium. Num. 20. Loquimini, inquit, ad petram, id est, ad beatam Virginem, duram contra tribulationem, grauem contra instabilitatem, frigidam contra libidinem: & ipsa dabit vobis aquas. Et tunc aperuit eis thesaurum suum, fontem aquæ viuæ de cisterna in Bethleem. Et hanc aquam tulerunt tres fortes, fides, charitas & humilitas Virginis. Fides per quam sancti vicerunt regna, quæ fortis, quia montes transfert. Charitas fortis: vnde, fortis est ut mors dilectio. Cant. vltimo. Humilitas fortis: quia solo odore regem de accubitu suo, id est, de palatio patris traxit ad vbera matris. Sed quid fecit Dauid, id est, populus Iudaicus de aqua ista? Postquam venit, non bibit, quia non credidit, sed libauit in cruce. Sed certe illa libatio nostra fuit ablutio: ipse enim dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Apoc. 1. Iste etiam puteus figuratur per illud de quo cantat filij Israel Num. 21. Ascendat puteus. Et dicitur ibi, quod illum puteum foderant vel fecerant principes & duces in decreto legis & in baculis suis. Verum est, quod principes, id est, Patriarchæ & duces, id est, Prophetæ cum ipso legislatore Moyse multum diu foderunt illum puteum, desiderando, orando, præfigu-

rando, prophetando: sed Mathæus Noui Testamenti fossor fodere sciuit. Liber, inquit, generationis Iesv Christi, & infra: Virum Mariæ de qua natus est Iesvs qui vocatur Christus. Ecce vena vitæ. Iste tetigit rectam venam: quia, ut dicitur in Job. 28. habet argentum venarum suarum principia. Et istud principium tetigit hic Mathæus: ipsa enim protulit nobis fontem vitæ, sicut optime figuratur in Gen. 2. vbi legitur, quod fluius egrediebatur de paradiso voluptatis, & diuidebatur in quatuor flumina: quia de beata Virgine egressus est Dominus, qui effluit in nos illa quatuor maximâ beneficia, à quibus deriuantur omnia alia beneficia, scilicet generationis, recreationis, iustificationis, & glorificationis. Et benedicuntur flumina hæc beneficia: quia contulerunt nobis quatuor quæ solent flumina magna portare ciuitatibus per quas fluunt: flumen enim necessaria apportat, superflua deportat, sordes abluat, sitim extinguit. Beneficium igitur creationis omnia necessaria apportauit, recreationis omnia detulit superflua, tunc enim hircus emissarius peccata populi detulit in desertum, sicut dicitur Levit. 16. Nihil enim superfluum nisi peccatum. Beneficium iustificationis omnia immunda abluat: quia Dominus abluat sordes filiarum Sion in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Isa. 4. Beneficium autem glorificationis omnem suum extinguit. Sicut enim omnis anima ad Deum fontem viuum. Et hæc sitis nunquam hic extinguitur: quia hic non satiatur oculus visu, nec auris auditu, sicut dicitur Eccl. 1. sed satiabimur cum apparuerit gloria eius, quando de torrente voluptatis eius porabimus. Hæc sunt igitur quatuor flumina quæ nobis profluunt ex plenitudine ista semper plena.

Profuit nobis nihilominus ex ipsa panis refectionis: ipsa enim est nauis illa institoris, longè portans panem suum Prouerb. vltimo. De longè dicit: quia est panis viuus, qui de cælo descendit. Ioan. 6. ad quem inuitat nos beata Virgo dicens Prouerb. 9. Comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Deus trinitas aquam scilicet humanitatis cum vino deitatis miscuit: hoc enim fecit cum humanam naturam diuinæ vniuit: sed beatissima Virgo miscuit quando credidit & consentit. Panem quoque istum ipsa confecit nobis: ipsa enim mulier illa Evangelica Matth. 12. quæ tria fasa, id est, corpus Christi & animam & diuinitatem coniunxit. Fermentum autem in hac confectioe fuit fides Virginis vera: quia quem cæli capere non poterant, &c. Istum panem petierunt paruuli, & non erat qui strangeret eis. Thren. 4. Quam fractionem petebat Isa. 58. Frange esurienti panem tuum. Vnde fuit verum quod panis iste pistus fuit in incarnatione, sed fractus in passione quando misit crystallum suam sicut buccellas. Alia translatio habet, sicut frustum panis. Miscit igitur crystallum suum, id est, clarissimam animam suam ad limbum, sicut frustum panis diuisum à pane, id est, corpore quod lauit in sepulchro, cum quo vnita fuit. Homo autem integer panis viuus qui de cælo descendit.

Effluxit

Effluxit etiam ab hac plenitudine medicina curationis. Eccli. 18. Altissimus de terra creavit medicinam. Et 43. Medicina omnium in festinatione nebulæ, hoc est, in Christi carne purissima festinata & subito decisa & in corpus formata: & hæc nobis ex ista effluxit plenitudine. Vnde ipsa dicit Eccli. 24. Ego quasi fluuius dorix exiui de paradiso Dei. Dorix medicamentum generationis, Christus est qui sanat omnes infirmitates nostras & omnis generationis.

Accepimus quoque ab hac plenitudine arma expugnationis. Sed quæ conuenientia armis cum medicina? Quia ab eadem accepimus arma & medicinam. Hoc optime figuratum est 3. Reg. 7. in domo saltus Libani quam ædificauit Salomon, ut explanat Magister in historia. Dominus illa in duas partes fuit distributa. Superior fuit pigmentaria, in qua fuerunt pigmenta & aromata ad usum templi. Altera fuit amara ad tuitionem regis & decorem domus. Libanus candida est beata Virgo, quæ tota candida, tota pulchra intus & extra, quam domum fecit sibi Salomon: quia sapientia ædificauit sibi domum, in qua fuit medicina contra vulnera peccatorum, arma contra mundum & diabolum. In hac autem domo dicitur specialiter de scutis aureis quæ fecit Salomon. Et quid signant illa scuta, nisi illud scutum quod petit Psal. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Et Dominus ita fecit. Introibo, inquit, in admirabile tabernaculum: quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Istud tabernaculum intrauit, & se armauit, & ibi scutum induit bonæ voluntatis, de quo Psal. Scuto bonæ voluntatis tuæ. Scutum bonæ voluntatis suæ ipse nunquam in aliquo tantum ostendit quantum in nobis, in hoc quod assumpsit scutum istud, & factus est lucifer noster. Vnde notabiliter dicit, Coronasti eos. Hæc enim summa corona hominis ad alias coronas; quod vidit Deum ferentem scutum suum. Vnde quod hic vocatur scutum, in libro Canticorum diadema appellatur. Cantic. 3. Egredimini & videte filiz Sion regem Salomonem in diademate suo, quo coronauit eum mater sua. Glossa: Virgo Maria. Item alia Glossa super illud, In die desponsationis, dicit: Tempore annuntiationis. Scutum in pugna passionis in quinque locis fuit perforatum. Huiusmodi scuti insignia ferebat ille qui dicebat: Stigmata Domini nostri Iesus Christi in corpore meo porto. Est enim magna dignitas militis portare insignia regis. Vnde Esther 6. Homo quem rex honorare cupit, debuit indui vestibus regis, & imponi super equum qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum, & primus de regis principibus ac tyrannis teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedens clamet & dicat: Sic honorabitur, quemcumque voluerit rex honorare. Dominus igitur quando hominem honorare voluit, vestes regales ei induit, quando diuinas proprietates ei communicauit: & de conuerso vestem serui induit, quando sacrum nostræ mortalitatis sibi induit. Vnde 1. Reg. 18. Expoliavit se Iomathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, &

Calat. 6.

reliqua vestimenta sua vsque ad gladium & arcum, vsque ab baltheo. Item super equum qui est de sella regis posuit hominem, quando corpus humilitatis nostræ corpori claritatis suæ configurauit. Item diadema regis in capite hominis posuit, quando nos reges cælorum constituit. Vnde Apoc. 19. Ille qui sedebat in equo, habuit in capite suo diademata multa. Multa procul dubio diademata habuit, qui cuilibet hominum vnum dedit: & ipse tamen diademata nostra in capite suo habuit: quia nimirum in coronam gloriæ suæ conuertitur, quod de patrimonio suo tot reges & reginas fecit. Vnde in Apoc. 4. 24. seniores mittunt coronas suas ante sedentem in throno: quia omnes sancti per humilitatem Christi in humanitate recognoscunt se esse coronatos. Vnde & mulier amicta sole, coronam stellarum duodecim in capite suo habuit: quia beatissima Virgo omnes sanctos coronauit. Principes autem cum equo per plateas ciuitatis nos ducunt, quando cum corporibus & animabus nos ad cælestia regna perducunt. Si igitur tantus est honor militis ferre insignia regis, quantæ est dignitatis regem ferre insignia militis: quantæ autem charitatis regem sibi reputare pro corona regni, quod fert scutum serui? In diademate, inquit Cantic. 3. quo coronauit eum mater sua, Virgo Maria. Vnde hæc singularis mater singulariter filium coronauit, cum eum alia mater sic non coronauit, sed inhonorauit & filium iræ sibi generauit. Sed & ipse filius est contrario solus matrem suam nascendo coronauit, cum ei fecunditatem matris contulit, & eius virginitatem non abstulit, & esse matrem Dei & reginam misericordiz mox nascendo concessit. Patet igitur quæ sunt arma & scutum quo nos Deus coronauit, & quæ arma de ista plenitudine accepimus.

Accepimus autem & de eadem præmium remunerationis. Vnde Psal. Filij fructus, merces ventris. Genes. 15. Ego ero merces tua magna nimis. Et sic patet qualiter ista plenitudo Virginis effuit perfectam & omnimodam beatitudinem humano generi.

Prædictis adicienda est alia ratio plenitudinis, quam etiam continet in se plenitudo beatissimæ Virginis, & hæc est plenitudo loci secundum quod aliquis locus dicitur plenus: & hoc dupliciter. Dicitur enim aliquando locus hominibus plenus, vel animalibus: aliquando plenus herbis, vel fructibus. Per primum modum beatissima Virgo dicitur plena; sicut domus vel ciuitas dicitur plena. Vnde Psal. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Sicut lætantium omnium habitatio est in te sancta Dei genitrix. Dicitur autem beatissima Virgo plena hominibus lætantibus: ipsa enim continet, saluat, & ambit intra se esse lætitiæ, & omnium hominum affectum trahit ad se, & omnium desiderium quietat in se. Vnde ipsa est lætantium quoddam speciale regnum cælorum. Est autem etiam beatissima Virgo plena, sicut locus dicitur plenus fructibus & floribus. Vnde plena est sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Gen. 27. Quam plenitudinem florum, herbarum, & fructuum, significantem perfectionem morum, virtutum, & operationum

Eccl. 24.

tionum diuersarum, explanare concupiscit & deficit ille qui in persona sua dicit: Sicut cinamomum & balsamum aromarizans, &c. Et alibi: Quasi cedrus exaltata sunt in Libano, &c. Est etiam alia ratio plenitudinis quam in se continet plenitudo beatissimæ Virginis, secundum quam aliquis dicitur plenus Spiritu sancto. Hanc igitur habuit beatissima Virgo in summo, quæ Spiritu sancto cum Patre & Filio plena fuit etiam corporaliter, utpote in qua plenitudo diuinitatis habitauit corporaliter. Vnde vidimus eam plenam charitate & dilectione: Deus autem charitas. Ioan. primo. ideo Deo plena fuit, quæ charitate plena fuit. Ex his igitur manifestum est qualiter beatissima Virgo omni gratia, omni plenitudine, omni ratione plenitudinis, & omnibus modis gratia plena fuit.

QVÆSTIO CLXV.

QUÆSTIO: Dominus tecum. Videtur autem, quod non bene ponatur in hoc loco: quia, ut dicit Philosophus, sermones inquirendi sunt secundum materiam: ergo in materia salutationis non debet poni nomen timoris: sed Dominus est nomen timoris, iuxta illud Mala. 1. Si ego sum Dominus, ubi est timor meus? Ergo cum hic agatur omnino de amore & materia amoris, nomen timoris hic non debet poni, sed amoris: & ita non debuit dicere, Dominus tecum: sed Pater tecum.

1. Item, Cum tota Trinitas sit mittens hanc salutationem, videtur quod debuit dicere, Trinitas tecum.

2. Item, Ille qui annuntiatur, vocatur Emanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus: & illa allocutio facta fuit in ista annuntiatione: ergo potissime debuit dicere, Deus tecum, vel Deus nobiscum.

3. Item, Per hanc annuntiationem factus est Dominus nobiscum: ergo dicere debet, Dominus nobiscum.

4. Item, Dicitur Dominus esse nobiscum vel cum alio specialiter per inhabitantem gratiam: sed illa appropriatur Spiritui sancto: ergo debuit dicere, Spiritus sanctus tecum.

5. Item, Annuntiatio & ista conceptio appropriatè facta fuit de Spiritu sancto: ergo debuit dicere, Spiritus sanctus tecum.

6. Item, Modus salutandi Dei fuit, Pax vobis: ergo cum iste saluaretur ex parte Domini, debuit dicere, Pax vobis, vel pax tecum.

7. Item, August. in libro confessionum: Mecum eras, & ego tecum non eram: ergo Dominus est cum malis, & mali non sunt cum Domino, sed tantum boni: ergo cum beatissima Virgo summe sit de numero bonorum, debuit dicere, Tu cum Domino.

8. Item, Cum Dominus hic nuntietur futurus in eam per corporalem presentiam, fuit autem per corporalem presentiam in ea, & iste est proprius modus essendi quo cum beatissima Virgine fuit & cum nullo alio: ergo cum illum proprium modum essendi deberet hic exprimere, debuisse dixisse, Dominus in te.

10. Item Ieremias scribens de ista associatione de qua agitur hic, dicit 31. Formina circumdabit virum. Sed quod circumdatur ab alio, illud est in illo: ergo debuit dicere, Dominus in te.

11. Item, In diuinis ubi est idemitas nature, dicitur vna persona esse in alia, & de conuerso, ut ibi: Ego in Patre, & Pater in me est: ergo cum hic notetur associatio secundum eandem naturam in specie, debuit dicere, Dominus in te.

12. Item, Dominus absolute dictum poni solet pro Patre, ut ibi, Verbo Domini cæli firmati sunt: ergo cum hic notetur presentia corporalis quæ non conuenit Patri, non debuit dicere, Dominus tecum.

13. Item queritur, quare non dicit, Dominus omnipotens, vel Dominus exercituum, vel huiusmodi?

14. Item, Quare nullum ponitur verbum?

15. Item, Dominus dicitur quasi dans minas: hic autem nulla fit comminatio, sed magna promissio: ergo male hic ponitur Dominus.

16. Item, Cum Dominus importet respectum ad seruum, quare non determinatur illi respectus hic, ut diceretur, cuius esset Dominus.

17. Item, Cum omnis associatio sit in aliquo, queritur, in quo sit ista associatio? Si in esse ut sit sensus, Dominus est tecum: illa associatio continet omnibus, conuenit enim esse omnibus entibus: ergo in hoc nihil dicitur quod approprietur beatissimæ Virgini.

Ad hæc dicimus, quod in ista salutatione per hoc quod dicitur, Dominus tecum, duo intenduntur. Vnum ut persona mittentis proprie exprimat, alterum ut liberum arbitrium beatissimæ Virginis ad credendum & consentiendum inclinaret. Ista autem duo perfectissime & appropriatissime exprimit hoc nomen, Dominus, quod à potentia imponitur, & quando absolute dicitur, soli Deo appropriatur. Alij vero Domini & serui sunt respectu: ipse autem absolute est Dominus, quoniam Dominus est omnium, quod solius Dei Trinitatis est proprium, qui est persona mittens in hac salutatione: & sic persona mittens proprie nominatur. Per idem autem proprie liberum arbitrium gloriosissimæ Virginis inclinatur: quia de consentiendum in mirabilia maxime disponit fides, & maxime fides de omnipotentia: quia qui credit & aduertit Deum omnia posse facere, acquiescit ipsum posse naturas mutare, & naturis imperare. Vnde cum hic omnium nouorum nouissimum nuntietur beatissimæ Virgini ad credendum, congruentissime ponitur hic hoc nomen, Dominus, quod absolute positum est omnipotentia Dei demonstratum. Quia vero liberum arbitrium beatissimæ Virginis facile erat ad credendum paratum, non indiguit expressa infestatione omnipotentia cum terrore, ut diceretur, Dominus omnipotens, vel Dominus exercituum: sed sufficit quasi leuis annuntiatio, & quasi obliqua potentia expressio, qualis per hoc nomen, Dominus, importatur. Dicitur igitur ei, Dominus

Responsio.

Dominus tecum. Quasi ei apertè dicatur, nihil tibi credas impossibile: nihil enim credit sibi impossibile, qui scit se Dominum in socium habere: sed dic confidenter, Omnia possum in eo qui est tecum. Si enim aliqui duo vnum officium debent operari, quid impedit si vnus sit debilis, si alter ut idè fortis vt per se officium ad effectum possit perducere, isto etiam non iuuante.

EX HIS patet solutio ad omnia obiecta vsque ad vltimum quod quæsitum erat de associatio. Ad hoc autem dicimus, quod hæc associatio notatur in omnibus in genere, in quibus associatio potest esse. Est autem triplex associatio. Est enim associatio in essendo, associatio in patiendõ, associatio in agendo. Associatio in essendo duplex dicitur, absolute, vel respectiue. Si absolute, vel in substantiali, vel in quali, vel in quanto. Associatio in substantiali est idemitas, in quali similitudo, in quanto æqualitas. Inter Deum & beatissimam Virginem fuit associatio in substantiali, scilicet humanitate, qua fuit verus homo de homine vero. Fuit etiam in quali, scilicet similitudo voluntatis vnus in vtroque. Fuit etiam in quanto, scilicet æqualis potentia in genere: ipsa enim eiusdem regni regina est, cuius ipse est rex. Item inter ipsos potest notari idemitas in natura, similitudo in forma naturali, æqualitas in virtute naturali siue in potentia. Si autem est communitio in essendo respectiue, hoc est duorum adinuicem, vel duorum ad vnum. Si primo modo, illa communitio fuit hic in summo: quia ipsa est mater sua, & ipse filius eius. Si secundo modo, tunc est vel ad vnum tempus, vel ad vnum locum, vel ad vnum situm, vel ad vnum habitum. Secundum tempus fuit ibi communitio: quia simul ipsa mater Dei, & ipse simul filius hominis, & è conuerso. Secundum locum fuit communitio: ipsa enim eum secum portauit de loco ad locum quocumque infra nouem menses iuit. Possimus autem & istas communitiones temporis & loci subdiuidere. Est enim tempus aduersitatis, & tempus prosperitatis. Aduersitatis autem est duplex, vel à seipso, vel ab alio, & sic triplex erit tempus, scilicet tempus propriæ humiliationis, tempus alienæ persecutionis, & tempus consolationis. Et in his omnibus fuit Dominus cum ea. In tempore propriæ humiliationis in purificatione, quando obrulit ipsam ad templum. Luc. 2. In aliena persecutione, sicut in passione quando stabat sub cruce. Ioan. 21. In suprema consolatione, sicut in resurrectione. Item locorum alius pœnalis, alius naturalis, alius dignitatis. Naturalis est verus, pœnalis vt exilium, dignitatis vt solium. In his omnibus fuit Dominus tecum, & ipsa cum Domino. Dominus enim tecum fuit in vtero, tecum in exilio, tecum in folio. Item diuersi in diuersis locis solent esse simul, fratres simul in domo, pater & filius simul in mensa, vir & mulier simul in lecto, dominus & seruus simul in via vel in comitatu. Ipse autem in omnibus his fuit tecum simul, in domo vt mater cum sorore, in mensa vt filius cum matre, in lecto vt sponsus cum sponsa, in comitatu vt Dominus cum ancilla. De pri-

mo dicit Psal. Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum. De secundo Matth. 15. Non est bonum sumere panem filiorum, &c. De tertio dicitur in Gen. 2. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem. De quarto dicitur Ioan. 12. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Fuit etiam communitio cum eo secundum situm omni modo: ipse enim nouem mensibus cum iacente iacebat, cum sedente sedebat, cum surgente surgebat, & sic de reliquis fuit. Est ibi etiam communitio substantialis secundum habitum: ipsa enim beata Virgo induit ipsum Deum eadem carne, qua ipsa fuit induta. Vnde Apostolus: In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.

Fuit etiam ibi communitio in patiendõ. Est autem triplex compassio: accidentalis, vt seruus domino: naturalis, vt mater filio: essentialis, vt membrum cum membro. Ipsa igitur compassio fuit ei vt ancilla fidelissima Domino suo, vt mater fidelissima filio suo, vt membrum dilectissimo membro.

Item in agendo fuit inter eos omnimoda communitio. Tria sunt genera hominum quæ necessario communicant sibi in agendo. Contrahentes, generantes, adiuuantes. Et ipsa beata Virgo communicauit cum Domino Deo in contractu matrimonij hominis & Dei, in generatione filij, in adiutorio generis humani: & sic communicauit ei in omni in quo contingit alicui communicare. Dominus autem omnium generaliter per creationem, hominum per redemptionem, tuus per immediatam susceptionem, Christi hominis per vnionem, & tecum per essentiam, præsentiam, potentiam, inhabitantem gratiam, corporalem præsentiam. Vnde Bernardus: Sed cum ita sit cum omnibus sanctis, specialiter tamen cum Maria, cum qua vtrique tanta ei consensio fuit, vt illius non solum voluntatem, sed etiam carnem sibi coniungeret, ac si de sua, Virginisque substantia vnum Christum efficeret, vel potius vnus Christus fieret: qui etiam nec totus de Deo, nec totus de Virgine, totus tamen Dei, & totus Virginis esset, nec duo filij, sed vtriusque filius. Ait itaque: Aue gratia plena, Dominus tecum. Nec tantum Dominus filius tecum quem carne tua induis, sed & Dominus Spiritus sanctus de quo concipies, & Dominus qui genuit quem concipies, pater, inquam, tecum qui filium suum facit & tuum. Filius tecum, qui ad condendum in te mirabile sacramentum miro modo & referat sibi genitale secretum, & tibi seruat virginalè signaculum. Spiritus sanctus tecum, qui cum patre & filio tuum sanctificat vterum. Item de eodem Maximus Episcopus: Dominus tecum, in mente tecum, in ventre tecum, in vtero tecum, in auxilio tecum. Ex his patet qualiter Dominus fuerit cum beata Virgine omni modo quo contingit aliquid esse cum alio.



QVÆSTIO CLXVI.

BENEDICTA tu in mulieribus. De hac elausula quæritur, an addat aliquid super plenitudo

plenitudinem gratiæ, aut nihil? Si nihil addit: ergo superfluit. Si aliquid addit: ergo illa plena gratia non fuit: ergo Angelus falsum dixit, quando ipsam prius plenam gratia nuntiavit.

2. Item, Natura sua eadem est cum natura mulierum: ergo si excellit, hoc est in gratia: sed omnis gratia includitur, cum dicitur gratia plena: ergo frustra addit postea, Benedicta tu in mulieribus.

3. Item, Si ista benedictio addat aliquid gratiæ, & in gratia excellit viros & mulieres, tunc debuisset dixisse, Benedicta tu in hominibus, & etiam, Benedicta tu in omnibus creaturis: cum in gratia sit excellentior vniuersis.

4. Item, Benedicta tu in mulieribus. Glossa: Quæ sine exemplo muliebris conditionis virgo & mater Deum & hominem genuit: sed illud totum in plenitudine gratiæ est comprehensum: ergo frustra hoc repetit.

5. Item, Cum virgines omnes excellentiam habeant dignitatis, ista benedictio omnibus virginibus conuenire videtur: omnes enim virgines in quantum virgines benedictæ sunt in mulieribus: & sic potius debuisset dixisse, Benedicta tu in virginibus.

6. Item, Si propter fecunditatem virginalem benedicta est in mulieribus, tunc multo potius dixisset, Benedicta tu in matribus.

7. Item, Plus est factum quam dictum: benedicta autem dicitur, quia bene aucta: sed plus est beata: ergo potius dixisset, Beata tu in mulieribus, quam benedicta tu in mulieribus.

8. Item, Cum benedictio quædam sit gloriæ, quædam gratiæ: omnis autem benedictio gloriæ includit in se benedictionem gratiæ: ergo plus dixisset dicendo, Gloriosa tu in mulieribus.

9. Item, Benedicta tu in mulieribus. Glossa: id est, præ mulieribus. Et alibi in figura dicitur, Benedicta es tu præ omnibus mulieribus. Iudith. 13. Item Esther. 2. Assuetus dilexit Esther super omnes mulieres. Quæritur ergo, vtrum sit differentia inter benedicta tu in mulieribus, & præ mulieribus, & inter mulieres, & plusquam omnes mulieres?

10. Item quæritur, vtrum pronomen demonstratiuum secundæ personæ notet ibi excellentiam vel discretionem? Et videtur, quod non discretionem: quia sunt multe alie mulieres benedictæ in mulieribus. Si autem excellentiam, cum excellentiam non tantum habeat respectu mulierum, sed respectu omnium creaturarum, dixisset debuisset, Benedicta tu in omnibus creaturis.

11. Item quæritur, vtrum ista benedictio beatissimæ Virginis comprehendat omnium aliorum benedictionem in se? Et videtur, quod sic, imò nec dubitabile videtur: quid enim magni vel miri si habuerit benedictionem omnium gentium, quæ benedictiones omnium Angelorum & gratias habuit, & à nullo illi strum vincitur?

AD HÆC soluendo dicimus, quod quadruplex est ratio benedictionis. Dicitur enim benedictio maledicti euacuatio. Item dicitur be-

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

nedictio fecunditatis ampliatio: vnde benedixit eis dicens, Crescite & multiplicamini, &c. Gen. 1. Dicitur etiam benedictio singularis gratiæ collatio. Vnde Benedixit Dominus Abraham. Gen. 22. Item dicitur benedictio congratulantium collaudatio: vnde Matth. 21. Benedictus qui venit in nomine Domini. Secundum omnem istum modum & rationem fuit beatissima Virgo in mulieribus benedicta. Item benedictio quæ est maledicti euacuatio, triplex fuit secundum quod est maledictio naturæ, maledictio culpæ, maledictio pœnæ. Maledictio naturæ opprobrium sterilitatis, maledictio culpæ fœditas libidinis, maledictio pœnæ inflicto pœnalitatis. Et qualibet istarum est triplex. In opprobrio sterilitatis triplex fuit maledictio: virgo enim sterilis, fuit omnibus contempta; solatio destituta, prolis successione priuata. Contra hæc habuit beatissima Virgo tres benedictiones: ipsa enim fuit Angelis & hominibus reuerendissima, filio dicata, omnium fidelium successione glorificata. Item in fœditate libidinis fuit triplex maledictio; scilicet libido imprægnantis, fœditas concipientis, peccatum concepti siue nascentis. Contra hæc beatissima Virgo habuit tres benedictiones. In eius conceptione enim imprægnans fuit Spiritus sanctus, concipiens Virgo, conceptum Deus. Item in inflicto pœnæ triplex fuit maledictio; damni virginis tatem perdendo, laboris in portando, doloris in pariendo. Contra hæc iterum in beatissima Virgine triplex fuit benedictio: quia in concipiendo virginitas ei aucta fuit & consecrata, sine labore portauit, sine dolore peperit. Et sic patet, quod nouem maledictiones nouem benedictionibus euacuauit. Et sic patet, quod per maledicti euacuationem benedicta fuit in mulieribus.

Item est benedictio fecunditatis superexaltatio, & hæc quoque potest esse triplex. Vna est ex parte agentis, altera est ex parte generati, tertia ex parte gignentis. Et qualibet istarum triplex fuit. Agens enim in ista conceptione fuit Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus sanctus. Exaltata autem esset super omnem generationem, illa generatio in qua agens esset solus Pater, sed plus exaltata vbi Pater & Filius, sed plurimum vbi Pater & Filius & Spiritus sanctus: quod totum in ista conceptione fuit. Item ex parte generati est exaltata generatio super omnem generationem vbi concipitur vir perfectus in naturalibus, sed plus exaltata fuit vbi conceptus fuit vir sanctus gratiæ & virtutibus, sed superexaltata vbi vir perfectissimus, homo sanctissimus & summus Deus. Item ex parte gignentis exaltata fuit, quia virgo concepit: plus exaltata, quia virgo peperit exaltatissima, quia mater & virgo lactauit.

Est etiam benedictio singularis gratiæ collatio, quæ similiter in beatissima Virgine triplex fuit. Primum quia secundum dignitatem est caput omnium feminarum & principium. Secundum quod est mater omnium. Tertium quod est Domina omnium. Primum istarum adhuc triplex est: dicitur enim principium feminarum propter tria. Vnum est quod habuit quicquid boni in feminis fuit. Aliud quod quod-

liber

liber illorum in summo habuit. Tertium quod illud habuit quod nunquam aliqua femina habuit vel habere potuit. Primum triplex. Triplex enim bonum fuit in feminis. Bonum virginum, bonum coniugarum, bonum viduarum. In virginitate adhuc triplex benedictio est. Una est carnis incorruptio. Secunda, nullius veri subiectio. Tertia, angelica conuersatio. In coniugatis est triplex bonum, fides, proles, & sacramentum. In viduis quoque triplex est benedictio, scilicet libertas contemplationis, exercitium in operibus pietatis, castigatio carnis. Omnia ista bona simul fuerunt in beata Virgine: habuit, etiam ista omnia in summo. Præcellit enim virgines in tribus benedictionibus virginum: causalitate, quia virgo virginum: puritate, quia in summo pura: fecunditate, quia mater & virgo. Coniuges etiam excellit in tribus: habuit enim fecunditatem sine corruptione, prolem sine patre, fecunditatem respectu altissimæ naturæ, scilicet quod esset mater Dei. Bonum viduarum similiter habuit in summo, ut puta in summa contemplatione, præcipua pietate, excellentissima castitate. Quidquid ergo fuit boni in mulieribus, hæc omnia excellentissime habuit, quia virgo virginum fuit, & mater Dei fuit, atque mater virgo fuit. Secunda specialis gratia fuit, quod mater omnium est: & hoc quoque tripliciter: fuit enim mater vniuersi hominis per generationem, omnium hominum per regenerationem, & virginum mater per imitationem. Tertia gratia specialis fuit, quod fuit Domina omnium: & hoc triplici ratione: tripliciter enim efficitur quis iuste dominus. Vno modo per operationem, ut Dominus est quis eius rei quam operatus est & conduxit in esse. Secundo modo per emptionem. Tertio modo per electionem, ut prælati. Ista triplici ratione beatissima Virgo fuit Domina omnium creaturarum, ut puta mater creatoris, adiutrix redemptoris, regina creationis & regenerationis.

Quarto dicitur benedictio congratulantium collaudatio: & hæc quoque triplex. Collaudatur enim ab Angelis, ab hominibus, & à corporalibus: genuit enim Angelorum restauratorem, hominum redemptorem, corporalium innovatorem. Laudant autem eam Angeli propter tria: restauravit enim reddendo per æquipollentiam deperditum, multiplicando numerum, augmentando per superadditum, quartam scilicet hierarchiam. Homines quoque laudant eam propter tria: genuit enim eis redemptorem, iustificatorem, glorificatorem. Corporalia quoque laudant eam propter tria: immutavit enim corpora innovando, nobilitando, & omnia in corpore Christi diuinitati uniendo. Sic quoque pater qualiter beatissima Virgo omnium Domina, secundum omnem rationem benedictionis omnifariam est superbenedicta.

QUÆSTIO CLXVII.

VALITER autem & ista benedictio, benedicta in mulieribus, comprehen-

dat in se omnes benedictiones alias, facile est videre singula percurrenti.

Prima benedictio est illa, in qua benedixit Deus diei septimæ, in qua requieuit ab omni opere quod patrarat. Genes. 1. Est autem ista benedictio operis consummatio, à peccatis vacatio, æternæ requieci præfiguratio. In beata Virgine fuit perfectè operum consummatio, quando omnia creata in vno homine uniuertur vni creatori, & primum fuit vltimum, & vltimum primum: non est enim perfectio motus vel operis nisi in circulo. Item ibi similiter est vera à peccatis cessatio: in eius enim voluntate peccatum nullum fuit, & præterea inesse non potuit. Hæc etiam requies non fuit solum futuræ requieci signum, sed & causa. Si igitur dies septima est benedicta propter sabbatum diei creationis, cum excellentius sit sabbatum diei recreationis quam creationis, ergo & maior benedictio fuit: in omnibus enim requiem quæsiuit, & in ipsa sola inuenit, in qua inuenit omnia quæcumque quæsiuit: vnde & in tabernaculo eius requieuit Eccl. 24. Hæc est enim vera Sion, quam elegit Dominus in habitationem sibi. Ibi requies sua in seculum seculi: ibi habitabit quoniam elegit eam. Sic igitur beata Virgo habuit septimi diei benedictionem.

QUÆSTIO CLXVIII.

SECUNDA est benedictio, qua benedixit Deus Adæ & Euz. Genes. 1. Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Hæc benedictio tria complectitur in se, naturæ fecunditatem, terræ subiiectionem, animalium dominationem. Fecunditas duplex est, carnalis, & spiritalis. Vtramque habuit beatissima Virgo in summo. Fecunditatem carnalem super fecunditatem naturalem, & spiritualem vniuersalem, quoniam omnium bonorum mater est. Habuit etiam terræ subiiectionem in summo: terram enim corporis sui ita præ omnibus sibi habuit subiectam, quod etiam nunquam primum motum rebellionis habuit contra spiritum. Terram etiam spiritalium sibi habuit subiectam, cum sit Domina omnium Angelorum. Habuit etiam beata Virgo omnium animalium subiiectionem & dominationem: dominatur enim per potentiam piscibus maris, id est, demonibus in amaritudine inferni constitutis: dominatur etiam per sapientiam volatilibus cæli, id est, Angelis cæli eleuatis & vplantibus ad altitudinem contemplationis; Deis dominatur etiam per misericordiam omnibus animantibus quæ mouentur super terram, id est, vniuersis hominibus in mobili vita constitutis. Er sic beatissima Virgo habuit benedictionem primorum pascuarum, scilicet Adæ & Euz.

QUÆSTIO

ILLAS quæ sunt veræ benedictiones, quæque comprehendantur sub benedictione benedictissimæ, declaremus.

QUÆSTIO CLXIX.

TEM & Isaac benedixit Iacob Gen. 27. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti vini & olei: & seruiant tibi populi, adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Hæc quoque benedictio in tribus consistit, in abundantia necessariorum, ut ibi, Det tibi Deus. In dignitate honorum, ibi, Esto Dominus fratrum tuorum. In amotione incommodorum, ibi, Qui maledixerit tibi. Item sit sibi ros cæli, id est, gratia contemplationis. Pinguedo, id est, gratia actionis. Et ex his sit frumentum fidei, vinum spei, Rom. 12. Spe gaudentes. Et oleum charitatis. His adduntur necessaria corporis: & sic intelligitur in his omne necessarium. Sed constat, quod beatissima Virgo hæc omnia habuit in summo, contemplationem, actionem, spem, fidem, & charitatem. Ergo primum illius benedictionis Iacob habuit in summo. Secundum quod fuit in hac benedictione, est dignitas honoris, quæ intelligitur per hoc, Seruiant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum. Populi sunt Gentiles ad fidem conuersi, tribus Iudæi, fratres Christiani, filij matris sunt Angeli. Omnes isti, o benedictissima seruiant tibi in Ecclesia militante, adorant te hyperdulia in Ecclesia triumphante, & incuruantur ante te vrbobique, & omnibus dominaris congermana tibi pietate. Tertium quod fuit in benedictione hac, fuit incommodorum amotio & laudum communicatio, quod intelligitur per hoc quod dixit, Qui maledixerit tibi, &c. Quasi dicat: Qui maledixerit tibi corde, ore, & opere, maledictionibus repletur præsentis & futuræ vitæ: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repletur gratia præsentis & gloriæ futuræ. Istam benedictionem etiam habuit benedicta Virgo: quia nunquam aliquod incommodum habuit quo caruisse voluerit, imò omne suum incommodum sibi fuit commodum, quia omnis passio sibi mericum fuit. Qui autem ipsam ore, corde, & opere maledixerit, æternam maledictionem hæreditabit: qui autem ipsam corde, ore, & opere benedixerit, benedictionem gratiæ & gloriæ possidebit. Omnes igitur cantemus laudantes, & dicamus, Benedicta tu in mulieribus. Er sic pater qualiter benedicta virgo habuit benedictionem Iacob in summo.

QUÆSTIO CLXX.

VNI & aliæ famose benedictiones, inter quas sunt & illæ quibus benedixit Iacob filiis suis singulis benedictionibus propriis. Gen. 49. Sed quamuis omnes dicantur benedictiones, quedam tamen illarum sunt magis prophetiæ vel maledictiones, quibus omittis, D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

illis quæ sunt veræ benedictiones, quæque comprehendantur sub benedictione benedictissimæ, declaremus.

Cum autem filij alij Iacob alias significant virtutes, Iudas signat charitatem: idè in benedictione Iudæ. 16. ponuntur proprietates charitatis. Dicitur igitur Gen. 49. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Carulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubisti vt leo, & quasi leona, quis suscitabit eum? non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniet qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem o fili mi, afinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vire pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Prima igitur proprietas charitatis est, quod charitas est dignissima virtutum, iuxta illud 1. Cor. 13. Maior horum charitas. Er hoc intelligitur per hoc quod dicitur, Iuda te laudabunt fratres tui. Secunda proprietas est, quod ipsa est expugnatrix peccatorum, iuxta illud 1. Pet. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Er hoc intelligitur per hoc quod dicitur, Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Tertia proprietas est, quod dat virtutibus esse, id est, essentiam virtutum. Er hoc intelligitur per hoc quod dicitur, Adorabunt te filij patris tui. Quarta est, quod est amatrix arduorum. Er hoc intelligitur per hoc quod dicitur, Carulus leonis Iuda. Quinta est, quod est expoliatrix demonum. Quod intelligitur per hoc quod dicitur, Ad prædam fili mi ascendisti. Sexta est, quod est victrix passionum. Quod intelligitur per hoc quod dicitur, Requiescens. Septima est, quod est superatrix tentationum. Quod intelligitur per hoc quod dicitur, Accubisti vt leo. Octaua est, quod facit pro dilecto animam ponere. Quod intelligitur per hoc quod dicitur, Er quasi leona. Nona est, quod nihil potest eam à dilecto separare. Vnde Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Dei? Er hoc intelligitur per hoc quod dicitur, Quis suscitabit eum? Decima est, quod facit in æternum regnare. 1. Cor. 13. Charitas nunquam excidit. Er hoc est quod dicit, Non auferetur sceptrum de Iuda. Vndecima est, quod facit filios Deo generare. Quod intelligitur per illud quod dicitur, Er dux de femore eius. Duodecima est, quod facit Christum descendere de de cælo. Er hoc est quod dicitur, Donec veniat qui mittendus est. 13. est, quod vnit membra Ecclesiæ in se, ex qua totum corpus est connexum & compactum. Er hoc est quod dicit, Ligans ad vineam pullum suum. 14. est, quod vnit & ligat membra capiti. Er hoc est quod dicit, Ad vitem o fili mi afinam suam. 15. est, quod facit Christum nos sanguine suo lavare, iuxta illud Apocal. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Er hoc est quod dicit, Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vire pallium suum. 16. est, quod facit eum per doctrinam nos vocare, iuxta illud Ioan. vlt. Si diligis me, pascce oves meas. Er hoc est quod dicit, Pulchriores sunt oculi

oculi eius vino. 17. est, quod facit Christum nos sibi per sacramenta incorporare. Et hoc est quod dicit, Dentes eius lacte candidiores. Et sic in vniuerso sunt 17. proprietates charitatis, quæ sunt dignissima virtutum, expugnatrix viti-
 rum, dans virtutibus esse virtutum, amatrix arduorum, spoliatrix demonum, victrix passionum, triumphatrix tentationum, animam pro proximo ponere, nihil separare, in æternum regnare, filios Deo generare, Christum de cælo deducere, vnite membra Ecclesiæ, vnire membra capiti, sanguine lauare, per doctrinam vocare, per sacramenta incorporare, quod intelligitur per hoc quod dicitur, Dentes eius lacte candidiores: per lac enim intelligitur mansuetudo sacramentorum de carne Christi & passione fluentium. Itz ergo sunt proprietates charitatis, in quibus consistit benedictio Iudæ. Sed ad nobiliorem substantiam sequuntur nobiliores proprietates: ergo quicumque habet charitatem in summo, habet has proprietates in summo, & per consequens benedictiones Iudæ in summo: sed beatissima omnium dominarum Domina habuit charitatem in summo: ergo & has proprietates habuit in summo.

QVÆSTIO CLXXI.

EQVITVR benedictio Zabulon. Zabulon in litore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem: Per Zabulon secundum Magistrum Richardum de sancto Victore intelligitur zelus animarum, de quo sic dicit: Post Issachar Zabulon, id est, habitaculum fortitudinis gignitur: quia per internæ dulcedinis degustationem, odium viti-
 orum generatur & veræ fortitudinis robur acquiritur. Iste est Zabulon, qui irascendo iram Dei placare consuevit, qui piè scruendo dum hominum vitia percutit, eis quasi non parcendo melius parcat. Absque dubio nihil sic placet Deo, nihil sic placet Deum, quomodo zelus animarum. Et infra: Quam multos hodie videmus spiritu pauperes, spe gaudentes, charitate feruentes, multum abstinentes, admodum patientes, ad zelum tamen animarum nimis tepidos, multumque torpentes. Alij quasi ad custodiam humilitatis delinquentes increpare non præsumunt. Alij ne charitatem fraternam perturbare videantur peccantes arguere metuunt. Sic & alij alijs & alijs adhuc modis, quod pro Domino zelare nolunt, virtutis hoc esse fingunt, vel virtutis esse credunt. E contra multi quod absque dubio agunt in spiritu furoris, agere se arbitrantur zelo rectitudinis: & quæ veraciter sequuntur odio hominum, exercere se putant vel simulat odio vitiarum. Et infra: Illi potius pietate quam crudelitate delinquentes persequi credendi sunt, qui interna illa gaudia ad quæ eos tot doloribus inuitant, per experientiam nouerunt. Et infra: Debet etiam Zabulon non solum delinquentes corripere, sed eos etiam tempore tribulationis contra persequentes defendere. Debet etiam esse Zabulon promptior, imò semper paratior ad mala

De preparati-
 one animi
 ad contem-
 plationem
 libro 4. fo.
 Benjamin
 minor.
 Cap. 40.

Cap. 41.

Cap. 42.

ferenda, quam ad mala inferenda. Et quia habet necesse pro culpa quandoque subiectis irasci, amplius vtique dolet, cum cogitur eos pro culpa percutere, quam cum cogitur pro eorum defensione puniri. Libenter ergo se occurrentibus periculis obicit, & contra sa-
 uientium tempestatum procellas se sponte opponit. Alioquin frustra in litore maris habitaret. Frustrà in statione nauium habitationem parat. Si contra matina mundanæ pressuræ discrimina trepidat, nisi tempestatibus diu defatigatus & tandem litoribus cæcos blandè excipiat, & benignè foueat. Et infra: Vsque ad Sidonem scimus fieri huiusmodi venationem animarum, aliquando per occultam suggestionem demonum, aliquando per apertam persuasionem hominum. Verumtamen nouit vtramque Zabulon cautè deprehendere, & incautus detegere. Figit ergo fortitudinis suæ habitaculum & regione maris in confinio Sidonis, vt hinc vigilet contra sauitiam persequentium, illinc contra fraudulentiam insidiantium. Et infra: Nescio si potest homo aliquid à Deo in vita maius accipere: ignoro an possit hac gratia interim maiorem aliquam Deum homini conferre, quam vt eius ministerio peruersi homines in melius mutantur, vt de filiis diaboli filij Dei efficiantur. An fortè cuiquam magis videbitur esse mortuos suscitare? Ergone maius erit suscitare carnem iterum morituram, quam animam in æternum victuram? Ergone maius erit carnem reuocare ad gaudia mundi, quam animæ restituere gaudia cæli? O qualis dos, quanta dignitas, talem gratiam à Deo accipere. Non debuit Dei sponsa à sponso suo dotem aliam accipere, non decuit cælestem sponsum sponsæ suæ dotem aliam donare, quam vt per adoptionis gratiam possit multos Deo filios gignere, & de filiis iræ filijsque gehennæ, regni cælestis hæredes ascribere. Merito ergo Zabulon nato exclamat mater eius Lia. Ditauit me Deus dote bona. Ex his intelligitur, quod per Zabulon zelus animarum describitur, cuius decem sunt proprietates. Prima est, quod odit peccatum. Secunda, quod maxime placet Deum. Tertia, quod non parcendo plus parcat. Quarta, quod nihil plus placet Deo. Quinta, quod promptior est ad mala ferenda quam inferenda. Sexta, quod blandè recipit poenitentem. Septima, quod vigilat contra persecutores & manifestat insidias. Octaua, quod homo non potest maius donum accipere. Nona, quod est dos quam cælestis sponsum dat sponsæ suæ. Decima, filios Dei generat. Itz igitur proprietates sunt zeli, in quibus benedictio Zabulon consistit. Sed ad nobiliorem substantiam sequuntur nobiliores effectus: ergo quicumque habet zelum animarum in summo, per consequens habebit benedictionem Zabulon in summo: sed beata Virgo habuit zelum animarum in summo: ergo habuit benedictionem Zabulon in summo. Minor parat per illud quod in principio ponitur, scilicet quod zelus animarum ex internæ dulcedinis degustatione generatur: sed illam degustationem habuit in summo: ergo & zelus animarum cum suis proprietatibus fuit in summo in beata Virgine: ergo habuit benedictionem Zabulon in summo.

QVÆSTIO

QVÆSTIO CLXXII.

EQVITVR benedictio Issachar, de qua dicitur. Issachar asinus fortis accubans inter terminos: vidit requiem quod esset bona, & terram quod esset optima: supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributus seruiens. Glossa: Rectè post natiuitatem Gad & Assur Lia talem filium genuit: quia nisi per abstinentiam & patientiam mens humana ad verum gaudium non pertingit. Oportet ergo non solum falsam delectationem, sed & vanam perturbationem excludere, qui vult de veritate gaudere. Et iste filius Issachar, id est, merces dicitur: quia illud gaudium verum tanquam mercedem omnium laborum expectamus. Et infra: Sicimus, quod sicut mare semper fluctuat, terra autem in æternum stat, sic & cætera elementa semper in motu sunt, & sola terra stante, stare cætera nesciunt. Quia scimus, quod mens quæ per varia desideria fluctuat, quam adhuc secularium curarum procella exagitat, ad illud internum gaudium non admittitur, & illo torrente voluptatis non potatur: quanto minus inebriatur. Et infra: Hæc est illa verè beata terra, mentis tranquillitas videlicet, quando mens in seipsa tota colligitur, & in vno æternitatis desiderio immobiliter figitur. Hæc est illa terra quam veritas promittebat dicens: Beati mites, quoniam possidebunt terram. Et infra: Issachar pro hac terra asinus factus & fortis libenter supposuit humerum suum ad portandum, & factus est tributus seruiens. Multum sibi subito viluerat, qui se asinum animal videlicet poenæ præ cæteris vilis reputabat. Multum concupiuit terram quam vidit, pro qua ad omnem laborem fortis perdurauit. Viderat sane quod ad pulchritudinem terræ illius, omnes iustitiae nostræ vt pannus erant menstruatae: Viderat nihilominus, quod non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. In vno ergo sibi vilis, in altero fortis effectus: de vno humiliatus, de altero torboratus fortitudinis suæ humerum ad omnem laborem libenter inclinavit, & in acquirenda diuina gloria non sua, verò regi tributum persoluit. Vnde Psal. Vt iumentum factus sum apud te. Item, Propter te mortificamur tota die. Quis huius vite bona ad necessitatem non respuebat, hanc terram penitus non desererebat: quia futuræ vitæ non nisi nouissima quædam capere poterat, illam omnino non apprehenderebat: & idè inter terminos habitabat. Itam tolerabat ad necessitatem, illam concupiuit ad iocunditatem. Saragebat penitus istam deserere, nec poterat: ambiebat in illam totus intrare, nec valebat. Fecit igitur quod potuit, inter terminos habitauit. Quotidie ad illam nitentur, quotidie ad istam relabebatur, & in hunc modum inter terminos morabatur. Ex his colligitur, quod per Issachar gaudium æternum interpretatur, cuius in his verbis decem proprietates exprimitur. Prima est, quod falsam delectationem excludit. Secunda, quod

Richard. Borinus lib. de preparati. animi ad contem-
 plationem. cap. 36.

Cap. 38.

Cap. 39.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

per vanam perturbationem elidit. Tertia est, quod est merces laboris. Quarta, quod mentem stabilizat. Quinta, quod hominem humiliat. Sexta, quod animam roborat. Septima, quod animam in suspendium eleuat. Octaua, quod terram prospicit. Nona, quod requiem sentit. Decima, quod Deo gloriam ascribit & reddit. Itz igitur sunt proprietates interni gaudij in quibus consistit benedictio Issachar. Sed beata Virgo habuit internum gaudium in summo: ergo & proprietates eius in summo. Minor parat supra de beatitudinibus super illam quæ est: Beati qui esuriunt. Et in tractatu de fructibus supra posito.

QVÆSTIO CLXXIII.

EQVITVR benedictio Dan. Dan iudicabit populum suum sicut & alia tribus in Israël. Glossa: Per officium Dan illecebrosas cogitationes deprehendimus, arguimus, damnamus, castigamus. Rectè enim Dan, id est, iudicium vocatus est. Et infra: Si Dan districtè populum suum custodiat, si iudicium suum diligenter exerceat, fiet vt in cæteris tribubus raro inueniatur quod iure damnari debeat. Ex his intelligitur, quod per Dan restrictio cogitationum intelligitur: ergo hic quatuor proprietates innuuntur, in quibus sua benedictio consideratur. Prima est cogitationes malas reprehendere. Secunda arguere. Tertia damnare. Quarta castigare. Itam autem cogitationum restrictionem habuit beatissima Virgo in summo, quæ taliter omnes cogitationes ordinatas habuit, quod nullus in ea vel primus motus illicitus exurgere potuit: & sic benedictionem Dan in summo possedit.

Richard. vi. lib. tit. 110. Cap. 21.

QVÆSTIO CLXXIV.

EQVITVR de benedictione Gad. Gad accinctus præliabitur ante eum: & ipse accingetur retrorsum. Glossa: Quia ad Dan pertinet disciplina cogitationum, ad Gad autem disciplina sensuum, vnus est sedare ciuilem discordiam, alterius est repellere hostilem pugnam: hic vigilat contra ciuilem prodicionem; ille contra hostium incursionem. Et infra: Quamuis Dan assidue in throno iudicij sedeat, quamuis rixas altercantium cogitationum indefinenter componat, frustra vtique in componenda ciuilem discordiam laborat, nisi eodem studio Gad ciuitatem nostram per sensuum disciplinam munit, & hostilia vitiarum agmina abstinentiæ prælio acriter feriat. Vnde etiam scriptum est: Gad, accinctus præliabitur ante eum. Gad proculdubio tunc se accingit, quando sensuum dissolutionem per disciplinam restringit. Tunc forti prælio dimicat, quando desideria carnalia per mortificationem carnis trucidat. Ex his colligitur, quod per Gad disciplina sensuum intelligitur, cuius tres sunt proprietates. Prima est, quod ciuitatem mentis custodiat. Secunda, quod hostilem pugnam repellat.

ibidem. s. 31.

repellat. Tertia, quod contra hostem per abstinentiam dimicat. Has proprietates habuit beatissima Virgo in summo, quæ civitatem cordis taliter custodiuit, quod nunquam aliquis hostium in ipsam vel primo impugnare moru attentavit: ergo benedictionem Gad habuit in summo.

QVÆSTIO CLXXV.

SEQVITVR de benedictione Nephthali. Nephthali, ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. Glossa: Sicut ad officium Dan pertinet per representationem pœnæ reprimerè exurgentia vitia, sic ad Nephthali pertinet per considerationem præmiorum inflammare bona desideria. Et infra: Quia ergo quidquid scriptum reperit, ad spirituales intelligentiam conuertit, rectè conuersionis nomen accepit. Et infra: Notandum ianè, quod non aui volanti, sed ceruo currenti comparatur. Nam aui quidem volando longè à terra suspenditur, ceruus autem ad dandos saltus terræ innititur, sed nec in ipsis suis saltibus longius à terra separatur. Sic nimirum Nephthali dum per rerum visibilibus formam, rerum inuisibilium naturam quærit, quosdam saltus date, non autem ad plenum conualescere consuevit: quia in eo quod se ad summa erigit, rerum corporearum secum vbram trahens, ima omninò non deserit. Sic nouit Nephthali carnalia cum spiritualibus permiscere, & per corporalia incorporea describere, vt vtraque hominis natura in eius dictis inueniat vnde se mirabiliter reficiat, qui ex corporea & incorporea natura constat. Illud autem in eius dictis est valde mirabile, quod tunc ferè semper delectabilis blandiuntur, quando iuxta literæ sensum nihil sonare videntur, quale est illud: Capilli tui sicut greges caprarum. Et illud: Nalus tuus sicut turris Libani. Et consimilia. Quia fortè in huiusmodi dictis hoc est quod tam libenter amplectimur, quod ex iocunda quadam literæ (vt ita dicam) fatuitate, ad spirituales intelligentiam confugere coarctamur. Ex his colligitur, quod per Nephthali intelligitur contemplatio inuisibilium per doctrinam visibilibus. Cuius gratiæ hæc proprietates quinque dicuntur, quæ benedictionem Nephthali complectuntur. Prima est præmiorum consideratio. Secunda, desideriorum inflammatio. Tertia, Scripturarum ad spirituales intelligentiam conuersionis. Quarta, nec visibilibus nec inuisibilium derelictio, sed inter vtrumque saltatio. Quinta, per absurditatem literæ ad spirituales intelligentiam coarctatio. Hæc habuit beatissima Virgo in summo: quia sola inter omnes viatores perfectam habuit in via contemplationem, sola omnes Scripturas per omnem sensum intellexit, & verbo increato Verus & Nouum Testamentum didicit & expressè docuit, cuius & ipsa ore & opere disciplinæ Dei doctrix in summo gloriosa fuit. Et sic quoque sua benedictio benedictionem Nephthali includebat.

QVÆSTIO CLXXVI.

SEQVITVR de benedictione Aser. Aser, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Glossa: Aser quamuis multum esuriat panem iustitiæ, dedignatur eum comedere, nisi sit conspersus oleo misericordie. Ex multa enim diuitiarum affluentia quæ sibi superabundant ex spoliis hostium pro frequenti victoria, multum est delicatus effectus: nec ei iam sapit panis vllus quantumlibet nitidus, nisi sit oleo conspersus, intantum vt de eo Scriptura nuntiet manifestè dicens, quia Aser, pinguis panis eius. Si enim gaudium est in cælo luper vno peccatore penitentiam agente, quanta tunc solemnitas erit super quolibet iusto pro iustitia libenter moriente. Verè Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. O qualis panis, panis eius. O quales deliciae, deliciae quæ tantum sapiunt regibus, regibus talibus. Certè reges isti iam ad nuptias agni introierunt, iam ad illud æternum conuiuium sederunt, iam illo Angelorum pane deliciisque æternis nascuntur, iam torrente voluptatis inebriantur, & adhuc huius Aser delicias insatiabiliter esuriunt. Sed vnde ei tanta diuitiarum abundantia, nisi (vt dictum est) de hostium spoliis in tam frequenti victoria? Constat namque quia quanto amplius aueruntur hostes iustitiæ, tanto vberius cumulantur gaudia conscientie. Gloria & diuitiæ in domo eius, ait Psalmista. Et Apostolus de huiusmodi gloria & diuitiis, quasi exponendo loquitur ita: Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ. Hostibus itaque fugatis, ciuibusque pacificatis, nil iam obstat (vt arbitror) quin illa nostra ciuitas experiat, quæ sit illa Dei pax quæ exuperat omnem sensum, & quam sit magna multitudo dulcedinis quam abscondit Deus diligentibus se. Quid ergo mirum si eam quilibet mundi amator nescit, quam Deus diligentibus se abscondit? Qui enim in bonis falsis & deceptoris spem figunt, quæ sint vera bona inuenire non possunt: vnde est quod dicunt, Quis ostendit nobis bona? Est enim manna absconditum & nisi gustantibus omninò incognitum. Mens enim quæ in laude hominum delectatur, quid sit internum gaudium experiri non incertat. Ex his intelligitur, quod per Aser exprimitur morum iustificatio, cuius hæc nouem proprietates ponuntur, quæ benedictionem Aser complectuntur. Prima est esuries pro iustitia. Secunda est delectatio in misericordia. Tertia est diuitiarum abundantia. Quarta est deliciarum affluentia. Quinta, hostium frequens victoria. Sexta, caelestium conuiuiorum preparatio. Septima est conscientie exultatio. Octaua, superæ pacis experientia. Nona, absconditæ dulcedinis prægnatio. Harum autem duæ omnium aliarum sunt causæ, scilicet esuries iustitiæ, & frequens victoria, quibus intensè intenduntur omnes alie proprietates. Constat autem, quod in beatissima Virgine in summo fuit esuries iustitiæ, & frequens victoria, sicut & diuitiarum & deliciarum spiritualium & conuiuiorum caelestium &

& pacis & delectationis eminentia, vt potè quæ nos iustificauit, misericordie mater extitit, serpentem pæe omnibus contriuit, omnes filias supergressa diuitiis abundauit, deliciis affluens, innixa super dilectum cælos ascendit, panem Angelorum & vinum omnibus mixtum dedit, pæe omnibus consortibus siue participibus oleo exultationis vncta fuit, per quam pax vera descendit de cælo, & verum manna nouem mensibus in se absconditum habuit, & tunc omnibus hominibus manifestauit in cibum & donauit. Et sic iterum benedictio sua benedictionem Aser includebat.

QVÆSTIO CLXXVII.

SEQVITVR de benedictione Ioseph. Filius accrescens Ioseph, filiis accrescens & decorus aspectu, filiz discurrebant super murum. Sed exasperauerunt eum, & iurgari sunt, inuideruntque ei habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est lapis Israël. Deus patris tui erit adiutor tuus, & Omnipotens benedixit tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ. Benedictiones patris tui confortate sunt de benedictionibus patrum eius: donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Ioseph, & in ceruice Nazaræi inter fratres suos. Hæc est benedictio Ioseph, quæ secundum intellectum literalem diuiditur in 17. partes benedictionem Ioseph integrantes. Prima est Dei filiatio. Secunda, diuina imitatio. Et hæc intelliguntur per filium bis positum. Tertia, augmentum sapientie. Quarta, augmentum gratiæ. Et hæc intelliguntur per accrescens bis positum. Quinta, bona fama quantum ad seipsum: & hoc est quod dicitur, Decorus aspectu. Sexta, edificatio per exemplum, & hæc intelligitur per hoc quod dicitur, Filiz discurrebant super murum. Septima est patientia ab opere, & hoc est quod dicitur, Sed exasperauerunt eum. Octaua est patientia ab ore, & hoc est quod dicitur; Et iurgari sunt. Nona est patientia à cordis iniuria, & hoc est quod dicitur, Inuideruntque ei habentes iacula. Decima est liberatio à malo culpæ, & hoc est quod dicitur, Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum. Vndecima est temporalis origo, & hoc est quod dicitur, Inde egressus est pastor. Duodecima est male-tentationis superatio, & hoc est quod dicitur, Deus patris tui erit adiutor tuus. 13. est boni gloriæ collatio, & hoc est quod dicitur, Benedictionibus cæli desuper. 14. est boni gratiæ collatio, & hoc est quod dicitur, Benedictionibus abyssi iacentis deorsum. 15. est collatio boni nature, & hoc est quod dicitur, Benedictio vberum & vuluæ. 16. est boni hereditario & possessio, & hoc est quod dicitur, Benedictiones patris tui confortate sunt de benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium æternorum. 17. est boni

tatis in alio hereditatio, & hoc est quod dicitur, Fiant in capite Ioseph, & in ceruice Nazaræi inter fratres suos. Harum omnium benedictionum sufficientia datur in hunc modum. Benedictio per se, vel est in essendo, vel in patiendo, vel in agendo. In essendo vel ad seipsum, vel ad Deum, vel proximum. Ad Deum dupliciter, vel in accipiendo esse, & sic est filius per creationem: vel in accipiendo operationem, & sic est filius per imitationem. Ad se dupliciter, vel ad intellectum, & est augmentum sapientie: vel quantum ad affectum, & sic est augmentum gratiæ. Ad proximum dupliciter, vel quantum ad bonum proprium, & sic est bona fama: vel quantum ad bonum proximi, & sic est exemplum. Si autem in patientia est, vel est passio à malo illato, vel innato. Si ab illato, sic vel ab opere, vel ab ore, vel à corde, & sic contra hoc triplex patientia, quæ est arcus in fortitudine diuina. Si à malo innato, sic est liberatio à culpa. Si autem in agendo, vel est actio naturalis, & sic est origo Christi per propagationem temporalem: vel est actio voluntaria, & sic est vel contra malum, & sic est tentationis superatio: vel est ad bonum, & hoc est tripliciter, vel in se, vel in causa, vel in effectiua. Si in se, vel est gratiæ, vel gloriæ, vel nature. Si in causa, sic est boni in alios hereditario. Ex his igitur integratur benedictio Ioseph. Sed constat, quod hæc omnia fuerunt in beatissima Virgine in summo, quæ fuit summa filia Dei in esse gratiæ, gloriæ, & nature, & in perfectissima imitatione; habens plenitudinem gratiæ, famæ, sapientie, exempli, patientie, imitationis, immunitatis culpæ, temporalis origo Christi. Plena est etiam bono gloriæ, gratiæ, & nature, quæ omnium progenitorum virtutes cum excellentia habuit, & suam gratiæ plenitudinem ad alios transmisit. Et sic patet qualiter benedictio Ioseph in benedictione beatæ Virginis inclusa fuit.

QVÆSTIO CLXXVIII.

SEQVITVR de benedictionibus Benjamin. Benjamin lupus rapax, mane comedit prædam, & vespere diuidit spolia. Hæc benedictio in tribus consistit. Primum, perditionem omnium à culpa ereptio. Secundum, de ereptione gratulatio in gratia. Tertium, in futuro omnium & singulorum glorificatio in gloria. Et hæc in beatissima Virgine fuerunt in summo: quia summam in ereptione habuit victoriam, summam de ereptis in presenti lætitiâ, & summam in futuro de omnibus & singulis gloriam. Et sic sua benedictio benedictionem quoque Benjamin includit. Si autem secundum tropologiam per Ioseph intelligitur gratia discretionis in actione, per Benjamin gratia cognitionis in contemplatione, constat quoque, quod hæc in summo habuit beatissima Virgo. Et sic benedictiones Iacob omnes quæ vere sunt benedictiones, in benedictione Domine nostræ cum excellentia inclusa sunt.



QVÆSTIO CLXXXII.

QUARTA benedictio Balaan, quæ non tantum benedictio sed aliarum benedictionum est causa, est hæc: Orietur stella ex Iacob, & confurget virga de Israël, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. Et erit Idumæa possessio eius: hæreditas Seir succedet inimicis suis: Israël verò fortiter ager. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Hæc benedictio diuiditur in septem partes. Prima est benedictissima Virginitas generatio. Secunda est Filij Dei ex ipsa incarnatio. Tertia, destructio vitiorum. Quarta, hominum liberatio. Quinta, bonorum confirmatio. Sexta, bonorum dominatio. Septima, malorum damnatio. Prima intelligitur per hoc quod dicitur, Orietur stella ex Iacob. Secunda per hoc quod dicit, Et confurget virga de Israël. Tertia per id, Et percutiet duces Moab. Quarta per id, Et erit Idumæa possessio eius. Quinta per id, Israël verò fortiter ager. Sexta per id, De Iacob erit qui dominetur. Septima per id, Et perdat reliquias ciuitatis.

Et sumitur harum benedictionum sufficientia in hunc modum: Causam benedictionis, vel est sumere in se, vel in effectu. In se, vel est mediata, & sic est generatio Dominæ: vel immediata, & sic est incarnatio Filij. Si autem in effectu, vel est in præfenti, vel in futuro. Si in præfenti, vel respectu bonorum, vel malorum. Si malorum, vel vitiorum, & sic est tertia: vel hominum, & sic est quarta. Si respectu bonorum, sic est quinta. Item si est in futuro, vel est respectu bonorum, & sic est dominatio: vel malorum, & sic est damnatio. Patet igitur qualiter hæc partes procedunt & dependent à benedictione beatissimæ Virginis, quæ in hac prima est radix omnium & causa consequentium: quidquid enim est causa causæ, est causa omnium sequentium causatorum: vnde cum beatissima Virgo mediante illa benedictione qua abundat in mulieribus, sit causa corporalis generationis de ipsa, & illa sit causa consequentium, patet quod in ipsa & sua benedictione istæ benedictiones causaliter sunt inclusæ.



QVÆSTIO CLXXXIII.

SEQUITUR videre de benedictionibus quibus benedixit Moyses Israël præcepta Domini seruare, dicens Deut 28. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caula ouium tuarum, Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquæ tuæ. Benedictus eris tu ingrediens & egrediens. Dabit Dominus inimicos tuos, qui confurgunt aduersum te, corruentes in conspectu tuo: per vnam viam venient contra te, & per se-

prem fugient à facie tua. Emitteret Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: benedicetque tibi in terra, quam acceperis. Suscitabit te Dominus in populum sanctum, sicut iurauit tibi, si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius. Videbuntque omnes terrarum populi, quod nomen Domini inuocatum sit super te, & timebunt te. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ quam iurauit Dominus patribus tuis, vt daret tibi. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Et fructus gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies. Constituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam: & eris semper supra, & non subter. Et ponuntur hæc 19. benedictiones. Prima est gratia contemplationis, & hoc est, Benedictus tu in ciuitate. Secunda est gratia actionis, & hoc est, Benedictus in agro. Vnde Glossa: Benedictionem contemplatiuæ & actiuæ. Tertia est puritas contemplationis, & hoc est, Benedictus fructus ventris tui. Quarta est vtilis operatio, & hoc est, Fructus terræ tuæ. Quinta est in aliis fructificatio, & hæc est triplex, in laicis, in clericis, & religiosis. Prima per iumenta. Secunda per armenta. Tertia per caulas ouium. Sexta est virtutum frugalitas, & hoc dupliciter, vel quantum ad actum, & hoc est, Benedicta horrea tua. Glossa: Virtutum custodia. Vel quantum ad habitum, & hoc est, Benedictæ reliquæ tuæ: vnde Glossa: Bona voluntas quæ remanet post opera. Septima ex felix consummatio, & hæc est duplex, quantum ad operationem boni, & hoc est, Benedictus ingrediens: vel quantum ad euersionem mali, & hoc est, Benedictus egrediens. Glossa: Ingrediens in perceptione præmij, egrediens ab hac vita ad æternam. Octaua est victoria temptationum, & hoc est, Dabit Dominus inimicos tuos. Nona est cum tentatione prouentus, & hoc est, Per vnam viam venient ad te. Decima est spiritualis refectio, & hoc est, Emitteret Dominus benedictionem super cellaria. Et hæc est duplex, de gratia contritionis, & hæc est, Benedictio super cellaria: & de labore satisfactionis, & hoc est, Super opera manuum tuarum. Vndecima est cælestium donorum multiplicatio, & hoc est, Benedicetque tibi in terra quam acceperis, vnde Glossa: Cælestium multiplicatio donorum. Duodecima est sanctorum associatio, & hoc est, Suscitabit te Dominus in populum sanctum. 13. est hostilis timoris incussio, & hoc est, Videbunt omnes terrarum populi, quod nomen Domini inuocatum sit super te, & timebunt te. 14. est temporalium & spiritualium successio, & hoc est, Abundare te faciet Dominus omnibus bonis. 15. est in subditis prosperatio, & hæc triplex, contemplatiui, & hoc est, Benedictus fructus ventris tui: spirituales filij clericis, & hoc est, fructus iumentorum: laici, & hoc est, fructus terræ. 16. est abundantia sapientiæ diuinæ, & hoc est, Aperiet Dominus thesaurum suum optimum. 17. est doctrinæ

doctrinæ præminentia, & hoc est, Cælum & pluuiam terræ, &c. 18. bonorum operum frequentia, & hoc est, Benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. 19. est dignitatis excellentia, hæc est triplex, & in dando & non accipiendo, & hoc est, Tu fernerabis gentibus multis: in dominando & non seruiendo, & hoc est, Constituet te in caput & non in caudam: in regendo & non subessendo, & hoc est, Supra & non subter.

Huius benedictionis sufficientia sumitur in hunc modum. Benedictio Ecclesie est, vel quantum ad contemplationem, vel quantum ad actionem. Si ad actionem, vel est ordinata in bonum, vel contra malum. Si in bonum, vel est in bonum meriti, vel in bonum præmij. Si in bonum meriti, hoc est vel in operibus, vel in virtutibus. Si in operibus, vel in genere, vel in specie. Si in genere, vel est contemplatio, & hoc est, Benedictus tu in ciuitate: vel est actio, & hoc est, Benedictus in agro. Si in specie, vel est in se, vel in subditis. Si in se, vel est interior, vel est exterior. Si interior, sic est, Benedictus fructus ventris tui. Si exterior, sic est, Fructus terræ. Si autem est opus in subditis, vel est in laicis, & sic sunt iumenta: vel in clericis, & sic sunt armenta: vel in religiosis, & sic sunt caula ouium. Si autem est bonum meriti in virtutibus, vel in actu, & hoc est, Horrea: vel in habitu, & hæc sunt reliquæ. Si autem est bonum præmij, vel est in bono, vel in malo. Si in bono, hoc est ingrediens: si in malo, sic est egrediens: vnde Glossa: De præfenti vita ad æternam. Si autem est actiuæ contra malum, sic est cum tentatione prouentus, & hoc est, Dabit Dominus inimicos tuos. Si autem est benedictio pertinet ad contemplationem, vel hoc est quantum vitam, vel quantum ad doctrinam. Si quantum ad vitam, vel in se, vel respectu aliorum. Si in se, vel est delectabile vt spirituale gaudium, & hoc est, vel in habendo, vel in recipiendo, & hoc est, Cellaria tua: vel in agendo, & hoc est, In operibus manuum tuarum. Vel est vile vt multiplicatio bonorum, & hoc est, Benedicta terra tua. Vel est honestum vt consortium bonorum, & hoc est, Suscitabit te Dominus in populum sanctum. Si autem est respectu aliorum, hoc est vel respectu inimicorum, vel amicorum. Si respectu inimicorum, tunc est quod dicit, Videbuntque omnes. Si respectu amicorum, vel in se, vel in subditis. Si in se, hoc est, Abundare te faciet Dominus. Si in subditis, vel hoc est in religiosis, & hoc est, Fructus ventris tui: vel in clericis, & hoc est, Fructus iumentorum tuorum: vel in laicis, & hoc est, Fructus terræ. Si autem est pertinet ad doctrinam, vel est in cognoscendo, & sic est, Aperiet Dominus thesaurum suum: vel est in docendo, & hoc est, Pluuiam tribuat tibi: vel est in agendo, & hoc est triplex, in se, & hoc est, Benedicet operibus manuum tuarum: vel respectu aliorum, & tunc est, vel respectu dominorum, vel doctorum, vel prælatorum. De primo; Fernerabis gentibus multis: de secundo, In caput & non in caudam: de tertio, Supra & non subter. Quasi diceret: Eris magister & non

discipulus, dominus & non seruus, prælatus & non subditus.


Qualiter autem istæ benedictiones conueniant beatissimæ Virgini, facile est videre. Gratiam enim contemplationis habuit in summo; quæ perfectæ diuinitatis & humanitatis sacramenta cognouit in via. In actione perfecta fuit: quia omnibus operibus meruit. Benedictum fructum ventris habuit: quia pura in summo mater corporaliter & spiritualiter fuit. Fructificationem in aliis præ omnibus aliis habuit: quia mater virginum omnium & omnium clericorum & omnium religiosorum per continentiam exiit, imò quia omnium bonorum mater fuit. Item frugalitatem virtutum in summo habuit: quia omnes virtutes vix per modum patriæ habuit. Item benedicta fuit ingrediens & egrediens: quia de hac vita sine dolore mortis migravit, & statim corpore & anima cælum introiit. Item tentationum victoriam in summo habuit: quia nunquam in aliqua tentatione vel semel venialiter cecidit, vbi tamen iustus non solum semel in die, sed sepius cadit. Item tentationum habuit prouentum, non quod humilior vel cautiore surrexerit, sed quia aded fortiter stetit, quod nec alicui tentationi in puncto minimo cessit. Item summam refectioem habuit spiritualem, vt supra in materia de beatitudinibus & fructibus manifestum fuit. Item cælestium donorum multiplicationem in summo habuit: quia gratia plena fuit: vnde Angelus, Ave gratia plena. Item sanctorum societatem in summo habuit: quia virginibus, viduis, coniugatis, actiuis, contemplatiuis, conformis fuit, & simul etiam omnium illorum proprietates in summo habuit, quæ angelicam & humanam vitam in summo habuit: vnde, In plenitudine sanctorum detentio mea. Item in hostibus incussio in ipsa in summo fuit: quia terribilis vt castrorum acies ordinata fuit omnibus: nimirum quia caput antiqui serpentis contriuit, & nos de maxilla eius extraxit. Item temporalium & spiritualium successio in ipsa in summo fuit, quæ confidenter de se dicit: In me omnis gratia vix & veritatis. In me omnis spes vitæ & virtutis. Item in filiis prosperatio in ipsa in summo fuit: quia Deum genuit & hominem, & omnem rationalem vel recreabilem creaturam retreant. Item abundantiam diuinæ sapientiæ in summo habuit: quia nihil ignorauit. Item doctrinæ præminentiam in summo habuit: quia summæ doctrinæ doctrinæ fuit, scilicet disciplinæ Dei, & omnia nobis per verbum incretam prædicauit. Item bonorum operum frequentiam habuit: quia quolibet opere meruit. Item dignitatis excellentiam habuit in summo: quia mater Dei, regina cæli, & regina misericordiæ exiit. Et sic patet qualiter omnes istæ benedictiones in benedictione beatissimæ Virginis sunt comprehensæ.



QVÆSTIO CLXXXIV.

OSTENDITUR videndum est de benedictionibus datis filiis Israël à Moyse, sicut

in Deut. 33. sunt comprehensa. Ait igitur ad Ruben: Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero. Vbi quatuor dicuntur de Ruben. Primum est, quod viuat per gratiam, & hoc est quod dicitur: Viuat Ruben. Secundum, quod non moriatur per peccatum, & hoc est, Non moriatur. Tertium est, quod paruus sit numero. Quartum addit Giolla, quod maximus sit fide. Et sufficientia huius benedictionis sic sumitur: Benedictio vel est absolute, vel respectiue. Si absolute, vel est in malo, vel in bono. Si in bono, sic est, Viuat gratia. Si in malo, sic est, Et non moriatur per peccatum. Si respectiue, vel hoc est quia similem in bono non habeat, & hoc est, quod sit paruus in numero: vel quod alios excellat, & sic est, Maximus in fide. Hæc omnia expressissime fuerunt in beatissima Virgine, in qua omnis gratia vitæ fuit. Item quia nunquam peccauit. Item nec primam similem visa est nec habere sequentem. Item quia fide & omnibus virtutibus omnes excellit.




QVÆSTIO CLXXXV.

EQVITVR benedictio Iudæ. Hæc est benedictio Iudæ: Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. In qua etiam quatuor ponuntur. Primum est precum exauditiō, & hoc est, Audi Domine vocem Iudæ. Secundum est ad populum introductio, & hoc est, Ad populum suum introduc eum. Tertium est sui ipsius defensio, & hoc est, Manus eius pugnabit pro eo. Quartum est aliorum protectio, & hoc est, Adiutor illius contra aduersarios eius. Et huiusmodi benedictionum sufficientia sumitur sic: Benedictio vel est ad bonum vel ad malum. Si ad bonum, vel est ad finem, & sic est precum exauditiō: vel est ipse finis, & sic est ad populum introductio. Si autem est contra malum, vel sui, & sic est sui ipsius defensio: vel aliorum, & sic est aliorum protectio.

Hæc autem omnia fuerunt in beatissima Virgine in summo, in qua fuit precum exauditiō in summo. Nam. 3. Reg. 1. legitur ipsi dictum in persona Bersabeæ. Pete mater mi quid vis: non enim fas est me auertere faciem, &c. Et in persona Esther dicitur ei Esther 4. Etiam si diemiduum regni poteris, impetrabis. Nam & ipsam filius nihil negans honorat. Item ad populum introductio ei conuenit in summo: ipsa enim vt columna nubis populos in terram promissionis introducit, & vt stella maris dirigit, imò vt porta cæli introduct. Item sui ipsius defensio in ipsa in summo fuit: quia ab hoste nunquam læsa fuit. Item adhuc sui ipsius defensio in ipsa in summo fuit: quia alios sic defendit, quod in ipsa nec pugnam aduersarius sumpsit, vt ipse in qua ipse hostis omnino extinctus fuit. Item aliorum protectio in ipsa in summo fuit: quia nos ab hoste protegit auxilio, ab ira Filij suffragio & exem-

plo. Sic igitur pater qualiter beatissima Virgo habuit benedictionem Iudæ.



QVÆSTIO CLXXXVI.

EQVITVR: Leui quoque ait. Perfectio tua & doctrina tua à viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas contradictionis. Qui dixit patri suo & matri suæ, Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro vos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israël: ponent thymiana in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non consurgant. In benedictione ista. 9. ponuntur. Primum est perfectio vitæ, ibi, Perfectio tua. Secundum est altitudo doctrinæ, ibi, Et doctrina tua. Tertium est Christi educatio, & hoc est, Viro sancto tuo. Quartum est omnium abnegatio, & hoc est, Qui dixerit patri suo, &c. Quintum, Præceptorum & consiliorum impletio, & hoc est, Hi custodierunt eloquia tua, &c. Sextum est pro aliis intercessio, & hoc est, Ponent thymiana, &c. Septimum est de passione glorificatio, & hoc est, Benedic Domine fortitudini eius. Octauum est de operibus remuneratio, & hoc est, Opera manuum illius suscipe. Nonum est hostium destructio, & hoc est, Percute dorsum inimicorum eius.

Huiusmodi sufficientia sumitur sic: Benedictio vel est pertinens ad meritum, vel ad præmium. Si ad meritum, vel est in essendo, vel in operatione. Si in essendo, vel est in substantia, vel in efficientia. Si in substantia, vel est in se, & sic est vitæ perfectio: vel respectu aliorum, & sic est altitudo doctrinæ. Si in efficientia, sic est Christi educatio. Si autem est meritum in operando, vel est in se, vel in aliis. Si in se, vel est à malo, & sic est omnium abnegatio: vel est bonum, & sic est consiliorum & præceptorum impletio quæ sunt in viroque Testamento. Si autem est in operando in aliis, sic est pro aliis intercessio. Si autem pertinet ad præmium, vel est absolute, vel respectiue. Si absolute, sic est de passione glorificatio & de actione remuneratio. Si respectiue, sic est hostium destructio.

Qualiter autem hæc omnia fuerunt in beatissima Virgine, facile est videre: ipsa enim fuit perfectissima in vita, altissima in doctrina, qua totam legem sciuit, Christum quoque de suo utero eduxit, qui ibi. 40. septimanis sex diebus minus quieuit. Item omnia abnegauit & perfectissimam paupertatem in summo habuit, vt supra patuit. Item præcepta & consilia in summo & ex charitate in summo impleuit. Item pro aliis intercessio in ipsa in summo fuit, quæ pro omnibus Dominum placauit, & adhuc pro nobis ipsi pectus offert & vbera ostendit. Item quia post filium summam passionem habuit, & summam de passione habuit glorificationem. Item quia summam & nobilissimas actiones

actiones habuit, & summam habuit remunerationem. Item quia sibi & omnibus nobis hostem vicit à quo nunquam victa fuit, supremum de hoste triumphum reportauit. Et sic pater qualiter beatissima Virgo habuit benedictionem Leui.



QVÆSTIO CLXXXVII.

EQVITVR. Et Benjamin ait: Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die commemorabitur, & inter humeros illius requiescet. In hac benedictione quatuor ponuntur. Primum est præ omnibus dilectio, & hoc est, Benjamin amantissimus. Secunda est securam habitatio, & hoc est, Habitabit confidenter. Tertium, diuina inhabitatio, & hoc est, Quasi in thalamo commemorabitur tota die. Quartum est in operibus illius delectatio, & hoc est, Inter humeros illius requiescet. Huius benedictionis hæc est sufficientia. Vel enim est in se, vel respectu dilecti. Si in se, vel in bono, & sic est, Præ omnibus dilectio: vel est à malo, & sic est, Secura inhabitatio. Si respectu dilecti, vel est quantum ad substantiam, & sic est diuina inhabitatio: vel quantum ad actum, & sic est in operibus delectatio. Hæc omnia habuit beatissima Virgo, quæ super omnem pulchritudinem dilecta est à Domino, quæ secretissima habitat in regali solio, in qua habitauit diuinitas corporaliter, non tantum tota die, sed nouem mensibus, quæ mulier prudentissima in omnibus delectabat virum, id est, filium suum. Et sic patet qualiter benedictionem Benjamin in summo habuit beatæ Virgo.



QVÆSTIO CLXXXVIII.

EQVITVR. Ioseph quoque ait: De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli, & rote, atque abyssis subiacente. De pomis fructuum solis & lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum, & de fructibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræ inter fratres suos. Benedictio Ioseph in octo consistit. Primum est dulcedinis diuinæ præ gustatio, & hoc est, De pomis cæli & rote. Ros in quantum illuminat intellectum, pomum in quantum reficit affectum. Secundum est in humanitate Christi delectatio, & hoc est, Atque abyssi subiacente. Tertium in operibus Christi resectio, & hoc est, De pomis fructuum solis. Quartum est de gratiis Ecclesiæ iocundatio, & hoc est, & lunæ. Quintum est de gratiis & virtutibus antiquorum patrum exultatio, & hoc est, De vertice antiquorum montium. Sextum est modernorum perfectorum congratulatio, & hoc est, De pomis collium æternorum. Septimum est de gloria Ecclesiæ triumphantis exultatio, & hoc est, De fructibus terræ, & de plenitudine.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

dine eius. Octauum est de gloria hominis Christi participatio, & hoc est, Benedictio illius qui apparuit in rubo, &c. Huiusmodi benedictionis sufficientia sumitur in hunc modum: Vel est pertinens ad statum patriæ, vel ad statum vitæ, vel est purgatio, vel est delectatio illorum quorum est purgatio. Si primo modo, vel est de capite, vel de membris. Si de capite, vel quantum ad substantiam, & sic est de humanitate Christi resectio. Si autem de membris, vel est in genere, & sic est de gratiis Ecclesiæ iocundatio: vel specialiter, & tunc vel sunt antiqui, sic est de virtutibus montium antiquorum exultatio: vel sunt moderni, & tunc est perfectorum modernorum congratulatio. Si autem pertinet ad statum patriæ, vel est quantum ad membrum, & sic est de gloria triumphantis Ecclesiæ exultatio: vel quantum ad caput, & sic est gloria Christi communicatio. Hæc autem in summo habuit beatissima Virgo: quia summam habet diuinæ dulcedinis non tantum præ gustatione, sed etiam comestione, quæ totum in se manna habuit & summam in Christi humanitate delectationem: quia summam ad ipsum habuit dilectionem. In operibus illius habuit refectionem: quia iudebat coram illo in orbe terrarum per singulos dies. Pron. 8. Item de profectu Ecclesiæ summam habuit congratulationem: quia summam ad ipsam habuit charitatem. Item summam de patrum sanctitate exultationem, à quibus duxit originem & possederat perfectionem. Item de profectu modernorum summam habuit congratulationem, quibus omnibus perfectionis ipsa fuit magistra & dux & exemplum. Item de Ecclesiæ triumphantis gloria summam gaudebat, vt ipse illius imperatrix & regina. De gloria autem hominis Christi non partem, sed totum habebat, cum quo vna in natura, similitudo in gratia, in gloria, ipsum & suam gloriam plusquam se & suam dilexit. Sic igitur constat manifestè beatissimam Virginem omnes benedictiones Ioseph in summo habuisse.



QVÆSTIO CLXXXIX.

EQVITVR. Et Gad ait: Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cepitque brachium, & verticem. Et vidit principatum suum, quod in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias domini, & iudicium suum cum Israël. Benedictio Gad sex comprehendit. Primum est regni dilatatio, ibi, Benedictus in latitudine Gad. Secundum est per fortitudinem requies, ibi, Quasi leo requieuit. Tertium est hostium subiectio, ibi, Cepitque brachium. Quartum est impij adeptio, ibi, Et verticem. Quintum est principatus sui cognitio, ibi, Et vidit principatum suum. Sextum est doctoris apud eum repositio, ibi, Quod in parte sua doctor esset repositus.

Hæc autem est huiusmodi benedictionis sufficientia: Benedictio vel est ad proximum, vel ad seipsum, vel ad Deum. Si ad proximum, sic

fic est regni dilatatio. Si ad seipsum, vel à malo, vel ad bonum. Si à malo, vel in se, & sic est requiescitio: vel extra, & sic est hostium subiectio. Si ad bonum, vel est in habendo, & sic est imperij adeptio: vel in cognoscendo, & sic est sui principatus cognitio. Si autem ad Deum, sic est doctoris apud se repositio.

Hæc quoque omnia in summo habuit beata Virgo. Regni dilatationem: quia à solis ortu & occasu beatam eam dicunt omnes generationes, quæ est regina cæli & mundi & Angelorum & hominum. In se requiescitioem habuit in summo: quia in ipsa fuit formis extinctio. Hostium etiam subiectionem habuit in summo, ut iam pluries supra paruit. Item summam imperij adeptioem habuit: quia super omnes choros Angelorum regina Angelorum & imperatrix misericordie exaltata fuit. Item sui principatus cognitionem in summo habuit: quia super omnes choros Angelorum & puras creaturas exaltata, diuinam operationem in se & gloriam plenius cognoscit. Vnde confidenter dicit: Tu me omnis gratia viæ & veritatis. Item doctoris repositio apud ipsam fuit in summo: quia ille magistrorum optimus nouem mensibus apud eam requiescit positus in utero eius. Et sic patet, quod beatissima Virgo habuit benedictiones Gag in summo.

QVÆSTIO CXC.

EQVITVR. Dan quoque ait: Dan catulus leonis, fluet largiter de Bala. Benedictio Dan tria complectitur. Primum est humilitas, ibi, Carulus. Secundum est fortitudo, ibi, Leonis. Tertium est largitas, ibi, Fluet largiter, &c. Et hoc modo eorum sufficientia sumitur. Benedictio vel est cordis, vel operis. Si cordis, sic est humilitas cordis. Si autem est operis, hæc est duplex, vel in se, & sic est fortitudo operis: vel in aliis, & sic est largitas muneris. Hæc autem in summo habuit beatissima Virgo: quia ultra omnem creaturam humillima super omnes exaltata est. Item mulier fortissima est: quia vicit mundum, Deum, & diabolum. Item largissima fuit: quia Deo dedit mundum, & homini in mundo regnum cælorum, & ipsum Deum. Et sic patet, quod beata Virgo in summo habuit benedictionem Dan.

QVÆSTIO CXCI.

EQVITVR. Et Nephthali dixit: Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare & meridiem possidebit. Benedictio Nephthali quatuor comprehendit. Primum est abundantia donorum spiritualium, ibi, Abundantia perfruetur. Secundum est plenitudo cælestium donorum, ibi, Plenus erit benedictionibus Domini. Tertium est peccatorum conuersio, & hoc est, Mare. Quartum est iustorum conseruatio, & hoc est, Meridiem possidebit. Suf-

ficientia horum est. Benedictio vel est in se, vel in aliis. Si in se, vel est benedictio quantum ad statum gloriæ, & sic est plenitudo cælestium bonorum: vel est benedictio quantum ad statum gratiæ, & sic est abundantia donorum spiritualium. Si autem est benedictio respectu aliorum, illi aut sunt mali, aut boni. Si mali, sic est peccatorum conuersio. Si boni, sic est iustorum conseruatio. Hæc autem beatissima Virgo habuit in summo: quia & gratia fuit plena, & super omnes gloriosa. Item peccatorum reconciliatrix & mediatrix. Item omnium peccatorum saluatrix & iustorum conseruatrix. Sic quoque habuit benedictionem Nephthali.

QVÆSTIO CXCII.

EQVITVR. Aser quoque ait: Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. Ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. Benedictio Aser sex comprehendit. Primum est filiorum multiplicatio, & hoc est, Benedictus in filiis Aser. Secundum est fratrum dilectio, ibi, Sit placens fratribus suis. Tertium est misericordie abundantia, & hoc est, Tingat in oleo pedem suum. Quartum est incorruptibilis patientia, & hoc est, Ferrum. Quintum est sonora doctrina, & hoc est, Et æs calceamentum eius. Sextum est in bono continuatio perseverantia, & hoc est, Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. Sufficientia horum hæc est. Vel benedictio est respectu aliorum, vel in se. Si respectu aliorum, vel respectu inferiorum, & sic est filiorum multiplicatio: vel ad pares, & sic est fratrum dilectio: vel ad superiores, Deum scilicet, & sic est abundantia misericordie per quod est imitatio Dei, iuxta illud Luc. 6. Estote misericordes sicut & pater vester qui in cælis est. Si in se, vel est à malo, & sic est patientia: vel est ad bonum, & hoc vel est respectuum, & sic est doctrina: vel est absolutum, & sic est perseverantia. Hæc autem omnia manifestissime habuit beata Virgo: quia omnium bonorum mare est: quia est plena charitate ad Deum & dilectione ad proximum. Regina misericordie est. Summam quoque patientiam & doctrinam & perseverantiam habuit, ut superius manifestum est in materia de tutibus.

QVÆSTIO CXCIII.

OST HÆC sequitur de omnibus benedictionibus simul. Non est Deus alius ut Deus rectissimi: ascensor cæli auxiliator tuus. Magnificencia eius discurrunt nubes, habitaculum eius sursum, & subter brachia tua sempiterna: eiciet à facie tua inimicum, dicetque, Conterere. Habitabit Israël confidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini, cælique caligabunt rore. Beatus

es tu Israël: quis similis tui popule, qui saluarius in Domino, scutum auxiliij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu colla eorum calcabis. Ista benedictio nouem comprehendit. Primum est veri Dei cognitio in via, & hoc ibi, Non est alius Deus ut Deus rectissimi. Secundum est auxiliator tuus. Et hæc auxiliatio est quadruplex: Apostolis Spiritum sanctum in terra mittendo, & hoc est, Magnificencia eius discurrunt nubes. Item ipse pro nobis in cælis interpellando Patrem, & hoc est, Habitaculum eius sursum. Vnde Glossa: Corpus à mortuis suscitauit, & in dextera Patris collocavit. Item gratiam præuenientem & cooperantem porrigendo, & hoc est, Subter brachia sempiterna. Item hostem impediens repellendo, & hoc est, Eiciet à facie tua inimicum, dicetque: Conterere. Hoc est ergo quadruplex auxiliium. Tertium est timoris mali ablatio, & hoc est, Habitabit Israël confidenter. Quartum est cum securitate boni possessio, & hoc est, Oculus Iacob in terra frumenti & vini. Quintum est perfecta Dei cognitio per speciem, & hoc est, Cæli caligabunt rore: vnde Glossa: Subtili & tenuissima Dei cognitione. Sextum est summæ beatitudinis comprehensio, & hoc est, Beatus es tu Israël. Septimum est omnium creaturæ prælatio, & hoc est, Quis similis tui. Octauum est diuina auxiliatio, & hoc est, Scutum auxiliij tui. Et hæc auxiliatio est duplex, contra malum, & sic est scutum auxiliij tui: vel ad bonum operandum, & sic est gladius gloriæ tuæ. Nonum est hostium subiectio, & hæc est duplex. Vna, quod nos puniendo modo, nobis faciunt coronas in futuro: & hoc est, Negabunt te inimici tui. Glossa: In præfenti vita. Alia subiectio est: quia de eorum pœna in futuro nobis erit exaltatio, & hoc est, Tu eorum colla calcabis.

Sufficientia huius benedictionis est hæc. Benedictio vel est pertinens ad statum viæ, in quo duo tantum sunt necessaria auxilia. Vnum est verum Deum agnoscere: & hoc est primum. Secundum est auxiliium per quod possumus ad ipsum ad æternam beatitudinem ascendere, & hoc est secundum. Si autem pertinet ad statum patriæ, vel hoc est quantum ad substantiale præmium, vel accidentale. Si substantiale, vel in se, & hoc est vel à malo, & sic est mali timoris ablatio: vel in bono, & hoc, vel in se, vel respectiue. Si in se, vel quantum ad præmium concupiscibilis, & sic est securitatis possessio: vel quantum ad præmium rationalis, & sic est perfecta Dei cognitio: vel ad præmium irascibilis, & sic est beatitudinis comprehensio. Si autem est ad bonum respectiue, sic est creaturæ prælatio. Si autem sit in comparatione ad causam efficientem, sic est diuina auxiliatio. Si autem pertinet ad præmium accidentale, sic est hostium subiectio, in qua duplex habemus gaudium, de nostra in præfenti passione, & de illorum in futuro condemnatione.

Hæc autem omnia beatissima Virgo possedit in summo: ipsa enim super omnem creaturam Deum cognoscit. Item ipsa nobilissima D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

auxilio, utpote deliciis affluens, innixa super dilectum, ad cælos corpore & anima ascendit. Item ipsa immunissima timoris mali sub vmbra dilecti requiescit. Item ipsa à torrente voluptatis super omnes inebriata fuit. Item perfectissimam diuinitatis & humanitatis Christi cognitionem in summo habuit. Item supremam post Deum benedictionem apprehendit. Item super omnes purarum creaturarum ordines, utpote superior exaltata fuit. Item diuinum auxilium super omnes habuit, cum quo maxima & excellentia opera fecit. Item inimicum non tantum in cælo, sed etiam in terra conculcauit. Sic igitur patet qualiter benedicta Virgo benedictiones singulorum singulariter, & vniuersorum vniuersaliter, singulas & vniuersas possedit in summo.

QVÆSTIO CXCIV.

EQVITVR de eo quod addit Elizabeth: Et benedictus fructus ventris tui. De quo primo queritur, quare inter hoc & præcedens intercidat copulatio, cum tamen in prædictis nulla sit posita copulatio?

2 Item: Cum ista salutaris sit in textu Euangelij, & Euangelio nihil sit licitum demi vel apponi, ut prohibetur sub anathemate in fine Apoc. & Deuter. quare etiam Ecclesia hoc apponit?

3 Item, Aut fuit apponendum, aut non. Si fuit, ergo Angelus omisit malè qui non apponit. Si autem non apponendum fuerit: ergo Ecclesia malè apposuit.

4 Item, Elizabeth licet illud apposuerit, non tamen illi conianxit: quare tunc Ecclesia coniungit?

5 Item, Quare Elizabeth mutauit verba Euangelij, dicendo, Inter mulieres, cum tamen Angelus dixit, In mulieribus?

6 Item, Cum Deus trinitas sit hic mittens & saluans, & beatissima Virgo sit saluata, hoc quod est, benedictus fructus ventris tui, non videtur pertinere ad saluationem, nec ad personam saluatam, nec ad saluatam: ergo ponitur ibi superflue.

7 Item Bernardus: Non idè benedictus quia tu benedicta. Ergo cum causa naturaliter præcedat effectum, debuisse sic ordinasse, Benedictus fructus ventris tui, & benedicta tu in mulieribus.

QVÆSTIO CXCIV.

OST HÆC queritur, quid importat significando hoc quod est, Benedictus fructus ventris tui, & in quo differat ab aliis in saluatione præmissis? Videtur enim includi in eo quod est gratia plena, sicut conficiens includitur in antecedente: si enim gratia plena fuit: ergo fructus ventris tui benedictus fuit.

2 Item videtur includi in eo quod est, benedicta tu in mulieribus: causa enim intelligitur

gitur in suo effectu : sed est benedicta in mulieribus , quia benedictum fructum ventris produxit.

3 Item videtur malè apponi : quia quando Angelus salutationem dixit , adhuc fructus eius non fuit benedictus : quare igitur Ecclesia hoc annectit?

4 Item , Cum maior sit laus specialis quam generalis , & magis sit speciale filius quam fructus , omnis enim filius fructus , & non è contra , debuisse dixisse , filius ventris tui , non fructus.

5 Item , Cum non tantum de ventre , sed de toto corpore substantia filij formata fuit , debuisse dixisse , filius corporis tui.

6 Item , Cum filius non sit tantum filius corporis , vel etiam tantum animæ , sed coniuncti , debuisse dixisse , filius tuus , tangendo coniunctum sine partium declaratione.

7 Item quæritur , utrum benedictio ista qua dicitur benedictus fructus ventris tui , sit eiusdem rationis cum illa de qua dictum est , Benedicta tu in mulieribus ? Et videtur , quòd sic : quia vna est causa alterius : ergo oportet , quòd sit secundum vniocationem.

SED CONTRA hoc est , quòd benedictio illa de qua dicitur , Benedicta tu in mulieribus , dicitur benedictio per exclusionem maledictionis : ista autem benedictio , Benedictus fructus ventris tui , nunquam fuit maledicibilis : ergo non potest dici benedictus per exclusionem maledictionis : ergo oportet , quòd secundum aliam rationem.

2 Item , Benedicibilissima dicitur benedicta in mulieribus propter fecunditatem : sed fructus ventris benedictus non habuit fecunditatem : ergo non vnus sed alterius modi habuit benedictionem : ergo non sumitur utrobique secundum eandem rationem.

3 Item , Benedicibilissima dicitur benedicta , & determinatur respectu cuius , scilicet in mulieribus : quare igitur non similiter dicitur , Benedictus fructus ventris tui cum determinatione respectu cuius sit benedictus ?

4 Item , Si dicatur , quòd absolute dicitur benedictus : quia est benedictus super omnia & in omnibus , secundum hoc quoque beatissima non deberet tantum dici benedicta tu in mulieribus , cum sua benedictio ad plus se extendat : & sic deberet dici , Benedicta tu in creaturis omnibus : & non tantum in mulieribus.

QVÆSTIO CXCVI.

OST HÆC quæritur , an benedictio fructus contineat in se benedictiones omnium , & maxime si habeat benedictiones omnium quæ sunt in benedictionibus matris suæ comprehensæ ? Et videtur , quòd non : Dominus enim non habuit benedictionem coniugatorum , quibus dictum est , Crescite & multiplicamini , &c. Dominus enim huiusmodi multiplicationem corporalem non habuit , nec generatione terram impleuit.

2 Item Luc. 1. Et erit tibi gaudium & exul-

tatio. Glossa : Monentur parentes non minus gratias agere pro ortu sanctorum filiorum , quàm pro meritis. Non enim paruum munus Dei est dare liberos propagatores generis , successio- nis hætedes. Iacob in generatione. 12. filio- rum gaudet , Abrahæ filius datur , Zacharias exauditur. Diuinum igitur munus est fecun- diras parentis. Agant igitur patres grarias , quia genuerunt filij , quia generati matres , quia honorantur præmiis coniugij. Stipendia mili- tiaz suæ filij sunt. Dominus autem illud munus , illud præmium , illud stipendium non habuit : quia corporaliter non genuit : ergo non omne bonum , vel omnium benedictionem benedictus fructus in se possidebat.

3 Item , Benedictus fructus ventris benedi- ctum fructum ventris non habuit : quia nul- lum fructum ventris habuit : ergo aliqua benedi- ctione caruit.

4 Item Luc. 10. Maria optimam partem ele- git. Bona est pars coniugatorum , melior vi- duarum , optima virginum : sed Dominus non habuit bonum coniugatorum , nec viduarum : ergo nec benedictionem omnium.

5 Item , Augustinus dicit , quòd cæli- batus Ioannis non præfertur coniugio Abrahæ. Ergo vtrumque bonum : ergo ambo simul melius bonum : sed Dominus IESVS habuit tantum alterum : ergo non habuit omnè bo- num creatum.

6 Item , In femina est gratia , quod est virgo & mater : ergo in viro debuit esse gratia , quod esset virgo & pater , sed hoc non habuit.

7 Item , Bonum est esse virginem , bo- num est esse matrem : ergo vtrumque simul melius est.

8 Item , Domina mater est carnalis & spi- ritualis : & filius est tantum pater spiritualis , & non carnalis : ergo ipsa plus habet.

9 Item , Bonum est esse patrem carnalem , bonum est esse patrem spirituales : ergo vtrum- que simul esse est melius.

10 Item , Ipse non est pater Dei , nec Pa- tris , nec Filij , nec Spiritus sancti : sed Domina est mater Dei : ergo ipse non habet totum bo- num quod habet mater.

Item quæritur de singulis privilegijs suis , qua- liter à filio excellatur in illis ?

CONTRA prædicta obiicitur in hunc mo- dum : quidquid boni est in creaturis , est in homine : sed quidquid boni fuit in homine , fuit in Domino nostro IESU CHRISTO : ergo quidquid boni fuit in creaturis , fuit in Christo.

1 Item , Superiores habent proprietates inferiorum cum excellentia.

3 Item Psal. Vnxit te Deus præ consorti- bus tuis. Item ibidem : Speciosus forma præ filiis hominum.

4 Item Damasc. Accepit primitias nostræ nature.

5 Item Ioan. 2. Non ad mensuram dedit ei Deus spiritum. Item Ioan. 1. De plenitudine eius accepimus omnes.

6 Item Rom. 6. Ex ipso , per ipsum , & in ipso sunt omnia.

7 Item Ansel. Deus est , quo nihil melius excogitari potest.

8 Item

8 Item Damascenus : Siue secundum vir- tutem , siue secundum sapientiam , siue tem- pæs , siue locum deficiat à perfectione , Deus non est. Ergo quidquid boni est in creaturis , est in ipso quod est Deus. Item Iacobi 1. Omne datum optimum , & omne donum per- fectum.

Item , Quod in omnibus privilegijs ipsam matrem antecedit , patet. Primum fuit , quòd ipsa nunquam peccauit : ipse autem nec in peccatis conceptus fuit. Secundum fuit , quòd ipsa peccare non potuit : & si ipsa creatura pura peccare non potuit , quantum minus crea- tor. Augustinus de Trinitate : Magna est po- tentia Dei nec peccare nec mentiri posse. Ter- tium fuit , quòd ipsa in omni actu liberi arbitrij merebatur : ipse autem omni bono in ipsa con- ceptione dignus fuit , & postea quolibet actu nobis intruit. Quartum fuit puritas in sum- mo : sed ipsa habuit puritatem receptiuam , ipse autem datiuam habuit : ipsa in summo pura fuit ad modum aeris , ipse autem ad modum solis. Quintum fuit , quòd ipsa fuit Vir- go virginum : ipse autem virgo virginis filius : & plus est esse virginem virginis filium , quam virginem matrem virginum. Sextum fuit , quòd erat mater virgo per generationem : ipse autem pater virgo per creationem : & nobilior est creatio quam generatio : & actus creatoris quam actus creature. Septimum fuit , quòd ipsa fuit mater omnium : ipse autem est pater omnium : & maius est esse patrem quam ma- trem. Item ipse genuit verbo : illa autem factu : & plus est & primæ generationi similium gene- rare verbo quam factu. Octauum fuit , quòd ipsa nullius habuit ignorantiam : ipse autem omnium habuit scientiam. Nonum est , quòd ipsa est ista maris : ipse autem est lux mundi. Decimum est , quòd ipsa est porta cæli : ipse autem est ostium in quo est porta. Undecimum est , quòd ipsa communicationem passionis ha- buit per compassionem : ipse autem ipsam pas- sionem habuit. Duodecimum est , quòd ipsa est super cælos Angelorum exaltata : ipse au- tem nomen habet quod est super omne nomen. Tertiumdecimum est , quòd ipsa est mater mi- sericordiz : ipse autem est pater misericordia- rum & rex gloriæ.

QVÆSTIO CXCVII.

AD PLENARIAM intelligentiam præ- dictorum , quæritur de sufficientia ho- rum & differentia , quæ ponuntur in saluatio- ne ista. Et quæritur primò de numero dictio- num , quare tantum habuerit decem dictiones & non plures vel pauciores ? Item quæritur , quare tantum quatuor sententiæ ponantur in ipsa ? Item quare sententiæ sibi ita succedant progressiue , ita quod prima habeat vnam di- ctionem , secunda duas , tertia tres , quarta quatuor. Item secundum additionem Elizabeth , quinque sunt dictiones , & vna est sententia. Item quid significat , quòd hic ponitur dena- rius , qui est numerus triangularis ex omni parte , & quaternarius qui est triangularis à

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

base in communi. Item similiter sunt 15. sed tunc oportet quinque poni pro base.

Ad obiecta prima soluentes dicimus , quòd sufficientia solutationum sumitur hoc modo. In illa salutatione annuntiat beatissima Vir- gini perfectissima habitudo , & per ipsam & in ipsa toti humano generi. Perfectio autem beatissimæ Virginis , vel est quantum ab sub- stantiam , vel quantum ad causam , vel quan- tum ad efficientiam. Si quantum ad substan- tiam , vel est à malo , & sic est , Aue : vel est ad bonum , & sic est , Gratia plena. Si quantum ad causam , sic est , Dominus tecum. Si au- tem quantum ad efficientiam , vel est imme- diata , & sic est , Benedicta tu in mulieribus : vel mediata , & sic est , Benedictus fructus ven- tris tui.

Ad aliud dicimus , quòd per decem verba significatur decalogi impletio. In quatuor sen- tentiis significatur in Euangelij consiliorum superaddito. Et per hæc duo sit nobis perfectæ salutis annuntiatio. Item decem verba in qua- tuor sententiis , est lex in quatuor Euangelij. Item gradualis processio significat , quòd in via non est perfecta legis impletio , sed tantum initiatio. Item denarius triangularis signat le- gis nobilitatem , quatenarius Euangelij æter- nitatem : & uterque est numerus imperfectus : sed denarius in duobus , quatuor autem in vno. Sic & Euangelium habet perfectionem viæ , sed non patriæ : & ita vnum sibi deest. Denarius autem legis deficit in duobus : quia nec habet quidem perfectionem viæ , nec patriæ. Item quatuor cum omnibus suis partibus facit denarium : & lex materialiter tota est in Euan- gelio. Item denarius est numerus triangularis ex omni parte , & quatuor in communi : quia per firmitatem legis & Euangelij rectè impleti peruenitur ad vnum , de quo dicitur , Vnam petij à Domino. Item secundum additionem Elizabeth denarius dictionum significat decalo- gum , quaternarius sententiarum significat Euangelium ; additio Elizabeth doctrinam Apostolorum. Et hæc omnia figurantur in salutatione beatissimæ Virginis diuinitus mis- sa : in ipsa enim fuit legis & Euangelij imple- tio , & in ipsa fuit vtriusque expositio , per ipsam vnus cum altero coniunctio. Item vnus in alterum reductio. Item per ipsam virtutum consummatio. Item per ipsam sanctitatis pro- gressio. Item per ipsam ad Deum ascensio. No- bis autem per legem veterem & nouam & ipsam , æternæ salutationis nuntiatio & salutis ipsa productio.

Notanda ad solutionem quæst. 194. 195. 196. & 197.

HIS VISIS videndum est ad ea quæ de fructus benedictione sunt obiecta. No- tandum igitur , quòd de benedictione illa possumus loqui secundum tres vias. Primò quantum ad significationem. Secundò quan- tum ad suppositionem. Tertid quantum ad substantiam. Quantum ad significationem , vtrum scilicet benedictio vnam habuit signifi- cationem , vel plures ? Et si plures , secundum quam hic sumatur ? Vel si omnis ratio benedi- tionis

M 3

tionis saluetur in ista benedictione: Quantum ad suppositionem, ut si scilicet benedictio sit communis ad plura, pro qua sumatur hic, & utrum pro omnibus suis suppositis: Quantum ad suam substantiam, ex quibus & quantis integratur ista benedictio: Quantum igitur ad significationem benedictio quatuor habet in se significata, quorum omnium ratio saluetur in ista benedictione. Est enim benedictio maledicti euacuatio, & est benedictio omnis boni possessio, & est benedictio fecunditatis exaltatio, & est benedictio congratulantium collaudatio. Et quilibet istarum triplex. Est enim benedictio triplicis maledicti euacuatio: incidit enim homo per peccatum triplex maledictum. Primum est punctio fomitis. Secundum est labor inveniendæ veritatis. Tertium est necessitas incinerationis. Primum intelligitur per hoc, Cum operatus fueris terram, &c. Secundum per id quod dicitur, In sudore vultus tui, &c. Tertium per id, Cinis es & in cinerem reuerteris. Istius triplicis maledicti euacuatio fuit in isto fructu benedictio. Primum: quia puncturam fomitis non habuit. Secundum: quia omnia sciuit. Tertium: quia corruptionem non vidit. Secunda benedictio fuit omnis boni possessio, & hæc triplex fuit. Habuit enim bonitatem humanæ naturæ in summo. Item bonitatem diuinæ naturæ in summo. Item bonitatem quæ est ex coniunctione vniuersæ habuit: & sic omne bonum possedit in summo. Tertia benedictio fuit fecunditatis superexaltatio, & hæc quoque triplex fuit. Fuit enim pater per creationem in esse naturæ, per recreationem in esse gratiæ, per glorificationem in esse gloriæ. Quarta benedictio fuit congratulantium collaudatio, & hæc triplex, scilicet Angelorum, hominum, & corporum. Omnes hi benedicunt ipsam: quia genuit Angelorum restauratorem, redemptorem hominum, corporalium renouatorem.

Quantum ad suppositionem tria habet appellata, & pro omnibus illis reddetur locutio vera: est enim fructus benedictio naturæ, benedictio gratiæ, benedictio gloriæ. Et quilibet istorum tripliciter. Benedictio naturæ tripliciter: habuit enim corpus benedictum, animam benedictam, deitatem benedictam. Corpus fuit benedictum tripliciter, in materia, in forma, in harmonia. In materia: quia purum in forma: quia pulchrum in harmonia: quia eueraticum. Pulchrum etiam fuit tripliciter, in congruentia quantitatis, in elegantia dispositionis, in venustate colorum: & sic est in statura, figura, & colore. Item anima fuit benedicta in se, & in comparatione. In se dupliciter, à malo, & in bono. A malo tripliciter, à peccato, à fomite, ab ignorantia. Item in bono tripliciter, omnium naturarum naturali conditione, politicarum virtutum perfectione, suprema naturali Dei dilectione. In comparatione benedicta fuit dupliciter, ad Deum, & ad corpus Ad Deum summa imagine & similitudine, ad corpus sine contrarietate. Item benedictam tripliciter habuit deitatem, benedictam in se ipse, in operibus suis, benedictam in donis suis. Item habuit benedictionem gratiæ, & hæc quoque triplicem, increatam cum

Patre, creatam cum matre, coniunctam propter vtrumque. Cum Patre triplicem gratiam habuit à Patre, quod est Deus, quod est Dei Filius, quod est spirator Spiritus sancti. Cum matre quoque triplicem habuit gratiam. Vnam: quia omnem gratiam habuit. Secundam: quia quæ omnem dedit gratiam. Tertiam, quod dedit ultra id quod habuit. Dedit enim gratiam, virtutem, remissionem peccatorum quam non habuit. Vnde spiritus in Eliseo duplex fuit. Item ex coniunctione propter vtrumque triplicem habuit gratiam. Vnam, quod filius plurium fuit. Secundam, quod redemptor hominum fuit. Tertiam, quod beatitudo hominum est. Et quodlibet istorum tripliciter est: quia enim filius plurium fuit, ex hoc sequitur triplex gratia. Mater enim habuit patrem & matrem, sed non Deum. Pater suus nec habuit patrem nec matrem nec Deum nec hominem: ipse autem habuit patrem & matrem, & Deum & hominem. Quia redemptor hominum fuit, ex hoc habuit tria, quia sponsus animarum, sacerdos fidelium, iudex viuorum & mortuorum. Quod beatitudo hominum fuit, ex hoc etiam habuit tria, quia est beatitudo Angelorum, hominum, & corporalium. Item benedictionem gloriæ similiter habuit triplicem: habuit enim gloriam comprehensoris, gloriam creatoris, gloriam redemptoris. Et quilibet istarum triplex. Comprehensoris triplex. Summam aureolam in summo. Super omnes aureolas in summo. Accidentalium præmia in summo. Item primò est homo viator & non comprehensor, postea comprehensor & non viator: ipse autem non aliquando viator, aliquando comprehensor, sed simul viator & comprehensor. Item viatorum doctor, comprehensorum coronator, viatorum & comprehensorum adunator. Item gloria redemptoris triplex fuit, quia hominum liberator, demonum superator, naturæ exaltator. Item gloria creationis triplex fuit, misericordia in sanctis, iustitia in damnatis, gloriosus in seipso. Item habuit gloriam creatoris, iustificatoris, glorificatoris.

Si autem consideretur benedictio ista quantum ad partes integrales, tunc est benedictio vel quantum ad essentiam, vel quantum ad principium. Ille fructus benedictus triplicem habuit originem, benedictam Trinitatem per creationem, benedictam matrem per natiuitatem, benedictam patrem quantum ad generationem. Quantum ad essentiam benedictus fuit tripliciter secundum Bern. Odore, sapore, specie. Odore implens cognoscitiuum in quantum verum, sapore reficiens affectiuum in quantum bonum, specie beatificans comprehensiuum in quantum summum fuit & arduum. Addamus & nos odori & saporis speciei valorem: valet enim in medicamentum contra omne malum, in cibum habentem omne delectamentum, in pretium comparans omnia bona. Item quantum ad efficientiam duplex est benedictio, actiua scilicet, & passiuua. Actiua tripliciter: quia benedixit nos in esse naturæ, gloriæ, & gratiæ. Vnde Psal. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Item benedixit nos benedictione corporali, spiritali, & cœlesti. Passiuua tripliciter: quia nos benedicimus

dicimus eum corde: vnde Psal. Benedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt. Benedicimus eum ore: vnde, Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Benedicimus eum opere: vnde Psal. Benedicam Dominum in vita mea.

Solutio prædictarum quæstionum.

HIS VISIS respondemus ad obiecta. Quod igitur queritur de copulatione, dicendum quod hic ponitur copulatio, quæ continet alterius finem & alterius inceptionem ad angelicam saluationem & ad personam filij pertinentem: & etiam ut notet inter filij benedictionem & matris dilectionem aliquam: quamuis tamen secundum allegoriam ad aliam pertineat rationem: ipsa enim est benedicta per benedictionem fructus: vnde benedictio descendit à benedictione filij. Item Angelus non addidit, Benedictus fructus ventris tui: quia nondum fructus eius fuit fructus ventris, sed ipsum quasi promissum in hoc quod dicit, Benedicta tu in mulieribus, fructum comprehendit: Ecclesia autem quia sibi exhibitus & beatissimæ Virgini commendatus, appositus. Ordo pater ex sufficientia. Item quare non dixerit, Filius ventris: quia filius communis est ad spirituales & carnales generationem, fructus autem plus determinat carnalem generationem, & maxime cum hac determinatione, ventris, qui est locus generationis carnalis. Propter quod etiam non dicit, corporis, sed ventris, ut veritas generationis plus exprimeretur, & falsitas heretica plus sopiretur. Item quare non determinauit respectu cuius esset benedictus. Dicimus, quod secundum omnem significationem, & secundum omnem suppositionem, & secundum omnem partem, & omni modo & in omnibus benedictus fuit, & eius benedictio per nihil specificum coartari potuit. Benedictio quoque beatissimæ Virginis per hoc quod dicitur, in mulieribus, non restringitur: sed causa & origo omnis benedictionis monstratur. Concedimus etiam, quod Dominus noster IESVS CHRISTVS habuit omnes dignitates matris sue, vel in se, vel in equipollenti excellentissimo congruenti. Habuit igitur benedictionem coniugalem: quia sponsus fuit vniuersalis Ecclesiæ. Item virgo fuit & pater: quia verbo veritatis genuit, & ex aqua & spiritu ex matre Ecclesiæ omnes regenerauit. Item sicut ipsa mater Dei, ita & ipse fuit filius Dei: & plus est esse filium Dei, quam matrem Dei. Item plus est esse filium Virginis, quam esse Virginem virginum: quia si ipse Christus esset Virgo virginum, sequeretur quod ipsa mater sua non esset virgo. Item plus est esse benedictum fructum ventris, quam habere fructum ventris. Concedimus etiam, quod à filio suo in omnibus privilegiis suis antecellit: nec in hoc laus matris sue diminitur, sed exaltatur in eo quod non tantum genuit sibi filium coequallem, sed infinitum meliorem. Quod etiam ex hac parte quodammodo infinita bonitas matris: omnis enim arbor ex fructu cognoscitur proprio: vnde si bonitas fructus bonificat arborem, infinita

bonitas in fructu adhuc ostendit infinitam in arbore bonitatem.

QVÆSTIO CXC VIII.

SEQVITVR: Quæ cum audisset, turbata est. Queritur igitur, quare turbata fuerit beatissima Virgo: Et videtur primò, quod de angelica visione: & hoc probatur à simili. Luc. 1. de Zacharia: Apparuit illi Angelus Domini stans à dextris altaris incensæ. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ergo ex visione angelica est turbatio & timor.

2 Item Gregorius: O in quantam miseriam cecidimus, quia etiam bonos Angelos formidamus.

3 Item super iam dictum textum Luc. Glossa: Sicut humani defectus est terresti, ita angelicæ benignitatis est paucitatem de suo aspectu blandiendo consolari. Ergo pavor est de Angelorum aspectu.

4 Item Luc. 2. Angelus Domini stetit iuxta illos, & charitas Domini circumfulsit illos. Et sequitur: Timuerunt timore magno.

5 Item Matth. vlt. dicitur, quod aspectus Angeli erat sicut fulgor. Et dicitur post, Præ timore autem eius perterriti sunt custodes. Ergo ex visione Angeli est timor & turbatio.

6 Item Iudic. 13. Vit autem venit ad me habens vultum Angeli terribilem nimis. Ergo ex visione vultus Angeli est terror.

CONTRA obicitur. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, id est, Angeli: ergo non in visione.

2 Item, Alij dant discretio spirituum, ut dictum est supra. Ergo turbatur non ex visione.

3 Item, Ipsa Angelos cognouit per speciem.

4 Item, Aut cognouit, & non fuit turbata: aut non cognouit, & sic fuisset dubia, quod est ridiculosum dicere.

5 Item, Abraham, Loth, Iosue, & alij patres Veteris Testamenti. viderunt Angelos: nec fuerunt turbati: ergo nec ipsa: quia à nullo illustrium vincitur.

SED SI propter hoc dicitur, quod fuit turbata in sermone. Contra: Turbatio est à malo & à contrario: sed in isto sermone nihil erat mali, vel contrarium: ergo de isto sermone non turbatur.


2 Item, Nec nuntiatio est aliqua ad ipsam contrarietas: ergo nec per illum, nec per nuntium turbatur.

3 Item, Comminatio est causa turbationis: ergo consolatio est causa exultationis.

ITEM, Ex prudentia nouæ salutationis formam miratur: videtur igitur, quod ista turbatio fuerit ex admiratione. Queritur igitur, si fuerit turbatio admirationis? Et videtur, quod non. Legitur de sancto August. quia non satiabatur altitudinem diuini consilij considerare præ dulcedine mirabili super salute generis humani: ergo illa admiratio est bona: ergo non est prohibenda. Sed istam

turbationem remouet Angelus Domini dicens: Ne timeas Maria: ergo ista turbatio non fuit admittionis. Vel dicitur, quod fuerit dubitationis. Contra hoc dicit Ambrosius: Contra dicitur: quia reiecit si præteritum an futurum esset quod Angelus dixit. Item Bern. dicit: Dabitiam confirmat.

SED SI propter hoc dicatur esse turbatio dubitationis. Contra hoc dicit Glossa in hunc modum. Cum Sara risit in promissione filij, & in promissione Dei Maria dixit, Quomodo fiet istud, cur non fuit viraque muta facta sicut Zacharias? Quia Sara & Maria non dubitant faciendum quod promittitur, sed querunt modum. Ergo hic nulla fuit turbatio dubitationis.




QVÆSTIO CXCIX.

POST HÆC queritur de hoc quod dicit: Et cogitabat. Et obicitur in hunc modum: Cogitatio est decursus rationis de vno oppositorum super reliquum: vnde dicitur cogitatio quasi coagitatio: sed vbi fluctuatio est de vno oppositorum super reliquum, ibi est dubitatio: ergo videtur, quod hic fuerit dubitatio.

H. mil. 1. 4. per 3. 4. 5.

2 Item Bern. Sciebat prudens virgo, quod sepe Angelus sarana transfiguratur se in Angelum lucis: & quia nimirum humilis & simplex erat, nihil tale penitus à sancto Angelo sperabat, & ideo cogitabat qualis esset ista salutaris. Tunc Angelus intuitus Virginem, & varias eam secum voluere cogitationes facillimè deprehendens, pauidam consolatur, confirmat dubiam. Ergo videtur, quod hæc cogitatio fuit per modum dubitationis.

3 Item ibidem Bernardus: Solent virgines quæ verè virgines sunt, semper pauide & nunquam esse securæ, & vt caueant timenda, etiam cura pertimescere, scientes se in vasis fictilibus thesaurum portare pretiosum, & nimis arduum esse viuere angelicè inter homines, & in terris more caelestium conuersari, & in carne cælibem agere vitam. Ac proinde quidquid nouum, quidquid subitum fuerit ortum, suspectas habent insidias, totum contra se existimant machinatum. Idcirco & Maria turbata est. Ex hac auctoritate igitur iterum videtur, quod turbatio & cogitatio fuit causa timoris & dubitationis.



QVÆSTIO CC.

DEINDE sequitur: Ne timeas. Et queritur, cur huiusmodi timor hic remoueat? Et videtur, quod nullus hic verè possit remoueri: quia vt Damasc. dicit, timor diuiditur in sex, in cunctationem, verecundiam, erubescenciam, in stuporem, terrorem & agoniam. Cunctatio est timor futuræ operationis. Ille non fuit hic: quia ei nihil nuntiatur operandum. Verecundia est timor ex expectatione conuicij. Et ille quoque non est hic.

L. 1. 1. 15.

Erubescencia est timor ex re turpi perpetrata. Et de hoc nihil hic. Stupor est timor ex magna imaginatione. Contra illam non est necessaria consolatio, vt dictum est. Terror est timor ex imaginatione inconfucti mali. Hic autem nihil de imaginationibus agebatur. Agonia autem est timor casus & infortunij: timentes enim in operatione infortunari, agonizantur. Hic quoque de infortunio vel casu nihil. Ergo non fuit agonia: & sic nullus timor: & sic frustra remouetur timor, vbi nullus est timor.

2 Item, Si stuporis timor, ille non prohibetur.

3 Item, Non est timor nisi contra malum: quia nihil timeretur timore remouibili nisi culpa vel pena.

4 Item, Perfectis nulla timenda est pena: ergo frustra: vnde Act. 8. Ibant Apostoli gaudentes, &c.

5 Item, Laus plus excitat ad amorem quam ad timorem: ergo cum nihil præcessit nisi quod fuit de laude, nullus debuit timor ei remoueri.

SED CONTRA. Glossa: Ex verecundia pauet. Item alia Glossa: Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affectus vberi: ergo videtur, quod ex verecundia timuit.



QVÆSTIO CCI.

POST HÆC queritur de verecundia, vtrum beatissima Virgo habuit verecundiam? Et videtur, quod sic. Glossa: Ex verecundia pauet. Item alia: Elizabeth ex culpa erubuit, Maria de verecundia: in muliere enim modus adhibetur, in virgine gratia pudoris augetur.

2 Item Eccl. 10. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata.

3 Item, Pudore bono repletus Dei famulus stupri nefas prohibuit.

4 Item Ierem. 3. Facies mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Et hoc est malum. Ergo verecundia est bonum.

5 Item Eccl. 23. Animo irreuerenti & infirmo ne tradas me.

6 Item Eccl. 4. Est confusio adducens gloriam.

7 Item Dam. de verecundia dicit: Optima est hæc passio. Item de erubescencia dicit, quia non est sine spe salutis. Item erubescencia res saturifera est. Ex his omnibus patet, quod erubescencia est bonum & verecundia. Ergo ipsam habuit beata Virgo, cui nullum defuit bonum cuius pura creatura capax fuit.

SED CONTRA. Dam. dicit: Erubescencia est timor ex re turpi perpetrata. Sed nihil fuit turpe in beatissima Virgine. Ergo nec erubescencia.

2 Item, Adam non habuit verecundiam ante peccatum: sed post viderunt, quia nudi erant, & fecerunt sibi perizomata.

3 Item, Qui non querit sibi gloriam, non sentit contumeliam, vt dicit Hieron. sed humillima Virgo nullam quæ fuit gloriam: ergo non

Lib. 1. 1. 15.

non sentit contumeliam: ergo non habuit verecundiam: sed summè fuit humilis: ergo voluit vilis reputari.



QVÆSTIO CCII.

LIB. 3. 1. 20. VIXTA hoc queritur de Deo, vtrum ipse habuit verecundiam? Et videtur, quod non: quia dicit Damasc. quod ea assumptæ quæ in natura nostra plantauit: sed verecundiam non plantauit: ergo non habuit verecundiam.

2 Item, Verecundia est sequela peccati: ergo non habuit eam.

SED CONTRA: Passio hæc est meritoria: ergo est bona: ergo habuit eam.

2 Item, Ipsa est naturalis: ergo, &c.

3 Item, Omnia assumpsit præter peccatum & ignorantiam: sed verecundia neutrum horum est: ergo habuit verecundiam.

Item Psal. Verecundia mea contra me est. Item, Quoniam propter te sustinui opprobrium. Item, Tu scis improprium meum & confusionem meam, &c. Has auctoritates exponit Glossa de Deo: ergo habuit verecundiam.



QVÆSTIO CCIII.

POST HÆC queritur de hoc quod dicitur: Inuenisti enim gratiam. Et queritur, quid sit gratiam inuenire? Si hoc est gratiam recuperare: hoc autem est multis commune. Item si hoc est perditam primo recuperare, tunc beata Virgo gratiam non inuenit: sed Adam & Eva eam primò recuperauerunt. Item si inuenire est prius in ratione inuenire, secundum hoc primus vel primus homo gratiam inuenit.

Queritur igitur, vtrum beatissima Virgo meruit fieri mater Dei? Et videtur, quod sic: quia dicit Augustinus: Tuo singulari merito mundo succurtisti perdito.

2 Item, Propter virtutes gratitas est propriè meritum: sed dicit Augustinus, quia sola humilitas genuit Deum nobis.

3 Item Bernardus, quia corpus Christi & anima & diuinitas tria sunt sara, quæ miscuit mulier Evangelica, & quod fermentum est fides Virginis: ergo mediante fide facta est mater Dei: sed à fide est meritum: ergo meruit fieri mater Dei.

4 Item Elizabeth ad ipsam Luc. 1. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te.

5 Item, Propter credere est beata: ergo merito fidei est beatificata.


6 Item, Maius est habere gloriam æternam, quam esse matrem Dei: sed illud potest homo mereri: ergo & istud. Si dicatur, quod de congruo, sed non de condigno, hoc nihil dictum est: quia vitam æternam non meretur quis de condigno: quia non sunt condignæ passiones temporis huius, &c. Ad Rom. 8. nullum enim temporale dignè valet æternare.

7 Item Augustinus: In Isaac facta est repromissio, & precibus sanctorum iuanda est Dei præfinitio. Ergo si precibus potest obtineri gratia gratum faciens, multò fortius gratia gratis data.

8 Item Augustinus, quod beator est concipiens fidem quam carne. Ergo si per virtutes gratitas est alicui mereri gratiam fidei, etiam per virtutes potest mereri gratiam mater Dei.

Lib. de sancta virginitate. cap. 3.

9 Item Luc. 1. Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est oratio tua. Ergo oratione meruit, quod Elizabeth fuit mater. Sed dicit Glossa, quod Elizabeth quæ est Dei mei saturitas, signat Mariam, quæ plena fuit. Obventum igitur & significatum potuit merito obtineri vel potest merito obtineri.



QVÆSTIO CCIV.

DEINDE queritur de hoc quod dicitur: Apud Deum. Solet enim præpositio apud Deum in tribus significationibus reperiri: quandoque enim signat æqualitatem essentia, vt illud, Verbum erat apud Deum. Ioan. 1. Quandoque signat æqualitatem, secundum quod opponitur ad supra vel infra: vnde dicitur. 3. Reg. cap. 2. Positus est thronus matris apud thronum regis. Iuxta hunc modum dicitur mater Iesus & discipulus quem diligebat Iesus stare iuxta crucem. Ioan. 19. Quandoque apud vel iuxta dicitur respectiue, secundum quem modum dicuntur alie mulieres stare iuxta crucem, non iuxta crucem absolute, sed respectu turbe quæ longius stabat: vnde & dicuntur à longè stare respectu matris & discipuli, qui propè stabant sue iuxta. Medium enim in comparatione est inter duo extrema. Queritur igitur, quo istorum modorum hic sumatur? Et videtur, quod vltimo: ipsa enim inuenit gratiam propinquorem quam aliqua alia creatura, non tamen simpliciter æqualis situs potuit esse cum Deo: impossibile enim est in situ vel in aliquo creaturam æquari Deo: oportet ergo si dicitur quoad aliquid esse apud Deum, quod hoc sit respectu aliarum creaturarum. Quod autem secundo modo sumatur, videtur: quia proprium est regine apud regem esse, iuxta illud, Astitit regina à dextris tuis. Vnde etiam mulier facta fuit de latere viri. Similiter etiam matris proprium est esse apud filium, iuxta illud, Positus est thronus matris regis iuxta thronum regis, &c. Item quod etiam primo modo hoc sumi possit, videtur. Vna est maiestas regia à qua rex est rex & regina regina: ergo coquantur illa: ergo apud potest dicere æqualitatem in illa. Vel sicut dicitur filius esse apud patrem propter idemnitatem nature, sic etiam dici potest esse apud filium propter idemnitatem nature in qua vnum est cum matre, sicut & alia natura vnum est cum patre. Et sic potest ibi sumi primo modo apud.

Item queritur, quæ sit differentia inter apud & coram, secundum quod in aliis reperitur, quod inuenerunt gratiam coram Domino, vel

vel

vel in oculis eius : & utrum gratiam habere apud Deum proprium possit esse Virginis gloria :

Responso ad quæstiones 100.
201. &c

AD PRÆDICTA soluendo dicimus, quod beata Virgo commemorans præteritam humilitatem, & admirans præsentis salutationis sublimitatem, sperantique futuræ impletionis veritatem, quæ cum audisset humiliter, diligenter, prudenter, reuerenter, lætanter, credendo, sperando, turbatur, admirans Dei potentiam, sapientiam, misericordiam, charitatem, veritatem, humilitatem, nuntij dignitatem, salutationis nouitatem, rerum immentitatem, sui paruitatem, propter cautelæ timorem, propter verecundiam virginalem, cogitabat lecta dictis comparando, Euz deceptionem recordando, locutionis præcipitium fugiendo, consuetudinem meditationis exhibendo, vsum prudentiæ exercendo, modum responsionis ordinando, se fallibilem recognoscendo, nos ad prudentiam inuitando. Cogitabat, inquam, qualis, quam admirabilis, quam venerabilis, quam salubris, quam sublimis, quam subtilis, quam familiaris, quam generalis, quam specialis esset ista saluatio. Ita dico, à Deo Patre dictata, à Filio scripta, à Spiritu sancto nuntiata, ab Angelo portata. Ista, inquam, saluatio, quæ fuit salutis operatio, inchoatio, portatio, perfectio, augmentatio, confirmatio, perpetuatio. Cui Angelus : Ne timeas regis magnitudinem, tui paruitatem, sermonis fallitatem, rerum incomprehensibilitatem, sententiæ ambiguitatem, promissi protractionem, salutis amissionem, retenti diminutionem. Ne timeas, inquam : quia inuenisti, non creasti vt Deus, non semper habuisti vt filius tuus, non rapuisti vt primus Angelus, non perdidisti vt primus parens, non emisti vt Simon magus : sed inuenisti, quia quæstidisti vbi fuit vt virgo prudentissima, non abscondisti vt doctrix fidelissima, sed reddidisti vt mater mundissima. Inuenisti enim, inquam, Dei miserantis charitate, promittentis veritate, hominis necessitate, tui ad hoc idoneitate. Inuenisti, inquam, gratiam increatam, & in illa & cum illa omnem creatam. Venerunt enim tibi omnia bona pariter cum illa. Creatam autem spiritualem & corporalem : spiritualem generalem, specialem, singularem : generalem summitatem omnium quæ singulariter fuerunt in aliis, specialem summitatem charitatis, singularem summitatem quæ comprehensa est 12. privilegiis. Corporalem similiter generalem, specialem, singularem : generalem corporis resurrectionem, specialem virginitatis integritatem, singularem virginalem veteri fecunditatem. Hæc autem omnia inuenisti apud Deum. Apud dico propinquissima similitudine, dignitate, familiaritate, naturæ vnitate : & hoc apud Deum creatorem, recreatorum, iustificatorem, glorificatorem.

His visis & intellectis patet solutio ad

obiecta Concedimus enim, quod beata Virgo in sermone saluatorio, laudabilissimo, consolatorio, instructorio, credibili, delectabili, vtili, honorabili, admirabili : sermone, inquam, quem veritas misit, qui à veritate nunquam recessit, qui falli non potuit, nec fallere voluit : in isto, inquam, sermone fuit beata Virgo omnifariam mirata, in sensu per verecundiam virginalem de Angelica visione in specie viri, in ratione per timorem cautelæ de deceptione, in intellectu per laudes annuntiationis de promissorum & nuntiatorum magnitudine in sermone. Patet etiam, quod non est turbatio tantum de malo, sed etiam de magna. Item non est timor tantum mali, sed etiam magni. Vnde Damasc. Stupor est timor ex magna imaginatione. Terror vero, timor ex imaginatione inconfucti mali. Patet igitur qualis fuerit turbatio, qualis cogitatio, qualis timor, qualis saluatio, qualis & quæ gratia quam inuenit. Inuenit autem : quia humano generi perditam primò recuperavit. Hoc Abraham non fecit nec Adam. Imò per ipsam omnes gratiam rehaebuerunt, vt patet in priuilegio, mater omnium, & priuilegio, porta cæli. Concedimus etiam, quod apud ibi potest sumi quolibet illorum trum modorum, sicut dictum est in opponendo.



QVÆSTIO CCV.

QUÆRITUR : Ecce concipies. De conceptione primò quæritur, de quo facta sit conceptio tanquam de causa efficiente per appropriationem ? Et videtur, quod de Patre : conceptio enim fuit de generante : Patris autem solius proprium est generare : ergo si alicui debet appropriari, debet appropriari personæ Patris.

2 Item, Generatio temporalis imago est generationis æternæ : sed illa est de Patre : ergo & ista.

3 Item, Idem est nobis filium dare quod generatio temporalis : sed ista datio est à Patre : ergo & conceptio.

Quod autem Filio debet appropriari, sic probatur. Triplex est opus, creatio, recreatio, & glorificatio : sed creatio appropriatur Patri, glorificatio Spiritui sancto : ergo & recreatio Filio.

2 Item, Ab illo dicitur fieri conceptio qui agit & remanet in generato : sed hoc fuit tantum in persona Filij : ergo ei tantum conuenit conceptio.

3 Item, Exinaniuit seipsum : sed hoc fuit in conceptione : ergo conceptio fuit ab ipso.


Quod autem de Spiritu sancto debeat fieri ista conceptio, patet per Euangelium vbi sic dicitur : Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.

2 Item, Ista conceptio est opus summæ benignitatis : ergo debet appropriari Spiritui sancto.

3 Item,

3 Item, In Euangelio Nazarorum dicitur, quod descendit super eum fons omnis spiritus, & dixit : Hic est filius meus dilectus.

Iuxta hoc quæritur, utrum Spiritus sanctus sit pater illius concepti ? Et videtur, quod sic : quidquid enim est ab alio operante vt causa efficiente, illud est mater, & illud est pater : sed beata Virgo est mater Dei, & concepit filium de Spiritu sancto : ergo sicut ipsa est mater, ita Spiritus sanctus est pater.



QVÆSTIO CCVI.

QUÆRITUR : de quo tanquam de materia facta sit ista conceptio ? Et videtur, quod de carne : quia dicit Augustinus, quod de carne beatissimæ Virginis carnem sibi assumpsit.

2 Item, In momento facta est ista formatio & vnio corporis cum anima : ergo cum vicinior sit caro ad corpus quam sit sanguis, videtur quod de carne conceptus sit.

3 Item, De illo assumpsit corpus quod descendit de Adam : sed sanguis non descendit de Adam : ergo non assumpsit de sanguine. Probatio mediæ. Dicit Philosophus : Sanguis est vltimum nutrimentum in habentibus sanguinem : ergo sanguis est de cibo : ergo non descendit de Adam : ergo non assumpsit de sanguine.

Lib. 7. cap. 2.

CONTRA. Damascenus : Ex castis semper Virginis sanguinibus carnem animatam anima rationali & intellectuali sustentauit.

2 Item, Sanguis potentia est totum corpus : caro autem non est potentia totum corpus : ergo non potuit accipere de carne. Ita etiam est in aliis hominibus, quod corpus eorum coagulatur de sanguine matris & non carne.

Istis rationibus consentiunt quidam & dicunt, quod tantum de sanguinibus conceptus sit, & vbi auctoritates dicunt ipsum conceptum de carne, dicunt ibi sumi carnem pro sanguine : & dicunt, quod quamuis de cibo sit sanguis & materialiter non descenderit ab Adam, in ipso tamen fuit virtus generatiua & nutritiua, quæ non secundum esse, sed secundum originem fuit in Adam. Contra hoc obijciunt in hunc modum : secundum philosophiam naturalem ad conseruationem indiuidui & saluationem speciei ponuntur quatuor digestionis. Prima digestio est in ore, quam probant ex eo quod aliquam operationem & effectum plus habet res masticata quam non masticata. Secunda sit in stomacho, vbi segregatur subtile à grosso : & constat, quod adhuc neutrum est pars corporis. Tertia sit in hepate, vbi sit vltior segregatio puri ab impuro : & constat, quod adhuc neutrum est initium corporis, vel pars corporis. Quarta sit in membris, vbi transmittitur totum purum magis proprium : & aliud ad membra transmissum, tria facit. Primum est, quod nutrit & saluat substantiam suscipientis, restaurando deperditum con-

tinuz deflectionis, quæ est ex calore naturali agente in suam materiam. Secundum est, quod eandem substantiam etiam augmentat & deducit vsque ad debitam quantitatem si est citra. Tertium est, quod illud quod his duabus actionibus superfluum est, transmittit ad viam generationis, & fit semen, quod est superfluitas quartæ digestionis. Modo quæro de illo superfluo : quia aut tantum de illo sit decisio, vel non tantum de illo. Si tantum de illo : sed illud nunquam fuit corpus generantis, nec pars corporis : quia in fine quartæ digestionis primò conuertitur in corpus si est necessarium, vel transmittitur in generationem si est superfluum : ergo si tantum de illo est propagatio, non est essentialis propagatio : quia nec anima de anima, nec corpus de corpore. Item superfluum nunquam fuit vnitum massæ corruptæ, ex cuius coniunctione contrahitur originale : ergo ille generator prius non habuit originale. Item secundum hoc nihil elicit in Christo quod secundum esse fuit in Adam : ergo non descendit ab Adam secundum corpulentam substantiam, quod expresse est contra Augustinum. Item si dicatur ab ipso descendisse, non quod aliquid sui fuerit in ipso secundum esse, sed tantum secundum originem animæ vegetabilis & nutritiua quæ est in potentia in semine : ergo potius deberet dici descendisse à prima planta, vel à primo animali : in quo primam habuit originem anima nutritiua vel vegetabilis. Item cum anima vegetabilis & sensitiva vna substantia sint cum rationali in homine, & illa nullam habuit originem ab Adam : ergo nec secundum animam vegetatiuam & nutritiuam illo modo dicitur Dominus descendisse ad Adam. Si diceretur, quod in semine est virtus animæ vegetabilis, & non in anima : hoc nihil est : virtus enim non est sine substantia cuius est virtus. Item ponamus, quod homo tantum comedit hominem, & inde fiat propagatio. Quæritur, in quo resurget caro comesti, siue in generante, siue in propagato, siue in comesto ? Si in propagato : ergo nihil habet comestus in quo resurget. Si autem resurget in comesto : ergo nihil propagatus habet in quo resurget, cum non acceperit corpus nisi de comesto : ergo de necessitate oporteret, quod non resurget nisi vnus homo, vel quod propagatio non fieret de nutrimento : ergo non tantum de semine quod est vltimum quartæ digestionis. Et idè ex hac positione sequi videtur, quod non sit essentialis propagatio. Si autem in generante : ergo nihil habet comestus in quo resurget. Item sequitur, quod non sit peccati originalis contractio. Item quod Dominus non descenderit secundum corpulentam substantiam ab Adam. Item quod non sit omnium rerum necessaria resurrectio. Item Damasc. Ex patris beneplacito & cooperatione Spiritus sancti tribuit creatori creati, & plasmatori plasmari, & Filio Dei & Deo incarnati & humanari ex castis & non coinquinatis eius carnibus & sanguinibus, primæ matris explens debitum. Ecce expresse dicit, quod ex carnibus & sanguinibus : non igitur tantum ex sanguine beatæ Virginis.




QVÆSTIO CCVII.

POST HÆC quæritur de modo concipiendi. Et videtur, quod fuerit creatio. Dominus non est feminans, sed per Spiritum sanctum creans: ergo fuit creatio.

2. Item, Cum duplex sit principium, mouens scilicet & murans, & mutatio & creatio sit opus solius primi, & illud quod immediatè exit à primo principio, est creatio: sed conceptio ista immediatè fuit à Deo: ergo fuit creatio.

3. Item, Quidquid sit subitò, non est motus, sed creatio, vel mutatio: sed ista conceptio facta fuit subitò: ergo fuit creatio.

4. Item Ierem. 31. Nouum creauit Deus super terram, Mulier circumdabit virum: sed illa conceptio fuit circumdatio: ergo conceptio fuit creatio: ergo &c.




QVÆSTIO CCVIII.

IN VITA hoc quæritur, vtrum hæc conceptio fuerit immediatè à virtute creata vel increata? Et videtur, quod à creata: quia dicit Damascenus, quod Spiritus sanctus descendit in ipsam, dans ei virtutem suscepiuam simul & generatiuam: sed generatiua est quæ actiue generat: ergo videtur, quod immediatè sit generatus à virtute beatissimæ Virginis.

Præterea quæritur, quid sit dare virtutem generatiuam ad actum in ipsa? Aut enim hoc est quia ipsa sola habuerit ad hoc virtutem generatiuam: & sic sequitur, quod prius sit genitus à virtute creata simpliciter. Aut hoc est ex virtute Spiritus sancti & virtute generatiua beatæ Virginis simul conceptum efficiere: & sic videtur esse commixtio virtutum, quod est hæresis: ergo non dedit ei virtutem generatiuam. Item si data fuerit ei virtus generatiua: ergo actus non est miraculosus: si enim exco dantur oculi, non est miraculum si postea videat.

CONTRA hoc obicitur. Coniungere ea quæ sunt infinitè distant, est virtutis & potentie infinitæ: eiusdem autem virtutis est operari conceptionem & vnionem quæ simul sunt in vno: sed in vnione Dei & hominis substantie infinitè distant sunt coniunctæ: ergo hoc fuit à virtute infinita: ergo non fuit virtus creata: nulla enim creatura infinita est.



QVÆSTIO CCIX.

DEINDE quæritur, quanto tempore Dominus fuerit in vtero? Et dicit Aug. in libro de Trinitate, quod nouem mensibus & sex diebus, secundum quod dicitur in Ioan. 2. 46. annis ædificatum est templum hoc. Hoc est contra Ierem. Nouum creauit Deus super terram: Mulier circumdabit virum. Ergo statim in conceptione fuit vit: ergo. 40. dies & ipsi sex dies fuerunt superflui, qui aliis sunt necessarii: ergo prius nasci debuit & minus esse in vtero quam alij.

2. Præterea quæ necessitas fuit, quod corpus in conceptione statim vnitum & formatum fuit cum non sic sit in aliis etiam si non esset peccatum?

3. Item, Vtrumque potuit fieri operatione Spiritus sancti, & quod statim esset perfectum, & quod 40. sex diebus: ergo cum ipse nostram naturam assumpserit, etiam modum assumendi naturalem & communem obseruare debuit.

4. Item, Christus est secundus Adam, vt dicit Apostolus. 1. Corinth. 15. ergo debuit in eadem perfectione esse in qua primus homo Adam fuit in perfectione corporis: ille autem perfectionem corporis non accepit per incrementa.

5. Item Deuteron. 33. Dei perfecta sunt opera: sed illa conceptio fuit immediatè opus Dei: ergo debuit in perfectum corpus terminari.



QVÆSTIO CCX.

POST HÆC quæritur de partu, qualiter fuit egressus ex vtero, cum corpus non transeat per corpus grossum nisi diuidendo: Ad hoc quidam dixerunt, quod Dominus diuisim & successiue assumpsit quatuor partes corporis, scilicet subtilitatem in egressione de vtero, agilitatem ambulando super aquas, claritatem in transfiguratione, impassibilitatem in cœna. Sed contra: De veritate nature ipse habuit corpus grossum & materiale sicut competit nature nostre nascenti: ergo si nascendo aliud assumpsit, hoc fuit factitatis & fictionis.

2. Item, Secundum hoc egressio de vtero non fuit miraculosa, sicut post resurrectionem non fuit miraculosum, quod intravit ianuis clausis, quando habuit subtilitatem corporis gloriosi.

3. Item, Dionysius de diuinis nominibus: Ignoramus quomodo ex virginis sanguinibus altera præter naturam lege compositus est, & quomodo sicis pedibus corporale pondus habentibus & materie grauitatem ambulauit humida & instabili substantia: Manifestum est igitur, quod omnia fiebant per miraculum.

QVÆSTIO



QVÆSTIO CCXI.

IN VITA hoc quæritur, vtrum beatissima Virgo in conceptione habuit dolorem, vel aliquam delectationem? Quod dolorem habuit, videtur: quia ibi fuit diuisio & dissolutio continui: ergo dolor.

CONTRA: Quod ibi fuerit delectatio, videtur: quia producere de se simile est naturale: ergo est delectabile.

3. Item, In statu innocentie in conceptione fuisse delectatio.

2. Item, Delectatio illa est naturalis, & non est maiorata per peccatum, sed minorata: ergo maior fuit in statu innocentie quam illa quæ est modo cum libidine: sed illa conceptio est similis illi cum immunitate peccati & libidinis: ergo maior debet esse delectatio sine libidine quam illa quæ est cum libidine.

4. Item, Natura nobilior nobiliores habet operationes & etiam delectationes: sed natura non corrupta est nobilior quam corrupta: ergo etiam nobilior est eius delectatio: ergo & illius etiam quæ illi magis similis.

5. Item, Beatissima Virgo maximam habuit delectationem in essendo mater Dei: ergo in fiendo.



QVÆSTIO CCXII.

IN VARENDO etiam dignum esse videtur, vtrum aliquam grauitatem habuerit beata Virgo in portando? Et videtur, quod sic: grossum & graue additum corpori grosso & graui, necessariò trahit ipsam secundum suam inclinationem deorsum, & sic graui necessariò aliquantulum.

2. Item, Hoc non videtur repugnare beatitudini beatæ Virginis, sed magis est ad meritum, cum graui sit portante: vnde 2. Mach. 2. mater quedam ad memoriam reuocat filio suo, quæ & quanta sustinuit pro ipso in vtero. Videtur igitur, quod beata Virgo debuit grauari in portando.

SIC CONTRA: In statu ante peccatum non fuisse huiusmodi grauitas in portatione: ergo nec in ista portatione cuius conceptio fuit sine peccato.

2. Item, Hoc est purè naturale: ergo non fuit portale.

3. Item, Habere in se & apud se dilectum non est portale, sed delectabile: ergo beata Virgo non habuit grauitatem in portando.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.



QVÆSTIO CCXIII.

POST HÆC quæritur, vtrum habuerit dolorem vel delectationem in pariendo? Et videtur, quod dolorem: quia ex coniunctione quæ facta fuit in conceptione, fuit delectatio: ergo in diuisione quæ facta est in partu, est dolor.

CONTRA: Peperit sine dolore. 1. Item Iza. 66. Antequam parturiret, peperit.

3. Item, Ante partum tantum respiciebatur secundum intellectum & ractum, nunc autem secundum intellectum & omnem sensum: ergo modo maiorata est sua delectatio.

Responsio ad quæstiones 205. 206. &c.

AD PRÆDICTA secundum ordinem soluendo dicimus, quod hæc conceptio est opus Trinitatis, appropriabile tantum Spiritui sancto rationibus assignatis. Patri autem congruit generatio quæ est in identitate substantie: omnis enim pater generat in identitate nature sue, vt Deus Deum, homo hominem. Item generatio temporalis quæuis habeat cum æterna consuetudinem remotam, non tamen propinquam: in ista enim temporalis est differentia eiusdem nature & essentie secundum speciem inter matrem & filium: in æterna autem non est differentia eiusdem nature & essentie inter patrem & filium: vnde hoc non appropriatur Patri, sed Spiritui sancto cuius est donorum distributio. Item non est idem filium dare & incarnationem facere: quia possit filium dare non existentem in carne, vt dicit Augustinus in quarto de Trinitate. Item cum recreatio & glorificatio habeant se adinuicem sicut causa ad causatum, sicut vnus appropriatur Spiritui sancto, ita & reliquam. Item generatum efficiere est dupliciter, per modum efficientis, & per modum materialis. Primum istorum habet rationem patris.

Vnde autem materialiter facta sit ista conceptio, dicimus cum Damasceno, quod non tantum de sanguine, sed & de sanguinibus & carnibus beatissimæ Virginis. Et dicimus, quod duplex est humiditas siue sanguis in corpore. Vna nutrimentalis, quæ venit à cibo: & hæc non est corpus vel corporis pars, sed potest bene vniri & pars fieri, vel transmitti ad generationem corporis alterius. Præter hæc est ibi humiditas substantialis, quæ est actualiter in omnibus membris, & est pars essentialis corporis, vel essentialibus partibus generantibus coniuncta, vel per nutrimentum in corpus conuersa, & illi vnita. Et ex his vtrique sit decisio vel propagatio. Et hoc est quod subtiliter tangit Philosophus in libro de anima, dicens quod humiditas est generationis factiuum. Et hoc duobus modis. Vno modo; quia ex superfluitate ipsius

N in


in vicina d'gestione fit pars seminis & rei generata. Alio modo: quia per alimentum membra suscipiunt completam quantitatem & substantiam: ut possint ex ipsis descendere essentialiorem & veritorem partem seminis & rei generata: alias si nutrimentum tantum esset materia seminis & non factuum, non bene diceret Philosophus factuum, quod dicit potentiam actiuam. Nunc autem est nutrimentum & materia seminis quantum ad maiorem partem ipsius seminis, & est causa efficiens & conficiens membri complementum ad descendendum de se partem seminis essentialiorem & veritorem. Item idem tangit Damascenus, dicendo in vno loco ex sanguinibus, & non ex sanguine: in alio dicit expressè ex purissimis carnibus & sanguinibus. Item tangit Ioan. 1. qui dicit: Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, dicendo sanguinibus pluraliter, & voluntate singulariter. Vnde Philosophus etiam & non Catholicus diceret, quod omnes homines naturaliter fuissent in Adam, & corpus eius continuum fuisset diuisibile in semper diuisibilia, & nunquam fuisset status diuisionis ex parte rei diuisæ: & sic homo comestus habet pro veritate humanæ naturæ illud quod contraxit in sua conceptione à parentibus: reliquum autem quod postmodum sibi per nutrimentum & ante animationem vel post est vnitum, cedit tertio: & sic quilibet habet suam propriam humanæ naturæ veritatem.

Ad aliud dicendum, quod ista conceptio fuit per modum generationis & non creationis. Nec Damasc. dicit hic creans, quamuis, Magister hoc dicat in sententiis: sed dicit non spermatice, non seminaliter, sed conditiuè per Spiritum sanctum. Et alia translatio habet crealiter, quasi diceret, quamuis non sit purè creatio, est tamen ista proprietas & similitudo creationis: quia facta fuit subito & immediate à Deo qui non indiget materia.

Concedimus etiam, quod Dominus fuerit in vtero ducentis. 75. diebus, hoc est, 39. septimanis, & duobus diebus. Et congruentissimum & perfectissimum tempus est, quo secundum ordinem naturæ non errantis nec deficientis, partum congruit esse in vtero post animæ infusionem. Nec debet Dominus concipi perfectione corporali, quod esset contra modum humanæ natiuitatis, sed perfectione spirituali. Sed primo Adæ de terra nato congruebat perfectio corporalis, secundo cælesti Adæ congruebat perfectio spiritualis: & hoc intelligitur per virum cum dicitur, Mulier circumdabit virum. Item sine dotis assumptione exiit clauso vtero supernaturaliter nascendo.

Concepit etiam Virgo beatissima sine dolore, cum summa spiritus delectatione, & etiam cum delectatione summa naturali: sed naturalis fuit ibi materialis, spiritualis verò formalis, sicut ipsa conceptio fuit Spiritu sancto tantum operante, & natura operationem suscipiente. Nec dissolutio continui est dolor, nisi fiat à principio extra agente per violentiam: & hoc non fuit hic. Idem dicimus de partu per omnia.


De portatione dicimus, quod fuit sine grauedine secundum proprietatem status innocentiz: sicut corpus proprium propriè non grauat, sic naturaliter corpus matris & filij ante partum fuit quasi vnum corpus: vnde secundum naturam non est vnum aptum natum alterum grauare.



QVÆSTIO CCIV.

QUÆSTIO CCIV. OST HÆC queritur de hoc quod dicit, in vtero? Et videtur superfluum esse: omnis enim concipiens concipit in vtero.

AD HOC dicimus, quod hoc est privilegium istius solius conceptionis: omnes enim alia concipiunt in vtero, ista sola concipit in vtero: quia concepit virgo.



QVÆSTIO CCV.

QUÆSTIO CCV. OST HÆC queritur de nomine de quo subiungitur, Et vocabis nomen eius Iesum. Queritur igitur, vtrum verbum incarnatum habeat vnum solum nomen? Et videtur, quod sic: vnus enim indiuidui debet esse vnum nomen.

1 Item, Vnum sufficit ipsum indiuiduum determinare ab aliis.

2 Item, Vnum est significatum.

CONTRA: Inferius dicitur, Filius Altissimi vocabitur.

1 Item Isa. 7. Vocabitur nomen eius Emanuel.

2 Item, Cum hic annuntietur diuinæ & humanæ naturæ vnio, & hoc intelligitur per Emanuel, hic potius deberet poni illud nomen.

3 Item, De eodem est annuntiatio, de quo fuit prophetizatio: sed illa fuit sub hoc nomine, Emanuel: ergo & hic deberet poni.

4 Item Isa. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, &c. Ergo habuit multa nomina.

5 Item, Voca nomen eius, Accelera spolia detrahere: Festina prædari.

6 Item, Omnia nomina conueniunt tribus personis: ergo non sunt propria Verbi incarnati.

7 Item, Nullum commune est proprium: sed fortis, admirabilis & huiusmodi non sunt propria, sed communia.

8 Item, Messias fuit promissus: hic autem est Christus: ergo hic debuit vocari Christus.

QVÆSTIO



QVÆSTIO CCXVI.

QUÆSTIO CCXVI. OST HÆC queritur, quis imposuerit illud nomen? Et videtur, quod Ioseph. Matth. 1. Ioseph fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Et infra: Et vocabis nomen eius IESVM. Ergo Ioseph imposuit.


1 Item Luc. 2. Vocatum est nomen eius IESVS, quod vocatum est ab Angelo antequam in vtero conciperetur: ergo Angelus imposuit.

2 Item, Hic dicitur, quod beatissima Virgo filio suo nomen imposuit.

3 Item, Ad ipsam pertinebat: quia ipsa sola inter homines ius ad eum habebat.

4 Item, Ipsa plene sola ipsum tunc cognouit, & optime proprietates eius sciuit.

5 Item, Significatio est per institutionem: sed est vna significatio: ergo vna debet esse institutio.




QVÆSTIO CCXVII.

QUÆSTIO CCXVII. OST HÆC queritur, quando institutum fuerit illud nomen? Et videtur, quod ab æterno. Luc. 2. Antequam in vtero conciperetur.

1 Item Matth. 1. Vocabis nomen eius IESVM. Glossa: Non imponens quod ab æterno impositum est. Item Glossa: Non deuit tam gloriosum nomen prius ab hominibus appellari, sed excellentiori natura, ne homo videatur machinator huius nominis. Item alia Glossa: Sicut à Christo Christiani, sic & in vtrâque nostra circumcissione à IESV, id est, à saluatore saluari vocamur. Quod nomen non solum antequam concipiamur in vtero Ecclesiæ per fidem, sed etiam ante tempora secularia à Deo nobis vocatum est.

CONTRA. Luc. 2. Postquam impleti sunt dies, &c.

1 Item, Domina imposuit vel Ioseph: ergo in tempore.



QVÆSTIO CCXVIII.

QUÆSTIO CCXVIII. OST HÆC queritur, cui conueniat illud nomen? Et videtur, quod tribus personis. Patet enim & Filius & Spiritus sanctus saluare à peccatis: ergo saluator: ergo IESVS.

1 Item, Opera Trinitatis sunt indiuisa.

2 Item, Est æternum, & non est personale: ergo conuenit tribus.

3 Item, Commorat effectum: ergo conuenit tribus.

D. Alb. Mag. Quæst. super Missus.

CONTRA: Illud est proprium nomen Verbi incarnati: ergo non conuenit Trinitati.

Responsio ad quæstiones 215. 216. &c.

AD HÆC soluendo dicimus, quod quamuis vnum proprium nomen non est plurimum, tamen vnus possunt esse plura propria, ut risibile & susceptibile disciplina hominis: vnde cum Verbum incarnatum habeat plures proprietates sibi soli conuenientes, & nulli alteri vel alij personæ, potest à qualibet istarum demominari: vnde omnia prædicta nomina conueniunt ei ratione diuersarum proprietatum. Cum autem ab vltimo & ab optimo vnumquodque habet denominari: finis autem est vltimum in vnoquoque: ergo debet vnumquodque propriissimè denominari à fine. Cum igitur finis incarnationis sit saluatio humani generis, Verbum Dei incarnatum, vel Filius Dei incarnatus rectè vocatus est IESVS. Sic igitur quamuis saluatio à culpa sit communis tribus personis, tamen redemptio per passionem propria est Filij incarnati: secundum hoc Filius solus sanguine suo saluum fecit populum suum à peccatis: vnde ipse solus IESVS dicitur quasi saluator. Item quamuis & mirabilitas & fortitudo in se communia sunt, tamen mirabilitas natiuitatis de Virgine, & fortitudo in morte, non sunt communia tribus personis, sed propria Filij incarnati.

Item, Nomen illud imposuit Deus, Angelus, & Domina omnium, & Ioseph: Deus rem nominis præstando, Angelus prædicando, Domina imperando, Ioseph exequendo.

Ex hoc patet quando impositum fuit, scilicet à Deo æternaliter, ab Angelo in annuntiatione, à Domina & Ioseph in circumcissione.

Ex his igitur patet eni conueniat hoc nomen IESVS. Si autem queritur de coniunctione istorum nominum, IESVS CHRISTVS. Dicimus, quod nominat vnâ personam à duabus naturis, scilicet secundum humanitatem iunctam diuinitati, secundum diuinitatem coniunctam humanitati.



QVÆSTIO CCXIX.

QUÆSTIO CCXIX. OST HÆC queritur de eo quod hic subiungitur: Hic erit magnus. Queritur igitur, vtrum Dominus per incarnationem suam factus sit parvus vel magnus? Et videtur, quod parvus: vnde Psal. Ministi eum paulominus ab Angelis. Sed prius multo maior fuit Angelis.

1 Item Apostolus ad Hebr. 2. Nunc autem qui modico ab Angelis minoratus est, videmus IESVM, propter passionem mortis gloria & honore coronatum.

N 2 ; Item

3 Item Philip. 2. Exinanit se semetipsum, formam serui accipiens.

4 Item Isa. 9. Parvulus natus est nobis.

Hamil: in per sig.

5 Item Bernardus: Quare erit & non potius est magnus, qui semper æqualiter magnus, non habet quo crescat, nec maior post conceptum futurus sit, quam ante vel sit, vel fuerit?

6 Item, Duplex est magnitudo, molis, & virtutis. De magnitudine molis nihil ad propositum: quia illa est indifferens iuxta quod 1. Reg. 16. dicitur, Non respicias vultum eius, nec altitudinem stature eius: quoniam abiecti eum. Magnitudo autem virtutis nulla accessit Deo per incarnationem: quidquid enim homo potest, Deus potest & plus: ergo quidquid potuit modo, potuit & prius: ergo non est magnus factus.

CONTRA: Magnificat anima mea Dominum. Ergo ipsa magnificavit eum: ergo ipse est magnificatus. Vnde in figura. 3. Reg. 10. Magnificatus est rex Salomon super omnes reges terræ diuitiis, & gloria, & sapientia: & vniuersa terra desiderabat videre vultum eius.

2 Item Bernardus: Erit magnus: quia magnificabit eum Deus in conspectu regum, adeo ut adorent eum omnes reges, omnes gentes seruiant ei.

3 Item, Augmentum est præexistentis quantitatis additamentum: ipse autem manens quod erat, assumpsit quod non erat: ergo magnificatus.


4 Item, Tale additum tali facit magis tale: sed diuinitas est bonum, & humanitas est bonum: ergo additum alteri erit magis bonum.

AD HÆC soluendo dicimus, quod Dominus IESVS CHRISTVS in incarnatione factus est magnus & paruus: quia factus est Deus & homo: magnus in quantum Deus, paruus in quantum homo respectu diuinitatis: ergo vna & eadem persona magnificata & paruificata est: magnificentia hæc à deitate, paruitas autem siue exinanitio ab humanitate. Quod autem persona potest magnificari, hoc habet ab humanitate: quia diuina natura non habet quo crescat. Quod autem persona dicitur exinaniri, hoc habet ratione diuinitatis. Est autem paruificatio siue exinanitio non nature diminutio in aliquo, sed cum inferiori vno: sic & magnificatio non est nature extra metam propriam eleuatio, sed cum summa natura personalis coniunctio.

Erit itaque magnus nobilitate, dignitate, virtute, potestate, famositate, utilitate, nouitate. De magnitudine nobilitatis Bernard. Annon magnus, cuius magnitudinis non est finis? Et quis magnus sicut Deus noster? Planè magnus, qui tam magnus quam altissimus. Et infra: Altissimus enim Deus pater quamuis omnipotens sit, non potuit tamen vel æqualem sibi condere creaturam, vel inæqualem gignere filium. Fecit itaque Angelum magnum: sed non quantum ipse: & idè nec altissimum. Solum autem vnigenitum quem non fecit, sed genuit omnipotens omnipotentem,

altissimus altissimum, æternus coæternum, ipsum sibi per omnia comparari, nec rapinam æstimat, nec iniuriam. De magnitudine dignitatis siue auctoritatis, idem Bernardus: Erit enim magnus: quia magnificabit eum Dominus, vt supra. De magnitudine autem potestatis, Bernardus: Magnificet anima tua Dominum: quia hic erit magnus & magna faciet tibi, qui potens est, & sanctum nomen eius. Item potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur ab eo. Dan. 7. De magnitudine autem virtutis & dignitatis simul Apocal. 19. Habens in vestimento & in femore scriptum: Rex regum & Dominus dominantium. Item Apocal. 5. Vicit leo de tribu Iuda. De magnitudine famæ: Magnus dominus & laudabilis nimis. Item à solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini. De magnitudine utilitatis, Bernardus: Magnificetur & à nobis paruulis magnus Dominus, quos vt faceret magnos, factus est paruulus. Paruulus, ait, natus est nobis. Nobis, inquam, non Angelis: quia cum magnum haberent, paruulum non requirebant. Nobis ergo natus, nobis & datus, quia nobis necessarius. Iam de nobis nato & dato & facimus ad quod natus est & datus, vtamur nostro in nostram utilitatem, de saluatore salutem operemur. De magnitudine nouitatis Ierem. 31. Nouum creauit Deus super terram: Mulier circumdabit virum. Et Dionysius: Quod est omnium nouorum nouissimum. Magnus, inquam, erit secundum omnem modum. Magnus secundum substantiam: quia Deus. Magnus secundum quantitatem: quia omnipotens. Magnus secundum qualitatem: quia summè bonus Deus. Magnus secundum relationem: quia Filius Dei. Magnus secundum quando: quia æternus. Magnus secundum vbi: quia vbique est. Magnus secundum situm vel positionem: quia cælum sibi sedes est, & terra scabellum pedum suorum, & sedet super Cherubin, & ambulat super pennas ventorum, sedet ad dexteram Patris, & astat nunc vultui eius pro nobis. Magnus secundum habitum: quia vestimenta eius sunt candida super niuem, qualia fullo non potest facere super terram: quia fortitudo & decor indumentum eius: indutus enim decore præcinxit se virtute, concidit saccum suum, & circumdedit se lætitia. Magnus quoque est in magnitudine actionis, vt in principio creauit Deus cælum & terram, &c. id est, filium quem genuit, in quo omnia creauit, recreauit, iustificauit, glorificauit. Vnde generatio & generatio laudabit opera. Item opera fecit, quæ nullus alius fecit: & opera quæ ipse fecit, testimonium perhibent ei, quia magnus Filius magni Dei. Magnus quoque in passione: ipse enim nouissimus virorum, vir dolorum, & non fuit dolor similis dolori eius. Sic igitur pater qualiter paruus ille per omnem modum magnificatus est. Est autem magnus iste paruificatus. Vnde Bernardus: Ecce paruulus in medio statuitur. O paruulus paruulis desideratus. O verè paruulus, sed malicia non sapientia. Studeamus effici sicut paruulus iste, discamus ab ipso quia mitis est & humilis corde:

corde: ne magnus videlicet Deus sine causa factus sit homo paruus, ne gratis homo mortuus, ne in vacuum crucifixus. Pater igitur qualiter paruulus iste paruus est & magnus, leo & agnus, leo de tribu Iuda, & agnus qui tollit peccata mundi.



QVÆSTIO CCXX.

OST HÆC queritur de eo quod sequitur, Et Filius Altissimi vocabitur, ad quid addatur, cum supra dictum sit, Et vocabitur nomen eius IESVS, & qualiter differat hæc vocatio ab illa? Item filius Altissimi est commune omni homini, iuxta illud Psal. Filij Excellsi omnes. Et illud, Pater noster qui es in cælis. Et illud, Eris filius Altissimi obediens. Item Altissimus est Deus trinitas. Ergo ipse erit filius Dei trinitatis: ergo filius Spiritus sancti, & filius filij.

AD HÆC dicitur, quod differat hæc vocatio ab illa, & hæc filiaro ab alij: hæc enim filiaro est per æternam filiationem: alij autem per adoptionem. Superius posita vocatio notat proprii nominis impositionem: hæc autem non solum propriam nominationem, sed etiam rei nominis & diuinae nature per opera declarationem. Ipse itaque vocabitur æterna nominatione, scriptæ attestacione, Ioannis prophetizatione, operum probatione, Patris declaratione, columbe assensione, Petri confessione, demonum susceptione, doctrine singularitate: quia dicitur Ioan. 7. nunquam sic locutus est homo: Glossa: Quia Deus & homo, cuius erat sermo in potestate, & non sicut Scribarum & Phariseorum. Omnibus ergo his modis vocabitur ab hominibus filius Altissimi, vnigenitus in esse nature: vnigenitus in donis gratiæ, summus in esse gloriæ: vnde in essentia cum Patre est à Patre æterna generatione, vnum principium in communi spiracione.



QVÆSTIO CCXXI.

OST HÆC queritur de eo quod subditur: Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius. Queritur ergo, vtrum per sedem David intelligatur regnum temporale, vel spirituale? Si corporale, illud nunquam habuit, imò à matris eum regem facere volentibus fuit, & ante Pilatum protestans fuit. Regnum meum non est de hoc mundo. Si autem intelligatur per hoc spirituale, illud semper habuit.

Ioan. 6. Ioan. 18.

Item Luc. 1. Dabit illi Dominus sedem David patris. Glossa: In presenti vita corda inhabitans, regnabit in futuro de exilio ad gloriam vocans. Sed Christus homo regnum spirituale nunquam habuit, in quantum Deus semper habuit: ergo illi nunquam datum fuit.

D. Alb. Mag. super Missus. Quæst.


2 Item, Quando natus fuit, tunc rexi fuit: ergo nascendo vel per natiuitatem non accepit.

4 Item, Dissimulans per genus propinquius diffinit: regnum Iudæorum propinquius fuit Domino nostro IESVS CHRISTO: vnde potius, ipse debuit: Sedem Iosæ patris eius, rationem cum Iosias in pluribus figurauerit Deum nostrum IESVM CHRISTVM.

5 Item, Regnum David fuit in sanguinis effusione: propter quod dicitur ei. 2. Reg. 7. Nunquid ædificabis mihi domum? Glossa: Non: quia vir sanguinum es. Et 3. Reg. 5. Non poterat ædificare domum nomini Dei sui propter bella imminencia in circuitu. Regnum autem Salomonis fuit pacificum, sicut ibidem subiungitur. Nunc autem requiem dedit mihi Deus per circuitum, & non est sathan nec occurus malus. Si ergo regnum David est in sanguinis effusione, regnum vero Salomonis in pace, tunc similis fuit regnum Salomonis regno Christi, qui non regnat nisi in pace: regnum enim suum intra nos est, & iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto: quia in pace factus est locus eius: & non est ipse Deus dissensionis, sed pacis, qui est pater futuri seculi, princeps pacis: ergo expressus & potius figuratur regnum eius per regnum Salomonis, quam per regnum David.

6 Item, Nomine & re & regimine videtur Salomon expressius Deum figurasse quam David. Nomine: quia pacificus interpretatur. Christus autem pacem fecit ei qui longe est: & qui propè est. Re. 3. Reg. 10. Magnificatus est rex Salomon diuitiis & sapientia super omnes reges vniuersæ terræ: & vniuersa terra desiderabat videre vultum eius. Hæc autem propriissime conueniunt Christo: quia virtus & sapientia est Patris, in quo sunt omnes thesauri absconditi sapientiæ & scientiæ Dei. Speciosus forma præ filiis hominum, in quem desiderant etiam Angeli prospicere. Regimine: quia non fuit sathan, nec occurus malus, sicut dictum est, in regno suo. Item in opere Dominum figurauit: ipse enim domum Domino ædificauit. 3. Reg. 8. Edificans ædificauit domum in habitaculum suum. Et Christus vera sapientia ædificauit sibi domum, & excidit sibi columnas septem. 1. Cor. 3. Item diuina electione videtur Dominum figurare: quia de eo iuxta litteram scriptum est, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Quod verè & proprie solummodo conuenit Domino IESVS CHRISTO. Nec obstat, quod Salomon 3. Reg. 11. alienigenas vxores sibi duxit & copulauit, cum etiam Christum in hoc figurauit, qui zelotipia animatum quasi extra se raptus, animas peccatrices sibi in misericordia & misericordibus desponsauit. Quod autem malum factum, potuit bonum figurare, pater per Glossam 2. Reg. 11. super historia adulterij & interfectionis Vriæ. Item Cantic. 3. Videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua. Glossa: Virgo Maria.

Item per regem Salomonem intelligitur rex Christus: ergo & sua sedes debuit dici sedes Salomonis.



QUÆSTIO CXXII.

DOST HÆC quæritur de eo quod sequitur: Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Si enim sedet super sedem David: ergo & regnat in domo David: nihil enim esset dictum, Dabo ei sedem regis Teuthoniz, & regnabit in domo regis Franciz.

1 Item, Si intelligatur, quod regnaturus sit utrobique: ergo regnum Iacob debuit præfuisse.

2 Item, Non potest de diuersis regnis intelligi: quia regnum David non fuit nisi in domo Iacob, id est, in Iudæis.


3 Item, Cum Dominus, regnet spiritualiter, non solum super eos qui sunt in domo Iacob, sed super totam Ecclesiam, debuisse dixisse, In domo Adæ vel Abel, à quorum altero Ecclesia incepit.

4 Item, Si intelligatur de regno spirituali, quo spiritualiter regnauit super populum peculiarem, scilicet Ecclesiam Iudæorum, tunc debuisse dixisse, In domo Abraham, unde disseminatio istius populi facta est per Isaac, iuxta illud Genes. 21. In Isaac vocabitur tibi semen. Ergo debuit dicere, In domo Isaac.

5 Item, Si voluit dominari à primo rege Israel, hic fuit Saul: ergo debuisse dixisse, In domo Saul.

6 Item, Cum David non habuerit spirituales sedem, quomodo regnum spirituale dicitur sedes David?

7 Item, Quidquid est æternum, illius non erit finis: ergo alterum eorum erit superfluum.



QUÆSTIO CCXXIII.

IUXTA prædicta quæritur, utrum sit rex Angelorum & Ecclesie triumphantis: Et videtur, quod sic. Homo est dignissima omnium creaturatum: ergo dignissimus inter omnes homines erit omnium creaturatum dignissima: ergo rex.

1 Item, Mater sua est regina Angelorum: ergo ipse Angelorum rex.

2 Item, Mater sua exaltata est super choros Angelorum, ut dicit Hieron. quod sibi soli conuenit, & matri & filio: ergo ipsa regina & ipse rex Angelorum.

3 Item, Charitas ordinat statum patriæ: sed Dominus improprietate habuit charitatem super Seraphim: ergo & statum: ergo & rex Angelorum.

4 Item, Matth. 10. Accesserunt Angeli, & ministrabant ei.

5 Item, Ipse est in quem desiderant Angeli prospicere.

6 Item, Apocalyp. 9. & 22. Conferuus tuus sum & fratrum tuorum, dicit Angelus ad Ioannem.

7 Item, Apocalyp. 4. Viginti quatuor seniores mittunt coronas suas ante pedes sedentis in throno: quia omnes sancti consentunt, quod per humanitatem Christi coronati sunt.

8 Item, Filij resurrectionis æquales erunt Angelis: sed ipse est illorum rex: ergo & Angelorum: ipse enim est primogenitus mortuorum & princeps regum. Apoc. 1.

9 Item, Luc. 19. Homo quidam abiit in regionem longinquam accipere tibi regnum & reuertit. Ergo Christus accepit regnum Ecclesie triumphantis.

10 Item, Isidorus: Trinitas sibi soli nota est & homini assumpto.

11 Item, Anima Christi sciuit omnia, quæ Deus: ergo ipse superior Angelorum in cognitione: ergo & in dilectione.

12 Item, Dionysius dicit in Ecclesiastica hierarchia, cap. 5. Lex quidem hæc est diuinitatis sacratissima per prima secunda ad diuinitatem suam reducere lucem. Et sic per superiora reguntur inferiora: ergo ipse rex est Angelorum.

13 Item, Habet in vestimento & in femore scriptum, Rex regum, & Dominus dominantium. Item Dionysius in cælesti hierarchia: Quasdam illarum (cælestes essentias) introducunt à prioribus sacre eruditas, Dominum esse cælestium virtutum & regem gloriæ in cælos humanitus receptum. Quasdam verò apud ipsum IESVM quærentes, & pro nobis suæ diuinæ actionis scientiam discentes, & eas ipsum IESVM immediatè docentem, & prælargiens eis manifestantem suam humanam benignitatem. Ego, inquit, discepto iustitiam & iudicium salutaris. Ex his patet, quod Angeli illuminantur & perficiuntur in quibusdam immediatè à Domino nostro IESV CHRISTO in quantum homo: ergo in quantum homo est rex Angelorum.

CONTRA: Cælestis hierarchia est supra humanam: ergo infimus de cælesti est super supremum de humana: sed inferiora non regunt superiora: ergo nullus homo potest esse rex Angelorum.

1 Item, Simile est simplicum simplico & optimum optimo: sed Angelus est superior & melior homine: ergo optimus Angelus optimo homine.

2 Item, Dionysius: Regnum est omnis finis & ornatus & legis & ordinis distributio. Sed Christus in quantum homo non distribuit Angelis fines & ornatus & legem. Ergo non est rex eorum in quantum homo.

3 Item, Psal. Minuisti eum paulominus, ab Angelis. Ergo non est rex Angelorum.

4 Item, Christus aut est superior Angelis in quantum homo, aut non. Si non: ergo non est rex Angelorum. Si sic & in quantum homo: ergo omnis homo, quod est falsum.

5 Item, Rex debet esse eiusdem naturæ cum

cum eis quorum est rex, & è conuerso: alius enim non ponetur rex auium, nec aquila rex animalium gressibilium: sed Christus homo non est eiusdem naturæ cum Angelis: ergo in quantum homo non est rex Angelorum.

6 Item, In Angelis non est propriè lex: ergo non est rex.

7 Item, Anima est substantia intellectualis illuminationum à primo vltima delatione recipiens: ergo Angelus prior: ergo naturaliter superior anima: & anima est supremum hominis: ergo superior omni homine: ergo non est rex Angelorum.

8 Item, Spiritus vnibilis corpori, propinquior est quam non vnibilis: & spiritus non vnibilis, propinquior est spiritui increato quam vnibilis: ergo spiritus Angelicus propinquior est Deo quam humanus: ergo nobilior & melior: ergo homo non potest esse rex Angelorum.

9 Item, Luc. 22. Astitit Angelus de cælo confortans eum. Item Dionysius in cælesti hierarchia: Video enim, quod & ipse IESVS supercælestium essentiarum superessentialis essentia, ad id quod secundum nos immutabiliter veniens, non resilit à se ordinata & assumpta humana ordinatione, sed obediens subditur Patri & Dei per Angelos dispositionibus, & per medios ipsos nuntiat Ioseph à Patre disposita Filij ad Egyptum recessio, & item ad Iudæam ex Egypto transductio, & per Angelos ipsum videmus sub Patris legislationibus ordinatum. In eo enim dicere ut scienti nostris sacerdotibus traditionibus expressa, & de Angelo ipsum IESVM confortante. Ex his autem omnibus videtur, quod Dominus noster IESVS CHRISTVS in quantum homo sit sub Angelis: ergo non est rex Angelorum.

Responsio ad quæstiones 121. 122. & 123.

AD HÆC soluendo dicimus, quod de Domino IESV CHRISTO est quadruplex modus loquendi. Primò de ipsa hypostasi siue persona, & secundum hoc est rex omnium Angelorum. Secundò de natura, id est, de persona ratione diuinæ naturæ, & sic est adhuc superior omni Angelo. Tertiò de persona ratione humanæ naturæ: sed hoc potest esse dupliciter, vel secundum quod ipsa est in vnione cum diuina, & sic est superior omni Angelo: vel secundum quod in se circumscripta diuinitate consideratur, & sic est inferior omni Angelo: & sic loquitur Damascenus, ubi ait, quod ignorantem & seruilem naturam assumpsit. Tribus ergo modis est superior omni Angelo. Quarto modo est inferior omni Angelo.

Ad ea quæ obiecta sunt de sede & folio & regno David, dicimus, quod ibi accipitur signum pro signato. Per regnum autem David temporale figuratur regnum Christi

spirituale. Dabit ergo illi sedem regni sacerdotij, magisterij, iudicij, conuiuij David: propter carnis propagationem, diuinam electionem, humilium exaltationem, hostium deiectionem, sanguinis effusionem, diuini cultus augmentationem, spirituales præfigurationem, specialem promissionem, operum incitationem, virtutum similitudinem, charitatis magnitudinem. Et regnabit miseris miserando, malos extirpando, bonos exaltando, omnibus imperando, hostes subiugando, curias celebrando, iura promulgando, regnum dilatando. Regnabit autem per gratiam & gloriam in domo, per charitatem & vnitatem hospitis, idem tatem cibi, & vestitus communitatem, operum conformitatem. In domo Iacob, inquam, qui imitabitur Iacob peregrinantem, seruientem, contrahentem, fugientem, repatriantem. Dicimus enim, quod regnum Christi figuratum fuit in regno David & in regno Salomonis. Sed regnum David significat regnum Christi præfens super militantem Ecclesiam, quæ est in bello contra vitia, & cum effusione sanguinis, & castigatione corporis, & crucifixione carnis cum vitiis & concupiscentiis. Regnum autem Salomonis figurat regnum triumphantis Ecclesie, quæ est in visione pacis, ubi non auditur malleus nec securis, sicut dicitur de templo quod ædificauit Salomon. 3. Reg. 6. Sed sedet ibi populus Domini in pulchritudine pacis, in tabernaculo fiducie, in regnie opulenta. Isa. 32. Vnde sedes David appellatur hic regnum per gratiam in presenti, per domum Iacob intelligitur regnum gloriæ in futuro: vnde potissimè ponitur ibi Iacob qui charitatem signat, iuxta illud, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, id est, fides spes, spes verò charitatem. Vnde non est domus Adæ: quia non est ibi terrena, sed cælestis conuersatio. Non Abraham vel Isaac: quia fides & spes quacuabuntur: sola autem charitas nunquam excidet: vnde regnabit in domo Iacob in æternum. Vnde Bernardus: Denique quid magnum promittitur ei qui sedet super Cherubin, quem Propheta vidit Isa. 6. sedentem super solium excelsum & eleuatum sedere in throno David patris sui? Sed nouimus quandam aliam Ierusalem ab ea quæ nunc est, in qua regnauit David, significatam, multò ista nobilior, multò ditior. Hanc igitur pato hic fuisse significatam, illo videlicet vsu loquendi, quo sæpè reperis in Scripturis significans poni pro significato. Tunc sanè dedit illi Deus sedem David patris sui, quando constitutus est rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Sed hic Propheta de quo regno dixerat, expressius aperuisse videtur in eo quod non in Sion posuit, sed super Sion. Nam idèd fortassis dictum est super Sion: quia in Sion quidem regnauit David, super Sion verò regnum est illius, de quo dictum est ad David, De psal. 132. fructu ventris tui ponam super sedem tuam. De quo & dictum est per alium Prophetam, Isa. 9.

Super solium David & super regnum eius sedebit. Vides quia ubique reperis super: Super Sion, super sedem, super solium, super regnum. Dabit ergo ei Dominus Deus sedem David patris sui, non typicam, sed veram, non temporalem, sed æternam, non terrenam, sed celestem. Quæ idcirco (vt iam dictum est) memoratur fuisse David: quia hæc in qua temporaliter sedet, æternæ illius gerebat imaginem. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Hic quoque si domum Iacob temporalem accipimus, quomodo in illa quæ æterna non est, in æternum regnaturus est? Quærenda est ergo domus æterna Iacob, in qua regnet in æternum, cuius regni non erit finis. Annon denique domus illa Iacob exasperans impiè abnegavit eum, & insipienter respuit ante faciem Filii, quando illo perhibente, Regem vestram crucifigam? vno ore respondendo clamavit, Non habemus regem nisi Cæsarem: Requirit itaque Apostolum, & discernet tibi eum qui in occulto Iudæus est, ab illo qui est in manifesto: & quæ in spiritu est circumcissionem, ab ea quæ sit in carne, & spiritualem Israël à carnali, & Filios Dei Abraham à filiis carnis. Non enim, inquit, omnes qui ex Israël, hi sunt Israël: neque qui semen sunt Abraham, hi filij. Sequere ergo & dic: Similiter non omnes qui ex Iacob, hi reputandi sunt in domo Iacob. Iacob quippe ipse est qui Israël. Solos igitur qui in fide Iacob perfecti inuenti sunt, reputa in domo Iacob, vel potius ipsos noueris fore spiritualem & æternam domum Iacob, in qua regnabit Dominus IESVS in æternum. Quis ex nobis est qui iuxta interpretationem nominis Iacob, supplantet diabolus de corde suo, luctetur cum vitiis & concupiscentiis suis, vt non regnet peccatum in suo mortali corpore, sed regnet in eo IESVS, & nunc quidem per gratiam, & in æternum per gloriam? Beati in quibus IESVS regnabit in æternum: quia & ipsi cum eo regnabunt, & regni eius non erit finis. O quam gloriosum est illud regnum, in quo reges congregati sunt, conuenerunt in vnum, ad laudandum scilicet & glorificandum eum, qui super omnes est Rex regum, & Dominus dominantium, de cuius splendidissima contemplatione fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum! O si & mei peccatoris meminerit IESVS in beneplacito populi sui, cum venerit in regnum suum! O si me in illa die quando traditurus est regnum Deo & patri, visitare dignabitur in salutari suo, ad videndum scilicet in bonitate electorum suorum, ad laudandum in lætitia gentis suæ, vt laudetur etiam à me cum hereditate sua! Veni interim Domine IESVS, aufer scandala de regno tuo quod est anima mea, vt regnes tu (qui debes) in ea. Venit enim auaritia & vendit in me sibi sedem, iactantia cupit dominari mihi, superbia vult mihi esse rex: luxuria dicit, ego regnabo: ambitio, iactantia, inuidia, & iracundia certant in me ipso de me ipso. Quis ego pot-

1. Iam 19.
Rom. 1.

Col. 2.

Rom. 9.

Matth. 19.

tissimum esse videar. Ego autem quantum valeo resisto, renitor quantum iuuor, Dominum meum IESVM reclamo, ipsi me defendo, quia ipse me iuris cognosco. Ipsum mihi Dominum teneo & dico, Non habeo regem nisi ipsum Dominum IESVM. Veni ergo Domine, disperge illos in virtute tua, & regnabis in me. Quia tu es ipse rex meus, & Deus meus.

QVÆSTIO CCXXIV.

POST HÆC quæritur de illo quod sequitur: Quomodo fiet istud? Et videtur, quod potius dixerit dubitando: annuntiatio enim Isaac fuit figura istius annuntiationis: sed ibi Sara risit & dubitauit: ergo videtur, quod similiter debet esse in figurato.

2. Item, Abraham dixit, Vtinam Ismael *Genes. 17.* uiuat coram te. Ergo videtur similiter dubitasse.

3. Item, Zacharias dubitauit Luc. 1. quæ annuntiatio etiam fuit figura istius annuntiationis: ergo in ista annuntiatione debuit esse dubitatio.

SED CONTRA: In Glossa super Luc. 1. Cum Sara riserit de promissione Dei, & Maria dixit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, cur non fuerit mutæ sicut, Zacharias? Sed Sara & Maria non dubitant faciendum quod promittitur, sed modum requirunt. Item alia Glossa: Legebat Maria Virginem parituram. Non dubitabat: sciebat enim quia impleri oportebat quod ab Angelo nuntiabatur. Sed quia quomodo fieret non legerat, nec ab Angelo audierat, quo ordine impleri debeat, requirit. Vnde Bernardus: Non dubitabat de facto, sed modum requirit & ordinem. Nec enim quærit an fiet istud, sed quomodo. Quasi dicat: Cum sciat Dominus meus, testis conscientie meæ, votum esse ancillæ suæ non cognoscere virum, qua lege, quo ordine placebit ei vt fiat istud? Si oportuerit me frangere votum vt pariam talem filium, & gaudeo de filio, & doleo de proposito. Fiar tamen voluntas eius. Sin vero virgo concipiam, virgo & pariam, quod vtiq; si placuerit ei, impossibile non erit, tunc scio verè, quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Ex his videtur, quod non dubitauit de facto, sed de modo.

SED CONTRA: Videtur, quod per illud quomodo, non solum quæritur quando dubitatur de modo, sed quando dubitatur de facto. Ioan. 3. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? vbi dubitatur de facto, & non tantum de modo.

2. Item, Signum quod Angelus dat ad istam quæstionem, non certificat de modo, sed de facto. Quasi dicat: Si Elizabeth potest concipere: ergo & tu.

3. Item,

3. Item, Modus videtur satis expressus cum dicit: Concipies in vtero: quia si concipit in vtero: ergo concipit virgo: nupta concipit in vtero, & non in vtero.

4. Item, Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Glossa: id est, factum quod verbo exprimitur. Ergo de facto certificatur: ergo dubitauit de facto.

5. Item Philosophus, Dubitare de singularibus non est inuile. Ergo potuit de vtroque dubitare.

6. Item, Si dubitare de modo licuit: ergo de facto.

7. Item, Sancti exponunt istam conceptionem mysticè. Vnde Ambrosius: Maria desponsata, sed virgo, typus est Ecclesiæ, quæ est immaculata, sed nupta. Concipit nos de Spiritu, parit nos virgo sine gemitu. Et ideo fortasse alij nupta, ab alio repleta. Ergo cum ista conceptio possit spiritualiter intelligi, licitè potuit dubitare vtrum sic vel sic hoc debeat fieri.

8. Item, Non est credendum omni spiritui: quia Angelus sathanæ transfiguratur se in Angelum lucis: ergo de hoc potuit dubitare.

9. Item, Qui citò credit, leuis est corde.

Item, Quod ex hoc quod quæsiuit, sequitur aliqua dubitatio nec de facto, nec de modo, patet ex hoc quod non omnis quæstio est propter dubitationem: Dominus enim in Euangelio sæpè & plura quæsiuit: & tamen de nullo vnquam dubitauit.

Item Matth. 11. Cum Ioannes audisset in vrbiculis opera Christi, &c. Glossa Chrysostomi, Quod non propter se, sed propter discipulos quæsiuit. A simili videtur, quod etiam beatissima Virgo non sibi, sed nobis dubitauit.

2. Item, Legebat virginem parituram: ergo sciuit hoc per fidem: & ei dicitur modo, quod sit illa: ergo ipsa credidit se virginem parituram.

3. Item, Ipsa credidit articulum de incarnatione: sed de substantia illius articuli est credere virginem Deum concipere & parere: ergo non dubitauit vtrum manens virgo esset conceptura & paritura.

4. Item, Angelus non respondit nisi quod sciuit prius.

5. Item, Angelus non respondit nisi de modo concipiendi.

Item videtur, quod non bene dicitur in hoc quod subiungitur, Virum non cognosco: multæ enim virgines virum non cognoscunt, & tamen in posterum possunt concipere.

AD HÆC soluendo dicimus, quod beatissima Virgo quia prudentissima, nec de facto, nec de modo dubitauit. Nec obstat si in figuris dubitatio præcessit: quid enim dubitationis in figuris præcessit

vel imperfectionis, in hoc istud figuratum figuras excellit: quia nulla figura figuratum per omnia & in omnibus exprimere sufficiens fuit. Quæstionem autem quam beatissima Virgo Angelo fecit, propter istius dubitationem non fecit, sed propter materiam descriptionem plenior, propter veritatis maiorem expressionem, propter erroris dubitationem, & opinionum exclusionem, propter nostram adificationem. Ad id quod quæritur de causæ cognitionis redditione, patet solutio per argumentum Glossæ: Non cognosco, id est, non cognituram propono. Ex his patet solutio ad obiecta.

QVÆSTIO CCXXV.

POST HÆC sequitur de hoc: Virum non cognosco: nouit enim patrem suum: ergo virum.

2. Item, Nunquid non nouit Ioseph?

3. Item, Omnis cognitio vel est sensitua vel intellectiua: omnis intellectiua est speculatiua vel affectiua: beatissima Virgo cognouit virum cognitione speculatiua & affectiua, quia dilexit omnes viros & communes homines. Item sensitua: quia multos viros viderat & audierat. Ergo omni modo virum nouit.

4. Item si dicatur, quod intelligatur de cognitione experientie. Contra: Multos enim viros fuit experta: experientia enim est cognitio multorum singularium simul: ex multis enim memoriis fit vnum experientum: & sic experta fuit multos viros.

Si autem dicatur, quod ibi capiatur cognitio pro actu generationis, hoc videtur inconueniens: quia actus generationis & actus cognitionis genere opponuntur. Item non sequitur, Non cognosco experientia: ergo non cognosco.

Item si dicatur, quod sequitur secundum vsum, hoc adhuc non videtur posse stare: quia sic beatissima Virgo proprie loquendo dixisset filium, quod abbat.

AD HOC dicendum, quod vir secundum quod dicitur relatiuè ad mulierem, vt vir mulieris vir, vir importat, quod beatissima Virgo nouerat se virum nunquam vel videre, vel audire, vel intelligere, vel sapere, vel diligere. Dicit igitur, Non cognosco vt personæ meæ dominatorem, operum rectorem, corporis corruptorem, animæ obligatorem, prolis propagatorem, nunquam volo cognoscere aliqua actione. Ex his soluta sunt obiecta.

QVÆSTIO

* * * * *

QVÆSTIO CCXXVI.

DE I N D E quæritur de illo quod sub-
ditur: Spiritus sanctus superueniet in
te: quia illo modo specialissimo tantum
Filius fuit in ipsa per præsentiam corpora-
lem.

2 Item, Cum ista aduentio sit per Filij
humiliationem, potius dixisset, Descendet
in te.

3 Item, De Domino legitur Ioan. 2.
Super quem uideris Spiritum descendem-
tem, &c.

4 Item, Spiritus sanctus corporali specie
descendit in ipsum Luc. 3.

5 Item, Quando dictum fuit,
Dominus tecum, intelligebatur de cor-
porali præsentia: ergo uidetur super-
fluere.

6 Item, De Ioanne Luc. 1. Spiritu san-
cto replebitur ex utero matris suæ. Ergo
multo fortius beata Virgo: ergo ista super-
flua.

7 Item Glossa, quod Spiritus sanctus ca-
stigaui ipsam à forde uiciorum. Sed nihil de
uirtus vel iordibus habuit.

* * * * *

QVÆSTIO CCXXVII.

P O S T H Æ C quæritur de hoc quod
dicitur: Virtus Altissimi obumbrabit
tibi. Christus enim Dei uirtus & sapientia
non habet obumbratæ, sed illuminatæ:
quia est lux uera quæ illuminat omnem
hominem uenientem in hunc mundum.
Ergo illuminat in summo beatissimam Vir-
ginem.

2 Item Ezechiel 42. Ingressa est gloria
Domini in templum, & respandit terra
à facie maiestatis eius. Ergo beata Virgo non
est obumbrata, sed illuminata.

3 Item, Purgatio ordinatur ad illumina-
tionem, illuminatio ad perfectionem: sed in
conceptione perficiebatur in summo: ergo
illuminabatur in summo.

Responsio ad quæstiones 126.

¶ 127.

A D H Æ C soluendo dicimus, quod
spiritus timoris, pietatis, scientiæ, for-
titudinis, consilij, intellectus, sapientiæ,
spiritus ueritatis purgans, illuminans, in-
flammas, perficiens, stabilis, consecrans,
fecundans, superueniet, id est, subito ue-
niet, super illud quod modo est, ueniet
de superno, ueniet plus omnibus, ueniet
præter solitum, ueniet supra merita, &
quod ueniet plus quam quod uenit, quia
ueniet super naturam uenientis, quia nun-

quam recedet, in summo ueniet, ad
summum actum ueniet, super omnes est
qui secum ueniet Filius Dei: & uirtus Al-
tissimi obumbrabit tibi, fomitem extinguen-
do, contra tribulationem protegendo, de
carne tua obumbraculum faciendo, illum
modum tibi soli notificando, lucem suam
in te abscondendo, lucem tuam in mun-
do pandendo, uiatorum refrigerium te
faciendo, contra actum concupiscentiæ
te opponendo, lucem corporalis prosperita-
tis tibi subtrahendo, vitam tuam cum
Christo in Deo abscondendo. Unde Bern.
Non dubitat de facto, sed modum re-
quirat & ordinem. Nec enim quærit, an
fiet istud, sed quomodo. Quasi dicat: Cum
sciat Dominus meus testis conscientiæ meæ,
votum esse ancillæ suæ non cognoscere uir-
um, qua lege, quo ordine placebit ei,
ut fiat istud? Si oportuerit me frangere
votum ut pariam talem filium, & gaudeo
de filio, & doleo de proposito. Fiat ta-
men uoluntas eius. Sin uero uirgo concip-
iam, pariam & uirgo, quod utique si
placuerit ei, impossibile non erit, tunc
scio uerè, quia respexit humilitatem an-
cillæ suæ. Quomodo ergo fiet istud, quo-
niam uirum non cognosco? Et respondens
Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superue-
niet in te, & uirtus Altissimi obumbrabit
tibi. Nunquid potuit repelli gratia, &
necdum habere Spiritum sanctum, cum
ipse sit dator gratiarum? Si autem Spiritus
sanctus in ea erat, quomodo adhuc
tanquam nouiter superuenturus repromittit-
ur? An forte ideo non dixit simpliciter,
ueniet in te, sed addit super, quia &
prius quidem in ea fuit per multam gra-
tiam, sed nunc superuenire nuntiatur,
propter abundantioris gratiæ plenitudinem
quam effusus est super illam? At uerò
cum plena iam sit, illud amplius quo-
modo capere poterit? Si autem plus aliquid
capere potest, quomodo & antè plena fuisse
intelligenda est? An prior quidem gratia
eius tantum repleuerat mentem, sequens
uerò etiam uentrem perfundere debeat,
quatenus scilicet plenitudo diuinitatis,
quæ ante in illa, sicut & in multis san-
ctorum spiritualiter habitabat, etiam sicut
in nullo sanctorum corporaliter in ipsa ha-
bitare incipiat? Ait itaque, Spiritus san-
ctus superueniet in te, & uirtus Altissimi
obumbrabit tibi? Quid est, & uirtus Al-
tissimi obumbrabit tibi? Qui potest capere,
capiat. Quis enim excepta fortassis illa quæ
hoc sola in se felicissimè meruit experiri, in-
tellectu capere, ratione discernere possit,
qualiter splendor ille inaccessibleis uirginis
in se uisceribus infuderit, & ut illa inacces-
sibilem accedere ad se ferre potuisset, de
postuicula eiusdem corporis cui se animatè
contemperauit, reliquæ massæ umbraculum
fecerit? Et fortasse propter hoc maximè di-
ctum est, Obumbrabit tibi, quia res ni-
mirum in sacramento erat, & quod sola
per

* * * * *

QVÆSTIO CCXXIX.

P O S T H Æ C quæritur de hoc quod
dicitur, Ecce Elizabeth cognata tua,
quare uel ad quid inducitur: Et uidetur, quod
ad certificandum dominam de prædictis. Un-
de Glossa Bedæ: Ne uirgo desperet de partu,
accipit exemplum sterilis.

Item, Alia Glossa: Quasi dicat: Non
debes habere: quia cognata tua, &c.

C O N T R A: Alia Glossa: Non quasi in-
credulam exemplis hortatur ad fidem, sed
credenti quæ audierat, ampliora replicat my-
steria, ut quæ Deum uirgo erat paritura,
præcursorem quoque de anu sterili nascitur-
um agnosceret.

2 Item, Si illa est exemplum promissi,
hoc non uidetur simile: quomodo enim hoc
probarè propositum, uel quæ esset conse-
quentia, si uetula de uetulo concipit homi-
nem: ergo uirgo sine uirò concipiet & pa-
riet Deum & hominem.

3 Item, Illud posset eam in credendo
potius impedire, cum non duceret nisi in
simile.

* * * * *

QVÆSTIO CCXXX.

P O S T H Æ C quæritur de hoc quod
dicitur: Non erit impossibile apud Deum
omne uerbum. Et uidetur esse falsum: quia
Deum non esse, est uerbum: & tamen est
impossibile apud Deum.

Item de illo quod dicit, Fiat mihi secun-
dum uerbum tuum: quare dicit tuum, cum
non sit suum, sed Dei fuerit uerbum.

Responsio ad quæstiones 129.

¶ 130.

A D H Æ C dicimus secundum Bernar-
dum, quod quatuor de causis hic in-
ducitur conceptio Elizabeth. Dicit enim
sic: Quid fuit necesse etiam huius sterilis
Virgini nuntiare conceptum? Nunquid for-
tè dubiam adhuc & incredulam oraculo,
recentiori uoluit confirmare miraculo? Ab-
sit. Legimus & Zachariæ incredulitatem
ab hoc ipso Angelo fuisse castigatam: Ma-
riam autem in aliquo reprehensam non
legimus, quin potius fidem ipsius Elizabeth
prophetante laudatam agnouimus. Beata es,
inquit, quæ credidisti: quoniam perficien-
tur in te quæ dicta sunt tibi à Domino.
Sed idè sterilis cognatæ conceptus Virgi-
ni nuntiat, ut dum miraculum miracu-
lo additur, gaudium gaudio accumulatur.
Porro necesse erat non modico latitiæ &
amoris præueniente inflammati incendio,
quæ filium paternæ dilectionis cum gaudio
Spiritus sancti mox fuerat conceptura. Ne-
que

per se trinitas in sola & cum sola Virgine
uoluit operari, soli datum est nosse, cui
soli datum est experiri. Dicitur ergo: Spi-
ritus sanctus superueniet in te, qui utique
sua potentia fecundabit te. Et uirtus Altis-
simi obumbrabit tibi, hoc est, illum modum
quo de Spiritu sancto concipies, Dei uirtus
& Dei sapientia Christus, sic in suo secretis-
simo consilio obumbrando conteget & oc-
cultabit, quatenus sibi tantum notus, habeat-
ur. & tibi. Ac si Angelus respondeat ad
Virginem: Quid à me requiris, quod in
te mox experieris? Sciens scies, & feliciter
scies, sed illo doctore, quo & auctore. Ego
autem missus sum nuntiare uirginalem conc-
ceptum, non create. Nec potest doceri nisi
à donante: nec potest adidisci nisi à susci-
piente. Ideoque & quod nascetur ex te san-
ctum, uocabitur Filius Dei. Quod est dicere:
Quoniam non est de homine, sed de Spiritu
sancto quod concipies, concipies autem Al-
tissimi uirtutem, id est, Filium Dei: ideoque
& quod nascetur ex te sanctum, uocabitur
Filius Dei, id est, non solum qui de sinu Patris
in uerum tuum ueniens obumbrabit tibi,
sed etiam id quod de tua substantia sociabit
sibi, ex hoc iam uocabitur Filius Dei, quem-
admodum & is qui à Patre est ante secula
genitus, tuus quoque amodo reputabitur
filius. Sic autem & quod natum est ex Patre,
& quod nascetur ex te, erit eius: ut tamen
non sint duo filij, sed vnus. Et licet aliud
quidem ex te, aliud ex illo sit, iam non tamen
cuiusque suus, sed vnus utriusque erit filius.
Ideoque & quod nascetur ex te sanctum,
uocabitur Filius Dei.

* * * * *

QVÆSTIO CCXXXVIII.

P O S T H Æ C quæritur de hoc quod
dicitur: Quod nascetur ex te san-
ctum, uocabitur Filius Dei. Cum enim na-
tura non nascatur, sed persona uidetur quod
dixisse debuisset, Qui ex te nascetur.

2 Item, Etiam oratio uidetur incongrua,
filius est sanctum.

3 Item, Filius Dei est commune multis.

Q U O D B E N E soluit Bernardus: Ut
quid enim ita simpliciter sanctum & ab-
sque additamento? Credo quia non ha-
buit quid propriè dignè nominaret il-
lud exitium, illud magnificum, illud
reuerendum, quod de purissima uidelicet
Virginis carne cum sua anima vnico Patri
erat ueniendum. Si diceret, sancta caro, uel
sanctus homo, uel sanctus infans, quidquid
tale poneret, parum sibi dixisse uideretur.
Posuit ergo indefinitè sanctum: quia quid-
quid illud sit, quod Virgo genuit, sanctum
procul dubio ac singulariter sanctum
fuit, & per Spiritus sanctifica-
tionem, & per Verbi
assumptionem.

que enim nisi in deuotissimo corde atque hilarissimo, tanta se capere poterat dulcedinis & alacritatis affluentia. Vel ideo conceptus Elizabeth nuntiatur Mariæ: quia profecto decebat, ut verbum mox diuulgandum ubique, prius sciret Virgo per Angelum, quam audiret ab homine: ne mater videlicet Dei à consiliis videretur amota, si eorum que in terris tam propè gererentur, remansisset ignara. Vel ideo potius conceptus Elizabeth Mariæ nuntiatus est, ut dum nunc Saluatoris, nunc præcursoris edocetur aduentum, rerum tempus & ordinem tenens,

ipsa melius postmodum scriptoribus ac prædicatoribus Euangelij referret veritatem, quæ & plenè de omnibus à principio cœlitus fuerit instructa mysteriis. Vel ideo adhuc nuntiatur Mariæ conceptus Elizabeth, ut audiens cognatam verulam & grauidam, cogitet iuuentula de obsequio, sicque illa properante ad visitandum, paruulo prophetæ locus & occasio detur, quo minori adhuc Domino sui officij valeat exhibere primitias: & dum ad seinuicem occurrit matrum infantumque ab alterutro excitata deuotio, mirabilis fiat miraculum de miraculo.



D. ALBERTI



I
D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS
EPISCOPI, ORDINIS
PRÆDICATORVM,
De laudibus beatæ Mariæ Virginis,
LIBRI DVODECIM.

PROLOGVS PRIMVS.

VNIERSIS Christi fidelibus inspecturis oculo simplici præfens opusculum, scriptor eius, illius æternæ gustum dulcedinis quam sacra viscera Mariæ Virginis mundo famelico profunderunt. Si cymbalum bene sonantibus præsumptis addere sonitum vintipnabuli fracti, statim collidetur suauis harmonia, que per se dulciter antea resonabat. A simili si attempta uero Mariæ laudibus impolitum quicquam addicere, quam laudant pariter, affra matutina, & cui inbilans omnes filij Dei, perstimesco, ne fons lau meo plus derogatio quam laudis cymbalum uideatur. Scio enim, quod ineffabile est Mariæ laus eius, nec ad eam poterit homo uincens, etiam si loqui detur Angelorum linguæ & hominum, uel si plene caeleste noverit idioma: quantum maior est omni laude. Hanc enim gloriam sibi retinuit supernus artifex: cuius Virgo mater opus est speciale, nec alteri daturus est communi. quare de Maria per Prophetam dicit, Secretum meum mihi. Propter hoc etiam de eius specie Mariæ, stans replicat sponsus in Cantico, Absque eo quod intrinsecum lateat, soli peruenit creatori, sed nulli cognitum creatura: nam quanta sit Maria species, qui dedit speciosum, solus nouit. Licet natem non ignouerim beatam Virgine exaltari, accedente homine ad eam altam, complacuit tamen de eius laudibus saltem modicum quid elucidare ad præfens, uirgine me charitate eius & magnitudine promissorum. Qui elucidant me, inquit, uitam æternam Eccl. 7. habebunt.

Si uero queratur, unde mihi tanta præsumptio, quod apposuimus quodammodo ponere scribendum in celum, cum ipsa sit in cuius laudibus omnis lingua balbutit, uisus Dominus, ecce occasio & causa. Molestabat nimis & agere ferebam, quod nullus Doctorum uisus & literæ ad hoc idoneum, Mariæ testimonium uelut spicæ trisiceas per agras Scripturæ collegisset, & quasi per fasciculas, id est, capitula colligasset, quasi non audisset illud propheticum: Beati qui scrutantur testimonia eius. Cuius? eius enim uenter æerno critico comparatur, & que per mentem Galaad figuratur. Cum uero non essem tam profundus sensus ut scirem Scripturam Cant. 7. sacras exponere, ne spado uiderer deflorans uirginem, id est, Scripturam sacram non fecundans, apud prudentiam placuit imitari, quarum studiosa sedulitas ad fauos consociendos undicumque potest, colligit uel & ceram. Suggesterunt autem mihi materiam modesti Doctores & antiqui Theologi, Biblia mediante, de quorum puteis extraxi laticem. D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ. A nonnullis

novellas plantulas educantem, de quorum simila panem proposui corda famelica confirmantem, de quorum racemis expressi calicem contemplationis mira dulcedine inebriantem.

Huius operis voluntas quadruplex.

Duplex autem principalis fructus ex inspectione presentis operis denota lectori per Dei gratiam poterit provenire, perspicacior scilicet illuminatio intellectus, & vehementior inflammatio affectus, in cognitionem & dilectionem Virginis gloriosa, ut ad intellectum cognitio, ad affectum dilectio referatur. Poterunt etiam minus capacium sensus erudiri, si ruminaverint findentes unguam. Poterunt studia magis subestrum, si supercilium dimiserint, saltem per occasionem prout ad maiora. Hoc lucrum quadruplex de labore meo principaliter inquirerebam, totum reciprocans ad honorem sancte theotocos, qua cum filio dicit, Quicumque honorificaverit me, glorificabo eum. Qui autem contempnunt me, erunt ignobiles.

1. Reg. 1.

Si vero quisquam iudicaverit me indiscretum concordantias apponendo, scire debet, quia verè quicquid antiqui dixerunt de sapientia divina, moderni exponunt de matre sapientia, cui cum sapientia tam multiplex est unio, quod cum uniuoca sit generatio, quasi emphaticè sapientia nominatur. Quod si reprehendar de multiloquio, respondebo, quod prolixè loqui de dulci Maria valde dulcis eras materia: & quia mihi uocabat, & bonum erat hic esse, diutius complacebat tam dulcia ruminare. Enimvero si capacitati simplicium quorum causa scribere coeperam, fecisses obicem breuiloquium meum, dignus extitisses fraudari premio quod Dei genitrix non obscurantibus, sed elucidantibus se repromittit. Hic ergo de causis usurpauit mihi cotis officium, qua ferrum praualet acutum reddere, cum sit inutilis ad secandum.

PROLOGVS SECVNDVS.

DICTUM est Iohanni sancto theologo 1. Apocalypf. Quod vides, scribe in libro: & mitte septem Ecclesiis. In hoc loco & multis aliis videre ponitur pro intelligere: quia sicut carnalis oculo corporalia perpenduntur, sic spiritalis, qui est intellectus, spiritalia discernuntur. Dicit ergo: Quod vides, id est, intelligis, scribe: quod enim dicit, cito transit: quod verò scribitur, diutius perseverat. Scribe: quoniam multò longius potest attingere scriptura quam verbum. Scribe, ne deleri possit per oblivionem, quod ad futurorum eruditionem necesse est permanere. In libro cordis tui, ne tradas oblivioni quod tibi reuelatum est ad utilitatem aliorum. In libro etiam cordis tui, ut exemplo beata Virginis in quantum poteris, fiat armarium Scripturarum. Luc. 10. Maria conseruabat, &c. In libro, id est, in cordibus auditorum, ut qui audierint, recolant, & ad meliora recolenda proficiant. In libro, id est, in pergamento, ut quod intelligis, reseruetur ad instructionem futurorum. Propter hoc dictum est Isa. 30. In libro diligenter exata illud: & erit in die nouissimo in testimonium usque in aeternum. Eccli. 38. Consultatus sum, & cogitavi, & scripta dimisi. Sequitur: Et mitte septem Ecclesiis, id est, Ecclesia vniuersali repleta gratia septiformi. Attendens igitur ego sensu pauper & modicus, non solum Iohanni præcepisse vocem Dominicam, ut ea scriberet qua videbat, sed & vniuersis eruditis in sacra pagina, feci quod potui, & plures notulas persimientes ad laudem Virginis, quas multò tempore studiosè conaceruaueram, diligenter ordinavi, considerans quod modicum profuissent si sine ordine remansissent. Malui siquidem cum mihi deessent coccus & hyacinthus, byssus & purpura, de pilis caprarum deuotus offerre, quam contra præceptum legis in conspectu Dei vel ipsius beatae Virginis vacuus apparere. Timendum est enim prout dicit Ambrosius, ne sicut de omni

Lib. 1. de officiis. cap. 3.

verbo otioso reddidit sunt homines rationem, sic de otioso silentio, distracto iudici satisfacere teneantur. Quod principaliter de sapientibus credo intelligendum. Et alius quidam, Ve Domine tacentibus de te. Cum verò scienter in hoc opusculo nihil scrupulosum reliquerim, sed intellectui minus subtilium, prout melius potui, complanauerim vniuersa, ne vel isti possint in aliquo deniare, vel illi qui lucem appellant tenebras, audeant obrectare, hoc solum vereor ne confecti omnimoda cum diligentia libellus, scriptorum vitio depranetur.

Ordo Cisterciensis specialiter affectu famulari solent Virgini gloriose, non prout debui, sed prout potui, profectus sum laudes eius, ab ipso ordine suppliciter exposulo, sed ab omnibus quibus placuerit labor meus, ut à matre misericordia mihi miserissimo peccatori sui orationibus veniam postulent delictorum. Nomen vero meum malui subicere, ne tractatus fortè vilesceret cognito tractatore.

D. ALBERTI



D. ALBERTI MAGNI, RATISBONENSIS EPISCOPI, ORDINIS PRÆDICATORVM; De laudibus beatæ Mariæ Virginis; LIBRI DVODECIM.

LIBER PRIMVS, In quo exponitur Angelica salutatio.

CAPVT I.

Triplici salutatio triplex concordia designatur, videlicet Angeli ad hominem per primam, hominis ad hominem per secundam, Dei ad hominem per tertiam. Siquidem antiquum filius Dei incarnaretur discordabat Deus ab homine propter peccatum primæ præuentionis: quoniam scilicet homo à seruitio Domini sui recedens alienè se subiecit potestati. Discordabat Angelus ab homine quasi duplici de causa. Prima: quia homo qui primè apostasie ruinam, que in Angelis facta est, reparare debuerat, ipse quoque conuersus in terram, tractus est eum testis patre stellatum cæli Apoc. 12. Secundo: quia, cum in obsequio Domini confecti esse debuissent, homo se quasi sponte subdiderat domino diaboli. Discordabat homo ab homine, Indeus scilicet à Gentili propter diuersitatem legum emulationem: quia Indeus vniu. Deum, Gentilis idola adorabat. Ecce de quarta discordia inter carnem & spiritum.



VE Maria gratia plena. Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Tres salutationes celeberrime cæteris in Euangelio reperimus. Prima est Gabrielis Archangeli ad Mariam. Luc. 1. Secunda Mariæ ad Elizabeth. Luc. 1. Tertia Christi ad Apostolos post resurrectionem, de qua agitur Ioan. 20. que sæpius ab ipso Domino legitur repetita. Hac autem triplici salutatione triplex concordia designatur, videlicet Angeli ad hominem per primam, hominis ad hominem per secundam, Dei ad hominem per tertiam. Siquidem antiquum filius Dei incarnaretur discordabat Deus ab homine propter peccatum primæ præuentionis: quoniam scilicet homo à seruitio Domini sui recedens alienè se subiecit potestati. Discordabat Angelus ab homine quasi duplici de causa. Prima: quia homo qui primè apostasie ruinam, que in Angelis facta est, reparare debuerat, ipse quoque conuersus in terram, tractus est eum testis patre stellatum cæli Apoc. 12. Secundo: quia, cum in obsequio Domini confecti esse debuissent, homo se quasi sponte subdiderat domino diaboli. Discordabat homo ab homine, Indeus scilicet à Gentili propter diuersitatem legum emulationem: quia Indeus vniu. Deum, Gentilis idola adorabat. Ecce de quarta discordia inter carnem & spiritum.

spiritum propter mutuam altercationem: quia caro carnalia, spiritus naturaliter appetebat cælestia. Primo enim spiritus carnem corruperat, & nunc caro spiritum corrumpit. Per salutationem igitur Angeli ad Mariam notatur concordia Angeli & hominis: quia per partum Mariæ factus est concubus Angelorum & domesticus Dei. Facti sunt homo & Angelus sepi vniu. Domini, scilicet Christi. Et per ipsum Christum de hominibus reparata est Angelica ruina: quod ipsi Angeli flagitabant à Domino per Psalmistam; Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Ierusalem. De hac etiam concordia & pace dicitur Isa. 57. Veniat pax, requiescat in cubili suo, &c. Vos autem attendite huc, id est, in cælam, filij augurariis, id est, homines. Item ibidem: Creauit, dicit pater, fructum laborum, pacem, pacem ei qui propè est, id est, Angelo, & ei qui longè est, id est, homini. Fructus laborum Christus est. Quando enim in labiis beatæ Virginis diffusa est gratia respondendi, Ecce ancilla Domini fiat mihi, &c. tunc concepit hunc fructum, per quem facta est pax predicta. Idem etiam Christus Salomon, id est, pacificus appellatur, & in ora eius hominibus bonæ voluntatis ab ipsis Angelis pax cum gaudio nuntiatur, & gloria in excelsis Deo, qui ab Angelis pro sua reparatione & nostra redemptione glorificatur. Hanc etiam pacem innuebat Angelus Apoc. in fine respondens Iohanni volenti se adorare post filij incarnationem: Vide ne feceris, conseruus, A 2 suam

enim tuus sum & fratrum tuorum. Deum adora, &c. cum antea bene permitterent Angeli se ab hominibus adorari. Super illud Luc. 2. Exit edictum à Cæsare Augusto, &c. dicit Gregor. Quia peccando extranei eramus à Deo, extraneos nos à suo consortio deputabant Angeli eius Dei.

Per salutationem Mariæ ad Elizabeth designatur concordia Iudæi & Gentilis: quia Christus lapis angularis omnes in vnam Ecclesiam & fidem vnicam conuocauit. Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Ephes. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, &c. Idem dicitur lapis angularis. Iob. 38. Quis dimisit lapidem angularem? Isa. 28. & 1. Pet. 2. Ecce ego mittam in fundamentis Sion, id est, Ecclesiam, lapidem angularem.

Per salutationem Christi ad Apostolos designatur concordia Dei ad homines: quia Filius Dei factus obediens vsque ad mortem. Phil. 2. Deo Patri pro homine satisfecit. Isa. 27. Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. Et secundum hoc dicitur mediator Dei & hominum. 1. ad Timoth. 2. Discordiam etiam quæ erat inter carnem & spiritum, pacificauit Christus, in se vtrumque concorditer alluens & pacificè gerens. Vnde simul in vnum diues & pauper, id est, spiritus & caro in Christo concordet. Idem dicitur: In pace factus est locus eius. Ephes. 2. Medium parietem maceræ soluens in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt condit duos, id est, spiritum & carnem in semetipso in vno homine nouo faciens pacem. Idem etiam dicitur Emanuel. Isa. 7. id est, nobiscum Deus.

Maria quadruplici discordiam soluit.

Igitur quadruplices istæ discordiæ per Mariam pacificæ sunt, quæ Christum nobis genuit, in quo Deus erat mundum reconcilians sibi, per quem omnes creaturæ rationales per charitatem vnitæ factæ sunt, vnus spiritus participes, & regni vnus coheredes. Dicat ergo Mariæ ipse Deus, dicat Angelus, dicat homo: Aue gratia plena, Dominus tecum.

Hæc etiam concordia designatur in hoc quod nomen Euz mutatum est in verbum salutationis. Hoc enim nomen, Eua, duas habet vocales, scilicet e. & a. geminam miseriam humanæ naturæ præcedentes, quæ est culpa & pœna, cum quibus nascitur miser homo. Conuerso ergo hoc nomine, Eua, Mariæ dictam est, Aue: quia per eam & culpa in veniam, & pœna est in gloriam commutata. Per huiusmodi etiam nominis, Euz, conuersionem in Aue, designatur, quod in benedictionem Mariæ, Euz maledictio vertebatur. Post maledictionem enim statim vxori suæ imposuit Adam nomen, Eua, quod dicitur ab a quod est sine, & eu quod est bonum, quasi sine bono. Quia bonum datum à Domino sibi & viro, abstulit. Et nos etiam per eam sine eo, id est, sine bono facti sumus, & incidimus in vtriusque culpæ & pœnæ. Per Mariam autem tam nos quam primi parentes facti sumus sine vtriusque. Idem curialiter dicit quidam Mariæ,

Porta salutis aue, per quam patet exitus à vta.

Veni ab Eua vt: vt quia tollis, aue.

Idem etiã canit Ecclesia, Paradisi porta per Euam cunctis clausa est, &c. Idcirco enim sæpè commemoranda est Mariæ Angelica saluatio: quia per eam liberati sumus à multiplici maledictio. Item de prima matre dicit quidam; Impleta est Maria gratia, & Eua vacuata est culpa. Hieron. Quidquid maledictionis infusum est per Euam, totum abstulit benedictio Mariæ. Insuper & gratiam refudit Christi ortus, quam prius habuit omnis mundus. Be. Cælesti rore Deus terram rigaturus, cum de viro producta esset fœmina in perniciem, de fœmina virum producere voluit in salutem: vt quæ principium fuerat humanæ damnationis, principium esset humanæ reparationis. Ierem. 31. Creauit Dominus, &c.

Notandum etiam, quod Eua triplicem guerram fecerat, supra se ad Deum per superbiam, quia voluit esse vt Deus sciens bonum & malum, iuxta se ad proximum per auaritiam, infra se ad carnem suam per gulam. Sed Maria Euz filia pacem fecit ad Deum per humilitatem, ad proximum per charitatem, ad carnem per virginitatem. Et sic eisdem literis, sed transuersis de Eua factum est Aue. Aue enim Eua est interrogata. Item beatus Bern. super illud Luc. 1. Missus est Gabriel Angelus à Deo ad Virginem: Latere pater Adam, sed magis tu o Eua mater exulta: quia sicut omnium parentes, ita omnium fuistis peremptores: & quod infelicis est, prius peremptores, quam parentes. Ambo, inquam, inquam, consolamini super filia, & tali filia, sed illa amplius de qua malum ortum est prius, cuius opprobrium in omnes pertransiit mulieres. Instat namque tempus, quo iam tollatur opprobrium, nec habeat vir quid causetur aduersus fœminam: qui vtique dum se imprudenter excusare conatur, crudeliter illam accusare non cunctatus est. Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Propterea curre Eua ad Mariam, curre mater ad filiam, filia pro matris respondet, matris opprobrium auferat: ipsa patri pro matre satisfaciatur: quia ecce si vir cecidit per fœminam, iam non erigit nisi per fœminam. Quid dicebas o Adam? Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi? Verba malitiæ sunt hæc, quibus magis augeas quam doleas culpam. Veruntamen sapientia vincit malitiam, cum occasione veniat, quam à te Deus interrogando elicere tentauit, sed non potuit, in thesauro indolentis suæ pietatis inuenit. Redditur nomen fœmina pro fœmina, prudens pro furua, humilis pro superba, quæ pro ligno mortis gustum tibi porrigat vitæ, pro venenoso cibo illo amaritudinis dulcedinem pariat fructus æterni. Muta ergo iniquæ excusationis verbum in vocem gratiarum actionis, & dic: Domine mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vitæ, & comedi: & dulco factum est super mel os meo, quia in ipso viuificasti me.

Nota, quod angelica saluatio delata ad Virginem, decem dictionibus enunciat. Vt aue sit prima dicitio. Maria, quod apponit Ecclesia, sit secunda. Mulieribus decima. In quo innuitur, quod per eam erat Angelorum ordo

Womil. 2. f. per disticta.

ordo decimus reparandus, & dragma decima recuperanda. Item in hac salutatione totali, Angelus primò apposuit Aue. Ecclesia interferit, Maria. Elizabeth subiunxit, Benedicta tu inter mulieres, &c. quæ sequuntur. Quia in salutatione Mariæ conueniunt Ecclesia triumphans, quæ per Angelum, Ecclesia militans quæ apponit Maria. Synagoga quæ per Elizabeth designatur. Item hanc salutationem pro maiori parte composuit Angelus, pro minori Elizabeth: quia acceptior est matri & filio laus castorum qui per Angelum, quam conjugatorum qui per Elizabeth designantur. Vnde Apoc. 14. Nemo poterat dicere canticum illud, nisi illa. 144. millia, qui empri sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, &c. Item in hac salutatione benedicitur Maria ab Angelo: quia triumphantem Ecclesiam reparauit. Benedicitur ab Elizabeth: quia Ecclesiam militantem iam ferè mortuam suscitauit: vterque enim tam Angelus quam Elizabeth dixerunt ei: Benedicta tu, &c.

Aue est vox optantis, quandoque orantis, quandoque congratulantis & applausantis. Opertantis quando alicui dico, Aue: quia ei salutem opto. Orantis cum dico, Aue: quia ei salutem opto. Opertantis cum dico, Aue: quia ei salutem opto. Opertantis cum dico, Aue: quia ei salutem opto.

Notandum, quod aue quandoque est vox optantis, quandoque orantis, quandoque congratulantis & applausantis. Opertantis quando alicui dico, Aue: quia ei salutem opto. Orantis cum dico, Aue: quia ei salutem opto. Opertantis cum dico, Aue: quia ei salutem opto. Opertantis cum dico, Aue: quia ei salutem opto.

Aue idem quod sine.

Item hoc verbum, Aue, tantum valet quantum sine vtriusque. Ante hanc enim salutationem erat vtriusque omnibus habitantibus in terra, nec nisi prius sublaro vtriusque habere poterat salutem locum, nec benedictio nisi prius maledictione sublaro. Vnde antiquæ salutationes ab illis quibus fiebant, leguntur. Elise. Indig. 6. Edeon ad Angelum salutationem: Si Dominus nobiscum est, quare apprehenderunt nos tot mala? Et Tob. 5. ad Angelum, Quare mihi gaudium esse potest, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non videro? Merito enim inueniebant nos tot mala: quia nondum venerat quæ gratiam impendisset. Nondum intercesserat mediatrix. Nondum ex nobis prodierat, cui dicitur esset Aue. Nondum venerat, quæ gratiam impendisset. Nondum nata erat, cui Dominus subderet. Ipse etiam Filius Dei Emanuel, id est, nobiscum Deus, necdum poterat dici. Beatus Bern. Idem tanto tempore fuerat gratia defuisset, quod nondum intercesserat aqueductus.

Sermo in ueritate Mariæ.

Triplitem enim maledictionem quasi triplex vtriusque excepit Eua in pœnam inobedientie. Prius D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

ma, Multiplicabo ærunnas tuas, &c. Secunda, In dolore paries filios. Tertia, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Sine hoc triplici vtriusque Mariam inuenies: quia nec sensit ærunnam in conceptu, nec dolorem in partu, nec viro fuit subdita, perpetuæ virginitatis obtentu. Idem dixit ei Angelus: Aue gratia plena. Et quomodo non sine vtriusque gratia plena?

Maria ab omni malo distinetur.

Vel primum vtriusque, corruptio in conceptu. Secundum, grauitas post conceptum. Tertium, dolor in partu. E contrario Maria triplicem in hac salutatione recepit benedictionem: quia facta est sine corruptione fœcunda, sine graamine grauida, sine dolore puerpera. Hoc est aue, id est, sine vtriusque triplici corruptionis, grauitatis, doloris, quod incurrit Eua per peccatum, & quod ab ea omnes mulieres præter Mariam quasi iure hæreditario contraxerunt. Idcirco de Christo & Maria potest exponi illud Ose. 9. Gloria eorum à partu, & ab utero, & à conceptu, ordine præpostero. Christus enim conceptus est, & ipsum concepit Virgo sine corruptione virginitatis, portauit est & ipsum portauit virgo sine graamine ventris, natus est & ipsum peperit Virgo sine dolore parientis.

Est & aliud triplex vtriusque. Apocal. 8. Vtriusque vtriusque habitantibus in terra. Vtriusque concupiscentiæ, vtriusque culpæ, vtriusque pœnæ æternæ. Primum in carne. Secundum in spiritu. Tertium in vtroque. De primo Eccl. 10. Vtriusque tibi terra, id est, caro, cuius rex, id est, animus puer est. Gen. 3. Maledicta terra, id est, caro, in opere tuo, id est, pro opere, scilicet pro peccato. Spinæ & tribulos, id est, carnales motus germinabit tibi. De secundo Ose. 7. Vtriusque eis qui recesserunt à me. De tertio Ose. 9. Vtriusque eis cum recessero ab eis. Quod erit cum detrudentur in infernum. Nam in presenti nunquam recedit Dominus ex toto à quantumcumque pessimo peccatore, imò gratiam offert ei. Apoc. 3. Ego sto ad ostium, & pulsus. Sine hoc triplici vtriusque fuit Maria: quia habuit triplex bonum huic triplici vtriusque contrarium. Bonum continentie, bonum gratie, bonum perseverantie. Primum excludit concupiscentiam, secundum culpam, tertium pœnam æternam, quia qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Matth. 10. & 24.

Aliter primum vtriusque est obscuratio solis & æris de fumo putei, hoc est, obrebratio nostri sensus & rationis, quæ velut sol est in animabus nostris. Aer verò, affectus nostræ voluntatis est. Hæc est prima pœna, quam per Adam incurrimus, ignorantia scilicet, quæ non videmus aut vbi lumen, aut quod eamus, aut quod nobis eundem sit, aut vnde fugiendum. Quis enim currens in infernum, si ipsum videret? Quis scilicet impingeret in laqueos mortis, si ipsos cognosceret? Quis toto conamine non currens ad Dominum, si pulchritudinem eius aspiceret, vel tenuiter degustaret. Secundum vtriusque est in igne & sulphure, scilicet in ardore libidinis & furore, quo fertet & estur totus mundus. Tertium vtriusque, regnum & dominatio bestiarum. Tria hæc vtriusque per Mariam à nobis ablata sunt. Obscuritas ignorantie: quis

idem intelligentia & lumen iustitiae mundo edidit, & veram lucem attulit, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Unde & stella matutina, scilicet lucifer & astra nominatur, cuius stellæ radius effuditur super totum mundum. Et ideo illuminatrix dicitur, quia mundo sic obtenebrato edidit lucem veram. Iudæ etiam illuminatrix: quia et in illis implacabilibus humiliter & deuotè impetrat lucem veram cognitionis. Unde dicit Eccl. 1.2. Illuminabo omnes sperantes in Domino. Unde quoniam sentimus nos esse in tenebris, debemus nos et nomen suum commemorare, omnes ut illud interpretetur in nobis, ne falsè de impio situm uideatur. Quomodo autem secundum illud quod est luxuria, destruat, ipsos interroga, qui per eam de sentina luxuriæ se extraxerunt, & per eam gaudent virtutem castimoniam se adeptos. Ne dubitare fas est ipsam nimis illi non esse luxuriæ, & feruentissimam dilectionem castitatis, cui sine virginitatis prærogatiua nequaquam fuisset datum Filij Dei esse generatorem. Tertium uero regnum & dominium dicitur, id est, superbia, qua si impugnetur, necesse est tibi statim confugere ad Mariam humilissimam, quæ humilitati suæ attribuit in Cantico suo respectum Domini. Et licet omni virtute & omni gratia donata fuisset, de hac tamen singulariter gloriatur. Implora ergo contra superbiam confidenter auxilium eius, quam inexorabiliter persequitur, odit & abhorret. & donum humilitatis ab ea expostula, quia vel eum superbia, vel sine humilitate mariæ & filio non poteris complacere. Propter tria ista dona sic rogamus eam in hymno: Nos calpis solutos, mites fac & castos.

Item est & aliud triplex uero: uero mundi, uero carnis, uero diaboli Apocal. 18. Vx, vx, vx ciuitas illa magna Babylon. Sine hoc triplici uero fuit Maria. Fuit enim pauper contra primum, uirgo contra secundum, humilis contra tertium. Iudæ digna est saluari non solum ab Angelo, sed ab homine magis, qui per se perditus, per eam rediit ad salutem.

Aue Maria. Per hoc quod Mariæ dictum est, Aue, id est, sine omni uero, notatur immunitas ab omni peccato. Unde & ei dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, ab originali peccato sanctificata in utero: tota pulchra es, ab actuali mortali, fomite penitus subigato: & macula etiam uenialis peccati non est in te, in conceptione Filij Dei fomite penitus extincto. Et ideo tota pulchra es in opere, tota pulchra in corpore, & macula non est in te in corde. Tota pulchra in opere, per simplicitatem. Matth. 7. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Tota pulchra in corpore per castitatem. Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cum charitate. Immortalis est enim &c. Tota pulchra in corde per humilitatem, quod est esse sine macula. Unde dictum est Esther 2. Erat Esther formosa valde, & incredibili pulchritudine, omniumque oculis gratiosa & amabilis uidebatur. Talis Maria formosa valde per charitatem, quæ est forma uirtutum. Incredibili pulchritudine per insolitam castitatem. Omniumque oculis gratiosa & amabilis per humilitatē,

quam respexit Deus: quia ubi amor, ibi oculus. Item de tribus his dicitur Iudith. 11. Non est talis mulier super terram, in aspectu, in pulchritudine, & in sensu uerborum. In aspectu conuersationis, in pulchritudine corporis, in sensu uerborum, id est, in interioribus uerbis, id est, puritate cogitationis. Et sic fuit abque omni uero auaritiæ in opere, luxuriæ in corpore, superbiæ in corde. Hoc est triplex uero. Apocal. 8. Vx, vx, vx habitantibus in terra. Et sic fuit immunis ab omni peccato. Sed nunquid in summo? Vtique in summo creaturæ. Unde Augustinus: Cum de peccatis agitur, nullam prorsus de beata Virgine habere uolo quaestionem. Anselmus etiam dicit, quod ea puritate nitebat, qua sub Deo maior nequit intelligi.

CAPVT II.

Aue Maria, &c. Si rerum pretia de raritate pensanda sunt, iuxta quod scriptum est, omne rarum pretiosum, huius saluationis forma quæ de cælo delata est ad Mariam, quanto rarior est, tanto debet pretiosior æstimari. Nusquam enim in Scripturis antea inuenitur, nec ab alio quam ab Angelo defertur debuit, nec alij quam Mariæ huiusmodi saluatio debebatur. Unde non immeritò mirabatur Maria, & cogitabat qualis esset ista saluatio, pro eo quod eam alias non legerat in Scripturis. In omni enim saluatione fiebat prius aut uita imprecatio, ut Dan. 2. Rex in æternum uiue. Aut salutis, ut 2. Reg. 16. Salue rex. Aut benedictionis, ut Messores sui responderunt Booz dicenti ad eos, Dominus uobiscum, benedicat tibi Dominus. Ruth. 2. Duas uero saluationes uiris delatas legimus ab Angelis. Iudic. 6. Dixit Angelus Gedeoni, Dominus tecum uirorum fortissime. Et Tob. 5. Gaudium sit tibi semper. Saluatio autem beate Virgini delata ab Angelo, ex omnibus est constata, & ideo dignior omnibus, sanctior uniuersis. Quod enim præmittitur, Aue, id est, sine uero, hoc est, sine dolore, ecce saluatio facta Tob. Gaudium tibi sit semper. Quod sequitur, Gratia plena, ecce saluatio Apostolorum, qui in suis epistolis semper præmittunt, gratia uobis & pax. Quod subditur, Dominus tecum, ecce saluatio facta Gedeoni, Dominus tecum uirorum fortissime. Et saluatio Booz ad Messores suos, Dominus uobiscum. Quod sequitur, Benedicte tu, ecce saluatio Booz ad Ruth. Ruth. 3.

Congruè etiam præmittitur aue, hoc est, sine uero. Ipsa enim propriè fuit sine maledictione: nam & maledicta erat sterilis in lege, nec expers erat maledictionis patiens in dolore. Sola enim Maria uerumque maledictum euasit: unde & adhuc ei dicimus, Aue, tanquam eius gaudio congaudentes. Et nota, quod de maledictione sterilis expressè non legitur in Biblia, sed Exod. 23. & Deuter. 7. pro benedictione dicitur obedienti: Non erit apud te sterilis utriusque sexus. Unde à contrariis sterilitas pro maledictione reputabitur in lege.

Angelica saluatio ad prædictam, quæ rarior est.

Aue Maria. Notandum, quod Angelus saluans Virginem, primò tacuit proprium nomen eius, scilicet Maria, ut hoc ipso ostenderet se ei nomen imponere nouum, id est, gratia plena. Unde prædixerat Isaias quasi loquens ad Mariam. Isai. 62. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini, id est, Angelus, uel Filius Dei qui est os Patris, per Angelum nominauit. Postea uero nomen Mariæ expressè dicens: Ne timeas Maria: inueniens per hoc quod sicut Iacob cum benedictione acciperet, nomen nouum sic accepit, ut uetus non amitteret, unde & frequenter postea nominat eam Scriptura Iacob, sic Maria. Vel ideo prius nominauit eam, Gratia plena, quam Mariam, ut plena gratia deinceps uocaretur. Et prius familiare sibi nomen nominat, & tandem nomen Mariæ nobis necessarium non omittit, ut sic nomen nouum uideatur ei imponere, quod uetus inuauit non tollendum. Quomodo enim, cum ab ea remouisset omne uero dicens ei, Aue, statim eam nominaret Mariam, quod mare est amarum, nomen siquidem Mariæ non tam Angelis congruit quam hominibus, quod intelligitur illuminatrix & stella maris: illis solis qui nauigant mare mundi, necessaria est inuocatio stellæ maris, necessaria est illuminatrix illis qui illuminatione opus habent: angelis autem qui nullo illorum indigent, melius dicitur gratia plena. Iudæ ille, Aue gratia plena. Nos dicimus, Aue Maria. Idcirco etiam prius dicta est gratia plena, & deinceps ab Angelo nominatur Maria: quia hoc habet ex gratia uero Mariæ nomen interpretatur in nobis, non enim quia illuminatrix, ideo gratia plena: sed quia gratia plena, ideo illuminatrix. Et sic de singulis interpretationibus illius nominis poteris assignare. In hoc etiam quod cum tanta reuerentia & humilitate Mariam Angelus saluauit, ut uideretur paulominus adoraturus feminam, qui solebat ab hominibus adorari, dicens ei, Aue. Illa tam festiua aggratulo intelligitur Angeli salutantis, quantum decuit Angelorum reginæ ab Angelo exhiberi. Beatus Bernardus loquens ad Angelos: Honorate sancti Angeli matrem, qui nostræ adoratis Virginis prolem: ipsam uirque pariter & uestrum regem, nostri generis reparatorem, uestræ ciuitatis instauratorem.

Aue Maria. Beatus Bernardus: De gloria hominis huius, nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, nec inuoluta potest locutio parturire. Unde nec mirum si pauca dicimus, qui cogitatione deficiamus, nihilum gustare de tanta dulcedine non est datum. Non enim datur sanctam caribus. Matth. 7. Non autem intelligit, qui non gustat, sicut dicitur, Gustate & uide. Gustat affectus, uideo intellectus: & oportet, quod gustus præcedat ad hoc ut illuminare ualeat intellectum. Unde & oculi Ionathæ, id est, iusti non illuminantur nisi prius melle gustato. 1. Reg. 14. Unde & Isai. 26. dicitur Domino: Ros lucis ros tuus. Ros lucis, id est, iustus affectus & illuminans intellectum. Qui ergo non gustat, non uidet: ac per hoc minus potest qui non uiderit, id est, intellectus, alijs enarrare. At si qui forte sunt, quibus & gustare datum sit & uide, magis percepta

sibi abscondere uolunt, & tanquam esurientes ampliora conquirere, quam alii communcare percepta, sicut dicit beata Virgo: Qui edunt me, adhuc esurient. Quia quæ eius dulcedinem semel gustauerint, adhuc plus de ea desiderant experiri. Inde est, quod pauca de ea dicta sunt à Sanctis, & fortasse in hoc ei morem gerentibus, ut etsi multa eis reuelata essent de ea, pauca tamen dicerent, & absconderent eam quæ semper desiderauit latere & abscondi.

Audiamus igitur quid de huius excellentia nominis more propheticè dixerit Salomon Cant. 1. quasi loquens ad Mariam: Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis. Rectè hoc nomen, Maria, oleo comparatur: quia super omnia sanctorum nomina post nomen Filij, reficit lassos, sanat languidos, illuminat cecos, penetrat diros, recreat fessos, uincit agonistas, putrefacit iugum diaboli, superenatat omni nomini sicut oleum omni liquori: dedit enim ei tota Trinitas nomen quod est super omne nomen post nomen Filij sui, ut in nomine eius omne genua flectatur, sicut manifestè patet, cælestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur huic sanctissimi nominis gratiam, gloriam, & uirtutem: non est enim in aliquo alio nomen post nomen Filij tam potens adiutorium, nec est aliquod nomen sub cælo datum hominibus post dulce nomen Iesv, ex quo tanta salus refundatur hominibus. Dicitur ergo Mariæ: Nomen tuum, id est, fama nominis tui, quod prius clausum fuit, quandiu mortata es in mundo, sicut oleum in uase, post assumptionem tuam ad cælum effusum est per omnia mundi climata: nam in predicatione Apostolorum in omnem terram exiit sonus eius, & manifestatum est toti mundo. Vel iuxta consuetudinem Scripturarum nomen ponitur hic pro nominato, sicut ibi: Protergat te nomen Dei Iacob, id est, ille qui nominatus est Deus Iacob. Et est sensus: Olem, id est, quæ nominatis olei iuxta multas proprietates olei, & maxime propter misericordiam, extra uas fustum, cuius uas ipse Christus, de cuius plenitudine accepisti, & nobis de tua plenitudine gratiam pro gratia refundisti. Et quia oleum effusum est nomen tuum, ideo adolescentulæ, id est, fideles anime quæ ex toto ueteri homine cum suis actibus nouum induerunt, & ideo nouellæ per gratiam, non uetulæ per culpam, non senio steriles, sed donis spiritualibus fecundæ, fortes in fide & dilectione, non debiles ut uetulæ, non incuruatae per amorem terrenorum, sed per desiderium rectæ & ad cælos erectæ. Dilexerunt te nimis, id est, uehementer. Et nota, quod ideo genere feminino dicitur, Adolescentulæ, quia feruentius amant quam adolescentuli: & quia commendantur ab humilitate & fecunditate. Istæ etiam dicuntur filie Ierusalem superne: quia fide, spe, & desiderio tendunt ad pacis æternæ uisionem.

Possumt autem nomini Mariæ proprietates olei, quæ notantur sub scriptis uersibus, congruè adaptari: & de oleo oliuarum præcipue intelligendum est.

Propter...

Est oleum viride, calidum, præpingue, sicut, Et penetratimum, nitidum, recreans, & amarum, Pascit & impinguat, & illuminat, & medicat, Roborat, emollit, extinguit, & ampliat ignem, Confert picturis, seruat rubiginem ferrum.

Est oleum viride. Quia memoria huius nominis est in generatione seculorum, sicut ipsa dicit Eccl. 24. in virore enim perseverantia & duratinitas designatur. Deuota etiam inuocatio & recordatio nominis eius ducit ad virtutem gratiæ in præsentem, ad virtutem celestium in futuro. Act. 4. Non est aliud nomen, &c.

In d... tione ad glo... riam Ma...

Calidum, ab effectu: quia deuota nominatio eius mirabiliter accendit ad amorem prout norunt qui experti. Vnde dicit Bern. Abbas ad Mariam: O pia, o magna, o multum amabilis Maria: tu nec nominari quidem potes, quia accendas: nec cogitari quin creces affectus diligentium te: tu nunquam sine dulcedine diuinitus tibi insita, piaz memoriæ portas ingrederis. Et hæc est olei proprietates, quod igni insulum, ipsi signa feruentiorem reddit.

Præpingue: quia subministrat deuotionis & gratiæ pinguedinem amatori suo, vt ei dicere possit: Impinguaui in oleo gratiæ & deuotionis caput meum, id est, mentem.

Serm. 15 su...

Suaue, per benignitatem. Beatus Bernard. dicit, quod nomen IESV mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Sic & nomen Maria, & etiam amplius si dicere audeamus. IESVS enim quasi superbium nomen est & nimium potens, nostros humiliter nomen affectus decet. Vnde si in IESV, aut deitatis, aut secus virilis austeritatem aliquis vereatur, recurat ad Mariam, in qua nihil horum suspectum est. Maria enim nomen muliebri est, mansuetudinem præferens & commendans.

Serm. de B...

Item beatus Bern. Rouolue diligentem Euangelicæ historiæ seriem vniuersam: & si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectam habeas & accedere verearis. Quod si (vt verè sunt) plena magis omnia pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ, quæ ad eam pertinent, inuenieris, age gratias ei, qui tibi talem prouidit mediatricem, in qua nihil possit esse suspectum. Quod si sexum vesearis pro eo quod & sibi & aliis sæpè fuit in ruinam, virgo est.

Et penetratimum. Mirabiliter enim virtus huius nominis, Maria, emollit & penetrat duritiam cordis humani. Prouerb. 20. Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. Dicamus & nos: Lucerna Domini, id est, Mariæ, quæ illuminatrix & Domina interpretatur, spiraculum hominis: quia peccator per eam respirat in spe veniæ & gratiæ, exemplo Theophili, quæ inuestigat, id est, inuestigare facit omnia secreta ventris, id est, abscondita cordis. Sed nota, quod oleum non penetrat humida, scilicet per carnalem concupiscentiam, sed desiccata per abstinentiam & poenitentiam. Si vis ergo hoc

oleo penetrari, necesse tibi est primitus desiccari.

Nitidum, quando sine fæce, sicut patet in lampade. Prouerb. 5. Nitidus oleo guttur eius, id est, verba de gutture procedentia, quæ mirabiliter illuminant intellectum nostrum.

Recreans. Recreat enim fessos & laborantes. Vnde dicit cum Filio. Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

Et amarum, donec fuerit igne decoctum. Maria enim interpretatur mare amarum: quia mundanis deliciis amaricat amaricatoribus suis, & amaritudines præsentis dulcorat charitatis igne, gratiam eis subministrando.

Pascit & impinguat. Mirabiliter siquidem pascit affectum & impinguat per deuotionem nomen istud: & quoties eius recordamur, toties roboramur.

Illuminat intellectum nostrum: quia Maria illuminatrix & stella maris interpretatur. Istius enim nominis excellentiam ipse etiam prolationis modo notauit beatus Lucas, cum illud tam reuerenter expressit: non enim ait, Missus est Gabriel ad Virginem cui nomen Maria, sicut dixerat de aliis, sed tanquam diutius expectatum tandem protulit cum pondere, dicens: Et nomen Virginis Maria: ostendens hoc nomen multum habere etuditionis & gratiæ, & alius memoriam commendandum, & diligentius inuestigandum. Sicut etiam dicit Hieron. quando nauis ob causam aliquam mari se immergunt, oleum deferunt in ore, & illud emittunt, & fit perlucidus fundus aquæ. Sic deuota inuocatio nominis huius, scilicet Mariæ, & doctrina & gratia eius rerum labentium intima faciunt manifesta. Beatus Bern. Tristatur aliquis? continuè ad nomen Mariæ cedat nubilum, serenum redit. Ecce quomodo illuminat oleum istud.

Et medicat. Eccl. 7. Melius est nomen bonum quam pretiosa vnguenta. Istud inuenies infra. Si enim vulnus oleo perungatur, oleum non permittit cicatricem obduci, donec sanies sit educa. Nec Mariæ benignitas in amatoribus suis conscientiam pacificari, donec per confessionem putredo vitij sit eiecta. Vnde Prouerb. 20. Lucerna Domini, &c. vt supra. Maria siquidem illud oleum misericordiæ, quod verus Samaritanus, id est, Christus infudit vulneribus sauciati, id est, generis humani per præuocationem primæ matris de Ierusalem in Ierico descendenti. Luc. 10.

Roborat. Oleum enim ossa & nervos indurat, & medullas confirmat. Vnde & antiqui luctatores sup toto corpore oleo perungebant. & Dominum pugiles vincti hoc oleo per dilectionem & crebram huius nominis recordationem, vel capi nequeunt, vel diu teneri non possunt à diabolo aduersario.

Emollit. Nomen enim Mariæ duritiam apostematis quod designat superbiam, emollit, & sedat tumorem cordis insitit olei, quando per orationes eius auferunt à nobis cor lapideum, & datur cor carneum, & quando exemplo & gratia eius in humilitatem conuertitur superbia cordis nostri.

Extinguit

Extinguit & ampliat ignem. Oleum enim extinguit ignem in lapide, & accendit in ligno. Si enim aliquando lapideus & durus fuisti peccando, & ex toto corde conuersus fueris ad Mariam, incendium peccati extinguit in te: quia proprietates est extingueri ignem Græcum & lapidem ignitum: & consuetudo Mariæ in suis amatoribus extingueri feruorem peccati. Si lignum fueris, id est, tractabilis & patiens, succendet in te dulcedinem Dei, si nominis eius misericordiam inuocaueris toto corde.

Confert picturis. Valet enim oleum ad faciendâs picturas: quia conglatinat colores, & facit adherere clypeis, sellis, & imaginibus. Et gratia Mariæ coloribus virtutum hominem interiorum insignit.

Sequat, id est, à rubiginem ferrum: ferramenta enim non rubiginantur si oleo inungantur.

4. Nominis Maria dignitas & dulcedo.

Aue Maria. Dignitatem & efficaciam istius inuere videtur Salomon dicens Prouerb. 22. Melius est nomen bonum quam diuitiæ multa. Item Eccl. 7. Melius est nomen bonum quam pretiosa vnguenta. Mariæ siquidem nomen longè melius quam diuitiæ corporales: quia melius angustiam releuat paupertatis, & dolori peccatorum medetur melius quam vnguenta. Pauper es, confuge ad nomen Mariæ, quæ tibi pauperiam exhibetur: & si deuotè attendas, quod de hac paupertate exaltata est etiam super Angelos, iam non erit tibi onerosa paupertas. Peccator es, ad Mariæ nomen confugas, ipsum solum sufficit ad mendendum: nam pestis tam efficax nulla sic hæret, quæ ad nomen Mariæ non cedat continuo, sicut patet exemplo Theophili. Iustificatus es, sed fortè tentaris supra vires, & eò amplius tentatoris times insidias, quantò te ab eo expugnatum aliquando recordaris, recordare, quod turris fortissima nomen Domini nostræ: ad ipsum confugiet peccator in tentatione, & etiam qui peccauit, & saluabitur: dicit enim Salomon, qui parum noverat de Maria. Prouerb. 18. Turris fortissima nomen Domini: ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Nobis autem dicendum: Turris fortissima nomen Domini: ad ipsam confugiet peccator, & saluabitur.

Item dulcedinem nominis Domini præuiderat Isaias dicens. 26. Domine nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animarum. Terribile tamen ostendit illud dicens. 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius & grauis ad portandum. Et Psal. Sanctum quidem, inquit, & terribile nomen eius. Horribili quidem dulcedo tanto furoris respecta. Scias autem ei qui aliud prouidit refugium peccatoribus, delectationis & securitatis plurimum habens, terrore nihil. Mariæ siquidem interpretatur Syro sermone Dominus nec solum potens est ad manendum confugiens ad eam: tanquam turris, sed & hostes insequentes potens est expugnare. Vnde super illud Cant. 6. Terribilis ut castrorum acies ordinata, dicit beatus Bernardus. Non ita metum hostes visibiles quam diu castrorum multitudinem copiosam, fiat aëre

potestates Mariæ vocabulum, patrocinium, & exemplum. Cedunt & pereunt sicut cera à facie ignis, vbicumque inuenerint huius nominis crebram recordationem, deuotam inuocationem, sollicitam imitationem. Roganda est igitur assidue Maria, vt nomen suum quod est Domina, interpretetur in nobis, tentatores nostros expugnando, & se turrim fortitudinis nobis exhibendo à facie inimici: & vt hoc nobis præstare dignetur, nomen eius & memoriale in desiderio animæ & iugi memoriale te neatur.

Aue Maria. Ter ad minus in Canticis in persona Angelorum queritur, Quæ est ista: Non tantum quia personæ mirentur excellentiam, quæ nec primam similem visa est nec habere sequentem, sed forsitan quia dulce nomen sibi desiderant responderi. Sicut enim antiquis patribus, Isaiæ & cæteris nomen Domini in desiderio erat, vt scilicet inter homines nominaretur Christus, qui notus erat in cælo, & nomen quod claudebatur in cælo, effunderetur in terra: sic Angeli nomen Mariæ desiderabant nominare & in notitiam effundi, vt non intra terræ terminos clauderetur, sed etiam celebre haberetur in cælis.

Item Luc. 1. Et nomen Virginis Maria Bene autem immediate iungitur Mariæ virginitas: eò quod non solum nomine præferat, sed & aliis præbeat gratiam castitatis. Ita etiam nomini Mariæ virginitas & sanctitas inseparabiliter sunt adiuncta, quod cum agit beatus Luc. 7. De poenitentia Magdalene, propter huius nominis reuerentiam non ausus fuit Mariam, sed mulierem nominare: sed paulo post, scilicet. 8. cum dicit eam iustificatam à Domino: de suis facultatibus ministrare, vocat eam Mariam, & ei Susannam & Ioannam adiunxit, quæ si beate sunt, quia Domino de suis facultatibus ministrant, ista longè beatior: vnde dicitur ei Prouerb. in fine: Multæ filie congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Ipsa enim sola & prædictarum trium in se vocabula interpretata est, & officium executæ. Ibi Maria, hæc Maria. Susanna verò interpretatur lilium, quod nulli melius conuenit quam illi quæ priuilegium meruit castitatis. Ioanna interpretatur gratia Dei, nulla autem hoc nomine quam ea quæ plena gratia memoratur. Illæ Domino de terrenis facultatibus ministrant: ista propriè ministrat ei de suis, quæ de carne propria ministrat non conceptum, & de lacte propria nutrimentum. Vnde Luc. 11. beatificatur ab ea quæ dicebat ad Dominum: Beatus ventris qui te portauit, & vbera quæ suauit. Quod si beatificat eam mulier quæ suauit carni, & sanguini eius communicare non meruit, longè magis à nobis beatificanda est, qui de eius carne & sanguine refectum in altari: carnis eius quæ ibi sumitur, caro Virginis est, de cuius carne sumpta est portio, de qua artificiosus Spiritus sancti formatum, est corpus Christi.

CAPVT

CAPVT III

I. *De Maria.* Nota, quod sicut nomen Filij effunditur in septem nomina Isaie 9. vbi dicitur: Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, &c. sic & nomen Mariz per suas interpretationes potest conuenienter effundi. Vnde ei dicitur: Orem effusum nomen tuum, &c. vt supra. Interpretatur enim Maria illuminata, vel illuminatrix, vel illuminans, vel stella maris, vel sinira maris; vel secundum quosdam maris hyas, vel mare amarum; vel Syco sermone Domina. Quatuor autem istarum interpretationum magis habetur in vsu; scilicet illuminatrix, Domina, mare amarum, stella maris. Illuminatrix & stella maris proprie fuit in filij natiuitate, quando emisit radium totum mundum illuminantem, & mundo edidit lucem veram, quando scilicet verus sol iustitiz exortus est ex ea. Domina proprie in filij oblatione, quando ipsum presentauit in templo, vbi totus conueniebat mundus, quasi totum mundum volens de ipso mittere in seipsum. Quod etiam adhuc designat eius imago Filium tenens quasi ad dandum illum.

Lib. 4. c. 15. Item Domina sicut dicit Damascenus: Anna genuit Mariam, id est: gratia Dominam. Maria enim omnium creaturarum facta est Domina, creatoris omnium mater existens. Amarum matre in filij passione, quando scilicet animam ipsius filij pertransiuit gladius. Beatus Bernardus: Plusquam martyrem non immerito predicemus, in qua nimirum corporee sensum passionis excolit compassionis affectus.

Item illuminatrix est: quia tenebras nostras, id est, nos tenebrosos illuminat multis modis, sicut inferius ostendetur. Domina: quia nos protegit tanquam tutris fortissima, vt supra, & aduersarios nostros reprimat & expugnat, quibus est terribilis vt castrorum acies ordinata. Stella maris: quia dirigit vias nostras per mare huius mundi. Mare amarum: quia nobis amaricat noxias mundi delicias. Roganda est ergo assidue, vt nomen suum interpretetur in nobis, vt scilicet illuminet tenebras nostras, noxias nobis amaricet delicias, vias nostras tanquam stella maris regat & dirigat, tanquam Domina comprimat tempestates, & aduersarios nostros puniat & compescat. Nunc de singulis interpretationibus aliquantulum diffusius videamus.

Maria illuminata. Illuminata à patre luminum, à quo descendit omne datum optimum, & cuius dono tot habuit in se luminaria, quæ virtutes. Et ita hoc nomen, Maria, ei singulariter & excellenter conuenit: quia pro omnibus post filium suum plura dona habuit gratiarum. Illuminata etiam per gratiam Spiritus sancti, quando in vtero sanctificata, & quando Spiritus sanctus superuenit in eam. Item illuminata à filio Dei vero sole iustitiz in illius conceptione, quem totum in corde, totum suscepit & portauit in ventre: nec potuit esse non illuminata, quæ fontem luminis suscepit in se totum. Ideo mulier amicta sole. Apoc. 12. comparatur. Ipsa

etiam tanquam ex sole ex respectu diuinitatis beatificatur à generationibus vniuersis. Vnde dicit: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Ecce quod à sole illuminata. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ecce lunæ pulchritudo & lumen.

Illuminatrix. Ideo postquam dicta est pulchra vt luna, dicitur electa vt sol: quia sicut sol radiis suæ claritatis illuminat mundum, sic ipsa suis virtutibus & exemplis populum irradiat Christianum. Vnde dicit Eccl. 24. Illuminabo omnes sperantes in Domino. Alios nequaquam. Ipsa enim illuminat Ecclesiam militantem signatam per arcam Noë, quam illuminabat fenestra crystallina, quæ figurabat Mariam. Illuminat & triumphantem. Vnde dicit Eccl. 24. Ego feci vt in cælis oriretur lumen indeficiens, id est, ego genui Christum qui est in cælis lumen indeficiens. Propter hoc de ea canitur, quod vita eius incluta, cunctas illustrat Ecclesias, id est, militantem & triumphantem: Ipsa etiam post filium est illa vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quod vita eius incluta, cunctas illustrat Ecclesias, id est, militantem & triumphantem. Ipsa etiam post filium est illa vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quod vita eius incluta, cunctas illustrat Ecclesias, id est, militantem & triumphantem. Ipsa etiam post filium est illa vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quod vita eius incluta, cunctas illustrat Ecclesias, id est, militantem & triumphantem. Ipsa etiam post filium est illa vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quod vita eius incluta, cunctas illustrat Ecclesias, id est, militantem & triumphantem.

Dicunt autem quidam, quod interpretatur illuminatrix mea. Ipsa enim illuminatrix nostra est Filio mediante, qui Ioan. 9. fecit lutum ex sputo, quo illuminauit cæcum natum: in quo later maximum sacramentum. Saliua descendens de capite IESV, Dei sapientia, quæ dicit Eccl. 24. Ego ex ore Altissimi prodii, &c. Ex hac salua & terræ nostræ natura confectum est collyrium, quo illuminatum est genus humanum, designatum per cæcum illum, per fidem scilicet verbi incarnati. Vnde quidam:

Est caro nostra lutum, verbi sapientia fructum. Est genus humanum tali medicamine sanum.
 Est autem triplex oculus. Oculus contemplationis, quo videtur Deus & quæ in Deo sunt, qui per culpam Adæ omnino est extinctus. Est oculus rationis, qui videt animum & quæ in eo sunt, qui per illud peccatum lippus est effectus. Est oculus carnis, qui videt mundum & quæ in eo sunt, qui ad carnis concupiscentiam est apertus. Vnde dicitur de primis parentibus Genes. 3. quod gustato fructu vitæ, statim aperti sunt oculi amborum, id est, rini concupiscentiarum. Duo primi per fidem incarnationis sanantur, sed tertius per hoc collyrium excæcatur. Alius duplex collyrium, incarnatio, & passio Saluatoris. In primo salua & puluis: puluis de terrâ puluere facta caro: de salua, vt dictum est, hoc collyrium dicitur Christi, quo illuminauit oculos cæci nati. Ioan. 9. id est, generis humani. Secundum collyrium dicitur Raphael, qui

qui interpretatur medicina Dei, quod confecit de felle & icore piscis assi, quo illuminatus est Tobias. Piscis assus Christus passus, qui in veru crucis affatus, passus est felle, & potatus aceto, sicut dicit per Psal. cuius amaritudines si cum amaritudine recolantur, illuminant oculos spirituales.

Illuminans. Quidam dicunt illuminans eos, id est, Christianos vel familiares suos: quia videlicet documentis suis quæ habentur in Euangelio, docuit nos viuere Christiane. In multis etiam docuit ipsos Apostolos doctores Ecclesiz. Edidit etiam nobis lucem veram quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Impetrat etiam iugiter gratiam peccatoribus tenebrosis, qui nisi per gratiam non illuminantur. Sic ergo possumus effundere nomen Mariz in nomina supra dicta, ita tamen quod intelligantur antonomastice & cum articulo ætante communem appellationem ad propriam & singularem Mariæ personam per appropriationem. Cum ergo dicimus, Ate Maria, debemus humiliari coram ea tanquam serui coram Domina. Debemus etiam de peccatis conteri, reducentes ad memoriam suam & filij passionem, cui ex peccatis nostris dedimus causam. Debemus etiam memorare inter quæ versamur pericula, & tenebras ignorantiz nostræ, vt sic in corde contrito & humiliato, quod nec ipsa nec Filius eius despicit, impetremus ab ea lumen gratiæ, & ducatum inter pericula.

Quæ Maria dicitur stella. Stella maris. Videamus primò quare stella, deinceps quare stella maris. Stella: propter excellentiam sui status. Vnde dicit Eccl. 24. Ego in altissimis inhabitavi. Excellentem enim fuit in ortu: quia ante sanctificata quam natus est enim filia gratiæ, cum omnes alij nascantur filij iræ. Ephes. 2. Quod signatum est in hoc quod fuit filia Annæ, quæ gratia interpretatur. Cant. 6. Vnq̄ est matris suæ, electa genitricis suæ. Excellentem in vita, iuxta humanam consuetudinem: quia virginitatem vovit, licet sterilis malediceret in lege: & quia humilima, cum multi superbiani de virginitate: & quia fidelis & credula, licet quod ei promittebatur, videretur impossibile, scilicet quod virgo conciperet & pareret manens virgo. Per votum enim virginitatis & excellentiam humilitatis Deo placuit: sed per fidem concepit. Vnde & per autem dicitur concepsisse, id est, per fidem doctoris: quia fides ex auditu. Ideo dicitur ei: Beata quæ credidisti, &c. Excellentem etiam fuit in partu: quia sine dolore natura mirante suum peperit genitorem. Excellentem etiam in sua assumptione super omnes Angelorum ordines exaltata. In omnibus enim istis & multis aliis consistit excellentia stellæ nostræ.

Quia fixa in firmamento cæli, id est, Scriptura, per iugem meditationem legis diuinz: vel in bonis cælestibus per desiderium & amorem æternorum tanquam filia vera Abrahæ cui promissum est. Genes. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli. Quia clara & lucida sanctitatis exemplo, illuminans mundum multiplici virtutum radio, sicut infra assignabitur. Clara etiam per

vitz puritatem, non habens in se maculam, sicut luna in presenti. Vnde & ei dicitur. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Quia tota ignea per charitatem, maxime ex quo illum concepit, qui ignis consummens est. Deuter. 4. Vel etiam ignea per virtutem vniuersitatem. Virtutes enim igneæ naturæ sunt: & ideò sursum trahit, quia locus ignis sursum est.

Quia parua apparuit, per humilitatem se offerens Domino in ancillam, cum postularetur in matrem, sed postea magnam se esse testatur dicens: Bearam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est. Ideo ipsa dicitur luminare quod minuitur in consummatione. Eccl. 43.

Quia attractiuæ naturæ. Algabichius Philosophus. Ea est natura stellarum respectu vaporum, quæ adamantis respectu ferri. Cum sit ergo stella, trahit ad Filium fluidos per vitia, sicut patet de Theophilo. Dicit ergo ei omnis fidelis anima: Trahe me post te, &c. Ipsa est enim cortina totius mundiciæ precibus, meritis, & exemplis, præcedens & trahens post se omnes cortinas tabernaculi, id est, Ecclesiz. Dei. Exod. 26. & 36. in fine. Sponsus & sponsa dicunt, Veni: & qui audit, dicat veni. Apoc. in fine.

Quia tempore gelicidij lucet & scintillat clarissime: quod apparuit in dominica passione, quando cæterarum charitas refrigerat, & ipsa sola quasi de nocte totam Ecclesiam illustrat.

Quia stella dicitur à stando. Stare enim obedientis est, & de ipsa dicitur: Astitit regina &c.

Quia coruscans & rutilans, per excellentissimam conuersationem.

Quia aspectum & effectum habet ad terram, id est, ad terrenos, quorum procreat negotia, & maxime ad seruum & amatorem suum, cui dicit: In via hac quæ gradieris, firmabo super te oculos meos.

Propter motum continuum: quia continue mouebatur de virtute in virtutem, de vno bono ad aliud, de actiua ad contemplatiuam. Beatus Bernardus: In via Dei non progredi, retrogredi est.

Propter præstitam obedientiam. Baruch. 3. de stellis, Vocatæ sunt, & dixerunt, Adsumus.

Quia illuminat quos custodit, & à quibus eius dilectio custoditur. Baruch. 3. Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & lætate sunt.

Quia contra diabolum pugnat pro seruis suis. Indic. 5. Stellæ manentes, &c.

Quia filio assignat quidquid bonum recipit ab eo. Baruch. 3. de stellis: Luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas.

Quia fuit & semper est in dextera Dei. Apoc. 1. Habebat in dextera sua stellas septem. Quia pro æternis semper festinat, non pro temporariis. Prou. 3. Longitudo dierum in dextera eius, &c. Creditur etiam ad filij dexteram residere.

Quia suo modo vigilat de nocte ad ipsam noctem illuminandam.

Quia

Quia hilariter dat lumen suum. Baruch. 5. Luxerunt ei, non sibi, non mundo, cum iocunditate.

Quia valde pulchra creatura per vite honestatem. Siquidem stella pulchra est ex omni sui parte. Et Maria dicitur. Cant. 3. Tota pulchra es amica mea, &c. Nonne tota pulchra, quæ non habuit maculam, neque rugam? Nonne tota pulchra, quæ à planta pedis usque ad verticem pulchra? Et hoc ostenditur infra, titulo de pulchritudine eius.

Quia nauigantes per mare mundi introducit in portum salutis. Idem signatur per stellam quæ Magos adduxit ad Christum qui est portus salutis. Vnde Matth. 2. Ecce stella quam viderant, &c. Et statim sequitur: Et intrantes domum, inuenerunt puerum, qui est ille portus.

Quia quandoque quasi ridere videtur: quia peperit ritum & gaudium nostrum, & in ipsa & per ipsam nobis arripit patres. Vnde in figura eius dixit Sara. Genes. 21. Risum fecit mihi Dominus, &c. Et propter hoc corrigendum & congaudendum est ei. Vnde sequitur in verbis Saræ: Et quicumque audierit, corridebit mihi, id est, congaudebit, dicit Glossa.

Quia firmamentum adornat, id est, Ecclesiam tanquam pulcherrima mulierum. Cant. 5. Pulchra in veterina sanctificatione, pulchrior in Christi conceptione, pulcherrima in sua assumptione. Eccl. 26. Sicut sol oriens in mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius.

Quia noctem illuminat. Illuminat enim noctem illam solitariam nec laude dignam, quæ ab Eua deflexerat usque ad ipsam. Nam in ortu eius meliorari omnia inceperunt.

Quia radiis suis terram illustrat, id est, terrenos. Repleta enim gratia septiformi, nos replet de sua semper plenitudine, nobis refundens gratiam, nisi steterit per nos.

Quia futuros eventus prænotificat. Comètes enim quando oritur, signum est mortis principum, & ipsa mortis Christi qui est princeps pacis. Isa. 9. & diaboli qui dicitur princeps mundi. Ioan. 14. Idem dicitur Ierem. 46. Fortis impiegit in fortem, id est, diabolus in Christum: & ambo pariter corruerunt, sed dissimiliter. Istud impletum est in Dominica passionis.

Quia astrologos verificat: imò super astrologos, id est, Prophetas, qui in his quæ de partu eius prædixerant, per eam fideles inueniri sunt, sicut petierat. Eccl. 33.

Quia pigros ad laborandum excitat, cum ipsa sit lucifer & stella matutina: ante ortum enim eius inutilis erat labor hominis ad vitam æternam promerendam.

Quia nauigantes per mare huius mundi reificat & dirigit ad portum. Vnde designatur per stellam quæ Magos adduxit ad Christum, quæ est portus salutis. Quære infra.

Lucifer. Vnde canit Ecclesia: Oritur ut lucifer, id est, non tenebrosa in ortu, sicut nos qui nascimur omnes filij iræ. Ephes. 2. Sed ipsa ante sanctificata quam nata. Orta est ut lucifer, id est, tota clara, & in spe maioris

*Lucifer i cel-
latis.*

claritatis, scilicet solis iustitiæ, qui natus est ex ea. Et bene dicitur Maria lucifer: quia in vtero suo nouem mensibus portauit lucem veram. Dicitur enim lucifer Græcè fosforos, à fos quod est lux, & oros quod est visio. De hoc lucifero. Job 38. dicit Dominus ad Iob: Nunquid produces luciferum in tempore suo? id est, in tempore gratiæ. Quasi diceret: Non tu, sed ego. Item lucifer clarior cæteris stellis, & Maria in singulis virtutibus sanctorum ordinibus præeminet vniuersis. Adapta huic lucifero proprietates auroræ.

Stella matutina lucens antequam dicat: quia ortus Mariæ præcessit ortum diei, id est, Christi, qui lux est & dies. Hæc est stella quæ vincenti promittitur in præmium. Vnde Apoc. 2. Vincenti dabo stellam matutinam. Et nota, quod in ortu huius stellæ, scilicet quando gratia & dilectio Mariæ oritur in corde iusti, fugiunt fures, id est, demones, quibus ipsa terribilis est vt castrorum acies ordinata. Vigiles fiunt alacriores, id est, prælati, vel quicumque de sua salute solliciti. Egri animæ quiores, operarij vigilantiores. Et bene Maria stella matutina: quia semper fuit in mane oriendi, & nunquam tendebat ad occasum peccati. Vel stella matutina, gloria æterna, quæ nunquam habebit finem, & quæ semper videbitur inchoare, vt dicere videatur quilibet de beatis. Et dixi, Nunc cœpi, scilicet gustare, quoniam suavis est Dominus. Vel stella matutina quilibet de beatis. Vnde dicitur Iob 11. Orieris vt lucifer. Christus etiam stella matutina. Vnde Apocalyp. in fine: Ego sum radix, id est, sustentamentum per diuinitatem, & genus Dauid secundum humanitatem, Matth. 1. IESU CHRISTI Filij Dauid stella splendida. Hic tangit præcipuum opus suum secundum humanitatem, scilicet resurrectionem. Stella splendida, quæ illuminauit noctem inferni. Isa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, &c. Bene stella quæ apparet parua, & signat eius humilitatem, quæ rex descendit soluere seruos incarceratos: & matutina, quia manè surrexit.

Et nota, quod triplex potest distingui stella, scilicet vespertina, nocturna, matutina, id est, vita Euz, vita patrum antiquorum, & vita Mariæ. Prima vespertina, id est, vespertina. Hæc est Eua quæ toti mundo spirauit vā culpæ, & vā pœnæ, quæ scilicet stella appellatur absinthium Apoc. 8. propter amaritudinem illarum mundo miseria. Secunda, vita iustorum, qui fuerunt & ante aduentum Dominum & post, quibus dicit Apostolus Phil. 2. In medio nationis præuæ & petnerse lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vite continent. Tertia lucifer, id est, vita Mariæ, cuius vita incluta cunctas illustrat Ecclesias.

Item hæc est stella quæ apparuit Magis, quæ non in firmamento, sed subter firmamentum, quasi inclinata stellarum natura in inferiori spatio æris decurrebat. Ac si diceret Psal. Inclinauit cælos Dominus, & descendit. Noua erat stella illa, illa scilicet nuntians nouitatem, de qua Ierem, 31. Creauit Dominus nouum super terram, Formina circumdabit virum. Hoc nouum fuit & inauditum super

Duplex stella: vespertina, nocturna, matutina.

Stella quæ apparuit Magis.

Sex stellæ sunt proprie tæti.

super terram, quod femina habuit in vtero parvulum quidem tempore, sed tamen virum omni perfectione virtutum. Stella hæc cum sole lucebat contra naturam stellarum omnium: luna enim & stellæ superueniente solis lumine non apparent, sed absorbentur à splendore solis. Hæc autem stella lucebat cum sole, nec ad lumen solis propriam claritatem amittebat, vt illius stellæ quæ peperit solem, præilegium demonstraret: beata enim Virgo quæ vetum peperit solem, lucet cum filio: & quanto maiori dignitate rutilat filius, tanto maiori dignitate splendet & mater, quæ licet longè sit minor filio, sicut stella minor sole, hoc tamen gaudet privilegio, quod omnis anima Deo comparata, suam reprimat claritatem. Sed quia honor filij honor est matris, in excellentia filij lucet excellentia matris, quæ tantum filium meruit generare. Quod designatur in hoc, quod stella illa lucebat de die.

Hæc est stella de qua legitur Num. 24. Orietur stella ex Iacob, &c. In natura enim stellarum solent sex principaliter considerari, quæ laudi stellæ istius possunt congruè adaptari. Hæc sunt materia, forma, quantitas, situs, motus, & virtus.

Materia, in qua consideratur incorruptio: quia cunctis corporibus circa lunam subiacentibus corruptioni, sola natura stellarum mundo manente non potest corrumpi. Merito ergo in materia nostræ stellæ Virginis Mariæ consideratur incorruptio, de qua materialiter status est secundum carnem, cuius animam Deus non dereliquit in inferno, nec dedit sanctum suum videre corruptionem. Quæ etiam secundum carnem penitus experta corruptionis fideliter est credenda, quæ incorrupta virginitate de se genuit eum qui omnis incorruptionis est causa, vt sicut stellæ quælibet incorruptibiles de natura, sic ipsa sit incorruptibilis de gratia. Sine corruptione etiam puritatis & incenerationis in corpore creditur de mundo assumpta.

Forma, in qua consideratur plenitudo rotunditatis & perfectio: quia, sicut ratione probatur geometrica, cunctis corporibus plenior & perfectior est sphaera: omnis autem stella est sphaerica. Audi plenitudinem in hac stella: Ate gratia plena. Audi perfectionem: Beata es quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à Domino.

Quantitas, in qua consideratur paruitas vel magnitudo: sed ita est, quod quæ parua sunt æstimationis, magne sunt in rei veritate. Audi stellam hanc æstimatione paruum: Ecce, inquit, ancilla Domini. Audi in rei veritate magnam: Bearam, inquit, me dicent osanes generationes: quia fecit mihi magna.

Situs, in quo consideratur eminentia vel depressio: quia quædam stellæ tanquam defixæ sunt in cælo, cæteræ dependunt in inferiori loco. Verumtamen stella maris semper in cælo apparet sublimis. At illam sub pedibus styx atra videt, manesque profundi. Vtæ stellæ nostræ Virginis gloriose semper in cælo sublimis est eminentia: quia exaltata est super choros Angelorum ad cælestia regna.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Motus, in quo consideratur generalis omnium circumuolutio: quia stella quælibet mutans locum, tamen circulariter mouetur circa circuli centrum: sola verd stella maris de loco nescia moueri, circuit immobile punctum quod est principium cæli, quod punctum stella maris habens in se, nescit ab ipso separari. Quæ stellæ nostræ Virgini bene & conuenienter poterunt adaptari. Audi stellam hanc circumuolubilem: Nouum faciet Dominus super terram, Mariæ circumdabit virum. Audi etiam virum illum punctum, id est, simplicem esse: Beatus Diony. cum de partibus humanæ naturæ in Christo loquitur, dicit: Ex quibus simplex IESVS ineffabiliter est compositus. Vis audire immobilem. Boëtius dicit: Stabillique manens dat cuncta moueri. Vis audire illum principium. Ipsemet dicit: Ego principium qui & loquor vobis. Vis audire quomodo stella nostra illum habet intra se. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Vis audire, quod non possit ab illo discendere. Audi ipsam in Cant. Tenui eum, nec dimittam.

Virtus, in qua maxime consideratur generationis vel corruptionis operatio. Quia quarundam stellarum virtus terram fecundat ad generationis operationem, quarundam verd virtus inscit ad corruptionem. Vis audire stellæ nostræ virtutem. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Vis audire ex hac virtute terræ nostræ fecunditatem. Dominus dabit benedictionem, & terra nostra dabit fructum suum. Vis audire generationis operationem. Generatio & generatio laudabit opera tua. Vis audire corruptionis purgationem per eandem virtutem, audi Paulum dicentem ad Hebræ. 1. Qui portat omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, &c.

O verd stella mirabilis. Verd laudabilis. Igitur venite, corruptioni subiacentes ad incorruptibilem, vt per eam vobis corruptibile hoc induat incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem. Gratia vacui ad plenam, vt cum sitis vacui gratia, de plenitudine eius sicut adipe & pinguedine repletur anima nostra, &c. Imper facti ad perfectam, vt cum venerit quod perfectum est, per eam euacuetur quod in vobis ex parte est, &c. Paruuli ad magnam, vt per eam in eo crescatis cuius magnitudinis non est finis. Humiles ad sublimem, vt per eam vos exaltet qui per eam deposuit potentes de sede. Claudicantes à semitis vestris ad circumuolubilem, vt mulier quæ circumdabit virum gremio vteri sui, sit in circuiu populi sui ex hoc nunc & vsque in sæculum. Debiles ad eius virtutem, vt cum aliquis ceciderit, non collidatur: sed mater diuinæ pietatis supponat manum suam, &c.

Stella maris. Super illud Luc 1. & nomen Maria, hæc Virginis Maria, beatus Bernardus: Loquamur in mari pauca super hoc nomine, quod interpretatum maris stella dicitur, & matri Virgini valde conuenienter aptatur. Ipsa namque aptissime sideri comparatur: quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium, sic absque læsione Virgo parturit filium. Nec sideri

B radius

radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Jacob orta, cuius radius vniuersam orbem illuminat, cuius splendor & perfalgat in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes quam corpora, fouet virtutes, excouit vicia. Ipsa, inquam, est præclara & eximia stella, super hoc mare magnum & spatiosum necessitas subleuata, micans meritis, illit vis exemplis. O quisquis te intelligis in huius seculi profluvio magis inter procellas & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare: ne avertas oculos à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurtas scopulos tribulationum: respice stellam, voca Mariam. Si iactantis superbia vndis, si ambitionis, si detractiois, si simulationis: respice stellam, voca Mariam. Si inuidia, aut auaritia, aut carnis illecebrosam concussione mentis, respice Mariam. Si criminum immanitate turbatus, consolentur fecerit confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitia, desperationis abyssis, cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Maria cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & vt impetres eius orationis suffragium, non deferas conuersionis exemplum. Ipsam sequens non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non moris, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia peruenis: & sic in temetipso experis quam merito dictum sit: Et nomen Virgini Maria.

Item tempore huius saluationis valde congrad appellata est Maria stella maris, quando scilicet nulli erant in caelo beati, de hominibus intellige. In mundo nulli aut paucissimi iusti, sed omnes, aut fere omnes erant in mari, id est, in amaritudine peccatorum, ignorantia tenentibus inuoluti: & ideo iuste stella maris, id est, in inferorum nuncupata est, quæ ad hoc ordinata est ab æterno, vt per eam Dominus quantum in se est, omnium miseretur. Ideo dicit ipsa Proverb. 8. Ab æterno ordinata sum. Modo autem in tempore gratiæ cum non solum miseris, sed & iustis illuminet & beatis, magis vocanda videtur stella mundi, stella cæli. Stella mundi, id est, iustorum qui propter cordis munditiam mundi appellantur: quia dum affecta deuotionis ad illam respiciunt, contra pressuras mundi, consolationis ab ea beneficia consequuntur. Stella cæli: quia sua claritate omnes illuminat ordines beatorum. Stella maris: quia omnes miseri fluctuantes in amaritudine criminum, in ipsa refugium inueniunt, quæ lucem genuit fluctuantibus in hoc mari. Vel etiam stella maris: quia præcipue illuminat amarus pro peccatis: & ipsa est lumen peccatorum etiam profundissime peccantium, sicut patet in Theophilo. Item stella maris: quia sicut stella in mari nauigantibus rectæ viæ indicium est, sic Maria in hoc mundo tortuose viuentibus, aliis rectam viam humilitatis, aliis castitatis, aliis bonæ operationis, aliis contemplationis seu cuiuscumque virtu-

tis ostendit. Item stella maris: quia nauigantes mare mundi spatiosum, vbi sunt repulsa absque numero, & animalia pusilla cum magnis, ipsam inter omnes stellas, id est, sanctos præcipue cognoscunt, ad eam frequentius spiritualibus oculis respiciunt, perditam sollicitius redeant, secundum eam iter suum dirigunt: ipsa enim recte viuere cupientes exemplis suis dirigit, errantes ad viam reducit, periclitantes ad portum salutis deducit.

Item hæc stella maris stellis cæteris præeminet tribus modis, altitudine, immobilitate, luminis communiōe.

Altitudine: quia in vertice mundi posita, sicut caput membris, sic superextollitur cæteris stellis. Vnde Poëta. Hæc vertex nobis semper sublimis. At illam, hoc est eius oppositum, sub pedibus, Stryx atra videt, manesque profundi. Similiter & Maria vniuersis cæli & terræ creaturis altior: quia cæteri sancti migrantes à corpore, recipiuntur inter choros Angelorum & super ordines beatorum. Vnde, Vidi speciosam sicut columbam vsque super riuos aquarum.

Immobilitate: quoniam quasi in centro firmamenti constituta, cæteris vario motu modo ad ortum, modo ad occasum tendentibus, ipsa immobilis persistit. Verte visum ad cæteros filios hominum, qui sua mobilitate corruunt, & corruunt tota die: & sic videre poteris quomodo illa immobilis & immutata permansit: nec solum immobilis per peccatum, sed, vt breuiter dicam, ad nullum promissum Angeli à voto virginitatis seu proposito titubauit. Vnde & castellum appellatur fundatum supra firmam petram, quæ est Christus, & similiter turris.

Luminis communiōe: quia cæteris sanctis vicissim lumen suum præbentibus, hæc sine vicissitudine semper æquali radio, quantum in se est, cunctis viuentibus claritatem effundit. Cæteri enim sancti iure patronatus sibi commissis plus possunt prodesse, & sic mortalibus sua impendunt suffragia, sed modo differenti, vt Petrus Romanis, Dionysius Francigenis, Martinus Turonicis, & huiusmodi. Pro suo etenim grege plus potest quilibet sanctus in curia Altissimi, quam pro alieno. Maria verò sicut est omnium regina, sic & omnium patrona, & æqualiter, quantum in se est, est ei cura de omnibus. Sap. 6. sine acceptione personarum, quæ super omnes accepit plenitudinem dignitatis: longe enim positos illuminat radiis misericordiarum suarum, sed propinquos per specialem deuotionem consolationis suauitate, existentes secum in patria excellentia gloriæ. Et sic non est qui se abscondat à calore eius: sicut enim tam iusti quam peccatores, assidue exorant Mariam, sic tam Angeli quam beati iugiter respiciunt in Mariam.

Amarum mare. Mare est generatis aquarum collectio, & proprie sic appellatur, quia aquæ eius amaræ sunt, vt dicit Isidor. Maria enim amarum mare interpretatur, & quasi quodam præfatio sic nuncupata est, & si non propter amarum penitentia gemitum quem non habuit quæ non peccauit, propter vehementiam tamen doloris quem habuit in Filij passione

Stella maris præeminet cæteris stellis, altitudine, immobilitate, luminis communiōe.

Maria, quæ dicitur mare amarum, quia amaræ sunt aquæ eius.

De laudibus B. Mariæ Virginis. Cap. III. 15

fortita est nomen amaritudinis: dicitur enim competenter mare amarum ratione sui status in Filij passione, id est, valde amara, vt hæc duo, mare & amarum referantur ad duplicem amaritudinem: quasi enim mare, id est, tota amara fuit pro dolore Filij, & amara valde pro execratione populi sui. Vnde Apostolus Rom. 9. Continuis mihi dolor, &c. De hoc mari propheticè dictum est Eccl. 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Eccl. 40. Omnes aquæ in mare conuertuntur, &c. Dicitur ergo, omnia flumina, id est, omnes aquæ dulces, scilicet omne genus gratiarum, & omnia charismata intrant in mare, id est, in Mariam, & mare, id est, Maria non redundat, id est, non intumescit per superbiam, nec se renouit per iactantiam, nec littus suum aut limitem humilitatis excedit. Audito siquidem ab Angelo, Ave gratia plena, Dominus tecum, Spiritus sanctus superueniet in te. Ecce quod omnia flumina intrant in mare. Respondit: Ecce ancilla Domini. Ecce quod mare non redundat. Vnde & ei competit ille versus patris sui Danid: Ego dixi in abundantia mea, id est, in plenitudine virtutum mearum, Non mouebo in æternum, id est, non tumescam superbiendo. Et hæc est vestissima humilitas, quæ nascitur de plenitudine virtutum.

Maria est amarum mare. Propter aquarum, id est, gratiarum plenitudinem. Vnde dicta est gratia plena. In mari enim nec fundus nec mensura est: nec Maria accepit gratiam ad mensuram aliorum. Eccl. 1. Profundum abyssi quis mensus est? Hæc etiam plenitudo ex eo penditur, quod sicut pluuia in vellus descendit in eam Filius Dei.

Propter nauigij aptitudinem. Vnde dicitur Christo: In mari via tua, &c. Et vestigia tua non cognoscuntur. Per eam enim tanquam per mare venit Christus in mundum, & per eam tanquam per mare transeunt veri Israëlites ad portum felicitatis æternæ, submersis Egyptiis: quia ipsa vniuersas hæreses interemit. Vel submersis Egyptiis, id est, demonibus & vitiis in fluctibus lacrymarum, quæ procedunt de mari, id est, de amaritudine animi, rubro per memoriam peccatorum.

Propter amaritudinem multitudinem quas sustinuit in Filij passione. Vnde dicit Filio sicut Patri: Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transeunt, per compassionem & interiorum amaritudinem. Quia sicut dicit beatus Bernardus: Non potuit videre Filium crucifigi sine affectu materni doloris, etsi speraret resurrectionem & mortem superaturum.

Quia non potest exhauriri: omnes enim aquas recipit, & omnes aquas emittit, & semper plenum remanet, & ideo recipit vt emittat. Sic Maria à Deo omnes aquas gratiarum, omnem plenitudinem vniuersorum bonorum, vt ea nobis distribuat sine diminutione plenitudinis suæ. Et ideo ad locum vnde exeunt flumina beneficiorum, reuertuntur, id est, reuerti debent per gratiarum actionem. Vt iterum fluant ad nos. Eccl. 1.

Item sicut nec maris profunditas, sic nec Mariæ liberalitas potest exhauriri: indefesse

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

enim & sufficienter dat gratiã vniuersis, nisi per eos steterit, quam facillime inuenit apud Deum. Et ipsa est sicut vellus vel spongia, vnde descendit sicut pluuia in vellus, quæ multum de facili trahunt aquam & in magna quantitate, & eam facillima compressione refundunt. Sic & Maria gratiam quam inuenit apud Deum.

Quia guttæ eius non possunt dinumerari: & gratiæ vel misericordiarum Mariæ innumerabiles sunt. Eccl. 1. Arenam maris & guttas pluuie quis dinumerat? Et hoc maximè ex quo Filius Dei sicut pluuia in vellus descendit in eam.

Quia aquæ eius salz sunt, & potatæ magis sitim accendunt. Aquæ istæ gratiæ sunt, quas distribuit Maria, quæ gustatæ magis accendunt desiderium. Vnde ipsa dicit Eccl. 24. Qui bibunt me, adhuc sitient. Nec mirum si sitim tanquam sal accendit, cum ipsa sit illud vas de quo dixit Eliseus. 4. Reg. 2. Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. Sal in nouo vase, sapientia Dei in vtero virginali. Non ergo mirum si quæ tale sal accepit, tota salza est tanquam mare: & ideo semel experti eius dulcedinem, quantò amplius bibunt, tantò amplius concupiscunt.

Item dicitur etiam Maria mare amarum, sicut dicit Beda: eod quod mare, id est, mundum per gratiam suam nobis amaricat & per exemplum, & vniuersas mundi delicias conuertit in amaritudinem de se fideliter cogitanti, & mundanas amaritudines suis imitatoribus dulces facit reputari. Deuter. 33. Inundationes maris quasi lac fuget, scilicet imitatores Mariæ. Proprius enim alueus huius maris Mariæ sanctitas est: & si tantum ad sanctos respiceret, quasi in suo alueo clauderetur, sed superuenit in eam Spiritus sanctus, vt eam faceret inundare: inundat autem quasi proprium excedens alueum, cum ipsa licet sine peccato, nihilominus tamen peccatoribus condescendit, qua inundatione tanquam lacte suos pascit. Et hæc inundationes, illæ sunt emissiones paradisi de quibus agitur. Cant. 4.

Dicitur nihilominus mare amarum: quia mundus fuit ei amarus. Vnde & per virgam nucem intelligitur Ierem. 1. In nucem enim nucleus dulcedinem, testa soliditatem, cortex habet amaritudinem. Nucleus huius nucis spiritus Mariæ super mel dalcis, testa solida corpus integrum nullis vnquam deliciis conuassatum, cortex exterior mundus cuius diuitias spinas reputabat exemplo Filij magis eligens paupertatem.

Item ipsa est mare rubrum: quia per compassionem rubricata est in Filij passione. Vnde dicitur Sumamitis, id est, coccinea. Cant. 6. In ipsa enim & per ipsam spiritalis Pharaon, id est, diabolus, quia in manu scemine tradidit Dominus Sisaram Iudic. 5. cum toto exercitu vitiorum: & eius meritis, orationibus, & exemplis transeunt veri Israëlites ab Egypto huius mundi, primo in desertum penitentiarum, ipsa eis infundente gratiam penitentiarum, & in terram promissionis per Iordanem qui interpretatur humilis descensus, id est, per ipsam Mariam, in quam descendit Filius Dei merito humilitatis eius.

B 2 Item

Item Maria designatur mare fuisse, de quo legitur 3. Reg. 7. & 2. Paral. 4. quod in ædificatione templi positum est in latere dextro contra Orientem ad Meridiem, ut lauarentur in ea intrantes templum, nec præsumerent intrare templum pollutum. Per hoc mare signatur Maria, quæ fuit est per pietatem, liquefacta per dilectionem, znea, id est, impuribilis per peccati immunitatem, sonora per diuinam laudem & orationum assiduitatem. Quæ speciali affecta misericordiz volentibus intrare Ecclesiam prima omnium sanctorum occurrat, ipsi gratiam interioris amaritudinis & contritionis & sonum veræ confessionis infundit, ad verum Orientem, id est, Christum Filium suum eos per gratiam suam deducit, charitatis feruore, quæ per Meridiem designatur, accendit, & tandem ad dexteram æternæ beatitudinis introducit.

C A P V T I V.

1. *Maria mul-
tipliciter
gratia pl-
na.*
Gratia plena. Quasi diceret ei Angelus: vterque habebis plenum gratiæ & veritatis. Item bene gratia plena: quia quamlibet gratiam totam habens, & nihil de suo contrario. Triplex enim potest distingui gratia, quæ præ omnibus creaturis impleta est Maria. Gratia naturalium bonorum: quoniam Spiritu sancto in eam superueniente, integritatem naturalium secundum dignitatem primæ conditionis sola inter filias Euz accepit. Ideo Cant. 6. dicitur: Vna est matris suæ, electa genitricis suæ. Spiritualium charismatum: quoniam Christo in ea incarnato, amplius peccare non potuit. Cælestium donorum: quia virtute contemplandi quodammodo patriæ donata est. Quantum enim distat inter odorem & gustum aromaticæ speciei, tanta inter contemplationem Mariæ & aliorum sanctorum distantia est. Sicut enim singularem actiuam à Christo accepit, videlicet eius humanam naturam portare, lactare, pannis inuoluere, fouere, nutrire, ceteraque humanitatis officia ei exhibere: sic, ut dicam quod ministrat cordis mei deuotio, etiam dulcedinem suæ diuinitatis matri singulariter experiendam indullit. Vnde plenitudini gratiæ subiungitur, Dominus tecum.

Item gratia plena dicta est Maria merito trium principalium virtutum, scilicet virginis, charitatis, humilitatis, quæ ad hoc ut gratia repleretur, ipsam idoneam reddiderunt: gratia enim Dei, sicut dicit beatus Bernardus, purissimum balsamum est: & idem purum solidum & profundum vas requirit. Et quid purius Mariæ virginitate, quæ virgo extitit ante partum, & in partu, & post partum? Quid solidius eius charitate, qua dilexit continere, perseveranter, toto corde, tota anima, & tota virtute? Quid profundius eius humilitate, quæ fuit vorago virtutum? Propter hæc tria ei dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, interiorius per humilitatem, exteriorius per virginitatem: & macula non est in te, propter perfectam charitatem.

2. *Gratia plena.* Quomodo enim cum tota gratia plenitudo descendisset in eam, vacuum aliquid relinqueret in ea? sic etenim vsquequaque impleta est gratia, ut nihil in ea culpa obtineret, nihil omnino culpæ relictum esset, nec etiam cogitatio. Et nota, quod dicitur gratia plena, non gratiarum, aut gratiis, sicut Esther 15. dixisse legitur Assuero: Facies tua plena est gratiarum. Non enim mirabile videretur si multis gratiis plena diceretur, neque tam vnaquaque plena ostenderetur, omnibus fortasse simul sumptis: sed ita gratiarum plena est, ut vnaquaque gratiarum plena sit. Verbi gratia, adeo plena humilitate, ut nullus in ea locus relinqueretur superbiz: non habent enim viri sancti illam plenitudinem, quin vel cogitatione cor eorum quandoque occupet superbia saltem venialis: sed speciale privilegium fuit beatæ Mariæ Virginis, ut nec etiam cogitationem eius vitium aliquod occuparet. Similiter sic plena castitate, ut nec cogitationem eius vnquam occuparet luxuria, quæ in sanctis quandoque sublimiora loca sibi vendicare contendit, nec sola cogitatione contenta est, sed etiam per primos motus in affectionem irumpere molitur. Sic & plena charitate, ut nec noissimum vel modicum locum invidia, ira, vel odium in ipsa occupauerit. Et sic de singulis virtutibus. Merito ergo dicitur gratia plena, quam sic totam impleuit gratia, ut nec venialis culpa in ipsius carne vel anima quantumcumque locum sibi potuerit usurpare.

Et bene gratia plena, quæ in corde & in corpore receperat totum gratiæ fontem, cui ipse fons gratiæ Christus Dominus tantum de sua immensa plenitudine contulit, quæ eam vsquequaque repleuit, quod eius plenitudinis ipse factus est riuus, qui etiam prius mentem eius repleuit quam ventrem: & cum nasceretur de corpore, ab anima non recessit. Ideo dicit ipse Ierem. 20. Cælum & terram ego impleo. Cælum prius, id est, animam Mariæ, terram postea, id est, carnem eius & ventrem. Vel cælum & terram, id est, beatam Virginem, terram per naturam, sed cælum per gratiam. Ideo etiam de ea dicitur Eccl. 26. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Gratia super gratiam: inaccessatæ enim erant in ea gratiæ, dum quilibet gratia eam cotam implebat & occupabat, & quasi sibi propriam vendicabat. Gratia ventris super gratiam cordis, gratia fecunditatis super gratiam virginitatis. Gratia enim implens aliis mulieribus data est. Eius autem & cor & ventrem gratia impleuit. Vel gratia super gratiam, id est, super omnem gratiam. Quod enim mater Dei effecta est, super omnem gratiam est. Gratia etiam qua corpus eius ut venter impletus est, omnibus gratiis Angelorum & hominum sublimior est. Item gratia super gratiam quasi dupliciter gratiosa, quæ sibi & nobis gratiam acquisiuit. Vel gratia super gratiam, id est, super omnes gratiosas, est mulier sancta & pudorata, scilicet beata Virgo, cui data est gratia virginitatis, & super hanc gratiam gratia fecunditatis: quod fuit ei singularissimum. Vnde dicitur ei: Multæ filiz, id est, virtutes angelicæ & animæ sanctæ,

sanctæ, congregauerunt diuitias gratiarum, virtutum, & meritorum, tu supergressa es vnuerfas.

3. *Duplex gratia plenitudo.*
Gratia plena. Et est hæc prima plenitudo, quam secundum ordinem historie in Nouo Testamento: vbi enim venit plenitudo temporis. Gal. 4. venit pariter & tempus plenitudinis, & triplicem plenitudinem adduxit. Quarum prima est propria beatissimæ Virginis, de qua hic dicitur, Gratia plena. Secunda propria est Christi hominis, de qua Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Tertia communis est omnibus sanctis, de qua legitur Act. 6. Stephanus plenus gratia & fortitudine, &c. Act. 9. Tabita plena operibus bonis & eleemosynis. Prima istarum plenitudinum est gratiæ, secunda gratiæ & veritatis, tertia fidei & bonæ operationis. Prima replet mentem & ventrem, secunda affectum & intellectum, tertia replet interiorius mentem, & effluit exteriorius per operationem. Beatissima igitur Virgo plena fuit gratia mente & ventre: quia plenitudinem gratiarum habuit in mente, & ipsum Dominum gratiarum & virtutum habuit in ventre. Christus autem plenus fuit gratia & veritate, in quo erant omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. ad Coloss. 2. quia ipse est virtus & sapientia patris. 1. Corinth. 1. Plenitudo vero sanctorum est fidei & operum, sicut exponit Glossa super illud Act. 6. Stephanus plenus gratia & fortitudine. Glossa fidei & operibus. Quod autem dicitur de Tabita plena operibus bonis & eleemosynis, ly operibus bonis, supponit pro operibus bonis interioribus per charitatem: & eleemosynis supponit pro operibus bonis exterioribus per fidem operantem per dilectionem. Est autem prima istarum plenitudinum quasi plenitudo fontis, secunda quasi fluminis, tertia quasi riuus à flumine descendens. De prima Esther. 10. Fons paruis qui creuit in fluium & in lucem sollemque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit, &c. Beata Virgo dicitur fons propter gratiarum abundantiam, paruis propter humilitatis excellentiam, & per hoc creuit in fluium maximum, quando genuit Christum qui dicit Eccl. 24. Ego quasi fluius Dorix, & quasi aqueductus exiui à paradiso. Et ab isto flumine descendit plenitudo sanctorum quasi quidam riuus: quia de plenitudine eius omnes accepimus. Ioan. 1. & Eccl. 1. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur. Locus iste Christus Dominus est. Prima istarum plenitudinum priuat vacuitatem, secunda negat particularitatem, tertia importat redundationem. Plenitudo sanctorum quæ communis est, habet redundationem: quia animam replet interiorius, & effluit exteriorius per operationem. Vnde Act. 2. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, ecce plenitudo interior: & ceperunt loqui, ecce redundatio exterior. Plenitudo Christi negat particularitatem: non enim ad mensuram dedit ei Dominus Spiritum sanctum. Ioan. 3. Super hoc Glossa: Non particulariter neque per subdivisiones, sed vniuersaliter & generaliter. Vnde & dicitur Coloss. 1. In ipso complacuit omnem dignitatis plenitudinem habitare corporaliter. Plenitudo autem beatæ Virginis pri-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

uat vacuitatem: quandiu enim vas aliquod plus aliquid potest capere, tandiu habet aliquid vacuitatis. Vnde omnis alia creatura aliquid habuit vacuitatis: quia maiorem gratiam recipere potuit. Ipsa autem sic vsquequaque gratia plena fuit, quia maiorem gratiam habere non potuit, nisi ipsa diuinitati vniretur, hoc est, nisi ipsa esset Deus. Hæc est plenitudo de qua hic specialiter dicit Angelus, Ave gratia plena. Hæc ita propria est beatissimæ Virginis, quod etiam Angelus proprium nomen eius tacuit, & hoc quasi pro nomine eius proprio posuit, ut plena gratia deinceps vocaretur, sicut dictum est supra.

4. *Gratia plena.* Quadruplex est plenitudo. Prima sufficientiæ: hæc in Apostolis Act. 2. Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Secunda magnæ excellentiæ: hæc in Stephano pleno gratia & fortitudine. Tertia multo maioris excellentiæ: hæc in Maria gratia plena. Quarta summæ excellentiæ: hæc in Christo. Luc. 4. Iesus plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane.

Gratia sufficientiæ, quæ scilicet replet secundum rei congruentiam, ut cum dicitur: Ecclesia est plena populo, non quod ibi nullus locus vacuus relinquatur, sed quia secundum congruentiam ibi existentes loco sufficienti. Talis gratiæ plenitudo fuit in Stephano & sanctis, non quod peccare non potuerint: quia & Apostoli decutere puluerem de pedibus præcipiantur: & Ioan. 1. Can. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. Et Iac. 3. In multis offendimus omnes. Sed quia gratiæ plenitudinem sufficientem ad salutem præceperunt.

Vsquequaque replens, quod est cum in re impleta nihil vacuum relinquatur, ut in mensura vini vel olei. Hæc fuit ante Filij Dei conceptionem in beata Virgine, ut supra ostensum est: quia in vsquequaque pleno non recipitur plus.

Supereffluens, quando scilicet res quæ implet, vasis quod implet capacitatem excedit. Hæc plenitudo fuit in Christo, ut supra dictum est, & de illa plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. Ioan. 1. Et hæc ipsa plenitudo gratiæ descendit in Virginem, quando verbum Dei concepit. Vnde plenitudo vsquequaque replens designata est cum ei dictum est: Ave gratia plena. Plenitudo supereffluens cum statim subiungitur, Spiritus sanctus superueniet in te. Dominus tecum, quasi fons ministrans plenitudinem vndique effluentem. Et paulo postquam dictum est, gratia plena, subiungitur, Spiritus sanctus superueniet in te. Ideo sic videtur posse distingui, quod fuit gratia plena quasi ad rasum pro se, quasi ad cumulum propter nos, qui de illa plenitudine semper accipimus, nisi steterit per nos.

Item gratia plena. Hæc plenitudo maxime consistit in duobus, scilicet in plenitudine dignitatis & sanctitatis. Plenitudo dignitatis in hoc attenditur, quod ipsa virgo & mater, ideò se comparat cedro, quæ in altitudine transcendit omnes arbores: sic & ipsa omnes homines. Plenitudo sanctitatis in hoc quod non solum sancta est in se,

sed & illos sanctificare potest & à peccato sanare. Vnde se comparat cypreo, quæ arbor medicinalis est.

5. *Gratia plena.* Ad Deum per humilitatem, ad Angelos per virginitatem, ad homines per fecunditatem. Prouerb. 11. Mulier gratiosa, id est, Maria gratia plena, inueniet gloriam, illam scilicet de qua Prouerb. 10. Gloria patris filius sapiens. Beatus Bernard. Hæc est virginis nostræ gloria singularis & excellens prærogatiua Mariæ, quod Filium vnum eundemque cum Deo Patre meruit habere communem. In hoc autem quod dicitur gratia plena, interior, non exterior gratia designatur: exterior enim gratia fallax & vana est, vt est pulchritudo corporis, nobilitas generis, & huiusmodi Prouerb. in fine: Fallax gratia, & vana pulchritudo, &c. Hæc plenitudo gratiæ fuit in beata Virgine. Fomitis extinctio, veritatis agnitio, virtutis dilectio. Prima est fuga vitiorum & parat animum, secunda perficit intellectum, tertia consummat affectum. Ideo gratia plena magis quam Stephanus, minus quam Christus: itat igitur in medio Virgo Maria. Vnde dicit: In me omnis gratia vitæ & veritatis. Hæc cum Christo communicat. In me omnis spes vitæ & virtutis. Hæc cum Stephano. Stephanus plenus plenitudine apta. Christus plenitudine cumulata. Maria plenitudine æqua. Prima sufficit, secunda efficit, tertia perfecta est.

Item hæc plenitudo gratiæ refertur ad quatuor cardinales virtutes, quibus melius nihil est in vita. Sap. 8. Quas singulas inuenimus emiuisse in ea. Habuit enim ex temperantia carnis pudicitiam, sermone modestiam, cordis munditiam. Ex prudentia siluit turbata, intellexit audita, respondit sapienter ad proposita. Ex iustitia reddidit omnibus quod debebat. Duris corde gessit morem in sua desponsatione in filij circumcissione, in legali purificatione. Afflictis exhibuit compassionem. Ioan. 2. Filii vinum non habent. Sanctis reddidit communionem: quia erat cum mulieribus & discipulis in oratione perseverans. Act. 2. Ex fortitudine propositum virginitatis assumpsit, assumptum tenuit, rei tam immensæ fidem adhibuit. Fiat, inquit, mihi secundum verbum tuum. Hæc sunt 12. stellæ in corona mulieris, de qua dicitur Apocal. 12. Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius: & in capite eius corona 12. stellarum. Has tamen 12. stellæ dicit beatus Bern. 12. prærogatiuas Virginis, propter quas etiam dicitur gratia plena. Quatuor sunt cæli, quatuor carnis, quatuor cordis. Fulserunt enim quasi stellæ de cælo, Mariæ generatio, angelica saluatio, Spiritus sancti superuentio, Filij Dei inenarrabilis conceptio. Fulserunt in carnâ quatuor, quod fuit virginitatis primiceria, sine corruptione fecunda, sine graamine gaudia, sine dolore puerpera. Fulserunt in corde quatuor, mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis. Propter primas dicitur, Dominus recum. Propter secundas, Benedicte tu inter mulieres. Propter tertias, Gratia plena. Propter omnes dicitur Prou. vltimo: Multæ

Serm. de Virgine Maria. Signum magnum. Maria duo decim gratiarum prærogatiua.

filiz congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.

6. *Gratia plena.* Magister Hugo de sancto Victore ad Mariam. Ideo gratia plena, de qua ortus est fons gratiæ. Et ideo Virgo gratiosa totum nobis quodammodo est à te, quod per illum nobis est qui natus est ex te. Gratia plena, inantum plena, vt ex tuo redundante, totum hauriat mundus. Si enim prudentes virgines oleum acceperunt in vasis suis cum lampadibus: tu prudentissima Virgo, & Virgo virginum, non vnum tantum vas habuisti oleo gratiæ repletum, quo lampadem tuam inextinguibiliter ardentem nutries, sed aliud gustasti vas redundans & indeficiens, ex quo effuso oleo misericordiaz omnium lampades illuminares, & vasa omnium vsque ad summum & perfectum impletes, & in illo nihil minueres. Prudens ergo fuisti vt tibi prouideres: nec timida vt alijs subuenires. Nec dixisti: Ne forte non sufficiat mihi & vobis: sed sciens quod sufficeret & tibi & nobis, sufficienter retinuisti, & sufficienter tribuisti. Lumen in lampade fuit, in carne virginitatis: oleum in vase, in corde humilitatis. Et erat aliud vas humanitas verbi in vtero tuo gratiæ plenæ: ex cuius plenitudine tu quoque accepisti, & lumen virginitatis in carne, & oleum humilitatis in corde. Postea autem partu intemperate nobis propinans ipsum indeficiens tribuisti: vt ex illius plenitudine effunderetur, quo & lampades nostræ exsintet illuminarentur, & vasa vacua replerentur. Sic gratia plena fuisti, cum de terra carnis tuæ fons gratiæ erupit, vt manaret super omnem terram, & irrigaret aridam, & sterilem fecundaret.

Item plenam gratia illam esse expediuit, per quam quasi per carnale quoddam diuina gratia ad vniuersitatem humani generis redundauit. Si igitur ô fidelis anima gratia tibi defuerit, ad ipsam plenitudinem gratiæ confugere & currere necesse est tibi. Ne verò dixeris si de illa plenitudine aliquid defluerit, minuetur plenitudo. Absit. Hæc enim plenitudo talis naturæ est, quod quantò amplius de ea effluerit, tantò amplius abundabit: sicut de amore palam est: quantò enim amplius aliquem amabis, tantò de amore tuo amplius effluet in illum quem diligis: & quantò amplius amabis, tantò ampliore dilectione abundabis. Vides igitur, quod ipse fons amoris de ipso suo fluxu crescat, ita vt effluendo augeatur, ipse vero sui retentione arescat & detrimentum patiat. Retine amorem tuum ne fluat in alium, iam nihil amoris habes, iam in te aruit fons amoris. Ideo etiam vocatur ipsa fons horrorum & puteus aquarum viuientium quæ fluunt impetu de Libano. Si ergo aridum est cor tuum tuum, si rigari indiget, curre ad fontem horrorum, qui omnes hortos irrigat: curre ad puteum aquarum viuientium: & ne timeas laborem extrahendi: quia fluunt cum impetu propter viuacitatem & feracitatem. Eccl. 40. Super omnia aquam vitriditas, &c. Non enim potest cor non viuere, quod huic fonti & huic puteo proximum fuerit. Non potest arescere, non potest concupiscentiarum exuri incendio. Quoniam igitur gratia gratis datur,

datur, alioquin iam gratia non esset. Rom. 10. curre ad plenam gratia, quæ dat omnibus affluenter, cui dare gaudium est: alioquin iam larga non esset.

7. *Gratia plena.* Beatus Bernardus: Plena sibi, nobis superplena & superfluens, de cuius plenitudine omnes accipimus, gratiam pro gratia, gratiam Filij pro gratia matris, gratia exempli pro gratia documenti, gratiam remissionis pro gratia intercessionis. O diues in omnes & super omnes Maria, de cuius substantia pars assumpta totius mundi sufficit soluere debita. Grandis in vsu proprios remansit diuitiarum copia, quarum assumptio redimeret & restaurare potuit vniuersa. Et de plenitudine eius omnes accipimus, dicunt omnes rationabiles creaturæ.

8. *Quid ex plenitudine Mariæ accipiamus.* *Gratia plena,* quasi ad rasum propter se, quasi ad cumulum propter nos qui de illa plenitudine omnes accipimus. Ex ista siquidem plenitudine venit nobis pretium redemptionis, aqua ablutionis, panis refectionis, medicina curationis, armatura expugnationis, præmium remunerationis.

Pretium redemptionis: quia ipsa fuit sacculus pecuniæ, in quo fuerunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Col. 2. quem secum tulit Dominus in assumptione matris. Prouerb. 7. reuersurus in die plenæ lunæ, id est, in consummatione Ecclesiæ. De hoc pretio Prouerb. vlt. Procul & de vltimis finibus pretium eius, id est, inuentoris, dicit Glossa. De vltimis finibus, id est, de vltima humilitate beatæ Virginis. Vcl de vltimis finibus, id est, de coniunctione Dei & hominis, qui sunt duo vltimi fines. Sap. 8. Attingit à fine, &c. Hoc pretium incarnatione missum est nobis, & eodem die perfolutum: quia Christus eodem die conceptus est & passus 33. annis reuolutis. Sed Iudæi pretium istud cogitauerunt repellere. Quamuis enim hoc pretium esset aurum optimum terræ Euilath, id est, beatæ Virginis. Quære titulo, quod Maria dicitur terra. Ipsi tamen non cognouerunt hoc aurum: quia non crediderunt ipsum Deum, sed reputauerunt caprum, & cæleste mel suspicati sunt fel. Vnde omni modo quo probatur pecunia aliqua, probauerunt eum: examinauerunt enim eum in igne, sed nihil inuenerunt de scoria. Vnde Filius Patris: Igne me examinasti ministerio crucifixorum: & non est inuenta in me iniquitas. Item numerauerunt ipsum. Vnde dicit: Dinumerauerunt omnia ossa mea. Nec hoc sufficit, sed etiam librauerunt eum in statera crucis. Vnde de ea canitur: Statera facta corporis, &c. Item, Sola digna tu fuisti ferre pretium sæculi.

Maria fons, puteus, cisterna.

Aqua ablutionis: quia ipsa est fons Zachariæ. 13. In die illa erit fons patens. Cant. 4. Fons horrorum, puteus aquarum viuientium. Ipsa enim fons quantum ad communia beneficia quæ exhibet omnibus, puteus quantum ad profundas & spirituales deuotiones quas suis specialibus subministrat. Ipsa etiam est cisterna in quantum ab ipsa proficit refectio peccatoribus. Hæc est cisterna Bethleem. 2. Reg. 23. iuxta portam: quia omnes transeuntes vult quantum est in se satiare. Vnde clamat: Tranfite ad me

omnes, &c. Huius cisternæ aqua Christus Dominus est, qui est fons vitæ salientis in vitam æternam. Ioan. 4. Hanc aquam concupiuit Dauid, id est; populus Iudaicus clamans: Anima nostra sicut terra sine aqua. Et 2. Reg. 23. O siquis daret potum aquæ de cisterna, &c. Isa. 41. Egeni & pauperes querunt aquas. Sed dominus Moyfi & Aaron dedit consilium quid facerent. Num. 20. Loquimini, inquit, ad petram, id est, ad beatam Virginem duram contra tribulationem, grauem contra instabilitatem: & dabit vobis aquas. Tunc aperuit ei Dominus thesaurum fontem aquæ viuæ de cisterna Bethleem. Hanc aquam attulerunt duo fortes, scilicet fides & charitas. Fides fortis quæ transfert montes, & per quam sancti vicerunt regna. Charitas fortis vt mors. Cant. 8. Et quid fecit Dauid, id est, Iudæus de aqua ista? Non bibit: quia non credit, sed libauit eam Domino in cruce: sed certè illa libatio nostra fuit ablutio. Ipse enim lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, cum quo exiuit aqua Apoc. 1. Iste etiam fons vitæ signatus est Gen. 2. vbi legitur, quod flumens egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuidebatur in quatuor capita. Hæc quatuor capita quatuor beneficia à quibus deriuantur cætera omnia, scilicet beneficium creationis, recreationis, iustificationis, & glorificationis. Et bene dicuntur beneficia hæc flumina: quia conulerunt nobis quatuor quæ solent magna flumina conferre ciuitatibus & villis quas præterfluunt. Flumen enim necessaria apportat, superflua exportat, sordes abluit, sitim extinguit. Beneficium ergo creationis velut omnia necessaria nobis apportauit, sicut patet Gen. 1. Beneficium recreationis omnia superflua exportauit, scilicet originalia & actualia peccata: tunc enim ipse fuit hircus emissarius, qui peccata populi delulit in desertum. Leuit. 16. Beneficium iustificationis omnia immunda nostra abstulit. Vnde Psal. Amplius laua me, &c. Sed beneficium glorificationis omnem sitim extinguit: vsque tunc enim sitiet anima nostra ad Deum fontem viuum, nec extinguetur sitis hæc in præfenti: quia non satiabitur oculus visa, sed satiabitur cum apparuit gloria eius, quando de torrente voluptatis suæ potabit nos.

Beneficia creationis, recreationis, iustificationis, & glorificationis sunt flumina collata.

Panis refectionis: ipsa enim est nauis institoris delongè portans panem suum. Delongè: quia ipse panis viuus qui de cælo descendit. Ad quam nos inuitat virgo. Prouerb. 9. Comedite, inquit, panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Deus enim Trinitas aquam humanitatis cum vino diuinitatis miscuit, quando humanam naturam diuinæ vniuit: & beata Virgo miscuit, quando vnionem credit & ei consenti. Panem istum similiter ipsa nobis confecit: ipsa est enim Sara, quæ miscuit tria sata farinæ. Gen. 18. diuinitatem, animam, & carnem. Fermentum in hac confectioe fuit fides Virginis, qui scilicet panis pistus fuit in incarnatione, decoctus in clibano vteri virginis igne Spiritus sancti vel charitatis Mariæ: sed fractus in passione, quando misit crystallum suum, id est, clarissimam animam suam ad limbum, sicut bucellas, id est, sicut fru-

rum panis diuisum à pane, id est, à corpore quod iacuit in sepulchro. Hic est panis quem periebant paruuli. Thren. 4. & Isa. 58. Frange esurienti panem tuum, id est, pernite animam tuam & corpus ab inuicem separari in cruce pro refectione famelicorum.

Aliter Genes. 18. Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria sata similia commisce, & fac subcinericios panes, &c. Sara beata Virgo. Abraham Filius Dei, qui festinauit ad eam in annuntiatione. Vnde Cant. 2. Ecce iste venit saliens in montibus, &c. Ipse enim appellatur Angelus magni consilij, & motus Angelorum est festinus & subitus. Per tabernaculum vterus virginalis. Dixitque ei: Accelera, dando responsum consensus tui. Vnde beatus Bernardus ad Mariam: Quantum concepiuit rex decorem tuum, tantum desiderat responsonis assensum, &c.

Hom. 14. per Mariam.

Sicut in Deo trinitas personarum & vnitas essentia, ita in Christo trinitas substantiarum & vnitas personarum.

Tria sata similia commisce. Per tria sata illa tria quæ concutunt in persona Christi, scilicet verbum, anima, & caro. Sicut enim in illa summa Trinitate trinitas est personarum & vnitas essentia: ita in ista secunda trinitas est substantiarum, & vnitas personarum. Et sicut trinitas personarum vnitatem non scindit essentia, nec vnitas essentia pluralitatem minuit personarum: ita & hic nec pluralitas substantiarum personarum diuidit vnitatem, nec vnitas personarum substantiarum refecat pluralitatem. Dicuntur autem hæc tria sata similia propter puritatem singulorum: candor enim similia puritatem signat. De puritate verbi dicitur Sap. 7. Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula. De puritate animæ dicitur 1. Pet. 5. Qui peccatum non fecit, &c. De puritate carnis attestatur & patris diuinitas & matris virginitas. Sequitur: Et fac subcinericios panes. Per panem signatur caro Christi, quæ verè est cibus. Ioan. 6. Sed dicitur panes pluraliter: quia ibi multiplex est resectio. Cinis signat mortalitatem nostram, sub quo cinerè decoctus fuit hic panis in clibano vteri virginalis, quasi igne virgineæ charitatis, & tandem quasi recoctus in feruore passionis, vt esset quasi panis bis coctus, qui competit tendentibus ad supernam Ierusalem. Fermentum huius panis fides Virginis. Vnde beatus Bernard. Felix mulier, quæ iuxta Euangelij vocem acceptis tribus satis farina apposuit fermentum fidei, donec fermentaretur totum, id est, quidquid prædicatur de Deo, prædicaretur de homine.

Serm. 2. in natali Domini.

Medicamentum curationis. Eccl. 38. Altissimus de terra carnis virgineæ creauit medelam, id est, corpus Christi. Eccl. 43. Medicina omnium in festinatione nebulæ. Quære titulo de horro. 5. 8. vbi hortus dicitur nebulosus. Hæc medicina profuit nobis plenitudine Mariæ. Vnde Christus dicit Eccl. 24. Ego quasi fluuius Dorix, quod interpretatur medicamentum generationis, quia ipse sanat omnes infirmitates nostras: & quasi aqueductus exiit à paradiso, id est, Virginis vtero.

Arma expugnationis. Sed quæ conuenientia armis ad medicinam? Maria siquidem designatur per domum saltus Libani. 3. Reg. 7. quæ diuisa erat in duas partes, sicut dicit Magister

in historiis. Vna pars vocabitur pigmentaria, quæ continebat pigmenta & aromata ad vsum templi & domus regis. Altera pars armaria, continens arma ad tuitionem regis & decorem domus. Hæc domus signabat Mariam. Libanus candor vel candidatio: hæc est Virgo tota candida intus & exterius, quam fecit Salomon: quia sapientia, id est, Christus ædificauit sibi domum. Prouerb. 9. Et hæc domus continuit medicinam contra morbos peccatorum, id est, Christum, & arma contra mundum & diabolum, scilicet virtutes, humilitatem, & huiusmodi. In hac etiam domo erant scuta aurea quæ fecit Salomon, designantia scutum illud quod petit David dicens: Apprehende arma & scutum. Quod & fecit Dominus dicens: Introibo in locum tabernaculi admirabilis, id est, in beatam Virginem incarnabor, vbi accepit scutum bonæ voluntatis, id est, carnem, in qua nobis ostendit bonam suam erga nos voluntatem. Vnde notabiliter dicit: Coronasti nos. Hæc est enim summa dignitas hominis ad alias creaturas, quod videt Deum ferre scutum suum. Hoc scutum perforatum fuit in pugna passionis in quinque locis.

Præmium remunerationis tandem accepturi sumus de hac plenitudine: quia filij merces, fructus ventris. Istud inuenies infra titulo, Benedictus fructus ventris tui.

CAPVT V.

Dominus tecum. Postquam dicta est gratia plena, subditur, Dominus tecum, in quo ei assignatur gratia singularis. Dominus enim cum sanctis Angelis est per gratiam, cum sanctis hominibus non solum per gratiam, sed etiam per naturam, vt possit homo dicere, Emanuel, id est, nobiscum Deus, scilicet per naturam socius: quod dicere non potest Angelus: quia sicut dicitur ad Hebr. 2. nusquam Angelos apprehendit: quia angelicam naturam non sibi vnium: sed semen Abraham, naturam humanam assumpsit. Cum beata autem Virgine non solum per gratiam fuit & naturam, sed etiam per assumptæ carnis ipsius portionem sine vitilis admixtione seminis, vt dicatur ei, Dominus tecum, excluso carnalis patris consortio. Vnde & dicitur Ezech. 34. Terra dabit germen suum. Quære titulo de terra. Item Dominus tecum, longè excellentius quam cum cæteris sanctis, cum quibus est spiritualiter tantum in corde, sed tecum est & spiritualiter in corde, & corporaliter in ventre. Item quod dicitur, Dominus tecum, refertur ad charitatem Mariæ: quia Deus charitas est: & qui manet in charitate, Deus manet in eo.

1. Deum excellentiori modo est in Maria quam in cæteris creaturis.

Dominus tecum. Beatus Bernardus: Non dixit, Dominus in te, sed Dominus tecum: Memil. 3. f. Deum enim qui vbique æqualiter totus est per suam simplicem substantiam, aliter tamen in rationalibus creaturis, quam in cæteris, & ipsarum aliter in bonis, quam in malis est per efficaciam. Ita sanè est in irrationalibus creaturis, vt tamen non capiatur ab ipsis. A rationalibus autem omnibus, quidem capi potest

2. Memil. 3. f. per Mariam.

potest per cognitionem, sed à bonis tantum capitur etiam per amorem. In folijs ergo bonis ita est vt etiam sit cura ipsis propter concordiam voluntatis. Nam dum suas voluntates ita iustitiæ subdunt, vt Deum non dedecet velle quod ipsi volunt: per hoc quod ab eius voluntate non dissentiant, Deum sibi specialiter jungunt. Sed cum ita sit cum omnibus sanctis, specialiter tamen cum Maria, cum qua vti que tanta ei consensio fuit, vt illius non solum voluntatem, sed etiam carnem sibi coniungeret: ac si de sua Virginitate substantia vnum Christum efficeret, vel potius vnus Christus fieret: qui esset nec totus de Deo, nec totus de Virgine, totus tamen Dei & totus Virginis esset: nec duo filij, sed vnus vtriusque filius. Ait itaque: Ave gratia plena, Dominus tecum. Vnde in Psal. Tecum principium, id est, Filius Dei, qui dicit Ioan. 8. Ego principium qui & loquor vobis. Sequitur: In die virtutis tuæ, scilicet in illa die qua virtute diuina concepisti. Nec tantum Dominus Filius tecum, quem carne tua induis, sed & Dominus Spiritus sanctus, de quo concipis: & Dominus Pater, qui genuit quem concipis. Pater, inquam, tecum, qui Filium suum facit & tuum. Filius tecum, qui ad condendum in te mirabile sacramentum miro modo & sibi referat genitale secretum, & tibi seruat virginale signaculum. Spiritus sanctus tecum, qui cum Patre & Filio tuum sanctificat vterum. Hucusque beatus Bernardus.

3. Triplex societas carnalis, naturalis, & spiritualis.

Dominus tecum. In verbis istis notatur diuina societas ad Mariam, quam habuit similiter Maria in summo creatore. Est enim triplex societas: vna carnalis sponse ad sponsum, alia naturalis matris ad filium, tertia spiritualis creaturæ ad Deum. Prima magna: quia ibi sunt duo in carne vna. Secunda maior: quia sunt duo ex carne vna: caro enim matris & caro filij vna caro. Tertia maxima: quia qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus &c. vt supra, & hoc per gratiam. Et Maria dicta est gratia plena. Et quod inuenit gratiam apud Deum. Et Spiritus sanctus superueniet in te. Et propter hanc vehementem vnionem sui ad diuinam sapientiam per gratiam dicit ipsa. Can. 2. Dilectus meus mihi, &c. vt supra. Merito ergo societas beatæ Virginis ad Deum summa est, quæ omnes istas complectitur.

4. Quatuor vniones inter Mariam & diuinam sapientiam.

Aliter distingui potest istud, vt dicatur, quod quatuor sunt vniones quæ maximè vnum faciunt: & omnes istæ fuerunt inter Mariam & diuinam sapientiam. Prima est Dei ad animam, & est spiritualis, de qua 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, &c. Secunda est personalis, & est verbi seu diuinæ sapientia ad corpus: quamuis enim Mariæ non coniungeretur in vnitate personæ diuina sapientia, tamen portionem carnis eius in vnitate personæ sibi sociavit diuina sapientia, quando illud impletum est: Simul in vnum diues & pauper. Tertia vnio est naturalis, scilicet arboris ad fructum, matris ad filium: ipsa enim fuit arbor, Christus fructus. Quarta est sacramentalis, & est per coniugium inter diuinam naturam & humanam, & hoc in vtero Virginis: matrimonium enim

confiluit in duobus, in mutuo consensu, qui ibi fuit, quando Virgo respondit, Fiat mihi secundum verbum tuum: & in coniunctione naturarum, quæ ibi fuit, quando verbum caro factum est: & tunc fuerunt beata Virgo & diuina sapientia vnus spiritus & vna caro. Si enim Eva dicta est esse vna caro cum Adam, quia de costa eius formata, ab eo tamen educta & in nullo ab eo nutrita, multò melius dicitur caro Christi esse vna cum carne beatæ Virginis: quia non de costa, sed de intimis visceribus, imò de purissimis sanguinibus Virginis educta, sicut dicit Damascenus, & non extra, sed intra eius gloriosa viscera. 9. mensibus educata. Ideo dicitur. 1. Cor. 6. Genes. 2. Erunt duo, id est, Christus & Maria, in carne vna virginali. Propter hanc conuenientiam & multiplicem vnionem inter Mariam & diuinam sapientiam, ferè omnia quæ dicuntur de diuina sapientia, exponi possunt de Maria, & ei eadem attribuuntur. Et fortè propter hoc dictum est ei: Dominus tecum.

4. Dominus tecum pluribus modis & pluribus locis & factis est Maria.

Dominus tecum. Tripliciter enim fuit Dominus cum illa, videlicet sicut Dominus cum ancilla, sicut sponsus cum sponsa, sicut filius cum matre dilectissima. Sicut sponsus cum sponsa: si enim virgines sponsæ sunt agni, quomodo non Virgo virginum sponsa sponfarum? ipsa enim merito dicitur Virgo virginum, quæ primò consecrauit & vouit virginitatem abique omni præcepto, consilio, & exemplo. In laude aliarum virginum dicitur, quod sequuntur agnum quocumque ierit. Apoc. 14. de ista autem potest securè dici, quod agnus sequebatur eam quocumque iuit. Vnde Luc. 2. Descendit cum illis Nazareth, & erat subditus illis. Item Can. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia. Eodem 6. Ego dilectio meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Fuit etiam Dominus cum ea sicut filius cum matre dilectissima. Vnde specialiter hæc dicitur: Dominus tecum. Ex hoc enim vocatum est nomen eius Emmanuel, id est, nobiscum Deus: quia ex hac vnione Dei & Domine nostræ factus est Christus Filius humanæ naturæ, factus est caro & frater noster, factus est sponsus Ecclesiæ: de quibus nuptiis. Ioan. 2. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesv ibi. Cana zelotipia. Galilæa transmigratio. In Cana ergo Galilææ, id est, in quali immoderata charitate fecit diuinam transmigrare ad humanam. Item istæ nuptiæ prefiguratae fuerunt in nuptiis Esther & Assueri, de quibus dicitur Esther 2. quod fecit Assuerus, qui interpretatur beatitudo & signat Christum, conuiuium permagnificum, id est, spirituale gaudium inestimabile, pro coniunctione & nuptiis Esther, id est, naturæ humanæ prius absconditæ à Deo per peccatum, nunc autem eleuatæ super omnem creaturam in ipso Christo Domino in vnitate personæ. Vnde in Psal. Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in artriis tuis, id est, communicabit tecum in proprietatibus. Esther enim interpretatur abscondita vel eleuata in populis: Fuit etiam Dominus cum ea sicut Dominus cum ancilla: si enim beatus populus, cuius Dominus Deus eius, quomodo non est beatissima, cuius Dominus filius eius? Pluribus

Pluribus etiam aliis modis & in pluribus locis & factis fuit Dominus cum ea. Fuit enim cum ea in exilio. Matth. 2. Tolle puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum. Et idem certe modo est ipsa cum eo in solio & regno. Vnde: Altit regina, &c. quia si compatunur & conregnabimus. 2. Timoth. 2. Ad vltimum fuit Dominus cum ea, & ipsa cum Domino in eodem opere nostræ redemptionis. Mater misericordiarum patrem misericordiarum adiunxit in opere n. ltræ salutis. Vnde prædictum erat Genes. 1. de prima muliere: Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium, &c. Illa enim literalis Eva viro suo non fuit in adiutorium, sed in destructorium magis: hæc autem in adiutorium, quia in manu femine tradidit Dominus Sifaram, id est, diabolum. Iudic. 5. Et vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. Iudic. 14. Quæreere titulo, quod Maria mulier. Quid ergo est, quod Dominus dicit Isa. 63. Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir tecum. Verum est Domine, quod non est vir tecum: sed mulier vna tecum est, quæ omnia vulnera quæ tu suscepisti in corpore, suscepit in corde. Et sicut lancea militis perforauit latus tuum: ita gladius doloris eius animam pertransiuit. Et sicut tu non quod voluisti, sed quod pater tuus voluit, sustinuit, sic ut prædixeras. Ioan. 6. Descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, &c. ita ipsa non quod ipsa voluit, sed quod tu voluisti, sustinuit tecum. Quia sicut tu salutem humani generis in cruce sustinuit, sic & ipsa sustinuit: stabat enim iuxta crucem, sicut dicit Ambros. non vt dolorem filij consideraret, sed vt salutem humani generis expectaret. Sic ergo pater, quod in omnibus fuit Dominus cum ea, & ipsa cum Domino.

Lib. 10. f. per Lac.

6. Quomodo Filius Dei venit saliens in manu Ioseph, & transiit colles.

Dominus tecum. Cant. 2. Ecce iste venit saliens in montibus, transiens colles. Montes vel colles Angeli sunt. Saliit ergo Christus in montibus, hoc est, in Angelis, & sicut vnus ex illis missus ad salutem nostram: omnes enim spiritus administratorij sunt. Hebræ. 1. Transiit colles, id est, minores Angelos superauit alacritate & humilitate ministrandi, qui non solum ministrare, sed etiam dare animam suam redemptionem pro multis: quod nullus fecit Angelorum. Denique transiit Gabrielem & præuenit ad Virginem, ipso etiam Angelo attestante qui ait: Dominus tecum. Nec dixit, Dominus meus venit, præpara ei hospitium, sicut dicere solent alij præcursorës, sed hospitium præparatum inueniens, & Dominum præuenisse eum, dixit: Dominus tecum: quia quem modo in cælo reliquerat, reperit apud eam. Beatus Bernard. Victus es ô Archangele, transiit te qui præmisit te.

Aliter. Ecce iste venit saliens in montibus transiens colles. Montes Patriarchæ & Prophetæ. Saltus eius sunt: quia Abraham genuit Isaac, ecce vnus saltus. Isaac Iacob, ecce saltus secundus. Iacob genuit Iudam, ecce saltus tertius, & sic de alijs. Ad vltimum fecit magnum saltum, cum dicitur: Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus v s

qui vocatur CHRISTVS. Et sic venit saliens in montibus, id est, Patriarchis & Prophetis: sed transiit colles, id est, Angelos, quos nusquam apprehendit. Hebræ. 2. Et nota, quod in quolibet saltu relinquebat aliquid vestigium, sicut mos salientium. In Abraham fidem, in Isaac spem, in Iacob charitatem, in Dauid humilitatem, & sic de alijs.

Causam autem huius tantæ festinantiz assignat Maria Cant. 1. dicens: Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Verba sunt beatæ Mariæ de sua humilitate quæ effudit deuotionem suam vsque ad cælos ascendentem, & Dei Filium vsque ad terram inclinantem; qui in altis habitat & humilia respicit. Nec dicit, cedrus, vel cypressus, vel quæuis arbor alta quæ cæteras designant virtutes, sed nardus, id est, humilitas. Dicit ergo: Dum esset rex, id est, Christus qui regit omnia, in accubitu suo, id est, cum adhuc esset Filius in sinu Patris, nondum factus visibilis. Vel in accubitu suo, id est, in excelso cælorum habitaculo. Et nota, quod nominat regem, non sponsum: quia nondum celebratæ erant nuptiæ in Cana Galilææ, id est, in vtero Mariæ. Nardus mea, id est, deuotio humilitatis meæ, dedit odorem suum, id est, placuit Altissimo, cuius suauitatis odor non solum mundum circumquaque perfudit, sed etiam totam supernam ciuitatem aspersit vsque ad nares Domini perueniens, & vsque ad illum qui in sinu Patris diu expectauerat & desiderauerat hunc odorem: quia in aliquo Angelorum talem non poterat inuenire. Laudabilis enim est in carne fragili vitam angelicam ducere, quam esse Angelum, sicut dicit Hier. Vel dedit odorem suum, id est, præcipuum vsque in accubitu patris solij. Odor autem huius nardi fuit eius humilis virginitas & virginalis humilitas: quo odore suauissimo Dei Filium & illexit & totum rapuit, qui illectus & totus raptus de sinu Patris saliit in vterum matris, & à summo cælo egressio eius: quia, sicut dicitur Sap. 18. omnipotens sermo tuus Domine exiliens de cælo à regalibus sedibus venit. Nec solum in ventre eius odorem virginitatis, sed & in mente odorem humilitatis reperiens, & his odoribus odorem suæ diuinitatis admiscens, de ancilla fecit sponsam, & de creatura genitricem. Sic nimirum humilitas Mariæ regem cæli attraxit ad terram, & velut aquilam odore prædæ concupitæ illectam carni immaculatissimæ copulauit, ascendente fumo aromatum, id est, virtutum eius in conspectu gloriæ magni Dei, inuenit gratiam coram oculis Domini, clamantibus qui circumstant, Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus, &c. statimque rex egrediens de loco sancto suo, & de excelso cælorum habitaculo profiliens, exultauit vt gigas ad currendam viam, & nimio peruolans desiderio, præuenit nuntium suum ad Virginem, quam elegerat, quam amaauerat, cui decorem concupierat, & quasi vnicornis mansuetissimus in sinu Virginis se recepit, deposta iracundiæ feritate, quam propter peccatum primorum parentum ad genus humanum vsque tunc habuerat, quem prospiciens

Maria Filium Dei de sinu Patris humiliter traxit.

à longè venientem gratulans & exultans ait Ecclesia: Ecce, iste venit saliens in montibus, &c. vt supra. Idem dicitur: Dominus tecum.

Item de hac attractione dicitur Job. 28. Trahitur sapientia de occultis. Tracta enim est sapientia quæ est Filius Dei de sinu Patris, id est, de illis oculis, ad quæ nulli creature patebat accessus, quasi quibusdam fonibus vel intimis desiderijs, lacrymis, suspirijs sanctorum antiquorum. Vnde dicebat Moyses Exod. 4. Obsecro Domine, mitte quem missurus es. Et Dauid: Emitte manum tuam de alto, &c. Et Isa. 54. Vtinam disrumperes cælos & descenderes. Sed Maria quæ magis dilexit, profundius suspirauit, vehementius desiderauit, ipsa fortius traxit, dicens: Osculetur me osculo oris sui. Idem dictum est ei: Ne timeas Maria, inuenisti quod quærebas. Non dico tamen, quod auderet petere quod Filius Dei incarnaretur in eâ. Item Dominus tecum. Istud dictum est sicut vulgariter solet dici maior persona comedere cum minori, ad cuius declinat hospitium, vt cum eo sumat cihum. Sic Dei Filius in sua incarnatione declinavit in hospitium vteri virginalis: vnde carnem assumens virgineis vberibus lactabatur, & virgineis manibus cibis corporalibus pascebatur. Isa. 7. Butyrum & mel comedet. Item Cant. 2. Dilectus meus candidus & rubicundus, qui pascitur inter lilia. Ibi dicit beatus Bernardus: Manus Mariæ quædam lilia candidissima sunt, nec causabitur ille liliorum amator inter lilia non inuentum, quidquid illud sit quod inter Mariæ manus inuenierit.

Sermon in nauis inuicem Maria, ita fuit.

6. Maria, dominium super filium.

Homil. 1. f. per Milijus

Luc. 1.

Psal. 103.

Luc. 1.

Dominus tecum. In his duobus verbis notatur Mariæ dignitas & dominium super Filium suum: cum enim de omnibus cæteris sanctis dicatur, & magnum sit eis esse cum Domino, vnde & Enoch dicitur ambulasse cum Deo, quod faciunt qui eius per omnia obediunt voluntati, Maria maius aliquid cæteris hominibus sanctis sortita est, vt non solum ipsa subiiceretur voluntati Domini, sed etiam Dominus voluntati ipsius, vt per hoc meritò diceretur Dominus esse cum ea. Beatus Bernardus: A non Deum & Dominum Angelorum Maria suum audacter appellat filium, dicens: Fili quid fecisti nobis sic? Quis hoc audeat Angelorum? sufficit eis & pro magno habent, quod cum sint spiritus ex conditione, ex gratia facti & vocati sunt Angeli, testante Dauid: Qui facit, inquit, Angelos suos spiritus. Maria verò matrem se agnoscens, maiestatem illam, cui illi cum reuerentia setuunt cum, fiducia suam nuncupat filium. Nec dedignatur nuncupari Deus, quod esse dignatus est. Nam paulo post subdit Euangelista: Et erat, inquit, subditus illis. Quis quibus? Deus hominibus. Deus, inquam, cui Angeli subditi sunt, cui principatus & potestates obediunt, subditus erat Mariæ. Nec tantum Mariæ, sed etiam Ioseph propter Mariam. Et idem ad interpellationem matris distulit vsque ad 30. annos negotium quod iam inceperat duodennis. Idem Cant. 8. dicitur: Innixa super dilectum meum, quasi superior dilecto. Item Cant. 2. dicit ipsa: Dilectus meus mihi, subditus scilicet & obtemperans, sicut

filius matri: & ego illi obtemperans & obediens, sicut filia patri, sicut ancilla Domino, sicut creatura creatori.

Item contra hoc quod dictum est Enæ merito transgressionis suæ: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui Genes. 3. dictum est Mariæ: Dominus tecum, merito gratiæ quam inuenit. Ad hoc etiam facit quod solium Salomonis dicitur habuisse scabellum. Quære de solio.

Item Magister Hugo de sancto Victore, super illud Ioan. 2. Deficiente vino, dicit mater Iesus ad eum: Vinum non habent. Nec dixit peto, vt defectum poculi vinum creando aut commutando suppleas: sed hoc maternæ reuerentiæ priuilegium debere existimauit, vt quidquid vel innuendo significaret, pari à filio repulsam non debuisset. Et hoc quidem iustum fuerat, si tale aliquid ab eo petiuisset quod ille facere posset secundum naturam quam ab eâ acceperat: nunc autem quodammodo iuste reprehenditur, quia ab ea natura quam non dederat, obedientiam in miraculo exigebat. Et dicitur ei: Quid mihi & tibi est mulier? Miraculum enim facere Dei est virtus, non hominis: & idem cum à matre Christus homo miraculum exigitur, idem non quasi homo, sed quasi Deus mulierem non matrem de præsumptione causatur. Maria enim à Christo non quasi mater exigere à filio, sed quasi mater, si necesse fuisset, miraculum humiliter postulare debebat à Deo.

Dominus tecum. Qui igitur quæris Saluatorem, quære ipsum cum ea. Vnde Magis dicitur Matth. 2. Inuenerunt puerum cum Mariâ matre eius, &c. vt cum ipsa semper querendus nobis ostenderetur. Dicitur etiam Dominus frequenter in Scriptura cum illis esse quos iuuare paratus est, & vota eorum & desideria adimplere. Vnde Ezech. 3. Manus Domini erat mecum, confortans me. Et de Ioanne Baptista: Etenim manus Domini erat cum illo. Matth. in fine: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Implora igitur beatam Virginem in omnibus orationibus tuis, nec desperes, aut diffidas de impotentia auxiliandi: quia Dominus est cum ea: & idem quotiescumque ipsa voluerit iuuare te, Deus cum ea est, vt & possit.

Dominus tecum. Quo solo comite qui caruerit, quantumcumque turbam hominum secum habuerit, vñ illi. Eccl. 4. Vñ soli: quia si Deum comitem non habet, non habet subleuantem. Solus enim comes est iste qui possit subleuare cadentem.

CAPVT VI.

Benedicta tu in mulieribus, vel inter mulieres. Benedicta, id est, ore omnium fidelium collaudata: cum dicitur Eccl. 25. Non est malitia super malitiam mulieris, eò gloriosus est, quò rarius inter mulieres inueniri aliquam benedictam. Dicitur ergo: Benedicta tu, &c. Et nota, quod illud, tu, discretiuum est & exclusiuum: quia in sola Maria benedicta ceptu & id simpliciter Patri.

7. Christus est Maria quam readu.

8. Pa illi qui Deum comitem non habet.

Maria benedicta in con-

simpliciter, nihil de maledictione matris aut virginis reperitur. Vnde & congrue dictum est ei: Ave, id est, sine vâ duplicis maledictionis: maledicta est sterilis, quæ non parit, scilicet vâ: & maledicta quæ parit, scilicet mater, quoniam parit in dolore. Maria autem verè est benedicta, habens benedictionem fecunditatis in conceptu, & benedictionem lætitiæ in partu, excluso ab ea tam doloris quam sterilitatis maledictio.

Item postquam dictum est ei, Ave, subiungitur, Gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Et hæc tria respondent tribus principalibus virtutibus Mariæ. Gratia plena, merito humilitatis, quæ erat quasi vas vacuum, & idèd meruit impleri, maxime cum esset mundum: quia virginitas focia fuit humilitatis: humilitas enim sensus est propriæ vacuitatis, sicut dicit Augustinus: Vasa vero vacua replet oleo gratiæ verus Eliseus. 4. Reg. 4. & idèd Maria quæ vas vacuum exhibuit, illud plenum meruit reportare. Iacob. 4. Dominus superbis resistit, humilibus dat gratiam. Dominus tecum, merito solitudinis, quam summe diligebat. Vnde ab Angelo sola inuenta est in conclave, quando ingressus est ad eam. Benedicta tu, merito virginitatis, cuius votum prima emisit, cuius amore maledictum legis contempnit. Dominus enim vacuos replet, solitarios comitatur. Maledicta hominum pro amore eius contemnitibus dat benedictionem pro maledictione. Vnde: Maledicent, scilicet amatores mundi, id est, iusto: & tu Domine benedices. E contrario plenos evacuabit. Iob 20. Divitias quas deuorauit, euomet, & de ventre eius exierunt eas Deus. Comitatos à turbis solitarios faciet. Vnde dicitur lucifero superbo Isa. 14. Quasi cadaver putridum non habebit consortium, neque cum aliis erit in sepultura. Querentes ab hominibus benedici maledicent. Luc. 6. Væ cum benedixerint vobis homines, &c. Contra hæc tria elegit sibi David solitudinem, vacuitatem, maledictionem. Vnde allegat: Respice in me, & miserere mei: quia vnicus, id est, solitarius, & pauper, id est, vacuus sum ego. Pauper dicitur quasi parum habens in pera. Et maledici eligit. 2. Reg. 16. dicens de Semei: D'mitte eum vt maledicam tibi, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Quasi diceret Domino: Solitarium comitare, vacuum reple, benedic maledictum. Et in tribus his Maria vera David filia comprobatur. In his etiam tribus tria nobis æmulanda pro modulo nostro proponuntur, vt hæc tria à Domino consequi mereamur. Humilitas, vt gratia impleatur: quia Deus humilibus dat gratiam. Iacob. 3. Amor solitudinis & bonæ singularitatis, vt Dominum comitem habeamus. Solus erat Moyses, quando Dominus apparuit ei Exod. 3. solus Elias. 3. Reg. 18. Sola Agar. Genes. 19. quando eis apparuerunt Angeli. Castitas, cuius amore contemenda sunt hominum maledicta, vt benedicamur à Domino, hoc est, vt gratiam Domini consequamur, vt ab eo dirigamur, vt hominibus viles efficiamur. Dominus tecum ponitur in medio, qui gra-

Dandi elegit solitudinem, vacuitatem, & maledictionem.

tiam conseruat interius, & benedictionem spiritalis fecunditatis operatur exterius. Rectè ergo postquam dicta est gratia plena, subiungitur, Dominus tecum: quia sicut sine Deo nihil facere possumus, aut habere, sic nec sine eo habita custodire. Ideo post gratiæ donationem necesse est vt Dominus sit nobiscum, & nobiscum custodiat quod nobis solus dedit.

Cum Maria dicta est gratia plena, quare subiungitur, Dominus tecum.

Benedicta tu in mulieribus, vel inter mulieres, vt intercedat medium participatione: quia virgo cum fecunditate, & mater cum virginitate: ipsa enim erat mulier sexus conditione, & futura mulier partus fecunditate: nec tamen propter hoc incursum maledictionem, sed magis consecutura benedictionem. Audito tamen hoc verbo, Benedicta tu in mulieribus, turbata est: quia in virginibus benedici semper optabat: & idèd cogitabat qualis esset ista salutatio, quæ ab initio videbatur esse suspecta. At vbi in promissione filij manifestum patuit virginitatis periculum, ultra non potuit dissimulare, quin diceret: Quomodo fiet istud, &c. Vel etiam idèd turbata est præ admiratione: quia sciebat omnes mulieres maledictas esse in matre sua Eua: & idèd audiens se in mulieribus benedici, turbata cogitabat qualis esset ista salutatio, quæ & mulierem dicebat & benedictam. Vel inter mulieres, id est, super mulieres: quia opera meliora fuerunt in ea quam in cæteris: virgo enim peperit, patrem suum genuit, portantem se portauit, nutriendem se lactauit, vacua & plena, humilis & sublimis, pauper & diues in vnum fuit: quod ante eam in nulla muliere inueniri potuit. Nec solum benedicta inter mulieres tantum, quia hoc parum videretur, sed inter mulieres benedictas singulari benedictione insignis & benedicta. Vnde de ea dicitur Eccl. 24. In multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur. In ipsa enim sola inuenta est fecunditas cum virginitate. Quæ duo nunquam antea pacem habuerant. Vnde quidam:

2.

Cum Maria turbata est audito hoc verbo, Benedicta tu in mulieribus.

Partus & integritas discordes tempore longo, Virginitas in gremio fœdera pacis habent.

Item idèd dicta est benedicta in mulieribus, non tantum quia sine concupiscentia concepit, & sine dolore peperit, sed quia præ omnibus in prole multiplicata est: etsi enim carnaliter vnum genuit filium, in eo tamen spiritalis mater effecta est magnæ multitudinis filiorum, quorum Christus primogenitus est: vnde signanter dictum est Luc. 2. quod peperit filium suum primogenitum. Rom. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Item per hoc quod dicta est benedicta in mulieribus, designatur pretium Mariæ quæ est mulier fortis, de quo dicitur Prou. in fine: Procul & de vicinis finibus pretium eius. Quia enim pro amore virginitatis contempnit maledictum, qua maledicebatur sterilis in lege, idèd meruit benedici.

3. Maria sola habuit quid boni fuit in mulieribus, & sola non habuit maledictionem quæ unum alia mulier habuit.

Benedicta tu in mulieribus, id est, præ omnibus mulieribus, dicit Glossa, & hæc Glossa textus est in Iudith 13. vbi dicit ei Othias princeps populi Israël: Benedicta tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Iudith. 5. Benedicta inter mulieres Iahel. Esther 2. dicitur, quod Esther habuit gratiam

& misericordiam super omnes mulieres, & quod dilexit eam Assuerus plusquam omnes mulieres. Maria ergo dicitur benedicta in mulieribus, Iudith præ mulieribus, Iahel inter mulieres, Esther inuenit gratiam & misericordiam super omnes mulieres, & amata ab Assuero plusquam omnes mulieres. In quibus verbis signatur summa benedictio. Et hæc tres mulieres Mariam expresse figurant. Accipiamus ergo totum & dicamus, quod ipsa fuit benedicta in mulieribus, & præ mulieribus, & inter mulieres, & super omnes mulieres. Benedicta in mulieribus: id quod ipsa sola habuit quidquid boni fuit in mulieribus. Sed benedicta præ omnibus mulieribus: quia illa omnia habuit excellentius. Benedicta fuit inter mulieres: quia ipsa sola illius maledictionis experta fuit, quam omnes mulieres in matre sua Eua acceperunt. Benedicta autem fuit super omnes mulieres: quia ipsa habuit quod nulla alia vnquam accepit, scilicet quidquid boni fuit in mulieribus. Triplex autem bonus status fuit in mulieribus, quem Maria consecrauit. Coniugalis, vidualis, virginalis. Virginalis statum habuit ante desponsationem, coniugalem post desponsationem, vidualem post filij passionem: quia nisi defuncto Ioseph non videtur, quod commendaretur discipulo: si enim ipsi credita est iuuenula, non videtur, quod iam ferè quinquagenaria ab eo tolleretur. Et ideo quamvis per multas, tamen per quatuor mulieres expressius figurata est, scilicet Iudith viduam, per Esther coniugatam, per Rachel & Rebeccam virgines. Sed quare per vnam viduam, & vnam coniugatam, & duas virgines? Forte quia virgo ante partum, & virgo permansit post partum. Propter hunc triplicem statum dicitur ei Eccl. 24. In Iacob inhabitata, id est, coniugata, qui sunt in Iudith: quia tribulationem carnis habent huiusmodi. 1. Cor. 7. In Israël hereditate, id est, in viduis: quæ enim vidua est, cogitat quæ Dei sunt. 1. Cor. 7. Sed in electis meis, id est, virginibus mirte radices. Sic ergo ipsa sola habuit quidquid boni fuit in mulieribus. Et notandum, quod quia illa nobilissimæ virgo Israël futura erat mater Dei, thalamus sponsi, dilecta dilecti, vnica vnici, idèd Dei Filius singulariter, imò mirabiliter in ipsa voluit operari, vt quæ pretium vniuersitatis haberet aliquid commune. Et cum coniugata quidem commune habuit partum prolis, cum continentibus votum castitatis, vt dum continentibus coniugata & virgines partu suo redimeret, simul ei fructus. 30. 60. & centesimus proveniret. Sed ô tu fidelis vir qui de beata Virgine sentis in bonitate, non minorem in ea fructum. 30. quam 60. vel centesimum intellige. Secure afferas, quod non plus meruit pariendo, quam virginitatem conseruando. Pro varia ergo in ipsa operatione Dei fructus ei debitus, variam sortitur quantum ad ipsam appellationem. In aliis tamen non sic: quia neque continent sine difficultate, neque pariunt sine corruptione. Fuit etiam benedicta præ omnibus mulieribus: quia omnia illa habuit excellentius: omnes enim

coniugata habuerunt fecunditatem cum corruptione, vidua fecunditatem cum corruptione præcedente, Virgines castitatem cum sterilitate. Ipsa vero sola separauit pretiosum à vili: quia habuit statum coniugalem & vidualem cum virginitate, & virginalem cum fecunditate: & idèd benedicta præ omnibus mulieribus. Vnde & debet dici benedicta, & superbenedicta: benedicta ab Angelo, superbenedicta ab Elizabeth. Fuit etiam benedicta inter mulieres: quia sola experta illius maledictionis quam omnes mulieres in Eua contraxerunt. Gen. 3. Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: in dolore partus filios, &c. A qua maledictione ipsa fuit immunis. Vnde Isa. vlt. Antequam parturiret peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale? Et idèd sola inter mulieres benedicta. Fuit etiam benedicta super omnes mulieres: quia nulla alia accepit vnquam quod ipsa habuit, scilicet quod virgo peperit, quod non tantum super omnes mulieres, sed super omnem naturam & omnem intellectum fuit, scilicet quod Deum genuit. Sic ergo sola habuit omne bonum quod in mulieribus fuit, sola non habuit maledictionem quam omnis alia mulier habuit, sola habuit quod nunquam alia mulier habere potuit. Propter hoc notabiliter dicitur Luc. 10. quod Maria ista optimam partem elegit. Optimam quantitate: quia totum habuit. Optimam qualitate: quia puriorem & excellentiorem habuit. Optimam dignitate: quia dignior pars intelligi non potuit: hæc enim per se vera est de beata Virgine: Maria optimam partem elegit: quia inter omnes quæ vnquam partem acceperunt, hæc sola optimam partem elegit & habuit. Deus autem nullam elegit: quia semper totum habuit, in quantum etiam fuit filius beatissime Virginis.

Maria optimam partem elegit.

Ecce illa quatuor ex quibus integratur beatitudo sanctissimæ virginis, quæ sunt immunitas ab omni peccato: vnde, Ave Maria. Gratia plenitudo: vnde, Gratia plena. Diuina societas: vnde, Dominus tecum. Prærogatiue singularitatis: vnde, Benedicta tu in mulieribus. Quorum duo prima beatificant ipsam in se, alia duo in comparatione ad omnia ad quæ contingit ipsam comparare: & hoc non est nisi ad superioris, quia Dominus tecum: & ad inferioris, quia benedicta in mulieribus: quia mediante illa benedictione quam habuit in mulieribus, benedicta fuit ad omnia ad quæ contingit ipsam comparare: id enim quod Deum genuit Angelorum restauratorem, hominum redemptorem, demonum victorem, beatam eam dicunt omnes generationes. Et hoc est quod dicitur Iudith. 15. in persona Mariæ: Tu gloria Ierusalem, qua designantur Angeli, qui semper sunt in visione Dei & pace. Tu lætitia Israël. Per Israël animæ beatorum, qui quandoque fuerunt Iacob, id est, luctatores, nunc autem Israël, id est, videntes Deum facie ad faciem. Tu honorificentia populi nostri. Per populum scilicet Iudæorum, id est, confitentium peccata sua & laudes Dei, & glorificantium Deum, animas iustorum intelligo. Quæ fecisti viriliter, vincendo diabolum, sicut

Quatuor ad quibus integratur beatitudo Mariae beatissimo, scilicet immunitas ab omni peccato, gratia plenitudo, diuina societas, prærogatiue singularitatis.

Maria genuit Angelorum restauratorem, hominum redemptorem, demonum victorem, beatam eam dicunt omnes generationes.

prophetarum erat Genes. 3. Inimicitias ponam, &c. ipsa conteret caput tuum. Aliter primum, scilicet tu gloria Ierusalem: vox est Angelorum quorum ruina per eam reparata est. Secundum, scilicet tu læticia Israël: vox est hominum quorum tristitia per eam lætificata est. Tertium, scilicet tu honorificentia populi nostræ: vox est mulierum quarum infamia per eam deleta est. Quartum, scilicet quæ fecisti viviliter: vox est mortuorum existentium in limbo, quorum captiuitas per eam redempta est & reduta. Aliter. Tu gloria Ierusalem, id est, innocentium. Tu læticia Israël, id est, peccatorum. Hæc est ergo beata plenitudo, & plena beatitudo Domine nostræ quæ fons & origo totius nostræ beatitudinis: quod enim beatitudinis ab illo magno mari, id est, ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum peruenit, totum per hanc venam defluit: & ideo quicquid nobis mittitur de cælestibus, per gratiarum actionem ad eam referendum est, per quam mediatricem habemus procul dubio quicquid gratiæ obtinemus.

4. *Benedicta tu in mulieribus*, id est, in matribus emollitis & in virginibus infæcundis. Vel expressius inter mulieres, id est, inter matres & virgines. Sicut enim lapis angularis in duobus consistit parietibus, & inter duos parietes in vitroque stat pariete, sed nec totus in vno, nec totus in altero: sic Maria in numero matrum est quoad fecunditatem, & in numero virginum quoad incorruptionem: sed nec omnino in pariete matrum, quia est incorrupta: nec ex toto in pariete virginum, quæ est fecunda. Talem quippè decebat esse matrem Saluatoris, vt mediatrix mediatorum, lapis angularis lapidem pareret angularem. Iob 38. *Quis dimisit lapidem angularem? Quasi diceret: Quis de lapide angulari lapidem dimisit angularem? Christus mediator Dei & hominum lapis est angularis, in quem duæ concurunt naturæ, diuina & humana: stans in vitroque pariete, quia Deus & homo, mediator Dei & hominum. 1. ad Timoth. 2. Iustus cum Deo, mortalis cum hominibus. Quem de matre Virgine nati decuit, vt in matre mortali conciperetur mortalis, & in virgine conciperetur iustus: necesse enim erat vt quicumque per matris corruptionem conciperetur, ex peccato originali conciperetur iniustus. Et hæc est prima causa. Secunda, vt sicut primus Adam de terra virgine factus fuerat, ita secundus Adam de virgine homo fieret. Tertia, vt sicut per Euam virginem facta fuit humani generis perditio, ita per Mariam virginem fieret eiusdem reparatio. Vnde canit Ecclesia: Paradisi porta per Euam cunctis clausa est, &c. Quarta, vt qui in cælis habebat patrem sine matre, haberet in terris matrem sine patre: vt sic quasi daebus testibus probaretur Christi diuinitas, in matris virginitate, & patris diuinitate. Quinta, vt prophetiæ veritas responderet Is. 7. Ecce virgo concipiet, &c. Beatus Bernard. super Missus est Gabriel. homilia 2. Deus siquidem (Deus enim est quem virgo peperit) matrem suam singulari in cælestibus*

Christum de matre virgine nati de cui.

donaturus gloria, singulari in terris præuenire curauit & gratia, qua videlicet ineffabiliter & intacta conciperet, & pareret incorrupta. Porro Deum huiusmodi decebat natiuitas, qua non nisi de virgine nasceretur. Talis congruebat & virgini partus, vt non pareret nisi Deum. Proinde factor hominum vt homo fieret, nasciturus de homine, talem sibi ex omnibus debuit deligere, imò condere matrem, qualem & se decere sciebat, & sibi nouerat placitum. Voluit itaque esse virginem, de qua immaculata immaculatus procederet omnium maculas purgaturus. Voluit & humilem, de qua mitis & humilis corde prodiret, harum in se virtutum necessarium hominibus saluberrimumque exemplum ostensurus. Dedit virgini partum, qui ei iam ante & virginitatis inspirauerat votum, & humilitatis prærogauerat meritum. Alioquin quomodo eam Angelus in sequentibus gratia plenam prænuntiat, si quippam vel parum boni quiddam ex gratia non accepisset, habebat? Vt igitur quæ sanctum sanctorum conceptura erat pariter & paritura, sancta esset corpore, accepit donum virginitatis: vt esset & mente, accepit & humilitatis. His nimirum virgo regia gemmis ornata virtutum, geminòque mentis pariter & corporis decore præfulgida, specie sua & pulchritudine sua in cælestibus cognita, cæli ciuium in se prouocauit aspectus, ita vt regis animum ad sui concupiscentiam inclinaret, & cælestem nuntium ad se de supernis educeret.

Et quod virginalis conceptio redemptorem *Quadruplex generatio.* deceret, dictum est Abraham Genes. 15. cum reuertio seminis tui prædiceretur ei pro hoc verbo. Quarta generatione reuertentur huc. Prima generatio fuit in Adam sine viro & femina. Secunda in Eua de viro sine femina. Tertia in nobis de viro & femina. Quarta, scilicet Christi sine viro de femina. Et hæc singularis, nec alia poterat inueniri quæ posset succurrere tribus primis quæ petierant: sed ista tres alias ad patriam de captiuitate reduxit. Igitur Maria rectè dicitur benedicta inter mulieres: quia ipsa inter matres & virgines prudens mediatrix mirabiliter media, ab vitroque extremorum illud sumpsit quod optimum erat, & preciosum separauit à vili. Ierem. 25. Et relicta sterilitate virginis & corruptione matris, assumpsit sibi integritatem de virgine & fecunditatem de matre, vt esset integra & fecunda, & nec sterilis, nec corrupta.

Benedicta tu inter mulieres. Quasi media inter mulieres Veteris Testamenti, & mulieres Noui. Mulieres Veteris Testamenti ad istam tendebant, sicut pater, cum omni affectu ad liberorum procreationem intenderent, vt ad istam peruenirent, quæ earum auferret opprobrium. Vnde & Rachel legitur dixisse Iacob. Genes. 30. Da mihi liberos: alioquin moriar. Mulieres Noui Testamenti ad eam respiciant, quæ eis in exemplum proponitur, & quibus ipsa reddidit libertatem: ipsa enim triplicem statum bonarum mulierum sanctificauit, bonum scilicet, meliorem, & optimum, id est, coniugium, viduitatem, & virginitatem.

Benedicta

6. *Benedicta tu in mulieribus.* Potest hinc dici eo modo quo dictum est. Gen. 27. In pinguedine terræ & in rore cæli desuper erit benedictio tua. Ros cæli virginitas, pinguedo terræ fecunditas. Per Mariam enim effusa est benedictio super mulieres. O quot eius auxilio & precibus de maledictione ereptæ sunt & quotidie eripiuntur. Vel ideo benedicta in mulieribus, quod de alia non legitur, vt per hoc notetur, quod non solum inter mulieres gloriam habitura sit, sed etiam quodam priuilegio spirituali sibi mulierum dilectionem vendicauerit & affectum, vt potè per quam euasit opprobrium sexus ille. Priusquam etenim Maria conciperet Saluatorem, opprobrium erat & ignominia esse mulierem propter proditionem primæ matris. Similiter & esse hominem propter latrocinium & proditionem Adæ. Filij enim eram proditoris & latronis. Vnde dicitur Is. 1. Principes tui, scilicet Adam & Eua: infideles, focij furum, id est, damnorum. Et propter hoc clamabat genus humanum ad Dominum Saluatorem sub typo septem mulierum. Is. 4. Inuocetur nomen tuum super nos, scilicet vt à Christo dicamur Christiani: aufer opprobrium nostrum. Opprobrium igitur primorum patrum per eam à nobis ablatum est, & insuper aded generosi facti sumus, quod regis & reginæ cælorum effecti sumus fratres. Merito ergo benedicitur in mulieribus, & inter mulieres, per quam tantum primæ mulieris opprobrium ablatum est à mulieribus, & tantus honor collatus est mulieribus, vt mulier cælorum regina & Dei genitrix sit effecta.

Item in hoc quod dicitur, *Benedicta tu in mulieribus*, ostenditur præcipua eius potentia ad impetrandum: nam alie mulieres vitiorum rigorem emolliunt: hæc autem Dei severitatem emollit, designata per virgam quæ produxit aquam de petra. Num. 20. Hæc plenius inuenies titulo, quod Maria mulier & virga appellatur. Item ideo benedicta in mulieribus, quasi sola de mulieribus ab vniuersis generationibus prædicanda, & præ omnibus gloriam habitura.

CAPVT VII.

1. *Et benedictus fructus ventris tui.* Superius dixerat Angelus, *Benedicta tu in mulieribus*: & Elizabeth, *Benedicta tu inter mulieres*, quasi idem sentientes de Virgine, sed hinc substitit Angelus, nec dixit: *Benedictus fructus ventris tui*: quia fructus hic adhuc flos erat in horto Virginis. Vnde Is. 11. Flos de radice eius ascendet. Sed fructus fuit in mundo, medicina in cruce, panis in sacramento, vita in anima, beatitudo in cælo. Quod attendens Elizabeth suppleuit quod Angelus non dixerat, scilicet benedictus fructus ventris tui. Et verè benedictus: quia pulcher ad videndum, suavis ad odorandum, dulcis ad gustandum, sicut infra inuenies. Beatus Bernard. ad Mariam: Non quia tu benedicta, ideo benedictus fructus ventris tui: sed quia ille te præuenit in benedictionibus dulcedinis, ideo tu *D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.*

Remil. 3. super Missus.

benedicta. Verè etenim benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ sunt omnes gentes: de cuius plenitudine tu quoque accepisti cum cæteris, etsi differentius à cæteris. Ac propterea quidem benedicta tu, sed in mulieribus, ille vero benedictus, non in hominibus, non inter Angelos, sed qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, vt ait Apostolus. Dicitur *Bom 9.* benedictus vit, benedictus panis, benedicta mulier, benedicta terra, vel si quid tale in creaturis benedictum esse memoratur, sed singulariter benedictus fructus ventris tui, cum sit super omnia benedictus Deus in sæcula. Benedictus ergo fructus ventris tui. Benedictus in odore, benedictus in sapore, benedictus in specie. De odore Gen. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. *Psal. 30.* verè benedictus, cui benedixit Dominus: De sapore dicitur: Gustate & videte quoniam suavis est Dominus. Item quam magna multitudo dulcedinis tuæ Deus. Item Petrus. 1. Can. 1. Si tamen gustastis quoniam suavis est Dominus. Et ipse *2. Pet. 2.* fructus de se inuitans nos ad se. Eccl. 24. Qui edunt me, ait, adhuc esurient, &c. Vtique propter saporis dulcedinem hoc dicebat. Qui semel gustatus magis excitat appetitum. Bonus fructus, qui est animarum esurientium & sitientium iustitiam, & esca & potus. Item de specie in Psal. Ex Sion species decoris eius. Item. 1. Pet. 1. In quem desiderant Angeli prospicere. Et beata Agnes: Cuius pulchritudinem sol & luna mirantur. Nec solum speciosus quantum alij fructus, sed sicut dicitur speciosus forma præ filiis hominum, sic dicens est speciosus præ fructibus vniuersis. Si enim ille fructus mortis non solum suavis fuit ad vescendum, sed etiam teste Scriptura delectabilis aspectu, quanto magis huius vitalis fructus debemus credere viuificum decorem. Huc vsque beatus Bern.

Benedictus fructus ventris tui. Congruè Christus fructus dicitur ventris virginalis singulariter & discretiue: quia ipsum concepit in vtero Virgo mater, in vtero, id est, ex causa intrinseca, non sicut alie mulieres, quæ recipiunt ab extrinseco vnde concipiunt. Ideo etiam Christus dicitur germen vel granum. Vnde Is. 4. In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis. Quia sicut granum madefactum ex propria substantia germen emittit, à quo totus fructus est sine contactu alterius grani, sic Maria madefacta gratia Spiritus sancti, sine contactu virili, ex se sola germinauit Christum, qui fructus est benedictus, qui & germen dicitur propter humilitatem. Ideo dicit ipsa Eccl. 24. Girum cæli, id est, illum qui omnia claudit & continet, circuiui germio vteri mei: sola, id est, sine adiutorio virili. De hoc germine dicit Pater. Ezech. 34. Suscitabo eis germen iustum nominatum. Nemo autem alius dici potest propriè fructus ventris, imò ventris & renum, quia & à matre concipitur, & generatur à patre.

Congruè autem appellatur Christus fructus. *Quare Christus.* Quia sicut fructus ex herba nascitur vel ex arbore, aut à terra ipsam non violans, sic & Christus de Virgine.

C 2 Quia

Quia sicut fructus bonus arborem per terram de qua nascitur, commendabilem reddit, sic & Christus Virginem gloriosam, de qua tota benedicta totus est natus benedictus. Vnde & ei hic dicitur: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Quia fructus facit cognosci qualis sit terra, aut arbor unde oritur. Sic Christus Virginem. Vnde Marth. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos. Ibidem: Non potest arbor bona fructus melos facere.

Quia sumptus sub foliis accidentium fructus esse in sacramento delectabilior est animæ digne lumentis: quia ibi ipsa plus lucratur, quantum ad præiens dico. Fructum autem istum non gustabit in futuro arbor, id est, homo: quæ fructum bonum non fecerit in præsentia.

Item fructus dicitur à fruor fruoris: & est sicut amor in hærere alicui rei tantum propter sèntimentum. Christus autem qui in sacramento nostra refectio est in via, fruitio est in patria, cuius fruitio facit beatum: & hanc fructum meretur qui Christum ponit suam gratiam. Ideo dicitur in Psal. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris. Fructus enim conuicti in cæna sumitur, quæ est refectio contra somnum. Et Christus fructus est, quem in illa cæna vltima expectamus, de quo fructuimus. Sicut vulgariter solet dici: post fructum non solet apponi ferculum aliud, neque comestio, sed post cœnam. Thren. in fine dicitur Christo: In umbra tua viuemus in gentibus. Et bene dicit, In umbra, quæ respectu corporis sola quædam apparentia est. Similiter quidquid boni facere possit optimus homo pro Deo respectu eorum quæ Deus fecit pro homine, nihil est nisi umbra quædam pertenuissima. Quantum etiam distat res ab umbra, tantum à passionibus nostris quas pro Deo sustinemus, distat passio Christi, si eius circumstantiæ diligenter notentur. Bene autem passio Domini fecit umbram, in qua concurrerunt obscuritas pœnæ & claritas pietatis. Sedere autem sub hac umbra est requiescere in imitatione Dominicæ passionis, vbi tria inueniuntur, odor, protectio, & refrigerium. Odor letabundum, protectio securum, refrigerium facit quietum. De odore dicitur sponso Cant. 4. Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Ibidem: Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Quære infra de delectationibus horti. Item beatus Ioannes Euangelista visitatus à Christo, dicit ei: Odor tuus concupiscentias in me excitauit æternas. Item Eccli. 24. Quasi balsamum non mixtum odor meus. De protectione in Psal. Sub umbra alarum tuarum protege me, &c. Item in umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas. Alæ Christi virtutes quibus volauit ad cælum. Vel alæ eius brachia extensa in cruce, de quibus dicitur Malach. 3. Sanitas in pennis eius. De refrigerio Ierem. 6. Interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona, &c. & inuenietis refrigerium animabus vestris. Hæc via Christus Dominus. Dicit ergo fidelis anima: Sub umbra illius quem

gustauerunt, quoniam suavis est Dominus. Sapiunt quidem pro diuersitate gustantium, aliis manna propter dulcedinem, aliis fauus propter contemplationem, aliis butyrum propter deuotionis pinguedinem, aliis panem propter fortitudinem, aliis vinum propter compunctionem, aliis oleum propter consolationem, aliis lac propter humanitatem, aliis mel propter diuinitatem, aliis lignum propter æternitatem, & huiusmodi. Hic est fructus ligni vitæ, id est, beatæ Virginis, qui creuit in paradiso, id est, in virginali vtero, de quo qui dignè comederit, mortem non gustabit in æternum. Vnde dicit Ioan. 7. Caro mea verè est cibus, &c. Hic latuit sub flore virginitalis in conceptione, apparuit in natiuitate, maturuit in prædicatione, collectus est in arbore crucis in passione. Isa. 53. Qui abscessus est de petra viuentium. Hic fructus apparuit candidus in natiuitate per virginitalitatem & innocentiam, viridis in æternorum promissione, splendidus in transfiguratione, rubicundus in compassione, pallidus & discolor in sepulchro.

Benedictus fructus ventris tui. Quomodo autem fructus huius sentiatur dulcedo, docetur Cant. 2. vbi dicit fidelis anima: Sub umbra illius quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Umbra Christi propriè est eorum imitatio quæ fecit in passione, quando scapulis suis cruci affixis obumbravit Ecclesiæ, vt feruorem paternæ iracundiæ eidem temperaret. In hac umbra vita est animæ, extra hanc umbram sola mors. Thren. in fine dicitur Christo: In umbra tua viuemus in gentibus. Et bene dicit, In umbra, quæ respectu corporis sola quædam apparentia est. Similiter quidquid boni facere possit optimus homo pro Deo respectu eorum quæ Deus fecit pro homine, nihil est nisi umbra quædam pertenuissima. Quantum etiam distat res ab umbra, tantum à passionibus nostris quas pro Deo sustinemus, distat passio Christi, si eius circumstantiæ diligenter notentur. Bene autem passio Domini fecit umbram, in qua concurrerunt obscuritas pœnæ & claritas pietatis. Sedere autem sub hac umbra est requiescere in imitatione Dominicæ passionis, vbi tria inueniuntur, odor, protectio, & refrigerium. Odor letabundum, protectio securum, refrigerium facit quietum. De odore dicitur sponso Cant. 4. Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Ibidem: Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Quære infra de delectationibus horti. Item beatus Ioannes Euangelista visitatus à Christo, dicit ei: Odor tuus concupiscentias in me excitauit æternas. Item Eccli. 24. Quasi balsamum non mixtum odor meus. De protectione in Psal. Sub umbra alarum tuarum protege me, &c. Item in umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas. Alæ Christi virtutes quibus volauit ad cælum. Vel alæ eius brachia extensa in cruce, de quibus dicitur Malach. 3. Sanitas in pennis eius. De refrigerio Ierem. 6. Interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona, &c. & inuenietis refrigerium animabus vestris. Hæc via Christus Dominus. Dicit ergo fidelis anima: Sub umbra illius quem

3.
Quærit umbram Christi.

desideraui, sedi. Ecce duo necessaria volentibus sentire fructus huius dulcedinem, & communicare ei ad salutem, scilicet passionis imitatio. Vnde sub umbra illius sedi, letabunda, secunda, & quæta, & desiderio intenso. Vnde dicit, Desideraui. Item in sessione notatur requies, vt quiescas peruersè agere. Isa. 1. Quia prius necesse est cessare à peccato: in sedendo inferior pars corporis versus terram quiescit, pars superior versus cælum laborat & mouetur: sedere ergo est quiescere ab appetitu temporalium, & laborare pro æternis, vt sic sentiatur dulcedo fructus huius. Vnde sequitur: Et fructus eius, id est, corporis & sanguinis eius perceptio, qua reficimur & sustentamur in via peregrinationis nostræ. Vel fructus, id est, efficacia sacramenti, dulcis gutturi meo, id est, intimæ affectioni animæ meæ. Et bene dicitur, Guttur, per quod vox transit, vt qui hanc dulcedinem sentire desiderat, priusquam ad hoc sacramentum accedat, confessus fuerit peccata sua, vt in voce exultationis & confessionis sit sonus epulantis. Item Osæ in fine: Sedentes in umbra eius, vt supra. Vident tritico, & germinabunt quasi vinea. Vident tritico, id est, corpore & sanguine Christi. Vident hic per gratiam, & per gloriam in futuro. 70. dicunt, Inebriabuntur tritico, & germinabunt quasi vinea. Christum scilicet qui est vitis vera, in suis operibus humiliter imitantes: humilitas enim in germine designatur. Alioquin nisi prius sub umbra ista sederint per imitationem eorum quæ gessit Christus in carne, & sequelam vestigiatorum quæ calcavit in cruce, hoc fructu & hoc tritico morientur. Quia cælestis panis non est sanus nisi sanis. Vnde quidam:

In Domini mensa quod trahas, sedulo pensa.

Vivere sine mori consisti quod porrigis ori.

Vivere per causam, mori per occasionem. Necessarium est etiam desiderium, scilicet veniæ, gratiæ, & gloriæ. Vnde dicit, Desideraui. Iob. 3. Antequam comedam suspiro, desiderando scilicet hæc tria, &c. Hoc autem desiderium digna comestio fructus huius suscitatur & inflammat. Vnde ipsemet dicit Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc esurient, &c. Nec pertinet ad guttur Ecclesiæ, qui hunc fructum non esurit.

Item fructus eius dulcis gutturi meo. Dulcis enim est hic fructus in ore prædicantibus, dulcior in palato meditantibus, dulcissimus in gutture gustantibus. In verbo. Vnde: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, &c. Item Ioan. 6. dicit Petrus hanc degustans dulcedinem: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. In exemplo. Marth. 6. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. In promisso. Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditum. In iugum imponendo. Marth. 11. Tollite iugum meum super vos, &c. iugum enim meum suauis est, &c. In operatione. Quia per eum cæci vident, claudi ambulat, &c. Marth. 11. In peccatorum dimissione. Eze. Quicumque die peccator conuersus fuerit, &c. iniquitatum eius non recordabor. In filiorum flagellatione. Vnde, Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Item quomodo miseretur pater filiorum, &c.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Tandem sentietur dulcissimus in præmij retributione, quando cibabit nos seipso, qui est manna absconditum. Apoc. 2. & torrente voluptatis suæ potabit nos. Gustui. 1. Pet. 1. Si tamen gustatis, quoniam suavis est Dominus. Tactui. 2. Reg. 23. Ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, quo nihil mollius dum tangitur. Auditui. Quia ipse verbum dulce quod multiplicat amicos, patri scilicet. Eccl. 6. verbum scilicet suauis. Olfactui. Eccl. 49. Memoria Iosue in compositione odoris, &c. Iosias Christus. Visui. 1. Pet. 1. In quem desiderant Angeli prospicere. Intellectui, quem illuminat cum sit veritas. Affectui, quem pascit cum sit charitas.

Item de benedictione huius fructus benedicti dicit Propheta Deo Patri: Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, &c. Bene dicitur, Præuenisti: quia has benedictiones ei ante ortum dedit.

Prima benedictio, immunitas peccati & impotentia peccandi: caruit enim originali, quod probat matris virginitalitas: & actuali, quod patris diuinitas. Ideo vocat eum Petrus agnum immaculatum: quia caruit macula originali, & incontaminatum, quia caruit omni contagio actuali. Ideo dicitur candelabrum. Exod. 37. Exod. 25. Facies candelabrum ductile de auro mundissimo, & pones in eo lucernas. 7. Christus rectè dicitur candelabrum: quia illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ductile, non fusile: quia non semine hominis transfusum, sed opere sancti Spiritus deductum ex auro mundissimo, id est, ex purissimo Virginis sanguine, qui fuit aurum mundum in sanctificatione, mundius in Spiritu sancti superuentione, mundissimum in Filij Dei conceptione qui ignis consumens est: in Filij enim Dei conceptione ita perfectissime purgata est mater, vt nec etiam venialiter postea posset peccare. Ideo caro eius & sanguis dicitur aurum mundissimum. Ei pones in eo. 7. lucernas, id est, septem dona Spiritus sancti: quæ requieverunt in Christo. Et nota, quod Ioannes Baptista licet sanctificatus in vtero, verumtamen potuit postea peccare saltem venialiter. Vnde dicit Christo Marth. 2. Ego à te debeo baptizari, id est, à potentia peccandi quæ est à fomite, purgari.

Secunda, consummata virtutum perfectio. Licet enim in baptismo infundantur virtutes puero, non tamen consummate sunt: quia non potest adhuc eas proficere operando. Sed Christus habuit consummatas. Vnde Isa. 4. Apprehendent septem mulieres, id est, vnueras virtutes quæ per septenarium, virum vnum, id est, Christum qui in instanti suæ conceptionis fuit vir perfectus quantum ad sapientiam & virtutem, & quantum ad organizationem membrorum. Ideo dicitur: Nouum faciet Dominus. Quia alij homines nouem mensibus formantur. De sapientia Eccl. 1. Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper & est ante æuam. De virtute. 1. Cor. 1. ipse est Dei virtus, & Dei sapientia, quæ vtraque nec minui potest in se, nec augeri. Vnde Boëtius: Stabilisque manens dat cuncta moueri, &c.

Sapientia di-
uina cum
se colatur

Tertia, omnis sapientie & scientie plenitudo: virtus enim perficit affectum, sapientia intellectum: & ipse perfectus fuit in vitroque. Coloss. 2. In quo sunt omnes thesauri, &c. Eius enim sapientia vniuersim cognoscit præterita, præsentia, & futura. Vnde Eccl. 23. Oculi Domini multo plus lucidiores super solem, &c. Et ponuntur hic quatuor, per quæ ostenditur nihil latere ipsius sapientiam, & in infinitum excedere lucem solis: sol enim solum videt superficiem rei sibi exposita, sed non interiora ipsius rei: sed sapientia Dei attingit a fine vique ad finem, &c. Iob 26. Nudus est infernus coram illo, nec est operimentum partitioni. Et idem dicitur: Multo plus: ibi ponitur quia oculi solis, id est, radij solum vident corporalia, oculi Domini spiritualia. Lucidiores, quia radij solis non vident nisi præsentia, oculi Domini præterita, præsentia, & futura. Super: quia sol solummodo mittit radios ad ea quæ sub ipso sunt, oculi Domini vident ea quæ supra solem sunt sicut ea quæ infra. De hac benedictione dicitur Deut. 33. Benedicite eius qui apparuit in rubo, veni at super caput Ioseph. Ioseph. Christus accrescens. Vnde, IESVS proficiebat sapientia, &c. Solutio. Eius sapientia proficiebat extensione, non intentione, sicut doctor extendens doctrinam in discipulos proficit, & sicut candela quæ ex se candulam accendit, proficit luminis extensione, non intentione.

Quarta, plenitudo fruitionis: quia ab instanti conceptionis suæ, ita plene fruebatur sicut modo: & quod est mirabilis, secundum eandem animæ partem simul patiebatur & fruebatur. Idem dicitur in persona Christi hominis: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper.

Quinta, diuersarum naturarum vnio, quæ secundum August. talis fuit, vt Deum faceret hominem, & hominem Deum. Hæc est benedictio dulcedinis: quia nec anima postquam à verbo assumpta est, ab eo separata fuit, & ita non peccare anima Christi potuit: nec caro similiter postquam à diuinitate assupta est, ab ea relicta est. Vnde nec propter hoc corrumpi potuit in sepulchro. De istis quinque benedictionibus dicitur Deut. 33. Nephthali abundantia perfructur. Nephthali interpretatur dilatatus. Hic est Christus, cuius fides per totum mundum dilatata est. Hæc sunt benedictiones dulcedinis. Terræ vero benedictiones, de quibus dicit Psal. Beatorum dixerunt populum cui hæc sunt, sunt amaritudinis: quia in amaritudinem conuertuntur. Sed de hac dulcedine dicitur Genes. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

6. Sequitur: Posuisti in capite eius, id est, in principio prædicationis eius, coronam de lapide pretioso, id est, lapidibus pretiosis, scilicet 12. Apostolis, qui eum prædicantem quasi coronam caput ambiabant. Matth. 5. Videns IESVS turbas, &c. & cum sedisset, &c. Hi sunt 12. lapides quos summus pontifex portabat in rationali. Exod. 28. Iob 29. Cum sederet quasi rex, &c. Aliter, corona æternæ gloriæ quæ finem non habet, quæ dicitur de lapide pretioso, qui est topazion, id est, omnicolor:

quia secundum Gregor. omni colore resplendet. Est ergo sensus: Posuisti in capite eius, &c. id est, coronam gloriæ omnem decorem habentem. Pro hac corona habenda in quantum homo pugnavit ipse, & docuit omnes pugnare: quia non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. 2. Timoth. 2. Assigna de lapide sub septenario vel duodenario.

Moraliter posuisti in capite eius, id est, in mente iusti quæ est caput. Eccl. 9. Oleum de capite tuo non deficiat. Coronam de lapide pretioso, id est, ornatum virtutum. In hac corona quatuor lapides pretiosi. Prudentia ab ante, vt caueat à futuris: iustitia à posteriori, vt satisfaciat de præteritis: temperantia à dextris, nec dissoluatur per prospera: fortitudo à sinistris, ne frangatur per aduersa. Et hæc corona est diadema.

7. Item fructus iste mirabilis. Vnde Psal. Scitote quoniam mirificauit Dominus, id est, Pater. sanctum tuum, scilicet Christum, qui est sanctus sanctorum, id est, mirabilem fecit, & hoc multipliciter. Primò in conceptione, quando foemina circumdedit virum. Ierem. 31. Interli. Gremio uteri sui. Isa. 4. In die illa, scilicet Dominicæ conceptionis, apprehenderunt septem mulieres, id est, vniuersæ virtutes, virum vnum, id est, Christum. Secundò in natiuitate quando exiuit de utero Virginis clausa porta. Ezech. 44. Porta hæc erit clausa principi, intranti scilicet & exeunti, sicut radius solis intrat & exit per vitrum sine sui & vitri corruptione. Tertio in prædicatione. Ioan. 7. Nunquam sic locutus est homo. Et Petrus. Ioan. 6. Verba vitæ æternæ habes. Quarto in passione, vbi posuit faciem suam vt petram durissimam. Isa. 51. Et sol obscuratus est, & petra scissæ. Matth. 27. Quintò resurrectione, quando non dedit sanctum suum videre corruptionem: sed cito resuscitauit, & clauso sepulchro exiuit. Sextò in ascensione, quando virtute deitatis ascendit cum triumpho. Isa. 63. Quis est iste qui venit, &c. Propter hæc omnia vocatum est nomen eius admirabilis. Isa. 9.

8. Item cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. In hoc quod cum esset diues voluit pro nobis fieri pauper. 1. Cor. 8. Scitis gratiam. Quia cum semper esset in gaudio, pro nobis voluit pati & mori in tormento vilissimo. Hebr. 12. Christus proposito sibi gaudio sustinuit crucem, &c. Quia cum esset summe innocens, voluit iniquis reputari. Isa. 53. Et cum iniquis deputatus est. Quia pati voluit pro inimicis, quod multo plus est quam si pro amicis. Vnde Ioan. Maiorem charitatem, &c. habuit tamen maiorem, quia mortuus est pro inimicis. Quia cum vno solo verbo posset saluare mundum, quia dixit & facta sunt: tamen tot & tanta pro mundo voluit sustinere. Vnde Luc. 9. Moyses & Elias loquebantur cum eo de excessu, quem completurus erat in Ierusalem. Et hoc totum fecit vt nos ad amorem suum alliceret, & vitium ingratitude in nobis extirparet. Ingratus enim erat homo beneficio creationis, quod sine pœna ei Dominus impenderat. Sed beneficium recreationis non sic. Beatus Bernard. Memento homo te esse nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Et

7. *Christus mirabilis*

8. *Christus mirabilis fecit*

9. Et nota, quod quadruplex fuit voluntas in Christo, quas pater mirificat sicut Christus dicit de Patre. Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis. Deitatis. Hæc mirificata est, omnia quæ sunt faciendò. Rationis, qua pati voluit, mori, & resurgere: quæ homines etiam sibi obedientes facit mori peccato, & resurgere per gratiam. Mirificata est Patri vsque ad mortem obediendo. Phil. 2. Sensualitatis, qua voluit non mori. Matth. 26. Pater si possibile est, transeat à me calix iste. Hæc mirificata est, se verum hominem esse ostendendo, & infirmitatem nostram se veraciter assumpsisse. Compassionis, qua compassus est peccatoribus. Luc. 19. Videns ciuitatem fleuit, &c. Osee 6. Misericordiam volo & non sacrificium. Quam mirificauit etiam indignis compatiendo. Has, inquam, voluntates mirificauit sanctis, non iudeis, aut paganis: quia his scandalum vel stulticia. 1. Corinth. 1. &c. sanctis scilicet qui sunt in terra eius, id est, qui spem suam quasi anchoram in illa terra quæ est eius terra, scilicet viuentium, fixerunt, ne seculi fluctibus submergantur. Multa alia de hoc fructu mirabili inuenies. 10. §. horti conclusi, vbi ille hortus dicitur mirabilis, quæ debuissent hic scribi.

10. Igitur quia tam dulcis, tam celebris, tam festiua, tam deuota, tam efficax, tam suavis est saluatio quam Christus mandauit beatæ Virgini Mariæ, quando mundum hac mediatrice saluare decreuit, dignum & iustum est vt à Christicolis celeberrimè & deuotissimè recitetur in terris, cum à cœlicolis, vt verè creditur, frequenter recitetur in cœlis ad honorem & gloriæ Virginis gloriosæ. Vnde canit Ecclesia: Te laudant Angeli, &c. Si enim tam affectuosè & sedulè saluamus, caput nudamus, inclinamus, assurgimus, genua flectimus, salutationem toties replicamus, ad familiares & cognatos ac socios magnatum, quorum consilijs & auxilijs in curijs indigemus, & ipsorum beneuolentiam captamus exenijs & muneribus, & quibuscumque præualemus modis: quid faciendum est potissimè matri in curia vnigeniti sui, cui non solum efficaciter supplicare, sed etiam materna auctoritate præualere imperare?

Item si ioculator esuriens ad plenam mensam diuitis cantauerit, nunquid ei cibus negabitur? Similiter si quis temporalia contemnens & gratiam esuriens, veniat ad mensam matris Domini toto corde & affectu dicens: Aue Maria gratia, &c. nunquid ipsa largitas ei gratiam poterit denegare? Saltem ex quo gratia plena est, vel aliqua fragmenta gratiæ largietur. Ipsa enim fauus mellis est, cui dicitur. Cant. 4. Fauus distillans labia tua. Qui si bene compressus fuerit tactu laborum deuotè orantis, dulcedinem mellis facile distillabit. Ipsa velus Gedeonis, & defactum rote gratiarum, quod compressione lenissima deuotæ salutationis & orationis, larga distillabit stillicidia super terram cordis humani. Ipsa virga gracillima est per summam humilitatem, quæ statu auræ tenuis, id est, humilis salutationis vel orationis, facile poterit inclinari: inclinata verò secum afferet florem & fructum suum.

10. *Septius deuotius recitanda Angelica saluatio*

Item si quis assidue magnatem aliquem aut potentem saluaret, licet indignandum & superbum, non esset tam illiberalis, quin saluatorem suum resalutaret aliquando, saltem vitæ importunitate, iuxta illud Eccl. 43. Erubescere à saluantibus de silentio. Nunquid magis indignantis naturæ erit mater misericordiæ mulierum humillima? Absit. Resalutat autem beneficia tribuendo. Satis enim probabile & credibile est, quod si sæpè beatæ Virginis salutationem angelicam replicaret, scilicet Aue Maria, vsque fructus ventris tui, ipsum benedictum fructum à benedicta matre quandoque in præmium reportaret.

Sed notandum, quod qui beatam Virginem dignè salutare vult aut orare, oportet eum prius animam præparare. Vnde Eccl. 18. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tenet Deum. Alioquin oportebit eum iterare orationem suam, quod prohibetur Ecclesiast. 7. Non iteres verbum tuum in oratione, id est, sic deuotè ora, quod non oporteat iterare. Greg. Quo videlicet dicto vir sapiens nequaquam nos prohibet sæpè veniam petere, sed culpas iterare. Ac si aperte dicat: Cum malè gesta fleueris, nequaquam rursus facias quod in precibus iterum plangas. Minus enim efficax & vtilis est Mariæ saluatio, vel directæ ad eam oratio, cum præsumitur ab indigno. Vnde antequam Dominus orare doceat discipulos Matth. 6. præmittit de virtutibus instructionem. Sicut enim peccatores Deus non audit. Ioan. 9. sic non est speciosa laus vel saluatio in ore peccatoris. Eccl. 15. in oratione quæ defunt nobis, suggerimus & rogamus & quarimus nostræ compassionem misericordiæ. Sed hanc non meretur, qui alienæ gloriæ congratulari nescierit. Sic enim cœlesti Ierusalem communicamus in ratione dati & accepti, cum ei congratulationem impendimus, & ipsa viscissimè compassionem nobis. Quod si sanctorum omnium gaudio cogaudendum est vt eos habeamus propitios, magis & frequentius oportet beatæ Virgini congaudere, cui risum fecit Dominus, & omnes audientes pariter corridebant, sicut dixit Sara Genes. 21. quæ figurabat Mariam. Hinc est, quod à fidelibus consuevit hæc saluatio frequentari, nec ad insipientiam saluantibus, si se dignos exhibeant & se præparent ad saluandum.

Quod autem hæc saluatio acceptabilis sit Mariæ, ostenditur in eo quod prius ab Angelo legitur salutata, nec ipso foris stante, sed ingresso ad eam. Ergo & Angelum te esse oportet, & ad eam intrare, si dignè volueris salutare Mariam. Angelum facit puritas, charitas, humilitas: quæ tria inueniuntur in Angelis præminere. Puritas, quia sicut à carne, sic à carnis illecebris penitus sunt immunes. Et sicut dicit Hieron. In carne præter carnem viuere, non humana vita est, sed cœlestis. Charitas in vitæ communionem probatur: quia cœlestis Ierusalem participatio eius in idipsum est: quia nullus ibi suum aliquid esse dicit, sed sunt illis omnia communia. Humilitas Angelorum in obedientia & in ministerio comprobatur, in quo sine murmure, sine contradic-
tione,

11. *Qui vult diuine Mariæ saluare, debet animam præparare.*

11. *Lib. 10. moral. cap. 17.*

12. *Qui saluationem suam desiderat, debet Angelicam uisitacionem*

gione, sine deceptione Domino contemperant. Qui enim per tres istas virtutes Angelum se non exhibet, non est idoneus ut ad salutandam Virginem admittatur in conclave cœlesti, in quo Maria assumpta est ad æthereum thalamum, in quo rex regum stellato sedet solio. Hæc tria agnouit Angelus in Maria: & hæc tria querit gloriosa Virgo in suis saluatoribus inuenire. Vnde & quod gratia plena dicitur, ad humilitatem refertur, quæ sola gratia mereatur impleri: quia sicut dicitur Iacob. 4. Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam. Dominus tecum, ad charitatem: quia Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Benedicta tu in mulieribus, ad puritatem. Quod si hæc habeas, & per hæc Angelus tuis, necessarium est ut sis Gabriel, id est, fortitudo Dei, ut non tuæ ascribas fortitudinis quidquid boni habueris, sed diuinæ: & sic tibi patebit ad Mariam ingressus.

Item quod dignè tantam reginam salutare non sit quilibet dignus, ostendit Dominus cum ad eam salutandam, non nisi Angelum misit, per hoc euidenter ostendens, quod qui salutationem suam ab ea desiderat acceptari, angelicam, ut supra dictum est, vitam debet imitari, ut sit videlicet pacificus: quia inter Angelos maior non opprimit minorem, sed omnes in summa pace & quiete consistunt. Sit etiam humilis: Angelus enim hominem qui terra & cinis est, non designatur custodire, nec inde erubescit. Sit obediens, id est, præcepta Domini adimplens. Sine inuidia: stella enim differt à stella in claritate, nec tamen vna alij suam inuidet claritatem. Similiter Angelus bono cuiuslibet socij non inuidet, sed congaudet. Has proprietates attribuit Beda Angelis super illud Exod. 25. Facies mihi sanctuarium iuxta omnem similitudinem quam ostendam tibi.

Nota etiam, quod ad salutationem Mariæ tria principaliter nos inuitant, scilicet Gabrielis exemplum, qui eam primus legitur salutasse, etiam antequam esset mater Domini, refutationis fructus, ut supra, & Ioannis tripidium. Si enim nos se salutantes resalutauerit, exultabit in gaudio infans, id est, gaudium ineffabile in vtero mentis nostræ, ut possimus dicere: Ecce ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit, &c. Hinc dicit Apostolus, Roman. 16. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis, pro vobis orando, in Ægyptum fugiendo, paupertatem sustinendo. Sed qualiter salutabis, frequenter, fideliter, sapienter. Frequenter: quia tota pulchra est Cant. 4. Ista. 23. Bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit. Fideliter, ut corde, ore, & opere saluetur, ne meritò possit beata Virgo illud respondere. Ista. 29. Populus hic labiis me honorat: cor autem ipsorum, &c. Sapienter, ut recta intentione saluetur. Quidam enim nobiles salutant puellas, ut de illarum familiaritate iactare se possint. Sic multi salutant frequenter Mariam, ut eam diligere videantur:

13. Ad salutationem Mariæ tria principaliter nos inuitant.

Luc. 1.

sed tales non resalutat: quia ipsa nouit abscondita cordium, sicut dicit ipsa Eccl. 24. Penetrabo omnes inferiores terræ, & inspiciam omnes dormientes.

Nota, quod non sunt digni salutari à nobis excommunicatus, homo alterius legis, hostis. Diabolus excommunicatus, est qui falsificauit bullam summi Pontificis, id est, formam suam, qui erat signaculum similitudinis Dei Ezech. 28. Item incendiarius fuit sanctorum locorum, id est, illorum duorum templorum quæ fecerat Deus, scilicet Adam & Euz: omnes enim iusti templa sunt Dei, ut dicitur 1. Cor. 3. & 6. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Item manus violentas iniicit in clericum, imò in ipsum Papam, id est, Christum. Et quia non habet superiorem à quo petat absolutionem, & ab illo non vult, ideo non potest absolui. Propter hoc dicitur 1. Reg. 2. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Ille excommunicatus salutat nos, dum peccata spiritualia suggerit, ut interficiatur, sicut Ioab Amasan salutando occidit 2. Reg. 20. Hunc resalutat, qui eius suggestioni consensum præstat, & sic excommunicatus. Rom. 1. Non solum qui eam faciunt, sed qui eis consentiunt, digni sunt morte. Non ergo salutandus vel resalutandus est excommunicatus. Ioan. 2. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non afferit, &c. Homo alterius legis est caro, cuius lex contraria est legi spiritus. Rom. 7. Video alteram legem, &c. Horum autem qui sunt alterius legis, quidam sunt gentiles idola colentes, scilicet motus luxuriz, qui in corde suo faciunt masculinas imagines, & femineas, sicut dicit Ezech. 16. Fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Alij sunt Iudæi, qui legem & sacrificia carnaliter seruant, id est, motus galz. Alij hæretici latenter corruptentes, id est, motus sub virtutis vel necessitatis specie ad peccatum inclinantes. Primi, id est, pagani sunt occidendi gladio abstinentiz. Plal. 44. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Iudæi non sunt occidendi, sed fame & miseria cruciandi. Hæretici verò sunt comburendi igne: quia Spiritui sancto committendum est, ut reuelat in talibus vtrum spiritus sunt ex Deo. Hic homo alterius legis salutat, dum caro voluptatem suggerit. Hunc resalutat, qui consentit, & excommunicatus efficitur. Eccl. 9. Cum salatrice ne sis assiduus, nec audias illam. Hostis est mundus. Vnde Iacob. 4. Quicumque voluerit esse amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur. Hic salutat, dum diuitias suggerit vel honores, dicens cum Iuda: Aue Rabi: & osculatur eum, & prodit simul: sed non est resalutandus per consensum. Vnde Psal. 61. Diuitiaz si affluant, nolite cor apponere. Horum trium salutationes non recepit Maria: quia humilis & pauper & virgo fuit, ut dictum est. Et ideo merito dixit ei Angelus: Aue, id est, sine omni vā.

14. Qui non sint digni qui saluentur à nobis.



LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

De 40. specialibus causis, quare Mariæ seruiendum.



AVSA multiplici seruire Dei genitrici Debes dum visus, post mortem viuere si vis.

1. Filius Dei mater suam honorat.

Prima: quia Filius Dei, cuius omnis actio, Christiani est instructio, honorat & magnificat matrem suam, iuxta quod præcipitur Exod. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam, &c. Mater enim Christi per naturam, mater est populi Christiani per gratiam. Ideò de matre sua dicit ipse Christus Ista. 60. Domum patris mei, scilicet Mariam glorificabo. Et paulo post: Locum pedum meorum glorificabo. Caput Christi diuinitas. 1. Cor. 5. Caput Christi Deus. Pedes quibus venit ad nos, humanitas, cuius locus virtus virginalis, quem scilicet locum, prout possumus, debemus honorare: quia omnia bona veniunt, gratiz & gloriæ nobis inde affluerunt & affluunt incessanter. Eccl. 1. Ad lotum vnde exeant flumina, reuertuntur, ut iterum fluant, id est, reuerti debent per iugem reoordinationem, per debitam venerationem, per gratiarum actionem, & hoc ut iterum fluant:

2. Spiritus sanctus Mariam præcipit honorari.

Secunda: quia Spiritus sanctus Mariam præcipit honorari ibi: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Quare titulo, quod Maria dicitur scabellum. Hoc scabellum ad litteram adorauerunt tres Magi adorantes matrem cum filio Matth. 2. Honorare siquidem Mariam, thesaurizare est sibi vitam æternam. Eccl. 3. Sicut qui thesaurizat, ita & qui matrem honorificat suam, id est, Mariam. Eph. 6. Honora patrem & matrem. Hoc mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & longæuus sis super terram. Pater noster Christus, qui nos secundum quod Deus: vnde Iacob. 1. voluntariè genuit nos, &c. & secundum quod homo peperit mirabiliter nos in doloribus passionis: vnde Ioan. 16. Mulier, id est, humana Christi natura, cum parit, tristitiam habet, &c. Vnde dixit Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. Mater nostra Maria, quæ licet non nisi vnicum filium carnaliter genuit, in eo tamen spiritualis mater effecta est. magnæ multitudinis filiorum, quorum primogenitus Christus ad Rom. 8. Titulo, quod Maria mater, multa inuenies de huiusmodi.

Tertia: quia quidquid reuerentiæ & honoris matri exhibetur, totum redundat in filium, & è conuerso. Vnde Eccl. 4. Qui seruiunt ei, obsequentes erunt sancto, id est, Christo qui est sanctus sanctorum. Dan. 9. Et eos qui diligunt eam, diligit Deus. Sicut enim qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum: sic è contra non honorificat filium, qui non honorificat matrem quæ genuit illum. Hyeron. Nimirum honor maternus eius est, qui natus est ex ea. Idem: Nullus honor matris alius est, nisi cum ille iure honoratur, qui nasci dignatus est ex ea. Idem: Nulli dubium, quin totum ad gloriam Christi pertineat quidquid dignè genitrici eius impensum fuerit ac solemniter exhibitum. Beatus Bernardus: Non est dubium quidquid in laudibus matris profertur, ad filium pertinere: & rursus cum filium honoramus, à matris gloria non recedimus. Ad hoc designandum beata illa mulier quæ extollens vocem de turba. Luc. 5. volebat filium collaudare, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, intelligens per Spiritum sanctum in matris laudibus filium collaudari. Item idem significatum est Cant. 2. vbi postquam se laudauerat filius dicens, Ego flos campi, &c. statim transit ad commendationem matris, dicens: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Quo ostendit, quod laus sua laus matris est, & è conuerso. Et vocat eam amicam ad ostendendum, quod sicut omnia communia sunt verè amantibus, sic laus vtriusque communis est vtrique, & quod post laudem filij succedit laus matris primo loco. Item beatus Hildefontus: Ut siam seruus deuotus filij generati, fideliter appeto fieri seruus genitricis: & ut comprober seruire Domino, in testimonium quæro super me dominium matris eius. Sicut enim refertur ad Dominum quod seruitur ancillæ, & redundat in filium quod impenditur matri, sic alternat in nutritio quod adhibetur nutrici. Sic transit honor in regem, qui defertur in famulam reginæ.

3. Filius laudatur in matre & mater in filio.

Quarta: quia per ipsam & in ipsa & ex ipsa augetur gloria Patris & Filij & Spiritus sancti. Vnde in Psal. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Licet enim in omni creatura sit Deus magnus & laudabilis nimis, tamen nominatim dicitur magnus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, quæ est Maria, de qua dicitur: Gloriosa dicta super te ciuitas Dei. Alcuinus: In hac ciuitate & in hoc monte magnus Dominus, & laudabilis nimis, imò audacter dico, maior & laudabilior quam in omnibus creaturis: qui enim cœlo terraque non capitur, & qui mundum pugillo continet, huius vterò

4. Per Mariam augetur gloria Patris & Filij & Spiritus sancti.

vt ero clarius est: & inde assumpsit, vnde Patri obediens vique ad mortem exiit: propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Dicit qui melius sentit. In nullo quippe mihi videtur maior Deus, quam quod se humiliavit homo factus: nec vnquam laudabilior, quam quod factus est elementior, qui omnipotentiam suam maxime parcendo & miserando manifestat. Propter hoc dicitur de Maria 1. Cor. 5. Mulier gloria est vtri. Et Prou. 12. Mulier diligens corona est viro suo.

5. Quarta: quia per ipsam & in ipsa & cum ipsa & ab ipsa, habet mundus & habuit & habiturus est omne bonum, id est, Christum, qui est omne bonum, & summè bonum, & sine quo nihil bonum, qui est solus bonus, vnde ipse dicit Luc. 18. Nemo bonus nisi solus Deus. Et sine quo nemo bonus, qui omnibus omnia factus est, vt omnes saluos faceret: & qui in futuro erit omnia in omnibus. 1. Cor. 15. id est, sufficientia omnium. Vel omne bonum potest dici illud duplex bonum, quod est Christus, bonum scilicet ventis, gratie & glorie. Ideò de Maria dicit humana natura. Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

6. Sexta: quia inuenta Maria inuenitur omne bonum. Vnde ipsa dicit Prouerb. 8. Qui me inuenierit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Ecce vita gratie in presenti, & salus æterna in futuro: & in his duobus consistit quicquid necessarium est. Ideo Prou. 18. dicitur de Maria: Qui inuenit mulierem bonam, id est, Mariam, inuenit bonum, & hauriet iocunditatem à Domino, iocunditatem duplicem, conscientie hic, lætitiæ in futuro.

7. Septima: quia diligit diligentes se, imo etiam seruit seruentibus suis, sicut infra ostenditur. Vnde dicit Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. Sed quicumque diligitur à matre, diligitur & à filio, & è conuerso & per consequens à tota curia cœlesti. Vnde Sap. 1. Hanc amauit, &c. Quare infra titulo, quod debemus delectionem. Ideo dicit ipsa cum filio Ioan. 14. Qui diligit me, diligeret à patre meo, & à filio meo, & ego diligam eum, &c. Sequitur in auctoritate prima: Et qui manè vigilauerint ad me. Vigilandum est ad Mariam, manè gratie, fugata nocte peccati. Item manè, id est, nouata conscientia per penitentiam. Item manè, vt volens ei seruire prius exeat à nocte peccati. Item manè temporis surgendum est ad celebrandum seruitium eius. Vigilauerint ad me, id est, propter me habendam & inueniendam. Item ad me, id est, ad seruitium meum, quod decantandum est vigilanter & attentè. Vnde multa miracula leguntur accidisse. Sequitur: Inuenient me. Felix inuentio inuenite gratie inuenticem, qua inuenta inuenitur omne bonum. Eccl. 12. Qui vigilauerint ad illam, excipient eius benedictionem. Ideo iustus quilibet tradere debet cor suum ad vigilandum diluculo ad Dominam, per quam redemptus est & reconciliatus. Eccl. 39. Item Sapient. 6. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit diu, vel in vacuum. Assidentem

enim illam foribus suis inueniet semper paratam auxiliari & pulsantem vt intret. Vnde dicit in Apocalyp. 3. Ego sto ad ostium liberi arbitrii. Fores animæ per quas ad animam intrat gratia Mariæ, sunt timor & amor maris & filij. Istis foribus assidet pietas Mariæ, vt radius solis ad fenestram clausam, quæ si aperiat, statim intrat radius. Assidet etiam tanquam ianitor & custos, ne diabolus vel peccatum subintrent portas nostras ad iugulandum & depradandum. Porta istæ sunt nostri sensus exteriores: vnde dictum est Abrahæ Genes. 22. Possidebit, id est, custodiet: semen tuum, id est, viti iusti, qui sunt filij Abrahæ: portas, id est, quinque sensus: inimicorum suorum, id est, demonum & vitiorum, quibus intrant ad animam iugulandam. Ierem. 9. Mors intrat per fenestras, sensuum scilicet. Si de sapientiæ foribus interrogatur, fores eius duo testamenta. Item Sapient. 6. Qui vigilauerit propter illam, id est, Mariam vel sapientiam adipiscendam, citò erit securus: quoniam, dignos seipsa, id est, mundos & humiles circuit quærens. Circuit, id est, vndique munit, ne aliqua parte pateat ingressus hosti: & in vis visus, quando videlicet imitantur illam, ostendit se illis hilariter. Viæ illius sunt humilitas, pietas, charitas, veritas, & huiusmodi, de quibus ipsa cum sapientia dicit Prouerb. 8. Beati qui custodiunt vias meas. Et de quibus dicitur Prouerb. 3. Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ. Item de his dicit ipsa Eccl. 24. In me gratia omnis viæ, scilicet quæ ducit ad vitam, id est, ad filium meum, qui est vita. Custodientibus & ambulantiibus per has vias ostendit Maria se ipsam hilariter exeuntibus ex hoc mundo: & in omni prouidentia quam ipsa dat ad conseruandam animam, occurret illis quasi adiutrix fidelissima.

8. Octaua: quia summus honor, summa gloria, & summa vtilitas, est seruire Mariæ, & de eius esse familia. Etenim ei seruire regnare est, sicut dicit Boëtius de Domino. Et eius agi frænis summa libertas est. Vnde etiam dicitur ei à filio, imo à tota Trinitate Isa. 50. Gens & regnum quod non seruerit tibi, peribit: & gentes solitudine vastabuntur. Bene dicit, solitudine: quia destituti tantæ matris auxilio, & per consequens destituuntur auxilio filij & totius curie cœlestis. Sed vx solii quia cum ceciderit, non habet subleuantem. Eccl. 4. Seruus autem Mariæ si ceciderit, non collidetur: quia Domina misericorditer supponet manum suam: ipsa enim sola post filium comes est, quæ possit subleuare cadentem: vnde dicit cum filio Osæ: Vx eis, cum recessero ab eis, vastabuntur.

Maria iocunda est ad confabulandum. Vnde Sapient. 8. Erit allocutio cogitationis & tædij mei. Philosophus: Facundus comes in via, pro vehiculo est. Humilis ad ministrandum: quod apparuit Luc. 1. quando ministravit Elizabeth minori se. Diues ad exhibendum. Sap. 8. Sciens quoniam mecum communicabit de bonis suis. Potens ad protegendum: vnde ipsi potest securè dicere seruus eius illud Tob 17. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra

Per Mariam mundus est omne bonum.

Maria inuenitur omne bonum.

Maria diligit diligentes se.

Summus honor, summa gloria, & summa vtilitas, est seruire Mariæ.

contra me. Sapiens ad instruendum: quia doctrix est sapientiæ Dei. Sap. 1. Prouerb. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum, similis efficietur. Misericors ad supportandum: vnde de seruo eius dicitur in Psal. Cum ceciderit, non collidetur: quia Domina supponet manum suam.

De illis autem qui nolunt seruire Mariæ, vel qui peccant in eam, dicitur Isa. 45. Confundantur omnes qui repugnant ei, vt Iudæi, pagani, heretici, & blasphemii. Item Eccl. 3. Maledictus est à Deo qui exasperat matrem suam, id est, Mariam. Ipsa etiam dicit Prouerb. 8. Qui in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Quia qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Simile Tob. 12. Qui faciunt peccata, &c. Talibus dicitur Baruch. 4. Obliti estis eum qui nutriuit vos, & matrem vestram contristastis, id est, Ecclesiam, vel Mariam.

9. Nona: quia de fonte vitæ qui est apud Deum, imò qui ipse est, hauriens situla humilis & deuota orationis, larga refundit stillicidia seruis suis, maxime si habeant vasa conuenientia. Quare titulo de misericordia eius. Vnde dicit cum filio Ioan. 1. Qui sitit, veniat, &c. Quare titulo de horto. 5. 6. vbi hortus dicitur sitibundus. Et hæc impetratio gratie figurata est. Ioan. 2. vbi vino deficiente in nuptiis, vinum impetrauit à filio. Nec solum gratiam impetrat, sed & impetratam conseruat: & hoc necesse est, quia sicut dicit Gregorius, citò bonum perditur, quod à largiente non custoditur. Propter hoc illi conuenit illud Eccl. 17. Gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Gratia comparatur pupillæ: quia sicut pupilla citò læditur, sic gratia Dei de facili amittitur. Item quia sicut pupilla diligentissime conseruatur, sic & gratia Dei omni studio & omni diligentia debet conseruari. Item quia sicut subtracta pupilla nihil valet oculus, sic nihil valet homo sine gratia Dei. Item pupilla est parua & nigra, sic gratia Dei ab effectu: quia hominem facit paruum & contemptibilem in oculis suis. Item quia sicut pupilla oculum, sic gratia illuminat opus nostrum. Item quia sicut duplex pupilla duplici oculo est necessaria, sic & nobis duplex gratia, præueniens & subsequens. Vnde Gregorius: Tua nos Domine gratia præueniat, & sequatur, &c. Item quia sicut in pupilla consistit vis visus corporalis, sic in gratia Dei vis visus spiritalis.

Gratia Dei cum pupilla comparatur.

10. Decima: quia filio irato potentissime reconciliat seruos & amatores suos: loquitur enim pacem in plebem suam & super seruos suos, &c. Imò & super omnes se suppliciter inuocantes, sicut patet in Theophilo.

11. Vndecima: quia est eius benignitas, quod nulli formidandum est accedere ad eam. Quare titulo de benignitate eius.

12. Duodecima: quia tanta est eius misericordia, quod ab ea nullus repellitur. Quare titulo de misericordia eius. Fulbertus Carnoten. Quæ privilegio virtutum in terris insignis enituit, nunquam terrigenis patrocinari desistit.

Maria gratiam inuenit, vt in gratiam exstruat.

Gratia Dei cum pupilla comparatur.

Maria reconciliat seruos suos.

Maria benignitas.

Maria misericordia.

13. Tertiadecima: quia donis & charitativibus ædificat seruos suos, vt filij sui & Spiritus sancti digna habitatio fiant. Prouerb. 14. Sapiens mulier ædificat domum suam, id est, familiam. Si ergo ædificari desideras in habitaculum Dei in Spiritu sancto Eph. 1. in fide, da operam ascribi familie eius.

14. Decimaquarta: quia multiplici virtute quasi multiplici veste adornat seruos suos, designata per Dorcadem, quæ pauperes vestiebat. Act. 9. Propter hoc de ipsa scriptum est. Prouerb. 31. Non timebit domui suæ à frigidibus niuis. Frigora niuis, gelicidium peccati. Vnde Eccl. 43. Frigidus ventus Aquilo flauit, &c. Vel frigora niuis pœna gehennalis. Vnde Iob. 6. Qui timeat pruina, irruet super eos nix. Hoc dicitur de nolentibus agere penitentiam in presententi. Pruina gelscit in infimis, & citò deficit, & signat pœnam temporalem leuem & transitoriam. Nix ruit de supernis, & signat diuinam vindictam, quæ subito ruet super capita impiorum. Vnde Prouerb. 1. Cum irruerit super vos repentina calamitas, &c. Quæ scilicet vindicta duratiua est in æternum, sicut in Libano sunt niues continuæ, sicut dicitur Ierem. 18. Nunquid deficiet de petra agri nix Libani, &c. De huiusmodi niuibz dicitur iterum Iob. 24. Transibunt ab aquis niuium ad ardorem nimium. Vel hæc frigora sunt persecutiones malorum qui congelati sunt à flatu Aquilonis Eccl. 43. imperio suo accelerauit niuem.

Sequitur: Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Domestici Mariæ specialiter sunt illi fideles tam viri quam mulieres, qui tanquam serui & ancillæ ipsius obsequi se & sua impendunt, & cauentes ea quæ credunt tantæ Domine displicere, pro posse suo mouentur ad omnia quæ beneplacita credunt ei. Isti domestici per orationes & exempla Mariæ vestiuntur à Domino in presenti duplicibus, id est, multiplicibus, id est, diuersis virtutum generibus, scilicet bysso castitatis, coco geminæ charitatis, hyacintho desiderij cœlestis, & pœpura regalis dignitatis. Quæ scilicet vestimenta sunt ad decorem & nitorem: vnde Dominus dicit animæ dilectrici & ancillæ matris suæ. Ezech. 16. Vesti te discoloribus. Item circumamicta varietatibus. Si de futuro interrogatur, vestiti sunt, id est, vestientur duplicibus, id est, vtraque stola. Vnde Isa. 61. In terra sua duplicia possidebunt. Vel hæc duplicia, perpetua corporis immortalitas & animæ impassibilitas: immortalitas ad dotes corporis, impassibilitas ad dotes animæ referatur. E contrario negligentes seruire Mariæ vestiuntur sicut diploide confusione sua.

15. Vestes seruorum Mariæ sunt fides & operatio. Fides vestis interior quæ ornat animam coram Deo. Operatio exterior quæ coram proximo. Sapientia, ad elidendos errores & repellendas hereses, & patientia ad sustinendas tribulationes. Charitas Dei & proximi: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Prouerb. 10. & 1. Pet. 4. Opera misericordie corporalia & spiritalia, quæ sicut vestis duplex muniunt contra frigus inferni. Mansuetudo cordis, & castitas corporis. Vnde oramus: Nos

Maria seruos suos edificat dignam habitaculum Dei in Spiritu sancto Eph. 1. in fide, da operam ascribi familie eius.

Multiplici virtute adornat.

Vestes seruorum Mariæ.

Nos culpis solutos mites fac & castos. Promittit vitæ quæ nunc est, & futuræ. Confessio peccati & laudis. Quod confessio sit vestis, dicit Psal. Confessionem & decorem induisti. Imbui sacramentis Christi & exemplis informari. Hic diuino iuvari auxilio, ibi frui visione.

Aliter duplicia sunt ornari iustitia quæ est declinare à malo & facere bonum. Similiter castitas duplex, mentis & corporis. Vnde de fidei anima dicitur Apocal. 19. Datum est ei, ut cooperiat se byssino splendente & candido. In hoc quod dicitur, byssino & candido, notatur duplex castitas. In hoc quod dicitur, splendente, diffusio boni exempli. In hoc quod dicitur, datum est, quod nemo potest esse per se castus vel continens, sed tantum ex dono Dei. Vnde Sapient. 8. Aliter continens esse non possum, nisi hoc Deus det, &c. Item duplex vestis, bona operatio quasi ferturam habens rectæ intentionis. De illis enim qui faciunt opera de genere bonorum pro inani gloria vel remuneratione temporali, dicitur Iia. 38. Telas aranæ texerunt. Telæ eorum non erunt eis in vestimentum, nec operientur operibus suis: opera enim eorum opera inutilia, &c. Hypocritæ siquidem penulas habent, id est, vestes singulares & defectiuas: quia non bona intentione bene operantur.

Item duplex vestis, hyemalis & æstiuas. Capa hyemalis patientia & humilitas, contra pluiam, grandinem, ventum, & niuem tentationum & tribulationum. Æstiuas, sunt virtutes quibus tempore pacis bonis operibus vacant, scilicet misericordia, pietas, compassio, & huiusmodi. Vel hæc duplicia mutatoria sunt, sicut consueuerunt diuites & nobiles in conuiuio magnis & solemnitatibus assumere vestes nouas & pretiosas: quia non est fas indurum sacco intrare palatium vel ad regem. 3. Esther. Pro congruentia enim solemnitatis in natiuitate Domini induenda sunt humilitas, deuotio, & gratiarum actio: in passione luctus, disciplina, & compassio: patientia in festis martyrum, sanctimonia in festis confessorum & virginum, ut pro varietate festi ipse habitus varietur. Sicut videre est in magnis Ecclesiis in habitu ministrantium, in rubeis pro martyribus, in viridibus vel croceis aut hyacinthinis pro confessoribus, in byssinis pro virginibus. Propter hæc dicit Dominus Ecclesie vel fidei animæ Ezech. 16. Indui te muratoris.

Item de triplici materia conficit etiam nobis vestes. De pilis animalium, hoc est, de lana, nobis virtutem simplicitatis. De corticibus herbarum, hoc est, de lino dans patientiam tribulationis, id est, ad tribulationes sustinendas. De visceribus vermium ministrans nobis viscera pietatis, quando scilicet de eo quod visceribus nostris subtrahimus de cibo & potu nostro, pauperum viscera recreamus. Et hæc est pretiosior cæteris, sicut vestis serica pretiosior vestibus aliis.

Largitur etiam nobis vestem polymitam, id est, diuersis virtutibus velut filis distinctam. Est enim polymita secundum Isid. idem quod multicolor. Vestis enim cuiusque vita illius est de purpura disciplinæ, de bysso castitatis,

de hyacintho cœlestis conuersationis, de cocco geminæ dilectionis. Vel per purpuram intellige pietatem quæ tingitur in sanguine alieno: sed patientia in sanguine proprio: charitas autem in sanguine Dominico: huiusmodi enim filis contextitur vestis polymita. Qui enim operibus vnus tantum virtutis studet, id est, vel soli castitati, vel soli pietati, vel soli abstinentiæ, vestem habet vnus coloris. Sed hæc non sufficit Virgini gloriosæ, nisi sint amici sui & domestici exemplo illius circumamicti varietate.

Item per orationes & exempla Mariæ acquiruntur illa vestimenta quæ enumerat Apostolus ad Coloss. 3. dicens: Induite vos sicut electi Dei & dilecti sancti viscera misericordie, id est, vestimenta calida, benignitatem, scilicet larga, humilitatem, scilicet leuia, modestiam, scilicet bene composita, patientiam, scilicet fortia, quali de panno bene conferto & firmiter texto: supportantes inuicem, scilicet quandoque communicanda. Vnde sequitur: Et donantes vobismetipsis, &c. Super omnia autem hæc charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis, scilicet ut sint bene colorata: quia charitas est forma virtutum, quæ deaurat & colorat virtutes: & sint bene confuta per dilectionem quæ est vinculum perfectionis. Sequitur: Et pax Christi exulet in cordibus vestris, scilicet ut sint suauia ad tangendum. Ecce nouem paria vestimentorum, quibus qui modo adornantur, merentur adiungi nouem ordinibus Angelorum. Et his omnibus adornat beata Virgo domesticos suos, quibus ipsamet est adornata. Vnde dicitur: Circumamicta varietatibus.

Vestit etiam seruos suos bysso innocentie & simplicitatis, sindone castitatis, & purpura castitatis. Propter hoc de ea dicitur Prouerb. in fine: Byssus & purpura indumentum eius, quibus scilicet induta est, & quibus induit seruos suos. Item ibidem: Sindonem fecit, & vendidit. Sindonem est tela subtilis & mollis ex bysso facta, & signat nouitatem sanctæ conuersationis. Hanc facit nobis Maria, tribuens gratiam castitatis, à qua incipit conuersatio sancta. Hanc etiam vestem tunc nobis quodammodo vendit, quando nobis eam largitur, & inde à nobis dignè glorificatur. Hanc etiam sindonem sibi tunc fecit, quando castitatem vouit. Tunc vendidit, quando per votum virginitalis Filio Dei complacuit ut incarnaretur in ea. Vnde dicit ei Propheta: Concupiscet rex decorem tuum, id est, virginitalitatem tuam.

Item ut huiusmodi vestimenta melius aptentur seruis suis, confert unicuique zonam vel cingulum temperantiæ refrænantis prauos motus. Vnde sequitur: Et cingulum tradidit Chananzo, quod interpretatur æmulator, vel zelotes, siue præparatus, aut negotiator. Vel Chananzus commatatus, scilicet à vitis ad virtutes.

Vestem talem, per perseuerantiam. Gen. 37. Fecit Iacob Ioseph filio suo vestem polymitam & talem. Candidam sine admixtione maculæ mortalis: quia vestimentum mixtum sanguine, id est, corpus mortali peccato fœdatur,

fœdatur, erit in combustionem. Isa. 9. Ideo dicitur Eccl. 9. Cum tempore vestimenta tua sint candida. Vel vestimentum mixtum sanguine, conuersatio polluta per luxuriam. Apoc. 3. Ambulabunt mecum in albis, scilicet si fuerint in albis. Et loquitur de illis qui non inquinauerunt vestimenta sua, id est, corpora per maculam peccati mortalis.

Inconfulitem, per integritatem & vnitatem conuersationis exterioris & interioris intentionis, ne sit diffusa per duplicitatem, vel simulationem, vel hypocritism, exemplo tunicæ Domini. Ioan. 19. Item Leui. 19. Non incidetis carnem vestram, neque figuras aut stigmata facieris vobis.

Fulgidam, per exemplum: vnde Matth. 5. Luceat lux vestra, &c. Propter hoc Angeli apparuerunt in Dominica resurrectione in veste fulgida. Luc. 24. ut postquam surrexeris à peccato, fulgeat conuersatio tua aliis per exemplum.

Odoriferam, per flagrantiam opinionis. Can. 4. Odor vestimentorum, &c. Gen. 27. Statimque ut sensit vestimenti eius flagrantiam, benedicens ait, &c. Talem habeto si vis benedici à vero Isaac. Quare de hac flagrantia paulò infra.

Subtilem, per discretionem & sui ipsius discretionem. Ezechiel. 16. Indui te subtilibus.

Calidam, per charitatem. Iob. 31. Nonne vestimenta tua calida, &c. Prouerb. 6. Nunquid potest homo abscondere ignem charitatis in sinu cordis, ut vestimenta eius, id est, conuersatio & mores, non ardeant, ut calefaciant tangentes. Hæc est vestis quam Esther, id est, Maria mittit Mardocheo, id est, penitenti induto sacco, quo significatur timor seruilis, cum quo nou intratur in palatium Assueti, hoc est, in cœlum, sicut legitur Esther. 4.

Geminam, per dilectionem Dei & proximi, vel propter cordis & corporis castitatem: pro quo dabitur stola gemina. Vnde supra: Domestici eius, &c. Sed prius exuenda est vetus conuersatio. Zach. 3. Auferte vestimenta fordida ab eo. Item. 1. Iudæ. Odientes eam quæ carnalis est, maculatam runicam. Aliter enim non potest noua conuersatio quasi noua vestis indui. Si verò vestis hæc non potest omnino exui, saltem sape per penitentiam debet lauari. Isa. 1. Lauamini, mundi estote, &c.

Largitur etiam quibusdam vestem saccinam vel cilicinam, quibus scilicet inspirat gratiam faciendi penitentiam. Vnde potest dicere cum filio illud Isa. 50. Induam cœlos, id est, cœlestes viros: tenebris, id est, lugubri habitu penitentiae: & ponam saccum operimentum eorum. Filium etiam Dei & suum induit sacco nostræ mortalitatis, quo indutus fecit pro nobis penitentiam in cruce, & tantum vestitus fuit sacco illo, quod diruptus totus fuit in cruce. Vnde filius Patri: Concidisti, id est, concidi permixti: saccum meum, id est, carnem, clavis scilicet & lancea. De hoc sacco dicit Iob. 16. in persona Christi: Saccum confui super cutem meam.

Largitur etiam quibusdam specialibus suis vestem quasi de eodem panno quo induta est, D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

de qua dicitur Prouerb. 31. Stragulatam vestem fecit sibi, &c. Et hoc procedit ex maximo affectu misericordie, quod notatur per hoc quod hæc auctoritas continetur sub littera. Meni: quod interpretatur viscera: quia per hoc maxima misericordie viscera nobis ostendit. Stragula dicitur à stragos, quod interpretatur talus, vel varium. Vestis ergo stragulata est conuersatio talaris per perseuerantiam, varia vel polymita, ut tunica Ioseph, propter gratiarum, donorum, vel bonorum operum varietatem, ut talis anima dici possit circumamicta varietatibus. Vel stragulata, quasi varietate picturæ vel texturæ firmiter composita. Et hoc vult Glossa, qualis solet dici brodata. Vel texta firmiter propter charitatis, quæ nunquam excidit, indissolubilitatem: quia aquæ multæ tribulationum non poterunt extinguere charitatem. Vel stragulata, id est, varia & diuersorum colorum, quibus significatur diuersitas virtutum, scilicet castitas, humilitas, patientia, & huiusmodi. Hæc est vestis polymita Ioseph. Et dicitur stragulata, à stragulo quod est pannus, qui superponitur lecto & sedili, & dicitur tapetum in gallico. Vnde. 4. Reg. 8. Tulit Azael stragulum, &c. Fecit sibi: quia à se debet incipere. Byssus & purpura indumentum eius. Byssus candidam significat innocentiam, purpura coloris sanguinei patientiam. Quando enim quis exemplo Domini patitur innocenter, tunc coram Domino ornatur eius anima eleganter. Vel idem stragulum: quia etiam in stratu & in amictu idoneum sit, sicut dicit Isidor. Vel stragulata vestis gratia religiose conuersationis, quæ principaliter consistit in tribus. In continentia membrorum, in obedientia mandatorum, & in tolerantia peccatorum. Stragulata enim, sicut quidam dicunt, vel voluit, dicitur quasi triangulata. Tres anguli sunt, animi deuotio, proximi compassio, & carnis mortificatio. Vel tres anguli, laus Dei, vtilitas sui, exemplum proximi. Primum ad Deum, secundum ad proximum, tertium ad seipsum. Vestitus est ergo veste stragulata, qui tria hæc intendi in verbis & operibus suis. Omnibus istis modis vestem stragulam fecit sibi Maria: habuit enim varietatem donorum & gratiarum, ministratum & operationum, manifestationem spiritus, sermones sapientiæ & scientiæ, fidem & gratiam sanctorum, operationes virtutum, prophetias, discretionem spirituum, genera linguarum, interpretationes sermonum, & cætera huiusmodi quæ enumerantur. 1. Cor. 12. Item habuit differentias virtutum, scilicet iustitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, & cæteras vniuersas & singulas. Item habuit differentias graduum: quia fuit angelica cum Angelis, Propheta cum Prophetis, Apostola cum Apostolis, martyr cum martyribus, contemplatrix cum confessoribus, virgo cum virginibus: & hæc omnia superexcelleret. Vnde, Multæ filie congregauerunt ditias, tu supergressa es vniuersas. Item habuit differentias statuum: quia fuit virgo, coniugata, & vidua mortuo Ioseph. Item habuit differentias vitarum: quia fuit actiua & contemplatiua, Lia & Rachel, Maria & Martha. Item habuit

Stragulam vestis quid sit.

habuit differentias vitarum : quia fuit actiua & contemplatiua. Lia & Rachel, Maria & Martha. Item habuit differentias meritum & præmiorum, prius humilis ancilla, tandem sublimis regina. Dicitur ergo : Stragulatam vestem fecit sibi, scilicet qua ornaretur, non ad inanem gloriam, sed vt placeat sponso suo: hypocritæ enim faciunt vestes non ad se ornandum, sed ad vendendum pretio laudis humanæ. Nota, quod aliqui libri habent : Stragulatam vestem fecit sibi. Et est idem quod vestis polymita, seu exsamica, id est, pluribus filis texta. De hoc legitur 4. Reg. 8. Tulit Azael stragulum, vel stragulam, & fudit aquam. Sequitur de vestitu Mariæ & fidelis animæ : Byssus & purpura indumentum eius. Per byssum retortam candor conscientie & innocentia vitæ. Per purpuram patientiam intellige. Vel byssus castitas, purpura charitas. Vel byssus virginitas, purpura martyrium. Moraliter byssus quæ multis tonsonibus peruenit ad candorem, carnis castigatio. Purpura solis regibus conueniens, celestium contemplatio.

16. Quintadecima : quia preces & sacrificia seruorum suorum & maximè quæ ei exhibentur, offert in conspectu diuinæ maiestatis. Vnde beatus Bernardus : Manus Mariæ candidissima quædam lilia sunt, nec causabitur liliolum amator inter lilia non inuentum, quid quod illud sit quod inter manus Mariæ inuenitur. Non possunt igitur summæ Trinitati displicere eximia quæcumque manibus tam dignæ gerulæ committuntur.

17. Sextadecima : quia sicut Filius est mediator Dei & hominum. 1. ad Timoth. 2. sic & ipsa nostra ad Filium est mediatrix, qua scilicet mediante venit ad nos Filius Dei, & qua mediatrice ad Filium peruenitur. Ad quod innuendum Christus moriens ipsam habuit ab Aquilone quo significantur peccatores, quasi hoc ipse diceret, quod ipsa mediante dexteram suæ propitiationis extenderet peccatoribus congelatis, quod & ipse facit adhuc nobis peccatoribus prout significat imago crucifixi. Et nota, quod non solum ex ea parte dexteram extendit, sed & caput spinis coronatum inclinavit. Quasi diceret : O vos peccatores precibus matris meæ vobis dexteram porribo, & caput meum confixum spinis ostendo. Non sit ergo molesta amaritudo compassionis his quos delectat dextera propitiationis. Sinistra Dei qui nihil habet in se sinistri, est ira eius. Vnde, Statuet heredos à sinistris. Matth. 25. sed ones à dextris : in quo eius propitiatio. Et Maria orando nobis impetrat propitiationem Dei. Aliter, Aquilo aduersifras. Ierem. 1. Ab Aquilone pandetur omne malum. Sustinentibus patienter aduersa mundi pro amore Dei est ipsa ad Filium mediatrix.

18. Decimaseptrima : quia aduocata nostra est ad Filium, sicut Filius ad Patrem, imò apud Patrem & Filium procurat negotia & petitiones nostras. Vnde & dicimus ei : Eia aduocata nostra, &c. Sed nos miseri per mala opera & peruersa desideria contradicimus ei, & non sine permaxima matris & filij iniuria matris pre-

Maria ad Filium mediatrix.

cibus tollimus effectum suum. Tam prudens etiam & discreta est aduocata Maria, quod non potest Filius vindicare in eos pro quibus ipsa allegat. Quod signatur in facto Abigail 1. Reg. 25. quæ auerit iram Dauid à Nabal stulto subtilitate verborum suorum : qui Nabal significat peccatorem. Tamen postea interfectus est Nabal : quia noluit emendari. Designatur etiam per illam mulierem sapientem, quæ ciuitatem Abelam liberauit sapientia sua. 2. Reg. 16. Quære titulo de sapientia Mariæ.

Notandum igitur, quod multiplex habemus aduocatum in curia Dei. Primus est Spiritus sanctus, qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Rom. 8. id est, facit nos postulare, qui est amor Patris & Filij, & placat nobis iram Patris.

Secundus est Filius Dei semper viuens ad interpellandum pro nobis ad Hebræ. 7. Qui tanquam bonus pugil ostendit Patri stigmata passionis. Impetrat etiam nobis Filius à Patre gratiam Spiritus sancti. Vnde dicit Ioan. 14. Ego rogabo Patrem, & alium paraclitum, id est, consolatorem dabit vobis. Et de hoc aduocato dicitur 1. Cano. Ioan. 1. Si quis peccauit, aduocatum habemus apud Patrem IESVM CHRISTVM iustum. Item ad Rom. 8. IESVS CHRISTVS, qui mortuus est, & qui resurrexit, & est ad dexteram Patris, etiam interpellat pro nobis. Est ergo Filius aduocatus noster apud Patrem, & impetrat nobis remissionem peccatorum, & gratiam Spiritus sancti, vt dictum est, Spiritus sanctus impetrat gratiam gemitus & penitentia.

Tertius aduocatus beata Virgo, præcipuè coram Filio suo, & nobis generaliter impetrat omne bonum. Si quidem deat nobis aduocatus apud Filium antequam Maria nasceretur. Dixit autem Pater. Genes. 1. Non est inuentum hominem esse solum, id est, non sufficit vnicus aduocatus, vel mediator, aut intercessor humano generi in cælo, cum tot & tam periculosas habeat causas coram me. Faciamus ei adiutorium, id est, beatam Virginem quæ alleget pro genere humano coram Filio, sicut Filius coram me. Propter hoc dicitur de ipsa in Psal. Testis in cælo fidelis. Quære titulo de throno Salomonis circa finem capituli. De his duobus aduocatis, scilicet matre & Filio dicit beatus Bernardus : Securus accessum habet homo ad Deum, vbi mediator causæ suæ Filium habet ante Patrem, & ante Filium matrem. Christus ostendit Patri latus & vulnera, Maria Christo pectus & vbera. Nec potest esse vilo modo repulsa, vbi concurrunt & perorant omni lingua disertius hæc clementie monimenta & charitatis insignia. Huic autem tantæ aduocatae debemus maximum salarium gratiarum actionis & salutationis, & huiusmodi. De ista aduocata narrauit quidam sanctus homo, quod cum quidam religiosi cantarent illam antiphonam, Salve regina, mater misericordiat, & dicerent verbum illud, Eia ergo aduocata nostra, &c. pluries in spiritu ipsam matrem Domini viderunt ante Filij præsentiam prosterni, & pro totius illius ordinis conseruatione precari.

19. Multiplex in curia Dei aduocatus.

Foris ex serm. in natiuitate Mariæ.

Quartus

Quartus aduocatus noster est Angelus. Vnde Dan. 12. dicitur Michaël stare per filij populi sui.

Quintus aduocatus est eleemosyna. Eccl. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.

Sextus oratio. Vnde super illud Psal. Intret in conspectu tuo oratio mea, dicit Glossa : Magna virtus puræ orationis hic ostenditur, quæ quasi quædam persona ad Deum intrat, & illuc mandatum peragit, quo caro prouenire nequit. Dicit ergo : Intret, id est, non arceatur ab Ecclesia cæli vt excommunicata, qualis est oratio diuitum, qui nolunt audire pauperes vel legem misericordiam præcipientem. Proverb. 28. Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, eius oratio erit execrabilis, id est, non intrabit Ecclesiam cæli in conspectu Dei : quia Angeli sancti non introferunt prophanas voces, nec initor cæli leprosas orationes admittit. Orationes Tobie, qui interpretatur bonus Domini, deferbantur à Raphaelæ ante Deum. Tob. 12. In hoc quod dicitur, Intret in conspectu tuo, notatur, quod oratio tanquam persona videtur à Domino & auditur vt vox. Sequitur : Inclina aurem tuam ad preces meas. Singulariter : quia illud vnum quod est necessarium Luc. 10. petendum est.

20. Maria se innocentes irato Filio reconciliat.

Decimoctaua : quia pro pacificandis se suppliciter innocantibus irato Filio dulcia verba representat, vt supra dictum est, quorum respectu Filius delectatus facile mansuecit. Isa. 5. Delectabitur ineffabiliter infans, id est, Christus ab vberis matris ei representat. Sequitur : Super foramina aspidis, & in caeuerna reguli, qui ablatas fuerit, manum suam mittet. Christus enim, vt dictum est, delectatus ab vberis matris, tendit manum gratiæ ad malos, qui prius fuerant foramina aspidis & caeuerna reguli. De vberibus Mariæ inuenies titulo de pulchritudine membrorum eius.

21. Maria Filius aduocatus in matrem interpellat.

Decimanona : quia pro salute famulantium sibi, non solum potest Filio supplicare sicut alij sancti, sed etiam potest auctoritate materna eidem impetrare. Vnde sic oramus eam : Monstra te esse matrem. Quasi imperiosè & materna auctoritate supplica pro nobis Filio. Istud plene inuenies nono priuilegio eius.

22. Maria lignum vite.

Vigesima : quia ipsa est lignum vitæ his qui apprehenderint eam speciali amore & seruitio. Lignum vitæ, id est, arbor cuius fructus est vita gratiæ hic, gloriæ in futuro, scilicet Christus Dominus. Sed non hic fructus hominibus, sed his tantum qui apprehenderint eam quasi duplici manu, scilicet amore & seruitio. Et nota, quod dicit, apprehenderint, quod verbum significat quandam festinantiam. Est enim apprehendere citò & quasi violentè aliquid capere : & quod sic captum est, firmiter tenere, nec facile dimittere. Vnde videatur ei dicere illud Gen. 32. quod Angelo dixit Iacob : Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Detinenda est autem nobiscum quasi duobus brachijs, scilicet hichymis & orationibus. Vnde de Iusta Iacob dicitur Ose. 12. Fleuit & rogauit eum, &c. Oratione enim lachrymosa obtinetur benedictio Mariæ. Sequitur : Et qui tenuerit

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

eam perseveranter non declinans post meretricis voluptates, vt dicere possit de ea sicut ipsa de Filio. Cant. 3. Tenui eam, nec dimittam, ipsi videlicet inseparabiliter adherens, beatus hic in spe, in futuro in re. Beatus ad bonum suum natus. Beatus id est, bene in virtutibus aptus. Beatus, quia omnia optata succedunt ei in futuro. Ideo dicitur Sap. 8. In amicitia illius delectatio bona : & idè bona, quia æterna : quod enim temporale tantum est, non potest simpliciter dici bonum. Beatitude verò est cumulus omnium bonorum, quæ nullo pacto subtrahi potest, sicut dicit Glossa super Matth.

23. Maria misericordia, qua sepe liberat quos Dei iustitia damnat.

Vigesimaprima : quia sæpè quos Filij iustitia damnat, matris misericordia liberat. Quæ scilicet iustitia Filij & misericordia matris videntur sic altericari Deut. 32. quasi dicat iustitia Filij, Ego occidam & percuam, Misericordia matris respondeat : Et ego viuere faciam, & sanabo. Dicit etiam misericordia matris illud quod sequitur : Et non est qui de manu mea possit eruire. Fugias igitur sub protectione manus eius sicut fecit Theophilus, & nihil timendum est : ipsa enim dicit Eccl. 24. Sicut nebula texti omnem carnem, ab ira scilicet Dei, quasi ab a dorè solis. Ideo etiam ipsa dicit de Filio. Cant. 4. Tenui eum, ne scilicet percuteret peccatores : nec dimittam, sed continua precum instantia furorem ipsius retinebo. Ipsa est Abigail, cuius prudentia retinuit furorem Dauid, ne vindicaret se de Nabal stulto 1. Reg. 25. Et hoc est vnde Dominus conqueritur. Isa. 64. Non est qui confurgat & teneat me. Item Eze. 22. Quæsiui virum qui interponeret sepem & staret oppositus contra me pro terra, id est, pro terreno peccatore, ne dissiparet eam, & non inueni. Quod autem sanctorum precibus Dominus teneatur, ostendit ipse loquens Moyse. Exod. 33. Cerno, quod populus iste duræ cervicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus, &c.

24. Maria donis nis spiritualibus ditat copiosissime seruientes sibi. Vnde dicit cum sapientia Proueb. 8. In viis iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij, vt ditem diligentes me, & thesaurus eorum repleam. Quod autem ipsa sit thesaurus Domini, dicitur Sap. 1. Infinitus est thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitie Dei. Hoc torum sufficienter exposum inuenies infra titulo de diuitijs Mariæ post tractatum de paupertate eius.

25. Confessio virginis parit ore si ad salutem, & ex ea sequitur benedictio Dei.

Vigesimatertia : quia confessio virginis parit ore si ad salutem, & ex ea sequitur benedictio Dei Patris. Vnde in Psal. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Quid autem sit tam sedulo confitendum, subdit, scilicet quod terra, id est, Maria, dedit fructum suum, ex quo & per quam nobis promittitur & speratur æterna benedictio. Vnde sequitur : Benedicat nos Deus, id est, Pater : Benedicat nos Deus noster, id est, Christus, verus emmanuel : Benedicat nos Deus, id est, Spiritus sanctus. Super locum istum dicit Glossa : Iste ergo fructus est Virgo de virgine, Dominus de ancilla, Deus ex homine, filius ex matre, fructus de terra. Quære titulo de terra.

D 2 Vigesima

26
 Maria pro-
 dicitur seruo
 facta aduer-
 sario.

Vigesimaquarta: quia potentissime protegit seruos suos à triplici aduersario, scilicet mundo, carne, & diabolo, quibus est terribilis vt castrorum acies ordinata. Multa de huiusmodi habuisti de nomine eius. Igitur quotiescumque tentaris super vires tuas, clamandum est ad eam: Esto mihi Domina turris fortitudinis à facie inimici. Sicut enim puerulus timens canem, fugit & clamat ad matrem, sic quicumque vehementer tentatur & timet morsum diaboli vel cuiuscumque tentationis, per orationem refugere debet ad matrem pietatis. Titulo de nomine eius quare omnia ista, & quomodo ipsa turris. Et nota, quod beata Virgo protegit nos multipliciter. Vnde dicit seruenti suo. It. 44. Seruus meus es tu: cum pertransieris per aquas, id est, tribulationes, tecum ero, & humana tentationum & persecutionum non operient te. Ideo securè potest ei d. cere qui deuotè seruit ei, illud Iob 17. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Item discretè præsumendo de adiutorio eius, si seruentis ei, possumus illud dicere Psal. 43. In te, id est, in virtute nobis à te data & à filio impetrata, inimicos nostros, scilicet carnem, mundum, & diabolum ventilabimus, id est, quasi paleam deiciemus. Sed nota, quod ventilatio fit cum manibus, & fit duplex motus, id est, sursum & deorsum, per quod figuratur bona operatio facta ad honorem Christi & Mariæ, & vtilitatem proximi. In te, tibi de propè adhaerendo, cornu, id est, fortitudine Christi in te incarnati secundum Bedam: quia cornu durius carne, mollius ossè: sic nec Christus penitus videbatur in sua maiestate, nec penitus in sua humanitate. Et in nomine tuo, id est, in virtute nominis tui quod est Maria, vel in virtute tua nominabili, spernemus insurgentes in nobis, scilicet motus peccatorum intus in corde surgentes: quos illi spernunt, qui eos cum indignatione repellunt: sed non spernunt, qui eos respiciunt & quasi cum eis colloquentes in ipsis delectantur. Prouerb. 16. Indignatio regis, id est, iusti, nuntij mortis, id est, suggestiones diaboli & motus peccati. Peccatum enim & diabolus mors est quæ animam interficit. Quos nuntios indignatur rex, id est, qui bene se regit. Prouerb. 20. Rex qui sedet, &c. Spernemus, inquam, non præsumentes de nobis, sed de adiutorio tuo. Alia litera dicit expressius: In nomine tuo conculcabitur aduersarios. Propter hoc etiam videtur Propheta dicere seruo & amatori Mariæ: Astitit regina, id est, beata Virgo, astitit tibi, scilicet ad te iuuandum: à dextris tuis, vt scilicet tibi prospera & salubria impertret: in vestitu deaurato, id est, in stola animæ & corporis, vt creditur, circumdata varietate gratiarum, quas sibi seruentibus impertat & largitur: ipsa enim astat ad dexteram pauperis spiritu, vt saluam faciat à persecutoribus animam eius. Item in multitudine & vehementia tentationum, dicendum est illi sicut dixit Domino rex Iosaphat. 2. Paral. 20. In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ intruit super nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus,

hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.

Maria protegit nos vt arbor sub umbra ramorum & filiorum suorum. Quare titulo de horto. 5. 9. vbi hortus dicitur umbrosus. Sub pallio humilitatis & virginitatis suæ. Humilitas enim & virginitas alæ eius sunt: & latæ sunt alæ istæ per vtriusque virtutis plenitudinem, de quibus alis dicimus ei: Sub umbra alarum tuarum protege me à facie impiorum qui me affligerunt. Item alibi: In umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas. In umbra virginitatis contra incendium luxuriæ, in umbra humilitatis contra ventum inanis gloriæ vel tempestatem superbiam, in umbra mansuetudinis contra grandinem iracundiæ. Quod ira designetur per grandinem, habes Sapient. 5. A petrosa ira plenz mittentur grandines. In umbra suæ maternitatis ab ira filij sui. In umbra veritatis cuius ipsa est mater contra niuem hypocrisis. In umbra orationis contra pluuiam diabolicarum tentationum, &c. de alijs. De his sufficienter inuenies. 9. 6. de horto, vbi hortus dicitur latebrosus. Sub scuto patientiæ suæ per exemplum. Scuto circumdabit te veritas eius: & idè non timebis à timore nocturno.

Angelos nobis in auxilium mittendo. Sic fecit Basilio: Vnde Angelis mandauit de te, Angeli enim ministri & satellites sui sunt de præcepto creatoris. Contra inimicos nostros pro nobis pugnando. Vnde conuenit ei illud Eccl. 29. Super scutum & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit pro te. Estum prosperitatis frigore aduersitatis temperando. Amaritudinem tribulationis dulcedine consolationis leniendo: quæ velut sapiens mulier ponit in olla cordis nostri per impatientiam bullientis aquam consolationis.

Protegit etiam nos respectu misericordiæ suæ quoad nos, sed iustitiæ quoad demones, vitia, & peccata. Vnde ipsi verissime conuenit quod dicitur de filio Prouerb. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Similiter regina, id est, Maria sedens cum filio in solio paradisi, oculo misericordiæ respiciens peccatorem, intuitu suo dissipat omne malum, id est, triplex malum, malum scilicet culpæ, cuius impetrat veniam: malum pœnæ, quam non sinit statim infligi: malum diaboli, ne tentando tantum nocere præualeat, quantum desiderat. Dissipat enim per misericordiam suam & sapientiam cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant. Iob 5. Idcirco quoties tentatur supra vires, clamandum est ei corde toto: Eia aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et illud: Esto nobis Domina turris fortitudinis à facie inimici. Item illud: Respice in me o Domina, & miserere mei. Et sint oculi tui, scilicet fides & deuotio, ad Dominam nostram, donec miseretur tui, vt euellat à laqueo tentationis pedes tuos, id est, affectus.

Protegit etiam ab accusationibus demonum, qui accusant iustos in conspectu Dei die ac nocte, id est, assidue, vel die ac nocte, scilicet de dissolutione per prospera & mur-

mure per aduersa. Apocal. 12. Eccles. 5. dicitur diabolo: Bona in mala conuertens infidiatur, & in electis imponit maculam, cum inanis gloria. Quis enim apud filium illum accusare audeat, cui matrem viderit patrocinantem? Et si Maria pro nobis, quis contra nos? Et si ipsa est quæ iustificat, quis est qui condemnet? Ad Rom. 8. De huiusmodi multa inueniuntur in libris miraculorum eius.

Protegit etiam ab acensationibus detractorum, & à conuentu malignantium, & à multitudinè operantium iniquitatem, sicut patet in miraculo de abbatisa prægnante, quam Virgo virginum reuerginavit, postquam ad præceptum eius eduxerat Angeli puerum de utero eius, nec in partu indignit alia obstetricæ. Quem videlicet puerum transmisit per ipsos Angelos nutriendam cuidam heremitæ, qui puer postea factus est Episcopus. Ideo de ipsa dicitur Sap. 10. In fraude circumuenientium illi affuit. Quare paulò infra.

Protegit etiam à corporalibus incendiis, sicut patet de quodam puero Iudæo, quem pater suus proiecit in clibanum ardentem, quia adorauerat imaginem beatæ Virginis cum pueris Christianis: & beata Virgo apparuit ei in medio fornacis in specie imaginis quam puer adorauerat, & protexit eum sub pallo suo ab incendio, & fecit medium fornacis quasi ventum toris flantem. Quo miraculo viso multi Iudæi conuersi sunt ad fidem, & pater pueri in ipsam fornacem proiectus est & combustus.

Protegit etiam Christus seruos suæ genitricis, vt veraciter dici possit: Qui habitat in adiutorio altissimæ Dominæ, in protectione Dei cæli commorabitur.

Protegit etiam nos Maria à corporalibus inimicis prout sæpè legitur in miraculis eius, & à seductoribus animarum: & ei conuenit illud Sap. 10. quod dicitur de sapientia, & rectè potest intelligi de Maria: Custodiuit illum, id est, seruum & amatorem suum, ab inimicis exterioribus & manifestis, id est, detractoribus qui famam, hæreticis qui fidem, tyrannis qui vitam conantur auferre, & à seductoribus tutauit illum, id est, ab occultè insidiantibus, scilicet mundo, carne, demonibus. Quorum primus pietatem per auaritiam, secundus castitatem per luxuriam, tertius humilitatem per superbiam conatur auferre. Ecce sex atrocissimi inimici, & septimus per quem omnes alij pugnant, & sine quo non præualet, scilicet propria voluntas. Hæ sunt septem gentes, quæ semper filios Israël impugnant Iud. 3. Item paulo ante dicitur Sap. 10. In fraude circumuenientium illi affuit. Illi, id est, amatori suo: circumuenientium, id est, demonum, qui ex inuidia semper nituntur circumuenire eos qui ei seruiunt: illi affuit, illuminans scilicet oculos eius ad præuidendum & cauendum eorum insidias, quia est illuminatrix: & honestum fecit illum, id est, purgatum velut aurum in fornace per tentationes & pugnans contra inimicos supra dictos.

Protegit etiam sicut castellam: quia ipsa est castellum. Luc. 10. quod est refugium debili-um: & ipsa vbique terrarum refugium est.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

peccatorum. Quare titulo, quod ipsa est castellum. Protegit etiam sicut templum, cum ipsa sit templum Dei viui, basilica veri Assueri, sacrarium Spiritus sancti, Ecclesia, id est, congregatio & adunatio populi Christiani, & domus orationis. Reos enim sanguinis defendit Ecclesia, si ad ipsam refugerint.

In igne vt supra de Iudæo. Vnde dicit seruo suo Isa. 43. Meus es tu: cum ambulaueris in igne, non combureris. In aqua. Isa. 43. Cum pertransieris aquas, tecum ero, vt supra in principio huius capituli. Ipsa est enim nauis, quæ suscipit amicos suos naufragantes in fluctibus huius maris. Vnde dicit Eccl. 24. In fluctibus maris ambulauit cum familiaribus meis, videlicet tanquam nauis, vt ipsos eriperet à naufragio peccatorum, & ereptos deduceret in portum voluntatis eorum. Quare titulo, quod ipsa est nauis. Ambulat etiam in fluctibus maris, mæstos consolando, & tristes lætificando. In aëre, ab incurfu aërearum potestatum, sicut sæpè legitur in miraculis eius. In terra, quod signatum est Apoc. 12. vbi dicitur in figura eius: Et audiuit terra mulierem, id est, Maria deuotam sibi animam: quam serpens, id est, diabolus infestabat. Ideo ipsa dicit Eccl. 24. In omni terra steti, id est, fideliter me inuocantibus semper affui. Vel ipsam in terra stare, est iustos in virtute confirmare.

Vigesimaquinta: quia in Maria inueniunt refugium, qui timentes Dei iustitiam, ad ipsum accedere reformidant. Beatus Bernardus: Sicut nomen Iesus vñ in ore, &c. titulo de nomine Mariæ. Idem: Quid ad Mariam accedere trepidas? Titulo de benignitate Mariæ. De hoc refugio dicit Psal. Petra, id est, Maria, refugium herinacis. Titulo de terra, vbi Maria petra. Propter hoc refugium dicitur ipsa ciuitas refugij, figurata per sex ciuitates refugij. Num. 35. Et bene sex: quia sex modis interficiunt se generaliter peccatores. Per vitia cordis & quinque sensuum corruptionem. Citra Iordanem tres, & ultra Iordanem tres. Iordanis baptismus. Citra Iordanem tres: quia ad ipsam habent refugerè, qui tentantur à tribus concupiscentiis, vt ipsos tueatur, & faciat in bono proficere. Ultra Iordanem tres: quia per ipsam sæpè redeunt ad veniam, & adipiscuntur gratiam & gloriam, qui transierunt Iordanem, id est, qui triplici concupiscentia seducti, amiserunt innocentiam baptismalem. Sed nota, quod illæ ciuitates separatæ erant illis in refugium, qui nolentes perpetrassent homicidium: sed nunc dilatata est misericordia Dei, & in Maria prouidit refugium etiam voluntariis homicidis. Ipsa enim est domus refugij, vt saluos nos faciat, vt habetur in Psal. Item alio modo: Christus enim dicitur ostium paradisi, quo ad partum vitæ intrant oues. Ioan. 10. Beata autem Virgo fenestra cæli est, sicut canit ei Ecclesia. Vnde: Intrent vt astra stibiles, cæli fenestra facta es. Soler autè contingere in quibusdam conuiuiis, quod pauperes timentes iracundiam ianitoris clamant ad fenestram, vt ei aliquid iaciant. Modo autem discumbunt sancti & Angeli in conuiuium cælesti, de quo habetur Isa. 25. Faciet Dominus conuiuium, &c. vbi Christus ostium,

17.
Maria refugium ad Deum accedere trepidas.

D 3 ostium,

ostium, sanctorum iustitia eius, quam si reformidas, clama ad fenestram, quæ est Maria orando, & pauperem tuam allegando, ut saltem de micis illius conuiuij ubi sunt plena fercula, faciat tibi aliquantulam consolationem, aliqua fragmenta gratiarum.

28. Vigintimalexta: quia pastum subministrat famelicis & potum sitientibus. Vnde de ea dici potest sicut de filio: lacta cogitatum tuum in Domina, & ipsa te enutriet. Ipsa enim esurientes implet bonis, & dat escam esurientibus, dicens cum Filio Ierem. 31. Inebriavi animam lactam, & omnem animam esurientem saturavi. Ipsa etiam dicere possumus sicut dicimus Filio: Omnia à te expectant, ut des illis cibum in tempore. Item, Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente te autem faciera, id est, respectum misericordiarum, turbabuntur, &c. Item alibi in Psal. Oculi omnium in te sperant, ó Maria: & tu das escam illorum in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, & implet omne animal benedictione. Ipsa enim dat iumentis suis, id est, illis qui tuorum deferunt onera mandatorum, escam ipsorum, scænum scilicet carnis filij sui, quando scilicet per gratiam matris digni ex nunc sacra communione. Quod præfiguratum est in hoc quod filium natum posuit in præsepio. Quasi diceret boui & asino, id est, his qui designantur per bouem & asinum, qui sunt animalia laboriosa & onerifera: diceret, inquam, manducate, ecce refectio vestra. Ipsa etiam dat pullis coruorum, id est, imitatoribus penitentium, qui designantur per coruos, fideliter inuocantibus eam.

De ipsa etiam quæ est fortis mulier, dicitur Proverb. in fine: De nocte surrexit tanquam prompta & sedula, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. De nocte surgere est, in præsentis vitæ caligine auxilium impendere. Domestici Mariæ sunt, qui illius obsequiis se totos impendunt, quibus dat triplicem prædam. Prædam in seipsis, quando scilicet rapiens à diabolo quos ipse diabolus prius rapuerat, eos restituit sibiipsis, sicut patet in Theophilo. Peccator enim, sicut dicit Augustinus, se non possidet. Ergo nihil. Item quando per gratiam eius subiciunt carnem spiritui in seipsis. Dat etiam prædam iuxta se, dans gratiam conuertendi alios ab illecebris mundanis, & reducendi ad viam veritatis. Tertiam prædam dat eis supra se, impetrans eis à filio gratiam rapiendi regnum cælorum, quod vim patitur. Matth. 5.

Aliter, de nocte surrexit. Quo fructu, scilicet triplici. Primus, quod quosdam rapit ab hoste, id est, diabolo, sicut ibi Glossa: Vnde, prædam. Secundus, quod raptos ab hoste incorporat Ecclesie. Vnde, dedit domesticis, id est, Angelis & fidelibus, quibus eos vnit quos diabolo tollit. Tertius, quod eisdem modo & omnes fideles reficit multipliciter. Vnde, & cibaria ancillis suis.

Præda mulieris. Prima præda fuit primi hominis actiue, qui rapere voluit diuinitatem, sicut dicit Glossa ibi: Quæ non rapui tunc exoluebam. Secunda, præda serpentis, id est, diaboli, qui rapuit

hominem raptorem. Vnde & ei dicitur Isa. 33. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? Tertia, hominis terrena rapientis. Iob 72. Abundant tabernacula prædonum. Quarta, Christi hominis, qui descendens ad inferos, rapuit à diabolo primum hominem, quem diabolus rapuerat. Ephes. 4. Captiuam duxit captiuitatem. Quinta, hominis homines rapientis, sicut faciunt prædicatores. Isa. 9. Exultant victores capta præda, &c. Sexta, Spiritus Dei, qui rapit spiritum hominis. Vnde Act. 8. Spiritus Domini rapuit Philippum.

Sequitur: Et cibaria pluraliter, ancillis suis. Hæc autem sunt cibaria quibus ipsa reficit seruos & ancillas suas, suis meritis, precibus, & exemplis. Gratia qua nutrit animam & saginat. Vnde Sapient. 16. dicitur de iustis: Omnium nutrici gratiæ tuæ deferuebant. Fides, ex qua iustus viuit. Abac. 2. Spes, quæ pascitur, & pascit familiam tuam odoribus paradisi. Vnde & Maria dicit: Flores mei fructus, odoris & honestatis, vel honoris. Caritas, quæ dicitur panis omne delectamentum in se habens. Sapient. 16. Quæ omnibus omnia facta est. Bona operatio. Vnde Ioan. 6. Operamini non cibum qui perit. Caro virginalis, quam sumimus in sacramento filij: quia caro Christi & caro Mariæ, vna caro. Vnde 1. Corinth. 6. Erunt duo, id est, Christus & Maria, in carne vna virginali. Ideo dicit ipsa: Qui edunt me, adhuc esurient. Quia qui eius dulcedinem gustauerit, adhuc plus de ea desiderat experiri. Vel aliter: ipsa est enim cibus & potus imitantibus se, id est, verba sua & opera. Vnde dicit: Qui audit me, non confundetur. Opera. Vnde: Qui operantur in me, non peccabunt. Imitatio operum duplex est: vel exemplo eius bene operari, & hoc est edere: vel exemplo eius in se extinguere prauas concupiscentias, & hoc est bibere. Ideo dicit: Qui edunt me, id est, meam conuersationem sibi incorporant, adhuc esurient: quia non parit fastidium, sed desiderium. Conuersatio enim sancta cuiuscumque quæ trahitur in exemplum, cibus est reficiens & nutriens spiritaliter. Vnde Ioan. in fin. dictum est Petro: Pasce, scilicet exemplo. Et ideò multò fortius conuersatio beatæ Virginis pascit, cum ipsa sit panis in se habens omne delectamentum. Sap. 16.

Et nota, quod pastus iste quo nos pascit Maria, omnino contrarius est illi quo filios suos pauerunt primi parentes: de quo dicitur in Psal. Saturati sunt, scilicet Adam & Eua, filiis, id est, ad nocumentum filiorum. Quia sentit adhuc proles quod commiserunt parentes: patres enim nostri comederunt vnam acerbam. Ierem. 31. & Ezech. 18. & adhuc dentes filiorum obstupescunt, &c. Super illud Iob 3. Nunc enim dormiens silerem, dicit Glossa: Si Adam nulla putredo peccati corrupisset, nullos ex se gehennæ filios procreasset. Et dimiserunt reliquias, scilicet paruulis suis. Istæ reliquie sunt fames, sitis, mors, & huiusmodi. Sapient. 4. Ex iniquis omnes filij qui nascuntur, testes sunt nequitie aduersus parentes in interrogatione sua. Moraliter intelligitur illud de malis operibus peccatorum, quæ scilicet opera

opera filij eorum sunt, & in iudicio testificabuntur, quod patres eorum iuste debeant condemnari.

Supra dicta ergo cibaria vel fercula dat beata Virgo ancillis suis, id est, humilibus eidem seruiantibus. Quare proprietates ancillæ. Titulo de appellationibus Mariæ. Ancilletur ergo & seruiat beatæ Virgini, qui talibus cibariis desiderat enutriti. Et nota, quod his ancillis dantur cibaria quoad incipientes, vt possint crescere. Eisdem alligatur hostis Iob. 40. quoad proficientes, quibus diabolus alligatur & vincitur. Ipsæ etiam mittuntur ad prædicandum. Prouerb. 9. quoad perfectos. E contrario vero nolentibus ei seruire videtur ipsa dicere Isa. 65. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos siccietis: ecce serui mei letabuntur, & vos confundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione cordis ululabitis, & interficiet vos Christus filius meus.

29. *Maria dicitur nam effudit quasi prophetiam.*
 Vigesima septima: quia cum sit mater sapientie quæ est Filius Dei, in lege filij misericorditer instruit seruos. Vnde de ea dicitur Sap. 7. Amicos Dei & Prophetas, id est, sapientes constituit. Ipsa etiam dicit Eccl. 24. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam querentibus sapientiam. Adhuc doctrinam, scilicet paupertatis, humilitatis, & castitatis, quasi prophetiam, id est, in signum futuri. Doctrinam istam effudit ipsa abundantius, quando ordines sunt instituti ad honorem eius, vbi lucet doctrina virginitatis per votum castitatis contra luxuriam, paupertatis per abrenuntiationem proprietatis contra auaritiam, humilitatis per votum obedientie contra superbiam: & hoc est triduum in deserto religionis Exod. 3. Item triduum Domine spulture, in quo homo conspeltur Christo, per quod reparatur trinitas mentis, & venit ad triduum remunerationis. Effudit autem doctrinam quasi prophetiam: quia per hoc prædicatur casus mundi, & gloria regni Ioc. 2. Prophetabunt filij vestri, & filiz vestre, intrando religionem, contemnendo mundum, anhelando ad regnum. Item Zach. 3. Audi Iesu sacerdos magne tu & amici tui, qui habitant coram te: quia viri portendentes sunt Iesus ille sacerdos magnus Christum signat, qui se obtulit pro nobis in cruce. Amici eius omnes sancti, qui sunt viri portendentes: portentum enim est signum. Sequitur: Et relinquam illam querentibus sapientiam. Querentibus dicit, non inuenientibus, id est, illis qui sunt in studio querendi, non in presumptione habendi. Iacob. 4. Deus superbis resistit. Sapientiam non mundi, sed Dei quam describit Iacob. 4. Sapientia quæ defursum est.

Aliter adhuc doctrinam, id est, notitiam figuratum, quas reuelat per gratiam suam cui vult, quando vult, & quantum vult. Quasi prophetiam, id est, sine falsitate, & cum omni veritate. Siquidem quia prima bibit de fonte æternæ sapientie, reuelare potest cui vult arcana secretorum Dei. Ipsa est enim Rebecca, quæ de hydris suis potant Eliezer & camelos Gen. 24. Seruias ergo deuote mauri sapientie,

& cibabit te pane vite & intellectus, & aqua sapientie salutaris potabit te. Quam scilicet sapientiam non apprehendent homines stulti, & cui obuiabunt sensati Eccl. 15.

30. *Maria peccatoribus ad se reuertitur.*
 Vigesima octaua: quia si recessit à te propitiatio eius propter peccata tua, quam cito penitueris, reuertetur ad te. Vnde dicit cum filio Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Vnde etiam desiderans conuersionem nostram ad se & filium suum, dicit cum filio animæ peccatrici Cant. 7. Reuertere, reuertere Sunamitis, &c. vt intueamur te respectu misericordie. Exemplum quod narrat Petrus Damianus, quomodo propitiatio eius reuersa est ad quosdam fratres, qui seruitium eius intermiserant, quare infra, titulo de non intermitiendo officium eius sine seruitio.

31. *Salus nostra in manu Maria.*
 Vigesima nona: quia salus nostra in manu illius est, vt ei dicere multo verius valeamus nos Christiani quam dixerint Egyptij Ioseph Gen. 47. Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos tantum Domina nostra, & læti seruiamus regi filio eius. Ipsa enim verè potest figurari per Ioseph, qui intelligitur augmentum vel accrescens: quia ei accreuit gratia secunditatis super gratiam virginitatis. Idem Eccl. 26. dicitur de ea: Gratia super gratiam, &c. Ipsa est enim causa salutis generis humani, & quædam ratio & complementum post filium suum omnium quæ facta sunt & quæ futura sunt.

32. *Maria suis acquisit dies gratie & gloria.*
 Trigesima: quia seruido ei acquiruntur dies gratie & glorie. Vnde dicit seruo suo Prouerb. 9. Per me multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vite. Vnde etiam de seruis suis & filiis dicitur: Dies pleni inueniuntur in eis. Prouerb. 3. Longitudo dierum in dextera eius, quibus remunerat seruentes ei ex charitate: & in sinistra illius diuitiz & gloria: diuitiis enim & gloria mundana forte remunerantur aliqui seruentes ei, cum sint indigni retributione æterna. Bene dictum est Nabuchodonosor, qui vindictam Domini exercuerat in Tyrum. Ezech. 29. sub aliis verbis: Quia seruisti mihi in Tyro, dabo tibi Egyptum. Nullum enim bonum irremuneratum.

33. *Maria uniuersa creatura doctura doctura.*
 Trigesima prima: quia post filium Domina est uniuersæ creaturæ: vnde & Domina interpretatur, & idem tanquam Domine seruidum. Idem videtur ei dixisse tota ipsa Trinitas beata illud Isa. 45. Labor Egypti, & negotiatio Ethiopiz, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt. Per omnes istos signatur Mariæ potestas super iustos quos protegit, & super peccatores quos conuertit. Labor Egypti, peccatores laborantes in vitis mundi. Ierem. 9. Vt iniquè agerent, laborauerunt. Egyptus tenebræ vel mætor. Tenebræ: quia amor mundi excæcat. Vnde Tobias excæcatus est stercorebus hirundinum. Hirundines sancti sunt: quia temporalia reputant stercore cum Apost. ad Phil. 3. vt Christum lucrifaciant, quibus scilicet stercorebus obcæcantur amatores mundi. Mætor. Prouerb. 14. Extrema gaudij luctus occupat. Negotiatio Ethiopiz. Hoc conuenit auaris qui animas suas habent venales. Eccl. 10. Ethiopiz propter nigredinem: quia æstus auaritie denigrat eos & exurit. Sabaim, vel Sabba captiua: hi sunt superbi quos

rex superbia captiuat. Iob 40. Viri sublimes, antequam conuerterentur & Mariæ darentur, scilicet per superbiam: postea sublimes facti per vitam: ad te transibunt, & tui erunt, serui scilicet & tribunarij singulis diebus facientes seruitium tuum, & soluentes quasi tributariam pensionem. Sequitur in auctoritate Isa. 45. Post te, quasi adolescentulæ post reginam, ancillæ post dominam: ambulabunt de virtute in virtutem, donec videant Deum deorum in Sion. Vincti manibus pergunt: necesse est enim seruis Mariæ vincas habere manus manibus præceptorum Dei, ne extendant eas ad illicita. Et te adorabunt, teque deprecabuntur potentes respectu misericordiæ tuæ, & dicentes: Tantum in te est Deus verus.

35. Trigesimasecunda: quia qui diligit & honorat matrem Domini, securè potest à Patre & Filio eius petere misericordiam. Vnde Psal. dicit Patri vel Filio: Domine dilexi decorem domus tuæ, qui consistit in virtutibus & donis gratiarum, & priuilegijs meritorum. Domus ista beata Virgo. Vnde, Sapientia ædificauit sibi domum. Proverb. 9. & locum habitationis gloriæ tuæ, id est, filij tui: quia gloriæ patris filius sapiens. Proverb. 10. Locus iste vterus virginalis. Et bene dicit locum habitationis gloriæ tuæ, id est, vterum virginalem vbi habitasti gloriôsè, & quem inhabitando gloriôsiam effecisti. Cassiodorus de Domino: Gloriosam efficitur quidquid inhabitare dignatur. Et subiungit: Psal. Ergo ne perdas cum impijs Deus animam meam.

36. Trigesimatertia: quia per incarnationem verbi quæ in ea facta est, redit peccatrix anima ad Ecclesiæ unitatem. Vnde Ierem. 31. Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Viquequo delictis dissolueris filia vagat? Quia creauit Dominus nouum super terram: Mulier circundabit virum.

37. Trigesimaquarta: quia per Mariam & Christum quem per Mariam habuimus, quidquid perdidimus per Adam & Euam, nobis est restitutum. Beatus Bernard. Vehementer nobis vit vnus & vna mulier nocuerunt: sed per vnum virum & vnam mulierem omnia restituerunt, nec sine magno fœnore gratiarum. Neque enim sicut delictum, ita & donum, sed excedit damni æstimationem beneficij magnitudo. Sufficere quidam poterat Christus, siquidem & sufficientia nostra ex Deo est, sed nobis bonum non erat hominem esse solum. Congruum magis vt adesset reparationi sexus vterque, quorum corruptioni neuter defuisset. Ideò dicitur Eccles. 33. Duo contra duo, vnum contra vnum.

Magister Richardus de sancto Victore: Per Mariæ puerperum recepit genus humanum quod in primo parente amisit: & deiectus est, qui prius deiecit: & erectus, qui prius deiectus fuit. Et recuperauit homo honorem suum. Et ablatum est per filium eius opprobrium nostrum. Sed quale, inquis, opprobrium? Illud de quo legitur, Homo cum in honore esset, non intellexit, &c. Factus est enim homo ad imaginem & similitudinem Dei: grandis honor. Sed non intellexit, ideòque despectus. Despecta verò atque reiecta similitudine

Dei transfigurauit se ad similitudinem iumentum. Ecce quale dedecus: iuxta magnitudinem honoris magnitudo dedecoris: inde opprobrium, inde improperium. Et iustè iam quidem opprobria exprobrantium ceciderunt super eum. Ideò in persona generis humani clamat Propheta ad Dominum: Aufer à me opprobrium & contemptum. Et exauditus est quando Deus conformauit se ad illam qua homo transformauerat se similitudinem humanam, qui à se reiecerat diuinam: & Deus factus est quasi vnus ex nobis propter suam humanitatem: & quod dictum erat per ironiam de Adam, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, sciens bonum & malum, possunt ex sententia iam dicere Pater & Spiritus sanctus de Adam secundo, scilicet Christo homine, Ecce Adam secundus factus est quasi vnus ex nobis, sciens bonum & malum propter suam diuinitatem.

Trigesimaquinta: quia ex partu & conceptu eius accreuit humanæ naturæ prærogatiua & dignitas mirabilis, ex eo scilicet, quòd Filius Dei mundum redempturus, non assumpsit angelicam naturam, sed humanam in ea & ex ea. Hebr. 2. Nusquam Angelos apprehendit, &c. Et hoc fuerat præfiguratum Genes. 28. vbi sic legitur: Vocauit Isaac Iacob, & benedixit, præcepitque ei dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed proficiscere, in Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuelis patris matris tuæ, & accipe tibi vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Et sunt verba Dei Patris ad Filium carnem sumpturum. Chanaan, sicut dicunt, interpretatur possidens domum, & signat Angelos, qui in cœlesti domo semper assistunt Domino, de quorum genere noluit Deus Pater vt Filius sibi copularet vxorem, id est, assumeret naturam. Mesopotamia interpretatur eleuata, Syria sublimis. Hæc est humana natura eleuata & facta sublimis, ex quo eam assumpsit sibi Filius Dei. Sed non ad quamcumque, sed ad domum Bathuelis mittitur, id est, ad beatam Virginem: Bathuel enim Virgo Dei, vel castus Deo interpretatur: quia hoc priuilegium beatæ Virgini seruabatur, & ibi accepit vxorem de filiabus Laban, qui interpretatur candidatio, id est, de purissimis & mundissimis sanguinibus beatæ Virginitatis carnem, sicut dicit Damascenus: Et de Virgine voluit nasci ad denotandum, quòd Ecclesiana virginem sibi virgini copularet. 2. Corinth. 5. Despondi vos, &c. Et ex hoc maxima dignitas accreuit humanæ naturæ, quæ antea vilis erat, & clamabat ad Dominum. Thron. 1. Vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis. Sed post incarnationem dicit Christo: Cum gloria assumpsisti me, & facta sum gloriola: sicut ignobilis mulier sublimatur cum à viro nobili in matrimonium assumitur. Et hoc est quod omne peccatum post incarnationem Saluatoris grauius est quam ante. Sicut ignominiosius est viro nobili viliter agere quam ignobili. Siquidem humana natura per Euam fuerat satanæ pedibus substrata, sed modo per Mariam super Angelos est exaltata: & quam per Euam traxerat in interitum diabolus, modo per Mariam præcedit Angelorum meritum: & quæ per Euam facta est ignominiosa, per Mariam

Ex parte Mariæ accreuit humanam naturam dignitatem mirabilem.

Mariam præ Angelis facta est gloriosa. Intrauerat enim per Euam mors in mundum Sap. 2. sed perempta est mors per Mariæ puerperium. Vnde filius dicit Osee in fine : O mors ero mors tua , &c. Item hoc matrimonium supra dictum signatum est per matrimonium Esther & Assueri. Assuerus qui interpretatur beatus, Christus est. Esther abscondita vel exaltata. Hæc enim natura humana prius à Deo abscondita per peccatum Adæ & Euz, sed ineffabiliter exaltata quando à Christo assumpta. Vnde Petrus : Maritari voluit verbum patris, altius nubere non potuit, caro gloriosius. Homo etiam per hoc matrimonium vehementer magnificatus est. Quod admirans Iob. 1. dicit Domino : Quid est homo, quia magnificas eum, &c. Et Psal. Quid est homo, quod memor es eius, scilicet pro eo filium incarnando : nam antea videbatur Pater oblitus hominis. Vnde in persona antiquorum dicebat Dauid : Vsq̄quo Domine obliuisceris me in finem : Vsq̄quo auertes faciem tuam à me, id est, filium tuum. Ideo orabar : Memento nostri Domine in beneplacito populi tui, id est, in filio : visita nos in salutari tuo, hoc est, in eodem filio.

39. Trigesimasexta : quia volens nos obtinere victoriam, vt perueniamus ad coronam, sciens quia non coronabitur nisi qui legitime certauerit. 1. Tim. 2. procurat forte bella & tentationes amatoribus suis, & ipsos quandoque permittit tribulari : sed facit cum tentatione prouentum, vt valeant sustinere. 1. Cor. 10. & eis virtutem subministrat vt perueniant ad coronam : nam ipsa est quæ precibus suis, meritis, & exemplis dat lassio virtutem. Et his qui non sunt secundum suam reputationem, id est, humilibus, fortitudinem & robur multiplicat Iſa. 40. Idcirco de ipsa potest intelligi illud Sap. 10. Certamen forte dedit illi, id est, amatori suo, vt vinceret, & coronam acquireret, quæ solis victoribus tentationum promissa est : & sciret per experientiam, quoniam omnium potentior est sapientia, id est, Maria quæ emphaticè dicitur sapientia.

40. Trigesimasextima : quia qui seruiunt ei in presenti, gloriosissimam illius faciem visuri sunt in futuro. Vnde Iob. 33. dicit de Maria : Placabilis ei erit, scilicet seruo suo, & videbit, scilicet ipse seruus, faciem eius in iubilo. Apocal. 22. Seruient ei & videbunt faciem eius. Sap. 6. In viis suis ostendet se illis hilariter. Et hæc ostensio in presenti per gratiam est & fidem. Ambula ergo vias eius, quæ sunt humilitas, puritas, pietas, paupertas, obedientia, & huiusmodi : & obuiabit tibi in futuro quasi mater honorificata. Eccl. 15. De huiusmodi viis dicitur Prouerb. 3. Vix eius vix pulchre, id est, munda ab omni peccato : & omnes semite illius pacificæ : quia summum eius studium est filio suo pacificare peccatores. Quære de viis eius. Roganda est igitur assidue, vt doceat nos vias suas, & faciat ambulare in semitis suis. Iſa. 2. Quas qui in presenti tenuerit, reginam in suo decore videbunt oculi eius. Iſa. 33. Et qui imitantur eam, erunt ex parte illius. Sap. 2. Videtur enim ipsa dicere Filio sicut Filii Patri. Ioan. 17. Volo Filii vt vbi ego sum,

illic sit & minister meus. Roganda est autem Maria vt velit : quia si vult, necesse est fieri, sicut dicit Augustinus de Domino.

Trigesima octaua : quia glorioso fructu ventris sui remunerabit seruitores suos, vt depingitur in imaginibus suis filium tenens, quasi ad dandum illum seruitoribus suis, cum ipsa sit propagatrix operatorum. Vnde, Filij merces, fructus ventris. Quem fructum ipsa commendans, vt pro ipso habendo seruiatur ei audius, dicit Prouerb. 8. Melior est fructus meus auro & lapide pretioso, & gemina mea argento. Propter quod quasi assidue dicendum est ei: Benedictus fructus ventris tui. De re enim valde commendata & laudata non per adulationem, sed per veritatem libenter solent dare illi, quorum res est, commendatoribus suis, sicut de bono vino & huiusmodi. Sed prohdolor plures seruos habet Venus sordidissima, quam Maria purissima.

Trigesimanona : quia seruorum suorum animas de corporibus exeuntes protegit ab incurſu acieum potestatum, quibus est terribilis vt castrorum acies ordinata, sicut sæpe legitur in miraculis eius. Fugiunt enim qui oderunt nos à facie eius : & ipsa exurgente in adiutorium nostrum, dissipantur inimici sui & nostri. Custodit enim exemplo filij animas seruorum suorum, & de manu peccatoris liberabit eos. Vnde Sap. 10. Eos qui se amant, à doloribus conseruabit. Ibidem : Custodiuit illum ab inimicis, &c. Prouerb. 4. Ne dimittas eam, & custodiet te : dilige eam, & seruabit te, vt supra 24.

Quadragesima : quia glorificabit in futuro seruitores sibi, & honorificantes se in presenti. Vnde dicit cum filio. 1. Reg. 2. Qui cumque honorificauerit me, glorificabo eum : sibi. qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ipsa enim est mulier gratiosa quæ inuenit gratiam & gloriam, non solum sibi, sed & nobis : quia gratiam & gloriam exemplo filij dabit Domina nostra. De his autem qui contemnunt seruitium eius, nolentes ipsam orare vel collaudare, videtur ei filius dicere illud Ierem. 7. Noli orare pro populo isto, nec assumes pro eis laudem & orationem, & non obstitas mihi : quia non exaudiam te. Quod signatum est in hoc quod Salomon non exaudiuit matrem orantem pro Adonia. 3. Reg. 2.

CAPVT II.

Quomodo benedicta Virgo seruit nobis in filio.

Signata causa multiplici quare matri creatoris seruire debeat rationalis creatura, homo vel & Angelus, restat assignare vnde & quomodo & à quibus & quibus eidem seruiendum. Maria siquidem, vt dictum est, lignum vite est his qui velut manu duplici, amore & seruitio apprehenderint eam. Et sicut arbor fecunda nesciens sterilis permanere, vniuersis & singulis ramis suis & frondibus possidentibus se reddit fructum, sic Maria

Maria suos permittit tribulari vt coronam mereatur.

Qui Maria seruit, gloriosissimam illius faciem visuri sunt.

41. Maria fructu ventris sui nos remunerabit.

42. Animas seruorum suorum à corporibus exeuntes protegit ab incurſu acieum potestatum.

43. Gloria sibi.

Maria toti mundo & maxime seruis & specialibus, suis, vniuersis & singulis membris suis tulit & reddidit fructum vite, sicut quasi præbandando inferius ostendimus: & per gratiarum fluentia quæ iugiter haurit de fontibus Saluatoris, & amicis suis refundere nunquam cessat, referant & ipsi fructum vite cuius gaudia desiderium ipsorum satiabitur in æternum. Et propter hoc videtur ipsa quasi comminari cum filio Isa. penult. his qui sibi seruunt negligunt in præsentibus: Ecce serui mei comedent, & vos esuriētis, & cætera multa. Debemus igitur & nos singulis Mariæ membris seruitium aliquod speciale, vt ad locum vnde exeunt flumina, reuertantur, vt iterum fluant. Eccl. 1. Ad hoc autem primo necesse est vt singula membra nostra à peccati contagio conseruamus, & ipsius obsequiis eadem mancipemus, ipsam exorantes iugiter & deuote, vt & membra nostra per gratiam suam à peccato coercere in præsentibus, & gratiam suam ministrans bene operandi, ea glorificet in futuro. Sed etiam videamus pertenui saltem prærogatiua quomodo membra Mariæ seruiant nobis in paruulo, qui natus est nobis secundum humanitatem, & in Filio Dei qui datus est nobis secundum diuinitatem. Indagemus præterea quomodo iugiter nobis seruit indignissimis & ingratis, licet id capere mens humana, licet id lingua hominis quantumcumque sit eloquens, non sufficiat enarrare. Tale enim seruitium valde necessarium est ad humiliandos nos, cum etiam homo iustissimus respondere ei non valeat saltem vnum pro mille. Iob 9.

Siquidem ex corde beatæ Virginis processerunt fides & consensus, per quæ duo initiata est salus mundi: & ipsum cor eius præ omnibus creaturis dignum inuentum est exeuntem de corde paterno primò suscipere vnigenitum Dei, quando scilicet cor Patris eructauit verbum bonum, quod de sinu Patris egrediens in sinum matris Virginis se recepit. Item in corde ipsius & vtero misericordia & veritas sibi obuiauerunt, cum diuina iustitia paci porrigeret oculum salutem. Item cor illius dulce & amantissimum, plusquam dici possit, amaricatum est filio crucifixo, & animæ eius totalis alueus per compassionem repletus est torrente passionis, quæ videlicet anima tunc vulnerabatur ob iniquitates nostras, & atterebatur suo modo propter scelera nostra. Dolores siquidem nostros & filij, & languores nostros & vnigeniti, tunc ipsa portauit in intimæ pietatis visceribus. Nam tunc fuit omnis plaga tristitia cordis eius. Eccl. 25. Charitate autem eximia qua vulnerabatur, vnigenitum suum dedit pro sceleribus nostris, & fructum vteri sui pro peccatis animarum nostrarum. Michæ 6. Tunc adimpletum est illud quod de prima muliere prædixerat Deus in figura Mariæ quasi loquens de secundo Adam. Genes. 2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Nolebat siquidem Deus Pater, si liceat ita loqui, solum filij morte saluari genus humanum & diabolum condemnari: sed dispouerat in manu fœminæ tradere Sisaram. Iudic. 5. Et quod vna mulier Hebræa confessionem faceret in domo Nabuchodonosor.

2. *Quomodo Virgo benedicta seruit nobis de omnibus que in eius corde fuerunt, scilicet fide, caritate, misericordia, virtute.*

Iudith 14. De hac materia habuisti supra caula. 34. Quod autem prædixerat Isa. 43. in persona Christi: Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir tecum, sic intelligendum est, & securè potest sic exponi. Verum est Domine, quod non est vir tecum, sed vna mulier atat tibi crucifixo, quæ quascumque plagas, quæcumque vulnera, quoscumque dolores sentis & suscipis in tuo corpore, compatiendo suscipis in visceribus cordis sui: & sicut dira lancea perforat latus tuum, sic eius animam pertranseunt dolorum tuorum gladij vniuersi. Sic igitur patet quantum hæc mulier cooperata sit ad salutem mundi. Nam filio ponente animam pro salute mundi, mater etiam non posuit pro mundo animam, exposuit tamen, & quod potuit fecit: nec ipsa defuit martyrio corporali, sed ei defuit martyrium corporale. Cum sit autem valde compatiens, ex eodem corde compatitur dolentibus & afflictis, & maxime si nos inuenerit condolentes ei & compatiens super doloribus qui pertranseunt ipsius animam filio patiente, sicut dictum est supra.

De terra corporis eius creauit Altissimus medicinam carnis & animæ, scilicet Christum hominem. Eccl. 38. Qui languores nostros tulit in suo corpore super lignum, & dolores nostros ipse portauit, id est, asportauit, peccata scilicet quæ sunt causæ dolorum. Christus enim, sicut quædam Glossa dicit super 7. ad Hebr. non traxit ex matre feruorem vulneris, sed materiam medicaminis. Item de corporis eius substantia virginali summus assumpsit pontifex hostiam suæ carnis, quam in ara crucis pro mundi salute eleuatis in cruce manibus sacrificium obtulit vespertinum, cuius suauissimus odor delinuit iracundiam Patris. Item corpus eius terra est Euilath, de qua exortum est aurum peroptimum, scilicet caro Christi, ex cuius pretio impretriabili omnes iusti locupletati sunt & redempti. Genes. 2. Quære titulo de terra. Pascimur etiam & potamur carne & eius sanguine in filij sacramento: quia caro Christi & caro Mariæ sicut matris & filij vna caro est. Gen. 2. Sunt duo in carne vna, Christus scilicet & Maria.

Propter hæc quatuor & multa alia prædixerat beatus Tobias ciuitati sanctæ Ierusalem sub figura Mariæ quasi loquens de fidelibus vniuersis: Terram tuam, id est, corpus virginium, in sanctificatione habebunt, & nomen magnum inuocabunt in te. Maledicti erunt qui contempserint in te: & condemnabuntur qui blasphemauerint te, & benedicti omnes qui dilexerint te.

Auditu simplici ad nostram salutem suscepit nuntium Gabrielis, scilicet Ave Maria gratia plena. Et ab auditu ipsius initium sumpsit reparatio nostra, vt intraret remedium vnde morbus irrepserat, & eidem vestigiis sequeretur vita mortem, lux tenebras, veritatis antidotum serpentis antiqui mendacium venenatum, & vite ianua fieret auditus per quem intrauerat mors in mundum. Per auditum etiam Mariæ nostro auditu gaudium & lætitia promittuntur. Item per Mariam exaudit Dominus pauperes spiritu. Vnde dicimus Christo: Præpara

3. *De corpore.*

4. *De auditu.*

præparationem cordis eorum, id est, humilium, audiuit auris tua, id est, beata Virgo: quia ea mediante pauperes exaudis, sicut homo audit mediante aure sua. De hac materia inuenies paulò infra, titulo, quod Mariæ debemus obedientiam.

Oculi Mariæ columbini & misericordes præ abundantia lachrymarum fuerunt velut piscinæ in Hesebon, filio patiente: vt sic quasi quadruplici irriguo quod manauit de Christi corpore, videlicet sudoris & sterus, aquæ & sanguinis, adiunctis lachrymis beatæ Virginis quasi quinto loco, tolleretur squaliditas animarum. Isti etiam oculi respiciunt pauperes spiritu, & sunt illis velut flamma ignis Apocal. 1. Illuminans & calefaciens, exterrētis & exurens. Hæc enim quatuor facit flamma. Illuminat enim gloriosa Virgo suos amatores ad cognitionem veri, & eos inflammat ad dilectionem boni, aduersarios eorum exterrēt ab eis dura compinatione, & incorreptos exurit gehennali conflagratione. Lege miracula eius. Item, Oculi Domini super iustos, oculi Domini super peccatores & iustos, sicut oculi bonæ matris super puerum, ne cadat, vel si ceciderit, vt eum releuet. Vnde dicit seruienti suo: In via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Sis ergo humilis, vt te respiciant oculi Mariæ: nam de Behemoth legitur, quod omnē sublime ipse videt Iob. 41.

Nasus eius, id est, discretio nobis est turris Libani, quæ respicit contra Damascum, qui interpretatur sanguinem bibens, & figurat diabolum; qui sicut iugiter nostratum sanguinem animarum, in quo vita eorum. Discretio autem beatæ Virginis præsentens diaboli malignitatem velut fœtorem quendam, pro nobis iugiter respicit contra ipsum, & pro nobis viriliter se ei opponit velut quædam turris, & virtuositate candore, qui figuratur in Libano, conterit carnalem concupiscentiam velut caput serpentis. Nasus etiam iste nobis est via spiritus, id est, gratiæ Dei, quæ meritis eius & precibus nobis datur, & ministrat spei respirationem peccatoribus desperatis. Ministerio etiam huius nasi purgantur vitia mentis nostræ, sicut per nasum humores capitis, & suis amicis tribuit gratiam discernendi inter aromata & fœtores, quibus designantur vitia & virtutes. Multa alia inuenies titulo de naso.

Labia ipsius comparabilia fauo distillantur propter dulcedinem mellissimam, in quibus Spiritus sanctus singulorum charissimum diffudit abundantiam, Filio Dei & suo diuini fœderis & humani dulcia oscula propinarunt. Habito enim respectu ad illud responsum, Ecce ancilla Domini, &c. dictum est ei in Psal. Diffusa est gratia in labiis tuis, &c. Quod sic exponitur: Gratia collectiua, id est, vniuersitas gratiarum, diffusa est, id est, non solum sua pro te, sed diffusa, id est, toti mundo abundanter distributa per te: in labiis tuis, hoc est, in responsione tua qua Deo Trinitati conciliaris est mundus, peruersi prius homines ad Deum conuersi: & qui prius sordescabant, à peccatis mundati. Sequitur: Propterea benedixit te Deus; non sinistra qua temporalia, sed dextra

6. *De naso.*

7. *De labiis.*

qua dantur æterna. Vnde sequitur: In æternum, id est, benedictione ducente ad æternitatem. Proverb. 3. Longitudo dierum in dextra eius.

Ore virgineo, cuius odor comparabilis est odori malorum: nam precibus suis aromata spirantibus, attrahit homines ad cultum filij, sicuti malorum odor gustum allicit ad edendum. Pro nobis allegat & bonum loquitur in conspectu Dei: quoniam nostra est aduocata. In nobis etiam cum sit quasi os Domini Ier. 15. pretiosum separat à vili, animam scilicet à peccato & dilectione mundi. Os etiam suum ipsa aperuit sapientiæ, quæ est Filius Dei, attrahendæ, hoc est, ad se trahendæ, quando virginis vniuersitatem vniuersitatem: nam per votum istud admauit eam Filius Dei vnigenitus. Item aperuit os sui intellectus sapientiæ hauriendæ per studium, os affectus sapientiæ attrahendæ per desiderium. De primo dicitur: Aperi os tuum, & implebo illud. De secundo: Os meum aperui, & attraxi spiritum, id est, intelligentiam spiritalem. Si autem impleta sapientia duplici in medio primitiæ Ecclesiæ aperuit os suum: nam Apostolorum magistra facta est, qui nostri postea magistri facti sunt, & ascendente Domino, Apostolos Nouum docuit Testamentum, quod ad docendum nos iidem Apostoli conscripserunt.

Dentes eius eburnei mastigarunt, vt piè creditur, paruulo filio qui datus est nobis, cibum suum prout est mors nutricis. Sensus autem eius & studiositas, quæ duo significant in dentibus, sibi ipsi mastigarunt, attriuerunt, ruminauerunt, & animæ suæ incorporauerunt, veluti videntes herbas diuinarum sententiarum scripturarum. Nobis etiam ostendit multa ambigua diuinæ sapientiæ studentibus in verba ipsius & gestis. Vnde & ipsa promittit Eccl. 24. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. Quære supra causa. 27.

Lingua eius eucharis, quæ calamus erat scribæ velociter scribens, scilicet Spiritus sancti, ipso scribæ momento calamus, eructauit illud verbum bonum mellissimum & suauis: Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. In hoc autem verbo nequæ intantum exhilarauit de salute nostra sollicitum regem cæli, quod quasi factus immemor iniuriæ primorum parentum, à sede regali statim descenderet velut deposito diademate gloriæ, & cælos dirumpens, exiret eodem momento de sinu paterno in vterum virginalem, vociferans illud Prou. 8. Deliciae mæ esse cum filiis hominum. In isto etiam verbo fuit nobis lingua eius lingua curationis, lingua mitigationis, lingua misericordie. Eccl. 36. Nam respondens humiliter & obediens curauit agnitivum responsum Euz. Lingua enim Euz, diabolo sub dubio respondentis, & gustum ligni vetri viro suo suadentis, & peccatum, sicut serpenti attribuentis, totam progeniem ei se nascituram lethaliter vulnerauit, paradisi portam cunctis obstrauit, & Dei iracundiam ad videri pronouit. Sed lingua Mariæ infirma curauit, clausa patefecit, & iram Domini delinuit.

Guttur eius quod vino optimo comparabile est,

8. *De ore.*

9. *De dentibus.*

10. *De lingua.*

11.

De gutture. est, id est, verba quæ procedunt de gutture more vini dolores reuelant afflictorum, & mentes eorum alienant à sensu carnali, suauiter pungunt & stimulant benefacere pigritantes ad currendum viam, viam mandatorum Dei amandum, & orandum. Sapida verò sunt Christo per deuotionem in precibus, & pungunt cor eius, vt inde miseris eliciant misericordiam, & sic ipsam inebriant, vt eum faciant obliuisci delictorum nostrorum.

12. De collo. Collum eius, ipsa videlicet quæ dicitur colum Ecclesiæ Christo capiti aureo corpus suum iungit quod est Ecclesia: & hoc dupliciter: nam Christum genuit Deum & hominem, qui est nostrum caput, vt noster fieret Emanuel, & quantum in se est, nos peccando disinctos ab eo, suis orationibus eidem iterum reconciliat. Item sicut per collum interior aer emittitur, exterior verò intus attrahitur, sic per ipsam deuotio nostra Deo præsentatur, & ab ipsa nobis misericordia redonatur. Item sicut salua ab ipso capite mediante collo in corpus trahitur, sic per ipsam humano generi à Deo trinitate gratia impetratur. Item sicut collo mediante descendit in corpus quidquid est ei necessarium cibi, potus, potationis, medicina, & huiusmodi: sic per ipsam descendit ad nos Filius Dei, qui vera est medicina: cuius caro & sanguis verè cibus & potus: quia per Mariam panem Angelorum manducauit homo in sacramento altaris. Item collo verba proferuntur: & Maria bonum pro nobis loquitur in conspectu Dei: quoniam nostra est aduocata. Nec fraudare eam vult aut potest vnigenitus suus voluntate labiorum suorum.

13. De brachijs. In brachijs eius & humeris translatus est filius in Ægyptum, & reuectus in terram Israël: in quo signatum est, quod per ipsam habituri essent Deum qui prius idolis seruiebant, & ex dono eius tandem in regno Israël conspecturi essent regem in suo decore oculi beatorum. 1. Pet. 1. In quem desiderant Angeli prospicere.

14. De manibus. Manus eius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis, nobis membra nutrierunt vnigeniti Dei, quibus velut herbis medicinalibus in mortaliolo passionis humilimæ contritis multipliciter tribulationum pistillis & distemperatis liquore sanguinis, nostris languoribus & peccatis confecta est competens medicina, qui videlicet languores competenter sanari nequibant nisi solâ passione vnigeniti Dei. Tornatiles autem describuntur manus istæ: nam sicut ars tornaturæ promptior est alijs artibus celeriter operando, sic Maria velocior cæteris sanctis omnibus miseris subueniendo, vt dicere de ipsius miseris videatur cum Filio illud Isa. 65. Antequam clament ad me, exaudiam eos. Dicuntur etiam hæ manus aureæ propter sapientiam quæ signatur in auro: nam tam subtiliter misericordiam miseris impendit, quod diuinæ iustitiæ sigillum nunquam frangit. In auro etiam charitas notatur, nam ex mera charitate omnino indignis misereri & benefacere comprobatur. Dicuntur & plenæ hyacinthis: nam quantum in se est, dat omnibus affluenter, cum sit summè diues, summè etiam liberalis. Quære titulo de misericordia & largitate ipsius. Hyacinthi sunt lapides coloris ætherei:

quia quidquid boni facit, cœlesti fulget intentione, & de fonte procedit æternæ sapientiæ. Habet etiam hyacinthus gratiam impetrandi: nam quidquid complacet ei dare, facillimè orando impetrat ab vnigenito filio suo, qui non solum dat ei secundum quod petit, sed etiam ipsam incitat ad petendum: ad quod figurandum dixisse legitur Salomon matri suæ. 3. Reg. 2. Pete mater mi: neque enim fas est vt auertam faciem tuam. Hoc enim legitur sub figura ista dixisse Assuerus, qui Christum designat, Esther, quæ figurat Mariam. Esther 7. Quæ est petitio tua Esther? Et quid vis fieri? etiam dimidiam regni mei partem petieris, impetrabis. Ad quem illa respondit, Si inueni gratiam in oculis tuis, da mihi populum meum pro quo obsecro. Ecce quomodo postulat Maria pro seruientibus suis. Hyacinthus etiam in in sereno clarus, in obscuro & nubilo apparet obscurus: nam illuminati per gratiam de ipsa dignè sentiunt, & ei seruiunt ex amore, tenebrosi infidelitate & vitijs honorem & seruitium suum paruipendunt. Cum sit ergo liberalissima & abundans ex dono filij omni charitate spiritali, manum suam semper aperit inopi, & extendit palmas ad pauperes: nam ipsa est cisterna Berthelem iuxta portam, volens omnes qui transeunt satiare: vnde clamare non cessat, Transite ad me omnes, & à generationibus meis implemini, &c.

15. De vberibus. Matris vberibus ministravit lac Dei Filio quo pastus est ipse solus: nec puer alius inde bibit. Vnde ipse gloriatur dicens Cant. 5. Bibi vinum meum cum lacte virginali, quod totum fuit meum. Et propter hoc ipse designatur per Moysem Exod. 2. qui nullius alterius mulieris præterquam matris propriæ mammas voluit sugere, sicut dicunt. Ex hoc autem glorioso lacte nutritus est & coagulatus ille sanguis, ex cuius effusione nostræ est redemptionis pretium persolutum: & in hoc sanguine continetur vita fidelium animarum. Leuit. 17. Propterea sanguis iste Dominicus bibitur in altari. Item ad eius vbera distant Dei Filij foetus nostræ salutis, & ipsorum representatio Christo exhibita, ipsum exhilarat nostris iniquitatibus contristatum. Isa. 5. Delectabitur infans ab vberibus. Nutrit etiam nos vberibus duplici mater misericordiæ, quæ sunt castitas carnis, & benignitas cordis. Et ista vbera tanquam pueruli petimus ad sugendum, quando dicimus ei: Virgo singularis inter omnes mitis, nos culpis solutos mites fac & castos. Nota singula verba. Ad honorem istorum vberum sua commendatione filius non inuitat. Cant. 4. vbi dicit: Quam pulchræ sunt mamme tue soror mea sponsa, id est, quanta reuerentia & honore extollendæ, & quanta dilectione sunt amplectendæ, vt corde & ore de ipsis Christo dicatur: Beata vbera quæ suxisti. Luc. 11. Titulo de vberibus Mariæ inuenies alia infinita.

16. De ventre. Venter eius eburneus distinctus saphyris, quem creator suus sibi construxerat palatium speciale. Vnde: Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, quem verus Salomoa sibi thronum parauerat, & solium eburneum grande, quem Spiritus sanctus sibi sacrauerat sanctuarium,

sanctuarium, singulare hospitium, palatium factus est summo regi, qui à regalibus sedibus veniens ibi primam sibi mansionem inter filios hominum prælegit. Ibi præterea decorem induit, & stola candida se cooperuit, id est, mundissima humanitate, cuius decor immunitas à peccato. Gratia etiam huius hospitij hospitantur modo fideles animæ in palatio cœlesti, cum omnes artea lectulos sternerent in obscuris inferni. Iob. 17. In tenebris straxi lectulum meum. Quære titulo de ventre Mariæ multò plura.

17. De umbilico. Umbilicus eius crater tornatilis, qui nunquā poculis dicitur indigere ipsa videlicet quæ dicitur umbilicus Ecclesiæ: quia sicut umbilicus in medio totius corporis, sic ipsa in medio Ecclesiæ, quæ corpus est filij sui, omnibus, quantum in se est, parata benefacere. Lactē virgineo quod habebat in se proprietates vini, potauit filium & inebriauit. Quare dicitur crater, vt nostrorum peccaminum ipsam faceret obliuisci. Sicut autem crater tornatilis si liquore plenus sit aliquo, tactu leuissimo fundit ipsum liquorem, sic plena gratia refundit gratiam quoties tangitur pia prece. Nunquam autem poculis indiget umbilicus iste, cum sit gratia plena, & semper hauriat aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.

18. De lumbis. Lumbi eius quos accinxit virtute fortitudinis vouens virginitatem, & fortiter in se stringens fluxum carnalium voluptatum, ipsam concupiscibilem reddiderunt in oculis Dei sicut illi prædictum fuerat: Concupiscet rex decorem tuum, id est, virginitatem. Per hanc autem concupiscentiam conuictus est ei rex æternus carnem virgineam assumens ex ea, in qua & passus est, & per fidem incarnationis & virtutem passionis renascitur in baptismo regni cœlestis, filij, & hæredes.

19. De inuicibus. Inuicula feminum eius, quæ videlicet femina propter pretiosissimam coram Deo palchritudinem castitatis comparantur monilibus. Cant. 7. Nam sicut monile connectit vtramque partem capiti, sic femina eius per virginitatem iugiter inuicibus adhaerent. Hæc inquam, femina nobis exempla refundunt sanctitatis & castimonie. Vnde & dicuntur sicut monilia quasi monentia liliam castitatis. Et hæc monilia suæ hanc inuiculam fabricauit cœlestis artifex, id est, Spiritus sanctus, scilicet quando totum carnalis concupiscentiæ fomitem per superuenientem rorem cœlestis gratiæ extinxit in ea, & virginea femina sic coniunxit.

20. De pedibus. De pedibus eius dici potest quod de pedibus filij dicitur Apoc. 1. Pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti. Pedes beatæ Virginis dici possunt charitativum affectus, quibus suos visitat amatores, qui commendantur hæc à tribus, à sapientia quæ in auro, à perseverantia quæ in ære, à vehementi seruire extimæ charitatis quæ signatur sit camino ardenti. Quære titulo de pedibus.

21. De gressibus. Gressus eius pulchri in calcamentis, id est, in exemplis sanctorum præcedentium, domesticos suos innisere, & concomitari, & eorum necessitatibus semper esse præsto nunquam cessant. Vnde dicit seruienti suo Isa. 43. Seruus D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

meus es tu: cum pertransieris per aquas, tecum ero. Et appellat aquas tribulationes. Et flumina tentationum & tribulationum non operient te. Hoc est quod dicit Eccl. 24. In fluctibus maris ambulauit, cum familiaribus meis videlicet, tanquam nauis, vt ipsos eriperem à naufragio peccatorum, & ereptos deducerem in portum voluntatis eorum. Ambular etiam in fluctibus maris, mœstos consolando, & tristes beatificando. Sequitur: Et in omni terra freti, id est, inuocantibus me semper præsto fui. Nam in omni loco vbique terrarum mater misericordiæ refugium est miserorum.

22. De statura. Statura ipsius assimilata est palmæ. Cant. 7. Statura Mariæ manifestata est in tempore Dominicæ passionis: nam cum omnes Apostoli vacillarent à fide, ipsa immobiliter perseverauit in fide. Et hæc ipsius statura comparatur palmæ, id est, Dominicæ cracis arbori triumphali: quia pro rectitudine perseverantiæ suæ collata est ei hæc gratia, vt nominis eius deuota inuocatio, sicut signum crucis Dominice, malignos spiritus terreat & expellat. Bern. super illud Cant. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata: Non sic timent hostes visibiles quamlibet castrorum aciem ordinatam, sicut aërez potestates Mariæ vocabulum, patrociniū, & exemplum. Fluunt & pereunt sicut cera à facie ignis, vbicumque inuenerint huius nominis crebram recordationem, deuotam inuocationem, sollicitam imitationem.

Propter huiusmodi seruitia quæ nobis impendit de singulis membris suis gloriosa Virgo, videtur propterea petere cum filio suo mercedem suam à nobis Zach. 11. dicens: Si bonum videtur in oculis vestris, afferite mercedem meam: si non, quiescite, vt saltem malum pro bono vel odium pro dilectione meam non rependantis. Cuiusmodi autem seruitia debemus ei ex corde & ore & sensibus vnuerfis, vel quales esse debeant qui dignè seruire volunt reginæ cœlesti, assignabimus infra, prout ipsa quæ est pincerna gratiæ, proponabit.

CAPVT III.

Quomodo debeamus seruire Mariæ de corde.

DEbeamus igitur beatæ Virgini fidem signiferam virtutum omnium, quam ipsa primò dicitur scire. I. mitus requirit à nobis, vt sanctificatam in matrem de Matris vtero credamus firmiter: & hoc citò, vt piè credatur, postquam carni eius anima est infusa, iuxta illud Psal. Adiuuabit eam Deus manè diluculo. Per manè significatur principium vite eius in vtero matris: & per diluculum, ablatio suæ discussio originalium tenebrarum. Vel per manè amotio dictarum tenebrarum: & per diluculum, virtutum claritas, quæ tunc infusa sunt ei. Hoc autem adiutorium sola beata Trinitas quæ creauit eam, eidem potuit exhibere: nam ipsa speciale est opus Dei. Credamus etiam, quod nata

nata est tota sancta: unde natiuitas eius ortui sideris comparatur. Num. 24. Orietur stella, &c. Credamus insuper, quod immaculatam & sine peccato vitam duxit in mundo, præseruata à sapientia Dei, quæ non intrat in animam maleuolam, nec habitat in corpore subdito vitiiis & peccatis: ipsam enim velut pupillam oculi semper ab omni nociuo Deus Trinitas custodit. Unde dicit de ea: Nocte ac die seruo eam. Indignatio non est mihi. Isa. 27. Credamus etiam, quod virginitatis exitit primiceria, quod sine corruptione facta est fecunda, sine grauiamine grauida, sine dolore puerpera, quod sola virgo & mater Dei, quod nulla alia: quia illi soli hoc priuilegium debebatur. Item quod peccare non potuit, ex quo Deum concepit. Quare titulo de priuilegiis eius, & sic credenda sunt cætera omnia quæ de ipsa credit & prædicat Ecclesia Catholica, quibus totus respectus est liber iste. Sentiendum est etiam de tanta Domina in bonitate cordis, sicut de Domino dicitur Sap. 1. quod est illa omnia, quæ de ipsa non intelliguntur, venerari & pie credere: nam infinita sunt circa beatam Virginem, quæ excedunt intellectum humanum. Unde & tot ortæ sunt hæreses circa puerperium eius in eorum scilicet cordibus, qui humana sine ratione naturali & sensu, proprio supercilio se voluerunt discutere, & inuestigare, quod supra hominem est, contradicente Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? eius, id est, Mariæ, quomodo scilicet ipsa eum genuit qui se fecit, iuxta illud: Homo natus est in ea, per incarnationem: & ipse fundauit eam, per creationem.

2. Debemus etiam sapienter considerare de bonitate eius, si dilexerimus ipsam, & seruierimus ei, iuxta illud Psal. Ponite corda vestra in virtute eius, &c. non in virtute propria: quia maledictus homo qui confidit in homine, se scilicet, vel alio. Ierem. 17. nam ipsa est quæ precibus suis, meritis, & exemplis dat lassio virtutem Isa. 40. & his qui non sunt secundum propriam reputationem, id est, verè humilibus fortitudinem, & robur multiplicat. Et ipsa suggerens hanc confidentiam de seipsa dicit: In me omnis spes vitæ & virtutis. Sicut etiam dicit Augustinus de Domino super illud Psal. Mihi adherere Deo bonum est, &c. neminem permittit Deus cadere, qui ei adheret vero amore. Item illud, Projice te in Deum, & hoc sapienter: quia non est aded crudelis vt se subtrahat, & te cadere permittat. Sic dici & credi potest de beata Maria testimonio eorum qui sepe experti sunt.

3. Debemus etiam sperare in eam: quoniam mater est sanctæ spei. Quare hanc auctoritatem titulo, quod Maria dicitur mater. Item sicut verè de filio dicitur Proverb. 19. Qui sperat in Domino, subleuabitur, sic dici potest de matre: qui sperat in Domina, subleuabitur, id est, sursum leuabitur in præsentem supra carnem, mundum, & diabolum per gratiam: & sursum leuabitur per gloriam in futuro.

4. Debemus etiam beatæ Mariæ charitatem & dilectionem, vt vir Catholicus dicere valeat de Maria illud quod dicitur de sapientia

Sapient. 1. Super salutem & speciem dilexi eam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Sic expone: Super salutem corporis & speciem cuiuslibet rei temporalis: quia sicut dicitur Proverb. 8. Pretiosior est cunctis operibus: & omnia quæ desiderantur, non valent ei comparari. Item Sapient. 7. Non comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena exigua. Item Prou. 3. Melior est acquisitio eius negotiatione argenti & auri, &c. Dilexi eam: nam omnis istorum temporalium acquisitio deficit homini in necessitate extrema. Sed beata Virgo nec in vita, nec in morte deest amatoribus suis, imo prout frequenter legitur in miraculis suis, ipsorum animas de corporibus exeuntes benignè suscipit & protegit ab incurfu malignorum spirituum. Unde de sapientia, & congruè potest intelligi de Maria, dicitur Sapient. 10. Eos qui se amant, à doloribus conseruabit. Item de hoc textu sumitur illud Resp. quod canitur de beata Virgine: Super salutem & omnem pulchritudinem dilecta es à Domino, &c. vel electa es à Domino. Super salutem enim est electa à Domino. Nam Dei filius potuisset carnem assumpsisse, quæ nec infirmitati, nec morti foret obnoxia. Sed super illam salutem, hanc elegit infirmitatem, vt de beata Virgine electa & dilecta sumeret carnem infirmam. Quam & super omnem pulchritudinem elegit: quia licet multæ filie congregauerunt diuitias, ipsa supergressa est vniuersas. Quam sic pulchram fecit Spiritus sanctus, vt super filias omnes speciosa esset plenitudine gratiarum. Sequitur: Et proposui pro luce habere illam. Quare titulo, quod ipsa dicitur lux. Sequitur: Quoniam inextinguibile est lumen illius, quo scilicet lumine ipsa suos illuminat amatores & imitatores, dicens cum filio Ioan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, quod est inextinguibile. Sequitur: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et hoc præcipue intelligendum est de bonis gratis, quæ vera bona sunt. Venerunt scilicet à Deo omnium bonorum largitore, qui quidquid boni dat creaturis suis, per manus matris Virginis vult transire. Unde sequitur: Et innumerabilis honestas per manus illius: nam ipsa aperiente manum suam, implentur omnia benedictione, id est, bona datione. Propter hoc studendum esset cognitioni Mariæ: nam qui eam cognosceret, eam diligeret, & amator eius ipsa mediante omne bonum necessarium in præsentem perciperet à filio, & vitam æternam in futuro, cuius arrha sunt gratiæ & virtutes.

Item diligenda est Maria: quia diligit diligentes se. Unde dicit cum filio Proverb. 8. Ego diligentes me diligo. Vt amator eius de ea dicere valeat illud Sapient. 7. Hanc amaui & exquisiui à iuuentute mea, ex quæsiui sponsam eam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius. Hanc amaui corde & exquisiui, id est, ex toto me quæsiui, studendo in scripturis quæ de ea loquuntur, inuestigando

gando diligenter magna eius, de ea meditando; ipsam iugiter exorando, ad eius honorem operando, vt honestè ei desiderium à meretriciis voluptatibus meipsum sollicitè obseruando. Et quæsiui sponsam mihi eam assumere, id est, illam amore casto fructuoso & indiuiduo mihi copulari. Et talis dilectio spiritualis est, non carnalis. Et amator factus sum formæ illius, id est, illius formosissimæ, cui dicit sponsus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Item de dilectione eius congruè potest exponi illud quod de sapientia dicitur Sapient. 1. Præposui illam, id est, Mariæ dilectionem; regnis & sedibus, id est, potentiis & dignitatibus, hoc est, propter eam contempti quidquid in mundo est gloriæ, honoris, & diuitiarum, sicut multi ad literam fecisse leguntur pro eius amore, nihil omnia reputantes, vt ipsam lucrifacerent. Ad Phil. 3. Omnia detrimentum feci, &c. Nec solum omnia delectabilia contemnere sufficit aut relinquere pro amore eius, sed & contumelias, molestias, iniurias, & huiusmodi, pro ipsa patienter sustinere: quia sicut dicitur Prou. 12. Qui negligit damnum propter amicum, id est, Christum, & propter talem amicum, qualis est Maria, iustus est. Sequitur: Nec comparavi illi lapidem pretiosum, id est, quemlibet sanctum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, id est, omnis spiritus respectu Mariæ est sicut arena respectu auri. Et tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu eius, id est, mundi sapientie & eloquentes respectu sapientie & eloquentie eius. Ipsa est enim ista pretiosa margarita Math. 13. pro qua omnia quæ habentur, vendenda sunt vt ematur, id est, omnia emolumenta vitæ præsentis contemnenda, vt ei seruientur.

Item alia causa. Si quis obligatus esset multis debitis, & haberet vnam peciam terræ quæ sine cultura sine fermentatione in vno anno tantum fructus afferret copiam, quod posset de fructu illo soluere totum debitum, & semper viuere de residuo, multum diligeret peciam illam terræ. Talem fructum protulit nobis Maria quæ est terra nostra, id est, nobis data, quo scilicet fructu redempti sumus ab obligatione gehennæ, & de quo viuere abundantè possumus in æternum. Propter hoc dicitur Deuter. 8. Benedicas Domino Deo tuo pro terra optima quam dedit tibi. Multum ergo debemus diligere Mariam quæ talis terra est, & fructum eius, nec eam cambiare pro alia voluptate.

Item dilectio Christi & ipsius Mariæ vnica est, non tamen priuata, sola, non solitaria, participata, nec diuisa, communis & singularis, cunctorum singulari, & singulorum tota, nec participatione decrescens, nec vsu deficiens, nec tempore veterascens, antiqua & noua, affectu desiderabilis, experientia dulcis, fructu æterna, iocunditate plena, reficiens & satians, nec vnquam fastidium generans.

Item in principio Canticozum distinguuntur tres causæ quare adolescentulæ diligant & diligere debeant beatam Virginem, vbi sic legitur: Quia meliora sunt vbera tua vino, frata.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Maria.

grantia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: idèd adolescentulæ dilexerunt te nimis. In hac verborum serie sub hac distinctione, quia tres colliguntur clausulæ quibus tres causæ redduntur, propter quas ab adolescentulis beata Virgo plurimum diligitur: & hæc duæ dictiones, quia & idèd, sese respiciunt. Possunt autem esse verba filij ad matrem. Possunt esse verba Angelorum ad Virginem, qui videntes adolescentulas assistentes Virgini, dicunt ad eam: Ideo istæ adolescentulæ dilexerunt te nimis, id est, plurimum: quia meliora sunt vbera tua vino: quia vbera tua fragrantia sunt vnguentis optimis: quia oleum effusum est nomen tuum. Adolescentulæ verò dicuntur fideles animæ nouellæ per gratiam, non vetulæ per culpam, non senio steriles, sed donis fecundæ spiritualibus, fortes, non vt anus debiles, non cuturæ stantes oculos suos declinare in terram, sed per cælestem desiderium rectæ & ad cælos erectæ. Animæ istæ piæ deuotionis obsequio beatæ Virgini semper assistunt diligentes eam, & diligentes in ea has dilectionis causas potissimas, videlicet quod meliora sunt vbera eius vino: melioris enim, potentioris & vtilioris efficacitæ sunt vbera beatæ Virginis quam vinum: nam vinum inebriare potest hominem, vt præteritarum sit immemor offensarum, & sic facilis ad condonandum & largus ad donandum. Vbera verò beatæ Virginis Deum quasi inebriare potuerunt: nam postquam de matris vberibus lac bibit, ac si tum lactis dulcedine dulcedinem potasset misericordie, proiecit ab oculis suis peccata nostra post tergum, & factus est largus ad dandam veniam peccatorum, largus ad dandam gratiam & operum iustitiam. Idèd quoque beatam Virginem diligit iuuentulæ: quia eius vbera fragrantia sunt vnguentis optimis: nam in vberibus eius fragrat odor iugentis vbera, qui delibatus vnguentis optimis cum plenitudine charismatum & medicinalium gratiarum, venit ad sponsam leprosam, Ecclesiam scilicet vel animam peccatricem, vt eam ab omni lepra sanaret, quam facto sibi coniugio copularet. Idèd quoque ab adolescentulis beata Virgo merito diligitur: quia oleum effusum est nomen eius: nam sicut oleum omnem liquorem supernatas, sic nomen eius & inuocatio nominis omnium sanctorum nomina & inuocationes nominum superexcellit & superat, in efficacia subventionis, & obtentu diuinæ gratiæ, & demonum fuga.

Item de dilectione Mariæ pauld post subditur Cant. 1. Memores verborum tuorum super vinum, recti diligunt te. Quia enim superius dixerant Angeli ad beatam Virginem: Idèd adolescentulæ dilexerunt te nimis: quia meliora sunt vbera tua vino, ne in sanctis animabus quas adolescentulas vocabant, nomen feminini generis aliquid infirmitatis inueneret, eandem sententiam replicant, & eandem animas quas vocaberant adolescentulas, rectos vocant, quasi viriles, non effeminatos, rectos, non senectute vitiosa curuatos: & dicunt. Recti diligunt te, memores vberum tuorum super vinum. Ac si dicat: Idèd diligunt te,

E s quis

quia in memoria sua fixum gerunt, quod meliora sunt vbera tua super vinum, sicut in præmissis est expositum.

Item diligenda est Maria & specialiter honoranda: quia ipsa med ante forma diuina sponte venit ad hominem sponte deformatum, gratia gratis ad gratiam ingratum, medicina non rogata vltro venit ad ægrotum, virtus ad infirmum, sapientia ad fatuum, sanctificatio ad immundum, veritas ad mendacem, pietas ad inuicemcordem, pax ad rebellem, misericordia ad impium, charitas ad inimicum, iustitia ad inuitum, non vt eum secundum suam iustitiam indicaret & damnaret, sed vt eum in sua inuitia substitueret, & secundum se formaret. & formatum secundum se tandem glorificaret in se. Ad id enim forma Dei venit in carnem, vt tibi prius in spiritu, post etiam in carne illos conformaret, quos præcuiuit & prædestinauit Deus Pater conformes fieri imaginis Filij sui. Ad Rom. 8. Hæc ergo forma formosa ex pietate sola se vniuit materiæ tam infirmi, nec modo infirmi, sed & deformatæ. nec deformatæ quidem ex vlla necessitate, sed ex sola propriæ voluntatis voluntaria perueniente.

Item diligenda est Maria: quia per ipsam facti sumus de nihilo aliquid noui de verustis, & de damnatis & mortuis beati & æterni. Et propter hoc comparatur ipsa auctoræ, quæ consergens omnibus rebus reddit colores proprios: quia omnia de nocte quasi vnius coloris sunt: sic & in ortu Mariæ meliorari inceperunt omnia.

Item diligenda est: quia per partum ipsius liberavit Deus Pater pauperem à potente, id est, hominem à diaboli potestate. Vnde de Christo dicit Pater. Liberavit, vel liberabit Dominus pauperem à potente, id est, à diabolo, qui cum in sua natura potens sit, vnde Iob vltimo, Non est potestas super terram quæ ei valeat comparari, peccator facit eum potentior: quia facit vt potentia eius habeat effectum: nisi enim homo incuruet se, non potest diabolus ascendere. Ioan. 8. Si filius vos liberaverit, verè liberi eritis. Pauperem dico & talem pauperem, cui non erat a tutor alius: quia nec homo, nec Angelus, nec lex, nec liberum arbitrium poterat eum liberare, nisi leo de tribu Iuda Apo. 5. Eccl. 5. Respicies eram ad adiutorium hominum, & non erat. Et nota, quod pauper est peccator: quia spoliatus gratuitis & vulneratus in naturalibus. Potens est autem peccatum: quia rex. Vnde Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Ab hoc potente hic pauper liberatur à Domino: quoniam ei infunditur voluntas penitendi. Ideo clamare ei debes iugiter: Libera me de sanguinibus, &c. Verè talis pauper: quia carens suffragiis Ecclesiæ.

Item diligenda est Maria: quia per ipsam promittit Eccl. 24. Qui audit me, non confundetur. Glossa: Audit, id est, obedit. Qui audit me, id est, qui studet propriæ informationi per auditum verborum meorum & eorum inuestigationem, non confundetur, per auditum verbi asperi. Matth. 25. Ite maledicti, &c. Vel, qui audit me, hic ostenditur

fructus imitantium verba Mariæ: non confundetur. Confusio stultorum est, verba sapientiæ non habent confusionem: sapiens enim non penitebit. Verba autem sapientiæ sunt verba Mariæ quæ os suum aperuit sapientiæ. Prouerb. in fine: Quære titulo de verbis eius. Vel, qui audit me, in paupere vociferante, vel prædicatore docente: non confundetur, id est, non patietur repulsam, quod est magna confusio sapienti, quando aliquid petierit in nomine Filij mei, scilicet quod pertinet ad salutem. Vel, non confundetur, mala confusione, qua soli impij confundentur in iudicio filij mei: quia astabo pro eo. Obedientibus enim matri dicitur est filius: Venite benedicti, &c. Matth. 25. Vel, qui audit me, deuotè auscultat seruitium meum. Vel, qui audit me, id est, acquiescit consilio meo, de quo dicitur Eccl. 21. Consilium eius quasi fons vitæ permanet, id est, quasi fons vitæ semper scaturiens. Et nota, quod principaliter duobus locis inuenimus, quod Maria obedientiam consilijs suis petiit exhiberi, scilicet Eccl. 24. vbi dicit: Transite ad me omnes, &c. Et Ioan. 2. vbi dicit ministris: Omnia quæcūque dixerit vobis, facite. Et subiungit paulo post qua vtritate, dicens: Qui audit me, non confundetur. Et nota, quod in hac auctoritate, Qui audit me, &c. promittit ipsa tribus generibus hominum retributionem. Deuotè audientibus verba sua: vnde, Qui audit me, non confundetur. Et imitantibus eius gloriosa exempla: vnde, Et qui operantur in me, id est, propter me, vel in me, id est, ad exemplum mei: non peccabunt. Vel qui operantur in me tanquam super fundamentum, opera mea accipientes in exemplum. Item prædicantibus eius excelsa præmia: vnde, Et qui elucidant me, &c. Primis promittitur præmium liberans à pœna: vnde, Non confundetur. Secundis præmium iustificans à culpa: vnde, Non peccabunt. Tertijs præmium æternitatis in gloria: vnde, Vitam æternam habebunt. Propter hoc etiam dicit Prou. 8. Beatus homo qui audit me.

Nota, quod multa sunt consilia Mariæ quibus consultit nobis animarum salutem. Vnde dicit Prouerb. 8. Meum est consilium & æquitas, &c. Ipsa est enim Rebecca quæ dixit filio suo Iacob Genes. 27. Fili mi acquiesce consilijs meis, &c. Et nota, quod Rebecca Iacob, qui interpretatur luctator vel supplantator, appellauit filium suum, non Esau: quia soli luctatores & supplantatores vitiorum filij Mariæ sunt digni hereditate ipsius, & soli tales possunt vocare Mariam matrem suam.

Primum, vt faciamus penitentiam quæ notatur in præparatione hærdorum, quos sibi iussit afferri à filio suo, qui sic acquisiuit benedictionem Isaac Patris sui, obediendo scilicet consilijs matris suæ. Secundum, vt fugiamus diabolum volentem occidere nos, qui signatur per Esau, sicut Esau ille volebat occidere Iacob. Tertium, vt cito reuertamur ad Dominum si recesserimus ab eo per peccatum. Vnde Neemias 2. Rex & regina dixerunt Neemias: Quando reuertetis, & vsque ad quod tempus erit iter tuum? Tanquam si dicerent ei, Festina reuerti.

Quartum, vt obediamus sacerdoti & diuino nuntio, sicut ipsa Gabrieli dicens: Ecce ancilla Domini, &c. Quintum, vt fugiamus strepitum mundi, & diligamus vitam solitariam, sicut ipsa in cella orabat, quando Angelus ingressus est ad eam, sicut dicit beatus Bernardus. Sextum, vt quando laudamur, terreamur magis quam exultemus, & cogitemus vtrum dignè vel indignè, sicut ipsa cogitabat qualis esset illa saluatio. Septimum, vt constanter persistamus quilibet in statu suæ professionis, sicut ipsa post votum virginittatis constanter respondit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Octauum, vt quilibet suam voluntatem diuinæ voluntati conformet, sicut ipsa fecit respondens: Ecce ancilla Domini, cuius est velle quod Dominus eius vult. Nonum, vt quilibet spiritibus terrenis appetat cœlestia. Vnde concepto Domino ascendit in montana cum festinatione. Decimum, vt nobiliores & maiores etiam minoribus se seruiant & ministrent, sicut ipsa ministravit Elizabeth. Vndecimum, vt mulieres pulchræ & nobiles non contemnunt viros suos, sicut Vasti Assuerum, sicut ipsa fabro non contempsit desponsari, quamuis esset de progenie regali.

Debemus vocari obedire consilijs suis, & accedere ad vocantem nos. Ad Hebr. 12. Videre ne recusetis loquentem. Et hoc duplici de causa. Propter reuerentiam eius: quia regina est. Et propter periculum nostrum, qui inter demones & malos homines habitamus & viuimus in peccatis. Qui enim iustus est, ad illam debet confugere, vt dicere possit illud Cant. 2. Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi, &c. Vt impleatur illud Michæ. Sedit vir subter vineam suam, id est, securus erit per auxilium Virginis. Sic peccator debet ad eam confugere: quia ipsa est ciuitas refugij. Quære retro causa. 25. de protectione eius. Nolentibus enim ei obedire dictura est aliquando illud Prou. 1. Despexisti omne consilium meum, &c. ego quoque in interitu vestro ridebo. Omne consilium meum, id est, consilium meum, quod est omne bonum.

Item debemus ei reuerentiam, ne videlicet coram oculis eius aliquid indecens cogitare, desiderare; consentire, aut facere audeamus: ne illos misericordes oculos qui non possunt respicere ad iniquitatem, auertas à nobis. Ideo Abacuc 1. dicitur filio & matri: Mandi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Eccl. 42. Non præterit illam omnis cogitatus, & non abscondit se ab ea vllus sermo. Ad Hebr. 10. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Item idè de ipsa quæ verè est fortis mulier, dicitur Prou. in fine. Considerauit semitas, id est, secretas cogitationes conscientiarum, domus suæ, id est, familiaris suæ. Cauendum igitur ne coram ea etiam cogitemus, necdum faciamus turpia, noxia, vel iniqua: peruersæ enim cogitationes sperant ab ea & à filio eius. Sap. 1. Et nota, quod dicit peruersæ, id est, penitus auersæ à Deo, quales sunt cogitationes infidelium, hæsitantium, simulantium, contentiosorum, superbiorum, inuidiorum, auarorum, quæ impediunt aduentum gratiæ, & fugant à corde gratiam iam receptam. Ideo etiam dicit ipsa Prouerb. 8. Eruditis intersum cogitationibus, eruditus, id est, discretus, disponens & dirigens eas: sed aufert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Sapient. 1. Quæ intus non legunt mala, quæ intus latent: sed tantum superficialiter ea quæ cogitant, considerant.

Item debemus ei timorem: non enim de mitissima eius humilitate ita præsumendum est, quin & summæ dignitatis eius timor & reuerentia debeantur. Etsi enim ipsa est quæ de se dixerit, Ecce ancilla Domini, nonne eadem est, quæ regem gloriæ & Dominum maiestatis sic legitur allocuta Luc. 2. Fili quod fecisti nobis sic? Ipsa etenim est spirituale sanctuarium Domini, de quo ipse dicit Leuit. 26. Custodite sabbata mea, & pauere ad sanctuarium meum, &c. Eodem 19. Vniuersique matrem & patrem suum timeat. Sicut enim de filio dicitur, Ecce oculi Domini super metuentes eum: sic dici potest & de matre, Ecce, &c. Quasi diceret: In aperto est, quod oculi Domini, id est, respectus misericordiæ: & dicit pluraliter oculi, propter multiplicem effectum misericordiæ eius: super metuentes eam, id est, super humiles qui timent & cauent offendere eam. Sed quia timor solus sine spe non est bonus, idè sequitur: Et in eis qui sperant super misericordiâ eius. Sed ad quid timendum & sperandum sit de ea, subdit: Vt eruar à matre culpæ præsentis & pœnæ æternæ, animas eorum, non solum corpora à pœna præsentis: & vt alat eos in fame, verbi Dei. Amos 8. Vel in fame, id est, in tempore famis æternæ, sicut promittit & comminatur Isa. 65. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis, &c. Item Eccl. 34. Oculi Domini ad timentes eorum. Protector potentis, &c. Dicamus & nos: Oculi Domini ad timentes eam: protectrix potentis, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbra meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam & benedictionem. Omnia beneficia ista & alia multa plura impendit ipsa timentibus eam. Sic expono.

Et nota vndecim bona quæ exemplo filij facit ipsa timentibus se. Protegit enim eos potenter ab omni aduersitate, vt supra causa. 24. Vel protegit potentiam quam dedit eis ab benedicens, & ad declinandum à malo: quia sicut dicit Gregorius, cito bonum perditur, quod à largiente non custoditur. Vel protegit eos contra potentiam malignorum spirituum. Firmamentum virtutis: quia dat firmamentum virtutibus quas suis orationibus impetrat eis à filio, & confirmat eis ipsas virtutes. Tegimen ardoris: quia misericorditer in nobis refrigerat concupiscentias quas diabolica suggestio inflamat. Vmbra meridiani, id est, refugium contra æstum persecutionis ventis & feruentis, sicut sol in Meridie vrit & feruet. Vel contra incontinentia libidinis. Deprecatio offensionis: quia deprecabilis est super offensionem peccatorum. Vel quia pro offensionibus

6. Maria debet timere

Maria vna dicitur bona confert timentibus se

sione hominum filium deprecatur. Et adiutorium eius: quia timentibus se præcauet à caui, id est, ne cadant in peccatum, vel in infernum. Et etiam erigit eos si forte ceciderint. Vnde orat eam Ecclesia: Succurre cadenti, surgere qui curat populo. Exaltans animam timentis se à terrenis quæ facit contemnere, ad cælestia quæ facit appetere: quia de stercore eleuat pauperem spiritu, id est, humilem, ut sedeat cum principibus, id est, Angelis & sanctis, & solium gloriæ teneat. Et illuminans oculos mentis, intellectum scilicet, & affectum, ad cognoscendum & diligendum Deum, se & proximum. Dans sanitatem conscientie & vitam gratiæ. Et benedictionem gloriæ. Et nota, quod hæc omnia fecerat filius matri, quando concepit ipsum. Quare ibi, Spiritus sanctus superueniet in te.

8. Item debemus & humiliationem, ut humiliemur sub potenti manu eius, ut non exaltet in tempore visitationis: quod inuimus, cum flexis genibus & expansis manibus adoramus coram memoria eius. Flexio genuum signum humilitatis, expansio manuum opera largitatis. Ad litteram enim quoties salutamus eam, vel transumus ante eius templa, vel imagines, siue altaria, debemus genu flectere, caput nudare, & humiliari coram ea sicut serui coram Domina, sicut adolescentulæ coram regina. Ideo dicit Eckebertus abbas: Creatoris matrem omnis creatura magnificet, & eius regis maiestati se inclinet cælum & terra, & omnes qui habitant in eis. Neemias 8. dicitur de Iudeis: Incuruati sunt & adorauerunt Dominum prout in terram. Sicut enim factum est ibi Domino, sic debet fieri Domina, id est, Mariæ.

9. Item de Maria debemus assidue cogitare & meditari: quia cor eius assidue meditari & cogitat de nostra pace & salute: unde dicit cum filio Ierem. 29. Ego cogito cogitationes pacis, &c. Ipsa est enim princeps illa de qua dicitur Isa. 32. Princeps ea quæ sunt digna principe cogitabit, scilicet cogitationes pacis & non afflictionis. De cogitatione enim eius qua cogitat nobis bonum, dicitur Eccl. 24. A mari abundauit cogitatio eius, & consilium eius in abyfso magna. A mari enim, id est, supra mare, abundauit cogitatio eius, qua cogitat nobis bona: quia non potest à sensu humano comprehendi, sicut nec mare potest exhaustari: & consilium eius, quo saluti humanæ, in abyfso magna: quia inuestigari non potest. Quis enim inuestiget efficaciam verbi ipsius, quo prouidit infirmis salubriter, quando omnium medicinam verbo concepit mirabiliter. Aliter: A mari abundauit cogitatio eius, id est, quæ est de ea, vel quam habemus meritis eius, abundat in nobis mare penitentiarum: & consilium eius in abyfso magna, id est, profundum est, & de profundo charitatis proueniens consilium eius. Vel consilium eius in abyfso magna, id est, in magnitudine & multitudine peccatorum non restat nisi refugere ad ipsam. Duplex autem consilium dat ipsa peccatoribus. Vnam Eccl. 24. Transite ad me omnes, &c. Aliud Ioan. 1. Omnia quæcumque dixerit vobis filius meus, facite. Ideo

dicitur peccatoribus. Ierem. 23. In nouissimo intelligetis consilium eius quod modo despiciatis. Prou. 1. Desperistis omne consilium meum, id est, consilium meum quod est omne bonum, id est, plenum omni bono. Dicit ergo: A mari, id est, plusquam mare, abundauit cogitatio eius: quia sicut impossibile est humano sensui cogitare vel dinumerare guttas maris, vel bibere totum mare, sic impossibile est & longè amplius humano capere intellectu charitatem, pietatem, humilitatem, & cætera quæ pertinent ad Mariam. Vel: A mari abundauit cogitatio eius, id est, de eius bonitate, id est, plusquam mare: facilius enim posset mare exhaustari quam Mariæ bonitas perfecte cogitari: cogitatio enim eius, id est, quæ est de ea, maior, melior & excelsior est omni cogitatione. Quis enim sufficiat cogitare profunditatem humilitatis eius, quæ cum Dei mater annuntiat, responderet: Ecce ancilla Domini. Quis comprehendere valeat excellentiam charitatis eius, cum à filio increpatur dicente, Quid mihi & tibi est mulier? & tamen defectum vini miserans, & verendiarum ministrorum compatiens, consulit eis: Quodcumque dixerit vobis, facite. Quis æstimare possit immensitatem pietatis eius, cum filium crucifigi videret, nec reclamaret, sciens passionem filij humani generis salutem operari.

Debemus igitur & nos, quantum permittit humana fragilitas, frequenter & assidue de illa cogitare, & in cogitatu nostro tractare de his quæ ad eius pertinent gloriam & honorem. Sap. 6. Cogitare de illa, sensus est consummatus: & qui vigilauerit propter illam, citò securus erit. Eccl. 31. Cogitatus illius aufer somnum, peccati scilicet. Item Eccl. 43. In sermone eius, id est, ipsa pro nobis orante, siluit ventus, id est, cessauit diabolica tentatio, & cogitatione sua, quando fideliter scilicet & deuotè cogitamus de ea, placauit abyfsum, id est, cor peccatis profundum & tentationibus obtenebratum. Prou. 3. In omnibus viis tuis cogita illum, scilicet Deum: & ipse dirigit gressus tuos, id est, reget opera. Hoc idem potest dici de matre. Tob. 4. Omnibus diebus via tua Deum in mente habe, supple, & matrem eius: & caue ne aliquando consentias. Quasi diceret: Per talem recogitationem facile poteris cauere à peccato.

Debemus etiam Mariæ iugem memoriam. Vnde ipsa dicit Eccl. 24. Memoria mea in generatione seculorum. De hac memoria dicitur Eccl. 49. In omni ore quasi mel indolcorabitur eius memoria. In Psal. Memoria abundantiarum suauitatis tuæ eructabunt. Dicit ergo: Memoria in generationes seculorum, id est, in hominibus qui per generationem sibi succedunt: & tamen sunt seculorum, quia permanent in æternum, qui debito modo mei memoriam habent. Ideo dicitur ei Isa. 26. Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animarum. Osee vlt. Memoriale eius sicut vinum Libani, id est, mirabiliter delectans, suauiter inebrians, & virgines germinans. Zachar. 9. Quia Libanus intelligitur candor, & designat virginitatem. Vel sic in generatione seculorum, id est, hominum, quorum vna est generatio

ratio, tamen duplex seculum secundum status merendi & accipiendi. Quasi diceret: In memoria habebor à sanctis qui permanent in vitro seculo: si enim memoria iusti cum laudibus Prouerb. 10. quanto magis memoria Virginis, per quam nobis Christus factus est iustitia. 1. Corinth. 1. Vel, seculorum dicit propter duplicem statum, exilij scilicet & libertatis: iustum enim est ut iugiter habeamus memoriam eius. Vnde dicitur. 4. Sap. immortalis est memoria eius, id est, castæ generationis, vel Mariæ: quæ exemplo suæ virginitatis in alijs generat castitatem, & quæ salua castitate genuit Saluatorem, quia apud Deum nota est: quod non esset, nisi esset pulchra valde. Amicus enim non libenter memoratur amicæ suæ, nisi sit pulchra valde in oculis suis: quoniam apud Deum qui est immortalis & nihil obliuiscitur, nota est notitia approbationis, & apud homines pulchra generatio proprie est generatio sanctorum, vel Mariæ & cæterarum virginum.

10. Debemus etiam nostræ mentis intuitum iugiter ad eam dirigere, & ad ipsam intuendam spirituales oculos attolere. Vnde Eccl. 4. Qui intuetur illam, id est, sapientiam, vel Christum in cruce, vel ipsam Mariam, intuetur, inquam, oculo fidei & veræ dilectionis, ut ad eam iugiter stillet oculus serui sui Iob. 16. permanebit confidens in die iudicij, ut etiam dicere possimus illud, Mat. 8. Domina nostra ad te sunt oculi nostri, ne percamus. Item illud. 2. Paral. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, ut oculos nostros dirigamus ad te. Item vt de ea dicamus: Prouidebam Dominam in conspectu meo semper, &c. Nota, quod intellectus & affectus noster, duo sunt oculi, quibus filium & matrem debemus pariter intueri, sicut acies oculorum corporalium ad idem pariter diriguntur: sed multi oculum sinistram, id est, intellectum vertunt ad cælum per studium, & dextrum, id est, affectum vertunt ad terram. Hi sunt qui seruis, inueniunt cum Naas, id est, diabolo. 1. Reg. 5. qui eis eruit oculos dextros à capite, id est, Christo.

11. Quia cor eius exultat de nostra emendatione, & cor nostrum congratulari ei debet de gratia quam inuenit apud Deum, & de cæteris bonis quæ data sunt ei. Ideo designatur per Saram quæ dicit Gen. 21. Risum fecit mihi Dominus: & quicumque audierit, corridebit mihi. Risum enim fecit Dominus Mariæ in conceptione Saluatoris, cum & ei & in ea nobis arrisit, vel cum tam ei quam nobis dedit ridendi & gaudendi materiam. Vnde & in partu eius dixit Angelus ad pastores: Annuntio vobis gaudium magnum. Luc. 2. Eccl. 51. Letatum est cor meum in illa, & ambulauit pes meus, id est, affectus, iter rectum scilicet mandatorum Dei. Ecce fructus huius gaudij. Ideo etiam dicit beatus Ansel. quod assidue roganda est Maria, vt & congratulatio beatitudinis eius sit semper apud nos, & compassio miseris nostræ semper sit apud eam.

12. Debemus etiam ei de corde compassionem, & tam matri quam filio condolare & compatiri: quia & Christi passio & Mariæ compassio, cu-

ius animam filij gladius pertransiuit, à nobis exigunt compassionis affectum: quia si compatimur, & conregnabimus. 2. Tim. 2. Et si fuerimus socij passionum, erimus & consolationum. 2. Cor. 1. Sic etiam honoratur à nobis filius si compassi fuerimus matri. Vnde Eccl. 1. Honora patrem tuum, scilicet Deum, & gemitus matris tuæ, scilicet Mariæ, ne obliuiscaris.

13. Debemus etiam nunquam ipsam obliuioni tradere: quia ipsa nunquam obliuiscitur sui memores. Vnde dicit Isa. 49. Nunquid obliuisci potest mulier, &c. Titulo, quod Maria dilexit sui memores. Vnde Psal. Si non meminero tui, scilicet cum amore, & si non proposuero Ierusalem, id est, o tu Maria, in principio lætitiæ meæ, id est, si non est mihi præcipua de te & in te lætitia post filium tuum, obliuioni detur dextera mea, vel obliuiscatur me. Alia litera, dextera mea, id est, vita æterna, de qua dicitur Can. 2. & 4. Dextera illius amplexabitur me. Et interponit conditionem quam necesse est impleri, vt oblitus Ierusalem, id est, vitæ æternæ, vel beatæ Mariæ, detur obliuioni apud Deum, & lingua mea adhaereat faucibus meis, id est, murus fiam à laude Dei, si intermisero laudes tuas, & si non fuerit apud te & de te laus mea in Ecclesia magna.

14. Ad ipsam cum fletu & gemitu debemus suspirare. Vnde dicunt fideles animæ: Fleuimus dum recordamur Sion, id est, Mariæ. Ideo canit ei Ecclesia: Ad te suspiramus gementes & fletus, &c. Gemitus enim & fletus efficacius Christo supplicat & Mariæ, quam verba composita. Vnde Baruch. 3. Anima in angustis, & spiritus anxius clamat ad te. Gregorius super illud Iob. 40. de Behemoth, Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Gregorius: Veraciter orare, est avaros in compunctione gemitus, & non composita verba resonare.

15. Desiderium cordis etiam debemus Mariæ: quia nobis desiderat omne bonum dicens cum Apostolo: Testis est enim mihi Deus, &c. Phil. 1. vt ei dicere valeat seruus eius: Domina ante te omne desiderium meum, &c. Item illud Isa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte præsentis vitæ. Concupiscentia enim illius sicut dicitur de sapientia Sap. 6. deducit ad regnum perpetuum. Præoccupat etiam eos qui se concupiscunt, vt illis se priorem ostendat, sicut ibidem dicitur. Ideo etiam inuitat ad se concupiscentes se. Eccl. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. Istud inuenies expositum in primo sermone de natiuitate eius.

16. Ex toto corde debemus nos seruitio illius constringere. Eccl. 6. Audi fili mi aure cordis, & accipe consilium intellectus, id est, quod confert parum intellectum sine errore. Iniice quasi voluntarius pedem tuum, id est, affectum, in compedes illius. Particularia enim seruitia Mariæ, de quibus agit in hoc loco, quasi quidam compedes sunt, tenentes seruos illius in statu iustitiæ, ne currant ad illicita. Et ne accideris, id est, ne grauitè & rædiosè feras, sed cum hilaritate impleas præ-

cepta sapientia & Maria, in vineulis eius. Item ibidem de sapientia & Maria: In omni animo tuo accede ad illam, id est, omnes cogitationes & desideria in illam conuertere, & in omni virtute tua conserua, id est, corde & opere serua, vias eius, id est, præcepta & exempla, per quæ venimus ad ipsam & ipsa ad nos. Item ibidem: Inuestiga illam, orando, studendo, peritiores interrogando, ad eius laudem operando, & manifestabitur tibi. Et cætera multa. Et tandem subiungitur: Decor enim vitæ est in illa, in præsentia per gratiam, in futuro per gloriam & vincula illius, id est, exempla & seruitia quibus ligamur, ne dicaturamus per campos licentiæ, alligatura salutaris: quia extrahunt à peccato, & trahunt ad salutem æternam.

17. Seruitium eius & laudes nunquam debemus intermittere. Vnde Prouerb. 4. Arripe illam, id est, sapientiam, vel Mariam ad seruiendum ei: & exaltabit te, à terrenis ad cælestia: & glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus: dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclita proteget te. Arripe illam, id est, ad te cape: vel arripe citò & quasi violenter, sicut res diu desiderata quasi cum violentia & quodam impetu solet apprehendi: vel arripe sicut auis nobilis prædam nobilissimam & escam suauissimam. Ideo enim filius matrem subleuauit ad cælum, vt nos ad se traheret. Sequitur: Et exaltabit te ab imo viciorum ad alta virtutum, à terra ad cælum. Et glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus, quasi rem amatam, amplexatus quasi scilicet duobus brachijs, amore & seruitio. Sequitur: Dabit capiti tuo, id est, menti quæ est caput animæ, augmenta gratiarum spirituum, corporalium, & temporalium: & corona inclita, ex rosâ charitatis & patientiæ, ex lilijs castitatis geminæ, ex violis humilitatis & temperantiæ, proteget te: quia per hanc triplicem virtutem protegitur homo ab insultibus viciorum & demonum. Ibidem: Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & seruabit te. Ne dimittas eam, quasi addorsando eam propter meretricias voluptates. Vel ne dimittas eam, id est, ne effugas eam peccando mortaliter: quia non recedit à seruo suo, nisi propter peccatum: ipsa est enim apis. Eccl. 9. Quam fugat fæx peccati. Et custodiet te à violentia diaboli. Dilige eam, & seruabit te, à peccato & hostium oppressione. Item Prou. 27. Qui seruat ficum, id est, Mariam, quæ dicitur ficus propter dulcedinem fructus sui, comedit fructus eius: & qui cultos est Domini sui, glorificabitur. Dicamus Domine suæ. Item Eccl. 7. Noli recedere à muliere sensata, quam sortitus es in timore Domini. Mulier sensata beata Virgo, habens sensum Domini in regendo familiam Ecclesiæ, à qua descendit, qui seruitium illius per negligentiam intermittere, vel quicumque dimissa castimonia sequitur meretricias voluptates, vel generaliter quicumque mortaliter peccat. Quam sortitus es ex dono gratiæ, specialiter ipsam diligens, & ei seruiens, in timore Domini, id est, cum reuerentia, humilitate, & deuotione. Item Eccl. 4. Ne festines recedere à facie eius, neque

permaneat in opere malo. Ne festines recedere à facie eius, id est, à beneplacito: nusquam enim Deus vel ipsa Maria deserit hominem, nisi prius ab ipso homine deseratur: semper enim mater & filius primi sunt in accessu, sed vltimi in recessu, sicut dicit beatus Dionysius. Item à facie eius. Ante faciem Christi & Mariæ sunt, qui ei seruiunt & ministrant, sicut dicit Raphaël Tob. 12. A facie eorum recedere festinant, qui ab eorum seruitio & beneplacito resiliunt, sicut reciduant. Quod si peccando recesserimus, statim reuertitur per penitentiam debemus: quia sicut dicit beatus Cyprianus, vicinatur innocentia festinata correctio. Propter hoc enim mater & filius clamant animæ peccatrici Cant. 6. Reuertere, reuertere Sunamitis, &c. vt intueamur te. Et hoc est quod sequitur: Neque permaneat in opere malo, sicut quidam nolunt conuerti donec seruerint, quibus dicitur Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subitò enim venit ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Item ad continuandum & deuotissimè celebrandum seruitium beatæ Virginis, valet illud exemplum quod narrat Petrus Damianus de quibusdam religiosis, qui ad suggestionem cuiusdam peruersi fratris dicacis & accuratæ eloquentiæ dimiserant seruitium beatæ Virginis, & statim dimisso seruitio eius omnimoda infortunia cœperunt insurgere contra fratres illos, incendia, deprædationes, strages hominum, mortalitas animalium, & huiusmodi, ita quod de vita desperarent fratres illi, & tæderet eos viuere. Quam citò autem ad consilium dicti Petri reinceperunt fratres illi seruitium Mariæ, cessauit ab eis dicta quassatio, & multa deinceps pace & prosperitate gauisi sunt fratres illi, toto corde de cætero Mariæ seruietes.

18. Item debemus seruitio eius ex toto corde intendere. Vnde Psal. Psallite sapienter. Glossa Mariæ officium attende & deuotè persolue dum. Ibi: Insipienter psallit, qui non intelligit, quod psallit. Item ibi: Intende voci orationis meæ, Glossa: Intendentem vel intelligentem Deus intendit. Augustinus: Illud versetur in corde, quod profertur in oratione. Vnde dicitur 2. Paral. 33. Obsecrauit Manasses intentè, & exauditus est. Obsecra & tu intentè matrem & filium, vt merearis exaudiri. Et nota, quod dicit, Intende voci orationis meæ. Vox orationis est desiderium cordis, quod clamat in aure matris & filij: sicut enim non intelligitur quis pro strepitu laborum sine voce formata, sic nec oratio sine voce desiderij. Vnde Gregorius: Quid prodest strepitus laborum, vbi mutum est cor? Non loquitur autem Deo anima nisi per desideria: & quantò profundius & & spiritualius est desiderium, tantò vox altior est, & altius clamat ante Deum. Non est enim qui tam altè clamat voce exteriori, quod vox eius audiatur vsque ad miliarium. Vox desiderij tam altè clamat, quod auditur vsque in cælum. Vnde Exod. 14. dicitur Moysi: Quid clamas ad me? Benè autem clamat, qui verè potest dicere: De profundis clamaui ad te Domine, &c. Et hoc est quando de profundo cordis exit desiderium. Hoc desiderium se audire ostendunt mater & filius, cum quilibet dicit

Isa. 65.

Isa. 65. Antequam clament ad me, sono vocali, exaudiam eos, vt dicere possit vterque de deuotè clamantibus. Præparationem cordis eorum, id est, deuotè clamantium, audiuit auribus tuis. De illis autem qui indeuotè orant vel celebrant seruitium matris & filij, licet multa de ore proferant, & maximas modulationes faciant, dicit mater cum filio Isa. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Nec tales vocant mater & filius clericos, vel canonicos, aut moniales, aut monachos, sed populares, & villanos, &c. Item quia cor Mariæ leui orationicula, dummodo deuota sit, fleat, tur ad pietatem, cum ipsa sit valde compatitur, & super afflictos pia gestans viscera. Nec exemplo Ioseph Gen. 45. diu se valeat continere deuotè & fideliter exorata: & cor nostrum, cum pro ea vel nomine eius postulatur honestum aliquid, facillimè debet concedere quod rogatur.

CAPVT IV.

Quomodo Maria sit seruiendum ex omnibus membris, & ex omnibus sensibus.

1. **V**idendum est de illis quæ debemus ex corde, membris & sensibus. Debemus enim ei de capite & vultu adorationem, demissionem, & inclinationem. Vnde Isa. in fine, videtur ipsa dicere cum filio: Veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea. Videtur etiam de illa dicere filio seruis eius: Adorabo ad templum sanctum tuum. Item Isa. 49. videtur ei filius promittere: Vultu in terram demisso adorabunt te. Si quidem ex quo ad eam inclinati sunt cæli, & rex cælestis ad eam descendit humiliatus, quod innuebat Angelus dicens, Dominus tecum, bene debemus nos miseri vultu eius imagine, vel audito nomine inclinari ad eam: ipsam enim adorantes, filium eius adoramus in ipsa & cum ipsa. Vnde Psal. Adorate Dominum in aula sancta eius. Aula Domini, imò regalo palatium beata Virgo. Istud ad literam fecerunt tres Magi in diuersorio matrem cum filio adorantes, quod factum est palatium regale, cum in eo rex summus natus est. Item Psal. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Debemus etiam inclinare imaginibus suis transeuntes ante eas, intendentes adorare eam sedentem in throno ad dextram filij: quia sicut dicitur in libro Barlaam & Iosaphat, reuerentia imaginis ad exemplar transit ipsius imaginis. Ipsa est enim illa porta. Ezech. 46. ad cuius ostium populus terræ adorabat in sabbatis: nam sabbatum specialis dies est beatæ Virginis. Sed nota, quod cum porta sit humilis, ostium portæ quod Christus est, humile est: quia non nisi per humilitatem ad matrem vel filium peruenitur.

2. De oculis interioribus, id est, mentis intuitu, vt supra. Ad exemplum eius à vanitate eos auertere ipsam exorantes. Auerte o Domine oculos meos, ne videant vanitatem. Ex parte

illius ad se reclamantes misericorditer respicere, iuxta illud Prouerb. 4. Oculos tuos ne transuertras à paupere: & elemosynam pauperis ne defraudes. Tob. 4. Ne auertas faciem tuam ab illo paupere: ita enim fiet vt nec à te auerratur facies Domini, vel ipsius Mariæ. Ad ipsius seruitium reuerenter vigilare. Interest enim beata Maria filiis suis, & multoties vult ad eam in ordine Cistercij dedisse cælestem pietatem his qui vigilanter & deuotè celebraverant seruitium eius. Sap. 6. Qui vigilauerit propter illam, &c. Qui de luce vigilauerit, &c. Quare supra causa. 7. Ipsam cum fletu & gemitu exorare. Vnde canunt ei fideles Ecclesiæ: Ad te suspiramus gementes & flentes. Imagines etiam reuerenter inspicere ad memoriam ipsius cordibus nostris arctius impitendam. Supra dictis enim modis oculos nostros seruitijs eius mancipando, securè poterimus ei dicere: Illos tuos misericordes oculos ad nos conuertere. Et talibus dicit ipsa cum filio illud Iob 16. Videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

3. Ad honorem eius & gloriam auditum nostrum ad quæque obnoxia obturate. Gregor. Sancti grauer tolerant quidquid non sonat id quod amant. Eccl. 28. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Quidquid honesti de ea dicitur, grater audire: quidquid inhonesti, nullo modo auscultare, imò cum omni aueritate siue asperitate dicentes ea redarguere, iuxta illud Psal. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequer. Ideo dicit ipsa Eccl. 24. Qui audit me, non confundetur. Quare supra titulo, quod Mariæ debemus obedientiam. Maria siquidem auris Dei est. Vnde dicitur Christo: Præparationem cordis eorum, id est, pauperum, audiuit auribus tuis, id est, Maria, qua mediante pauperes exaudis, sicut homo audit mediante aures sua.

4. Pro honore matris & filij odores meretricios abhorre & fugere, de quibus dicit Salomonica mulier Prou. 7. Aspersi cubile meum myrra, aloè, & cinnamomo. Idem dicit meretrix vt odore prouocet stultum ad luxuriam. Sed hunc odorem sequitur fetor. Vnde Isa. 3. Erit pro suauis odore fetor. Nota, quod tres species aromaticas nominat, duas amaras, & vnam dulcem, ad designandum, quod in luxuria plus est amaritudinis quam delectationis. Vna amaritudo pertinet ad præsens, secunda ad futurum.

5. Odore boni exempli & efficacis doctrinæ ad ipsam adamandam quos poterimus attrahere ad currendum in odore vnguentorum ipsius, vt cortina cortinam trahat. Exod. 26. & 36. Et qui audit, dicat: Veni Apoc. in fine.

6. Gustum nostrum, vt dignis ei seruiamus, à cibi & potus intemperantia refrigare: quia non est speciosa laus in ore gulosi siue ebriosi. Necessaria victui modeste sumere. Quia sapientia Dei vel gratia non inuenitur in terra, id est, in anima vel corpore, suauiter viuendum, Iob 28. De his quæ apponuntur in mensa, aliquid quod pro ipsa pauperi tribuatur, ventri subtrahere. In parca dieta vigilas eius & sabbata ieiunare. In solennijs eius pauperi

bus pro ea largius erogare. Et talibus conuenit fructus gloriosissimi ventris eius qui in sacramento nostra est refectio, & in futuro nostra erit fructio.

7. De humeris, pro eius honore & dilectione fraternæ infirmitatis onera misericorditer supportare, & pondera tribulationum præsentium patienter sustinere. Vnde Genes. dicitur de Itachar, qui interpretatur merces, Vidit requiem, id est, Mariam, in qua Christus nouem mensibus requieuit, sicut ipsa dicit, Qui creauit me, &c. quod esset bona, & terram, id est, ipsam eandem Mariam, quæ est terra fluens lacte & melle, quod optima, & supposuit humerum ad portandum onera supra dicta.

8. Item Eccl. 6. dicitur de sapientia, & potest intelligi de Maria: Subiice humerum tuum, & porta illam, hoc est, actus tuos suppose magisterio eius. Subiice per humilitatem, porta per fortitudinem. Subiice per obedientiam, porta per patientiam. Et ne accideris in vinculis eius, id est, ne grauitate & tardiosè feras, sed cum hilaritate imple præcepta sapientiæ & Mariæ. Dicitur autem acedia, ab aceo acies. Vnde homo accediosus, id est, sine igne charitatis, quæ leuiter fert omnia. Et de talibus dicitur: In siti mea potauerunt me aceto.

9. Ad eius honorem manus ab omni contactu polluto & opere illicito sedulè conseruare, vt secundum puritatem manuum nostrarum retribuatur nobis. Eas ad pauperes pro posse extendere. Vnde Eccl. 14. Secundum vires tuas exportrigens da pauperi, vt exemplo eius manum tuam aperias inopi, & palmas extendas ad pauperes. Ad ipsam orandam puras manus leuare. 1. Tim. 2. Thren. 3. Leuemus corda nostra, id est, affectiones nostras, cum manibus, id est, bonis operibus. Quod non potest fieri nisi manus nostræ ligatæ sint præceptis Dominicis, quæ sunt quasi manicæ ferreæ, ne extendantur ad illicita. Vnde Psal. Ad alligandos reges eorum, id est, iustos se regentes, in compedibus, &c. vsque manicis ferreis. Ideo dicitur Eccl. 6. Ne accideris in vinculis eius, scilicet sapientiæ vel Mariæ, vt supra. Oratoria eius, altaria, & imagines ornare & instruere. In festo eius & sabbatis honesta luminaria præparare, vt nomen suum quod est illuminatrix, interpretetur in nobis. Vestimenta munda & honesta ad ministrandum ei omni diligentia præparare. Vnde & in miraculis eius legitur, quod beato Bono Claramontensi Episcopo, & beato Hildephonso vestimenta pulcherrima attulerit de paradiso filij, in quibus ministrarent in specialibus festis eius, & quibus indui nulli alij liceret. Quidquid ad ipsius laudem vel gloriam pertinere nouerimus, dum tempus habemus, omni instantia operari: ipsa enim dicit se esse vitem. Vnde, Ego quasi vitis, quæ seruum requirit, non Dominum. Vnde dicit de operariis suis Eccl. 24. Qui operantur in me, non peccabunt. Sunt autem in ista vitæ tot propagines, quot virtutes. Qui imitantur humilitatem, operantur in propagine humilitatis: qui pietatem in propagine misericordiæ, & sic de aliis. Et ideò fortè cum ipsa sit propagatrix operationum, dicitur ei filius in iudicio illud

Marth. 20. Voca operarios, & redde illis. Quasi diceret, non aliis, mercedem. Ideò etiam dicitur Eccl. 6. de volente habere mercedem: Quasi is qui arat & qui seminat, accede ad illam acquirendam, id est, cum studio & labore & cum spe percipiendi, vnde reficiaris & viuas. Vnde 1. Cor. 9. Debet in spe qui arat, arare. Et nota, quod qui arat & seminat, primò extirpat ab agro spinas & nociua, & euerfa terra seminat semen suum: sic qui doctrinam sapientiæ vel gratiam Mariæ cupit excipere, primò debet terram cordis sui diligenti inquisitione euertere, & gemina vitiarum extirpare: & tunc deinde poterit semen diuinæ doctrinæ vel gratiam Mariæ recipere, & tandem fructum virtutum & gloriæ metere. Ideò dicitur Iteum. 4. Nouate nobis nouale. Sed quia quidam statim volunt manducare fructum seminis sui, de quibus Isa. 28. Temporaneum ante maturitatem autumnum: quod cum aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud. Subiungit: Et sustine, id est, patienter expecta, bonos fructus illius, id est, æterna bona, quæ illa promittit, & per illam inuenimus. Iacob. 5. Patientes estote fratres vsque ad aduentum Domini. Ecce agricola, &c. Sed nec quem tædeat longa expectatio, subdit: In opere enim illius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius: Quasi diceret: Modicus labor respectu fructus.

De brachiis: debemus enim amore & seruitio quasi quibusdam duobus brachiis beatam Virginem amplectari, vt præmium bonum reportemus ab ea, illud scilicet præmium de quo dicitur Prouerb. 4. Glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Debemus etiam pro honore reconciliari inimicis nostris, quæ videlicet reconciliatio designatur in amplexu mutuo & protensione brachiorum. Sic Dominus extendit brachia in cruce volens omnes, quantum in se erat, colligere in amplexum misericordiæ suæ. Vel exemplo eius pugnare contra triplicem inimicum. Vnde Eccl. 7. Propugnato cum brachiis. Alia litera dicit: Propurga te cum brachiis, eleemosynam dando propriis brachiis acquisitam. Quasi diceret: Propter purgationem tuam da eleemosynam de proprio labore acquisitam. Vnde Eccl. 7. Datum brachiorum tuorum & sacrificium sanctificationis offeres Domino & initia sanctorum, & pauperi porrige manum tuam, &c. Sic construe: Datum brachij tui, id est, acquisitum labore proprio, & sacrificium sanctificationis, in quo sanctificeris, offeres Domino, id est, ministris Domini propter ipsum. Initia sanctorum, id est, initiationes sanctificationis sunt hæc, decimæ, primitiæ, datum, sacrificia. Et dicit initia: quia huiusmodi munera non faciunt sanctificationem, sed iniciant. Et pauperi porrige manum tuam, eleemosynam dando, consolando, corripiendo: vt perficiatur propitiatio, id est, peccatorum remissio: & benedictio tua, passiuè, id est, gratiarum collatio: vel actiuè eleemosynæ datio: gratia, id est, propter gratiam: dati, id est, dationis tuæ: in conspectu omnis viuientis. Quod fiet in futuro quando gratia fiet gloria: & sic perficietur benedictio & propitiatio.

De

CAPVT V.

Quomodo Maria sit seruendum de ore.

Item de ore nostro debemus Virgini gloriosæ multiplex seruitium, laudationem, superexaltationem, orationem, confessionem, benedictionem, elucidationem, prædicationem, magnificationem, cantationem, gratiarum actionem, salutationem, inuestigationem, solemnizationem.

Laudationem, vt sicut de filio dicitur, Laudationem Domini loquetur os meum: sic & de matre dicatur, Laudationem Dominæ loquetur os meum. Et benedicat omnis caro nomen sancto eius. Ipsa enim dicit cum filio in Psal. Sacrificium laudis honorificabit me: & illic, id est, in laude mea, est iter ad æternam laudem sine fine mansuram, de qua dicitur: In secula seculorum laudabunt te, illi scilicet qui habitant in domo tua Domine. Quo, itinerare scilicet completo, ostendam illi, id est, laudatori meo, salutare Dei, id est, Filium Dei & meum. Vel salutare Dei, id est, meipsum. Ipsa enim est, ex qua & per quam sanctus Iacob iam morti proximus, vitam sperabat æternam, dicens Gen. 49. Salutare tuum expectabo Domine. Per eam enim ipse Deus rex noster ante secula disposuit operari salutem in medio terræ. Sic exponit beatus Bernardus, locum istum. Item beatus Bernardus: Non est dubium, &c. Quære supra causa secunda. Item de collaudanda Maria maxime in solennitatibus suis & sabbatis, dicit quidam curialiter profane. In festiua virginis die collatomur, ex qua lumen luminis ortum confitemur. Et vt omnis criminis carie mundemur, hoda nostri carminis ipsam veneremur. Hæc est digna laudibus, quæ nostris criminibus contulit remedia. Collaudemus igitur, dum nobis conceditur, ipsam cum læticia. Quia vero quidquid scriptum est in hoc libro, pertinet ad laudem & gloriam eius: ideo breuiter pertransimus. Dicit etiam Beda, quod exoranda est ipse eius clementia Saluatoris, vt beate Matris eius memoriam congruis officiis nos dignos faciat venerari.

Superexaltationem, vt super omnes sanctos post filium pro modulo nostro exaltatus eam, secundum quod nobis præcipitur de filio. Dan. 1. 3. Laudate & superexaltate eam in secula. Eccl. 43. Benedicentes Dominum (dicamus Dominam) exaltate illam quantum potestis. Exaltate, id est, extra omnia & super omnia altam predicare: maior est enim omni laude, id est, maiori laude digna, quam sit omnis laus angelica vel humana. Ibidem de filio (dicamus de matre) Glorificate matrem quantumcumque potestis, vel potestis. Quod maxime fit quoties de ipsa scriptura sacre exponuntur vt gloriosior ostendantur. Supernalabit & adhuc admirabilis magnificentia eius. Item in Psal. Laudet eam (dicamus eam) secundum multitudinem magnitudinis eius, Eccl. 18. Quis inuestigabit magnalia eius, id est, potestiam:

11. De mammillis simplicibus doctrinæ simplicis lac infundere. Vnde: Qui elucidant me, &c. Quod vtilimè fit, quando ostenditur simplicibus vita eius. Item quia mamillæ fidelis animæ sunt compassio & congratulatio, ad honorem eius debemus implere illud Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Vel etiam congaudere ei & compati. Vbi supra. Vel pro amore eius afflictis consilium & auxilium impendere, quæ sunt duo vbera viri iusti, quibus debet lactare minor. Vel melius vbera fidelis animæ sunt gratitudo & humilitas, quibus maxime Mariæ gratia detinetur nobiscum, iuxta illud Can. 1. Inter vbera mea commorabitur. Eo enim ipso quod multiplicibus Mariæ beneficiis nos indignos per humilitatem cognoscimus, & per gratitudinem gratias agere non cessamus, ipsam nobiscum inseparabiliter & delectabiliter detinemus: quia dilectiæ eius esse cum filiis hominum. Prou. 8. E contrario nihil magis fugat eam & filium suum, quam ingratitude & superbia.

12. Vt eidem dignè ministretur exemplo illius Prouerb. in fine, lumbos per continentiam accingere, & per operationem bonam brachium roborare.

13. Ante eius altaria siue eius imagines, & cum recitatur nomen eius, genua flectere: quia ipsa dicit cum filio Isa. 45. Mihi curuabitur omne genu. Baruch. 2. Anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens, dat gloriam, Deo scilicet & matri eius.

14. Antè omnia pro eius honore pedes nostros ab omni via mala prohibere, memorias eius cum deuotione frequentare, vt dicere valeamus: Stantes erant pedes nostri in artibus tuis Ierusalem, id est, o tu Maria. Vnde inter cetera legitur dixisse Theophilo se multum diligere genus Christianorum, maxime eos qui recta fide & pura conscientia currunt ad templum suum. Et nota currunt: in quo notatur feruor deuotionis: non enim cum desidia querenda est, sed cum seruire. Seruus eius ad honorem eius & gloriam misericorditer visitare. Seruitium eius stando solemnizare. Vnde leguntur aliquibus accidisse præclara miracula. Mystice autem potest intelligi, vt si dignè uoueris matrem & filium honorare, terram habeas sub pedibus, temporalia bona & terrena desideria suppeditando, & carnales affectus vilipendendo & conculcando, vt sicut mulier illa quæ describitur lunam habens sub pedibus, id est, omnia mutabilia. Apocal. 12. aliter enim non poteris vestiri sole in presenti, nec habere coronam stellarum. 12. Sursum ergo erigaris, celestia appetendo: & hæc est statio spiritualis. Vt eidem dignè seruiatur, omnes carnales spurcicias & tenebrosos affectus abdicare: quia sicut dicitur Sapient. 7. nihil inquinatum incurrat in illam. Non enim habitat gratia illius in corpore subdito peccatis. Sapient. 1. Nec inuocatur in terra suauiter uiuentium. Iob. 35. Ex abyssus dicit: Non est in me. Et mare loquitur: Non est mecum.

teniam: virtutem autem magnitudinis eius quis enuntiabit, aut quis adiciet enarrare misericordiam eius? Sicut enim plus incomparabiliter honoris & gratiæ exhibitum est ei ab ipso creatore, quam omnibus aliis creaturis, sic ab vniuersa creatura plus honorificentia & deuotionis exhibendum est ei quam cuilibet alij putæ creaturæ.

Orationem: debemus enim Mariæ sacrificium deuotæ orationis, vt dicatur de matre sicut de filio dicitur Isa. 62. Qui reminiscimini Dominum, ne taceatis, & ne detis silentium ei. Item 1. ad Tess. in fine: Sine intermissione orate. Quod intelligendum est, sicut dicit Beda, aut de quotidianis horis iuxta ritum Ecclesiæ. Vnde, benedicam Dominum in omni tempore. Aut quia quidquid iustus facit secundum honorem Dei & Mariæ, ad orationem refertur. Idem etiam canit Ecclesiæ: Omnis homo omni hora ipsum ora, & implora eius patrocinia. Assidue siquidem exoranda est Maria à nobis: quia assidue exorat pro nobis. Hæc est enim fructum amatrix & populi Israël, id est, Christianorum videntium Deum per fidem. Hæc est quæ multum orat pro populo & pro vniuersa ciuitate sancta Ierusalem, id est, Ecclesiæ militante, sicut legitur de Jerem. 2. Matth. 15. Ipsa enim est Bersabee, id est, puteus satietatis, quæ peperit Christum, id est, sufficientiam omnium, quæ precibus suis impetrat à vero Dauid, id est, Deo Patre filiis suis, id est, imitatoribus regnum Israël, id est, visionis æternæ, sicut legitur 3. Reg. 1. quod illa Bersabee impetrauit Salomoni filio suo regnum. Et hoc est quod docet beatus Bernardus: Cupientes inuenire gratiam, quæramus inuentricem gratiæ Mariam: quæ quia semper inuenit, frustrare non poterit: exaudietur enim pro sua reuerentia. Ad Hebr. 5. Item Maria os nostrum: quia assidue pro nobis filium interpellat. Vnde Apocal. 12. Terra, id est, Maria, aperuit os suum, ad filium exorandum, pro muliere, id est, fidei anima, quam serpens, id est, diabolus infestabat. Et ipsa est quæ primò legitur in Nouo Testamento pro homine exorata dicens: Fili, vinum non habent. Ioan. 2. Item roganda est assidue mater misericordiæ, vt misericordiæ opera nobis miseris misericorditer exhibeat, vt videlicet frangat esurienti panem suum: quod fit quando particulariter distribuit gratiam cor hominis confortantem, vt egenos vagosque inducat in domum suam, scilicet paradysum, vt nudos operiat vestimentis virtutum, quæ carni vestiuit Filium Dei, vt dimittat eos qui contracti sunt liberos, & onera peccatorum distrumpat, &c. In hunc modum Isa. 58.

Item in litania sanctorum tribus nominibus interpellamus Mariam vt orer pro nobis. Quæ sunt: Sancta Maria ora pro nobis. Sancta Dei genitrix ora pro nobis. Sancta Virgo virginum ora pro nobis. Et contra tria vitia quæ principaliter nos infestant, id est, superbiam, auaritiã, luxuriã. Mariã interpretatur stella maris, quæ videlicet stella modica est & lucida: Et Maria modica est per humilitatem, lucida per exemplum. Ecce medicina contra superbiam, quæ de se magna æstimat, & interius ob-

scurat & excæcat. Roganda est assidue Maria, vt nomen suum interpretetur in nobis, quod est illuminatrix. Genitrix solet esse filiis pia & misericors. Ecce medicina contra auaritiã, quæ spoliat aut fraudulenter aut manifestè, quæ ipsam Dei imaginem, id est, filium pro pecunia crucifixit. In hoc nomine Virgo virginum duplex notatur munditia, carnis scilicet ac spiritus, contra affectum & actum luxuriæ. Et ita in his tribus appellationibus insinuat, quod quantumcumque quolibet morbo peccati maculatus fuerit quis, in beata Virgine potest lauacrum inuenire. Dicat ergo beata Virgini superbus: Sicut verè est stella maris modica & lucida, tolle à me inflationem & superbiam nubem: inexorabiliter enim odit superbiam, quæ inestimabiliter humilitatem dilexit. Similiter auaritiã, cum sit mater pietatis: & luxuriã, cum prima emisit virginitatis votum. Dicat ei auarus: Sicut verè es mater pietatis, tolle à me duritiã auaritiæ, & da teneritatem misericordiæ. Dicat ei luxuriosus: Sicut verè es Virgo virginum, extingue in me concupiscentias carnis, & fac mundum & pudicum. Et hoc est quod oramus eam: Nos culpis solutos mites fac & castos.

Item Maria est designata per templum Salomonis, de quo dicit Dominus. 2. Paral. 7. Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erunt erectæ, ad orationem eius qui in loco isto orauerit: elegi enim & sanctificauit locum istum. Item orare debemus assidue Mariam exemplo beati Anselmi dicentes ad eam: Obsecro te o Maria per gratiam qua Dominus voluit esse tecum, & te voluit esse tecum, vt propter eandem ipsam gratiam, misericordiam tuam & gratiam facias esse tecum. Fac vt amor tui semper sit tecum, & respectus pietatis tuæ quandiu ego subsisto, semper sit tecum, & compassio miseræ meæ, quantum mihi expedit, semper sit tecum. Sicut enim o beatissima omnis à te auersus & à te despectus, necesse est vt intereat: ita ad te omnis conuersus, & à te respectus, impossibile est vt pereat. De Mariã enim potest intelligi illud Psal. Auertente te faciem tuam, id est, respectum misericordiæ, turbabuntur, &c. Item ipsa est sola, cuius respectu soluitur gladius, id est, gelicidium cordis peccatoris. Item auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Job 24. Cur faciem tuam abscondis? Isa. 64. Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.

Item quia Maria facillè impetrat quidquid petit à filio. Idem in figura eius dictum est Iudith 8. Ora pro nobis: quia mulier sancta es & timens Deum. Similiter in figura eius dictum est Esther 15. Inuoca Dominum, & loquere pro nobis regi. Et libera nos de morte. Ipsa enim detinet iram Dei, ne statim vindicet in nos. Vnde dicit Cant. 3. Tenui eum, nec dimittam, &c. Gratiõsitas autem eius ad impetrandum figurata est Esther 8. vbi dixit Assuerus Esther: Quæ est petitio tua Esther vt detur tibi, & quod vis fieri? Etiam si dimidiam regni mei partem petieris, impetrabis. Quare expositionem titulo, quod Maria regina. Conquereretur enim Dominus antequam

Maria

Maria nasceretur, dicens Isa. 64. Non est qui confargat, & teneat me. Sed ipsa facta est aduocata nostra, & allegat pro nobis fideliter coram filio suo, ventrem & vbera eidem representans: & ipse veluti piissimus infans delectatur ab vbera matris ei representato. Isa. 11. Petè à Maria gratiam seu vinum compunctionis. Quod signatum est in nuptiis. Ioan. 2. Gratiam reconciliationis, sicut mulier Thecures Absalon fratricidæ. 2. Reg. 14. Gratiam ablutionis peccatorum signatam in libro Regum per Abigail. Deletionem chirographi diaboli signatam per Esther, quæ literas Aman fecit irritari Ekther 16. & 8.

Confessionem: ipsa enim videtur dicere cum Filio. Matth. 10. Luc. 12. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, & filio meo. Debemus enim corde credere, quia corde credit ad iustitiam: & ore confiteri, quia huiusmodi confessio fit ad salutem, ipsam virginitatis primiceriam, sine corruptione secundam, sine grauiamine grauidam, sine dolore puerperam, & cætera omnia quæ de ipsa credit & asserit Ecclesiæ Catholica, &c. Debemus etiam confiteri partum eius virgineum, vt supra. causa. 23. & quod nec primam similem visa est, nec habere sequentem, & huiusmodi. Ad hæc debemus iugiter orando vitam gratiæ postulare, cum ipsa sit mater vitæ: quia viuens vita naturæ, viuens vita gratiæ, ipse, non alius confitebitur tibi o Domina ad salutem animæ suæ & beneplacitum tuum: à mortuo enim per peccatum mortale quasi nihil, perit confessio. Eccl. 17. Debemus igitur confiteri eam confessione laudis, vt confiteatur nos confessione recognitionis & protectionis. Christus de reprobis dicit: Tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Et hæc est confessio reprobationis. Et hoc est quod legitur in penitentia Theophili: quia prius quam permitteret ei se rogaturam pro eo, fecit eum confiteri filium suum verum Deum: & verum hominem ex se natum pro salute mundi, dicens ei: Confitere filium meum: misericors enim est & suscipiet lacrymas penitentia tuæ. Confitenda est etiam sicut docemur confiteri filio. Eccl. 39. Confitemini illi in voce labiorum vestrorum in canticis labiorum & citharis. Sic exponit: Confitemini, peccata & laudes, illi, id est, ad gloriam & laudem illius: quia sicut dicit Glossa super. 1. Iosue, confessio peccatoris, ad laudem pertinet ignoscens. In voce labiorum vestrorum, id est, in confessione, laude, & prædicatione: in canticis labiorum, id est, in laudibus quæ ex mentis hilaritate procedant, & citharis, id est, mortificatione carnis per ieiunia & alia penitentialia exercitia. Vnde dicit citharis pluraliter. Et hoc totum est ac si diceret sapiens: Verbis & factis laudate eam. Confessionem etiam peccatorum nostrorum debemus Mariæ. Vnde dicunt qui volunt absolui: Confiteor Deo, & beate Mariæ, & omnibus sanctis, &c. Quasi diceret confitens: Volo, quod ipsa sciat confessionem meam, ad testificandum pro me coram Deo, quod ante mortem confessus fui peccata mea: ipsa enim est testis in cælo fidelis coram filio suo, sicut

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

de luna dicitur in Psal. Sed vide, quod verè confitearis, & habeas causam bonam: quia fidelis testis est & pro te non mentietur, sicut dicitur Prou 14.

Benedictionem, vt scilicet incessanter corde & voce simul benedicamus Mariam, per cuius virgineum partum in benedictionem conuersa est maledictio Euzæ, quando dictum est Mariæ: Ave gratia plena, &c. Item vt ei benedicendo benedici mereamur à Domino. Si enim Abrahæ dictum est à Domino Gen. 12. Benedicam benedictibus tibi, & maledicam maledictibus tibi. Et si dictum est Iacob, Gen. 27. qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repletur: multò fortius dictum est Mariæ istud, quæ filia est Abrahæ, quæ etiam bene designatur per Iacob qui interpretatur supplantator: quia simul & semel vitia omnia supplantauit. Benedicentes enim ei hæreditabunt terram viuentium, maledicentes autem ei disperibunt, id est, in diuersas partes peribunt, scilicet in corpore & anima, quales sunt ei Iudæi, pagani, hæretici, & blasphemii. Voluntas enim filij est, vt matrem illius & Dominam nostram benedicamus in omni tempore, scilicet nocte & die, in prosperis & aduersis, & vt laus eius versetur semper in corde & ore nostro, de ipsa meditando, ipsam laudando, orando, benedicendo, illi gratias agendo, eius magnalia prædicando, & vt laus eius sit quasi fructum in maxillis nostris nos refræmans à vitiis linguæ. Vnde & ipsa promittit cum filio laudatori suo Isa. 48. Laude mea in frænabo te, ne intereas. Item vt impleas illud Psal. Omnia quæ intra me sunt, benedicant sanctum nomen eius. Et benedicenda sunt quotidie singula membra eius, vt in singulis membris nostris benedictionem reportemus ab ea. Item benedicendi sunt pedes quibus Dominum portauit, venter in quo portauit, cor vnde in eum firmiter credidit & tetentem eum dilexit, vbera quibus lactauit, manus quibus nutriuit, os & lingua quibus ei dedit felicitia oscula nostræ redemptionis, nares quibus sensit suam olentem fragrantiam humanitatis eius, aures quibus dulcicia eius eloquia delectabiliter auscultauit, oculi quibus ipsum deuotè respexit, corpus & anima quæ Christus in ea omni benedictione consecrauit. Et salutanda sunt & benedicenda cum omni deuotione hæc sanctissima eius membra, ita vt singulis dicantur singulæ salutationes, scilicet Ave Mariæ, duæ ad pedes, vna ad vterum, vna ad cor, duæ ad vbera, duæ ad manus, duæ ad os & linguam, duæ ad labia, duæ ad nares, duæ ad aures, duæ ad oculos, duæ ad animam & corpus. Et sic in vniuerso sunt 20. salutationes, quæ in modum quotidianæ pensionis cum singulis & totidem genuflexionibus si fieri potest, coram imagine sua vel altari persoluedæ sunt Virgini gloriõsæ, iuxta illud Psal. Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum, &c. Et sicut dicunt qui experti sunt, & testantur, qui à viris sanctis audiverunt, vix posset adinueniri modus alius seruitij, qui tantum Virgini complaceret, vel ex quo tanta deuotio redundaret diligentibus eam.

Item per singula eius membra post genuflexionem ad orationem & salutationem sic dicendum: Dulcis Domina adoro & benedico beatissimos illos pedes, quibus Dominum super terram portasti. Benedico & adoro beatissimum uterum illum, in quo ipsum baiulasti, & sic de cæteris membris & sensibus, commemorando actus suos, quibus Domino seruierrunt: quod melius dictabit deuotio quam sermo, melius gratia quam scriptura.

Hoc etiam faciendum est exemplo illius beatæ Marthæ hospitiæ Domini, appellabatur Marcella, quæ extollens vocem de turba dixit Iesv: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ luxisti. Extollens, id est, ex corde tollens, vocem in Christi commendationem & Iudeorum blasphemantium confusionem, quæ tam mulier de turba, id est, non diues, aut nobilis, sed de communi plebe. Propter hoc Euangelium illud legitur de Virgine in diebus profectis. Dixit illi, id est, Christo qui blasphemabatur à Iudeis. Beatus venter qui te portauit, id est, qui ad nos te beatum portauit. Vel qui, id est, quia te portauit: non enim à ventre filius, sed venter à filio beatificationis honorem accepit, sicut vas nouum & purum à bono vino vel à bona specie vel electuario saporem accipit & odorem, non à conuerio.

Virgo Maria dicitur beata multa de sanjs.

Dicitur autem venter Virginis beatus principaliter propter tria mirabilia quæ in eo facta sunt. Primum: quia Deus ibi factus est homo, verbum infans, immortalis mortalis, immensus paruulus, creator creatura, qui fecit hoc quod factum est Ioan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Propter hoc etiam Eccl. 1. dicitur de patre & de sapientia quæ est Filius Dei: Creauit illam, id est, incarnari constituit. Vnde dicit pater Isa. 45. Ego Dominus creauit eum hominem Spiritu sancto, id est, cooperatione Spiritus sancti: quia tota Trinitas operata incarnationem Filij. Et vidit, scilicet Deus Pater, id est, approbavit, & dinumeravit, id est, plenè comprehendit, & mensus est, quia numerositatem charismatum quibus repletus fuit Christus homo, Pater plenissime comprehendit. Vel sic: Et vidit, id est, visibilem fecit, & dinumeravit, id est, numerabilem cum aliis hominibus fecit. Et sic ostenduntur tria mirabilia circa incarnationem: nam inuisibilis factus est visibilis, & innumerabilis factus est numerabilis, & immensus factus est mensuratus, coarctatus scilicet infra uterum virginalem. Ideo dicit Ierem. 31. Creauit Dominus nouum super terram. Secundò dicitur beatus: quia qui fecit ventrem, factus est in eodem ventre. Hoc est magnum mirabile: sicut si quis prius faceret domum, & postea nasceretur in eadem domo. Ideo gloriosa dicuntur de ciuitate Dei, id est, Maria, scilicet quod homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus. Isa. 66. Quis audiuit vnquam tale? Tertiò: quia venter ille maius se continuit, id est, Deum quem totus non capit orbis, qui seipsum clausit in utero virginali, & in visceribus virginis gloriose. De hac materia multa inuenies titulo, quòd

Maria dicitur vas admirabile, opus Excelsi. Eccl. 43. Item nota, quòd non dixit illa mulier, beata mater quæ te portauit, sed potius beatus venter, ad innuendum compassionem, & quantum in se est, sua omnibus communicat per charitatem. Vnde venter eius dicitur aceruus tritici Cant. 7. Et de hac portatione in utero tuo spirituali qui designat pietatem eius, dicit ipsa cum filio Isa. 46. Ego portabo & saluabo, &c. multa.

Item venter beatæ Virginis dicitur beatus multis de causis, & quantum ad se, & quantum ad nos. Quantum ad se in tribus: dicit enim Boetius, quòd beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus. Omne bonum respectu ventris, est integritas virginalis, fecunditas coniugalis, continentia vidualis. Et beata Maria fuit semper virgo, fuit fecunda, sed sine viro, fuit vidua mortuo sponso. Fuit etiam venter iste beatus quoad nos: quia releuauit miseriam nostram quæ triplex erat, seruitutis, infirmitatis, & necessitatis. Primam: quia tulit thesaurum nostræ redemptionis. Prouerb. 20. Thesaurus desiderabilis & oleum, &c. Secundam: quia fuit apotheca medicinz nostræ curationis. Eccl. 38. Altissimus creauit de terra, carnis virginæ, medicinam. Tertiam releuauit: quia fuit ager plenus afferens panem, & hortus conclusus afferens fructum nostræ refectiois. Item beatus venter: quia concepit cum integritate, gestauit cum leuitate, peperit cum suauitate: cum è contrario omnis mulier concipiat cum corruptione, portet cum grauamine, pariat cum dolore. Et his tribus miseris addictus est sexus muliebris per peccatum primæ parentis. Dicant ergo beatæ Virgini viri & femine, Benedicite tu in mulieribus. Dicant Christo, Beatus venter qui te portauit. Item beatus venter: quia à Spiritu sancto consecratus. Vnde: Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Item quia Filio Dei repletus. Luc. 1. Ecce concipies in utero, &c. Item quia lac virginæum Dei Filio Mariæ propinauerunt. Vnde sequitur: Et beata vbera quæ luxisti. Luc. 5. Et bene venter & vbera in benedictione coniunguntur: quia sicut dicit Beda, secundum phisicos ex eodem fonte procedit semen ad gignendos pueros, & lac ad nutriendos. Item beatus venter & beata vbera: quia ex eorum representatione Christo in precibus, impetrat nobis beata hæc mater absolutionem à culpa, & benedictionem in gratia, & glorificationem in patria. Vnde beatus Bernard. Mater ostendit filio ventrem & vbera.

Item beatificandus est venter vel uterum virginalis: quia omne datum optimum, & omne donum perfectum nobis inde profluit. Fons vitæ qui Christus est, tendens ad redemptionem mortuorum, ad reparationem perditorum, ad saluationem viuorum, ad erectionem lapsorum, ad ereptionem incarcerationum, ad destructionem inimicorum, ad restorationem Angelorum, & huiusmodi. Panis nostræ refectiois. Vnde Cant. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici, &c. Ipse est enim arca continens verum manna. Calix nostræ inebriationis. Vnde: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, quæ

Omne datum optimum ex utero virginis profluit.

quæ est ille uterum in quo habitasti nouem mensibus. Venter tuus sicut crater. Cant. 7. Aqua nostræ absolutionis, de qua Dominus Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam. Quia uterum eius est fons patens domui David. Zach. 13. Medicamentum nostræ curationis. Vnde Eccl. 38. Altissimus creauit de terra virginalis uterum medicinam, id est, Christum. Viatio siue victualia nostræ peregrinationis: nam uterum eius fuit nauis continens panem viuum qui de celo descendit. Et esca vniuersorum in eo Dan. 4. Pretium nostræ redemptionis. Quia ipse fuit sacculus illius pecunie quæ sumus redempti, de quo dicitur Prouerb. 1. Præmium nostræ remunerationis. Quære de omnibus istis supra titulo, Gratia plena, in fine capituli.

Virgo Virginis paradisi volu- ptatis, à quo nobis manant quatuor flumina. Timor, agnitio, pulchra dilectio, & sancta spes. Vnde dicit Virgo: Ego mater pulchre dilectionis, &c. Propter hæc omnia appellat Hierony. uterum virginis agrum plenum.

Item uterum virginis paradisi est voluptatis, à quo nobis manant quatuor flumina. Timor, agnitio, pulchra dilectio, & sancta spes. Vnde dicit Virgo: Ego mater pulchre dilectionis, &c. Propter hæc omnia appellat Hierony. uterum virginis agrum plenum. Sequitur: Et beata vbera quæ luxisti. Ex hoc relinquitur, quòd tantum vbera Virginis & non alicuius alterius mulieris suxit Christus. Quod figuratum est in Moyse, qui nullius alterius mulieris quam maris propriæ voluit sugere vbera. Exod. 2. sicut dicitur. Ad hoc etiam valet illud Cant. 5. vbi Christus dicit: Bibi vinum meum cum lacte meo virginali, quòd totum fuit meum, & de quo nullus alius bibit. Item cum dicatur beatæ Virginis, Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum, non tamen dicitur, quòd eius vbera sint effusa.

6. Maria operata pio inuestiganda.

Debemus etiam beatæ Virgini piam quandam verborum suorum, exemplorum & operum inuestigationem. Ad quod inuitat nos verbo & exemplo beatissimi Lucas Euangelista, qui tam diligenter prosequitur tempus & locum Dominicæ conceptionis, nuntium ex nomine manifestans & mittentem, & genus & nomen illius ad quam Missus est nuntius describens, & nihil penitus prætermittens. In quo inuitat nos ad diligentem inquisitionem mysteriorum incarnationis & passionis Dominicæ. Vnde Exod. 12. dicitur de agno paschali: Caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis, id est, incarnationis & passionis mysterium diligenter inquiretis. Sed oportet, quòd discretissime fiat huiusmodi scrutinium: nam circa Mariam quæ ministra fuit incarnationis Dominicæ, defecerunt multi scrutantes indifferetio scrutatio: quia cum tenebrosi essent per presumptionem & insidiam, in matrem luminis cum suis tenebris impegerunt: & ideo per Mariam obstruendum est os loquentium iniqua. Nimis etenim persecutor maiestatis eius opprimeretur à gloria. Prouerb. 25. Ideo dicitur Eccl. 43. Exaltantes illam replentini virtute, ne laboretis: non enim comprehenditis. Ideo etiam dicitur Prouerb. 25. Mel inuenisti, comede quòd sufficit. Qui nimis emungit, elicit sanguinem. Prouerb. 30. Ideo etiam de hac inuestigatione dicitur Eccl. 15. Videns post illam quasi inuestigator, & in viis illius confi-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

stus, id est, totaliter sistens: talis enim inuestigatio quasi quidam pastus est animæ. Vnde ipsa dicit: Qui cedunt me, adhuc esuriunt. Quasi in ore cordis habet hæc, qui firmiter ea credit: quasi masticat, qui piè inuestigat: quasi trahit in corporis nutrimentum, qui bene operando imitatur, & qui rectè afficitur erga ipsam. Ideo etiam dicit Augustinus de corpore Christi: Ut quid paras dentem, & ventrem? crede, & manduca. Et hæc est fides quæ per dilectionem operatur. Ideo ipse Augustinus non satiabatur præ dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij diuini super redemptionem generis humani. Item de hac inuestigatione potest illud intelligi: Beati qui scrutantur testimonia eius. Quia super faciem scribæ imponet honorem suum. Eccl. 10. Item, Mirabilia testimonia tua o Domina. Ideo scrutata est ea anima mea. Item, Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, id est, humilibus. Sermonum, inquam, quos tu dixisti, vel qui dicti sunt de te. Item Eccl. 6. Inuestiga illum, & manifestabitur tibi. Quære parum retrò.

De verbis Domini, & habetur de conf. dist. 2. c. Quid est Christum.

Elucidationem. Vnde promittit Eccl. 24. Qui elucidant me, id est, vitam meam. verbo, exemplo, prædicatione, & huiusmodi. Vel, qui elucidant me, id est, qui imitantur, vt alios doceant imitari: quia efficacius docet vita quam litera. Vitam æternam habebunt in futuro. Maria enim super faciem sui scribæ imponet honorem suum, sicut dicitur Eccl. 10. Elucidantes isti proprie illi sunt, quorum conuersatio iam in cælis est. Phil. 3. & ideo non indigent sustentatione præsentis. Et ideo promittitur eis præmium vitæ, vt magis accendantur. De hac triplici promissione Mariæ quam facit tribus generibus hominum, scilicet auditoribus, operariis, & eleuationibus suis, habuisti supra titulo, quòd Mariæ debemus obedientiam. Aliter, vitam æternam, id est, vitam contemplatiuam, quæ perpetua est. Vel, vitam æternam, id est, duram: lapides enim æterni, quia duri. Et qui beatam Virginem dignè vult elucidare, vitam duram debet ad eius exemplum ducere, non delicatam aut dissolutam. Item Sap. 6. Ponam in lucem, id est, in euidenti, scientiam eius, id est, Christi, sapientie, vel Mariæ, id est, pro posse meo faciam ipsos cognosci & diligi: & non præteribo veritatem, imò manifestè discretè & itègre dilucidabo eam: neque cum inuidia tæbescere, id est, tabescere faciente, iter habebis. Quasi diceret: Sine inuidia communi-cabo bonum quòd sciuero de his tribus, nec aliis inuidebo sapientiam nec prophetiam, sicut nec fecit Moyses. Num. 5. Quonia talis homo, id est, inuidus, non erit princeps sapientie, id est, illius gratie quæ datur à sapientia, & acquiritur per eam, & similiter per Mariam. Item Sap. 8. Generositatem illius, scilicet sapientie & Mathe, glorificat, id est, quantum potest, magnificat & exultat vir iustus, contubernium habetis Dei, id est, animam bonam, in qua Deus habitat vt in templo suo. Glorificat, inquam, prædicatione, laude, & bona operatione. Sed & omnium Dominus, id est, pater d-

7. Maria vult elucidanda.

F 2 lecte

lexit eam, id est, sapientiam, Mariam, & talem animam.

8. Prædicationem. Quod verè idem est. Primb enim & principalius prædicandum est de Deo, postea de Maria. Vnde Isa. 23. dicitur de prædicatoribus, qui sunt equi Domini, portantes ipsum per mundum: Cum glorificatus fuerit Dominus, scilicet per doctrinam eorum, hincient de mari, id est, alacriter prædicabunt de Maria. Propter hoc etiam de forti muliere, quæ est Maria, dicitur Prou. in fine: Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt, &c. Filij Mariæ, omnes fideles Ecclesiæ Catholicæ. Nota ordinem verborum. Qui enim dignè vult prædicare Mariam, aut ei seruire, prius debet surgere à peccato per penitentiam: quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Eccl. 15. Idèd prius dicitur: Surrexerunt, nec dignus est, qui in mortali peccato est, vocari filius tantæ matris. Item filij eius, id est, imitatores, maxime in tribus, castitate, largitate, humilitate. Filius enim eius es, cuius opera facis. Petrus Rauennates: Qui genitoris non facit operà, negat genus, secundum quod Dominus dicit ei Ioan. 8. Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. Filij ergo Mariæ imitatores eius in benignitate, mansuetudine, misericordia, & huiusmodi: quod est currere in odore vnguentorum eius. Hæres autem huius erit in futuro, qui filius eius sic fuerit in presentia: quia si filij, & hæredes. Rom. 8. De huiusmodi autem progenie promittit filius matris suæ Isa. 44. Effundam spiritum meum super stirpem tuam. Idèd etiam tam de matre quam de filio potest istud intelligi: Annuntiate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius, id est, prærogatiuas & virtutes. Item de ipsa dici potest sicut de filio Isa. 12. Cantate ei, quia magnificè fecit: annuntiate hoc in vniuersa terra. Item si non proposuero Ierusalem, id est, o tu Maria: adhæreat lingua mea faucibus meis, id est, mutus fiam à laude Dei. Sapient. 8. Sine fictione didici, quæ ad eius pertinent gloriam & honorem: & sine inuidia, quæ contraria est largitati eius, communico: & honestatem illius non abscondo, quæ describitur Iacob. 3. quod primum pudica est, deinde pacifica, &c. Hæc est honestas sapientie quæ attribuitur Mariæ. Sine fictione discere, est non ob aliud quam propter amorem sapientie vel Mariæ, quæ ad eas pertinent, querere & inuestigare. Sine inuidia communicare, est Christi sapientie & Mariæ gloriam & proximi vtilitatem in huiusmodi querere, & in doctrina sua nudam veritatem pura intentione & cogruo sermone proferre. Item de hac prædicatione dicitur Cant. 6. Viderunt eam filie Sion, id est, virtutes angelicæ & animæ sanctæ, viderunt eam, id est, eius dignitatem singularem intellexerunt: & prædicauerunt, id est, prædicando exaltauerunt in mundo, eam beatissimam iam in corpore & anima secundum quosdam: & reginæ, id est, virtutes cælorum laudauerunt eam dicentes admiratiuè. Quæ est ista, &c. Rectè Maria dicitur beatissima. Beata propter carentiam omnis mali, beatiôr propter abundantiam

omnis boni, sed beatissima, quia cum omni securitate possidet omne bonum. Magnificationem. Quod fit, quando corde, ore, opere pro posse nostro ipsam extollimus, & ad eius seruitia, laudes, & dilectionem quoscumque possumus inuitamus. Quasi dicat eis verbo & exemplo amator Mariæ: Magnificatè Dominam mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum, id est, concorditer. Augustinus: Quasi diceret: Magnitudinem Mariæ mecum prædicate, & nominis eius præconia magna voce attollite. Ad hoc enim suo exemplo inuitat nos beata Elizabeth Luc. 1. quæ salutata à beata Maria, exclamauit voce magna: Benedicta tu inter mulieres, &c. Vocè magna, non tam clamosa, quam deuota, sicut dicit Beda. Item exemplo istius sanctæ mulieris, quæ extollens, id est, ex corde tollens vocem de turba Luc. 11. dixit Iesus: Beatus venter qui te portauit, &c. supra titulo de benedicta Maria. Vocem enim nostram extollere, est magna deuotione, magnò desiderio, & magno annitù Mariam magnificare. Sicut enim à filio suo, cuius omnis actio nostra est lectio, magnificata est vehementer, sic ab omni Christiano magnificanda est vehementer. Et sicut de filio dicimus, Magnificabo eum in laude: sic & dicamus de matre. Ekebertus abbas ad Mariam: Magnificet te omnis anima, o mater dulcedinis, & beatitudinem cordis tui, vnde salus nostra profloxit, collaudet omnis lingua piorum in secula seculorum. Idèd autem à nobis magnificanda est beata Virgo: quia per eam de tenebris ad lucem, de inuio ad viam, de morte ad vitam, de corruptione ad integritatem, de luctu ad risum, de morore ad gaudium, de terra ad cælum, de eacere ad regnum, de seruitute ad libertatem, de pœna ad gloriam, de ore feruissimi draconis ad sinum redimur piissimi patris.

Cantationem, iuxta illud Psal. Cantate ei, & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius, scilicet quod de ancilla facta est regina, mater de filia, recreatrix de creatura, de virgine genitrix manens virgo. Item vt ei dicere possimus illud Psal. In te cantatio mea semper, &c. Item, Bene psallite ei in vociferatione. Item, Psalle, psalle nisi toto, corde, ore, voce, voto, Ave plena gratia. Item Isa. 12. Cantate ei: quia magnificè fecit, scilicet cum prima virginitatem vovit, cum ex humilitate & credulitate cordis respondit Angelo: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Item nota, quod qui dignè cantare & psallere vult de Christo & Maria, prius debet parare cor suum & animam suam, iuxta illud, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Bis dicit paratum, scilicet per subtractionem & additionem videlicet, sicut pomum paratur subtrahendo corticem hypocrisis, vel præui exempli, & patredum interiorum luxurie, & vanitatem superbiz, & huiusmodi. Item paratum, id est, virtutibus ornatum, sicut templum ornatum paleis, & cortinis rubeis, viridibus, hyacinthis, & huiusmodi. Et corde meo sic parato, cantabo & psallum dicam. Et nota, quod vbi est tantum paratura exterior sine interiori, vt in hypocritis qui mandant quod de foris est calicis & paropsidis, ibi

9. *Maria ab omni Christiano magnificanda.* *Serm. de assumptione Mariæ, Ord. Serm. de sancto. 35.*

10. *Maria cantandam.*

ibi nihil est nisi v. Matth. 23. Et nota, quod per hoc quod iustus dicit Christo vel Mariæ, in te cantatio mea semper, videtur quod iusti debent esse ioculatores Christi, Mariæ & sanctorum: solent enim curiales ioculatores componere cantilenas, & iam compositas appropriare illis à quibus magna donaria iam acceperunt, vel sperant se accepturos. Nos autem iam multa beneficia à Christo suscepimus sue accepimus & Mariæ, & speramus multa maiora percipere ab eis. Et ideo cum omni deuotione cantare debemus & ipsis & de ipsis, vt vtrique vere dicere valeamus; in te & de te, & ad te, & iuxta te, hoc est, in Ecclesia tua cantatio mea semper. Ecclesia enim locus debitus est ad cantandum laudes matris & filij. Vnde Psal. Laus eius in Ecclesia sanctorum. Isa. 38. petit Ezechias: Domine saluum me fac. Et subdit, Quomodo potest quis saluus fieri? Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostræ in domo Domini. Et hoc est manifestè contra eos qui tardè aut nunquam dicunt in Ecclesia horas suas, Quod admirabatur, qui dicebat: Quomodo cantabimus canticum Domini vel Domine, id est, Mariæ, in terra aliena, id est, extra Ecclesiam. Et nota, quod dicitur in te cantatio, non solum narratio, contra eos qui nunquam dicunt suum officium ad notam. Mea; non aliena, non vicaria. Vnde vocè mea ad Dominum clamauit, & exaudiuit me. Mea, id est, propria. Item, In te, non in mundo, vel vitiis, hoc est contra cantantes quoscumque vana vel turpia. Item, In te, non in me: quia in me non inuenio vnde cantandum, sed potius vnde lugendum. Gregorius: Iustum est vt in se dolorem inueniat, qui relicto vito gaudio gaudium in se querat. Semper, id est, horis debitis. Semper: quia hic incipit cantatio iusti, quæ nunquam terminabitur. Vnde, Misericordias Domini in æternum cantabo. Item, Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Vel semper, id est, in prosperis & aduersis. Vnde; Semper laus eius in ore meo. Isa. 61. Tota die & tota nocte non tacebunt, laudantes nomen Domini vest Domine, id est, Mariæ. Item, In te cantatio mea semper, contra quosdam clericos & albos monachos & canonicos, qui parcunt vocibus suis, contra quos Iob 7. Non parcam ori meo, &c. Et mentiantur per medios dentes suos, quando orant: Repletur os meum laude, vt cantem gloriam tuam: quia non dilatant ora sua vt impleantur, cum Dominus dicat: Dilata os tuum, & implebo illud. Et ora talium claudit diabolus, contra quod orat Ezech. 6. Ne claudas ora, id est, ne permissas claudis per negligentiam aut vanam gloriam, canentium te Domine. Quid autem maxime debeamus cantare, notat vbi dicit: Vt cantem gloriam tuam & magnitudinem tuam. Gloriam Dei cantamus dicentes: Gloria Patri & Filio, &c. Magnitudinem dicentes cum Maria: Magnificat anima mea Dominum. Vel magnitudo Dei est potentia qua mundum creauit & disposuit. Vnde dicitur ei: Tu es Deus qui facis mirabilia. Gloria eius proprie est recreatio mundi, de qua gloria dicit Isa. 42. Gloriam

meam alteri non dabo. Item nota, quod qui cantat, quandoque vocem deprimit, & quandoque eleuat. Cantare igitur de Maria est quandoque vocem desiderij quod solum clamat ad Deum, ad ipsam eleuare, & quandoque se ipsum per suæ fragilitatis cognitionem humiliando deprimit.

Item cum beata Virgo signetur per Mariam illam prophetissam sotorem Moyse, quæ sumpto timpano iubilauit pro submersione Pharaonis & Egyptiorum. Exod. 15. & cum ipsa psallar mente & spiritu, & Deo iubilaret pro submersione spiritualis Pharaonis & liberatione populi fidelis, iubilum illud sequuntur Angeli & sancti, ipsum audire desiderantes. Vnde dicit si sponsus Cant. 8. Quæ habitas in hortis, amici, id est, Angeli, auscultant te, ecce desiderium Angelorum: fac me audire vocem tuam, ecce quod ipse sponsus audire desiderat canticum istius. Vnde & dicit ei Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. Vel sic: Amici, id est, omnes fideles auscultant te ad imitationem, ipse sponsus ad remunerationem. Sed nos miseri quomodo cantabimus canticum Domine in terra aliena, id est, si adhuc peregrinamur in terra dissimilitudinis. Non est enim speciosa laus in ore peccatoris. Eccl. 3. Et nota, quod matri & filio cantandum est & psallendum, & orandi sunt spiritu & mente, sicut dicit Apostolus de seipso. 1. ad Cor. 14. Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Sicut enim vtrique debemus horas vocales; sic & horas reales & spirituales. Horæ vocales septem sunt. Vnde, Septies in die laudem dixi tibi, &c. Horæ reales, quæ decantantur operibus, non verbis, factæ ad eius honorem septem opera misericordiz. Horæ spirituales septem, vt ei exhibeas de reipso fidem, spem, & charitatem, quæ sunt tres virtutes theologice, & quatuor cardinales, quæ sunt iustitia, prudentia, fortitudo, & temperantia. Vel horæ spirituales, charitas, gaudium, pax, patientia, &c. quæ enumerantur ad Gal. 5. vt pro posse tuo Mariam in his omnibus imiteris: quod est currere in odore vnguentorum ipsius, & horas huiusmodi eidem decantare.

Gratiarum actionem, vt videlicet in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione de beneficiis iam perceptis, petitiones nostras innotescant apud eam Phil. 4. Omnino das etenim gratias debemus reddere beate Virgini: quia in ea & per eam factus est Deus homo: vnde homini accreuit prærogatiua maxima honoris & dignitatis, amoris & beatitudinis: propter quæ Filius Dei minoratus paulominus ab Angelis quoad conditionem naturæ, qui non sunt carni, nec possunt mori, sed verbum caro factum est, & immortalis mortalis. Idèd dicit Iob. 8. Quid est homo quia magnificas eum, &c. Nilum enim sumus non solum oculo intellectuali dignitatem, sed & corporali, quod non Angeli, glorificam humanitatem, cum modo videamus per speculum in ænigmate. 1. ad Cor. 13. Augustinus. Propter hoc Deus factus est homo, vt totum hominem redimeret & glorificaret. Propter

11. *Debetur Maria gratiarum actio.*

hoc igitur nunquam debemus à gratiarum actione cessare: quia Christus & Maria nunquam cessant nobis benefacere, ut ad locum unde exeunt flumina, reuertantur, ut iterum fluant. Eccl. 1.

Debemus etiam Deo trinitati incessanter gratias agere de tam dignissima largitate, qua nobis prouidit Mariam, quæ, ut breuiter dicam, omnibus omnia facta est, ut quantum in se est, lucrificat vniuersos, cum non sit qui se abscondat à calore charitatis eius, dicentes iugiter corde, ore, & opere illud 2. ad Cor. 9. Gratias Deo super inenarrabili dono eius. Item 2. Machab. 10. In hymnis & confessionibus benedicebant Deum, qui magis fecit in Israël, id est, in Maria, sicut ipsa testatur dicens: Fecit mihi magna qui potens est. Vel qui per Mariam magna fecit in Israël, id est, in populo Christiano. Item Psal. Benedictus Deus, quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita, id est, in Maria, quam Spiritus sanctus munioit omni gratia & virtute: ipsa enim videtur dicere omnibus Christianis cum Apostolo illud ad Phil. 2. Tetis mihi Deus est, quomodo vos omnes cupiam in visceribus Christi filij mei: & hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet.

Et nota, quod tot & tam immensa beneficia iam suscepimus & iugiter suscipimus per Mariam, quod beatus Augustinus omnes sanctos in digna gratiarum actione apud ipsam deficere, probat dicens: O beata Maria quis tibi digne valeat iura gratiarum & laudum præconia impendere, &c. Item, Quas tibi laudes, &c. Ideo de sanctis animalibus dicitur Apoc. 4. Requiem non habebant, id est, non cessabant die ac nocte, id est, omni tempore vitæ suæ, vel in aduersis & prosperis. Item propter hanc insufficientiam nostram dicitur dicitur ei sicut dicimus filio: Quid faciam tibi o custos hominum, id est, o tu beata Virgo, quæ custodis fideles & ratione vrentes. Quid faciam tibi, hoc est, quid retribuam tibi pro omnibus beneficiis tuis, donorum enim meorum non eges. Vel quid faciam tibi, quasi diceret: Nihil boni ex me possum facere. Vel quid faciam, quasi diceret: Si quid facio quod videatur bonum, nihil est coram te, vel nihil est respectu bonorum quæ iugiter facis mihi. Et ex tali consideratione generatur humilitas & dilectio eius in nobis. Et hæc duo maxime requirit ipsa à nobis.

Solemnizationem. Solemnizanda est enim in omni tempore ab omni fidei, & maxime in sabbatis & vigiliis & specialibus festis suis: quoniam per ipsam rediit homo ad solemne festum gaudij æterni: ipsa est enim luna de qua dicitur Eccl. 13. A luna signum diei festi. Dies festus, dies æternitatis. In ipsa enim fuit initium diei festi: quia omnia temporalia contempsit superne inhians. De ipsa etiam ortus est Christus, qui festum nostrum est in præfenti tribuens pacem pectoris, gaudium conscientie, serenitatem cogitationum, gratiam sabbatizandi ab opere seruilis, id est, à peccato, & qui suis fidelibus erit in futuro solemnitas sempiterna. Quare in titulo, quod ipsa est luna Idcirco Mariæ constituere debemus diem

12. Maria debet esse sabbatum in diebus dominicis in festis...

solemnem in condensis, sicut docet Psal. Constituite, scilicet corde, ore, & opere statuite. Vel per hoc quod diei constituite, notatur firmitas & stabilitas animi in bono ad seruendum ei, dicentes: Hæc est dies quam fecit Dominus. Et voluit custodiri ad honorem matris suæ diem, scilicet sanctificationis suæ, diem patiuitatis, diem conceptionis, diem partus sui, diem purificationis, diem assumptionis, & quamlibet diem sabbati solemnem, solemnizando, recitando, prædicando, virtutes & mirabilia eius, ut scilicet reliquæ cogitationum nostrarum diem festum agant ei in serenitate conscientie. Et hoc in condensis omnium articulorum fidei, de his quæ pertinent ad gloriam partus sui, ad virtutes & opera sua. Vos dico qui accedere cupitis vsque ad cornu altaris, ad literam, ad sumendum sacramentum filij sui, vel ad celebrandum de ea. Vel aliter: Maria dicitur altare placationis Domini, qui placatur erga peccatores, cum super hoc altare offerunt dona & sacrificia sua: de quo altari ipse dicit Isa. 60. Offerentur super placabili altari meo, &c. Istud inuenies Naum 1. Celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua. Iudas interpretatur confitens vel glorificans, hic est populus fidelis, qui iubetur celebrare festiuitates Christi, Mariæ, & sanctorum, quæ suæ sunt, vnde dicitur, tuas, id est, institutæ ad commodum suum si aduertat.

Quæ scilicet festiuitates celebrandæ sunt multiplici de causa. Prima, ut reddamus eis vicem pro vice: sancti enim & Angeli imò ipse Christus & beata Virgo faciunt festum de nobis. Luc. 15. Gaudium Dei super vno peccatore penitentiam agente. Et hæc sunt fercula paradisi. Christus etiam, sicut ibidem dicitur, qui designatur per mulierem drachmam quærentem perditam, qua inuenta, conuocat amicas & vicinas, id est, Angelicas ut ei congratulentur de drachma perditâ & inuenta, & similiter de oue. Per hanc etiam mulierem potest designari Maria. Secunda: quia accincti sumus ad pugnam, ut habeamus eos aduocatos & intercessores: quia non debet gloriari accinctus æquæ ut discinctus. 3. Reg. 20. Ideo dicitur in Psal. Leuauit oculos meos ad montes, id est, sanctos: vnde venit auxilium mihi. Quia de cælo est fortitudo. 1. Machab. 3. Item ut dicantur vtrique, id est, matri & filio illud. 2. Paral. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Tertia, ut animemur ad faciendum sicut & ipsi fecerunt, quorum nec fortitudo lapidea. Iob 6. Nec caro fuit ænea: sed in carne & in sexu fragili collata est eis gloria martyrij: nec abbreviata est manus Domini, ut saluare nequeat: nec grauata auris eius, ut non exaudiat. Isa. 69. Sed iniquitates nostræ diuiserunt inter nos & Deum nostrum, & peccata nostra absconderunt faciem eius à nobis, id est, propitiationem eius. Quarta, ut recitatis & consideratis eorum virtutibus quæ recitantur in festis suis, sordes nostras & imperfectum nostrum erubescamus, quorum omnes iustitiz in conspectu Domini sicut pannus menstruat. Isa. 64. Ideo præcipitur Ezech. 43. Fili hominis ostende domui

Festiuitates sanctorum celebrandæ sunt ob quinque causas.

domui Israël templum, & confundantur ab iniquitatibus suis. Quinta: quia cum semper parati sint orare pro nobis, sicut de Ierem. dicitur. 2. Mach. 15. maxime autem in festis suis pro ipsorum obsecrationibus ipsos enixius credimus intercedere.

Notandum autem, quod vigiliæ præcipuarum solemnitarum Christi, Mariæ, & sanctorum, ieiunandæ sunt in parca & tenui dieta, vel etiam in pane & aqua, maxime Virginis gloriosæ. Vnde beatus Bernardus: Sanctorum festa præcipua sunt partum auctoritas, virtutis præueniendæ ieiuniis. Vtiliter planè, si affuerit qui aduertat. Multa siquidem quotidie peccata contrahimus, & in multis offendimus omnes: nec tutum omnino est celebrandas suscipere festiuitates sacras, maximeque eas quæ maximæ sunt, nisi prius abstinentiæ purificatione præmissa, quo & digniores & capaciores inueniamur spiritualium gaudiorum.

Item ordinatè solemnizare est, ut præcedat vigilia in aridis, & sequatur festum in pinguibus. Modo enim viri iusti faciunt vigiliam solemnitatis æternæ, quæ erit in paradiso. Quod si forte grauentur aliquoties prolixitate vel ariditate vigiliæ, recolant æternitatem & delicias festi. Beatus Bernardus: Non cauteris vigiliam longiorem, si diurnitatem festiuitatis attendas. Mali verò faciunt de conuerso, modo habentes festum transitorium in pinguibus, sed in aridissimis facturi vigiliam in æternum. Hi sunt Agareni, quod interpretatur solennitas vigiliæ & vigiliarum, qui scilicet de vigilia faciunt solennitatem contra Dominicum institutum, & ideo tempore solennitatis æternæ facturi sunt vigiliam in æternum, de quibus in Psal. Potauerunt omnes bestie agri. Ager mundus; bestie brutales & animales homines nihil quærentes nisi ea quæ de ventre & sub ventre, potabunt ad calicem Babylonis inebriantem. Ierem. 51. modo clarum & delectabile, sed fæces in sempiternum. Vnde Isa. 24. Amara erit potio bibentibus illam. Ierem. 9. Cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis. Sed onagri, id est, viri iusti, expectabant in siti sua, id est, sua Dalida sitiente. Dalida interpretatur situla. Hæc est misera caro, quæ semper sitit voluptates. Expectabant, inquam, donec habeant aquam claram, id est, donec plenarie potentur aqua sapientiæ salutaris. Proprietas enim onagri est, licet vehementer sitiat, nolle potare aquam turbidam, sed expectare donec habeat claram, & maxime pluuuiam de cælo: & est animal quod multum sustinet sitim suam. Dicit Isidor. quod on idem est quod zinnus, agria idem quod ferus.

Item viri sancti modò facientes vigiliam illius æternæ solennitatis, implent ea spiritualiter quæ fieri solent literaliter in vigiliis. Balneatur, & in balneo designatur contritio quæ est primum lauacrum animæ, vbi Christus adamat animam: quod designatum est in hoc quod Dauid qui Christum signat, vidit scilicet oculo misericordie, Bersabee, id est, animam penitentem, se lauante in balneo, contritionis: & adamauit eam. 2. Reg. 5.

Caput abluatur, id est, mens per compassio-

Sancti implent ea spiritualiter quæ fieri solent literaliter in vigiliis.

nem quæ est secundum lauacrum animæ. De hac duplici ablutione, scilicet per contritionem & confessionem dicitur Isa. 1. Lauamini, lauacro contritionis & confessionis, in quo omnia lauantur, sicut dicit beatus Laurentius. Et nota, quod macula dicitur lauari, id est, tolli, pannus lauari, id est, dealbari & mundari. Mundi estote, id est, in munditia persenerate post lotionem: quia aliter non prodest lotio. Et hæc præmunit contra reciduum, id est, confessio enim vera mundat animam sicut scopa domum, sicut lixiuum telam, sicut balneum carnem, sicut lima ferrum, sicut ablutio pedem vel manum. Vestis mundatur, id est, caro quæ est vestis animæ. Vnde: Pelle & carnibus vestisti me. Similiter per contritionem, confessionem, disciplinam susceptionem, abstinentiæ, elemosynarum largitionem, & maxime per lachrymarum effusionem.

Domus conscientie purgatur à cæno luxurie, puluere auaritiæ, araneorum telis, id est, vanitate superbiæ. Quod totum fit rano spiritualia quam carnalia virtus veraciter confitendo. Domus etiam nostra spiritualiter mundatur, quando præcauemus ne rapina pauperis in ea inueniatur, vel ne cæno luxuriæ polluat, quando scilicet facimus nobis amicos de mammona, iniquitatis, quando etiam saragimus ut castra nostra sancta sint, & ut nihil scditatis in ipsis appareat, ne derelinquat nos Dominus Deus noster. Deut. 23.

Barba raditur & corona. Gregorius super Iob: Barbam sibi radunt, qui sibi de propriis viribus fiduciam subtrahunt. Ratio enim barbe quæ signat virilitatem, est amputare à se de propriis viribus præsumptionem. Sicut ergo barba tollitur ante festum, sic si vis venire ad festum æternum, necesse habes tollere præsumptionem de virilitate tua, ut sis vir videns paupertatem tuam. Thren. 3. Et humilitatio tua in medio tui. Michæ 6. Quare titulo de confessione, vbi confessio dicitur nouacula. Ideo præcepit Dominus Ezech. 5. Fili hominis tunc tibi gladium acutum radentem pilos. Radere coronam vel pilos capitis, est per confessionem eicere à se superfluas & noxias cogitationes mentis. Ideo Num. 8. iubentur leuitæ aspersi aqua lustrationis radere omnes pilos carnis suæ. Quod est nouacula confessionis seu disciplinæ carnales cogitationes refecare à mente, & motus superfluos à carne. Item in raditione coronæ caput desuper raditur, ad signandum, quod animus noster debet esse mundus ad Deum & temporalia, quæ quasi capilli propter necessitates continuas capiti, id est, menti adhærere coguntur, non occupent partem animæ principalem, sed dependant tanquam à latere: nec exaltentur in ea, sed desuuant ab ea, sicut capilli se habent in capite: & inferius sit eorum forma circularis, ut vsus temporalium ad celestia referatur. Breues etiam sint capilli, ut in mentibus nostris temporalia decurrant per contemptum, non protrahantur per desiderium & amorem. Vnde vbi temporalia perfectius contemuntur, ibi breuior est tonsura.

Capilli circumciduntur, ut dictum est. Capilli cogitationum superfluitas. Ierem. 1. Tonde capillum, & proice. Item Michæ 1. Dég-

caluare & tondere super filios deliciarum. Titulo, quod pœnitentia forcepts.

Vngues rescinduntur, per quos signatur rapacitas, quæ tantò damnabilior, quantò solemnitatis sublimior.

Domus ornatur, id est, conscientia diuersis virtutibus tanquam cortinis vel ramis & frondibus foliatis, quæ designant vitorem æternorum, qui tunc maximè debet inquiri per orationem & desiderium. Iob de onagro. 39. Virentia quæque perquiri.

A seruuili opere cessatur, id est, à peccato quod facit hominem seruum diaboli. Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. 2. Per. 2. A quo quis superatus est, eius & seruus est. Ideò dicitur Leuit. 23. Omne opus seruuile non facietis in eo. Nec solum in solemnitatibus magnis à seruuili opere, id est, à peccato cessandum est, sed etiam ab operibus necessariis & licitis diebus aliis. Vnde in eodem capitulo dicitur: Omne opus non facietis in eo. Anima quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo.

Holocaustum multiplex Domino offertur. Leuit. 23. Omne opus seruuile non facietis in eo & holocaustum offeretis Domino. Maximè autem sacrificium contritionis & recogitationis peccatorum suorum in amaritudine animæ, debet à fidelibus festiuis diebus Domino immolari. Vnde Leuit. 23. Sabbatum requietionis est affligens animas vestras. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hoc, peribit de populis suis. Sed quia non prodest holocaustum nisi igne diuini amoris & pietudine cordis incensum, dicitur in eodem capitulo: Offeretis sacrificium in igne Domino.

Nota, quòd sicut in veteri lege literaliter offerebatur Domino sacrificium de aliquo animali, sic in noua spiritualiter offerendum est Domino sacrificium cordis contriti & spiritus humiliati. Vnde Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Sacrificium in lege oblatum. Primitiò ab aliis animalibus separabatur. Sic & corpus separandum est ab omni animalitate: quia animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. 1. Cor. 2.

Secundò ligabatur. Sic & cor ligandum est duplici funiculo timoris & amoris, ne amplius eualet potè concupiscentias suas. Vel duplex funiculus, amor Dei & pudor mundi. Vel triplex funiculus, qui difficile rumpitur, timor mortis, iudicij, & gehennæ. Vel etiam triplex funiculus, prohibitiones, præcepta, & consilia sapientiæ & theologicæ scripturæ, de qua dicitur Sapient. 6. Vincula eius alligatura salutaris. Et hoc est quod dicitur de Abraham. Genes. 24. Cunque colligasset Isaac filium suum, &c.

Tertio ad ostium tabernaculi offerebatur. Ostium est de misericordia. Vnde 3. Reg. 6. Ostia erant de lignis oliuarum, pluraliter, quibus complex Dei misericordia figuratur. Qui etiam peccando fortis erat ab Ecclesia, proponendo pœnitere & satisfacere, ad Ecclesiam accedit.

Quarto animal ligatum in manu sacerdotum tradebatur. Quod fit quando pœnitens promittit satisfacere ad arbitrium presbiteri. Marth. 8.

Sacrificium in lege oblatum, descriptum est in 1. Cor. 2.

Ite ostendite vos sacerdotibus. Ideò Christus immolatus pro nobis vincens oblatus est summis sacerdotibus. Ioan. 18.

Quinto macerabatur, scilicet per dolorem contritionis & laborem sanctificationis. Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt, supple, pugnantes cum vitiis operum & concupiscentiis desideriorum.

Sextò exoriabatur: postquam enim in corde & voluntate mortuus est homo peccato, non restat nisi exoriata & nuda confessio, vt integraliter interiora rescedant. Vnde Dominus Marth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, scilicet vt totam pellem veterem deponatis, & detis pro adipiscenda noua pelle. Iob 2. Pellem, peccati, pro pelle, virtutis. Vel pellem, mortalem, pro pelle, immortalis. Coloss. 3. Exuite veterem hominem cum actibus suis, &c. Propter hoc dicitur de Iudith 10. quæ intelligitur confitens vel confessio: Exiit se Iudith vestraentis viduitatis, &c. Hæc vestimenta vetus conuersatio & ipsa peccata. Sed quòd quantò pellis subtilior, tantò ad excoriandum difficilior, sic & peccata spiritualia quæ subtiliora sunt. Et sicut caput animalis difficilius excoriatur quam cætera membra, sic clerici literati & prælati, Et velut anguilla quæ lubricam habet pellem, vix teneri potest ad excoriandum, sic clerici magis lubrici sunt quando excoriantur etiam quam laici. Et sicut quando excoriatur animal viuum, magnus ibi est dolor: sic qui non doler interius in sua confessione, putari potest animal mortuum scilicet in peccato.

Septimò membra frustatim conscindebantur. Vnde Leuit. 1. Detrahta pelle hostiæ artus in frusta cadent, scilicet per confessionem indiuidualem & per contritionem de singulis peccatis: quia contritio debet præcedere, concommitari & subsequi ipsam confessionem. Vnde: Scindite corda vestra, &c. Ioc. 2.

Octauò membra lauabantur. Vnde Leuit. 1. Intestina & pedes lauabunt aqua. Quod fit maximè per lachrymarum effusionem & elemosynarum largitionem. De primo dicitur 3. Reg. 18. Haurite aquas, & fundite super holocaustum. Sicut enim aquæ lachrymarum hauriendæ de profundo cordis cum situla humilitatis, & de profunda misericordia Dei cum situla orationis. De secundo Luc. 11. Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

Nonò super struem lignorum membra collocabantur, sicut dicitur Leuit. 1. Ligna quæ nutriunt ignem, bona opera quæ nutriunt charitatem, & sine quibus deficit, sicut ignis extinguitur sine lignis.

Decimò in altari membra cremabantur. Vnde Leuit. 23. Offeretis sacrificium in igne Domino. Ideò præcipitur Leuit. 1. Oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & odorem suauissimum Domino. Cor enim pœnitentis debet accendi igne charitatis & zeli. Vnde 3. Reg. 18. Descendit ignis & vorauit holocaustum Eliæ. Igitur altare fides, sine qua impossibile est placere Deo. Hebr. 11. Craticula affans & subleuans, spes: ignis cremans, ipsa charitas: fossa altari recipiens cineres, humilitas

litas

litas semper ad dolendum suas recolens iniquitates: cinis enim qui est residuum ignis, signat memoriam beneficiorum Dei, vel memoriam consumptionis nostræ per peccata.

Vndecimò odor fumi ascendens diffundebatur. In hæc fumo compunctio vel deuota oratio quibus Dominus delectatur, & exempli boni diffusio, qua proximus ad simile inuipatur. Propter primum dicitur de sacrificio Noë. Gen. 8. Odoratus est Dominus odorem suauitatis. Propter secundum dicit Apostolus de se & aliis pœnitentibus: Christi bonus odor factus Deo.

Duodecimò cineres reseruantur. Item de huiusmodi sacrificio dicitur: Sacrificare sacrificium iustitiæ, id est, macerationem carnis offerte. Rom. 12. Obsecro vos per misericordiam Dei, &c. Vel, sacrificium iustitiæ, id est, bona opera. Vnde: Eleuatio manuum suearum sacrificium vespertinum. Vel, sacrificium iustitiæ, id est, cor, de quo totum id quod supra dictum est, faciendum est. Et sic sperate in Domino, id est, misericordiam Dei vos posse inuenire. Sed quidam immolant demonijs, & non Deo, quos ipsi demones immolabant in æternum: vnde magis possunt timere ignem inferni, quam sperare misericordiam Dei. Vel triplex sacrificium de quo præcipitur Leuit. 2. conspersum oleo offerendum est. Primum est cibano, scilicet amor Dei conspersum oleo deuotionis, de quo oleo dicitur: Impinguasti in oleo caput meum. Secundum de sarragine, scilicet fratris correptio, superfluum oleo consolationis, quod Samaritanus infudit vulneribus sauciati. Luc. 10. Tertium de eraticula, scilicet carnis mortificatione, superfluum hilaritatis oleo, quia hilarem faciem diligit Deus. 1. Cor. 9.

Qua sine in subnitenti- bus agenda.

In festiuitatibus propitio Domini queritur. Leuit. 23. Omne opus non facietis in tempore huius diei: quia dies propitiacionis est, vt propitiatur vobis Dominus Deus vester. Quomodo autem querenda sit diuina propitiatio, ostenditur Is. 55. vbi legitur: Querite Dominum dum inueniri potest, &c. derelinquat impius, &c. vsquè, & reuertatur ad Dominum & miserabitur eius, &c. Per elemosynam inuenitur dies propitiatio. Vnde Eccl. 7. Pauperi porrigite manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.

Spirituale gaudium exultatur, & mundana tristitia postponitur. Vnde præcipitur Nemi. 8. Sanctus dies Domini est, nolite contristari: gaudium etenim Domini est fortitudo vestra. ibidem etiam dictum est populo, qui plorabat, cum audisset verba legis Moysæ: Tacete, quia dies est sanctus, & dolere nolite.

Lauta cibaria abundantius præparantur, non vt gulosius comedatur, sed vt pauperibus largius erogetur. Vnde ibidem præcipitur: Ite & edite pingua, & bibite mullum, & mittite partes ei qui non præparauit sibi: quia sanctus dies Domini est.

Verbum Dei fidelibus proponitur, & ad audiendum populus conuocatur. Nemi. 8. Congregatus est populus quasi vir vnus ad plateam, &c. Et dixerunt Eldæ scribæ, vt asser-

ret librum legis Dei, &c. Et attulit Eldas librum coram omni multitudine virorum & mulierum, &c. & legit in ea apertè de mane vsque ad mediam diem. Et aures omnis populi erant erectæ ad librum.

Collecta ad opus pauperum efficitur. Vnde ibidem dicitur, quòd collectam fecerunt iuxta ritum. Apostolus. 1. Cor. 16. dicit: De collectis quæ sunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite per vnã diem sabbati, &c. ad Hebr. 10. Non deserentes collectionem nostram.

Noua vestis induitur, sed vetus & sordida prius exiuit. Verus vestis & squalida, vetus & sordida conuersario in peccatis, quæ debet dirumpi per contritionem, & eici per confessionem, & squaliditas ablu per satisfactionem. Noua vestis noua conuersatio quæ consistit in virtutibus, vt scilicet pro luxuria castitas, pro gula sobrietas, pro tenacitate largitas, pro acedia strenuitas, pro inuidia charitas, pro iracundia benignitas, & pro superbia humilitas assumatur. Vel noua vestis conuersatio quam Christus nouus Adam gessit in carne. Vnde ad Rom. 13. Induimini Dominum IESVM CHRISTVM, non sicut homo vestem, sed sicut ferrum ignem, sicut dicit ibi auctoritas.

Campanæ festinè pulsantur. In cuius resignum Dominus præcepit Moysi vt faceret sibi duas tubas argenteas dulciles, quibus conuocare posset multitudinem populi. Num. 10. quando mouenda essent castra. Et erat vsus tubarum illarum maximè ad tria, ad conuocandum populum ad bella, ad solemnitates, & ad luctum pro mortuis. Ad hæc tria maximè debet esse vsus prædicationis per duas tubas propter promissionem & comminationem, argenteas propter sonoritatem. Prædicandum est enim principaliter ad tria, scilicet ad conuocandum populum ad solemnitates æternas, & ad bellum, scilicet contra carnem, mundum, & diabolum, & ad luctum penitentis pro mortuis in peccato: quilibet enim habet mortuum suum. Vnde Ierem. 6. Luctum vniuersi fac tibi. Nota tibi.

Ad vigilias & seruitium igitur, & laudes Deo canuntur, quarum videlicet laudum, si deuotè celebrentur, virtus ostenditur contra spirituales inimicos. 2. Paral. 20. Cum cepissent filij Israël, id est, deuoti Christiani, laudes canere, vertit Dominus insidias hostium in semetipios, & mutuis se congedebant vulneribus. Quod de demonibus intelligendum est. Item, 1. Paral. 23. Leuitæ stabant ad confitendum mane & canendum Domino. Similiter & ad vesperam tam in oblatione holocaustorum Domini, quam in sabbatis & kalendis & solemnitatibus reliquis.

CAPVT VI.

Quæ sit proprietas seruorum Mariæ & Filij, & qualiter nos præparare debemus ad seruissimum eorum.

Viso de causis quare debeamus seruire Virgini gloriosæ, viso etiam cuiusmodi seruitia debeamus eidem, viso nihilominus quomodo de singulis membris & sensibus ipsi seruiendum sit in præsentem, restat assignare de proprietatibus seruorum suorum, quas nisi habuerimus, dignè non possumus eidem ministrare. Debent enim qui dignè cupiunt ministrare Christo vel matri eius & cæteris sanctis, ipsos quantum possunt in virtutibus imitari, & solum à longè currere in odoribus vnguentorum suorum. Cantic. 1. quia sicut dicit auctoritas, venerati sanctos & non imitari, nihil aliud est quam mendaciter adulari. Gregorius super illud Ioan. 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato? Qui Deum nesciunt, Dei famulos falsè honorant.* Vera enim sanctorum veneratio est vera ipsorum imitatio. Christo siquidem & sanctis multò magis placet imitator deuotus, quam laudator otiosus. Et vera laudatio cordis & oris, imitatio est operis. Et tunc veri laudatores sanctorum existimus, si ea sequeamur quæ & ipsi sectati sunt. Hieronymus ad virgines ibi: *Cogitis me ô Paula, &c. Idcirco dilectissimæ, amate quam colitis, & colite quam amatis: quia tunc eam verè colitis & amatis, si imitari velitis de toto corde quam laudatis.*

Vera sanctorum veneratio est vera ipsorum imitatio.

Serm. de assump. B. Mariæ.

Conditiones seruorum Mariæ.

Mundus, aromaticus, reclusus, deuotus, Hebraeus.

Compassiens, & congratulans, verax, taciturnus,

Feruens, discretus, humilis, pius, atque benignus,

Iustus, pacificus, simplex, piens, & honestus,

Atque verecundus, hilaris, zelans, studiosus.

Mundus. Debent esse mundi & immaculati serui & laudatores Mariæ: ipsa est enim hortus conclusus, & fons signatus. Cant. 4. Nec intrandum est in hortum floridum & deliciosum pedibus lutulentis, nec aqua purissimi fontis sordidis est manibus haurienda. Ad agendum enim de beata Virgine non est nisi mundo corde & purificatis cogitationibus accedendum, ut cum ea dicere valeat seruus eius: In habitatione sancta coram ipso, id est, filio, vel coram ipsa, scilicet matre, ministravi. Sancta enim habitatio idem est quod mundà à terra eleuata & firma conuersatio. Habitatio nomen est verbale, & descendit à verbo frequentatiuo, & significat frequentiam & perseverantiam: ibi enim habito, vbi frequenter me habeo: & ibi est mea habitatio, vbi frequens est mei habitatio. Qui enim immundi sunt, non ministrant in sancta habitatione. Similiter nec appetentes plus iusto terrena, nec conuersantes in terra. Coram ipso, vel ipsa ministravi. Hic nota

Ex lib. 4.

quatuor. Cæleste desiderium, ut ante Deum & matrem eius sit omne desiderium nostrum, & nostra conuersatio in cælis. Item coram ipso, id est, simpliciter, id est, simplici oculo, non faciens iustitiam tuam coram hominibus ut lauderis ab eis, sed nihil aliud quætas nisi ipsum. Item coram ipso, id est, strenuè: omnia enim aperta sunt oculis eius: proprium enim est omnis serui etiam pigri, quandiu præfens est Dominus suus, strenuè operari. Boëtius: *Magna nobis, &c.* Vel coram ipso, id est, in beneplacito eius. Item coram ipso, id est, reuerenter coram tanto Domino, & tanta Domina, cum etiam coram dominis terrenis reuerenter sui serui ministrant. Ministravi, humiliter, & libenter. Minister quasi minor statu, ministrare quasi minorem stare. Auctoritas: *Si inuitus pares, seruus es: si libenter, minister.* Ministrare ergo in continua mentis & corporis munditia, est in sancta habitatione ministrare. Coram ipso, id est, in cælo, ut dictum est. Vel coram ipso, id est, in conspectu eius, ut scilicet ipsum iugiter aspiciat per rectam intentionem, lucrum vel aliud temporale commodum non intendens: & ita in conspectu eius actiue vel passiue ut iugiter cogiter se conspici ab Angelis & à Deo. Vnde beatus qui in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Eccl. 14. Vel coram ipso, id est, ad honorem eius, vel ad beneplacitum eius. Et nota, quod in tribus his verbis tanguntur ferè omnia quæ ministris Christi vel Mariæ sunt necessaria, ut scilicet ministrant in munditia vel abiectione voluptatum & contemptu temporalium, in patientia aduersorum, in desiderio æternorum, strenuè, feruenter, simpliciter, reuerenter, humiliter, libenter, perseveranter. Ecce decalogus ministeriorum Christi & Mariæ. Item seruimus matri sicut docemur seruire filio Luc. 1. *Seruimus illi in sanctitate, id est, in munditia.* Vnde mater dicit cum filio: *Ambulamus in via immaculata, hic discretiue, non alius, mihi ministrabat ad beneplacitum meum.* Et iustitia, ut non credas te ei dare gratuitum, sed reddere debitum dicens: *Seruus inuilitis sum.* Coram ipso, non vt ab hominibus velimus laudari. Vnde ad Coloss. 3. *Non ad oculum seruientes.* Matth. 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* In hoc etiam quod dicit, *Coram ipso, notatur quod boni stant in conspectu Dei, sicut Elias dicit de seipso 3. Reg. 18. Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum sto, &c.* Mali autem retrò. Vnde: *Quoniam ponas eos dorsum.* Et hoc quia à Domino ignorantur. Omnibus diebus nostris, id est, perseveranter: quia Dominus non vult seruum alteri obligatum, sciens quod nemo potest duobus dominis seruire. Matth. 6. *Non est seruiendum mundo: quia seruissimum suum non solum non remunerat, sed etiam in discessu totaliter spoliat.* Job 1. *Nudus egressus.* Non diabolo, qui quanto affectuosius ei seruiat, tantò contra talem gratius exercebitur, sicut dicit Gregorius. *Non carni, quæ de seruitio quod ei sit, non reddit nisi monetam stercorem.* Item triplex munditia seruis Mariæ necessaria est, videlicet carnis, quod est abstinere ab omni immunditia exteriori, & ab omni actu illicito, qui

qui posset fieri scienter & vigilando. Est autem immunditia fluxus seminis quocumque attractu vel tactu viri præter vltimam feminæ, vel feminæ præter vltimam viri, & hoc restricto vocabulo. Largè autem sumpto vocabulo immunditia complectitur fornicationem, adulterium, mœchiam, incestum, sodomiticum, peccatum brutale, & huiusmodi. De quibuslibet autem immundis his modis vel aliis dicit Apostolus. Eph. 5. *Immundi regnum Dei non possidebunt.* Voluntas est abstinere ab omni illicito consensu. Vnde Eccl. 18. *Post concupiscentias tuas non eas, scilicet eis consentiendo.* Cordis, abstinere ab illicitis cogitationibus & peruersis, quæ separant à Deo. Sapient. 1. *Imaginationibus, delictationibus, desideriis, recordationibus, titillationibus; consensibus, & huiusmodi: quia sicut dicit Dominus Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam.* Item Dominus Matth. 15. *De corde exeunt quæ coinquinant hominem.*

Aromaticus, per fragrantiam bonæ opinionis, per exemplum castitatis, pietatis, & humilitatis. Quanto enim ipsa est purior, magis fiet ei luxuriosus. Ipsa enim cum sit apis, fugatur factore. Eccl. 7. *Brouis in volatilibus apis.* Cum sit mater pietatis, magis fiet ei impius & auarus. Cum sit exemplar humilitatis, plus displicet ei superbus, & sic de cæteris abominationibus vitiorum. Propter huius fragrantiam dicitur seruis suis. Eccl. 39. *Quasi Libanus, id est, exemplo Mariæ quæ designatur per Libanum.* Vnde dicit Eccl. 24. *Quasi Libanus non incisus, &c. odorem suauitatis habere, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificare.* Florere flores sicut lilium, & dare odorem, & frondere in gratiam, dare nomini eius magnificentiam. Ecce quod primò iniungit suauem olentiam virtutum, & postea laudes eius. Hanc autem fragrantiam debes habere in corde, in ore, in opere. In corde contra fetorem prauorum desideriorum, sordidarum cogitationum, recordationum, titillationum, imaginationum, & huiusmodi. In ore dupliciter, laudes eius quæ sunt aromatica, & species assidue ruminando, & ad omnes impudicos & detractorios sermones sollicitè obtutando. In opere & sensibus, vt pro illius honore & tua utilitate abstineas ab omni opere polluto, & sensus tuos & membra sollicitè custodias ab omni actu illicito, scilicet oculos ne desigas eos in feminam, aures ne pro posse tuo audias linguam nequam, nares ne delecteris in meretriciis odoribus, os ne gustet quod gustatum inferat mortem, tactum similiter & incessum à voluptatibus illicitis & huiusmodi.

Rectitudo intentionis.

Rectus: per ipsam enim confregit Dominus catenas ceruicium nostrarum, vt incederemus erecti. Leuit. 26. *Can. 1. Recti diligunt te.* Incuruari alia. Istud dicitur matri & filio: debent enim recti esse serui & laudatores Mariæ: quia rectos decet collaudatio. Rectus est: cuius intentio ad Deum propter Deum dirigitur. Sunt enim qui laudant Deum vel Mariam cum benefecerit eis, vel vt benefaciat eis, quorum laus etsi tendat ad Deum vel Mariam, tamen recipiatur ad ipsos. Vnde Isa. 59. *Semina eo-*

rum incuruata sunt eis, id est, reflexa ad eos, id est, ad suum commodum recuruata. Omnis qui calcet in eis, ignorat pacem. Item moraliter. Anima bona non porrigit se ante vt præsentia bona concupiscat, non retrò vt ad ante acta mala per delectationem respiciat, non dextrorsum vt in prosperis per incontinentiam se effundat, non sinistrorsum vt in aduersis per patientiam excedat, sed sursum profert incrementum suum, sursum habet cor vbi Christus est in dextera Dei sedens. Et talis anima dignè collaudat filium & matrem eius. Item rectus est, qui non curuatur ad amorem terrenorum: quod signatur in rectitudine corporis humani, quod rectum est vt doceat spiritum suum rectitudinem. Vnde os homini sublime, dedit, &c. Eccl. 7. *Hoc inueni, quod Deus fecerit hominem rectum, &c.* Ideo petit iustus: Spiritum rectum innoua in visceribus mei. Beatus Bernardus: *Ipsa corporis rectitudo seruanda suæ spiritualis rectitudinis signum est, & de core limi deformitatem arguit animi.* Et paulò post: *Peruersa res est oculos habere sursum, & internos sensus atque affectus trahere in terram deorsum.* Et infra: *Indignè humanum corpus inhabitat brutus & bestialis spiritus. Quætere & sapere quæ sunt super terram, curuitas est animæ. Meditari verò quæ sursum sunt, reclusio illius.* Coloss. 3. *Quæ sursum sunt, sapite, &c.* Quia enim rectus est Dominus, debet rectus esse famulus, sicut dicit Psal. *Quia rectus redemptor, debet redemptus esse rectus.* Quam bonus Israël Deus his qui recto sunt corde. Recto corde sunt, qui æternè desiderant: & his bonus est Deus Israël. Curuo corde sunt, qui tantum terrena desiderant: & his non videbitur Deus, bonus licet sit. De primis dicitur Thren. 3. *Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.* De secundis dicitur: *Nolite sperare in iniquitate.* Item alibi in Psal. *Videbunt recti, id est, illi qui per desiderium ad cælestia eriguntur, & ad terrena per amorem non incuruantur. Et tales vident clarè: quia non excæcantur puluere mundanorum, nec stercorebus hirundinum, & lætabuntur.* Quidam enim sunt vt talpa, quæ non potest viuere nisi in terra: sed iusti sunt vt aquila, quæ videt solem in rota, per fidem nunc solem iustitiæ in rota æternitatis, sed tandem videbunt faciem ad faciem. Sed non sic impij, non sic. Et, id est, quia omnis iniquitas oppilabit os suum, id est, os omnis iniqui oppilabitur: quia impij in tenebris conticescent. Non dicit claudet, sed oppilabit, in quo maior dolor. Proverb. 9. *Suavis est homini panis mendacij.* Homini ab humo. Panis mendacij, id est, peccatorum quod per delectationem blanditur, ideo suavis videtur: & refectionem promittit, ideo panis. Sed mentitur, ideo dicitur mendacij. Et postea impletur os eius calculo. Calculus est lapis ignitus, quo si os impletum fuerit, vret illud: in quo notatur pœnæ acerbitas, quia igneus: per hoc quod dicitur implebitur, pœnæ infirmitas: per hoc quod lapis, pœnæ durabilitas, quia lapis æternus est. Igitur quia lapis, masti-cari non potest: quia os impletum, translucit non potest nec experiri: quia ignitus, non potest

S. m. 2. 4. su- per Cant.

potest

poterit sustineri. Et nota, quod etiam pura laudatio non sufficit, nisi sit & collaudatio, vt scilicet vnanimiter laudentur Christus & Maria. Vnde Exod. 15. dicunt filij Israël: Cantemus Domino, gloriosè, &c. Qui enim bonus est, solus laudare non vult, sed alios quos potest, sibi in adiutorium aduocat laudatores, dicens: Magnificate Dominum, vel Mariam, mecum: & exultemus nomen eius in idipsum, id est, concorditer. Nec inuidet gloriæ Christi vel Mariæ, sicut nec Moyses Num. 11. dicens: Quis mihi det vt omnes propheterent? Bene ergo dicit sanctus quilibet: Cantemus Dominum, vel Mariam. Dicit aliquis, Cantate. Alius dicit, Cantabo. Neutrum istorum sanctorum proprium est. Primus imponit in humeris hominum opera quæ non tangit, secundus gloriam de singularitate quarit. In primo pigritia, in secundo superbia reprehensibilis est, sicut ostenditur Matth. 23. Humilis ergo qui se insufficientem credit ad laudes matris & filij nisi ab aliis iuuetur, rectè dicit, Cantemus: in quo ostenditur Deus velle laudari concorditer. Vnde Act. 1. dicitur, quod omnes vnanimiter erant perseverantes in oratione. Et 1. ad Tim. 2. Volo viros, &c. sine ira & disceptatione. Item Iob 38. dicit Christus: Cum me laudarent simul ætra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.

4. Deuotus
ma. l. x
difficil.

Deuotus. Est autem deuotio pius & humilis affectus ad Deum vel beatam Virginem ex contritione generatus. Aliter deuotio & terneritudo cordis, vel mentis, qua quis de facili resoluitur in lachrymas. Hæc est medulla holocaustorum, sine qua omne holocaustum aridum est. Vnde, Holocausta medullata offeram tibi. Aliter deuotio est seruos bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens, certis manifestat indicis. Hæc diuiditur in tria. In zelum, compassionem, & beneuolentiam. Zelus est, dum pro amore iustitiæ defensionem vltro se offert animus, calumniam veritatis pati non sustinens. Compassio est, quando miseris aliorum condolemus. Beneuolentia, quando spontanea voluntate beneficia roganti annuimus.

5. Hebræus, id est, transiens. Vnde gloriosa Virgo ad seruitium suum vocat specialiter transiens. Eccl. 24. dicens: Transi ad me omnes qui concupiscitis me, &c. Expositionem multiplicem huius auctoritatis inuenies primo sermone de natiuitate Mariæ.

6. Comparans & congratulans. Hoc habuisti supra expositum titulo, quod Mariæ debemus congratulationem & compassionem. Rom. 12. Gaudete cum gaudentibus, flere cum flentibus.

7. Verax, cum ipsa sit mater veritatis, quæ nec falli potest, sed nec fallere intendit. Eccl. 15. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa, &c. Et nota, quod seruus matris & filij triplex veritas est necessaria. Veritas cordis sine duplicitate: quia sicut dicitur Iacob. 1. vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Vix nostræ, actiones nostræ. Veritas saxe-falsitate: quia os quod mentitur, occidit animam. Sap. 1. tollens vitam gratis in presenti, vitam gloriæ in futuro. Veritas operis sine vanitate, quam non habent

illi qui in laudibus hominum delectantur hic, & aliam retributionem expectant à Deo, de quibus dicit veritas: Amen, amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Matth. 6. Ibi Chrysofost. Qui propter humanum fauorem bonum facit, tacente populo mercedem amittit.

8. Taciturnus: quia in multoquo peccatum non deerit. Exemplo gloriosæ Virginis, quæ non nisi septem verba locuta legitur in Evangelio: Lege & imitare. Ideo à seruo suo roganda est assidue Maria: Pone Domina mea custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. Non declines cor meum, id est, non permittas inclinari à rectitudine virtutum, in verba malitiæ, ad excusandas, &c. Idem conuenit seruis eius illud Ierem. 8. Conuenite & ingrediamur ciuitatem munitam, quæ est Maria, munita omni genere virtutum, de qua dicitur in Psal. Benedictus Dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Sequitur: Et sileamus ibi, id est, exemplo illius ab omni prauo sermone, &c.

9. Seruus, contra pigritiam, desidiam, tepiditatem, & negligentiam. Dicitur enim de sapientia & Maria Eccl. 6. Quasi is qui arat qui seminat, accede ad eam, id est, ad seruitium eius, & sustine bonos fructus illius. In opere enim ipse est signum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Sed piger propter frigus, id est, torporem animi arare noluisset, laborare: mendicabit ergo cum fatuis virginibus in ætate futuri iudicij, & non dabitur ei vita æterna Prou. 20. Contra desides dicitur ad Hebr. 6. Non segnes efficiamini, verum imitatores eorum qui ex fide & patientia hereditabunt promissionem. Contra tepidos dicitur Apoc. 2. Vtinam frigidus esses, aut calidus, &c. Beatus Bern. Calidi sunt spiritualibus seruentes desideriis, frigidi horrore peccatorum suorum & æternæ damnationis constructi. Has duas affectiones scimus & credimus optabiles & acceptabiles Domino. Sed quia tepidus es, &c. Tepidi sunt vtriusque huius affectionis expertes, quales modo ferè omnes inueniuntur. Incipiam te euomere ex ore meo, id est, à societate fidelium, qui sunt os Domini, separare turpiter: sicut quod euomitur, turpiter eiciunt: quod est excommunicatio spiritualis. Aliter beatus Bern. Calidus seruo dilectionis, frigidus cuiuspiam consideratione. Aliter, frigidus est, qui pro timore gehennæ non peccat, calidus quem amor Dei peccare non sinit, tepidus quem nec timor terret, nec amor inflammat. Mirabilis Dei patientia, quæ multoties euomitur resumit per misericordiam, cum de cibo euomito nullus hoc facere dignaretur. Ideo dicit: Incipiam te euomere. Modo incipit euomere, sed non per euomit donec in morte. Item in hoc quod dicit, incipiam, quodammodo prænuntiat tepidum, vt præcaueat sibi, quod est misericordia magna. De negligentibus dicitur Ierem. 18. Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Alia littera dicit fraudulenter.

10. Discretus: quia sæpe per vehementiam feruoris amittitur virtus discretionis. Vnde & ipsa dicit cum filio Isa. 52. Intellegit seruus meus, & exalabitur. Sicut enim honor regis iudicium diligit, id est, discretionem, sic & honor regis, sicut

Serm. de ob-
dientia &
patientia.

sicut dicit beatus Bernardus: Vt in omni sacrificio quod ei volueris ad beneplacitum suum offerre, sal discretionis studeas apponere. Leuit. 2. scilicet ne quid nimis, vel parum. Ad Rom. 12. Rationabile obsequium vestrum.

11. Humilis, vt cum omnia bona feceris ad honorem illius, dicas ei: Seruus inutilis sum. Luc. 17. Minister enim dicitur quasi minoris status, ministrare quasi minore stare: in quo notatur humilitas. Quæ supra prima proprietate, scilicet mundus. Vel minister quasi minis territorius, scilicet per timorem qui frater humilitatis. Cum enim simus pauperes & egeni, viles & humiles de natura nostra, necesse est vt paupertatem nostram & humilitatem pro Christo voluntariè assumamus, maxime cum delectabiliter sit amplectendum quod nature est consonum: & hæc nature nostræ valde sunt consona, quia pauperes & viles nascimur & morimur. Exemplo etiam Domini nostri, qui cum diues esset, factus est pauper: cum Dominus omnium, seruire voluit vniuersis.

12. Pius: qui enim ad beneplacitum suum seruire desiderat matri pietatis & misericordie, necesse est, vt & ipse sit pius & misericors, cum ipsa sit refugium misericordium, & auertat illos misericordes oculos ab eo quem viderit immisericordem, cum talis vir aut mulier sit omnino ei dissimilis. Si enim manus tua vacua fuerit ab operibus misericordie factis ad honorem eius, qua irretuerentia ab ea misericordiam flagitare præsumes.

13. Modestus, vt seruus eius non ambulet in magnis, nec in mirabilibus superse: sed modestia eius nota sit omnibus hominibus. Phil. 4. & suam Dominam in hac virtute imitetur. Si enim compositus miles, compositam debet habere familiam, sicut dicit Hieronymus, multo fortius regina paradisi. Est autem modestia modum tenere in omnibus, scilicet in verbis, quia tempus tacendi, & tempus loquendi. Eccl. 3. Prouerb. 17. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est. In vestibus & cibis, vt habentes alimenta, non delectamenta: & quibus tegamur, non ornamenta: his contenti sumus. 1. Tim. 6. Et sic de aliis.

14. Iustus. Vnde dicitur ei à filio Isa. 60. Populus tuus omnes iusti in perpetuum hereditabunt terram, Eccl. 15. Qui continens est iustitiæ, id est, simul cum aliis virtutibus tenens iustitiam corde, ore, & opere: apprehendet, id est, firmiter tenebit affectu & intellectu: illam, id est, sapientiam, vel iustitiam, id est, fructum iustitiæ, qui est vita æterna. Vel apprehendet toto conamine mentis & corporis dices: Inueni quem diligit anima mea. Cant. 3. Tenui eam, nec dimittam. Illam, id est, Mariam vt ei seruiat, eam collaudet, & operetur ad honorem ipsius: non enim videtur iustus vel de numero prædestinatorum, sed magis de numero reproborum, qui Mariæ specialiter non seruit. Et obuiabit, scilicet ipsa iustitia, vel sapientia, vel Maria: illi, id est, se continenti, diligentibus, imitantibus. Obuiabit, inquam, per gloriam conscientie, quæ sequitur opera iustitiæ, doctrinam sapientiæ, familiaritatem Mariæ, illi remunerando, & hic & in morte. Quasi mater honorificata. Quod est dicere: Sicut mater ho-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

norificata à filiis suis, blandè suscipit illos: sic iustitia, sapientia, & Maria merito iustitiæ blandè suscipiunt iustos in morte: est enim iustitia, sapientia & Maria mater iustorum: quia nutrit eos & adoprat vt filios. Quasi mater honorificata, multitudine bonorum operum, & elucidata doctrina verbi & exempli. Et quasi mulier. Maria mulier: quia molliuit Deum, & quia emollit corda dura. Et ipsa est virgo: quia per continentiam quasi reuerginat corpora dissoluta. Mater dico à virginitate non recedens, mulier propter fortitudinem & fecunditatem operum, & virgo propter integritatem intentionis & munditiam mentis quam præstat diligentibus.

15. Pacificus, vt qui ad beneplacitum suum Mariæ desiderat famulari, prius sataget per penitentiam cum filio pacificari: quando enim quis genitum peccando impugnat, genitrici non ministrat.

16. Simplex, id est, sine plica duplicitatis & simulationis: quia simulator ore, quantum in se est, decipit amicum suum. Prouerb. 11. De cuiusmodi plangit se mater cum filio. Isa. 39. Populus iste ore suo & labiis suis glorificat me: cor autem eius longè est à me. Quod de multis clericis & religiosis manifestum est, qui non clerici vel religiosi, sed magis coram Deo simiaz sunt, qui cantando & psallendo Christum vel Mariam non placant, sed magis prouocant & irritant. De cuiusmodi dicitur Iob 36. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. E contrario simplicitas iustorum dirigit eos. Prou. 11.

17. Patiens ad contumelias verborum, vt pro honore ipsius patienter toleret sublationes impiorum, & bibat exemplo Iob 30. sublationem sicut aquam. Nec respondeat contumeliosis: quia seruum Dei vel ipsius Mariæ non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. 2. Tim. 2. Item ad damna rerum temporalium, vt dicat cum. Iob 1. Dominus dedit, Dominus abstulit. Item ad læsionem membrorum. Et hæc patientia perfectior est duabus primis. Hanc exhibuit Christus dicens: Corpus meum dedi percutientibus, &c. Item ad angaria operum. Matth. 5. Quicumque te angariauerit, &c. Item ad tribulationes quas nobis infert caro nostra. Iacob. 1. Beatus vir qui suffert tentationem. Item ad contemptum mundi, vt possit dicere filio & matri: Propter te sustinui opprobrium. Item ad ægritudines corporales, vt dicat cum Iob 6. Quis det vt veniat peritio mea, & quod exspecto, tribuat mihi Deus? Et qui cepit, ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me? Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat.

18. Honestus, id est, bene compositus, & gratiam huius honestatis perat ab ea cuius fructus sunt honoris & honestatis.

19. Verecundus, vt si seruitium suum voluerit placere matri & filio, erubescat facere, dicere, vel etiam cogitare turpia, noxia, vel iniqua.

20. Hilaris, vt ex hilaritate seruiat tam matri quam filio, non ex tristitia, aut ex necessitate: quia sicut dicit Apostolus. 2. Cor. 9. Hilarem datorem diligit Deus. Item Eccl. 25. In omni dato hilarem fac vultum tuum.

G Zelans,

- 21. Zelans, vt non ex timore seruiat, sed potius ex amore.
- 22. S'udiofus, id est, sollicitus inquirendo quomodo ei placeat cui se probauit.

CAPVT VII.

De festo æternitatis beatæ Virginis.

Igitur quoniam de festo æternitatis ad quod non redit per Mariam, fecimus mentionem, vbi dictum est. A luna signum diei festi, cuius auctoritatis plenariam expositionem inuenies trito. quæd' Maria luna, idcirco de festo illo saltem pauca bibuliendo dicemus. Dicitur autem festum illud. Conuiuium. Isa. 25. Faciet Dominus exterium omnibus populis in monte hoc. Conuiuium pinguium medullatorum, vindemiarum defæcatarum. S'c' ex pone: Faciet Dominus exterium omnibus populis, id est, electis ex omni populo, sicut dicitur, Ad te omnis caro ueniet, id est, ab omni ex omni carne. Et hoc conuiuium signatum est Genes. 45, vbi Ioseph, qui Christum signabat, omnibus fratribus suis ad eum congregatis fecit conuiuium. In monte hoc, id est, in Ecclesia triumphante: de quo monte propter paucitatem ascendendum dicitur, Quis ascendet in montem Domini, &c. Conuiuium pinguium, id est, omnimodæ satietatis. Vnde Psal. Satiaber cum apparuerit gloria tua. Conuiuium vindemiarum, id est, omnimodæ iocunditatis. Eccl. 31. Vinum in iocunditate creatum est, &c. Tunc enim iusti inebriabuntur ab vberitate domus Dei, & torrente voluptatis suæ potabis eos. Pinguium medullatorum, id est, interiorum gaudiorum & exteriorum, sicut duplex est pinguedo, de qua Psal. Sicut adipe, id est, stola animæ, & pinguedine, id est, stola corporis, repleatur anima mea. Vindemiarum defæcatarum, id est, iocunditatis purissimæ sine fæce tristitiæ, sicut vinum merum dicitur vinum sine aqua vel mixtura. Aliter intellige in pinguedine plenitudine. Vnde dicitur est Iob 36. Requies mensæ tuæ erit plena pinguedine. Ideo orabat Dauid: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. In medulla quæ intra ossa absconditur, securitatem. Vnde Deuter. 33. Habitabit Israël confidenter. In vindemia defæcata puritatem omnimodæ delectationis & iocunditatis absque admixtione alicuius contrarij.

Item Luc. 12. tanguntur octo, quæ laudabile faciunt conuiuium, vbi Dominus dicit discipulis suis: Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. Primum, nobilitas inuitatoris, vbi dicit: Ego. Secundum, ordinata positio ferulorum. Vnde Dispono Tertium, honestas conuiuium. Vnde dicit, Vobis: Apostolus enim loquitur. Quartum, hilaritas vultus. Vnde, Sicut disposuit mihi pater meus regnum. Exemplum quomodo pater recepit filium prodigum. Luc. 15. Quintum auctoritas inuitantis. Vnde, Pater meus. Sextum, fecunditas mensæ. Vnde, Vt edatis. S'c' b'atis super mensam meam. Hoc non meretur, qui purpuribus inhærent ministrant. S'c' p' m' m' loci auctoritas. Vnde, In regno. Exemplum de conuiuiis Ailucris, quod

factum est in orto nemoribus confito. Esth. 3. Octauum, securitas. Vnde dicit, Meo.

Conuiuium istud erit cœna illa magna quam fecit homo quidam Luc. 14. id est, Deus Pater, quando cœlestem iocunditatem vel suæ diuinitatis fructum electis suis ab æterno præparauit. Deus Pater dicitur homo ibi: Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo homini regi, Deo Patri, dicit Glossa, non tamen est homo. Filius dicitur homo & est homo. Dicitur autem Pater homo duplici ratione. Prima est similitudo creationis: quia cum tota Trinitas creauerit hominem, dedit ei esse diuinum, & creauit ad similitudinem suam, vt homo interior haberet vnitatem in essentia, & trinitatem in potentiis, sicut in Deo est essentia vnitas, & trinitas personarum. Vnde Psal. Ego dixi, Dij estis. Sicut cum diabolus superat hominem, dicitur homo. Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit. Glossa: Dabolus. Secunda ratio est vnio dilectionis. Vnde de propter dilectionem quam habet Deus ad hominem, dicitur Pater homo. August. Amor est vnio amantis cum amato. Qui adheret Deo, vnus spiritus est. Luc. 2. Tuam ipsius animam pertransiuit gladius. Hoc dictum est propter istam vnionem. Vel dicitur Pater homo, quia benignus, humanus, & misericors, quæ propria sunt hominis.

Vel homo quidam, verbum caro factum, quo valde ampliata est cœna hæc, vt videlicet non tantum habeamus Deum creatorem vt Angeli, sed etiam fratrem quoad naturam humanam, quam videlicet naturam glorificatam videre vnus erit de præcipuis delectabilibus paradisi: tunc enim clarescet geniti, quæ genitura fuit. Et bene Christus dicitur homo quidam, id est, singularis: homo, quia veram de Virgine carnem assumpsit: singularis, quia solus Deus & homo, quia solus sine peccato, quia solus sine læsione maternæ virginitatis conceptus, solus sine grauamine materni ventris portatus, solus natus ex vtero matris absque dolore patientis, quia solus morte sua genus humanum redimere, solus morte sua mortem potuit occidere, solus ab inferis electos suos abstrahere, solus in sepulchro corruptionem non videre, quia solus inter mortuos liber, solus semetipsum à mortuis suscitare, solus virtute propria corporaliter in cœlum ascendere, soli datum est à Patre ad dexteram Patris sedere vel residere.

Dicitur autem festum illud cœna. Et est cœna proprie refectio vespertina circa finem diei. Et beatitudo æterna plenarie dabitur electis post iudicium quod erit in fine mundi. Iam enim gustant beati cœnam illam quoad gloriam animæ, sed receptis corporibus in generali resurrectione, tunc plenarie in terra sua duplicia possidebunt. Isa. 61. duplicia, id est, vtramque stolam. Dicitur etiam cœna obsonium, id est, cibus contra somnum, cibus videlicet delicatus & deliciosus: quia à delicatis sumitur contra somnum, vt est panis, vinum, & fructus. Somnus est quies æterna, de qua dicit Psal. in persona bonorum: In pace in idipsum dormiam & requiescam. Hunc somnum siue hunc pacem accepturi sunt, qui pane qui de cœlo descendit, refecti fuerint in præfenti, qui modo sumitur in sacramento, & in illa cœna fumetur

fumetur ineffabili modo. De quo pane dicitur Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei, vt videlicet saturatus de pleno eructuet.

Vinum huius cœnæ illud de quo dicitur Deut. 22. Sanguinem vitæ bibent meracissimum. Isa. 25. Vindemia defæcata, vt supra. Vna Christus quæ nata est ex illa beatissima vite, id est, gloriosa Virgine, quæ dicit Eccl. 24. Ego quasi vitis, &c. Quæ scilicet vna pressorata est in totulari crucis: & inde eliquatum mustum nostræ redemptionis, de quo dicitur Christo: Calix tuus inebrians quam præclarus est. Quod scilicet mustum vel sanguinem vnz meracissimum modo sumimus in sacramento, & tunc fumetur ineffabili modo, quando dicitur conuiuius illud Cant. 5. Bibite & inebriamini charissimi.

Fructus huius cœnæ, fructus ille benedictus de quo dixit Elisabeth Luc. 1. Virgini gloriosa: Benedictus fructus ventris tui. Quære titulo suo. Hic fructus modo emendus est pretio honorum operum, vt ibi carius & delicatius comedatur. Vnde de anima bona negotiante tunc dicitur: Date ei de fructu manuum suarum. Prout in fine. Nec solus fructus ventris virginialis, sed & fructus arboris triumphalis, id est, crucis, in qua Christus triumphauit, de quo dicitur Cant. 7. Ascendam in palmam. Si needochicè, id est, in crucem, & apprehendam fructus eius. Istud realiter debet dicere quilibet iustus: non enim gustabit hunc fructum in futuro, qui in palmam ascendens, id est, in crucem, ipsum non collegerit in præfenti. Et nota, quod quando quis altius ascendit in arborem palmam, cuius fructus dactilus est, tanto dulciores & maturiores inuenit dactilos: quia in summo cacamine palmæ fructus dulcior & maturior inuenitur. Ille vero altius in palmam ascendit, qui maiorem & diuturniorem penitentiam facit, & maiori tribulationi pro Domino se exponit, & sic gloriosorem coronam recepturus est in futuro. Ideo dicitur de hoc fructu Isa. 4. Erat fructus terræ sublimis. Nec potest haberi nisi ascenderit. De hoc obsonio & hoc fructu dicit Psal. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, filius matris fructus ventris. Quære titulo, Benedictus fructus ventris tui. Vel fructus huius cœnæ erit triplex ille fructus terræ promissionis, de quo legitur Num. 13. scilicet ficus, vna, & malogranatum. Per ficum designatur dulcedo mentis in contemplatione diuinitatis, quæ scilicet contemplatio cibus & potus est animæ. Vnde ad hoc designandum dicitur Israëlitis. Exod. 33. Viderunt Deum, ac comederunt, & biberunt. Per vnam designatur gaudium mentis, quam inebriat charitas in cognitione illius charitatis eximie, quæ fecit Filium Dei incarnari. Per malogranatum quod multa grana continet sub vno cortice, designatur lætantium vnitas animorum, vbi vnusquisque de bono alterius vt de suo gaudebit sine inuidia: & quod in se non recepit præmium, gaudebit in alio recepisse. Ideo de superna Ierusalem dicitur, quod ædificabatur vt ciuitas propter ciuium vnitatem, cuius participatio est in idipsum, id est, communis: & hoc designatum D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

est in illa Ecclesia primitiua tempore Apostolorum. Vnde Act. 4. dicitur, quod multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, & quod illis omnia erant communia.

Potest etiam dici, quod in hac cœna duo fercula apponentur, scilicet mel, & lac. Mel signat dulcedinem de cognitione diuinitatis: quia mel descendit ex aère siue rore cœlesti. Lac gaudium de cognitione Dominicæ incarnationis in Virginem: quia lac de carne procedit. Et tunc clarescet geniti, quæ genitura fuit, & quomodo noster Emanuel butyrum & lac comedit. Isa. 1. Istud inuenies infra. Ecce duplex dulcedo, scilicet lactis & mellis. Vnde dictum est Virgini Cant. 3. postquam conceperat Filium Dei: Mel & lac sub lingua tua, id est, Deus & homo intra viscera tua. Et ideò promissa est filiis Israël terra fluens lacte & melle, id est, vtis Christianis videntibus Deum duplici oculo fidei & dilectionis, beatissima Virgo.

In hac iterum cœna. 12. fercula, quæ notantur Genes. 27. in benedictione Iacob, vbi dicitur ei ab Isaac: Der tibi Deus de rore cœli & de pinguedine terræ in abundantiam, &c. Ros; refugium & protectio contra æstum tribulationum. Vnde: Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Pinguedo terræ, stabilitas & firmitas in bono: quia inter elementa firmior est terra, quæ in æternum stat. Eccl. 1. Item. Qui fundasti terram, id est, Ecclesiam. Frumentum; omnis defectus suppletio & amotio. Apoc. 8. Non esurient. Vinum; obliuio omnium miseriarum. Proverb. 31. Date siceram, vsque, bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Isa. 65. Obluioni traditæ sunt angustie priores. Oleum, gaudium ineffabile. Vnde: Et vt exhilaret faciem in oleo. Obsequium impensum ab omni creatura quæ seruiet eorum voluntati. Vnde, Seruiant tibi populi. Vnde, Euge serue, vsque, supra multa te constituam. Honor. Vnde, Adoret te tribus. Sap. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum. Item gloria & honore coronasti eum. Participatio omnium bonorum. Vnde, Esto Dominus fratrum tuorum. Nam sicut lucente sole omnes participant lucem sine diminutione & præiudicio alicuius, ita quilibet sanctus participabit gaudium alterius. Quod orat Psal. Participem me fac Deus omnium timentium te. Omnium rerum dominium. Vnde, Et incuruentur ante te filij matris tuæ. Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Vindicta inimicorum. Vnde, Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. Psal. Letabitur iustus cum viderit vindictam. Remuneratio amicorum & beneficiorum. Vnde, Et qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Matth. 10. Qui potum dederit. Coniunctio Christi & Ecclesiæ, quæ notatur in osculo Isaac: quia sicut nulla est diuisio inter osculantes, sic nulla erit diuisio inter Christum & Ecclesiam. De hoc osculo dicit sponsa: Osculetur me osculo oris sui. Hæ sunt. 12. stellæ in corona sponsæ. Apoc. 12. & 51. benedictiones filiorum Israël, id est, fidelium Christianorum. Gen. penult. & Deut. penult.

Item hæc sunt fercula quæ promittuntur Iob 5. ubi dicitur ei: Beatus homo qui corripitur à Domino. Inreparationem ergo Domini non reprobos. Quia ipsa vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. In sex tribulationibus liberabit te; & in septima non tanget te malum. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij. A flagello linguæ abscondens, & non timebis calamitatem cum venerit. Greg. Dei misericordia agitur, ut pœna culpam sequatur, & vis doloris sit causa salutis: & quia beatus, ergo tu qui corripis, si vis esse beatus, inreparationem Domini ne reprobos. Et nota, quod sex bona facit hæc correptione. Quia ipsa vulnerat carnem, & medetur animæ. Eccl. 31. Infirmitas grauis sobriam facit animam. Et medetur visitatione vel gaudiorum infusione. Percutit, & manus eius sanabunt: quia percussiones eius sunt sanationes. Vnde dicit: Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, &c. In sex tribulationibus, scilicet hinc mundi, liberabit te, & in septima quæ erit in iudicio, non tanget te malum. In fame, id est, in corporali inedia, eruet de morte peccati & gehennæ. Mortem induxit comestio illicita, & à morte eruit Dominus in penuria cibi & potus. Et in bello contra tres hostes, de manu gladij, id est, de potestate peccati. Eccl. 21. Quam rumpit bis acuta omnis iniquitas. A flagello linguæ malorum abscondens. Glossa, liberaberis. Vel linguæ, id est, sententiæ Domini: & non timebis calamitatem cum venerit.

Consequenter enumerantur bona quæ sequuntur veram patientiam, cum dicitur ibidem Iob 5. In vastitate & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & bestias terræ pacificæ erunt tibi. Et scies, quod pacem habeat tabernaculum tuum, & visitans speciem tuam, non peccabis. Scies quoque, quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus in tempore suo.

Primum, In vastitate gehennæ, quæ impios vastabit extra, & fame, id est, omnis boni defectu intra. Glossa: Sicut intus & extra deliquerunt, sic intus & extra punientur. Ita in fine: Ignis eorum non extinguetur, & vermis non morietur. Ignis exterius, vermis interius. Ridebis de impiorum perditione: quia lætabitur iustus cum viderit vindictam. Prou. 9. In perditione impiorum erit laudatio. Vel, Ridebis gaudens de propria salute in die nouissimo. Secundum, Et bestiam. Glossa: id est, diabolus. Terræ. Glossa: qui terrenos comedit. Non formidabis. Ecce securitas. Zach. vlt. Sedebit Ierusalem secura. Tertium, Sed cum lapidibus regionum. Glossa: electis qui de omni regione tunc congregabuntur, erit pactum tuum, firmum, stabile, & æternum: quia murus te sicut se diligens. Quartum, Et bestias terræ, id est, demones & mali homines. 1. Corinth. 15. Ad bestias pugnaui Ephesi. Pacificæ erunt tibi. Glossa: Spiritus nequam non impugnabunt te. Vel bestias terræ, id est, motus carnis: quia tunc caro non concupiscet aduersus spiritum, nec è conuerso sicut modo. Quintum, Pax peccatoris. Vnde sequitur: Et scies experimento, quod pacem habeat tabernaculum tuum, peccatoris hic, ibi æternitatis, tabernaculum tuum, id est, corpus. Sextum, Et visitans speciem tuam, id est, teipsum per considerationem, non peccabis in proximum, te, vel Deum. Vel speciem tuam, id est, proximum. Glossa: Species nostra proximus est, in quo videmus quod sumus. Septimum, Et scies quoque, quod multiplex erit semen tuum, acquisitum exemplo vel prædicatione. Octauum, Et progenies tua, id est, filij spirituales quos conuertisti, vel bona opera quæ fecisti, vt herba terræ: quia multi numero & virentes virtute. Hoc totum potest intelligi de præsentia. Vnde sequitur: Et tunc in abundantia virtutum ingredieris sepulchrum contemplationis, sicut aceruus tritici, vbi est congregatio bonorum operum, in tempore suo post longam exercitium: quia Lis præcedit Rachel.

LIBER

LIBER TERTIVS.

De 12. privilegiis.

§. I.

Virgineæ
carnis primi-
legia.

NTE QVAM accedamus ad tractandas, 12. prærogativas speciales beatæ Virginis, videndum est de dignitatibus & privilegiis virgineæ carnis eius. Et primo notandum, quod caro secundum quosdam dicitur à carendo: quia multiplex gloriosa carentia seu gloriosus defectus fuit in carne ipsius. Caro Mariæ caruit peccato originali in sanctificatione. Vnde Psal. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus, quando eam purgavit ab originali, vt tota munda nasceretur. Tunc enim videtur Pater quasi præcepisse Spiritui sancto illud Prouerb. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Tunc enim cœlestis aurifaber, id est, Spiritus sanctus, qui est omnium artifex. Sap. 7. totam rubiginem culpæ originalis abstulit de argento virgineæ carnis: & tunc fuit ipsa caro argentum igne Spiritus sancti examinatum, probatum terræ, id est, à terrenis contagijs, & purgatum septuplum, id est, perfecte per gratiam septiformem: & hoc totum vt egredietur vas corporis virgineæ, purissimum ad recipiendas gratias & virtutes, & condigna materia fieret, de qua Deus Pater gloriosum corpus aptaret vnigenito suo. Vnde Filius Patri Hebr. cap. 10. Hostiam & oblationem noluit, corpus autem aptasti mihi, id est, aptum & idoneum dedisti mihi propter quatuor. Primo quia sine peccato. Exod. 12. Erit agnus absque macula. Secundo quia mortale vt posset immolari. Tercio quia perunctam gratia. Vnde plenum gratia & veritate, sicut sacrificium offerebatur cum suis libaminibus. Quarto quia vnigenitum deitati, & idem fuit hostia sufficiens pro genere humano, de qua hostia dicit beatus Bernardus: Hæc hostia sicut sola prodesse potuit, sic sola suffecit.

Fomite & prauis motibus in charismatum infusione. Vnde Psal. Aduuabit eam Deus manè, id est, in principio vitæ suæ adhuc existentem in vtero matris, diluculo, id est, gratiarum ortu tenebras originalis expellente. Vel diluculo, id est, claritate gratiarum adueniente, quæ tunc infusa sunt ei, Tunc etiam Pater, sicut dicitur Osæ 13. adduxit ventum vrentem, id est, Spiritum sanctum, qui in eo quod ventus est, ab æstu concupiscentiæ virgineam carnem refrigerauit, & fomitem extinxit, sicut flatus venti candelam: in eo autem quod vrens est, humorem ebibit noxiam; & terram corporis exiccavit. Quære ti-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

tulo, quod Christus ventus. Quod si forte post sanctificationem mansit in ea fomes vel potentia ad peccandum, sanctitate eius crescente iugiter fomes ille & potentia iugiter decrefcebat, donec superueniente Spiritu sancto in eam, & virtute Altissimi ei obumbrante, extinctus est vsquequaque. Ad quod innuendum quasi de illa loquens dicit Dominus ad Iob 38. Nunquid tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea? id est, motus prauos. Quasi diceret: Non tu hoc fecisti, sed ego. Extrema huius terræ possunt dei conceptio carnalis, & mors corporalis. A primo extremo excussit, vt dictum est, fomitem & motus prauos in sanctificatione: ab vltimo extremo excussit putrefactionem, vermem, & puluerem in resuscitatione. Auctoritates quæ paulò infra.

Omni defectu qui esset ad culpam in gratia adimplerione. Ideò dictum est ei: Aue gratia plena, Dominus tecum: quia in se receperat totum gratiæ fontem: quomodo enim cum tota gratiæ plenitudo descendisset in eam, vacuum aliquid reliquisset in ea, quo culpa posset admitti? Quære titulo, Gratia plena. Magister Richardus de sancto Victore: Superueniente Spiritu sancto in Mariam & obumbrante ei virtute Altissimi, illud remansit in ea, quod erat ad pœnam: illud totum recessit, quod erat ad culpam. Vitiolitas omnino recessit, pœnalitas remansit: carnalitas omnino tollitur, sed calamitas non amouetur. Hæc & alia multa quære titulo de sanctitate Mariæ.

Aduersus spiritum suum omni rebellione: quia nec caro eius concupiuit aduersus spiritum, nec spiritus aduersus carnem. Ipsa enim fuit arca Noë, in qua omnia animalia pacifica. Dixerat enim Dominus in sanctificatione vel in suo ingressu: Pax huic domui. Matth. 10.

Omnimoda vacuitate, ex Dei coniunctione. Vnde cum dixisset ei Angelus, Aue gratia plena, quasi exponens hoc statim subiunxit: Dominus tecum, qui tam carni quam animæ matris suæ fuit omnia in omnibus, id est, sufficientia omnium. Nam sufficientia tam Mariæ quam nostra ex Deo est 2. Cor. 3. Tunc enim virentissime potuit dicere de sapientia quæ est Filius Dei: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa Sap. 7.

Sterilitatis opprobrio in Spiritu sancti superuentione, qui ad hoc venit in eam, vt de ipsa carne quandam portiunculam separaret, separatam amplius reliqua emundaret, perfectissime mundatam in corpus formaret, quod Dei Filius assumeret. Ideò de Spiritu sancto dicitur Maria concepsisse: & potest dicere, Filius

Filius Spiritui sancto illud Iob 10. Pelle & carnibus vestisti me, &c. nihilominus tamen tota beata Trinitas operata est Filij incarnationem: nam inseparabilia sunt opera Trinitatis.

Virili actu, qui non sequebatur ex desponsatione. Vnde de Maria specialiter intelligitur illud Sap. 3. Felix sterilis & incoquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, &c. Origen. Felix umbilicus castitatis, quem amplexus non tetigit maritalis. In nuptiis enim Ioseph & Mariæ defuit vinum carnalis delectationis, de quo vino dicitur Prou. 20. Luxuriosa res vinum, &c. Caro enim eius fuit terra illa per quam non ambulauit vir, id est, maritus suus Ioseph Isa. 2.

Pruritu & inquinamento in imprægnatione: quia virtus Altissimi obumbravit ei. Aliæ enim mulieres concipiunt in calore & sordibus: sed hæc in refrigerio & omnimoda puritate. Fuit enim ei Filius Dei in sua conceptione firmiter: regimen ardoris, nam obumbrante ei virtute Altissimi extinctus est omnino in ea ignis concupiscentiæ: imò & ipsi cineres, id est, fomes peccati confopiti sunt, vt nullus in ea de cætero posset excitari pruritus.

Fractura virginalis signaculi, concipiens absque defloratione. Vnde Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam: quia Dominus Deus Israël ingressus est per eam: eritque clausa principi, id est, ad honorem principis, scilicet Christi. Et hoc est quod dicit beatus Anselmus super illud Luc. 10. Intrauit Iesus in quoddam castellum, &c. Iesus namque saluat, non violat: contracta solidat, non confringit solida: sicut nomen eius, ita & opus eius. Non enim concepit more cæterarum mulierum, sed per fidem eorum quæ ei dicebantur ab Angelo. Vnde dicit ei Elizabeth Luc. 1. Beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. Et ita concepit per aurem: quia fides ex auditu. Rom. 10. Et hoc est quod ipsa dicit Cant. 5. Dilectus meus, id est, Deus Pater, misit in me manum suam, id est, Filium suum, per foramen, scilicet auris meæ, &c.

Omni graamine in portatione. Vnde dictum erat ei: Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quod sic exponitur: Vmbra tibi faciet, in te fomitem penitus extinguendo: nam tunc fuit ei filius vmbra culum meridiani Eccl. 34. Alij sic: Obumbrabit tibi, id est, vmbra in te accipiet, hoc est, carnem leuem & à peccato immuam. Peccatum enim pondus est. Vmbra enim figuram habet corporis, sed non ponderositatem. Caro enim Saluatoris fuit illa nubes leuis, super quam Dominus ascendit in sua incarnatione. Isa. 19. quæ solem lucis æternæ tegebat instar nubis, & lippientibus oculis mortaliu temperabat.

Omni molestia & dolore in parturitione. Vnde canit Ecclesia in natali: Nesciens mater Virgo virum peperit sine dolore, &c. Isa. 66. Antequam parturiret, peperit. Quis audiuit vnquam tale, &c. Beatus Bernard. Quid mirum si dolorem non inulit matri, qui tollere veniebat dolores totius huius mundi? Quare infra quattuor priuilegio eius.

Omni peccato totius vitæ præsentis continuatione. Beatus Bernardus: Decuit nimirum reginam Virginum singulari priuilegio sanctitatis absque omni peccato ducere vitam, quæ dum peccati & mortis pareret peremptorem, munus iustitiæ & sanctitatis omnibus obtineret. Erat enim electa vt sol. Cant. 6. quem nec ignis comburit, nec aqua emollit, nec gladius scindit, nec scetor corrumpit, nec vitium obfistit, & ita est incorruptibilis. Erat etiam sicut vitrum, quod illuminatum à sole non recipit nubulum. Quare multa alia 7. priuilegio eius. Propter hoc etiam ter dicitur porta clausa Ezech. 44. quia clausa fuit semper peccato cogitationis, peccato locutionis, peccato operationis. Et hoc est quod sub appellatione ciuitatis Ierusalem dicitur de ea Apoc. 21. Non intrabit in eam aliquid coquinatum, per consensum in cogitatione, & faciens abominabilem in operatione, & mendacium in locutione. Et sic patet, quod nec peccauit cogitando, nec loquendo, nec operando: nec corruptione sui, quod est coquinatio, nec contemptu Dei, quod est abominatio, nec deceptione proximi, scilicet mendacio. Propter hoc etiam dicitur de porta, quod erit clausa principi, id est, peccato quod regnat & principatur in multis; contra quod dicitur ad Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius.

Caruit mortis nexibus in resolutione, hoc est, putredine, verme, & puluerizatione, omnino immunis ab illa maledictione qua dictum fuerat Adæ Gen. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Et propter hoc comparatur cædro, quæ nec patrescit, nec vermescit, nec ardescit: per ignem enim fiunt cineres qui sunt puluis. De putrefactione Augustinus: Credimus, quod nunquam caro computruerit in terris, cuius pars glorificata est in cælis. De verme Magister Adam: Si ipsi pars est quedam eum verme, iam non credam, quod sit plena gratia. De incineratione vel puluerizatione Augustinus: Integritatem virginei corporis merito secuta est incorruptibilitas, non vlla resolutio putrefactionis.

Caro Virginitatis fuit ab originali peccato mundata, quando in vtero sanctificabatur, vt supra.

Multiplici gratia ditata, quando manè diluculo à Domino iuuabatur, vt supra. Excellentè decorata, quando virtutibus ornabatur. Fuit enim vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso. Eccl. 50. Fuit vas aureum regi regum conueniens: quia aurum regibus conuenit. Lapidès pretiosi, priuilegia superius assignata, & inferius assignanda. Propter hoc dicit de ea Neem. 6. in persona Patris vel Spiritus sancti: Grande opus ego facio. Exod. 3. Digtus Dei est hic, id est, opus Spiritus sancti, 3. Reg. 10. Non est factum tale opus in vniuersis regnis. Titulo de vase quare de lapidibus pretiosis.

Per ignem Spiritus sancti multipliciter collata, quando sanctitas illius semper ampliabatur. De hac ampliatione dicit Magister Richardus de sancto Victore: Non nouit Spiritus sanctus virginem corrumpere, sed sanctificare, Nescit

Nescit Spiritus sanctus munditiam virginis minuerè, sed augere: nescit fœdare, sed fœcundare: nescit vilificare, sed glorificare. Ecce ampliatio sanctitatis.

Mirificè sublimata, quando virginitati perpetuè dedicabatur. Isa. 35. Gloria Libani data est ei, quando scilicet inspiratum est cordi eius desiderium perpetuè virginitatis, & prima voluit virginitatem, quæ figuratur in Libano, qui interpretatur candor vel candidatio.

Ad fructum habitata, quando fonte gratiarum irrigabatur. Vnde Gen. 2. Homo non erat qui operaretur terram, id est, carnem virginem. Sed fons accendebat de terra irrigans, &c. Quare titulo de conceptu Virginitatis in fine capituli. Item quando Filius Dei descendebat in eam sicut stillicidia stillantia super terram. Et quando pluebat super terram absque homine in deserto. Iob 38.

Austro flante fœcundata: nam conceptum eius gratia operabatur. Vnde Augustinus: Filium Dei non mater concupiscentia, sed mater gratia de Virgine generauit. Videtur enim Filius dixisse Spiritui sancto in sua conceptione: Veni, Auster, perfla hortum meum, &c. Cant. 5.

Soli Deo conserua, quando nec virum sciebat, nec à viro sciebat. De primo dixit Luc. 1. Virum non cognosco. De secundo Matth. 1. Accipit Ioseph Mariam coniugem suam, & non cognoscebat eam, &c. Quare expositionem titulo, quod Maria sponsa. Propter hoc de porta clausa dicitur Ezech. 44. Vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa principi.

Dignissime nobilitata, quando naturali vnione Christo copulabatur. Est enim vnio naturalis arboris ad fructum, matris ad filium. Ipsa enim fuit arbor, Christus fructus, ipsa mater & ipse filius. De quadruplici vnione inter Mariam & diuinam sapientiam, quare titulo, Dominus tecum. Et hoc est quod dicitur Ezech. 27. Aquila grandis, id est, Filius Dei, magnatum alarum, id est, magnæ sapientiæ & potentie, venit ad Libanum, id est, ad candorem munditiæ virginalis, & tulit medullam cedri, id est, quandam portionem purissimorum sanguinum, secundum Damascenum, vel purissimam carnem eius.

Pretiosissimis thesauris ditata, quando Christo implebatur. In ipso enim sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi Col. 2. Et ipse dicit Ierem. 23. Cælum & terram ego impleo. Cælum, id est, animam, id est, corpus Mariæ. Propter hoc appellatur ipsa terra Euilath, in qua nascitur aurum optimum. Gen. 2. Ipsa enim fuit ager ille, de quo dixerunt ad Ilimæl illi. 10. viri Ierem. 41. Noli occidere nos: quia habemus thesauros in agro, frumenti & hordei & olei & mellis. Hi thesauri Christum significant, qui fuit frumentum in humanitate, hordeum in vitæ asperitate, oleum in passione, quando petra quæ Christus est, fundebat riuos olei Ecclesiæ suæ, sicut ipsa dicit de eo per Iob 29. fuit etiam mel in resurrectione.

Quodammodo desicata, quando à Dei Filio inhabitabatur. Nam sicut Christus portionem illius assumens in ea, inhumanus est viqueque, sic & caro virginea diuinum quid nobis

ineffabile, & humanum excedens intellectum, ex diuina omnipotentia mutauit.

Mensa Christo preparata, qui ex ea & in ea pascebatur. Ex ea. Vnde Ambrosius: Paruoque lacte pastus est. In ea. Vnde Cant. 2. Qui pascebat inter lilia, id est, inter manus Mariæ, sicut exponit Bern. De hac mensa videtur Pater dixisse Filio Eccl. 29. Transi hospes, & orna mensam, &c. Transi de sinu meo in vterum Mariæ, & orna mensam istam. Mensa virginitatis quæ signatur in liliis, in quibus Christus pastus est, quam ornatit fœcunditas & mirabiliter decorauit.

Filij Dei seruitio ex tota mancipata, quando quodlibet eius membrorum Christo famulabatur, pedes supponendo, crura & tibia sustinendo, venter bauilando, mamillæ lactando, manus nutriendo, vinx amplexando, labia arridendo, os descalando, lingua colloquendo, nares odorando, aures auscultando, oculi cernendo, caput adorando. Vnde canitur in purificatione: Virgo post partum quem genuit, adorauit, & huiusmodi. Idem dicit Ambrosius.

Redemptionem mundi operata, quando portio ipsius à Dei Filio assumpta in cruce immolabatur, & ista portio pro peccatis totius mundi fuit hostia sufficiens, non tamen efficiens. Beatus Bern. loquens de Christo crucifixo: Hæc hostia sicut sola prodesse potuit, sic sola sufficit. Verumtamen de quibusdam dicit Psal. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, &c. Frater, id est, Christus, non redimit, &c. ratione huius redemptionis dicit beatus Bernardus de carne Mariæ virginea: O diues in omnes & super omnes Maria, de cuius substantia pars assumpta, totius mundi sufficit soluere debita. Grandis in vltis proprios remansit diuitiarum copia, quarum assumptio redimere & restaurare potuit vniuersa. Nec solum tunc operata est illa caro salutem mundi, vel redemptionem, sed & quotidie operatur: quia carne eius & sanguine pacimur & potamur in filij sacramento: quia caro matris & filij vna caro. Vnde Gen. 2. Erunt duo in carne vna. Et ideo cum filio potest ipsa dicere illud Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, &c. Et forte propter hoc dicit: Qui edunt me, adhuc esurient, &c.

§. II.

Priuilegia Mariæ.

Apoc. 12. Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum. 12. Beatus Bernardus stellas istas in corona Mariæ quæ per istam mulierem designatur, interpretatur. 12. priuilegia in Virgine, propter quas etiam dicitur gratia plena, scilicet quatuor priuilegia cæli, quatuor carnis, quatuor cordis. Fulserunt enim in ea tanquam stellæ de cælo præclara generatio, scilicet de semine Abrahæ, de tribu Iudæ, de stirpe David. Item angelica salutatio, Spiritus sancti superuentio, Filij Dei inenarrabilis conceptio. Priuilegia carnis sunt, quod fuit virginitatis primiciæ,

primiceria, quod facta est sine corruptione...

§. III

PRima igitur Mariæ prærogativa secundum beatum Bernardum est, quod fuit virginitatis primiceria...

benedictione remunerata est in conceptu Saluatoris, dicentibus illi Angelo & Elizabeth...

Magister Hugo de sancto Victo. Norandum, quod primum quando factus est mundus, per creatorem benedicta est fecunditas...

Lib. de Maria virginitate...

Quare non videtur...

virginitatis (quod pro altiore castitatis suscepit) cogere frangere. Suscepit ergo conjugium, sed non mutavit virginitatis propositum...

Hugo loco citato.

Deut. 13. 1. 2. 3.

Et idcirco miraris, ne forte vel promissio casta sit, permanentem propositum, vel propositum violetur, si impleatur promissio...

§. IV.

Secunda Mariæ prærogativa secundum beatum Bernardum est, quod facta est sine corruptione fecunda...

bili horti conclusi, vbi multipliciter exponitur illud: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.

§. V.

Tertia Mariæ prerogatiua secundum beatum Bernard. quod sine grauamine grauida. Hæc autem prerogatiua demonstratur in hoc sicut dicit beatus Bernard. quod in ipso suæ conceptionis initio, quando cæteræ mulieres miserabiliter affliguntur, Maria tota alacritate concendit in montana cum festinatione, vt Elizabeth ministraret, quam ab Angelo audierat concepit, & notabiliter dicitur, cum festinatione, id est, non lento gradu, sicut mos est aliquo onere grauatorum. Ostenditur etiam per hoc quod ascendit in Bethlehem, imminente iam partu, portans in vtero pretiosissimum illud depositum. portans illud onus leue, portans à quo portabatur infantem, portans in quantum seilicet erat hono, à quo portabatur in quantum erat Deus, sub quo curuatur qui portant orbem. Ioan. 9. Qui portat omnia verbo virtutis sue. Ad Hebr. 1. Et ita patet, quod corpus quod Caritus assumpsit de Virgine, aut fuit sine pondere, aut corpus à quo portabatur, & postea similiter vnde matris, quo pondus corporis sustinere possent, sua potentia solidius confirmant.

§. VI.

Quarta Mariæ prerogatiua secundum beatum Bernard. quod sine dolore puerpera, & hæc penditur ex eo quod natum filium pannis inuoluit, & in præsepio reclinauit, cum aliz matres per sepe pereant in puerperio, aut vix remaneant semiuuæ. Et hoc est quod Sedulius rethor Romanæ Ecclesiæ in suo paschali opere ait inter cætera: Infans namque paruus ac maximus, membris scilicet & exiguo corpore, sed præcelsus deitate, per hospitalis templi sinceram defluens castitatem, non læsit corpus abicidens, quod non læserat cum venisset. Ideo canit Ecclesia in natali: Nesciens peperit sine dolore, id est, sine naturalium læsione Saluatorem seculorum. Ad hoc etiam innuendum dictum est Mariæ ab Angelo Luc. 1. Ecce concipies in vtero, & paries filium, sine parturitione media. In aliis enim mulieribus parturitio media est inter conceptum & partum, in virgine autem sequitur partus immediatè. Et hoc est quod dicit Ili. 66. Antequam parturiret, peperit, &c. Quis audiuit vnquam tale? Magister Richardus de sancto Victore: Ideo etiam peperit sine dolore, quia concepit sine libidine. Libido sanè est causa doloris, & dolor effectus libidinis. Ex effectu igitur causa innuitur in eo quod dicitur: In dolore paries filios. E contrario autem simul & è conuerso in conceptu Virginis ex sublatione causæ perpenditur ipsius effectus sublatio. Quæ enim concepit cum virginitate, concepit sine libidine, & portauit sine grauamine, consequenter peperit sine dolore. Et quia conceptus sine concupiscentia, & parturitio sine pressura. Nam si cæterarum more mulierum cum con-

Lib. 1. de Emman. it. cap. 10.

cupiscentia & desolatione concepisset, maledictioni Euz vtique subiactisset, & more cæterarum mulierum in dolore & tristitia peperisset. Propter hoc etiam dicit Ambrosius in hymno:

*Veni redemptor gentium,
Ostende partum Virginis:
Mretur omne seculum,
Talis decet parvum Deum.*

Non dicit, Ostende conceptum virginis, sed partum, qui tantus & talis est, vt & Deum deceat, in quo omne seculum debeat admirari. Ideo etiam dicit, Ostende partum Virginis: quia in partu plus aliquid declaratur, quam in conceptu. In conceptu namque virgo sine coitu grauidatur, in partu vero tota virginis incorruptio ostenditur, scilicet quod virgo ante partum, & in partu, & post partum. Vnde ter dicitur porta clausa Ezech. 44. Exoptat ergo Ambro. vt partus hic ostendatur ignorantibus cum: quia si Virgo peperisset in sordibus & dolore, nec Deum deceret talis partus, nec esset in eo quod mundus deberet admirari, sed in quo & cum quo lugeret, quod absit. Item Augustinus in epistola ad Eph. explanans illud verbum Psal. Deus vtrionum liberè egit. Quia Christus solus inter omnes liber à culpa, idè liberè egit in nascendo liberè ex Maria. Quod etiam ostendit Psal. dicens: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, id est, ex vtero virginali. Christus enim tanquam sponsus alacer exultans, & totus festiuus ad ducendam uxorem, id est, coniungendam sibi Ecclesiam in sua natiuitate, processit de thalamo suo, id est, vtero virginali, qui peruis factus est sibi soli. Nec audiendi sunt illi, imò velut sceleratissimi hæretici puniendi, qui dicere audent, quod tunc dolotibus affligerit matrem suam, corrupterit viscera, violauerit pudicitiam, gemitus auxerit, multiplicauerit tristitias vel ærumnas. Nec aliter de thalamo suo probabiliter diceretur procedere tanquam sponsus, qui iocundus & alacer, hilaris & festiuus, & iocunda circumseptus familia, propulsato & hospitio suo nubilo totius tristitiæ inueniri desiderat & videti. Et ad hoc signandum hora qua sponsus hic processit de hoc thalamo in sua natiuitate, pastoribus annuntiatum est ab Angelo gaudium magnum & cantatum, Gloria in excelsis Deo, &c. Luc. 2.

§. VII.

Quinta Mariæ prerogatiua, quod virgo & mater, quod nulla alia. Vnde in figura eius dicitur de Iudith 11. eiusdem: Non est talis mulier super terram, &c. Et de ipsa dicit Sedulius, quod gaudia matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est nec habere sequentem. Ipsa est enim terra fluens lacte fecunditatis, & melle virginitatis, quæ non est terrenæ vitæ, sed cælestis, sicut dicit Hieron. Vnde Dominus impetrat Iudæis illud ineffabile beneficium, quod recipere noluerunt, nec adhuc recipiunt Ezech. 2. Dedi eis terram fluentem lacte & melle, præcipuum omnium terrarum. Terra hæc beata Virgo. Quare titulo de terra.

§. VIII.

§. VIII.

Virgo & mater Dei.

Sexta, quod virgo & mater Dei, quod nulla alia. In huius enim prerogatiua dignitatis non communicat ei homo, non angelus, nec aliqua creatura, sed sola cum Deo Patre dicere potest Filio Dei, Filius meus es tu. Ipsa etiam sola dicere potest de Christo homine illud Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Vnde & dicit ei filius Iob 10. Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me. Quod fuit propriè, quando ipsa consentit, quod Filius Dei caro fieret in ea & ex ea, quando videlicet respondit Angelo: Fiat mihi secundum verbum tuum. Ideo dicitur Gen. 3. & 1. Cor. 6. Erunt duo, id est, Christus & Maria; in carne vna virginali: quæ mater & filius vna caro. Ideo etiam dicit beatus Bernardus: Hæc est virginis nostræ gloria singularis & excellens prerogatiua Mariæ, quod filium vnum eundemque cum Deo patre meruit habere communem. Ans. Cant. Deus filium suum quem solum de corde suo æqualem sibi genitum tanquam se diligebat, ipsum dedit Mariæ, & ex Maria fecit sibi filium, non alium, sed eundem ipsam, vt naturaliter esset vnus idemque filius communis Dei & Mariæ. Item super illud, Intrauit Ie s v s in quoddam castellum Luc. 10. Quoddam, id est, singulare castellum Virgo Maria fuit: quia singulariter & virgo & mater Dei extitit, quod nulla alia. Et si enim aliqua alia virgo possit esse & mater, quod est impossibile, etiam sic virgo singularis Maria erit, quia vnicum Dei filium genuit, qui sicut est vnicus vnico patri, ita est vnica vnice matri. Et idè nulla, etiam si virgo pariât, vel eundem vel talem generabit. Et nota, quod magnum & laudabile fuit Mariæ fuisse virginem: sed maius per omnem modum & mirabilis in virginitate fuisse fecundam, & post euacuationem vteri habuisse vterum sigillatum: & hæc fuit gratia super gratiam Eccl. 26. & nota super maximum autem & ineffabile fuisse matrem Dei. A seculo enim non est audium, quod aliqua mulier, excepta Maria, dicere Deo potuerit, Filius meus es tu. Et ecce hoc sub sole recens est, quidquid dixerit Salomon Eccl. 1. In memoria trium supra dictorum instituit sapientia Græcorum, vt in iconiis, quas ad imaginem beatæ Virginis depingunt, superscriptionem trium nominum imponant in hunc modum: Virgo Dei mater. Tamen apud eos est vna dictio, theotocos, apud nos verò duæ.

Serm. 1. de auant.

De conuersione Mariæ & peccato virginis cap. 18.

§. IX.

Peccare non potuit, ex quo Filius Dei concepit.

Septima, quod peccare non potuit ex quo Filium Dei concepit. Vnde & dicit Eccl. 24. Et in Sion firmata sum. Prius autem dicit: Coram ipso ministravi. Et sic ministrando, scilicet quando nominavi me ancillam, in ipso momento consensus mei quem expressi dicens, Fiat mihi secundum verbum tuum, concepto Saluatore firmata sum, id est, in bono confirmata. Et hoc in Sion, id est, militante Ecclesia ad huc posita: quod fuit mihi priuilegium speciale. Alij enim sancti non in hac vita sic firmantur vt de cætero peccare non possint, sed tan-

tum in superna Ierusalem. Et hoc multipliciter persuaderi potest & probari. Primò: quia Spiritus sanctus superueniens in eam, & ei obumbrans virtus Altissimi, extinxit in ea carnalem concupiscentiam, & abstulit cordis ignorantiam, quæ sunt duæ radices peccati. Filius etiam Dei qui ignis consumens est, ad Heb. in fine, in eam descendens, consumpsit in ea ignorantiam, sicut lumen ignis consumit tenebras, & virtus Altissimi, scilicet idem Filius Dei, obumbravit ei, & contra omne incitium peccati præstitit refrigerium. Vel aliter: Sicut dicit Magister. Richar. de sancto victore, si lucida fuit nubis quæ obumbravit discipulos Christi Mart. 27. Luc. 9. & Mar. 9. quam lucida rectè creditur, quæ obumbravit matrè Christi: Sed si illud vmbraculum quod ei Filius vel Spiritus sanctus exhibuit. Lucidum erat, ergo & lucem & vmbram exhibebat: lucem ad depellendam ignorantiam, vmbram ad extinguendam concupiscentiam. Mira illa obumbratio Spiritus sancti, quæ sub vno momento detersit & exterminauit à Virgine tam ignorantiam boni, quam concupiscentiam mali. Quam integrè in ea omnis concupiscentia extincta fuerit, probat profectio, quod cum virginitatis integritate postmodum concepit & peperit. Quam profundè illuminata fuerit, probat quod illud tantæ profunditatis sacramentum, tam veraciter, tam velociter creditur, quod huius mundi sapientibus vix tandem aliquando per tot & tanta miracula persuaderi potuit. Secundò: quia plena erat gratia Spiritus sancti: & ita nullus locus vacuus quo peccatum posset admitti: quia in pleno non potest plus recipi. Tertio: quia nunquam eam reliquit Spiritus sanctus, & ita nunquam accessum ad illam habuit spiritus malignus. Quarto: quia Christus lux est, sicut dicit ipse: Ego sum lux mundi Ioan. 8. Item 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo vllæ. Peccata verò tenebræ sunt. Vnde Ioan. 3. Dilixerunt homines tenebras plusquam lucem. Non est autem conuentio Christi ad Belial, vel lucis ad tenebras. 1. Corinth. 6. Idcirco Mariæ dicitur Sophon. 3. Filia Ierusalem auertit inimicos tuos rex Israël. Dominus in medio tui, non timebis malum vltra, malum scilicet culpæ venialis vel mortalis. Ipsa enim erat sicut vitrum quod illuminatum à sole non recipit nubillum. Ideo ei competit quod de sapientia dicitur Sap. 7. Syncera est: & idè nihil inquinatum incurrit in illam: quia impossibile erat eam posse peccare de cætero. Quintò: quia ipsa erat trinitarium Trinitatis. Pater potens, cui competit vis irascibilis, roborabat eam, contra extollentiam superbiæ. Filius sapiens, cui rationalis, contra insipiditatem totius voluptatis prauæ. Spiritus sanctus cui concupisibilis, contra venenum totius malitiæ. Omne vero peccatum ab hac triplici mala radice habet originem, sicut dicitur 1. Ioan. 2. Sextò: quia habebat Gabrielem ad sui custodiam deputatum, qui interpretatur fortitudo Dei, quo patrocinante nihil in ea proficere poterat inimicus, nec ei nocere iniquitatis filius apponebat: nec solum vnicum Angelum, sed creditur, quod infinitos. Vnde ei dicitur: Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis, scilicet

Lib. 2. de Emanuele. cap. 27.

Maria trinitarium Trinitatis.

licet cogitationibus, locutionibus, actionibus, & huiusmodi. Septimò: quia ipsa dicitur electa ut sol Cant. 6. quem nec ignis comburit, nec aqua emollit, nec gladius scindit, nec fœtor corrumpit, nec vitrum obfistit, & ita est incorruptibilis. Similiter Maria ex quo electa est in matrem solis iustitiæ, & nonus quidem sol factus est ab eo qui fabricatus est auroram & solem. Si verò aliquis dicat, quòd vel post partum peccare potuit, respondendum est, quia etiam Filius Dei natus est ex ea, Deus Trinitas nunquam recessit ab ea. De ista confirmatione dicit ipsa: Et sic in Sion firmata sum, &c. titulo de sanctitate Mariæ. Item illud: Tenuisti manum dexteram meam. Quare ibidem. Octavò: quia Maria tota erat cœlum, quòd dissimilia non recipit, scilicet vitia cum virtutibus. De quo cœlo dicitur in Psal. Dominus in cœlo, id est, in beata Virgine, paravit sedem suam ministerio Spiritus sancti. Item de ipsa dicitur sub appellatione supernæ Ierusalem. Apoc. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum per consensum in cogitatione, vel faciens abominationem in actione, & mendacium in locutione. Nonò: quia ipsa erat hortus conclusus Cant. 3. per quem transire non adiciebat incircumcisus & immundus. Isa. 52.

§. X.

Virginitas & singularis virtus habuit.

O Crœna, quòd vniuersas & singulas virtutes & dona gratiarum habuit in superlatiuo gradu, cum alij sancti singuli singulas. Vnde Noë dicitur iustus, Abraham fidelis, Ioseph castus, Moyses mansuetus, Iob patiens, David humilis, Salomon sapiens, Elias zelator legis, & huiusmodi. Vnde de quolibet sancto confessoris canitur illud Eccl. 44. Non est inuentus similis illi, &c. quia quilibet illorum præcellerat alios sanctos sui temporis in aliqua speciali virtute. Nota, quòd istud dicitur de sanctis temporaliter & particulariter: in tempore enim suo non habuit Abraham patrem in fide, nec Isaac in obedientia, nec Ioseph in castitate, nec Moyses in mansuetudine, nec Iob in patientia, nec David in humilitate, nec Elias in zelo. Apostoli verò Domini excesserunt omnes in virtutibus istis & aliis. Sed beata Virgo supergressa est omnes sanctos Veteris & Noui Testamenti, non in quibusdam, sed in singulis virtutibus. Vnde dicit Cant. 7. Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi. Virtutes & opera virtutum appellantur poma, propter refectioem, quia sunt cibis animarum: propter sanctitatem, cibus enim sunt infirmitatum: propter odorem, quia delectant, confortant, & refocillant, adiuuantes currentes in odoribus huiusmodi vnguentorum. Vnde Iob 9. Dies mei transierunt sicut aquæ poma portantes, &c. Dicit ergo: Omnia poma noua & vetera, id est, omnia præmia sanctorum Noui & Veteris Testamenti, in me coniecta & commassata, seruaui tibi, custodisti scilicet in me, tibi attribuens quidquid boni habeo, & non meritis meis: quia gratia Dei sum id quod sum, &c. Et propter hoc dicitur Prouerb. 31. Multæ filie congregauerunt diuitias, &c. Titulo vbi Maria comparatur lapidibus pretiosis.

Voluit siquidem Christus, ut omni pulchritudini participaret mater sua, & esset mulier ex omnibus, sicut dicitur Eccl. 7. Quare titulo, quòd Maria mulier. Propter hoc eleganter dicit quidam de ea: Sol luna lucidior, & luna syderibus: sic Maria Deum credentibus omnibus. Item aliter potest istud exponi: Omnia poma, &c. In quo verbo bonorum operum perseverantia demonstratur in Virgine. Dicit ergo: O dilecte mi, omnia poma, id est, omnia boni odoris opera quæ feci, tam vetera, id est, quæ ex mandatis legis veteris processerunt, quam noua, quæ præcepta produxerunt Euangelica, sine infectionis macula, sine corruptionis putredine, seruauit tibi tanquam grata exenia præsentanda. Item in hoc etiam quodammodo videtur innuere infantiam, verbi quod caro factum est in ea: quia pueri diligunt poma. Item ad hoc priuilegium pertinet quidquid dictum est supra de singulari excellentia Mariæ: quidquid etiam dictum est titulo de diuitiis eius.

§. XI.

Nona, quòd cum omnes alij Sancti & Angeli possint Christo supplicare & à Deo exaudiri: vnde & dicit eis, Petite & accipietis, ipsa sola materna auctoritate potest ei ut filio imperare. Quod signatum est 3. Reg. 2. vbi legitur Salomon qui signat Christum, respondisse Bersabee matri suæ, quæ Mariam figurabat: Pete mater mi, neque enim fas est ut auertam faciem, &c. Ad hoc etiam figurandum 3. Reg. 10. dicitur, quòd rex Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit & petiit ab eo, &c. quæ videlicet regina significabat Mariam. Ideò sic oramus eam: Monstra te esse matrem. Quasi diceretur ei: Imperiosè & materna auctoritate supplica pro nobis filio tuo. Item illud: Ora patrem, iube natum. Dicunt autem quidam hoc non bene fuisse dictum: sed mentita est iniquitas sibi. Nonne legitur Luc. 2. de Iesv, quòd erat subditus illis, scilicet Mariæ & Ioseph propter Mariam? Et ibidem, quòd ipsa materna fungens auctoritate corripuerit filium, dicens: Fili quid fecisti nobis sic? Et paulò post subiungitur, quòd audita correctione materna patienter & absque murmure descendit cum illis Nazareth, & erat subditus illis. Non enim euacuabitur præceptum in patria illud Dominicum: Honora patrem & matrem Exod. 20. sed perfectissimè adimplebitur. Nihilominus hæc omnia intellige de reuerentia quam Dei Filius exhibet matri suæ, & in subiectione qua Christus subditus fuit parentibus, formam humilitatis nobis & obedientiæ commendauit. Nec fuit illa subiectio necessitatis, sed pietatis, sicut dicit ibidem Glossa. Et quid parentibus debeamus, ostendit. Quare multa plura de hac prerogatiua, titulo, Dominus tecum, prope finem capituli. Item potentia Mariæ ad impetrandum notatur Esther 5. vbi dixit Assuerus: Quid vis Esther regina, & quæ est prerogatiua tua? etiam dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. In hoc etiam quod dicit: Quid vis Esther, & quæ est petitiō tua? innuitur, quòd non expectat filius ut mater roget, imò

imò etiam præuenit petitiones eius, secundum quod ipse dicit & secundum quod dicitur ei de veris pauperibus Isa. 65. Antequam clament ad me, exaudiam eos. Et illud Psal. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. De dimidiatione regni quare titulo, quòd Maria regina.

§. XII.

1. Martyr martyrum.

Decima, quòd ipsa fuit martyr in anima, & gladius doloris qui pertransiuit animam eius in vnigeniti passione, pro amarissimo ei martyrio computatur. Voluit siquidem filius, ut omni sanctorum speciositati participaret mater sua, imò vniuersam sanctorum pulchritudinem excederet: & sicut appellatur Virgo virginum, ita & Martyr martyrum deberet appellari: quia quidquid operabatur in Virgine, nouum erat, sicut prædixerat Ierem. 31. Creauit Dominus nouum super terram, &c. & Apocalyp. 21. Ecce noua facio omnia, placuit filio ut gloriosior Martyr existeret, & mirabiliter appareret, ut nouo & inaudito martyrij genere decoraretur. Et verè nouum & inauditum martyrium quod mater passa est in vnigeniti passione, in ea parte quæ est impassibilis, sicut dicit Hieron. Nouum, inquam, genus martyrij multis de causis. Primò cum alij martyres patiuntur in corpore, ipsa passa est in anima vel in corde, iuxta prophetiam Simeonis Luc. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Sic exponit: Tuam ipsius, id est, tui ipsius. Vel gladius ipsius tuam animam pertransibit. Non dicit, mouebit lucem rationis obnubilando, sed pertransibit velut rem immobiliter stantem, nec resistentem, aut in aliquo vacillantem. Gladius siquidem passionis qui transiuit corpus & membra filij, pertransiuit, id est, per se transiuit per compassionem animam genitricis: & tunc omnis plaga fuit tristitia cordis eius Eccl. 25. Alij enim martyres etsi tormenta sentiebant in corpore, interiori tamen consolatione refrigerabantur in mente: & si eorum corpora pertransibant gladij tormentorum pro Christo, tamen animæ eorum delectabantur in Christo. Filius etiam simul patiebatur & feruebatur: quia fuit in via comprehensor. Vnde dicit: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Sed anima matris torquebatur in Christo, & totam eius animam vehementia doloris possidebat. Beatus Bernardus: Longè eam plusquam martyrem non immeritò prædicemus. In qua passionis sensum excessit compassionis affectus, cum eius animam pertransiuit gladius passionis. Anima quippe filij iam non erat ibi, sed anima matris nequibat anelli.

2. Serm. de Maria. Singulæ virtutes.

Fuit etiam plusquam martyr: quia duplex pertulit martyrium, dum & mortem filij vidit, & eius exemplo membra super terram mortificauit. Quod genus martyrij illo nimirum quo membra cæduntur ferro, hore quidem mitius, sed diuturnitate molestius. Item sicut non fuit dolor sicut dolor ille qui transiuit corpus & membra filij, sicut ipse dicit Thren. 1. O vos omnes qui transitis, &c. sic non fuit dolor sicut dolor ille qui matris viscera per compassionem pertransiuit. Vnde & in Psal. notabiliter dicitur

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

tur: Circundata varietate, videlicet tot dolorum, quorū filium suum videbat patientem. Huic enim videbat caput spinis coronari, huic genas auelli, huic vultum conspui, huic pedes & manus configi, huic os felle potari, huic caput expirantis super humerum inclinari, huic latus mortui lancea aperiri. Verè ergo circumdata varietate dolorum, ut verè posset dicere cum Susanna Dan. 13. Angustia mihi sunt vndique. Et cum David. 1. Paral. 21. Vndique me angustia premunt. Et tunc sicut canit Ecclesia, circumdabant eam flores rosarum, id est, infinita martyriorum genera, quæ figurantur in rosis, quarum rubor attestatur martyrio. Propter hoc etiam appellatur ipsa rosa plantata in Iericho 24. Eccl. Iericho interpretatur luna quæ secundam claritatem habet post solem, & designat beatam Virginem, quæ post Christum transcendit omnem creaturam. Rosa verò ruborem habet vehementis incensionis, in quo duo figurantur, summa videlicet amoris perfectio, & martyrium intensissimi doloris. Quantò enim diligebar ardentius, tantò vulnerata est profundius. Vnde dicit in Can. secundum aliam litteram quam ponit Gregorius: Vulnerata charitate ego sum. Rosa igitur rubicunda, luna verò candida est. Et quia gratus est color roseus in candore, voluit filius qui candidus est & rubicundus, matrem sibi per omnia similari, sicut ipse per omnia præterquam in sexu in quantum homo similibatur ei. Et idèd noluit ipsam sine martyrio remanere. Rosa igitur in luna, martyrium mentis in carne virginea, id est, in virgine candida, quæ pulchra dicitur ut luna Can. 6. Sole enim iustitiæ conuerso in tenebras per mortem corporis, conuersa est hæc luna in sanguinem per martyrium animæ. Ioël. 3. Item Apocalyp. 6. Factus est sol sicut saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis. Vel luna Ecclesia, quæ Christo moriente conuersa est in sanguinem: quia aspersa sanguine multorum martyrum. Huius autem nouitas martyrij ostensa est Isa. 66. Vnde admirans exclamat: Antequam perturiret, peperit, &c. Quis audivit vnquam tale, &c. Parturire propriè est ante partum & in partu laborare, parere, factum proficere. Maria verò antequam parturiret, peperit: quia sicut canit Ecclesia, sine dolore peperit Saluatorem seculorum: sed longè post parturii: quia in filij passione sensit dolores puerperæ. Quare titulo de glorioso partu Virginis sine tristitia & dolore, & ibi hoc bene expositum inuenies.

Item quòd non fuerit tam amatum martyrium aliorum sanctorum, manifestissimè patet. Non fuit talis filius, non fuit talis mater, non fuit tanta charitas, sicut inter matrem & filium, non fuit tam indigna mors, non fuit dolor tantus. Sciebat siquidem mater qualis erat filius, vnde exceptus, & quomodo, & cætera huiusmodi. Et idèd quantò dilexit tenerius, tantò vulnerata est profundius, nihil habens omnino consolationis sicut cæteri martyres, ut supra dictum est, sed totum habens tribulationis. Nam absorpta erant ipsius viscera maternis doloribus ultra quam homo vel Angelus pendere possit, non tamen usque ad desperationem: fuit enim Dominus patiens matri suæ

umbraculum in meridiano, sicut dicitur Eccl. 34. In meridie sol feruet & claret, & sol persecu-...

4. Notandum etiam, quod in passione & mater filio & matri filius quasi relatiue compati-...

vt charissimam ipsius animam tor & tam accuti sine cessatione pertransirent gladij. Attendendum est igitur & iugiter recolen-...

§. XII

VNdecima, quod in assumptione exaltata est super omnes ordines Angelorum & sanctarum animarum. Vnde canitur in sua as-...

cellario quilibet ordo sanctorum & Angelo- rum, id est, sua mansione. Sed Maria speciali priuilegio in omnia est introducta, quæ sicut...

Serm. de as- sumptione ad Pauli & Enstachium. Serm. 1. de assumptione.

2.

Et propter hoc de assumptione matris congrue potest exponi quod de ascensione filij dicit Psal. Ascendit super Cherubin, & volauit, volauit super pennas ventorum. Ascendit super Cherubin, quod interpretatur plenitudo scientiæ: quia nulla humana scientia attingere potest quantum ascenderit, vel ad quantum gloria. Nec dicit super Seraphin, licet verum sit quod super illum ordinem exaltata sit ad dexteram Filij: vnde, Astitit regina à dextris tuis, &c. quia super Seraphin non est aliud nisi hierothesia, id est, sacer ordo Trinitatis, cui Virgo subdita est. Sequitur: Et volauit, hoc est, volociter ascendit. Vel volauit, id est, auolauit ab humano intellectu. Volauit super pennas ventorum, & hoc dupliciter. In presenti super virtutes & merita sanctarum animarum, in assumptione super præmia Angelorum & sanctorum. Animæ dicuntur venti. Vnde Iob 28. Qui fecit ventis pondus, id est, animabus corpus. Et forte propter hoc ponitur bis volauit. Dicitur ergo: Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper riuos aquarum. Nec tantum super eos, sed in altiore quendam recessum desuper eos innuitur ascendisse. Nec determinat quo ascendit, sed vnde: vique eo enim eam profecti potuit qui hoc dicit, ex tunc quasi euauit ex oculis eius, ut quo ascenderet, vel capere non potuerit, vel dicere ei non liceret. Nam super Angelos exaltatam se testatur ipsa cum ait Cant. 3. Paululum cum pertransissem eos, scilicet Angelos, inueni quos diligit anima mea. Tenui eam, non dimittam. Ibi enim dilectum inuenit, ubi posuit est thronus matris regis iuxta regem, ubi iam ab eo audit eam gaudio: Maria, ecce filius tuus. Quasi diceret: Ecce quem genuisti, quem in cœta vides maiestate fulgentem. Nam aliquando ab eodem audiuit in somno longe alio sibi dicit: Mulier, ecce filius tuus. Quis enim ibi esset gaudij locus, ubi non tantum dissimulabatur mater eam ei supponebatur alienus, & proprius filius collectabatur, imò dissimulabatur & nota, cum non Maria sed mulier vocabatur. Sed hæc præmissa iam abierunt. Ideo in sua assumptione cum multo seruiore re-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

stituta est ei & præsentia filij & notitia & affectus, & dicitur ei: Maria, ecce filius tuus. Si autem quæreretur, vitum maiorem gloriam habuerit Maria in sua assumptione, quando caro eius tota sole amicta est, sicut dicitur Apocal. 12. an in conceptione filij & imprægnatione sua, quando ipsa carne sua totum solem iustitiæ amplectebatur: vnde Ierem. 31. Mulier circumdabit vitum? Fateor me ignorare: mihi tamen videtur, salva maiorum sententia, gloriosius esse suscipere regem hospitem, quam hospitari apud regem. Illa tamen gloria occultior fuit, quando regem suscepit, & omnis gloria filij regis fuit abintus: ista manifestior, quando à rege cum regia magnificentia suscepta est: illa secretior, ista solennior.

§. XIII.

Vodecima Mariæ prerogativa attenditur in corona gloriæ ineffabilis, qua coronata est in cœlis in sua assumptione, quando verus Assuerus, qui interpretatur beatus siue beatitudo, & signat Christum, dixit Esther reginæ, quæ interpretatur eleuata in populis, & signat Mariam, quæ exaltata est etiam super choros Angelorum & omnium beatorum ad cœlestia regna. Dixit, inquam, ei sicut legitur Esther 15. Ascende huc, & tange sceptrum. Accede hunc, & tene sceptrum, accipe regiam dignitatem, esto domina cœli & terræ, esto regina & imperatrix Angelorum & hominum, sede à dextris meis in gloria, quæ semper astitisti à dextris meis seruiens pro æternis, in vestitu deaurato, id est, corpore immaculato. Iustissimum enim erat cum Christus verbum Patris factus esset caro de carne eius, & os de ossibus eius, ut ubi esset filius, ibi esset mater eius.

Item de coronatione Mariæ dicit ei filius. Cant. 4. Tu pulchra es amica mea, &c. hoc totum habes expositum titulo de pulchritudine mariæ. Ergo veni, coronaberis, multiplici victoria videlicet: quia triumphasti de capite Amara, de vertice Samir & Hermon, id est, de malitia diaboli, quæ signatur per caput Amara: de mundana sapientia, quæ per verticem Samir: de perfidia hæretica, quæ per verticem Hermon. Amara siquidem dicitur Deus vigiliarum: & designat omnium demonum collegiam, quid dente tentationis hominem rodunt, & semper ad eius subuersionem vigilant, sicut dicit Iob 3. Nocte os meum perforatur doloribus. Ac si dicat: Nocte dum videlicet mihi non prouideo, os meum, id est, robur virtutis meæ, perforatur doloribus, id est, tentationibus quæ sunt causæ dolorum. Et subdit: Qui me comediuit, scilicet tentatores, non dormiunt, sed in multitudine eorum consumitur vestimentum meum, bonæ scilicet conversationis ornamentum. Hæc concordat Petrus dicens: Sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leonugiens circuit quærens quem deuoret. Huius autem collegij quod per Amara designatur, caput est ille princeps demonum, cuius caput beata Virgo contriuit. Samir interpretatur avis nocturna, quæ de nocte volat, & videt, & cæcatur ad solem. Hi sunt Philosophi & sapientes huius mundi, qui ad lucem diuinæ sapientiæ cæci sunt, ad sapientiam vero huius mundi & ad ma-

litam subtiliter vident. De quibus dicit Ier. 4. Filij insipientes sunt & recordes: sapientes sunt ut faciant mala: bene autem facere nescierunt. De his triumphat beata Virgo, & pro hac victoria coronatur: quia peperit sapientiam per quam sapientia huius mundi stultitia comprobatur. Ipsa quoque coronatur de vertice Hermon: id est, de capitaneis hæreticorum: quia ipsa vniuersas hæreses interemit in vniuerso mundo. Hermon interpretatur anathema, vel separat. Hi sunt hæretici, de quibus sub nomine Ephraim dicit Osee ad Iudam, id est, ad viros fideles & Catholicos participes idolorum: Ephraim dimitte eam: separatum est conuiuium eorum. Ac si dicat: Hæretica perfidia participat cum idololatria. Tu ergo vir Catholice dimitte eam: ne communices cum hæreticis: separatum est enim conuiuium eorum: nam anathematizata est hæreticorum doctrina, perfidia, & falsa religio. Coronatur quoque de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Signant autem cubilia corpore & mollium luxuriam. Per leones intelliguntur superbi, iracundi, potentes huius seculi: quos tamen velut leones sic emollit luxuria, ut in cubilibus libidinum suorum torpeant & marcescant. Vnde de muliere meretricis dicitur in Prou. Multos vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Pardus est diuerticolor, & quibusdam notis distinctus siue maculis. Illos designat, qui bonis operibus mala committunt, quos pro colore diuerso Dominus arguit per Ierem. 12. dicens: Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Tales cum debent humiliari ex opere malo, per quod bonum opus inficitur, ex ipso tamen opere bono in superbiam extolluntur, quæ superbia per montes exprimitur, cum dicitur: De montibus pardorum. Et quoniam tam his per beatam Virginem subuenitur, quam illis qui per leones signantur, ideo ipsa de cubilibus leonum & de montibus dicitur coronari. Et nota, quod Apoc. 12. dicitur Maria coronari de stellis, hic promittit ei filius, quod coronabitur de feris vel montibus. Et quid est hoc, nisi quod feræ per gratiam & orationes Mariæ sunt stellæ, ut conueniant capiti tantæ reginæ, ut de stellis corona ei videatur exhibita, quæ de feris fuerat promissa. Et hæc est mutatio dextere Excelsi. De capite Amara, id est, non solum de his qui inueniuntur in peccato cum cæteris, sed qui præ cæteris peccatores existunt. Sæpe enim vbi superabundauit peccatum, per eam superabundat gratia, & ita de nobis peccatoribus novam coronam sibi præparat in cælis. Samir quod sonat auis nocturna vel fœtor, signat luxuriosos, quia oculus adulteri obseruat caliginem. Iob 25. & de nocte volat luxuriosus ad cadaver meretricis, amans tenebras, & odians lucem: & tales fœtor Deo & hominibus. Vnde Ier. 34. De cadaveribus eorum ascendet fœtor. Amara interpretatur inquietum vel turbulentum. Hi sunt impatientes & inquieti. Hermon anathematizatio. Hi sunt sacrilegi excommunicati: tamen si penituerint, possunt per eam reconciliari. Honus caput & vertex, qui in huiusmodi sceleribus alios excellunt. Cubilia leonum, hi quibus placet crudelitas & superbia, qui cædibus inhiant & rapinis. Montes pardorum, magni hæreticorum

& hypocritarum doctores. Vbi nos habemus Samir habent quidam libri Seir, quod interpretatur pilosus, & signat carnis appetitum. Sicut ergo ex lapidibus suscitatur filij Abraham, sic ex bestiis creantur stellæ. Quod ergo promittitur eis ex impiis, soluitur ex iustificatis. Sic & Dauid coronatur de corona regis Rabath. 2. Reg. 12. & 1. Paral. 20. Et Machabæus pugnat in gladio Apollonij. 1. Machab. 3. Item ratione victorie & pugne qua dimicat incessanter contra aduersarios nostros, dicitur ipsa terribilis, scilicet ipsis malignis spiritibus ut castrorum acies ordinata. Ipsa enim tanquam reginæ sequuntur omnes sanctorum acies ordinatæ secundum status suos, secundum proprias dignitates & merita, ut sub ipsa & cum ipsa pro nobis contra diabolum militent precibus & patrocinij. Vnde Cant. 6. Quid videbis in Sannamite nisi choros castrorum? Quære quare Maria Sannamitis, titulo de appellationibus suis. In ipsa enim videmus choros castrorum ei adherentes, id est, beatas sanctorum acies. Vnde de ipsa Eccl. 43. Vas castrorum in excelsis.

Item iustissimum erat ut quia mater filium coronauerat in exilio, ab eodem coronaretur in regno, de qua scilicet coronatione dicitur Cant. 3. Egredimini filie Sion, & videte regem Salomonem, &c. Triplex egressus malus, de veris ad erronea. Hoc egredimur à Deo per superbiam. Hic est hæreticorum. Vnde Cant. 1. Si ignoras te, &c. De permanentibus ad caduca. Hoc à proximo per auaritiam. Hic auarorum. Hoc Iudas. Iob. 13. De honestis ad turpia. Hoc homo à seipso per luxuriam. Hic est voluptuosorum. Triplex egressus bonus, de carne ad speciem per contritionem. Hic est dolor & labor. Hoc deducimur de virtute in virtutem. Hæc est triplex dieta Exod. 5. De natura ad eam quæ super naturam per diuinæ legis meditationem. Hic decor & sapor. Hoc de mansione in mansionem. De mundo ad cælum per corporis & animæ dissolutionem, vel per contemperationem. Hic gloria & honor. Hoc de labore ad requiem. Filie Sion. Hic sermo dirigitur ad omnes clericos, principaliter ad theologos, maxime ad religiosos qui dicuntur filie, propter amoris priuilegium & contemplationis fastigium, filie non propter sexum, sed propter proles fecunditatem. Non filij, quod nomen sonat in virtutem. Egredimini de tenebris ignorantie, de carnalium oculorum consuetudine. Filie Sion, & videte regem Salomonem, id est, Christum verum pacificum, in diademate quo coronauit eum mater sua beata Virgo. Aliæ scilicet matres virtutis originalis ferocitatis filios suos alligant: ista autem magno decore originalis puritatis & innocentie istum filium coronauit, id est, coronatum concepit & peperit. Vel mater eius gratia. Illam enim, ut ait August. non mater concupiscentia, sed gratia generauit. Diadema quo eam mater ista coronauit ex auro nobilissimæ sapientie & gemmis virtutum pretiosissimis, quibus nulla aliæ comparanda, caput eius, id est, mentis decore admirabili, instar coronæ seu diadematis circumcincta. Vel auro diuinitatis, argentum candida & pura humanitas, argentum scilicet igne Spiritus sancti multipliciter examinatum, lapides pretiosi virtutum vniuersitas. Vel diadema ex

auro

auro purissimo, caro Christi per Spiritum sanctum edificata ex auro substantie virginis lapides pretiosi, virtutes creata. Vel per aurum mixtum argento diuina sapientia que se immiscuit argento, id est, sibi aptauit corpus de substantia Virginis, que fuit argentum igne Spiritus sancti multipliciter examinatum, & sic facta est corona de auro propter aurum diuinitatis scilicet & argentum candidæ humanitatis. Ezech. 1. Nam fulgor diuinitatis candore humanitatis quodammodo expalluit, non vixit diminutione, aut alia lesione, sed nostre cognitionis contemperatione. Et nota, quod humanitas Saluatoris congrue dicitur diadema, quasi duo demens, scilicet principium & finem, id est, originale quod est principium omnis mali, & penam æternam que est finis ad quem tendit omne mortale peccatum. Vnde Apostolus ad Rom. Fuit illorum, id est, peccatorum, mors est, æterna scilicet. Ad Rom. 5. Sicut per inobedientiam, &c. Ratione huius coronationis dicit Salomon de Maria Prou. 25. Mulier diligens corona est viro suo. Et ipse Christus Ier. 61. secundum aliam litteram, vbi nos habemus, quasi sponsum decoratum corona, alligauit mihi mitram, &c. Caput mitratum, verbum incarnatum. Vel mater hæc synagoga, quæ ipsam diademate spineo coronauit. Iob. 19. Vel mater hæc tota Ecclesia sanctorum, de qua Apoc. 12. Mulier in vtero habens, quæ nunc eam quasi coronat de iustis, sed in iudicio coronabitur gloria & honore.

Quod autem sequitur: In die desponsationis suæ, quatuor his lectionibus conuenienter adaptatur. Dies enim desponsationis eius est dies conceptionis suæ natiuitatis eius secundum carnem: in vtero enim virginali nupsit ei humana natura, sicut dicit Augustinus. Vnde dictum est in Psal. Et ipse tanquam sponsum procedens de thalamo suo. Potest etiam intelligi dies desponsationis beate Virginis: & hoc vult Glossula quædam ibi, Cum esset desponsata, &c. Angelo nuntiantem concepit. Vel quia illam sibi tunc spiritaliter desponsauit, cum illi tanta se gratia sociavit, ut de carne eius sacratissimam sibi carnem assumeret. Illa etiam dies lætitiæ cordis eius fuit, id est, tam ipsius sponsi quam ipsius beate Virginis. Quis enim dubitet de tam dilecta humana natura, tam desiderata salute ipsi sponso secundum hominem, ex ipsa eius vnionis copula, in qua erat certissima salutis eiusdem securitas, ex isto suauissimo osculo inenarrabilem lætitiæ euenisse. Quis autem dignè exprimere verbis sufficiat ipsius sacratissime Virginis gaudium, quæ matrem Dei se factam ipso die & nouit & sensit, quæ nostre redemptionis thesaurum, Angelorum gloriam, & totius humani generis singulare gaudium, & ut vno verbo omnia concludamus, Deum & Dei filium in vtero se habere cognouit. Vel dies desponsationis dies passionis, quando & Ecclesie & synagoge sponsum sanguinum factus est. Exod. 4. factus est enim Ecclesie sponsum sanguinum dum aperfusus est sanguis eius super filios Ecclesie, &

super propria vestimenta carnis suæ, scilicet pro redemptione filiorum eius: vnde & dicitur pellicanus. Ipsi etiam synagoga factus est sponsum sanguinum, id est, sanguinis, & sanguinis, scilicet propter stragem de eis factam per Titum & Vespasianum quoad stragem corporum, & quoad stragem animarum per culpam & penam æternam que est duplex mors. Est passio desponsatio, quia pacti coniugalis firmatio. Tunc enim testamentum eius confirmatum est in morte eius ad Hebræ. 9. Fuit etiam hæc dies lætitiæ cordis synagoge: quia de morte eius insanissimè lætata est. Fuit ipsi sponso dies lætitiæ de hoste triumphato, de nobilissima præda generis humani crepta de manu hosti, de dilectissima sponsa, scilicet Ecclesia sibi consummata. Vnde dicit Luc. 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, desiderio scilicet. Ideo debebat perfici in gaudio. Gaudium enim nihil aliud est quam desiderati obtentio. Et imitantur filie istæ eum videre in crucis ludibrio, & diademate spineo, ut admittantur eius humilitatem, patientiam, charitatem, & abhorreant peccata pro quibus occidendis occisus est, & erubescant tantæ gratiæ ingratas, & quod non calefiunt tanto amoris incendio, nec affecantur per tantum pignus de obtinendo quod promissum est. Item dies desponsationis, dies iudicij, quando filia vel mater Ecclesia ipsam coronabitur omnibus electis: & tunc erit ipsa Ecclesia diadema regni in manu Dei sui. Ier. 61. Et tunc erit dies lætitiæ & sponso & sponsæ, & glorificationis charissimorum suorum. Beatus Bern. sic exponit: Egredimini filie Sion, anime seculares, debiles, & delicatæ, nihil fortitudinis aut vtilitatis habentes, & ideo filie, non filij: egredimini de sensu carnis ad intellectum mentis: & videte Regem Salomonem, non dicit Regem Ecclesiasten, vel regem Iddam. Hæc tria nomina habet ille rex qui signat Christum, qui fuit Salomon, id est, pacificus in exilio: sed Ecclesiastes, id est, concionator erit in iudicio. Iddam, id est, dilectus Domini erit in regno, vbi rex. In exilio rector morum, in iudicio discretor meritorum, in regno distributor præmiorum. In exilio mansuetus, in iudicio iustus, in regno gloriosus. In exilio amabilis, in iudicio terribilis, in regno admirabilis. Egredimini igitur ut videatis regem Salomonem in exilio, ut securè videre possitis Ecclesiasten in iudicio, & tandem Iddam in regno. Videte autem eum in diademate, id est, in corona misericordie, quo coronauit eum mater, scilicet Maria: quia cum corona misericordie natus est ex ea. Vnde dicit Iob 31. Ab infantia creuit mecum miseratione, &c. Et propter hanc coronam est ipse amabilis. In iudicio coronabitur corona iustitiæ, & tunc terribilis. Tandem in regno corona gloriæ, & tunc admirabilis. Videte ergo eum in corona misericordie imitando, ut postea videatis eum in corona iustitiæ non timendo, tandem in corona gloriæ cum eo perenniter gloriando.



LIBER QVARTVS.

De virtutibus Maria.

CAPVT I.

De humilitate.

DESCRIPVTI cum diligentia incomparabiles virtutes Virginis gloriolæ, primò confugimus ad eius gratiam exorantes suppliciter vt piè nobis refundat de sua plenitudine copiosa. In manu enim illius & nos & sermones nostri. Sap. 7. Vnde quoties de ea loqui desideramus, clamandum est ad eam: Domina, Domina aperi nobis, & para pauperi in tua dulcedine copiosa. Primò igitur videndum est de humilitate eius, quæ inter vniuersas & singulas virtutes ipsius obtinere meruit principatum: quia custos erat & quasi magistra cæterarum virtutum, Hierony. in illa homilia: Cogitis me ô Paula, circa finem homiliae. Quid nobilior matre Domini, quid splendidius ea, quam splendor elegit paternæ gloriæ? Quid castius ea, quæ corpus Christi sine contagione generauit? Et tamen in ea solam humilitatem respexisse Dominum profiteretur, quæ, videlicet humilitas, custos est cæterarum virtutum. Collocauerat enim in tuto stationis portu, sublimia meritorum suorum exercitia, & idèd diuinitus illustratur. Vnde Dominus ait: Ad quem respiciam nisi ad humilem & quietum & trementem sermones meos? Fecit enim quod promiserat, & respexit humilitatem ancillæ suæ. Vnde & beatam eam dicunt omnes generationes. Siquidem de humilitate rexit in tectis ipse Magister & Dominus Angelorum dicens Matth. 2. Discite à me, quia mitis & humilis sum corde, &c. Et hanc eius lectionem retinuit præ cæteris beatissima Virgo, licet & cætera omnia verba filij, Angelorum, & ipsius Simeonis conseruaret in corde suo. Luc. 2. Non ergo beata Maria, sicut dicit ibidem Hieron. à filio suo didicit cælos fabricare, non Angelos creare, non miracula deitatis insignia operari, sed tantum humiliari, cæteraque virtutum documenta intra humilitatis custodiam aggregare.

2. Sed iam videamus intelligentiam horum duorum versuum, quos concepto Saluatore de exuberante gratiæ plenitudine inter cæteros sui Cantici versus cum ineffabili gaudio eructauit: Respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Respexit,

inquit. Quia verò de respectu gratiæ hîc agitur, considerandum est diligenter qualiter per gratiam respiciat hominem Deus. Nam ipsum vocabulum respectus quadam expressionem notat, vt plus aliquid esse videatur respicere, quam videre: quasi enim respicere est prius abiectus & derelictus visitare. Nam quasi auerti ab homine tunc Deus dicitur, cum per distractionem indicij gratiæ suæ dona subtrahit: cum verò placatus per misericordiam subtracta restituit, rursus per respectum gratiæ ad eum se conuertit. Bene ergo Maria Dominum solam humilitatem in se respexisse testatur: quia diuinitatis propitiationem quam humana natura in primis parentibus per superbiam perdidit, in Maria per humilitatem recuperauit. Nam quia in ea verbum patris carnis substantiam quam sibi vniret assumpit, quasi ad eam quam prius abiecerat naturam sublimandam, per misericordiam respexit. Respexit Deus humilitatem Mariæ, cui per humilitatis meritum dedit, vt filium suum in carne conciperet, & de sua carne verum Deum & hominem, omnium hominum, quantum in ipso est, Saluatorem generaret. Cuius humilitatis virtutem mox determinans subiungit: Ancillæ suæ: nam quia se humiliter quod erat ancillam cognouit, idèd quod non erat sublimiter esse mater promeruit. Exinaniuit se exemplo filij sui formam ancillæ accipiens. Propter quod & Deus exaltauit eam & donauit illi nomen quod est super omne nomen post nomen filij sui, vt in nomine ipsius omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, excepto patre filij sui, qui tamen subditus fuit illi, & Ioseph propter eam. Luc. 2. & coram ea, vt creditur, multoties genuflexit sicut filius coram matre. Respexit igitur Deus humilitatem ancillæ suæ. Non dicit, quod respexerit virginitatem suam, sed humilitatem: ex ea enim parte plus eam diligebat: & vbi amor, ibi oculus. Vel respexit, id est, approbavit, sicut glossat August. Idèd ipsa potuit dicere Deo multo verius quam Dauid illud Psal. Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam. Auerterat enim Dominus faciem suam ab omni muliere propter peccatum Euz: sed percepto odore nardi humilitatis beatæ Virginis, & fumo virgulæ, de quibus infra dicemus, respexit, id est, retrò se aspexit, quasi post tergum humilitatem ancillæ suæ: & sic conuertit se ad viam portæ sanctuarij exterioris Ezechiel. 44. Porta Maria: via portæ, humilitas Mariæ. Et ad hæc humilitas via est, qua ad matris & filij gratiam peruenitur.

Item

3. Item humilitas dicitur quasi humi latens. Latebat enim humilitas in corde Virginis: sed interit ipsa etiam ignorante ascendebat. humilitatis eius meritum sicut virgula fumi, vsque ad sedentem in throno Dominum maiestatis. Et ipsa eius humilitas quæ sola capax est gratiæ & sola meretur impleri, fuit quasi quoddam vas capacissimum, in quo & sibi & nobis recipit gratiam abundanter, vt de plenitudine gratiæ eius omnes reciperemus gratiam pro gratia Ioan. 1. Idèd etiam in persona eius dicit Esther Assuero 15. Facies tua, id est, respectus tuus quo respexisti humilitatem ancillæ tuæ, plena est gratiarum. Considerans enim Dominus respiciens humilitatem ancillæ, scilicet vas illius capacitatem, & secundum ipsam capacitatem infudit ei gratiam. Hæc est consuetudo Domini. Vnde dicit Matth. 25. Vnicuique tradidit Dominus talenta sua secundum propriam virtutem. Hæc propria virtus propriè est humilitas. Et quia tantum se humiliavit illa, quæ tanta erat, & filius Dei amore ipsius tantum humiliavit se, & eo momento quo dixit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. inclinavit cælos & dirupit. Isa. 64. Et descendit in eam. Quia etiam tantum ascendit Mariæ humilitas ad Deum, tantum se humiliavit diuina sublimitas ad Mariam.

4. Item Proverb. 31. dicitur de forti muliere quæ propriè est Maria: Gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius. In negotiatione datur vinum, & accipitur aliud, sicut dicit August. Beata siquidem Virgo exposuit Deo humilitatem suam, dicens: Ecce ancilla cuius pretiositatem attendens Dominus concupiuit eam, & dedit ei se pro humilitate. Et sicut Gallicè dicitur hæc. Vnde: Inuenisti gratiam apud Deum. Luc. 1. Precipuum enim decor beatæ Virginis eius fuit humilitas, de qua propriè dictum est, Concupiscet rex decorem tuum.

5. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Per hoc dictum, ancillæ suæ, commendatur humilitas Mariæ. Duo autem sunt humilitas & humiliatio, & vtrumque excellenter reperire est in Maria. Humilitas est intus in virtute mentis, humiliatio est foris in abiectioe humanæ opinionis. Habetur autem quandoque humilitas sine humiliatione, quando videlicet aliquis iustus licet coram hominibus despicibilis non appareat, intus tamen humilitatis meritum coram Deo innotatum conseruat, quando mundus ei crucifixus est, ipse tamen mundo crucifixus non est: quia gloriam humanam quam foris non quaerit accipit, intus per virtutem humilitatis oblatam contemnit. Humilitatem verò cum humiliatione habet, qui & coram Deo humilis est, & coram hominibus despicibilis. Isti mundus crucifixus est, & iste mundo: quia per humilitatem mundum contemnit, & per humiliationem à mundo contemnitur. Non potest autem haberi humiliatio sine humilitate. Maria ergo quæ apud Deum humilis erat, & apud homines propter Deum abiecta, in vtroque se à Deo respectam testatur. Quia & eius humilitas apud Deum acceptabilis facta est, & eius humiliatio apud homines in gloriam commutata. Vnde subdit:

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Vsque ad illud namque tempus apud homines opprobrium sterilitatis portauerat: quia integritatem virginitatis thoro maritali præponebat. Sed vnde in priori generatione carnali quasi maledictionis sententiam sustinuit, inde nunc ab omni generatione merita benedictione collaudatur, cui soli hoc inter feminas omnes concessum est, vt & fructum fecunditatis haberet, & integritatem virginitatis non amitteret. Respexit ergo Deus humilitatem eius, & abstulit humiliationem. Et idèd: inquit, Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

6. Item respexit humilitatem ancillæ suæ. Nomen ancillæ, nomen seruale est, & est quadruplex seruitus. Prima conditionis, qua omnia debent seruire suo creatori, sicut opus factori suo, & eius dispositionibus obtemperare & sequi instituta, vt sicut ab ipso facta sunt, ita non nisi sub ipso & secundum ipsum incendant. Secunda necessitatis: quia Deo seruire dicuntur malæ voluntates, quæ cum eius iussionibus contraire nituntur, per ineffabilem tamen eius dispositionem arctantur, vt nihil sine ipsius nutu ad effectum perducere queant. Vnde dicit auctoritas: Ei militat omne quod obstat. Seruiunt ergo nolentes eius dispositioni, qui volentes subiecti non sunt eius præceptioni. Tertia timoris, quando diuina præcepta non ex dilectione implemus, sed ex formidine. Quarta dilectionis, quando voluntariè iussionibus illius obtemperamus: quia ipsum qui iubet diligimus, nec aliud ipsi nostra seruitute extra ipsum commodum quaerimus, quam vt secundum ipsum ambulantes, ad ipsum peruenire valeamus. Hoc enim est propter ipsum facere quod ipse iubet, propter ipsum adipiscendum facere quod iubet. Ex his quatuor seruitutibus videtur illa commendari in hoc loco, quæ est secundum debitum conditionis: hanc enim primi parentes in paradiso exhibere conditori noluerunt: quoniam in superbiam elati despexerunt esse sub illo à quo conditi fuerant, & voluerunt peruersè esse cum illo in maiestate consimiles, qui non erant in natura æquales. Conuenienter ergo gratia culpæ respondet. Eua per superbiam creaturam se esse & opus Dei non considerans, Deo parificari voluit, Maria autem suo factori humiliter se subdens ancillam se nominavit: & idcirco illa abiecta, & ista electa est: superbiam despexit, & humilem respexit: & quod superba perdidit, humilis recepit. Idèd ait: Respexit humilitatem ancillæ suæ. Respexit humilitatem, respexit humiliationem. Humilitatem respexit, humilem remunerans: humiliationem respexit, humilitatem exaltans. Hoc habuisti supra distinctum.

7. Sequitur: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quæ amissam beatitudinem per fructum vteri mei recuperabunt, qua per fructum ligni vitium priuata sunt, omnes beatam me dicent, vt parum iam sit in præterita generatione sustinuisse sterilitatis opprobrium, quæ ab omni generatione futura pro fructu fecunditatis meæ vocabor beata. Ex hoc, inquit, ac si diceret ipsi Elizabeth, cum qua & coram qua loquebatur: Ex quo

per os tuum sua magna quæ in me operatus est Dominus aperuit, ex hoc eadem in omnes generationes manifestando magnificabit. Omnes generationes: omnes, inquit, quæ sunt generationes cæli & generationes terræ. Vnde Apostolus ad Eph. 4. Ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Et meritò beatam dicunt omnes generationes, quæ omnibus generationibus vitam & gloriam genuit, in qua Angeli gloriam, fusti gratiam, peccatores veniam inueniunt in æternum. Meritò in eam respiciunt oculi totius creaturæ: quia in ea & per eam & de ea benigna manus Omnipotentis quidquid creauerat, recreauit. Item omnes generationes: generationes enim cæli, id est, Angeli, beatam eam dicunt: quia per eam sunt reintegrati. Generationes terræ quæ eam præcesserunt, scilicet Patriarchæ & Prophætæ, beatam eam dicunt: quia per eam sunt ab inferno extracti. Generationes terræ, scilicet Apostoli & Sancti qui cum ea corporaliter conuersati sunt, beatam eam dicunt: quia per partum eius sunt redempti. Generationes eius quæ sequuntur, ut nos iunus, beatam eam dicunt: quia per eam redempti sunt & gratia illustrati. Aliter: Beatam eam dicunt omnes generationes, id est, tres generationes quæ perierant. Prima sine patre & matre, ut in Adam: secunda de patre sine matre, ut in Eua: tertia de patre & matre, ut in Noë, Abraham, & cæteris omnibus: quarta autem generatio de matre sine patre, quæ fuit in Christo, liberauit tres prædictas, in cuius rei figura dictum est Abraham de femine suo Gen. 15. Quarta generatione reuertetur huc, scilicet ad terram promissionis de Ægyptia seruitute. Aliter: Omnes generationes appellat tres generationes, scilicet cordis, oris, operis, quæ debent Mariam incessanter beatam dicere & prædicare, ut ei dicatur: Generatio & generatio laudabit opera tua, id est, orationis generatio, & potentiam tuam pronuntiabunt. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, &c. Item generationes cordis sunt fides, spes, charitas, humilitas, obedientia, timor, reuerentia, cogitatio, desiderium, exultatio, pietas, misericordia, & commemoratio, intentio, suspitatio, dilectio, & huiusmodi, quibus omnibus debemus beatificare Mariam, ut supra ostentum est. Generationes oris sunt laudatio, honorificatio siue honorificatio, prædicatio, confessio, magnificatio, benedictio, cantatio, oratio, gratiarum actio, salutatio, & huiusmodi, quibus omnibus debemus beatificare Mariam, ut supra assignatum est. Generationes operis sunt munditia, manuum erogatio, pura eleuatio, bona operatio, & cætera exercitia de quibus supra assignatum est. Generationes ergo cordis respiciunt ad Mariæ dilectionem, generationes oris ad eius uenerationem, generationes operis ad eius imitationem & bonam operationem, ad gloriam nominis eius. Idem dicitur in Psal. Omnia quæ intra me sunt, benedicant nomen sanctum eius. Beata igitur Maria & beata eius humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos inuauit, mundum purificauit, paradysum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. O verè, inquam, gloriosa Mariæ humilitas, quæ

Per Mariam
quæ fuit
in manu
omnium
generatio
perierant.

porta paradisi efficitur, scala cæli constructur. Facta est certè humilitas Mariæ scala cælestis, per quam Deus descendit ad terras, sicut dicit Augustinus.

Sequitur explanatio secundi versus: Quia fecit mihi magna qui potens est. Magnum enim fuit Mariæ ut Dei Patris uerbum, carne sua indutum, utero gestaret. Magnum fuit, ut dum se ancillam confessa est, sui plasmatoris mater fieret. Sed hæc omnia si magna sunt, impossibilia tamen non sunt ei à quo facta sunt: quia potens est. Hæc scilicet magna, ut creatura oderet creatorem, famula generaret Dominum, per eam Deus redimeret mundum, & ad vitam mortuos reuocaret. Beatus Hiklephonius: Hæc magna sunt, ut per hanc Virginem fieret Deus homo, fieret uerbum caro, Filius Dei factor omnium fieret filius illius matris, quam ipse formauerat, essetque dominator nascendo subditus ancillæ, quam ipse condiderat: sicque haberet in subdito ancilla Dominum, ancillam Dominus in prelato. Multa de huiusmodi inuenies in 9. priuilegio Mariæ. Fecit, inquit, mihi magna qui potens est. Et singulariter magna: quia singulariter potens. Et non dixit, Hoc vel hoc potest, sed potens est, inquit, ut Omnipotentem illum intelligas, qui absolute potens dicitur: quia omnia potest. Potentem ergo Maria confessa est Dominum, nec amplius dixit: quia credi potest eius potentia, quia est. Sed qualis sit & quanta, comprehendi omnino non potest. Idcirco solum confessa est potentiam, discutere non præsumpt: quia sciri non potest quanta est, de qua uerissime scitur, quia immensa est. Summè enim potens est: quia potest omne quod possibile est. Nec idem minus potest, quia impossibilia non potest: quia impossibilia posse non est posse, sed non posse. Siquidem de potentia potest omnia Deus: sed de iustitia solummodo potest ea quæ iuxta sunt. Vnde super illud Matth. 26. Pater si fieri potest, transeat ad me calix iste, dicit Origen. Quantum ad iustitiam eius, qui non solum potens est, sed etiam iustus, non sunt impossibilia nisi ea quæ iusta sunt. Idem de Christo dicit quidam eleganter: Quia licet possit omnia, non potest posse uicia. Hoc solum soli deficit. Sed talis impotentia, si dici debent talia, potentior efficit. Propter hoc inquit Maria: Quia fecit mihi magna qui potens est. Non ait per me, nec in me fecit magna: sed mihi, inquit, fecit magna. Quod enim in ea ad omnium salutem facta sunt, hoc priuilegio electionis ad eius gloriam singulariter est ordinatum. Et idem dixit magna, nec addidit qualia: quia cum omnia opera Dei humani sensus capacitatem exuperent, præcipue sacramentum redemptionis, & incarnationis uerbi mysterium super omnia ineffabile esse constat. Nihil enim unquam magis mirum factum est quam ut Deus homo fieret, & natura incomprehensibilis corporis substantiam ita sibi uniret, ut nec minus in ea esset quam in se erat immensa, nec minor in se existeret: quia in illa fuerat tota. Hæc ergo sunt magna & ineffabiliter magna, quæ in Maria facta sunt ad omnium salutem, & Mariæ facta sunt ad gloriam singularem. Idcirco ait: Quia fecit mihi magna qui potens est.

Sequitur:

9. Sequitur: Et sanctum nomen eius. Sanctum est in se, & in nobis sanctificatur nomen eius, dum nos sanctificamur in nomine eius. Quid est nomen eius? fama eius: nomen eius, cognitio eius: fides eius, nomen eius. Hoc nomen cum sanctis sanctum est: quia glorificatur à sanctis & benedicitur, à peruersis blasphematur, sicut dicit Apostolus ad Rom. 2. Ergo quia magna fecit ei, sanctificatum est nomen eius: quia dum uerbum in carne mirabiliter nascitur, gloria Dei per uerbum in hominibus declaratur. Vnde dicit Ioan. 17. Ego te clarificauit super terram, &c. Et idem fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Fecit etiam Dominus Mariæ magna in terris, exaltans eam super omnes homines: magna in cælis, exaltans eam super omnes Angelos: magna in inferis, subiiciens ei uniuersas potestates tenebrarum. Item Beda: Cum dicit Maria, Fecit Dominus mihi magna, nil meritis suis tribuit, quæ totam magnitudinem ad illius donum refert, qui essentialiter potens & magnus existens, fideles suos de paruis atque infirmis fortes facere consueuit & magnos.

10. Sequitur: Et misericordia eius à progenie in progeniem timentibus eum. Mihi, inquit, fecit, non tamen soli singulariter, sed uni excellenter. Verumtamen misericordia eius à progenie in progeniem: nemo à gratia excluditur, sed in omni gente qui timet Dominum & operatur iustitiam, acceptus est illi. Act. 10. In progenie & progeniem, hoc est, in omnes progenies. In hac ergo gratia nihil discernit hominem nisi timor Dei: Sic Græcus aut barbarus, masculus aut femina, seruus aut liber timeat Deum, & saluus erit. Postea misericordiam istam quæ præstat timentibus, & humanæ redemptionis ordinem latius explicat, dicens: Fecit potentiam, &c.

11. Item humilitas Mariæ signatur per nardum, de qua sic loquitur ipsa Cant. 1. Dum esset rex, id est, Christus in accubitu suo, id est, in sinu Patris nondum factus uisibilis, nardus mea, id est, humilitas dedit odorem suum, id est, solitum. Nardus est herba humilis & calida, & ualde proprie Mariæ signat humilitatem. Vnde signanter dicit, Nardus mea: quia eius humilitas magis ex calore charitatis quam ex ueritatis cognitione processit. Est enim humilitas quam ueritas patris, quæ consistit in cognitione, & hæc est in intellectu. Si enim te ad lumen ueritatis sine dissimulatione inspicias, eris profecto uilis in oculis tuis, quamuis id nondum patiaris in oculis aliorum. Humiliaberis ergo ex ueritate & non ex charitate. Est & alia humilitas quam charitas format & informat, & hæc est in affectu. Quam si habueris, uoles quantum in te est eam de te omnes tenere sententiam, quam apud te ueritatem habere cognoscis. Quantum in te est dico: quia multa sunt in nobis quæ ab alijs sciri non expedit: ed quod nocere possent scientibus. Ideo dicit beatus Bernardus: Verus humilis non uult humilis prædicari, sed uilis reputari. Alioquin si priuato amore tui uel timore uilitatis alijs uolis innotescere qualis es, minus probaris diligere ueritatem, & timendum ne incurras illud Pron. 29. Pondus & pondus, &c. abominatio est

apud Deum. Tu enim te depretiaris in occulto trutina ueritatis ponderatus, & foris alterius pretij mentiens maiori pondere te uendis quam ab ipsa accepisti. Idem dicitur Prouerb. 27. Sicut probatur in conflatorio aurum, &c. sic probatur homo ore laudantium. Et hæc tentatio tantò grauior est, quantò maior est qui laudar. Processit igitur Mariæ humilitas & amore quæ peccatum non habuit, cuius causa humiliaretur: & idem bene signata est per nardum.

Item humilitas Mariæ pretiosissima. Vnde Prou. 31. Procul & de ultimis finibus pretium eius. Quia Christus pro humilitate dedit ei se, ut supra ostentum est: & idem signatur per aurum throni Salomonis, quod erat fuluum nimis, Gallicè *er fin*. Humilitas enim aliorum sanctorum aurum pallidum est. Vnde: Posteriora dorsi eius in pallore auri. Sed aurum Mariæ fuluum nimis, id est, pretiosissimum. Quære titulo de throno. Vnde Prou. 27. Quomodo probatur, &c. Sicut enim pretiositas auri omnia metalla transcendit, sic Mariæ humilitas omnem gradum humilitatis excessit. Quantò enim Maria fuit uirtutibus præeminentior, tantò in ipsa humilitas mirabilior.

Humilitas Mariæ in corde & sensu: nihil de se sentiens uel æstimans aut cogitans magnum, filia & imitatrix patris sui David qui dicit: Si non humiliter sentiebam, &c. De Domino uerò magna sentiebat, dicens: Magnificat anima mea Dominum, non meipsam: à solis enim humilibus honoratur Dominus, &c.

In cogitatu. Vnde dicit ei sponsus ab humilitate cogitationum ipsam commendans Cant. 6. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Capilli isti sunt cogitationes humiles, quæ de corde uelut de capite oriuntur, & ascendunt de monte Galaad, id est, de sublimitate perfectionis suæ quam commendant, & de qua loquuntur omnia testimonium Scripturarum. De hoc enim monte greges humilium cogitationum eius ascendebant, cum considerata sua celsitudine quam diuina munificencia intantum honorabat, se & sua per humilitatem extenuabat, sicut capilli tennes sunt, macilenti & exiles: nominans se ancillam. Bene autem dicitur, Ascenderunt, licet descenderent: quia huius descensus in oculis suis, ante oculos Domini erat quidam magnus ascensus.

In oculis & visu. Vnde uidetur dixisse cum David: Neque elati sunt oculi mei. Item. 2. Reg. 6. Humilis ero in oculis meis, &c. Oculi enim deficientes & anima esuriens dant gloriam Deo, sicut dicitur Baruch. 2. Non enim fuit similis generationi, cuius excelsi sunt oculi & palpebræ in alta surrectæ Pron. 30. Nec similis illi mulieri, cuius fornicatio in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscebat. Eccl. 26. Nec de illis filiabus Sion, quæ nutibus oculorum ibant. Isa. 3. Quin potius orasse creditur illud Eccl. 23. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi Domine.

In auditu, iuxta consilium Spiritus sancti, cui eam docuerat dicens: Inclina aurem tuam, &c. id est, humiliter audi nuntium Gabrielis. Sic & ipsa fecit. Et hæc auris inclinatio quoad se,

12.

13.

Mariæ humilitas in omnibus manifesta.

se, fuit quasi quædam erectio auris quoad Deum. Vnde & ipsa dicit cum filio Isa. 50. Eri-
gat manum, manum erigit mihi aurem, vt audiam
quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi
aurem, ego autem non contradico, &c. Quære
infra titulo de obedientia eius.

In tactu: non enim fuit de illis quorum
spiritus in naribus eorum est. Ita. 2. Quiescite
ab homine carnis spiritus in naribus est eius, &c.
Nec fuit quasi th noceros, qui vnicum cornu,
quæ agitur superbia, quæ diligit singularita-
tem, gestat in nare. Nec oportuit, quod indi-
gno signitarum Domini ebiberet spiritum
eius, sed est spirituositate superbia Iob 6. quia
nulli fuit in ea.

In sermone & voce. Vnde audita magnitu-
dine & multitudine promissorum quæ ei An-
gelus fecit, respondit tanquam humillima
mulierum: Ecce ancilla Domini, fiat mihi se-
cundum verbum tuum, vt istud secundum sit
non nimirum casus. Primum enim verbum Angeli
fuit: Ave gratia plena. Secundum fuit, Domi-
nus tecum. Et istud secundum verbum optabat
sibi fieri, vt scilicet Dominus esset cum ea sibi
carnem assumendo de substantia carnis suæ.
Ratione etiam vocis vel sermonis potuit vere
dicere illud quod dixit Domino Moyse Exod.
4. secundum aliam translationem: Gracilis vo-
cis ego sum, &c. Gracilitas vocis humilitas ser-
monis: non enim fuit de illis qui dicunt, Labia
nostra à nobis sunt, &c. Nec de illis quibus di-
citur 1. Reg. 1. Nolite multiplicare loqui subli-
mia gloriantes. Sed recedant vetera de ore ve-
stro, &c. Nec in ore eius fuit virga superbæ
Prouerb. 14. Propter hanc enim humilitatem
vocis vel sermonis dicit ei filius, ipsam com-
mendans à voce. Cant. 1. Sonet vox tua in au-
ribus meis: vox enim tua dulcis, &c. Item
Cantic. 4. commendat eam ab humilitate tam
mentis quam vocis, dicens ei: Vulnerasti cor
meum in vno crine colli tui. Quære infra titulo
de pulchritudine eius, & bene expositum inue-
nies. Fuit etiam alio modo humilis in voce:
quia nunquam gloriata est in melodia tinnulæ
vocis: quin potius habuisse creditur gemitum
pro cantu. Vel turturis & columbæ sæpius com-
paratur, quam vel alaudæ, vel philomenæ.
Cant. 3. Vox turturis audita est, &c. quando
scilicet respondit Gabrieli: Ecce ancilla Do-
mini, &c.

In opere quando videlicet Elizabeth cognatæ
suz minori se ministravit. Et etiam gradum
istum excessit, cum laudata ab Angelo tam
multipliciter & ab ipsa Elizabeth dicente, Vnde
hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me:
non superbiuit. In hoc etiam quod purgari se-
cundum legem non erubuit, licet purgatione
non egeret, cum de viro non concepisset: nouer-
at enim, quod qui facit superbiam, non habi-
tabit in medio domus eius.

In colli & capitis demissione, quorum ele-
uatio signum est elationis, demissio signum
humilitatis: non enim fuit de illis filiabus Sion,
quæ eleuata ambulabant extenso collo. Isa. 3.
Quære infra titulo de pulchritudine eius, vbi
agitur de collo. Sed magis exemplo David
aperto capite. 1. Reg. 15. & exemplo Achab
humiliati coram Domino. 3. Reg. 21. demisso

capite creditur ambulasse, qui scilicet Achab
inde legitur à Domino commendatus.

In gustu, cum nunquam aliquid gustauerit,
quod gustatum afferret mortem animæ. Iob 6.
Sicut prima mater Eua pomum appetiit toxica-
tum, quod per inobedientiam deuorauit, &
lethali gustu virum suum & totam posteritatem
suam adduxit miseræ seruituti.

In tactu: nam contractasse creditur membra
filij sui cum omni humilitate, reuerentia, &
tremore, quem certissimè nouerat vnigenitum
Dei.

In incessu: quia non ambulauit in magnis,
nec in mirabilibus super se. Nec fuit de illis fi-
liabus Sion, quæ composito gradu incedebant
pedibus suis. Isa. 3. Nec similis illi cui dicitur
Ezech. 25. Pro eo quod plauisti manu, &
percussisti pede, & gauisa es toto affectu, &c.

In habitu & omni motu & gestu. Quære
de habitu eius exteriori, titulo de vite, vbi
agitur de cortice vitis: & titulo de virga, vbi
agitur de cortice virgæ. Nouerat enim, quod
ex visu cognoscitur vir, id est, ex ornatu qui
exterior apparet, & quod amicus corporis &
risus dentium & ingressus hominis annuntiant
de illo. Eccl. 19. & quia non tam conuenit or-
nari veste, quam moribus, sicut dicit Hierony.
Nouerat etiam prohibitionem illam. Eccl. 11. In
vestitu ne gloriaris vnquam.

Item notandum, quod beata Virgo intantum
humilitate plena fuit, quod quanto magis à
Deo, ab Angelis, & ab hominibus extolleba-
tur, tanto magis à seipsa deieciatur. Nam
cum in humani generis tota vniuersitate singu-
lariter ad hoc eligeretur vt fieret Angelorum
domina, cælorum regina, hominum aduocata,
mundi imperatrix, seculi dominatrix, creatoris
mater & nutrix: tamen intantum se disposuit
& deiecit, vt se nihil aliud diceret quam Dei
ancillam, licet genitricem eiusdem Domini se
fieri præuideret. Volebat siquidem liberè transi-
re per foramen acus, quod longum est & angus-
tum: nihil enim magnum vel grossum transi-
re potest per illud. Nec sufficit in illud intrare,
sed necesse est per illud transire: qui enim in-
trat & non transit, nihil proficit. Intra & tran-
sit, qui quod bene incepit, melius consummat.
Quisquis enim transire non habet per ostium
paruissimum, quanto magis se constringit &
humiliat, tanto facilius intrat. Quam citò au-
tem se erigit, tam citò offendit & ab ostio se
excludit. Propter hoc dicit Dominus Matth. 18.
Quicumque humiliauerit se sicut paruulus iste,
&c. Beatus Maximus: Vis magnus esse in cæ-
lo, & magnus valdè & valdè nimis, esto par-
uus in terra, & paruus valdè & valdè nimis:
sic enim habebis in cælo ingressum facilem &
locum sublimem.

CAPVT II.

De simplicitate.

Ratione simplicitatis comparatur Maria co-
lumbæ quæ est auis simplicissima. Vnde
dicit ei filius Cantic. 2. Veni columba mea in
foraminibus

foraminibus petre. Est autem simplicitas quasi
collata hæc humilitatis. Simplex est, qui vni
soli rei intendit. Vnde Psal. Vnam petij à Do-
mino, &c. Item Luc. 10. Vnum est necessarium.
Et dicitur simplex quasi sine plica, id est, sine
duplicitate. Est autem triplex simplicitas, vera,
ficta, indiscreta. Vera iustorum, quæ comitem
habet discretiorem. Hanc præcipit Dominus
Matth. 10. dicens: Estote prudentes sicut ser-
pentes & simplices sicut columbæ. Talem ha-
bit beata Virgo super omnes creaturas. Ficta
hypocritarum, qui componuntur secundum
exteriorem hominem in vultu, gestu, habitu,
& huiusmodi, vt credantur religiosi. Et hæc
sunt vestimenta ouium, sed deintus peruersa
sunt omnia & lupina. Indiscreta stultorum,
qui sunt vt columba seducta non habens cor.
Osee 6.

Solent autem tria incommoda sequi simpli-
citatem à quibus peroptimè sibi cauit Maria.
Primum est temeritas: quia de facili simplices
decipiuntur: vnde comparantur columbæ sedu-
ctæ, vt dictum est. Sed Maria loco temeritatis
habuit prudentiam spiritus, qua bene discer-
nebat esse Angelum Dei, cui consentire de-
beret. Secundum est debilitas: simplices enim
de facili cadunt: quia resistere nesciunt. Sed
ipsa fuit prudens mulier & fortis, quæ contri-
uit caput serpentis antiqui. Tertium est timi-
ditas, qua non audent ardua aggredi. Sed ipsa
habuit confidentiam, fidem, & spem certam,
qua Deum credidit de se incarnari, & respon-
dit audacter & deuotè: Ecce ancilla Domini,
&c. Fortitudo autem eius & confidentia in hoc
apparuit, quod Ezechiel & Daniel & beatus
etiam Ioannes videntes Angelos leguntur cor-
ruisse. Sed ipsa videns Angelum turbata est, sed
non perturbata, & aspectum angelicum sine
casu potuit sustinere.

CAPVT III.

De timore.

Mulier timorata fuit beata Virgo, & est
similiter timor filialis vel castus colla-
tancus humilitatis, idèd Luc. 1. dixit ei Ga-
briel: Ne timeas Maria. Timor autem præpa-
rauit in ea locum aduenienti Spiritui sancto,
iuxta illud Isa. 66. Ad quem respiciam nisi ad
pauperculum & contritum spiritu & tremen-
tem sermones meos? Pauperculus propriè est
pauper & humilis, qualis erat Maria. Causas
autem timoris eius ad ingressum Angeli inue-
nies infra titulo de verecundia eius.

CAPVT IV.

De excellentia Mariæ.

De venerabili & omni præconio extollen-
da excellentia Mariæ in oculis summæ
Trinitatis, quæ scilicet excellentia responderet
excellentiissimæ humilitati ipsius in oculis suis,

loquitur ipsa Eccl. 24. dicens: Ego ex ore Altis-
simi prodiui primogenita ante omnem creatu-
ram: Ego ex ore Altissimi prodiuique ipse di-
xit, & facta sunt. Ego ex ore: quia verbo Altis-
simi creata sum. Si quæretur, quomodo virgo
tam humilis introducat se ipsam commen-
dans? Ecce responso. Laus non est periculosa
nisi propter vanitatem: sed cum ipsa sit verita-
tis mater quam de se genuit; longè est ab ea
omnimoda vanitas, & est in ea omnimoda ve-
ritas: & idèd potest se laudare. Item cum dicat
Salomon Prou. 27. Lauder te alienus, & non
ostium, &c. potest dici, quod ipsa non erat
quæ loquebatur, sed spiritus prophetia. Dicit
ergo: Ego ex ore Altissimi prodiui: quia ipse
dixit, & facta sunt. Sed iterum si quæretur, ad
quid pro laude Virginis ponitur quod com-
mune est omnibus? Respondemus: quia ipsa
est principium Christi secundum humanitatem
qui est os Patris: & quia de ea dixit tota Tri-
nitas specialiter quasi loquens de Christo Gen.
2. Non est bonum hominem esse solum: facia-
mus ei adiutorium simile sibi. Sequitur: Primo-
genita ante omnem creaturam, id est, dignior
omni pura creatura.

Item de excellentia suæ creationis loquitur
ipsa ibidem paulo post: Ab initio & ante secu-
la creata sum. Ab initio, id est, à Deo Trini-
tate. Vnde Prou. 8. vbi nos habemus, Domi-
nus possedit me in initio viarum suarum, dicit
alia translatio: Dominus creauit me in initio
viarum suarum. Vel ab initio, id est, ab æter-
no creata sum in præscientia Dei. Vel creata,
id est, præuisa creati quodam priuilegiato mo-
do. Vel ab initio creationis mundi creata sum,
id est, præfigurata creati per creationem lucis,
de qua factum est corpus solis, vt quidam di-
cunt. Sicut enim in illa luce data est lux mun-
do, tamen subobscura, & de illa luce facta sunt
luminaria quæ maiorem lucem dederunt vt sol:
ita beata Virgo dedit lucem mundo respectu
prioris temporis, non tamen tantam vt sol, id
est, Christus qui de ea natus est. Gen. 1. dixit
Deus: Fiat lux. Esther 8. Iudæis noua lux oriri
visa est. Vel ab initio temporis gratiæ creata sum
ad literam quoad animam. Vel creata, id est, ge-
nita à patre & matre. Tempus enim ante gratiam
desitio erat temporis seu vite: quia totum erat
in morte: vnde initium appellatur tempus gra-
tiæ. Et erat desitio quantum ad tempus & vi-
tam naturæ & gratiæ: omnes enim moriebantur
natura, nec erat vita reparabilis ante Chri-
sti resurrectionem. Et etiam quantum ad vitam
gratiæ: quia omnia sub peccato. Ad Gal. 3. Ab
initio ergo, id est, tempore gratiæ, vbi om-
nia initiata sunt & renouata, creata sum ad li-
teram: & idèd dicitur aurora, quæ est terminus
notis & initium diei. Ipsa enim fuit terminus
legis & initium gratiæ, & titulo, quod Maria
aurora. Et ante secula, id est, ab æterno, &
antequam ista secularia tempora voluerentur.
Vel ante secula, id est, dignior omnibus secu-
lis, id est, omnibus hominibus & mulieribus
omnium seculorum.

Item propter excellentiam sui status dicit ipsa
in eodem capitulo: Ego in Altissimis inhabi-
taui. In sua sanctificatione excellentissimè enim
fuit sanctificata, & in sanctificatione sua ve-
hementer

hementer exaltata : quia deprauata ab omni fertilitate terrenæ corruptionis, & colorata & tincta quasi de nigro colore in candidum: & tunc data est illi gloria Libani, qui interpretatur candor. Ita, 35. Quare titulo de sanctificatione eius.

In sua natiuitate: quia ante sanctificata quam natiuitate est enim filia gratiæ cum omnes alij natiuitate filij sint. Ephel. 2. quod signatum est in hoc quod fuit filia Annæ quæ interpretatur gratia. Vnde Cant. 6. Vna est matris suæ. Propter hoc etiam de eius natiuitate dicitur Esther 13. Iudæis noua lex oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. In ortu enim eius noua lex orta est omni iusto propter veritatis cognitionem quæ antea ignorabatur, gaudium propter carceris euersionem, honor propter hostis deiectionem, tripudium propter salutis recuperationem. Iustus enim sanctificatio archa fuit nostræ sanctificationis, eius natiuitas archa nostræ spiritualis natiuitatis, nostræ etiam redemptionis: quia ad hoc nata est vt patris præuaricationis delictum ablueret, innocentiam repararet, delecti iudicis iracundiam placaret, portam cæli aperiret, & captiuus libertatem conferret. Ideo ipsa dicit: In me omnis gratia vitæ & veritatis, &c.

In vita iuxta humanam consuetudinem: quia virginitatem vouit, licet sterilis malediceretur in lege: humillima fuit, licet multi superbiunt de sua virginitate: fidelis fuit & credula, licet quod ei promittebatur, videretur impossibile, scilicet quod virgo conciperet & pareret manens virgo.

In filij Dei admirabili conceptione. Concepit enim virginitatis gloria permanente, quod nulla alia. Concepit in vtero, id est, ex causa intrinseca, non sicut alie mulieres, quæ recipiunt ab extrinseco vnde concipiunt, scilicet semen viri. Origen. Felix umbilicus castitatis, quem amplexus non tergit matris. Concepit enim per aurem, id est, per fidem dictorum: quia fides ex auditu. Rom. 10. Vnde ipsa dicit Cant. 5. Dilectus meus, id est, Deus Pater, misit manum suam, id est, filium suum, per foramen auris meæ, &c. Et ita conceptus eius singularis & omnes alios superexcellens.

In filij portatione: fuit enim sine corruptione fecunda, sine grauiamine grauida, sine dolore puerpera, sicut dicit beatus Bernardus. Et hoc patet ex hoc quod in ipso suæ conceptionis initio, quando mulieres miserabilibus affliguntur, sicut dicit idem beatus Bernardus, tota alacritate ascendit in montana cum festinatione, non lento gradu, sicut mos est aliquo onere grauatorum. Et ita manifestissime patet, quod filio Dei grauidata non fuit grauidata.

In pariendi singularitate: quia sine dolore, natura mirante suum peperit genitorem. Vnde Isa. 46. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit vnquam simile? Hoc inuenies paulò infra, titulo de partu eius. Vel aliter: Quia multæ alie pepererunt reges & principes, sed ipsa sola filium Dei. Item aliter: Multæ alie pepererunt filios, qui postea coronabantur in reges, sed non nascebantur reges: ipsa verò solum illa quæ filium

suum coronauerat in vtero suo diademate gloriolæ carnis. Vnde Cantic. 3. Egredimini filia Sion, vsque, coronauit eum mater sua. Peperit regem coronatum. Vnde dicit Matth. 2. Vbi est qui natus est rex, &c. Ratione autem huius excellentissimæ dignitatis comparat ipsa se cedro, quæ rex arborum appellatur. Vnde dicit Eccli. 24. Quasi cedrus exaltata sum in Libano.

In filij lactatione: quia sola Virgo lac habuit: & vocatur lac istud celeste, non terrenum, vel carneum, propter suam excellentissimam dignitatem. Vnde canit Ecclesia: Sola Virgo lactabat vber de cælo pleno. Nec de eius lacte gustauit alius quam Filius Dei. Vnde & ipse singulariter gloriatur Cantic. 5. dicens: Bibi vinum meum cum lacte meo, quod totum fuit meum. Et licet disatur nomen virginis effusum Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum, non tamen dicitur, quod eius vbera sint effusa.

In singulari dominatu super Filium Dei & suam, qui est Rex regum & Dominus dominantium. 1. ad Tim. 6. & Apoc. 19. Vnde Luc. 2. dicitur: Descendit cum illis Nazareth, & erat subditus illis, scilicet Mariæ & Ioseph. Ibi August. Hoc singulariter illa femina habuit vt videret sibi nascendi solemnitate subditum, quem non solum humana, verum etiam angelica natura veneratur & adorat altissimum. De hoc multa inuenies 9. capitulo de priuilegijs eius.

In singulari ministrante coram Filio Dei. Multi enim alij & multæ alie susceperunt Christum in suis domibus vno die vel duobus aut tribus: ipsa verò in propria domo vteri virginalis non tantum vno die, vel duobus, sed mensibus 9. Item alij pauerunt eum cibis communibus, & forte dederunt ei aliquod indumentum: ipsa verò de carne propria ipsi nudo, id est, puro Deo carnis contulit vestimentum, & de lacte proprio ministravit alimentum. Et de cæteris operibus misericordie sic poteris assignare. Et propter hoc dicit ipsa antonomastice: Coram ipso ministraui, id est, ad beneplacitum eius.

In singulari contemplatione. Hoc habuisti supra, titulo, Gratia plena, in principio capituli.

In singulari actione vel bona operatione: quia filio Dei qui fuit in vnum diues & pauper, sex opera misericordie exhibuit excellenter. Vnde in iudicio poterit ei dicere filius excellenter illud Matth. 25. Hospes eram, & collegisti me, scilicet in tabernaculo virginalis vteri tui. Vnde Iob 31. quasi in persona Mariæ: Foris non mansit peregrinus, scilicet Filius Dei. Assigna de peregrinatione Christi, Ostium meum viatori patuit, de quo scilicet viatore dicitur Ierem. 14. quasi loquentis ad Filium Dei: Quare colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Qui videlicet viator cum non haberet vbi caput suum reclinaret Matth. 8. susceptus est & hospitatus in vtero & in domo virginali.

Item nudus fui & cooperuisti me, vestimento videlicet tui carnis virginæ. Vnde dictum fuerat Mariæ: Quod nascetur ex te sanctum, &c. Item Luc. 2. Et pannis eum inuoluit, ecce vestimen-

Serm. de natiuitate Mariæ, in fine.

vestimentum: & reclinavit in præsepio, ecce materiale hospitiu. Propter hoc Christus se dicit granum trumenti Ioan. 12. quod nudum feminatur 1. ad Corinth. 15. sed surgit vestitum palea sua. Propter hoc etiam comparatur ipsa velleri Gedeonis: quia laua sua, id est, carne virginea vestiunt agnum Dei: vnde & filius dicit ei Iob 10. Pelle & carnibus, &c. Item esuriui, & dedisti mihi manducare. Vnde Hieron. dicit, quod cum acui & colo acquirebat vnde se & filium pascebat. Vnde Cant. 2. dicitur, quod Christus pasceatur inter lilia. Et hæc lilia interpretatur beatus Bern. manus beatæ Mariæ, dicens: Manus mariæ quædam lilia candidissima sunt: nec causabatur lilihorum amator inter lilia non inuentum quidquid inter Mariæ manus inuenit. Item sitiuui, & dedisti mihi potum, scilicet lactis virginæ, quod ego solus bibi. Potest etiam intelligi istud de potu fidei quo Maria præ omnibus ipsum potauit, figurata per Samaritanam mulierem, cui Christus dixit Ioan. 4. Da mihi bibere. Item infirmus eram, & visitasti me. Quod impletum est quando Christus crucifigebatur, & ipsa stabat iuxta crucem, quando scilicet Deus Pater percutiebat Filium pro salute populi Isa. 53. & quando vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra, & liuore eius sanati sumus, sicut ibidem dicitur. Item in carcere eram, & venisti ad me. Quasi incarcerationem Christus in carcere nostræ mortalitatis, quando nascetur de Virgine verus homo, & ad ipsam tunc veniebat Maria sicut mater ad filium iacentem in canabulo. Sed tunc quam maxime fuit incarcerationatus, quando positus in sepulchro. Vnde in persona eius dicit Ierem. Tren. 3. In tenebris collocauit me, quasi mortuos sempiternos. Item ibidem: Lapsum est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. Tunc autem licet non legatur hoc in Euangelio, non dubitatur ad sepulchrum venisse filij mater piissima. Vnde Hieronymus: Quam miserum erit & impium sentire de matre, vt quando cætera sanctæ mulieres tantam curam habuerunt de Dominica sepultura, ipsa se absentauerit, absit.

In singulari passione vel martyrio. De hoc sufficienter inuenies in 10. priuilegio eius.

In singulari transitu vel ascensu de mundo ad Deum, de terra ad cælum, de exilio ad patriam, de miseria ad gloriam. Vnde & transitus eius dicitur assumptio, quando videlicet ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum. Cant. 8. Hoc inuenies planè expositum titulo de aromatibus horti conclusi.

In singulari sepultura, vbi scilicet nexibus mortis non potuit deprimi, nec corpus eius resolutum est in cineres: quia sicut pater non dedit sanctum suum videre corruptionem, scilicet Christum: sic nec sanctam suam specialem, id est, Mariam.

In singulari sublimatione: quia non solum cum Angelis sublimata, sed super omnes choros Angelorum exaltata. Quare. 11. prærogatiua Mariæ.

In singulari confesso ad dexteram filij, sicut creditur, in throno gloriæ: quia ipsa designata est per Bersabee matrem Salomonis qui

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Christum signat, cui videlicet Bersabee de præcepto filij positus est thronus iuxta thronum regis, & sedit ad dexteram eius 3. Reg. 2.

In singulari potestate. Cum enim possit verissime dicere cum filio, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Matth. in fine, excellenter tamen dicit, In Ierusalem superba potestas mea imperandi scilicet quidquid volo tam virtutibus angelicis quam animabus sanctis, & quos volo introducendi. Eccl. 42. In omni necessitate omnia obaudiunt ei. De his multa inuenies titulo de potentia eius.

Item ratione excellentiæ suæ appellatur Maria mulier ex omnibus, mulier scilicet ex omnibus bonis mulieribus collecta, omnium bonarum mulierum vniuersas bonitates & singulas in se habens. Eccl. 7. Virum de mille vnum reperi. Quod quidam exponunt de Samone qui mille strauit. Alij de Dauid qui decem milia. Mulierem ex omnibus non inueni. Ideo etiam conquerebatur Salomon Prou in fine, dicens: Mulierem fortem quis inueniet? Quare titulo, quod Maria mulier. Item ratione suæ excellentiæ dicitur ei Cant. 4. Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Quasi dicatur: Omnem gratiam vincit tua sublimitas, omnem excellentiam superat tua dignitas. Ad hoc etiam facit quod ipsa dicitur terribilis vt castrorum acies ordinata Cant. 6. Ipsa enim tantum demonibus est terribilis, quantum Angelis & sanctis existit venerabilis, id est, sicut tota acies Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, Angelorum, Confessorum & Virginum, & omnium qui ordinatè contra diabolum pugnaverunt. Nam quia omnium sanctorum priuilegia habet in se congesta, vnde dicit Cant. 7. Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi, ita terribilis est demonibus sicut vniuersa collectio omnium sanctorum aliorum. Item propter hoc inter lapides comparatur topasius, qui dicitur quasi topandion, id est, omnicolor, à pan quod est totum, & zion vel dian, quod est color, & signat omnem virtutem. Tamen super Apo. dicitur à Topadem, quæ est insula Egypti vbi inuenitur: topasius enim est receptiuus omnis coloris. Ipsa enim prædita fuit optimis naturalibus, & receptiuua omnis gratiæ & virtutis. Apparuit tamen quasi de Æthiopia, quando legem datam de mulieribus quæ concepèrant de viris, impleuit in purificatione.

Et nota, quod non solum excellit dignitatem omnium sanctorum, sed etiam dignitates omnium celestium virtutum. Superior est enim Angelis gloria: quia plus meruit, scilicet quod Dei Filius assumeret ex ea naturam humanam, qui noluit assumere Angelicam. Ad Hebr. 7. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Superior partu: quoniam Dominum Angelorum genuit. Superior honore: quoniam eam Deus super choros Angelorum collocauit: & idè admirabilis est etiam ipsis Angelis. Vnde dicunt Cant. 8. Quæ est ista quæ ascendit, &c. innixa super dilectum, cum ipsi sint sub dilecto. Superior virginitate: quia in carne fragili, quod non Angeli, præter vitia carnis vixit. Superior reuelatione: quia sicut dicit Ber. Dominus secretum suæ incarnationis

14.

Maria superior gelu.

nis prius ipsi quam alicui Angelorum reuelauit, excepto dumtaxat Gabriele, qui utique tantæ inter suos inueniri potuit excellentiæ, ut tali nomine dignus haberetur & nuntio. Superior contemplatione Dei: quia cum iam sit resuscitata, ut verè credatur, regem gloriæ in decore suo vident oculi eius Isa. 33. non solum intellectuales, sed etiam corporales, quales Angeli non habent qui intellectualibus oculis solummodo vident: vnde & dicuntur intelligentiæ. Item superior est Angelis: quia Filius Dei nusquam Angelos apprehendit. Hebræ. 2. id est, naturam angelicam, sed semen Abrahæ apprehendit in ea, & ex ea in ministerio Spiritus sancti. Item quia nulli Angelorum dixit aliquando Pater: Filius meus es tu. Hebr. 1. sed hoc dixit Filio Mariæ in baptismo Matth. 3. & in eius figuratone Matth. 17. Item quia nulli Angelorum subiecit Pater orbem terræ, sed Filio Mariæ, sicut dicitur in Psal. & ad Hebr. 2. Et quia omnia subiecit sub pedibus eius, nihil dimisit non subiectum ei. Tota verò excellentia matris ab excellentia filij deriuatur. Item ratione suæ excellentiæ qua excellit omnem angelicam dignitatem, canit Ecclesia in assumptione eius: Vidi speciosam sicut columbam ascendentem de super riuos aquarum. Quia non solum cum Angelis sublimata, sed super omnes choros Angelorum exaltata, de quibus aquis dicitur: Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt Domino. Et Apoc. vii. Ostendit mihi fluium aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallam, procedentem de sede Dei, & agni in medio plateæ eius. Ipsi enim sunt primi, qui de fonte diuinæ bonitatis procedunt. Quia verò Maria cum Angelis ascendit & super Angelos, dicitur Cant. 7. Quæ est ista quæ ascendit per desertum delictis affluens, innixa super dilectum suum? Desertum dicitur cælum iuxta parabolam de oue perditâ. Luc. 15. delictis affluens, delictis scilicet filij. In verbo affluendi notatur abundantia deliciarum. Vnde Eccl. 1. Omnia flumina intrant in mare. Cum enim sint filio delictis esse cum filiis hominum Proverb. 8. singulares sunt ei delictis esse cum matre, de qua carnem assumpsit. Quia cum in omni creatura sit per essentiam, in iustis sit per gratiam, excellentius in ea per gratiam, quæ fuit gratia plena, excellentissimè & simpliciter per vnionem. Vnde eam fecit locum voluptatis.

Item affluens etiam delictis Angelorum, quorum singulis ordines in se virtutibus exemplauit. Cum enim officium Angelorum sit ministrare, sicut dicitur ad Hebr. 1. quodammodo in se Angelorum formam expressit, cum Elizabeth ministravit. Idem dicit: Coram ipso ministravi. Item nuntiavit minora cum Angelis, qui minora nuntiant, quando dixit ministris nuptiarum: Quæcumque dixerit vobis, facite. Maiora verò cum Archangelis, cum Apostolos instruxit. Virtutes expressit, cum ipsis Apostolis deficientibus in passione imperterrita, licet iam gladio passionis filij transfossa iuxta filij crucem steterit. Idem dictum est: Mulierem fortem quis inueniet? Condidit in ea cor viri sui. Et in ipsius constantia confidentiam potuit habere Christus, qui tunc ad de-

tentos in limbo descendens, non sine spoliis rediit educens eos de lacu. Principatus in se exemplauit, cum per humilitatem diaboli superbiam deiecit. Vnde Gen. 3. dicitur serpenti: Ipsa conteret caput tuum, quod est superbia. Potestates, cum per paupertatem spiritus, cupiditatem totius mundanæ potestatis contempsit, cantans illud: Deposuit potentes, &c. Assumit de paupertate eius. Dominationes, cum per virginis pudicitiam, immunditiam voluptatis calcavit: quia in ea tantum spiritus dominabatur carni: quia in ea fomes extinctus est. Vnde sydonem fecit, quando Christum carne induit. Chanaanus commutatus, cum in se refrigerio Spiritus sancti omnes carnales motus extinxit. Thronos in se descripsit, cum sedes summi regis facta est, cui dixit rex: Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. Cherubin plenitudo scientiæ, quem in se transformauit, cum illum in se recepit, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Coloss. 2. Seraphin, quod est ardens, cum desiderio ardenti filium profecura est ascendentem, clamans: Trahe me post te. Et cum visa est dixisse Angelis orando, nuntiate dilecto: quia amore langueo. O vos filiæ Ierusalem.

In ratione suæ excellentiæ dicitur ipsa pulchra ut luna Cant. 6. id est, vniuersalis Ecclesia: quia quidquid pulchritudinis habent alij sancti in parte, habet Maria in toto. Nemo enim sanctorum inuentus est similis illi in gloria, sicut de Abraham dicitur Eccl. 44. Similis, inquam, in humilitate, in sanctitate, in charitate, & sic de cæteris virtutibus, quas omnes habuit in superlatiuo, & quot virtutes, tot habuit in se pulchritudines: & idem pulcherrima mulierum. Cant. 5. Et idem dicta est & vocata ab Angelo gratia plena. Et hoc est proprium nomen eius sicut Maria. Vnde Isa. 62. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini, id est, Angelus, vel Filius qui est os Patris, prius per Angelum nominauit. Idem etiam dicit ipsa Eccl. 24. In me omnis gratia vitæ & veritatis. Et bene omnis gratia: quia nulla ei defuit virtus, nec puritas Angelorum, nec fides Patriarcharum, nec scientia Prophetarum, nec zelus Apostolorum, nec patientia Martyrum, nec sobrietas Confessorum, nec innocentia aut humilitas virginum. Beatus Bernardus: Quantumcumque donum alicui sancto sit datum, tantæ Virgini non credimus esse negatum.

Si verò quærat, vnde ei tanta excellentia? Potest responderi utique ex hoc quod Dominus fecit ei magna qui potens est, magna in terris exaltans eam super omnes homines, magna in cælis exaltans eam super omnes Angelos, magna in infernis subiiciens vniuersas tenebrarum potestates. Idem de ipsa potest dici sicut de filio illud Isa. 48. Faciet voluntatem suam in Babylonem, hoc est, in infernum: & brachium suum in Chaldæis, id est, in domibus. Chaldæi enim interpretantur fortes, vel quasi mamilla.

Item ex eo quod copiosa est spiritualibus diuitiis, conspicua bonitate, diferta sapientia, tremenda cunctis viuentibus potestate, genere illustris, forma desiderabilis, immensitate incompre-

Maria tota pulchritudinem habuit, quam ceteri habuerunt.

15. Vnde sic Maria excellens.

incomprehensibilis, æternitate indeficiens, cuius imperium attingit à mari vsque ad mare: quæ etiam ex domo filij sui attingit à fine vsque ad finem fortiter, & cum eo disponit omnia suaviter. Sap. 8. Attingit etiam vbique propter suam munditiam. Sap. 7.

Item ex eo quod virgo existens, in matrem Domini electa est, vt immaculatus de munda nasceretur: & vt sicut in cælo patrem habebat immortalem æternus, sic in cælo matrem haberet virginem incorruptus. Et quia in cælo qualis pater talis filius, idè de terra qualis mater talis filius. In cælo cum patre æternus & immensus, in terra cum matre immaculatus & sublimis, in terra cum matre virgo & humilis. In cælo imago patris, in terra imitator matris. Et idè Mariæ excellentia ex eo quod Filius Dei secundum humanitatem dignatus est ei fieri consimilis. Idè etiam talem fecit matrem suam secundum quod Deus qualis fieri voluit ex matre secundum quod homo. Propter hoc de matre & filio dicitur Osee 10. Vitis frondosa Israël, id est, Maria: fructus, id est, Christus, adæquatus est ei.

CAPVT V.

De pretiositate Mariæ.

DE pretiositate Mariæ dicitur Prouerb. in fine: Procul & de vltimis finibus pretium eius. Quare expositionem titulo, quod Maria dicitur mulier fortis, & mulier bona. Item Prouerb. 8. Pretiosior est cunctis operibus, &c. Hoc inuenies paulò infra. Item Sapient. 7. dicitur de sapientia, & congruè potest exponi de Maria: Non comparavi illi lapidem pretiosum, id est, aliquem sanctum: quoniam omne aurum in comparatione eius arena est exigua. Omnis enim sanctus respectu Mariæ arena est respectu auri, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu eius, id est, mundi sapientes & eloquentes respectu sapientiæ & eloquentiæ eius. Item Iob 28. dicitur de sapientia, & congruè potest exponi de excellentia Mariæ: Nescit homo pretium eius: quia non est pretium quod possit ei comparari: quia pretiosior est cunctis operibus corporalibus & spiritualibus. Et omnia quæ considerantur, non valent ei comparari. Prouerb. 8. Nec inuenitur in terra suauiter, id est, voluptuosè & delicatè viuentium: in terra, id est, in anima, sed potius in terra laboriosè viuentium. Abyssus dicit, Non est in me. Abyssus cor hominis per vitia fluidum, per insipientiam obscurum, per auaritiam profundum, per infidelitatem tenebrosum, per superbiam feruidum, per dolositatem inscrutabile, & huiusmodi. Tale autem cor non inhabitat per gratiam. Et mare, id est, mens amara per inuidiam & iram. Adapta septem criminalibus septem proprietates maris. Loquitur, Non est mecum. Sapientia enim vel Maria tantò à terrenis fugit, quantò in eis quietem non inuenit, vt dicit Gregor. Non dabitur aurum obrizum pro ea. Quasi diceret: Pretiosior auro

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

obrizo. Prou. 3. Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti, &c. Aurum obrizum est aurum purum sine omni macula. Atq; homines possunt esse aurum, sed non obrizum: quia non sine culpa ad minus veniali sicut pura sola. Nec appendetur argentum in comparatione eius. Ad literam, quidquid est citra Deum, incomparabile est Mariæ. Vel sic: Per aurem sancti Angeli, claritate iustitiæ fulgidæ, & nullo contagio culpæ infecti, qui non sunt comparabiles Mariæ: quia naturam angelicam non assumpsit Christus vt nos redimeret, sed humanam de substantia Mariæ. Per argentum homines sancti puri & eloquentes, quos omnes sanctitate transcendit: quia non est inuentus similis illi Eccl. 4. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, id est, mundi sapientibus, qui cum virtutibus careant, aliud se esse quam sint, verborum compositionibus quasi superductis coloribus mentiuntur. Non lapidi sardonico pretiosissimo, per quem potest signari Adam in statu innocentie, qui interpretatur terra rubea, qui etiam quando totus fuit innocens, non posset comparari Mariæ comparatione adæquationis. Vel per sardonicum martyres suo sanguine rubricati, quorum corpora de terra, quorum tamen martyria non sunt comparabilia martyrio Mariæ, quæ passa est in anima, quæ est impassibilis secundum Hieron. Vnde ipsa est plus quam martyr. Vel sardonico, id est, patribus Veteris Testamenti terrena quædam sectantibus. Sardonicus enim terra rubra similis est. Ipsa verò nihil terrenum, nil carnale quæsiuit. Non saphiro, qui est aërii coloris, id est, alicui sancto Noui Testamenti cælestia sola quærenti. Vel per sardonicum signantur homines, qui de terra rubra facti sunt in Adam, per saphirum Angeli in cælo creati, quos utrosque longè præcedunt sapientia & Maria. Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, id est, sancti iam beati qui claritate iam fulgent, quod per aurum, quorum conscientie sibi adinuicem parent, quod per vitrum, in quo talis apparet liquor exteriùs qualis continetur interiùs. Ibi enim, vt dicit Gregorius, vniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondit. Vel per aurum sancti Ecclesiæ militantis fulgentes virtutibus, per vitrum sancti Ecclesiæ triumphantis puritate translucentes. Apocal. 21. Ipsa ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo: quia Ecclesia militans similis triumphanti. Et paulò post: Non adæquabitur ei topazius de Ethiopia, id est, aliquis prius niger peccatis, sed modo conuersus ad fidem, & donis Spiritus sancti locupletatus, & quasi multis coloribus, multis virtutum speciebus decoratus. Dicitur autem topazius quasi topandion, id est, omnicolor. Est ergo sensus: Non adæquabitur ei quantuscumque perfectus omni virtutum genere resplendens. Nec tincturæ mundissimæ conferetur, id est, omnes baptizati, licet omni virtutum genere splendentes non comparabuntur ei: quoniam omnes excellit gloriosissima Virgo. Idcirco etiam illi conuenit illud quod de filio dicitur Isa. 40. Ecce gentes quasi stilla stuitæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt ei. Ibidem: Omnes gentes quasi non sunt, sic sunt coram ea, & quasi nihilum

nihilum & inane reputata sunt ei, id est, ad
comparationem filius.

CAPVT VI.

De gloria Mariæ.

1. Gloria Mariæ in hoc multum consistit,
quod de ipsa ab initio seculi multa non
solum dicta sunt, sed etiam figurata sunt glo-
riosa. Ipsa enim illa ciuitas, de qua dicit Psal.
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Nec so-
lum dicta sunt, sed & dicuntur quotidie, &
dicuntur usque in æterna. Sed quæ gloriosa:
quæ beatæ tam dicuntur omnes generationes.
Quæ et nullo de humilitate eius. Christus enim
Mariæ filius ipse nati, ipse hodie, ipse & in
futura. Hebræi in fine. Et ipse qui antiquos in-
spirauit, ut de matre sua sub ænigmatibus glo-
riosa prædicarent. Ipse & quosdam modernos
illustrat, ut de ea gloriosa non taceant: &
etiam usque ad finem mundi semper aliquos
illustrabit, ut matris præconio noua semper
aliqua superaddant.

2. Gloria Mariæ sacerdotalis & regia generosi-
tas. Vnde: Omnis gloria filie regis, id est, Ma-
riæ filie David ab intus. Quære expositionem
titulo, quod Maria filia. Propter hoc etiam
appellata est uirga Iesse, à quo immediate or-
tum habuit tribus regia.

In sanctificatione collata ei sanctitas. Vnde
Ezech. 3. Benedicta gloria Domini, id est, Ma-
ria, de loco suo, id est, de matris utero. Vnde
potuit dicere illud Iob 31. Ab infantia creuit
mecum sanctitas, & de utero matris meæ egres-
sa est mecum. Nota creuit: quia Mariæ sancti-
tas semper augmentabatur, sed ineffabiliter in
conceptu Saluatoris.

Omnimoda gratiositas. Vnde Prou. 2. Mulier
gratiola inueniet gloriam omnimodæ bonita-
tis & uirtuositatis.

Conscientiæ plena tranquillitas, quam pec-
catum non remordebat, de qua Apost. 2. ad
Cor. 1. Gloria nostra hæc est testimonium con-
scientiæ nostræ. Et Iob 39. Gloria mea semper
innouabitur, &c.

Spiritualis & uera paupertas, de qua Domi-
nus dicit Isa. 40. Gloriam meam alteri non da-
bo. Gloria Domini prælegisse paupertatem.
Et hanc gloriam excellentissimè dedit Filius &
inspirauit matri suæ. Et sic exponendum, Alte-
ri, scilicet quam Mariæ.

Singularissima humilitas, quam Deus res-
pexit & adauit, & merito cuius ipsam om-
ni uirtute & gratia adimpleuit. Eccl. 43. Species
cæli gloria stellarum. Cælum Maria, cuius
species humilitas, quam speciem Dominus con-
cupiuit iuxta uerbum Psalmistæ: Gloria stella-
rum, ornatus cæterarum uirtutum, quarum
humilitas theca erat & repositorium.

Primitiua & fecunda uirginitas. Ipsa enim
familiari Spiritus sancti consilio prima uouit
uirginitatem, & merito uoti huius dedit ei Deus
singularem fecunditatem. Vnde Isa. 35. Gloria
Libani data est ei. Libanus candor, quo signa-
tur uirginitas.

Saluo flore singularis fecunditas. Vnde di-
ctum est ei Luc. 1. Quod nascetur ex te san-
ctum, vocabitur Filius Dei. De gloria ista dicitur
Osee 9. ubi loquitur de Christo & Maria:
Gloria eorum à partu & ab utero & à conce-
ptu. Expone ordine præpostero, & quære expo-
sitionem.

Excellentissima maternitas: quia facta est
mater Dei. Beatus Bernardus: Hæc est uirginis
nostræ gloria singularis & excellens præroga-
tia Mariæ, quod filium unum eundemque
cum Deo Patre meruit habere communem.
Item Isa. 40. dicit Deus Pater: Gloriam meam,
id est; Filium meum: quia gloria patris filius
fapiens. Prouerb. 10. secundum aliam literam:
Alteri non dabo, quam Mariæ: quia soli Ma-
riæ hoc priuilegium debebatur.

Per partum ipsius humani generis redempta
captiuitas, & reparata libertas. Et hoc est unum
& præcipuum & de illis gloriosis quæ dicuntur
de ciuitate Dei, id est, beata Maria. Per ipsam
enim misit Deus redemptionem populo suo. Et
Ioan. 8. dicit filius eius, qui Dei & eius com-
munis est filius: Si filius uos liberauerit, uerè
liberi eritis.

Summæ honorificentie singularitas, cum in
morte temporali mortis nexibus non est de-
pressa, qui sunt putrefactio, uermis, & inci-
neratio: sed in anima & corpore, ut uerè cre-
ditur, licet non prædicetur, à filio assumpta
est in cælum. Vnde & ipsa dicit cum filio: Te-
nuisti manum dexteram meam, & in uoluntate
tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me.
Quære expositionem titulo de sanctitate eius.
Ideò dicitur Cant. 8. quod ascendebat de deser-
to deliciis affluens, innixa super dilectum suum.
Quære expositionem titulo de aromatibus hor-
ti conclusi in fine capituli.

Glorificati corporis cum suis dotibus ante
diem iudicij ei collata felicitas, in cuius figura
dictum est Esther. Tertia die circundata est
Esther gloria sua, &c. dicit enim Miletus Sar-
denis Episcopus scribens ad Laodicenses, au-
disse se beatum Ioannem Apostolum simplici-
ter prædicantem, quod ad preces Petri & cæ-
terorum Apostolorum, die tertia transitus sui,
ut creditur, suscitauerit Filius Dei suam ben-
dictissimam genitricem.

Supra naturam angelicam exaltata in ea sicut
in filio nostra humanitas. Vnde Ezechiel. 10.
Eleuata est gloria Domini de super Cherubin.
Iudith in fine dicitur de ipsa Iudith in figura
Mariæ: Erat Iudith diebus festis procedens
cum gloria magna. Dies festi dies mensis au-
gusti, in quo mense multa & magna festa.
Vel dies festi dies æternæ claritatis, de quibus
dicitur Prou. 3. Longitudo dierum in dextera
eius. Et in Psal. Melior est dies una in atriis
tuis, &c. Dies una claritas continua: sed dicitur
dies pluraliter, quia in paradiso est claritas alia
solis, id est, Christi: alia claritas lunæ, id est,
Mariæ: alia claritas stellarum, id est, cætero-
rum sanctorum. 1. ad Corinth. 15. Item de ista
elevatione dicit Christo Psal. Eleuata est ma-
gnificencia tua super cælos. Maria dicitur ma-
gnificencia Dei: quia magnificata est à Deo,
& magnificauit Deum, passiuè scilicet, & acti-
uè. Passiuè: quia Deus magnificauit eam, Filium
suum

sum ei dando. Vnde ipsa dixit Luc. 1. Fecit mihi magna qui potens est. Tria enim magna fecit ei Deus. Primum magnum, ipsam in vtero sanctificando. Secundum maius, ipsam gratia adimplendo. Tertium maximum, ex ea carnem assumendo. Actiue: quia ipsum magnificauit se tantum sub eo humiliando, sicut quod in se non mouetur, alterius humi- liatione exaltatur. Ided dixit ipsa: Magnificat anima mea Dominum, &c.

Supra totam celestem curiam collata ei plenaria potestas. Vnde dicit: In Ierusalem, scilicet, super celesti, potestas mea, imperandi videlicet virtutibus angelicis & animabus sanctis ad beneplacitum meum, & introducendi in illud regnum quoscumque voluero. Istud multo melius inuenies infra titulo de omnipotentia Mariæ. Nec solum in regno cœlorum data est ei singularis omnipotentia, sed in tribus regnis, scilicet cœlestium, terrestrium, & infernorum, vt in nomine eius orane genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum ad Phil. 2. Propter hoc ipsi soli conuenit post filium dicere illud Marth. in fine: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, &c. Propter hoc in figura Mariæ dictum est Iudith 14. Tu gloria Ierusalem, &c. Quare expositionem titulo, Benedicta tu in mulieribus, post medium capituli. Orationum ipsius impetratiua virtuositas: ostendit enim filio ventrem & vbera, nec potest esse repulsa, vbi concurrunt & perorant omni lingua disertius hæc clementiæ monimenta, sicut dicit beatus Bernardus. Impetrat enim à filio his pro quibus orat, gratiam compunctionis: quod signatum fuit quando impetravit nuptiantibus vinum. Ioan. 1. Impetrat eisdem gratiam reconciliationis, signata per mulierem Thecuntem, quæ reconciliauit patri suo Dauid Absalon fratricidam. 1. Reg. 13. Impetrat eis ablationem peccatorum, signata per Abigail, quæ se obtulit in ancillam ad lauandos pedes seruorum Dauid. 1. Reg. 25. Impetrat deletionem chirographi diaboli, signata per Esther, quæ literas Aman fecit irritari Esther 9. De quo chirographo dicitur Col. 2. Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, quod fecit Maria filio mediante.

Misericordiæ eius indeficiens æternitas. Vnde Olee in fine: Erat quasi oliua gloria eius. Oliua signat misericordiam: quia sicut liquor fructus eius, id est, oleum supernatat omni liquori, sic misericordia omni virtuti. Et quia oliua semper viret & est immarcescibilis, signat misericordiæ eius immarcescibilem æternitatem. Propter hoc dicit ipsa: Vsq; ad futurum seculum non desinam, scilicet miseris & misereri.

Nunquam alicui quantumlibet peccatori denegata eius benignitas, scilicet si toto corde conuertatur ad eam: & hoc patet in Theophilo, qui ipsam cum filio abnegauerat. Propter hoc de ipsa canit Ecclesia: Virgo singularis inter omnes mitis, id est, super omnes.

Quomodo misereatur ingratis etiam & indignis benigna studiositas, de qua potest intelligi illud Psal. Annuntiate inter gentes studia eius, quæ scilicet studia studiosè sunt prædicanda.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Ad exemplum eius in personis innumeris æmulata virginitas. Vnde: Adducentur regi virgines post eam, &c. quia adolescentularum iam non est numerus Cant. 6.

Memoriæ eius apud Christianos indeficiens æternitas. Vnde Eccl. 39. Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem.

CAPVT VII.

De honorificentia Mariæ.

DE honorificentia Mariæ potest exponi illud quod de sapientia dicitur Eccl. 15. Qui continens est iustitiæ, id est, simul cum aliis virtutibus tenens iustitiam, corde, ore, & opere. Quod est dicere: Qui ornatus est iustitia & aliis virtutibus: quia soli tales digni sunt seruire Mariæ. Apprehendet illam, scilicet Mariam quasi manu dupli- ci, intellectu scilicet & affectu, vel amore & seruitio. Apprehendet. Verbum apprehendendi notat quandam festinantiam & firmam detentionem. Apprehendet, sicut rem diu desideratam. Apprehendet, sicut aus nobilis prædam suam, illam scilicet Mariam, vt ei seruiat, eam laudet, ad eius honorem operetur. Et obuiabit illi, ipsa scilicet Maria: illi se diligenti, sibi seruienti, se imitanti. Obuiabit, inquam, per gaudium & gloriam conscientiæ, quæ sequuntur ex dilectione, seruitio, & imitatione Mariæ: illi sic remunerando in præfenti. Vel obuiabit in morte, illi, liberando à doloribus æternis & diaboli potestate: quia sicut dicitur Sapient. 10. Eos qui se amant, à doloribus conseruabit. Sed quomodo obuiabit? Sicut mater honorificata, à seruis suis, vel à filiis, blandè suscipit illos & nutrit & adoptat vt filios: ided dicitur mater. Sequitur: Et quasi mulier à virginitate suscipiet illum. Maria dicitur mulier: quia Dominum emolliuit, & dura corda emollit, & propter fecunditatem operum bonorum quæ non cessat impendere filij creaturis. Mulier dico à virginitate non recedens. Dicitur etiam virgo: quia præstat mentis constantiam & munditiam, & quasi reuiscinat corpora dissoluta, conferens gratiam castitatis.

Maria honorata est à Deo. Quia ab æterno prædestinata & electa. Vnde dicitur Prou. 8. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis. Ided de ipsa canitur: Elegit eam Deus & prælegit eam.

Quia à patriarchis & regibus generata. Vnde canitur: Natiuitas gloriolæ Virginis Mariæ ex semine Abraham, ortæ de tribu Iuda, clara ex stirpe Dauid.

Quia à perditionis massa separata, & in vtero sanctificata. Vnde Cant. 2. dicitur de ea: Sicut lilium inter spinas, &c. Item Psal. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.

Quia filia gratiæ orta. Vnde Num. 24. Orietur stella, &c. Propter hoc fuit filia Annæ, quæ interpretatur gratia.

Quia omni charismate cumulata. Vnde dicta est gratia plena.

Quia ad vouendam prima virginitatem à Spiritu sancto inspirata.

Quia ab vno de summis Archangelis officiosissime salutata. Vnde: Aue gratia plena.

Quia in matrem Dei electa. Vnde dicit Isa. 62. Terra tua inhabitabitur, id est, caro tua fecundabitur, quia complacuit Domino in te.

Quia opere Spiritus sancti Dei Filio imprægnata. Vnde Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

Quia salua virginitate mater effecta.

Quia virtute fidei omne bonum affecta. Vnde dictum est ei Luc. 1. Beata quæ credidisti: quoniam perficientur, &c. Beatus Mattheus in legenda sua: in conceptu Filij Dei fides Mariæ vix extitit Spiritus sancti.

Quia nullo portandi Filium pondere prægravata. Beatus Bernardus: Quia iugum Domini leue, gravidari potuit Maria, non gravari.

Quia filium pariendo nullo dolore cruciata. Vnde canit Ecclesia. Nesciens mater Virgo virum peperit sine dolore Saluatorem. Beatus Bernardus: Quid mirum si dolorem non intulit matri, qui tollere veniebat dolores totius mundi?

Quia à Filio Dei & suo in prælatam constituta. Vnde Luc. 2. Et erat subditus illis, scilicet Mariæ & Ioseph propter Mariam.

Quia ad nuptias in vinum à filio commutata. Ioan. 2.

Quia à filio ad patrem de hoc mundo transfante, virgini discipulo commendata.

Quia loco summi magistri ad docendos Apostolos substituta.

Quia in morte temporali mortis nexibus non depressa, qui sunt putrefactio, vermes, & incineratio. Propter hoc comparatur cedro, quæ est imparibilis, & cuius succus, vermes consumit: & quæ est incombusibilis, quia per ignem fiunt cineres.

Quia ante generalem resurrectionem gloria corporis & stola duplici decorata.

Quia ascendit in caelum dilecto suo innixa, sicut dicitur Cant. 8.

Quia super vniuersos ordines Angelorum ad dexteram filij in throno gloriæ collocata.

Quia super omnem creaturam potestate plenaria ab omnipotente filio in sua coronatione dotata & insignita.

CAPVT VIII

De celsitudine Mariæ.

Ratione suæ magnitudinis, vel altitudinis, seu celsitudinis, vel sublimitatis, aut eminentiæ, comparatur Maria cedro, quæ est arbor proceræ & eminentissima super omnes arbores. Vnde & à quibusdam appellatur rex arborum, quæ videlicet Maria in hoc quod facta est mater Dei, nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Vnde beatus Bernardus:

Hæc est virginis nostræ gloria singularis, &c. ut supra. Propter hoc dicit de se Eccl. 24. Quasi cedrus exaltata sum in Libano. Quære titulo de cedro. Aliter: Alta fuit Maria: quia instar Saülis. 1. Reg. 10. ab humero & sursum sanctis supereminens vniuersis. Ab humero in quo bona operatio: quia de propria substantia omnia opera actiue exhibuit Filio Dei. A collo per quod vox transit, in quo intelligitur efficacia orationis, vel sapientia in verbis. A capite, in quo sensuum perfectio, & sapientiæ maturitas, ad similitudinem capitis materialis, in quo sensuum exteriorum perfectio inuenitur. Aliter: Per humerum concorditer facta bona operatio signatur, per sursum contemplatio. In his duobus nec primam similem, &c. Vel altitudo Mariæ, humilitas eius: quia qui se humiliat, exaltabitur. Vel altitudo eius fuit à terra spiritali elongatio, & cælo approximatio. Terra spiritalis, terrena voluptas, terrena opulentia, terrena gloria. A prima se elongauit per virginitatem, à secunda per paupertatem, à tertia per humilitatem. Et per hæc tria super omnes creaturas propinquauit per meritum ad cælestia & terrena.

CAPVT IX.

De virginitate Mariæ.

Quoniam de gloriosa castitate seu virginitate Mariæ totus resperus est liber iste, idcirco de hac virtute in hoc capitulo dicturi sumus pauciora. Castitas autem sic diffinitur: Castitas est virtus motus omnes restringens illicitos, quæ tantò meretur amplius, quantò validius carnalis fomitis reprimat iscentium. Chrysostomus: Castitas carnalis est nescire mulierem, castitas spiritalis fidelem esse Deo. Et hæc est proprie byssus retorta & byssinum candidum. Apoc. 19. Item vera castitas est cuiuslibet voluptatis carnalis repudium. Huius virtutis tres sunt species, integritas virginalis, pudicitia coniugalis, continentia vidualis.

Virginitas est portæ genitalis integritas, quæ nullum habet meritum, nisi mens fuerit incorrupta. Et dicitur virginitas quasi virot genitus, Meritoriam virginitatem describens Hierony. ait: Illa virginitas hostia Christi est, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido commulcat. Talis verò fuit virginitas Mariæ. Est autem quasi duplex virginitas, quarum altera claudit, & altera aperit paradysum. Quod videre est in Eua & Maria. Eua enim virgo, sed superba Deo volens participari in scientia, & cupida, quia concessis sibi non contenta, inobediens præcepto Dei, & incredula eius comminationi, diabolice acquiescens tentationi, & male credula verbis serpentis, vna de numero virginum fatuarum, imò omnium fatuissima, audiens, respiciens, olfaciens, concupiscens, tangens, comedens, & propinans viro suo fructum interdictionis sibi, & postea excusans, & alij attribuens peccatum suum, claudit nobis paradysum. E conuerso Mariæ virgo humillima, in omnibus se subdens Deo, nunquam

Terra spiritalis triplex.

1.

2.

Mariæ cum Eua comparatio.

Incommoda quæ solent sequi virginitatem, non fatuam in Mariæ.

nutans à proposito, paupertatis amatrix, diuina obediens per omnia voluntati, vnde credula angelicæ promissioni, vna de numero prudentium virginum, imò omnium prudentissima, omnes sensus suos discretè custodiens, nihil boni suis meritis tribuens, sed diuinæ bonitati totum attribuens, nobis aperuit paradysum: Redde singula singulis per contrapositionem. Idecirco de duabus istis virginibus tempore paschali canit Ecclesia: Paradisi portæ per Eua cunctis clausa est, & per Mariam Virginem iterum patefacta est. Virginitas ergo Euz superba, virginitas Mariæ humillima: illa cupida; hæc paupercola: illa vacillans, hæc stabilis: illa depauperata, hæc ditata, vnde dicta est gratia plena: illa humiliata, vnde sub viri potestate eris, & ille dominabitur tui: hæc exaltata, vnde dictum est ei: Dominus tecum. Et Cant. 2. Dilectus meus mihi. Et cætera huiusmodi. Et sic poteris multipliciter negotiari circa huiusmodi materiam.

Item nota, quòd Eua dicta est ab a quod est sine, & eu quod est bonum, quasi sine bono: quia bonum sibi datum à Domino, sibi abstulit, & viro, imò & toti posteritati suæ: quia paradisi portæ per Eua cunctis clausa est. Mariæ verò dictum est Aue, ab a quod est sine, & ve, quasi sine maledictione: quia non solum sine maledictione fuit quoad se, sed etiam nos à multiplici maledictione quantum in se fuit liberauit.

Item virginitas Euz munditia est sine bono opere, & talis virginitas potius claudit quam aperit paradysum: & de tali virginitate non restat nisi luctus & lamentum, aut hic, aut in futuro. Vnde Iudic. 5. Fleuit filia Iepte duobus mensibus virginitatem suam. Mensis à mense quod est defectus, quia in duobus mensibus bis deficit luna. Primus defectus non facere bonum. Vnde fatuis virginibus non habentibus oleum misericordie in vasis suis, in vase scilicet cordis per pietatem & misericordiam in affectu, in vase manuum per misericordiam in opere & effectu, in vase oris vt tam verbo quam exemplo alij ad simile inuocentur, clausa est ianua diuinæ misericordie. Math. 25. de huiusmodi materia inuenies quantum volueris tractatu nostro: Beati mundo corde. Secundus defectus est, quod bonum quandoque fit, sed non bono sine aut debita intentione. De cuiusmodi operariis dicitur Math. 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam; Et pro viroque defectu lugendum est.

Item tria incommoda solent sequi virginitatem; quæ non fuerunt in Mariæ: Primum est superbia quæ de facili sequitur virginitatem: quia virgines de facili in superbiam eleuantur, & forte propter lampades fatuarum virginum extinguuntur Math. 24. Quia vento superbiæ plenas sunt. Augustinus: Virginitas est prædicanda, non solum vt ametur, sed mouenda ne indiget. Idem: Bonum virginitatis quantum minus bonum video, tantum furere superbiam pertimesco. Secundum amoris tepiditas: quia cui minus dimittitur, minus diligit. Luc. 7. Quis enim virgines immunes sunt à delicto carnis, non accendantur quandoque ad tantam vim dilectionis: multum enim accendebat Ma-

gdalenam ad amorem: quia sentiebat tantæ culpæ remissionem. Vnde: Dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Luc. 7. Tertium est sterilitas. Argumentum enim tale est: Virgo est, ergo sterilis. Ideò dicitur de Mariæ Cant. 8. Quæ est ista, id est, quanta laude & admiratione digna, quæ cum virginitate habuit humilitatem, cum integritate feruidam charitatem, cum incorruptione fecunditatem.

Item propter excellentiam suæ virginitatis dicitur Luc. 1. Missus est Angelus Gabriel ad Virginem, quasi per excellentiam. Beatus Bernardus: Virginem carne, virginem mente, virginem professione, &c. Item de castitate Mariæ dicit Chrysostomus: O ineffabilis laus Mariæ, magis credebatur Ioseph castitati eius quam vtero eius, & plus gratiæ quam naturæ. Possibilius enim credebatur mulierem sine viro posse concipere, quam Mariam posse peccare.

Item Maria dicitur virgo per antonomasiam: quod notauit Lucas dicens, Missus est Gabriel ad Virginem antonomastice. Quasi dicat: Ad Virginem virginum. Maria enim dicitur Virgo virginum propter tria. Primo quia sicut dicunt sancti, prima inter cæteras virginitatem vouit: ideò virginitatis signifera est & exemplar. Secundo quia plus cæteris virgo fuit. Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, &c. Tertio quia virgo manens facta est mater: quod nulla alia. Est igitur virgo præ cæteris, plus cæteris, & sine cæteris.

Item Maria virgo illibata. Vnde de porta per quam designatur, dicitur Ezech. 44. Vir non transibit per eam, id est, maritus suus Ioseph? & in hoc notatur carnis eius integritas. Sequitur: Eritque clausa principi, id est, diabolo, qui dicitur princeps mundi, Ioan. 14. Quia nulli patuit tentationi diaboli. In hoc ergo quod dicitur, Eritque clausa principi, perfecta mentis eius munditia commendatur. Et ab hac duplici integritate proprie & singulariter dicitur virgo illibata. Titulo de porta inuenies istud plenius.

Mariæ virginitas fuit multipliciter privilegiata. A patriarchis quibusdam operibus præfigurata. Præfigurata enim fuit in fenestra crystallina, quam Noë fecit in arca secundum quod tradunt Hebræi, quæ excludebat aquam inquantum fenestra, & illuminabat arcam inquantum crystallina, suscepta aliunde luce. Arca Maria, fenestra crystallina eius virginitas, quæ excludit ab ea aquam carnalium voluptatum, & qua digna fuit in se suscipere Christum lucem veram. Vnde eleganter dicit quidam: Si crystallus sit humectus, atque solis sit subiectus, scintillat igniculum. Nec crystallus nec in partu soluitur pudoris signaculum.

A Prophetis prænuntiata. Vnde Isa. 7. Ecce virgo contempit, &c. Quære expositionem infra titulo de conceptu virginio. Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, &c. Quære expositionem titulo, quòd Maria porta.

Pro magno munere Dei Ecclesiæ reposita, cui dictum est Isa. 60. Gloria Libani, id est, candoris virginis, ad te veniet, ô Ecclesia militans & triumphans.

Mariæ virgo carne, mente, & professione.

Mariæ dicitur Virgo virginum triplici de causa.

6.

Mariæ virginitas multipliciter privilegiata.

In quibusdam sanctis mulieribus Testamenti Veteris præfigurata. Figurata enim fuit in virginitate Rebecce, de qua legitur Genes. 24. quod erat puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro. Et Mariæ dicit David: Concupiuit rex decorem tuum, id est, virginitatem tuam.

A Deo Patre benedicta. Vnde in figura Mariæ dixit Axa patri suo Caleph. Iosue 15. & Iudic. 1. Da mihi benedictionem pater, quia terram arentem dedisti mihi: iunge obsecro & irriguam aquis, &c. Quære expositionem. §. 7. hoc conclusi, ubi hortus dicitur irriguus. Propter hoc etiam dictum est Mariæ: Ave Maria gratia plena, &c. benedicta tu, &c.

A Dei Filio desiderata, qui dixerat Michæ 7. Præcoquas ficus desideravit anima mea, &c. Præcoquas ficus, primitiva virginitas: ficus enim profert fructus dulcissimos & sapidissimos, & folia eius candidum lac emittunt. In candore lactis candor virginitatis. Fructus etiam ficus non est divisibilis, sicut sunt glandes nuce & castaneæ: & in hoc indivisibilitas virginitatis eius, de qua dicitur ei Cant. 7. Lunæ femorum tuorum sicut monilia. In hoc quod ficus dicitur à fecunditate, gratia maternitatis: in eo quod fructus iste maturus nigrescit, signum humilitatis: in dulcore & sapiditate fructus, Domino dulce & sapidum in Maria votum virginitatis. Cætera quære titulo de aromatibus, ubi dicitur ficus.

A Spiritu sancto cordi virgineo inspirata. Ipsa enim prima absque omni humano præcepto, consilio & exemplo diuinitus inspirata, votum emisit virginitatis, sicut dicit beatus Bernardus. Ad hoc ut Dei Filius in ea pasceret, à tota Trinitate præparata. Vnde Cant. 2. dicit Maria de Filio: Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia. Nouerat siquidem Virgo diuinitus inspirata, Filium Dei desiderare lilia virginitatis in quibus pasceret, & vouit virginitatem. Quasi diceret: Lilia desiderabar, lilia ei exhibeo, id est, duplicem virginitatem carnis ac spiritus: quod notatur per hoc quod dicit lilia in plurali, non vnicum tantum liliam.

A Deo trinitate in Virgine confirmata. Vnde ipsa dicit: In Sion firmata sum. Sion interpretatur speculum: quia virginitas sicut vitrum. Sicut enim vitrum absque sui dissipatione solarem radium suscipit & emittit, sic Mariæ virginitas habita Filium Dei concepit & peperit. Et hanc confirmationem innuebat Maria respondens Angelo: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

Vniuersarum virtutum margaritis adornata. Ipsa enim erat vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Eccl. 50. scilicet iaspide fidei, hyacintho spei, carbunculo charitatis, saphiro contemplationis, sardonico martyrij, topazio vniuersæ virtutis & omnimodæ pulchritudinis. Et sic de cæteris lapidibus quibus virtutes cæteræ designantur.

Virtute humilitatis præ cæteris virtutibus à Domino adamata. Vnde Bernardus: Vt placeret Deo virginitas Mariæ, humilitas proculdubio fecit. Idem: Audeo dicere, sine humilitate nec Mariæ virginitas Domino placuisset. Ra-

Humil. l. 1. per Missus.

tionem istarum duarum virtutum, virginitatis scilicet & humilitatis, signatur Maria per candelabrum Exod. 25. & 37. in quo erant lilia, quæ signabant virginitatem, & sphaerulæ figurantes humilitatem. Istæ enim duæ virtutes sunt duæ ancillæ cum quibus Esther, id est, Maria, vel fidelis anima, ingreditur per meritum ad verum Assuerum, qui est Christus. Esther 15. Maria enim verè potest dici candelabrum aureum: quia autem in igne purgatur, in fornace probatur, malleis extenditur, & in fornace candelabri producit, & sic instrumentum ignis & luminis efficitur. Sic beata Virgo per ignem Spiritus sancti purgatur in sanctificatione, probatur in filij passionem. Vnde dicit patri vel filio: Igne me examinasti, &c. Sed nihil de scoria inuentum est in ea: quia nec passionem filij impediuit, nec crucifixoribus maledixit, sed exemplo filij, vt verè credidit, pro eis intercessit. Item quasi quibusdam malleis extendebatur, multiplici tribulatione, & in candelabrum sic figuratur: nam ardebat igne charitatis, & lucebat operibus eximie charitatis. Vnde Prouerb. in fine: Non extinguetur in nocte lucerna eius: quia aquæ multæ tribulationum non potuerunt extinguere charitatem illius. Cant. 8. Bene etiam virginitas eius candelabrum: quia adhuc in lumine eius ambulat innumeritas virorum ac mulierum, imitando vestigia reginæ virginum, cui dicit Isa. 60. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, &c.

Ab ipsa Virgine primitus excogitata. Beatus Bernardus: O virgo prudens, o virgo deuota, quis te docuit Deo placere virginitatem? Quæ lex, quæ iustitia, quæ pagina Veteris Testamenti vel præcipit, vel consulit, vel hortatur in carne non carnaliter viuere, & in terris angelicam ducere vitam? Quæ hæc & alia multa tertia homilia beati Bernardi. super Missus est Gabriel, circa medium.

Aquis Spiritus sancti ad fecunditatem irrigata. Gen. 2. Non enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram: sed fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ. Quære expositionem titulo de conceptu virgineo in fine capituli.

Sola diuina gratia non humano opere fecundata. Vnde Cant. 5. dicit filius Spiritui sancto: Veni auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius, id est, spirabunt virtutes, Virginitatis scilicet virginitas, humilitas, & cæteræ vniuersæ. Propter hoc dicitur Mariæ Cant. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici, quoad fecunditatem, vallans liliis quoad virginitatem. Liliis pluraliter: quia fuit virgo ante partum, & in partu, & post partum. Vel liliis pluraliter: quia illibatam virginitatem custodiuit in suis sensibus vniuersis.

Partu diuino consecrata. Beatus Bernardus: Quanta putas veneratione digna est, in qua humilitatem exaltat fecunditas, partus consecrat virginitatem.

Ex se sola supra naturam ad fructum habitata. Vnde dictum est ei: Ecce concipies in vtero, id est, ex vtero. Item illud: Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Ex te, id est, ex tua carne, ex te sola, & non ex

te

te & viro. Propter hoc dicit filius de parte Isa. 49. Formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum. Quære expositionem titulo, Benedictus fructus ventris tui post principium capituli.

Fructu gloriosissimo honorata. Vnde Gen. 2. Produxit Dominus Deus de humo, scilicet carnis virginæ, omne lignum pulchrum visum, & ad vespendum suæ. Lignum etiam vite in medio paradisi, id est, ventris virginæ. Quære expositionem titulo de arboribus horti conclusi.

Ex Dei maternitate summè nobilitata, qui dignatus est fieri filius virginitatis. Vnde beatus Bernardus. Hæc est virginis nostræ gloria singularis & excellens prærogatiua Mariæ, quod filium vnum eundemque cum Deo patre meruit habere communem. Propter hoc dicit etiam ipsa se quasi cedrum, quæ est rex arborum, exaltatam in Libano, id est, in virginitatis candore. Propter hoc enim facta est regina paradisi, quæ prius facta fuerat mater Dei: quod impossibile erat, nisi fuisset virgo.

Ad hoc vt de ea Christus carnem assumeret, necessariò præparata. Oportebat enim vt redemptor noster iustus esset cum Deo, mortalis cum hominibus, propter hoc decebat ipsum habere matrem virginem, vt in matre mortali conciperetur mortalis, & in virgine conciperetur iustus. Necesse etiam erat, vt quicumque per matris corruptionem conciperetur, ex originali peccato conciperetur. Nullus autem peccator saluare poterat alium peccatorem, cum in eadem damnatione esset cum reo. Vnde dicebat humanum genus Eccles. 51. Respicies eram ad adiutorium hominum, & non erat. Decebat etiam Deum vt non nasceretur nisi de virgine, decebat virginem vt non pareret nisi Deum. Ad hoc ergo totum necessariò præparabatur virginitas Mariæ: quia nulli alij virgini quam Mariæ hoc privilegium debebatur.

Plasmatissem primi hominis quasi exemplariter imitata, videlicet vt sicut primus Adam de terra virgine plasmatus fuerat, sic secundus Adam de matre virgine secundum hominem formaretur. Vnde Gen. 1. Formauit Dominus Deus hominem de limo terre. Galat. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, &c.

Transgressio primæ mulieris, scilicet Eue virginis per eam sufficienter exiata. Beatus Bernardus. Vobiscum debet vna & vna mulier nasci, &c. Quære causa 14.

Ruina angelica per eam reparata. Vnde Maria de se dicit: Gyrum gyri circum sola. Eccl. 14. Gyrum vel gyros est perfecta reuolutio: & in hoc notatur ruina angelicæ plene & perfecta restauratio.

CAPVT X.

De puritate Mariæ.

De puritate Mariæ, dicit beatus Bernardus: Genitrix Dei purissimam habebat, & sanctissimam, & requirit. Huius vasis, id est, Mariæ, quæ est receptaculum omnium gratiarum,

puritas, eius virginitas: soliditas, eius humilitas: adimpletio, eius fecunditas. Gregorius: Rubus ardens qui non comburebatur, puritas virginea quæ prole fecundabatur. Hieronymus. Tantra fuit Mariæ puritas, quod portare meruit regem Angelorum, & dominus esse meruit omnium purgatoris. Beatus Anselmus dicit, quod ea puritate nitebat Maria, qua sub Deo maior nequit intelligi. Alioquin non intrasset in eam illa sapientia, sicut dicit Fulbertus, quæ non intrat in animam maleuolam, nec habitat in corpore subdito peccatis. Sap. 1. Propter purissimam enim puritatem eius comparatur ipsa soli, cuius radium nec aqua emollit, nec furor corrumpit, nec ignis comburit, nec gladius scindit, nec vitrum obfistit. Ratione etiam claritatis comparatur soli: quia sol clarior luminaribus vniuersis. Vnde sol à Tullio dicitur quasi solus lucens, id est, præ cæteris luminaribus cæli. Solis ergo claritas, Mariæ puritas. Tanto enim res est clarior, quanto purior: tanto purior, quanto purgator & sordibus mundior. Mundant corpus continentia & abstinentia, quæ duo prius sunt necessaria: quia veluti sol vitrum non penetrat nisi prius decoctum, sic nec claritas Dei cor hominis nisi prius ipsius corpore penetrato. Exemplum de quodam sanctissimo Angelorum pontifice, cuius corpus tantæ claritatis erat per virtutem continentie & abstinentie, quod ipso stante ante altare, extensis manibus, solaris radius intrans per vitream, translucebat per manus illius ac si vitreæ essent. Animam verò principaliter mundant pura confessio, intenta lectio, deuota meditatio, seruens oratio, diuina contemplatio. Vel solis radius signat in Virgine purissimum visionis radium, qui mentem eius intus contemplationibus ineffabiliter illustrabat. Secundum hoc sol dicitur oculus cæli. Cælum Ecclesia sanctis, vt cælum stellis, illustrata. Huius cæli oculus est Maria ratione puritatis suæ, quia sicut oculus totum corpus, sic Maria totam illustrat Ecclesiam, quæ est corpus filij sui sanctorum radiis exemplorum. Vnde canitur de ea: Cuius vita incluta cunctas illustrat Ecclesias.

CAPVT XI.

De verecundia Mariæ.

De verecundia Mariæ, quæ castitatis eius dicitur extitit & paronymphus dicitur. Multiplex causa est in sermone eius, &c. Nota, quod dicitur turbata, non perturbata. Turbata, id est, tantæ rei bonitate suspensa, & ingenti admiratione perterrita. Audient enim notam formam salutationis, ignorabat quid significare veller Angelus. Et ideo cognoscat qualis esset ista saluatio. Manducator dicit, quod nouitate salutationis turbata cognoscat qualis esset ista saluatio, pendens in hoc verbo: Ave, huius nominis, Eue, conuersionem, & ipsius mutationis peccatorum sacramentum, videlicet quod licet Eua fuit causa maledictionis, sic ipsa fuit causa

Lib. de conceptu virginis & peccato originali. cap. 14.

Multiplex causa est in sermone eius, &c. Nota, quod dicitur turbata, non perturbata. Turbata, id est, tantæ rei bonitate suspensa, & ingenti admiratione perterrita. Audient enim notam formam salutationis, ignorabat quid significare veller Angelus. Et ideo cognoscat qualis esset ista saluatio. Manducator dicit, quod nouitate salutationis turbata cognoscat qualis esset ista saluatio, pendens in hoc verbo: Ave, huius nominis, Eue, conuersionem, & ipsius mutationis peccatorum sacramentum, videlicet quod licet Eua fuit causa maledictionis, sic ipsa fuit causa

cauli benedictionis. Quia enim virgo erat, ad inopinatum euentum vt verecunda pauere debuit: sed quia virgo prudentissima, subito pauore superari non potuit, sed consilio regente circumspicere cogitabat qualis, id est, quam noua, quam inaudita, quam perutilis, quam admirabilis, quam dulcis, & quam suavis esset illa saluatio. Tunc enim impierum est illud: Terramota est, id est, turbata est. & cæli distiterunt à fere Dei Sinai: & impleta est illa oratio Ecclesiæ h. 45. Rotare cæli desuper, & nubes pluant iustam, &c. Tunc enim pluuuiam voluntariam legregauit Deus Pater hæreditati suæ: quia tunc voluntarie descendit Filius sicut pluuia in vellus.

Item turbata est pro insolita & vsque tunc inaudita saluatione. Audierat enim Angelos loc. tos mulieribus & viris, audierat benedictiones h. 95. Deut. 18. sed talem saluationem, talem benedictionem nusquam legerat vel audierat. Sed turbata est, sed non est locuta, vt pere filia & imitatrix Dauid dicentis: Tur. a. tus sum & non sum locutus. Et quod turbatur, virginitas est pastoris. Et possunt assignari causa multiplices turbationis suæ. Prima: quia cum esset virgo verecunda, expauit aduentum Angeli in viri specie apparentis, videns se inclusam in thalamo solam cum solo: & hoc sonat, Ingressus Angelus ad eam. Ambrosius. Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Quæ autem expauit Angeli visum vel auditum, haud dubium quin tactum hominis nimium formidaret. Item ad aspectum Angeli turbata est, quæ visionibus hominum seu visitationibus inconducta erat. Item quia præsentiam angelicam fragilitas humana non sustinet. Vnde Zacharias turbatus est videns. Luc. 1. Secunda: quia audiuit se laudari: quod magnæ fuit virtutis: qui enim verè humilis est, de suis laudibus erubescit: & cum omnes ferè soleant inde letari, ipsa turbata est, non exhilarata vel elata exemplo filij, quem cum quærerent videre Gentiles. Ioan. 12. respondit: Venit hora vt clarificetur filius hominis. Et paulo post: Nunc anima mea turbata est valde. Bonum enim fuisset Ezechiaz si turbatus fuisset, non exhilaratus ad aduentum nuntiorum regis Babylonis. Isa. 39. Tertia: quia cum plena esset spiritu prophético & sciret plenitudinem non esse manente lege, quia lex neminem duxit ad perfectum, ad Heb. 7. mirabatur quomodo gratia plena ab Angelo diceretur. Quarta: quia benedicta dicebatur inter mulieres, quæ inter virgines benedicti semper optabat: idè cogitabat qualis esset illa saluatio, quæ ab initio videbatur esse suspecta. At vbi in promissione filij manifestum patuit virginis periculum, non potuit dissimulare quin diceret: Quomodo fiet istud, &c. Quinta: quia mirabatur quomodo benedicta diceretur inter mulieres, cum sciret omnes mulieres maledictas esse in matre sua Eva: & idè cogitabat qualis esset illa saluatio, quæ & mulierem dicebat & benedictam. Sexta: quia saluata ab Angelo silentium quod valde amabat, respondendo infringere vel orationes suas interrumpere cogebatur. Quod patet ex eo quod bis ipsam iam fuerat allocutus antequam re-

ponderet. Vnde dicitur Eccl. 43. Erubescere à saluantibus de silentio. Item Eccl. 7. Non iteres verbum tuum in oratione. Septima: quia timebat thesauro suo, id est, virginitati. Solent enim virgines timorata etiam in tuto pertimescere, recolentes illud Apostoli 2. Cor. 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, quæ scilicet franguntur de facili, nec possunt reparari. Vas fictile, scilicet lampas corpus humanum: thesaurus castitas vel virginitas, de qua Prouerb. 4. Pretiosior est cunctis operibus: & omnia quæ desiderantur, non valent ei comparari. Eodem 27. Omnis ponderatio cuiuslibet rei temporalis, id est, omnes res temporales quantumque sint ponderis & valoris: non est digna continentis animæ, id est, ad comparationem animæ continentis. Non dicit corporis continentis, sed animæ: quia continentia carnis sine continentia consensus & voluntatis nihil est ante Deum. Octaua, pro dictorum incertitudine. Glossa: quia nesciebat si præteritum aut futurum esset, quod Angelus dixit, Dominus tecum.

Et nota, quod hæc turbatio non fuit iræ, vel doloris, sed pudoris, pudoris & admirationis. Et erat pudor duplex: quia sola quasi cum viro videbatur, & quia tanto præconio commendabatur. Et timor duplex ex præsentia angelica quam horret fragilis natura, & ex causâ ignorantia. Admiratio verò erat pro magnitudine eorum quæ ei nuntiabantur. Vnde Ambrosius: Ex verecundia pauet, ex prudentia nouam saluationis formam miratur. Et ex hoc in ea hæc notatur triplex virtus, verecundia virginis in eo quod turbatur, fortitudo mentis in hoc quod non perturbatur quin deliberet, prudentia in ipsa deliberatione. Beatus Bernardus: Quod turbatur, verecundia est virginis: quod non perturbatur, fortitudinis: quod cogitat, prudentiæ.

Et notandum, quod verecundia proprie non est virtus, sed est status & perfectio virtutum, & maxime in mulieribus commendatur. Vnde Eccl. 6. postquam dixit, Noli discedere à muliere sensata, subdit quasi exponens quid sit mulier sensata: Gratia enim verecundiæ eius, id est, gratiosa verecundia eius, super aurum, id est, melior omni auro. Item verecundia proprie donum gratiæ est. Vnde Eccl. 12. Ante verecundiam præbit gratia, &c. Item Eccl. 26. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata, id est, verecunda. Quære supra titulo, Gratia plena. Item maximum verecundiæ signum fuit, quod cum quadam die vellet loqui cum filio, domum in qua loquebatur, intrare vel sermonem eius interrumpere non præsumpsit, sed foris stans reuerenter expectauit. Mat. 3. in fine.

Item Ambrosius ad virgines loquens de beata Virgine: Cum ea semper singularum virtutum pudicitia comes irremota mansit: quia omnino pudor indiuiduus virginitati esse debet, sine quo rectè castitas vera seruari non potest. Idem: Pudor indiuiduus debet esse virginitati, sine quo non potest esse virginitas. Item, Comes virginitatis & quasi collectanea eius est humilitas, cuius signum est verecundia virginis, & æquæ coniunctione & nomine verecundiæ. Virginitas enim

enim sæpè pudor dicitur. Idcirco enim dicitur animæ verecundiam non habenti. Ierem. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluit erubescere. Difficile enim seruat castitas, vbi verecundia non habetur. Idem: Nunquam igitur beata Maria sine pudoris sui custodè processit. Propterea quæcumque virgo sibi ab ea optat præmium & implorat auxilium, debet imitari exemplum. Idcirco hanc imitari moribus, sequimini charitate, & ita securè poteritis eius auxilium implorare. Ad hoc enim Christus matrem elegit virginem, vt ipsa omnibus esset exemplum castitatis, quæ quasi in speculo reflexa forma virtutis.

CAPVT XII.

De virginali fecunditate.

DE virginali fecunditate & fecunda virginitate Mariæ dicitur ei Cant. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis. In hoc autem versu ostenditur, quod omnimoda castitas fuit in beata Virgine, virginalis, coniugalis, vidualis, vt haberet in se omnem gradum, & obtineret omnem fructum, scilicet centesimum, sexagesimum, & trigésimum: & vt eam venerarentur virgines, viduæ, & coniugata. Dicitur ergo: Venter tuus, carnalis scilicet est sicut aceruus, in quo notatur omnimoda castitas: tritici, in quo fecunditas: vallatus liliis, in quo triplex castitas supra dicta. Per hoc autem quod dicitur, aceruus tritici: innuitur quod plenus Filius Dei, qui se appellat granum frumenti. Ioan. 12. Granum enim illud tritici potencialiter erat aceruus tritici, de quo scilicet grano tanta spiritalis leges fructificante Deo multiplicata est, ex quo cecidit granum istud in terra, hoc est, in valle Gessemani: nisi enim granum istud in vterum virginalem velut in terram fertilem, exultam exercitio Spiritus sancti prius cecidisset per incarnationem, & post hoc in cruce mortuum fuisset, ipsum solum mansisset: sed per ista duo granum vnicum factus est aceruus magnus. Congruè enim vterus virginis figuratur per Gessemani, quod interpretatur vallis pinguis, vel vallis pinguedinum: vallis propter humilitatem, pinguedinum propter charismatum fecundationem, quibus impingua proculit granum suum. De primo casu Isa. 9. Verbum, id est, Filium misit Dominus, id est, Pater in Iacob, id est, in populum Iudæorum. Vnde Filius dicit Luc. 15. Missus sum ad oues quæ perierunt domus Israël. Et cecidit in Israël, id est, in beatam Virginem, quæ principatur cum filio in celo & in terra: quia Israël interpretatur princeps cum Deo. De secundo casu dicit Psal. Sol, id est, Christus, cognouit, id est, approbavit, occulum suum, id est, mortem suam. Sequitur: Vallatus liliis, in quo signatur, quod virginitas Mariæ omnium virtutum suarum vallum erat, & quasi antemurale. Spiritalis quoque vterus, id est, mens vel memoria Virginis spiritali tritico, quod est verbum Patris, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Coloss. 2. grauidaba-

tur. Vel etiam quando iam nato filio omnia verba quæ de ipso dicebantur, conseruabat conferens in corde suo, & tunc sancti Evangelij coaceruauit triticum, quod Apostolis postea exhibuit ruminandum. Hanc auctoritatem mortaliter expositam inuenies infra titulo de pulchritudine membrorum Mariæ, vbi agitur de ventre.

Item ratione fecundæ virginitatis & virginez fecunditatis dicitur Luc. 10. quod Maria ista optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hoc habuisti supra expositum titulo, Benedicta tu in mulieribus circa medium capituli. Vel aliter quam ibi habeatur: Elegit Maria bonam partem, vouendo prima virginitatem: meliorem, verbis angelicis adhibendo fidem, quando mediante fide concepit Saluatorem: optimam, quando sublimata est in assumptione super omnes ordines spirituum supernorum. Et ita sicut ipsa optima partem elegit quæ non auferetur ab ea. Moraliter. Bonam partem elegit, qui amare conteritur, & recipit veniam: meliorem, qui verè conteritur & recipit gratiam: optimam, qui in bono perseverat & in more recipit gloriam. Et ita Magdalena de qua literaliter dictum est, hæc elegit bonam partem, meliorem, optimam, & illa proprie est, quæ non potest auferri: si enim accepisti veniam per contritionem, vel gratiam per confessionem, hæc duplex potest tibi auferri, si patiaris reciduum: sed optima, id est, Christus vel gloria æterna nequaquam. Nec potest habere hanc partem optimam, nisi Maria, id est, anima amara pro peccatis.

CAPVT XIII.

De conceptu Virginis absque lesione virginitatis.

GLoriosum conceptum Virginis absque lesione virginitatis describit Ierem. 31. dicens: Creauit Dominus nouum super terram, femina circumdabit virum. Bene dicitur creauit: quia creare est nouum aliquid facere quod antea non fuisset. Bene etiam dicitur creauit: quia in sua incarnatione creator omnium factus est creatura. Vnde Pater de Filio Isa. 45. Ego Dominus creauit eum, hominem scilicet. Dominus dicit, non dicit Pater, aut Filius, aut Spiritus sanctus, sed Dominus singulariter: quia vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Quia vnus est altissimus creator omnium omnipotens. Eccl. 1. Et supponit hæc dictio, Dominus, pro Trinitate personarum: quia potentia Patris, sapientia Filij, benignitas Spiritus sancti, conceptum Virginis operabantur & partum: quia opera Trinitatis inseparabilia. Nouum. Hoc inuenies infra expositum. Super terram: quia conceptus & partus Virginis omnem transcendit intellectum humanum. Vnde dicit beatus Ioan. 1. Cuius non sum dignus corrigiam soluere calcamenti, id est, explicare vniouem verbi. Item Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? eius, id est, Christi: vel eius, id est, Virginis, quomodo scilicet ipsa eum genuit, qui

le facit: utrumque enim ineffabile est. Vel fortè idè dicitur super terram: quia pro salute hominum Dei Filius factus est homo, & nihilominus per passionem eius reparata est ruina angelica. Fœmina, id est, Virgo Maria, circumdabitur uteri sui. Istud est Glossa: Virginitas est, Christus, qui in ipso momento suæ conceptionis fuit vir perfectus quoad sapientiam & virtutem, & etiam quoad lineamenta & organizationem membrorum, sicut dicit Magister in historiis. Tantam enim sapientiam & tantam virtutem habuit conceptus, quantum adules: quod fuit valde mirabile, nec aliquo modo contingit nunquam istud: quoniam ipse est singularis. De sapientia eius Eccl. 1. Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante ævum. De virtute. 1. Cor. 1. Ipse est Dei virtus & Dei sapientia. Et ita fuit dupliciter perfectus, scilicet in corpore quoad lineamenta membrorum, & in anima quoad sapientiam & virtutes.

Circundabit, inquam, non aliunde, sed de se: quia de sola eius substantia sine femine viri sola operatione Spiritus sancti edificatum est corpus Christi. Vnde ipsa dicit Eccl. 24. Gyrum cœli, id est,elum qui claudit omnia, circumdabit, id est, vestitus carne virginea. Vnde dicit filius matris Iob 10. Pelle & carnibus vestisti me. Sola, id est, sine adiutorio viri: quia ipsa fuit via virginis. Ideo etiam dixit ei Angelus Luc. 1. Ecce concipies in utero, id est, ex causa intrinseca: quia in utero conceptus eius fuit intra, non extra: & idè propriè dicitur totus filius Virginis fuit Christus secundum humanitatem, sicut propriè dicitur totus filius Dei secundum divinitatem. Hoc est etiam quod filius dicit de Patre Isa. 49. Formans me ex utero, &c. Quare titulo, Benedictus fructus ventris tui. Circundabit virum, non ab altero viro suscipiet, non humana lege concipiet hominem, sed intra viscera intacta & integra virum claudet. Virum, inquam, comprehensibilem: quia quem totus non capit orbis, in eius se claudit viscera factus homo: de omni enim alia muliere concipiente dicitur Eccl. 36. Omnem masculum excipiet mulier, id est, excepto viro concipiet.

Maria porta Orientalis. Circundabit, inquam, ita sanè ut intrante & exeunte Domino porta Orientalis iugiter perseveret Ezech. 44. Bene Maria dicitur porta Orientalis: quia per eam ingressus est in mundum verus Oriens, qui nos visitavit ex alto: & quia per eam oritur in nobis gratia, & patet accessus ad verum Orientem, id est, Christum, qui ortus est ex ea: & ipsa est principium ortus nostri ad vitam. Porta autem Occidentalis fuit Eva, quæ fuit principium ingressus nostri ad occiduum & mortem. Sed per Mariam ingressus est Dominus Deus Israël in incarnatione, & egressus in natiuitate, & semper perseveravit clausa principi, id est, ad honorem principis, scilicet Christi.

Christus dicitur vir multiplicator. Dicitur autem Christus vir multiplicator. Propter virorem divinitatis: vel quia semper vixit per intemperatam sanctitatem, & omnimodam virtutem: in quo notatur immunitas peccati & impotentia peccandi: caruit enim originali, quod probat matris integritas, & actuali, quod Patris divinitas. Ideo vocat eum Petrus

agnum immaculatum, quia non fuit respersus macula originalis, & inconamiatum, quia caruit omni contagio actuali. 1. Pet. 1. Ideo etiam dicitur candelabrum Exod. 37. Quare supra titulo, Benedictus fructus ventris tui.

Virtutem: quia ipse Dei virtus. 1. Cor. 1. Vnde Psal. Dominus fortis & potens in prælio. Item Luc. 11. Cum fortis armatus, &c. Si autem fortior illo, &c. Ierem. 46. Fortis impetit in fortem, & ambo pariter corruerunt.

Audaciam, quæ manifestè apparuit in passione. Vnde Ioan. 18. Sciens Iesus omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit eis: Quem queritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Iesus autem dixit: Ego sum, &c.

Quia masculus. Vnde designatur per agnum paschalem, de quo dicitur Exod. 12. Erit agnus absque macula, maculus anniculus. Item Apocal. 12. Draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura masculum, &c. Isa. 46. de beata Virgine: Antequam partus eius veniret peperit masculum, id est, Christum, qui etiam fuit ex omni parte virilis, & nihil habuit infirmitatis oppositæ alicui virtutum suarum.

Quia generatius, id est, potens generare filios, non carnales, sed spirituales. Vnde Ioan. 1. Quorquot autem receperunt eum, per fidem scilicet, dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c. qui non ex sanguinibus, &c. sed ex Deo nati sunt. Iacob. 1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis, &c. Vnde etiam dicit Isa. 66. Si ego qui generationem cunctis tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus?

Quia nihil in ipso fœmineum: peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Pet. 2. Imò in passione muliebres delicias expugnauit, contra delicias passus, contra molestias sustinens patienter.

Quia perfectæ ætatis spiritualis. Vnde Exod. 12. dicitur non solum masculus, sed & anniculus: in quo notatur perfectio ætatis: nam ad plenitudinem ætatis peruenit, scilicet ad annum trigésimum. Quod si mensis pro die accipiatur, tot ferè in triginta annis menses lunares inuenis, quot dies in anno, scilicet 365. Rectè autem circa trigésimum quartum annum elegit pati, quod medium est ætatis humanæ: nam vsque eo proficit ætas & robur hominis: tunc in statu est, post modum incipit minui. Vnde Abac. 3. In medio annorum notum facies. In medio enim ætatis humanæ notum fecit Dominus salutare suum, & misericordiam suam recordatus est, cum Christum dedit pro nobis. Vnde nec ante illam ætatem permissus est occidi: quia nondum venerat hora eius. Ioan. 2. & 7. Et in tali ætate fuit vir pugnator pro nobis, & pati voluit, ut senes & paruulos traheret ad salutem.

Quia perfectæ magnitudinis spiritualis à quo multi orti sunt. Zach. 6. Ecce vir. Oriens nomen eius, & subter eum orientur. Qui enim sub eo est, iustus est.

Quia nunquam emollitus prosperitate. Vnde Ioan. 6. cum quidam vellent eum facere sibi regem, fugit in montem.

Quia nunquam fractus aduersitate. Vnde in passione quasi pro salute generis humani plus

plus adhuc desiderans pati, dixit. Sicut. Ioan. 19.

Item creauit Dominus iuduum super terram, Fœmina circumdabit virum: quod nouum tota terra, quod nouum non capit totus orbis. Si queratur, quid sit illud nouum? videlicet quod integritati virginitatis accederet fecunditas prolis: ut manens virgo integra fieret mater fecunda, ut gaudia matris habens cum virginitatis honore, sicut nec primam similem habuerat tale votum emittendo, sic nec sequentem haberet virginaliter pariendo. Vnde conuenit ei illud Sap. 3. Felix sterilis & incoquinata, quæ nesciuit chorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Felix sterilis, id est, Virgo, & bene felix Maria: quia benedicta in mulieribus. In respectione. Beati enim mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Marth. 5. Animarum sanctarum, quando scilicet animæ sanctæ facie ad faciem regem videbunt in decore suo Isa. 33. Galat. 4. Latere sterilis, &c. Isa. 54. Landa sterilis, &c. Nouum, inquit, bene nouum, quod virgo facta est mater, Deus homo, pater filius, & filia genitrix est effecta. Bene nouum, quod paruula puellula utero suo circumdedit hominem perfectum cœlo terræque maiorem, quod manens virgo concepit, quod filium peperit manens virgo. Isa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet. Et ponitur in hoc loco hoc nomen, Virgo, dialyrmicè. Verè enim fuit hoc nouum & inauditum à seculo: alioquin nouum non esset, nisi supra naturam & contra solitum cursum naturæ Virgo Deum & hominem sine complexu viri genuisset. Item bene dicit nouum. Tres enim mirabiles nouitates mirabiliter singulares & singulariter mirabiles, quales nec factæ sunt, nec amplius faciendæ sunt super terram, fecit omnipotens illa maiestas in assumptione nostræ carnis, quando conluncta sunt adinuenim Deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum. Item hanc nouitatem petebat à Domino Eccl. 36. in persona Ecclesiæ: Innoua signa, & inueneris mirabilia. Homo voluit fieri Deus, & Deus factus est homo. De viro facta est mulier, & de muliere factus est vir. Nunquid non hæc sunt mirabilia inuenera? id est, in melius mutata. Sed & signa sunt innouata. Olim virga sicca floruit, modo virgo peperit. Olim serpens æneus in palo fixus, aspicientes sanabat, nunc Christus affixus credentes sanat. Verè nouum & omni supereminens nouitati, quod in partu virginali breuis agnoscitur longitudo, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas inundans, agnoscitur ibi lux non lucens, verbum non loquens, aqua sitiens, panis esuriens, tristatur gaudium, pauet securitas, patitur salus, moritur vita, infirmatur fortitudo, ibi potentia regitur, sapientia instruitur, virtus sustentatur: qui reficit Angelos, vberibus virgineis lactatur, & vagit in cunis, qui miseros consolatur. E contra cernitur ibi tristitia lætificans, pauor confortans, passio saluans, mors viuificans, infirmitas roborans. Noua sunt hæc, ut mirificè vetus homo renouetur per nouum. Sed non minus nouum, nec minus mirandum, quod inuenerit fragilis baiular quem mundus ferre non sustinet, quod pedus virgineum omni cœlorum

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

amplitude capax, totum interius illum claudit, qui cœlum palmo metitur, & vniuersam terram pugillo concludit. Maxima igitur magnitudo Mariæ, quæ immensæ diuinitatis in se præsentiam, & digna suscipere & sufficiens capere inuenitur.

Item de huiusmodi nouitate elegantissimè dicit quidam proficè: Salutare lucecit Domini, Patriarchæ promissa semini complectur benedictio, nouus partus donatur virgini, lapsus status æternus homini: mira rebus conuersio, longitudo breuis efficitur, latitudo constricta cernitur, complanatur profunditas, altitudo demissa subditur, virtus iacet, potestas regitur, infirma mutat firmitas, languet salus, pauet fiducia, sordet mitor, plorat lætitia, tristatur consolatio, disciplinam subit prudentia, vilitati se subdit gloria, eget pastu refectio, inuenitur panis esuriens, aret sibi fons indeficiens, libertas inigo premitur, ecce subit nunquam incipiens, loco manet locari nesciens, & vita mortem patitur. Quis hoc vidit? Quis istud didicit? Quis hoc satis mirari sufficit? Et quid est miraculi? Quid hoc? Ipse profectus deficit, imò suo defecta reficit Deus defectum seculi. Nam mors vitæ restaurat præmium, statum casus, finis initium, pauor firmat constantiam, fuga tutum facit refugium, præbet dolor salutis gaudium, pudor adducit gloriam. Manens ergo quod semper fuerat, & assumens quod non extiterat, seruit æternus temporis. Sic inuinctum amor exuperat, sic se paruis magnus contemporat, humano Deus corpori.

Notandum etiam, quod beata Virgo sine corruptione facta est fecunda: concepit enim sine fœditate & pruritu: quia de Spiritu sancto. Magister Richardus de sancto Victore: Non nouit Spiritus sanctus virginem corrumpere, sed sanctificare: nescit Spiritus sanctus munditiam Virginis minuire, sed augere: nescit fœdare, sed glorificare. Item super illum locum Luc. 15. Intrauit Iesus in quoddam castellum, dicit beatus Anselmus: Porta per quam intrauit, est fides: quia cum credidit, perfecta sunt ei à Domino, quæ dicta sunt ei ab Angelo. Nec quia Iesus intrauit, violatum est hoc castellum. Iesus namque saluans, non violat, contracta solidat, non confringit solida, secundum quod nomen eius ita & opus eius.

Quomodo Maria concepit de Spiritu sancto, quomodo Spiritus sanctus superuenit in eam, quomodo virtus Altissimi obumbravit ei, habuisti supra expositum, titulo de primo delectabili horri conclusi, secundum omnes quas de huiusmodi materia vnquam alicubi potuimus reperire expositiones.

Item Athanasius in dialogo suo: Incarnatus est vnigenitus Dei, secreto suo mysterio, quod ipse nouit, nostrum est credere, & illius est nosse. Et hoc est quod canitur: Signum audisti nouitatis, crede solum, & est satis, &c.

Item de hoc secreto dicit Christus Isa. 24. Secretum meum mihi de conceptu Virginis & ingressu meo in Virginem, secretum meum mihi de egressu meo & puerperio eius. Sicut ergo nouit in Christi incarnatione Virginis conceptio

conceptionem, sic nemo præsumat in Christi natiuitate virginis maris discutere virginitatem, ne tangens montem bestia lapideretur. Exod. 19. & ad Hebr. 12. Ideo dicitur Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? eius, id est, Christi. Vel eius, id est, Mariæ, quomodo scilicet ipsa eum genuit qui se fecit. Ioannes Baptista Ioan. 1. Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti, id est, explicare vnionem verbi. Quasi diceret: Nec tenui plenè intelligere generationem eius, nec etiam quod tentio, verbis sufficere enarrare.

Item de conceptu & partu Virginis dicitur Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, &c. Superius dixerat Propheta: Ipse Dominus dabit vobis signum. Multa enim signa dederat prius Dominus per Patriarchas & Prophetas, sed hoc mirabile & ineffabile signum dare voluit per scriptum propter signi excellentiam: quod sic completum est, vt natura nascentis comprobetur ex virgine, & mirabile prædicetur ex detatis operatione. Et hoc signum nec diuinitas operata est sine homine, nec humanitas sine diuinitate verbi. Et hoc est signum cui semper contradicendum est Luc. 1. & adhuc contradicendum à quibusdam. Dicit ergo Propheta: Ipse Dominus dabit, ipse, non alius: vobis, o domus David, signum salutis & liberationis. Hic tria notantur per hoc pronomen. ipse. Domini liberalitas, operis sublimitas, operis præsentia. Vnde tenius est: Dominus ipse sine alicuius merito, ipse, non alius, ipse præfens dabit vobis signum, non qualecumque, sed inauditum, sed nouum, sed mirabile, sed excellens, quod nullus postea dare nisi solus Deus. Et quod signum? Ecce virgo concipiet virgo, & pariet virgo. Hoc nomen enim, Virgo, in hoc loco tenetur diafymicè. In hoc signatur, quod vtraque futura erat munda, & caro generans, & caro generata. Ideo solus potuit huiusmodi puerperæ filium cantare canticum illud: Sine iniquitatis conceptus sum, & sine peccatis cœcepit me mater mea. Filium Dei & suum, scilicet Deum & verum hominem, filium singulariter, non filios, sicut dixit Heluidius hæreticus, contra quem scribit Hieron. epistolam de virginitate beatæ Mariæ perpetuo conseruata. Et vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. Et sic in hoc nomine, Emanuel, designatur duplex natura in Christo: nam Deus est nomen diuinæ naturæ: quod dicitur nobiscum, humanæ naturæ communionem designat. Et nota, quod non dicitur de Deo, quod nos sumus secum, sed de conuerso de nobis dicitur, quod ipse sit nobiscum, vt intelligamus non quasi hominem reuertum ad Deum, sed Deum quasi è vestigio hominem secutum vsque in exilium. Vnde dicitur Luc. 1. Visitauit nos oriens ex alto. Quod ergo homo perdidit in primo homine, scilicet cum Deo esse, hoc viderit in nouo Adam homine recuperasse. Alia litera habet: Vocabis tu Iuda, id est, inuocabis in periculis, nomen eius, vt te liberet: nomen eius dico Emanuel. Et secundum hanc literam coniunctim legitur, Nomen eius Emanuel, id est, hoc nomen vocabis in auxilium, id est, rem huius hominis, id est, Christum verum Deum & verum hominem.

Alitè libri habeant, Vocabitur, sed malè: & qui ponit, Vocabitur, magis sequitur sensum quam verba Matth. 1. in fine. Et nota, quod vbi nos habemus, Virgo, habet Hebræus, Alma, quod dupliciter sumitur in Hebraico, pro adolescentuli, & sic accipiunt Iudæi increduli: & pro apochrypha, id est, abscondita, quod est perifrasis, id est, circumlocutio virginum. Vnde Angelus reperit eam in conclau. Item hoc nomen, Alma, lingua Punica virginem sonat, & lingua Latina sanctam. Et quia Iudæi penè omnibus linguis vtuntur, ideo hic Propheta posuit hoc nomen, Alma, prout est Punicum, vel Latinum, vel ad minus prout est Hebraicum in secunda significatione, id est, pro apochrypha, & sic sumit hic Hieronymus.

Ecce virgo concipiet. Prophetali certitudine demonstrat futurum quasi præfens: & ideo dicit ecce, quod est aduerbium demonstratiuum ad oculum: quia verbum inuisibile prius visibile per carnis assumptionem prædicat. Et hoc est illud nouum Ierem. 31. Ecce admiratiuè, virgo concipiet de Spiritu sancto, & virgo pariet Filium Dei & suum: & vocabit ipsa iuxta quod dictum est ab Angelo Luc. 1. Vocabis nomen eius Iesus. Vel vocabis o tu Iuda nomen eius Emanuel, id est, verum Deum & verum hominem credens, ipsum in periculis inuocabis.

Sequitur: Buryrum & mel comedet, id est, omnem cibum homini idoneum comedet vt verus homo. Et ponit partem pro toto, vt, id est, quamuis sciat: quia etiam tunc vir erit perfectus scientia & virtute. Vel sic: Buryrum & mel comedet, ita tamen vt in ipsa infantia sciat reprobare malum, id est, omnes peccatores, & eligere bonum, id est, omnes bonos: quod fiet in die iudicij manifestè, quando separabit agnos ab hædis. Matth. 25. Et quotidie facit vt Deus. Hieronymus: His verbis percipimus Saluatoris infantiam diuinam in eo non minuisse sapientiam, quamuis dicatur Luc. 2. Puer proficiebat sapientia, &c. apud Deum & homines, non simpliciter, sed ostensiuè. Et dicitur hoc vt veritas humani corporis probaretur. Infantia enim non præiudicat diuinæ sapientie, nec plus sciuit adultus quam paruulus, sed minus ostendit sapientie paruulus quam adultus. Quare de benedictionibus fructus, & ibi inuenies. Aliter. Buryrum & mel comedet, id est, omnem cibum infantilem & virilem. Per buryrum quod de lacte fit cibus infantilis, per mel cibus virilis intelligitur. Quasi diceret: Sic erit infans, quod erit etiam vir perfectus scientia & virtute. Et non solum tunc erit infans & vir, imo etiam Deus. Vt sciat reprobare malum & eligere bonum, id est, habeat tunc discretionem boni & mali, quod non potest esse in puro homine dum infans est. Et ponitur vt pro quamuis.

Mythicè. Buryrum & mel comedet. Buryrum est pinguedo boni operis, mel dulcedo contemplationis: & hæc duo sunt cibus iusti. Vel: Buryrum mysterium incarnationis. Vnde Iob 29. Lauabam pedes meos butyro, &c. Gen. 18. Tulit Abraham buryrum & lac, &c. Mel dulcedo deitatis. Vnde Prouerb. 25. Sicut qui mel multum comedet, non est ei bonum: sic

fic qui percurator est maiestatis, opprimetur à gloria. Eodem cap. Mel inuenisti, comede quod sufficit, &c. Hæc comedit Christus: quia in fomentum membrorum hæc conuertit & in delectationem ipsorum, vt sciat reprobare malum & eligere bonum in membris suis. Ad hoc enim est tota doctrina & exhortatio Christi, vt malum fugiamus, & bonum eligamus. Vnde, Declina à malo, & fac bonum, &c. Sed nota, quod si volueris hoc cibo vesci tanquam membrum Christi, oportet vt quando alij ducuntur in Babylonem, id est, in confusionem peccati, remaneas in medio terræ, id est, in Ierusalem. Vnde Isa. 7. Buryrum & mel comedet, omnis homo qui relictus fuerit in medio terræ.

Item vt spiritualiter intelligantur hæc verba, notandum, quod buryrum exprimitur ab vberibus. Vnde Prouerb. 30. Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit buryrum. In butyro igitur Christi humanitas. Et habet buryrum quatuor proprietates principales. Pingue est, & hæc pinguedo refertur ad mysterium conceptionis. Quasi pinguedinem enim butyri accepit Christus in conceptione, quando vnctione charismatum vnctus est præ participibus suis, & quando vitulus saginatus præparatus est in vtero Virginis, vt prodigo redeunti pingue conuiuium instauraret, quod omnes electos ad illud conuiuium inuitatos sua pinguedine saginaret. Isa. 25. Faciet Dominus exercituum conuiuium pinguium, &c. Suauis est, & hæc suauitas refertur ad humilitatem natiuitatis: si enim pie recolat natiuitatis eius humilitatem, vilitatem pannorum, & huiusmodi, quid inuenies nisi suauitatem? Liquefactum est, & hæc liquefactio refertur ad feruorem passionis, vbi stillicidii gratiarum alios fecit charitate pingues, alios humilitate suauis, quosdam verò passionis constantia fortes, & huiusmodi. Nutritiuum est, quod nutrimentum refertur ad sacramenta nostræ redemptionis. Expressum ex hoc buryrum quasi ex duobus vberibus, scilicet Iudæa & Gentilitate. Vnde descendit Christus humanatus non solum de stirpe David, sed de petra deserti per Ruth, id est, de duritia & infidelitate Gentilitatis. Isa. 21. Emitte agnum, &c. Mel elicitur de floribus, in quo notatur eius diuinitas, & habet mel tres principales proprietates, licet & alias multas. Mel est purgatiuum: quia solus Deus impios iustificat à peccatis, & solus peccata dimittit. Conseruatiuum: quia augendo gratiam dirigit iustam. Dulce & nutritiuum: quia post gratiam tribuit gloriam, post meritum reddit præmium. Iste ergo Emanuel reprobauit malum, quia mortem moriendæ destruxit: & elegit bonum, quia vitam resurgendo reparauit.

Vel aliter: Buryrum & mel comedet. In lacte duo. Caseus qui signat peccati aegritudinem: quia sanus non est. Buryrum quod sanum est. Inter hæc diuisit noster Emanuel: quia humanam naturam sine peccato assumpsit, & ita caseum non comedit. Item apis habet mel & aculeum. Mel misericordia, aculeus iustitia. Inter hæc noster Emanuel diuisit: quia veniens saluare nos, misericordiam assumpsit, & iustitiam quasi dimisit. Sed nolite errare: quia veniens

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

ad iudicium resumet aculeum. Quare titulo de horro, vbi Christus dicitur apis.

Aliter: Buryrum & mel comedet. Quare non dixit panem & carnem, cum verum dixisset propter mysterium? Mel enim & buryrum delicia sunt muscarum immundarum & venenosarum. Apis venenosa pro melle laborat & pugnat; vt sapè pro eo animam ponat. Buryrum est pinguedo lactis, cui præ ingluuie se immergunt muscæ sordidæ sapè vsque ad mortem. In hoc igitur quod noster Emanuel hæc duo comedit, signatur quod pro amore nostro vsque ad participationem non solum hominum, non solum iumentorum, sed etiam muscarum immundarum & venenosarum descendit. Vsque ad participationem dico, non culpæ, sed pœnæ & mortis. Quis ergo desperet de cætero hominem posse fieri participem celestium deliciarum, cum Dominus maiestatis propter homines descenderit vsque ad delicias muscarum? Ecce quantum pro amore nostro semetipsum exinanivit, qui se tali indigentia sponte subiecit.

Item Christus mel: quia de cælo descendit mediante rore gratiæ, quæ matrem impleuit. Et est mel, vt ita dicam, quasi quædam dulcissima crassitudo roris: quia si Christi cor attendimus, nihil illo benignius: & eius dulcedo dulcedinem omnem incomparabiliter excedit. Descendit autem mel istud de summis ad ima, & à summo cælo egressio eius: quia de apotheca supercelesti, hoc est, de corde summi patris in virginali apothecam, id est, cor & vterum matris. Ideo orabat Isa. 45. quasi loquens ad Patrem & Spiritum sanctum: Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum. Rorauit enim Pater mel istud gignendo, rorauit Spiritus sanctus ipsum ceræ munditiæ virginalis ineffabiliter vniedo: & ideo Christus comparatur fauo. Rorauit Pater mittendo quem genuit. Rorauit Spiritus sanctus inspirando cui vnio: quia Christus à Patre est genitus, & de Spiritu sancto conceptus.

Item Christus lac quod præcipui candoris, ecce intima munditia & eximij dulcoris, ecce summa pietas & plena beneuolentia. Quia peccus Dominicum lactem candorem habuit in integritate summæ & intimæ puritatis, lactem dulcorem in plenitudine summæ & intimæ pietatis.

Item de dignitate conceptus & partus virginis dicitur Genes. 2. Homo non erat qui operatur terram, id est, beatam Virginem, sed fons ascendebat de terra, scilicet Christus fons gratiæ, qui natus de Virgine ascendit de terra, non descendit vt peccator. Item Filius Patri: Tu es qui extraxisti me de ventre. Hic notatur dignitas natiuitatis Christi, qui Patrem habuit quasi loco obstetricis, quem conceptum sine carnali concupiscentia extraxit Pater de ventre matris virginis, manente integritate & pudicitia. Vnde Ezech. 44. Dominus Deus Israël ingressus est per eam, in incarnatione sua in eius vterum, & in sua natiuitate in mundum, & semper permansit clausa principi, id est, ad honorem principis. Sequitur: Spes mea, supple, tu es, ab vberibus matris meæ, id est, secundum humanitatem qua luxi vbera: quia

K 2 secundum

secundum deitatem non est Pater spes Filij. Sequitur de immunitate à peccato: In te proiectus sum, vel iactatus, vel confirmatus ex utero. Nos enim proiciuntur in iram in utero & ex utero: quia omnes nascimur filij iræ. Christus confirmatus est in Deum ex utero: quia sine peccato conceptus, portatus, & natus, ut supra dictum est.

CAPVT XIV.

De partu Virginis sine dolore.

DE glorioso partu Virginis sine tristitia & dolore admirans Is. 66. exclamat: Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Et sunt hic quatuor notabilia, videlicet quæ peperit, quomodo peperit, quem peperit, qualem peperit. Quæ peperit, innuitur cum dicit, Peperit: innuitur enim, quod aliqua peperit. Admirabile verò nomen eius quasi ineffabile tacuit, quod est virgo mater. Modum notauit, cum ait: Antequam parturiret. Quem peperit innuit vbi dicit, Peperit, cuius nomen quasi ineffabile tacet, quod est Deus homo, verbum infans. Qualem peperit, vbi ait, masculum. Propter hoc quatuor dicit, quod nunquam auditum fuerit tale, vt: Virgo mater, Deus homo, verbum infans. Sed tale decuit esse nostræ redemptionis initium. Intrauit enim nostra perditio per mulierem de solo viro productam. Propter hoc decuit vt esset nostra redemptio & reparatio per virum de sola muliere productum, vt esset simile in contrario. Talem modum reparationis petebat Eccl. 36. dicens Domino: Innoua signa, & immuta mirabilia. Mirabile fuit, quod Dominus de solo Adam primo homine mulierem produxit. Mutatum fuit mirabile, cum de sola muliere secundus Adam productus est. Hæc est quarta generatio, de qua dictum est Abrahæ Gen. 15. quod semen eius quarta generatione de seruitute Ægyptiorum liberatum exiret. Primum generationis genus fuit plasmatio, quando Adam de terra plasmatus est. Secundum de costa formatio. Tertium propagatio: sic enim filij hominum de parentibus secundum propagationem nascuntur. Quartum verò genus est de sola muliere propagatio: sed hæc quarta generatio data humano generi, semini Abrahæ causa exiit ex eundi de Ægyptiaca seruitute, quasi à diaboli tyrannide.

Hoc nomen, virgo mater, non solum figuratiter sed & literaliter expressit Is. 7. cum dicit: Ecce virgo concipiet. Hic exprimitur virgo. Et virgo pariet filium: hic exprimitur mater. Sed dicit Iouinianus hæreticus: In Maria nomen matris suscipio, sed nomen virginis non admitto. Et cum ei prædicta dicuntur, dicit se Verus Testamentum non suscipere. Sed non solum hoc nomen à Veteri Testamento elicitur, imo etiam tanquam per Euangelistam innouatum ab Euangelio suscipitur. Matth. 1. in fine: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, &

cætera. Item Luc. 1. Missus est Angelus Gabriel ad Virginem, &c. Item Matth. 1. Cum esset desponsata mater IESV MARIA IOSEPH: antequam conueniret, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto. Argue ergo sic: Ad Virginem Missus est Angelus Luc. 1. Antequam conueniret, inuenta est in utero habens Spiritu sancto. Ergo non de adulterio: ergo non fuit violata eius virginitas, neque per sponsum, neque per adulterium. Ergo cum iam concepisset, sic erat virgo, sic ad virginem Missus est Gabriel. Sic ergo ex Veteri & Nouo Testamento colligitur hoc nomen, virgo mater: quod admirans Is. dicit: Quis audiuit vnquam tale?

Secundum mirabile, qualiter peperit. Vnde dicitur: Antequam parturiret, peperit. Parturire est ante partum & in partu laborare. Quid est ergo, antequam parturiret, peperit? nisi quod non præcedente vel concomitante dolore partum edidit. Sed quis audiuit vnquam tale? Lex enim data est mulieribus Gen. 3. In dolore paries filios. Et Ioan. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet, &c. Lex igitur naturæ est, quod mulier primò parturiat antequam pariat: sed Maria non fuit subdita huic legi: quia sine dolore, id est, sine naturalium læsione peperit Saluatorem. Sed in eius passione quem diu ante pepererat, parturit. Tunc enim in ipsa fuerunt dolores vt parturientis. Vnde ibi, id est, in Filij passione, dolores vt parturientis. Tunc enim in ea impletum est quod ei prædixerat Simeon Luc. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Non enim minus, si fas est dicere, cor matris quam corpus filij pertransiuit gladius passionis: transiuit enim membra filij, sed pertransiuit, id est, perfectè transiuit matris viscera: quia tunc fuit omnis plaga tristitia cordis eius. Eccl. 25. Quod postea ostensum est beato Ioanni Apocal. 12. vbi ait: Signum magnum apparuit in cælo, &c. vsque, & clamat parturiens, & cruciatur vt pariat. Signum magnum, virgo mater: nec ante nec post simile visum est, nec in cælo, nec in terra. Totum hoc inuenies expositum in illo sermone de assumptione: Signum magnum apparuit in cælo, &c. Clamat parturiens & cruciatur vt pariat. Istud ad literam de Maria non potest intelligi: tunc sic exponunt quidam de ea, quod quæ iam diu sine dolore pepererat, dum filius eius in cruce penderet, parturiens clamabat, & e: si non voce, tamen desiderio vel deuotione. Augustinus: In auribus Dei voces faciunt non verba, sed desideria. Et tunc cruciatur vt pareret, id est, tanquam si pareret. Tantus enim vel maior creditur tunc fuisse cruciatus mentis eius, quantus mulieris parturientis cruciatus corporeus. Ecce quomodo peperit & parturit. Nota, quod beata Virgo in utero habuit per fidem: quia simul vt credidit & consensit, concepit, & clamabat desiderio deuotionis, parturiens ex affectu cogitationis: quia non plus doloris intulit ei partus suus quam alij cogitatio pariendi. Vel habens in utero filium quem sine dolore peperit in natiuitate, clamauit interiorius in corde martyrizata in filij passione, parturiens quando ipsum vidit pendentem in cruce: & cruciatus abstinentiis, vigiliis, orationibus,

bus, ieiuniis, vt pariat, id est, tanto partu se dignam faciat. Et tamen sicut paulò infra dicitur, ante eam stetit diabolus volens filium deuorare: quia etiam per Herodem voluit Christum interficere.

Tertium mirabile, quem peperit, scilicet Deum hominem: & hoc necessitati humani generis congruebat. Pacem enim inter Deum & hominem purus homo reformare non potuit: quia in eadem damnatione cum reo erat. Ideò conquebatur Iob cap. 9. in persona generis humani, dicens: Non est qui vtrumque possit arguere, & ponere manum suam in ambobus. Gregorius: Solus Christus Deus homo factus, & hominem arguere potuit, & Deo obistere ne feriret. Vides ergo quam congruum vocabulum redemptoris Deus homo, & hoc longè ante prophetatum erat. Dixerat enim Is. 54. Redemptor tuus fortis Israhel Deus omnis terræ vocabitur. Item Is. 33. Dominus rex noster, Dominus iudex noster, Dominus legislator noster: ipse venit & saluabit nos. Homo. Vnde: Homo natus est in ea, &c. Item homo est, & quis cognouit eum? Ierem. 17. secundum aliam literam. Tria in incarnatione facta sunt mirabilia, Deus homo, verbum infans, & cor credens. Verbum quod in principio erat apud Deum. Ioan. 1. Verbum quo dixit Pater, & facta sunt omnia. Verbum quo inronante in iudicio, audient pulueres, & in corpora reuertentur. Verbum quo in passione lapides scissi sunt, & monumenta aperta. Sed dicit aliquis: Quomodo si verbum est, infans est? si enim infans, non fatur: si non fatur, verbum non est: quomodo ergo & verbum est & verbum non est? Ideò cum Is. dicamus: Quis audiuit vnquam tale? Audisti verbum, audi infantem. Luc. 2. dictum est pastoribus: Inuenietis infantem, &c. Is. 7. Antequam puer sciat vocare patrem & matrem, auferetur fortitudo Damasci. Intrauit enim hoc infans Ægyptum, corruerunt simulachra Ægypti, sicut prædixerat Is. 19. vbi ablata est fortitudo Damasci, id est, diaboli, lingentis sanguinem, id est, qui delectatur in peccatis, cuius virtus ira debilitata est, vt non poterit facere, quod starent idola sua.

Quartum mirabile, scilicet qualem peperit: quia masculum, id est, bellatorem & generatorem. Bellatorem decuit: quia tunc fortis armatus custodiebat arrium suum, id est, mundum: & erat in pace possessio eius, id est, genus humanum Luc. 11. sed pugnante & congreddente Domino contra diabolum in passione, princeps mundi huius eiectus est foras. Ioan. 12. Et tunc impletum est illud Is. 19. Clamabunt ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis Saluatorem & propugnatores qui liberet eos. Generatorum etiam ipsum esse oportuit: quia primi parentes nostri nos omnes filios iræ genuerunt. Ephel. 2. Omnes nascimur filij iræ. Vt ergo possimus hæredes Dei & co-hæredes Christi fieri. Rom. 8. regenerari nos oportebat: alioquin non eramus intraturi in hereditatem sempiternam, nisi per Iuachimum regenerationis & renouationis Spiritus sancti ad Tim. 3. Ioan. 7. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non poterit intrare in

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

regnum Dei. Is. 66. Si ego qui cunctis generationem tribuo, sterilis ero, dicit Dominus Deus? Ecce apparet qualem virgo genuit.

Perdidit primus homo ex culpa suæ præuaricationis, gloriam incorruptionis, prærogatiuam dignitatis, abundantiam plenitudinis: gloriam incorruptionis, qua immortalis factus est: prærogatiuam dignitatis, qua ad Dei similitudinem factus est: abundantiam plenitudinis, qua in loco voluptatis positus est. Denudationem immortalitatis audis vbi de ligno vetito legis: Quacumque die comederis ex eo, morte morieris. Honoris degradatio dignitatisque detractio vbi de illa sublimitate similitudinis Dei recidit in similitudinem iumentum. Homo, inquit, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Euacuatus est autem abundantia plenitudinis, quando eiectus de loco voluptatis incurrit in illam scientiam maledictionis: Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comeses ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ecce triplex damnum in expoliatione incorruptibilitatis, dignitatis, beatitudinis.

Sed misericors & miserator Dominus secundum diuitias bonitatis suæ noluit tenere in ira sua misericordias suas, sed tam pius inuentus est ad subueniendum, quam pronus inuentus est diabolus ad perdendum. Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Copiosa autem redemptio non esset, nisi redemptor noster deiectum hominem ad plenum restauraret. Secundum itaque triplex damnum ex miseratoris sui munere accipit triplex promissum. Promissum recuperandæ immortalitatis, promissum recuperandæ dignitatis, promissum recuperandæ beatitudinis. Viuent mortui tui interfectique mei resurgent: ecce promissio sperandæ immortalitatis. Dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus: ecce recuperandæ dignitatis. Oculis non vidit absque te Deus quæ præparasti diligentibus te. Is. 64. ecce repromissio restaurandæ felicitatis, Ecce, vt dictum est, triplex promissum secundum triplex damnum.

Ecce nunc iterum, secundum promissum triplex, accipe & animaduerte in his triplex signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium: ecce primum. Et vocabitur nomen eius Emanuel: ecce secundum. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum: ecce tertium. Habes igitur vnum signum in matre, duo in prole. Signum incorruptionis in matre, signum recuperandæ dignitatis & plenitudinis in prole. Audi de matre: Ecce virgo concipiet & pariet filium. Quantum hoc esse putas, quam magnum, quam mirum, quam insolitum, quam stupendum, quale vel quam magnæ rei signum? A seculo non est auditum virginem concepisse, virginem parere, & post partum inuoluntam permanere. Accipit ergo natura humana in beata Virgine Maria quoddam archas vel primitias futuræ incorruptibilitatis suæ, integritatem incorruptionis virginæ.

K 3 Quare

Quare quæso in hac vita sine corruptione non vivitur, nisi quia natura humana sine corruptione non seminatur? Radix enim nostræ corruptibilitatis geminare incipit ab ipsa hora conceptionis. Sed ecce in beata Maria ibi prædicatur, unde germinasse videbatur. Et scimus quidem, quoniam cum radix præciditur, tota ex ea fructificatio postmodum exiccatur. Ecce, inquit, virgo concipiet & pariet filium. In eo sane quod dicitur virgo conceptura & virgo paritura, aperte monstratur, quod vtraque futura erat munda, & caro generans, & caro generata. Potuit ergo solus huius puerperæ filius pro hac parte cantare canticum novum Domino: Sine iniquitatibus conceptus sum, & sine peccatis concepit me mater mea. Manifestum est itaque, quia ad destructionem peccati venit, qui in ipso mundi ingressu maculam peccati de materna carne non contraxit, sed delevit. Si ergo tantum sola eius conceptio valuit ut concupiscentiæ fomitem totiusque corruptionis radicem deleteret, quid quæso in expiatione corporis sui valere potuit natiuitas, circumcisio, baptisimus, conuersatio, humilitas, ieiunium, patientia, obedientia, passio, crucifixio? Si tantum valuit quod gestum est vna hora, vel vnus potius horæ portio, quid valere potuerunt tot annorum tempora in mysterium nostræ redemptionis impensa? Qui potuit sub conceptionis suæ tempore ex infusione gratiæ suæ materna viscera purgare, cur non credatur eos qui eiusdem gratiæ participes esse voluerunt, quando & quomodo voluerit, posse mundare? Cur non credatur in quolibet nostrum naturam illam mundam posse, quam in beata Virgine potuit non solum purgare, sed honorificare & glorificare? In eo enim eam glorificauit, quod ei aliquid supra naturam dedit. Fecit siquidem in ea aliquid quod fuit contra naturam, aliquid quod fuit secundum naturam, aliquid quod fuit supra naturam. Contra naturam infirmitatis nostræ fuit, quod virgo conceptit. Secundum naturam fuit, quod in vulua conceptus & formatus & tandem secundum legitimam nascendi tempora natus fuit. Supra naturam non solum huius infirmitatis nostræ, sed etiam supra naturam conditionis primæ fuit, quod sine virili semine virgo conceptit. Puritatis fuit, quod sine concupiscentia feminare potuit. Honoris, quod prolem ab omni peccati contagio mundam effecit. Gloriæ, quod non de viro, sed de Spiritu sancto conceptit.

Dei in Maria fecit aliquid contra naturam, aliquid secundum naturam, aliquid supra naturam.

Certe si Emanuel noster de vtroque sexu nasci voluisset, & hoc ratio exigeret, vtrumque ad mundam prolem seminandam mundare potuisset. Sed si de vtroque carnem assumeret, vtrique & à proprietatis suæ similitudine longius recederet, & ad nostram minus appropinquaret. Proprietati enim suæ esset dissimile, si patrem & matrem haberet in humanitate, qui solummodo patrem habebat in diuinitate. In hoc item & nobis dissimilior esset, si duos, quod nos non possumus, patres haberet. Sed & ratio sanè exigebat, ut sicut vnum principium erat in generis nostri propagatione, sic esset & vnum principium in generis nostræ paratione. Oportuit ergo reparatorem generis nostri aut

3. Ceterum nati & formata sine vno concupiscentia fuit.

de solo viro, aut de sola femina nasci. Sed si de viro sexum femineum assumeret, ordinem naturæ confunderet, qui femineum sexum supra virilem extolleret: & idem ipse diceretur filius ex diuinitate, & filia ex humanitate. Sed si virilis esset sexus quem assumeret, haberet sanè vir geminum pro hac parte honoris solatium, femina nullum. Et certe si de viro formari voluisset, materiam quidem de carnis nostræ substantia traheret, sed in eius incarnatione naturæ operatio nihil haberet, & in hoc à naturæ nostræ proprietate longius discederet. O quantum honoris vel dignitatis mulieribus vel ex mulieribus natis in eo contulit, quod creator omnium, quod saluator hominum nascendum more ex muliere nasci voluit! Ex muliere itaque debuit nasci, quem oportuit in quantum ratio sustinuit, per omnia fratribus assimilari. Sed quod muliebrem de muliebri sexu assumere non debuit, ratio superius monstrata ostendit: nam & ordinem, ut dictum est, naturæ confunderet, & geminato in hoc mulierum solatio, virilis sexus singularis priuilegij nihil simile haberet.

CAPVT XV.

De fide Mariæ.

Fides Mariæ notatur Luc. 1. vbi dicit ei Elizabeth: Beata quæ credidisti: quoniam perficientur, &c. Cum enim paulò post dixisset Maria: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, ostendit & Angeli implendam promissionem, & suam se non transgressuram professionem. Quæ enim virginitatem vouerat & parituram se docente Angelo nouerat, mirabili fide & votum suum implendum credidit, & diuinæ ordinationi se non subduxit. Maxima autem magnanimitas fidei fuit, quod in se posse fieri & credidit & sperauit, quod nunquam auditum fuerat nec in cælo nec in terra. Item Origen. Per fidem Mariæ erigitur iacientium genus, quod per mulieris temerariam credulitatem fuerat ante delectum. Item beatus Matheus in legenda sua: In conceptione Filij Dei fides Mariæ vxor extitit Spiritus sancti. Item Maria credula verbis Angeli fide conceptit Saluatorem: & idè per aurem dicitur concepisse. Vnde & dicit ei Elizabeth Luc. 1. Beata quæ credidisti: quoniam perficientur, &c. In conceptione enim Filij misit dilectus eius, id est, Deus Pater, manum suam, id est, Filium in eam, per foramen auris suæ. Cant. 5. Magister Hugo de sancto victore: Virgo credula verbum conceptit per verbum, ut immaculatam conceptionem generatio incorrupta sequeretur.

Item fides Mariæ comparatur grano sinapis, quod est granum humile, feruens, & humorem capitis tollens. Et fides Mariæ adiecta est humilitati. Vnde: Ecce ancilla Domini, &c. mibi, &c. Feruens per dilectionem Spiritus sancti, de qua concipiebat, & Filij Dei quem concipiebat, humorem capitis tollens. Sicut enim caput iniuriam est rei, sic conceptio animarum &c. hoc

Fides Mariæ cum grano sinapis comparatur.

hoc quando credidit Angelo dicenti, Spiritus sanctus superueniet in te. Item si Abraham tantum commendatur ab Apostolo ad Rom. 4. de eo quod contra spem naturæ in spem gratiæ credidit, scilicet quod senex posset de Sara senæ & sterili filium generare, quanto magis commendanda est Maria, quæ primo verbo Angeli credidit, quod filium posset generate sine femine viri, & parere manens virgo non solum hominem sed Filium Dei. Fides etiam Mariæ quæ est radix eius, manifestata est per totum mundum. Vnde ipsa verè potest dicere illud Iob 29. Radix mea, id est, fides quæ Angelo credidi, aperta est secus aquas, id est, vbiq; manifestata. Aquæ populi. Apocal. 17. Aquæ transcentes sancti sunt, qui non habent hanc manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt ad Hebræ. 12.

CAPVT XVI.

De spe Mariæ.

SPes Mariæ notatur in responsione sua ad Angelum, vbi dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Nisi enim veraciter credidisset, firmiter sperasset, feruenter desiderasset posse fieri & futurum esse quod Angelus promittebat, nequaquam respondisset, Fiat mihi, &c. Idè visa est dixisse Domino: In verbo tuo speraui, scilicet quod per Angelum mandaui mihi.

CAPVT XVII.

De charitate Mariæ ad Deum.

Dilexit Maria Dominum sicut omnes scripturæ canonicæ ipsam predicant diligendam, & charitatem eius charitatis omnium sanctorum forma est & exemplar. Et idè tam de charitate eius quam de charitate sanctorum quasi coniunctim annotauimus, ut ex forma charitatis eius respiciatur quomodo fideles animæ ipsam in charitate saltem à longè debeant imitari. Et nota, quod dilectio dicitur quasi duos ligans, diligentem videlicet rei quam diligit, id est, amantem amato: est enim amor amor amantis & amati quæ quædam vnio potissimum in bonis, & naturaliter illud quod amatur, in sui naturam suam conuertit amantem. Et hoc patet in Saluatore, quem dilectio quam habuit ad genus humanum, fecit colligare & vnire sibi naturam humanam, quando verbum caro factum est.

Mariæ dilexit Deum ex toto corde: quia cor illius ad vilius rei dilectionem non fuit inclinatum amplius quam Dei, nec delectata est in aliqua specie mundi amplius quam in Deo, omne bonum sibi existimans esse in Deo, ut pro his omnibus diligere solum Deum. Ex tota anima: quia certissimum habuit animum in veritate, & firma fuit in fide. Vnde & dicitur est ei Luc. 2. Beata quæ credidisti, &c.

Et istud etiam apparuit tempore Dominicæ passionis. Et nota, quod aliud est amor cordis, aliud amor animæ. Amor cordis quodammodo carnalis est, ut etiam carnaliter Deum amemus, sed hoc non potest fieri nisi prius recesserimus ab amore omnis mundialis rei. Amor ergo cordis non intelligitur, sed sentitur in corde: quia quodammodo carnalis est. Amor autem animæ non sentitur in corde, sed intelligitur: quia amor animæ iudicium est. Ex tota mente: quia omnes sensus illius Deo vacabant, eius intellectus Deo ministrabat, eius sapientia circa Deum versabatur, eius cogitatio quæ Dei sunt pertractabat, eius memoria ea sola quæ bona sunt, recordabatur, ut diceret cum Apostolo 1. Cor. 14. Psallam Spiritu, psallam & mente. Sic exponit Chrysostomus. Aliter: Sapientia sedem habet in corde. Vnde Proverb. 2. Si intrauerit sapientia cor tuum, &c. Ex tota anima quæ pro voluntate ponitur. Vnde Ioan. 12. Qui odit animam suam, &c. id est, propriam voluntatem. Dilexit ergo Deum trinitatem ex toto corde, id est, ex toto eo quod scire quoad filium, ex tota anima, id est, ex toto eo quod est velle quoad Spiritum sanctum, ex tota virtute, id est, ex toto eo quod est posse quoad Patrem, ut hæc tria quæ necessaria sunt in omni bono opere explendo, scilicet scire, velle, & posse, quasi responderent trinitati.

Differentia inter amorem cordis & animæ.

Aliter: Dilexit Maria Dominum Deum suum, Dilexit Dominum cui debetur timor & seruitium, ipsum castè & filialiter timens, & ei ex puro amore seruiens. Dilexit Deum fide, per dilectionem operantem in eam credens. Dilexit suum, cum ex amore sollicitè custodiens; quia familiare est cuilibet quod suum est sollicitè custodire.

Item dilexit ex toto corde, omnes cogitationes cordis in Deum dirigens vel ad Deum referens: ex tota anima, omnes affectiones animæ ad Deum retorquens: ex tota mente, omnem rationem humanam qua intelligebat & discernerebat in rebus diuinis occupans: ex tota virtute, in his iugiter perseverans: & ita nihil remansit in ea, quod non subiceretur dilectioni diuinæ. Sic exponit Isid.

Item dilexit ex corde: quia Deus interpretatur videns, cui omne cor patet. Vnde 1. Reg. 16. Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. Dilexit ex toto corde: quia Dominus; quidquid enim habet seruus, Domini sui est. Et hoc quoad quatuor affectiones quæ sunt. Amor: nihil enim dilexit præter eum. Timor: nihil enim timuit præter eum, aut nisi propter eum. Dolor: nihil enim doluit nisi eius amissionem: vnde dixit ei Luc. 2. Fili quid fecisti nobis sic ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Gaudium: non enim gaudia est nisi de ipso, & ipsius recuperatione, aut de his quæ ad ipsum nouerat pertinere.

Item dilexit ex toto corde, id est, ex toto intellectu, nullum in confessione diuinitatis errori locum relinquens. Ex tota anima, id est, voluntate, nihil ei contrarium volens. Ex tota mente, id est, memoria, nihil quo de eo minus sentiret, reminiscens. Et iste triplex modus diligendi respondebat tribus præceptis primæ tabulæ, quæ pertinent ad dilectionem Dei.

Primum : Audi Israël , Dominus Deus tuus Deus vnus est. Mar. 12. Huic respondet modus diligendi ex tota memoria sine obliuione , vt cogites vnum Deum esse Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Secundum : Non assumes nomen Dei tui in vanum. Huic respondet modus diligendi ex toto intellectu sine errore , vt nomen Christianum non accipiatur in vanum , vt putetur esse factus per quem omnia facta sunt. Tertium : Memento vt diem sabbati sanctifices. Huic respondet modus diligendi ex tota voluntate sine contradictione , vt sabbatizes ab opere seruili : quia Deus præcepit. Et notandum , quod Moyles Deuteron. 16. & Matth. 21. non ponunt nisi tria in modo dilectionis Dei. Sod forte Lucas 10. attendit quatuor rationes , propter quas diligendus est Deus , & propter quamlibet supra omnia , & propter hoc posuit quatuor. Prima : quia est creator ad esse. Secunda : quia conseruator in esse. Tertia : quia creator in bene esse. Quarta : quia glorificator in optimo esse. Vel quatuor ad tria reducuntur , vt illud membrum , ex totis viribus , referatur ad quodlibet aliorum trium quasi modus , vt sit sensus : Diliges Dominum Deum tuum ex totis viribus totius cordis , & ex totis viribus totius animæ , & ex totis viribus totius mentis. Ex toto corde , quia Dominus : ex tota anima , quia Deus : ex tota mente , quia tuus.

Aliter : Ex toto corde , id est , intellectu , vt omnis intellectus tuus subditus sit intellectui de Deo. Ex tota anima , id est , tota voluntate , vt omnis voluntas tua subdita sit voluntati diuinæ. Ex tota mente , id est , tota memoria. Quod autem sequitur , ex totis viribus , intellige vt supra. Augustinus : Ex toto corde , id est , toto intellectu sine errore. Ex tota anima , id est , tota voluntate sine contrarietate : ibi enim voluntas se totam colligit , vbi ei nihil est contrarium. Ex tota mente , id est , memoria sine difficultate & sine obliuione. Hæc non possunt impleri in via. Grego sic : Ex toto corde , ex tota anima , ex tota mente , id est , super omnia : & est inculcatio verborum quæ signat excellentiam amoris. Magister Hugo de sancto victore sic : Ex toto corde , id est , deuotione quoad virgines : ex tota anima , id est , discretionem quoad confessores : ex tota mente , id est , perseverantia quoad martyres.

Item beatus Bernardus : Dilige ex toto corde , id est , sapienter : ex tota anima , id est , dulciter : ex tota virtute , id est , fortiter : ex tota mente , id est , memoriter. Sic etenim dilexit Maria sapienter contra concupiscentiam oculorum. Qui enim diligit temporalia , eius intellectus auertitur ab æternis. Dulciter contra concupiscentiam carnis : qui enim dulciter Deum amat , omnem carnalem dulcedinem venenam sicut verè est reputat : & quidquid separat à Deo , felle amarus iudicat , dicens de amatoribus voluptatum : Fel draconum vinum eorum. Dicit etiam qui dulciter amat : Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine , &c. Fortiter contra timorem mundanum & humanum , nihil timens eos qui temporalia tollunt vel corpus occidunt. Memoriter contra superbiam vitæ : qui enim diligit memoriter , Dei

iustitiam recolit incessanter , quæ pro vna cogitatione superbiz primum detruisit Angelum in ignem gehennæ. Vnde 2. Pet. 2. Si Deus Angelis , &c. Sic diligebat Iob dicens. 31. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum , & pondus eius ferre non potui.

Maria dilexit fortiter Patrem cui attribuitur potentia , & hoc ex vi irascibili , implens illud Eccl. 7. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit , &c. Sapienter Filium , cui sapientia , ex vi rationali. Dulciter Spiritum sanctum , qui dulcedo est Patris & Filij , ex vi concupiscibili. Vnde & de Spiritu sancto dicitur concepsisse. Sicut autem vna est substantia in tribus personis , sic singularis & vnica fuit Mariæ dilectio in tribus proprietatibus supra dictis. Memoriter humanitatem Filij , cui dicit Isa. 49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum , vt non misereatur filio vteri sui ? & si illa obliua fuerit , ego tamen non obliuiscar tui. Hæc autem memoria quoad nos referenda est ad Christum nascentem , patientem , iudicantem , & elidit triplicem concupiscentiam. Memoria nascentis concupiscentiam oculorum , quando panniculis inuolutus , iacuit in præsepio. Memoria patientis concupiscentiam carnis , quæ appetit delectabilia , quando flagellatus & confusus pependit in patibulo. Memoria iudicantis superbiam vitæ , quando Deus frangit omne superbum.

Item dilexit Maria sapienter : quia vnctio qua plena erat , docebat eam de omnibus. 1. Ioan. 2. Plena enim erat duplici vnctione , id est , Christo qui interpretatur vnctus , & gratia Spiritus sancti. Et nota , quod dicitur , quod hæc vnctio docet de omnibus quæ sunt simpliciter , vt spiritualia & celestia , non quæ sunt secundum quid , vt temporalia & voluptates. Maria dilexit sapienter , id est , discretè : quia rationale fuit obsequium eius. Sciebat enim Virgo prudens , quod honor regis iudicium diligit , id est , discretionem , & quod quidquid offertur sacrificij , sale est condiendum. Leuit. 2. Id est , discretè vt supra : ipsa siquidem fuit vas nouum , in quo mistum est sal in incarnatione vnigeniti Dei , & in sale sapientia vel discretio designatur. 4. Reg. 2. Id est , discretè , bona familiaria , quæ ei Dominus faciebat , fatuè non ostendens , sed sapienter abscondens : erat enim mulier sensata & tacita. Eccl. 26. conseruans & conseruens in corde suo quidquid de filio dicebatur : sciebat enim , quod qui denudat arcana amici , id est , Christi , perdit fidem Eccl. 27. Id est , discretè , bona spiritualia quæ pro Domino faciebat , in abscondito faciens. Vnde clausa in thalamo inuenta est ab Angelo , clauso super se ostio Patrem suum exorans , sicut dicit beatus Bernard. Gregorius : Sufficit iustus ab illo videri , à quo expectant remunerari. Ipsa etiam docet nos hoc modo diligere. Vnde filium natum statim occultauit sub velamine pannorum , docens nos occultare partem boni operis nostri. Idem etiam Moyles tribus mensibus occultabatur. Exod. 2. Mensis dicitur à mene quod est defectus. In nobis enim triplex est defectus : cordis , oris , operis. Idem quæ minus boni lucratur , tanto magis necesse habemus illud occultare & sollicitè conseruare.

seruare. exemplo pauperis mercatoris , qui quominus habet catali , sollicitus negotiatur. Id est , discretè , pro omni obsequio quod Domino faciebat , ipsum solum in præmium petens , non laudem humanam , aut aliquid huiusmodi. Quasi diceret illud Phil. 3. Omnia reputaui vt stercorea , vt Christum lucrificiam. Augustinus : Hoc sine & hoc studio colendus est Deus , vt sui cultus ipse sit merces. Nam qui colit Deum vt aliud mereatur , iam Deum non colit , sed illud quod assequi concupiscit. Id est , sollicitè , ne Deum offenderet verbo vel facto , nuda aut signo , cogitata aut desiderio , vel huiusmodi , recolens illud Mich. 6. Sollicitus ambula cum Deo tuo , &c.

Maria dilexit dulciter : quia dulcedo generabatur in ea ex triplici recordatione , misericordiz , gratiz , & gloriæ. Misericordiz , quia Deus in sanctificatione eius remisit originale peccatum. Gratiz , quia ipsam impleuerat ad omnem virtutem & omne opus bonum. Gloriæ , quia sperabat se remunerandam supra meritum. Quia amaritudines præsentis seculi dulces-reputabat , & inundationes maris quasi lac fugebat pro amore vnigeniti sui. Quia quodammodo dulcis vita est in angustia passionis vnigeniti sui , licet & mente compassa sit , ob desiderium virtutis & salutis generis humani. Vnde : Dulce lignum , dulces clauos , non solum Christo patienti , sed & matri compatienti , qui per amaritudinem tormenti sciebat genus humanum rediturum ad dulcedinem paradisi. Vnde Luc. 15. Epulari & gaudere oportebat pro reuersione filij prodigi ad misericordiam purissimi patris. Ibidem : Congratulamini mihi : quia inveni drachmam quam perdideram. Ioan. 16. Mulier cum parit , &c. Quod de matre & filio potest intelligi. In passione enim filij peperit quodammodo mater : quia tunc primo sensit dolores puerperæ. Vnde de ea prædictum fuerat Isa. 66. Antequam parturiret , peperit , &c. Quis audiuit vnquam tales Sed humano genere per passionem redempto , inferno spoliato , & filio fascitato , iam non meminit pressuræ propter gaudium. Infra inuenies istud.

Maria dilexit fortiter , in omni virtute sua cum qui se fecit diligens. Eccl. 7. & præter cum nihil timens. Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus , &c. Perfectus enim timor Domini facit diligere fortiter. Vnde Prouerb. 14. In timore Domini fiducia fortitudinis , &c. Pro eo quantalibet aduersitates patienter sustinens , iuxta illud Prouerb. 12. Qui negligit damnum propter amicum , id est , Christum , fidelis est. Pro aliqua aduersitate ab eius amore non recedens : quia sicut dicitur Prouerb. 17. omni tempore , id est , tam in aduersis quam in prosperis , diligit qui amicus est : qui enim Christum non diligit in aduersis , sicut in prosperis , amicus non est. Pro nulla aduersitate nec etiam timore mortis ipsum negans aut deserens , sicut fecit Petrus præsumptuosus : & hoc manifestè in passione apparuit quando fugientibus discipulis , stetit impeterrita iuxta crucem. Ioan. 19. timor enim non erat in charitate eius , quoniam perfectè diligebat. 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foris mittit

timorem. Quia dilectio eius fortis fuit vt mors Cant. 8. quia sicut mors non moritur , sic charitas eius nunquam excidit. Vnde dicit filio Ierem. 33. In charitate perpetua dilexi te. Impletum est enim in ea illud Eccl. 12. Omni vita tua dilige Deum. Quia si fieri posset secundum beneplacitum diuinæ voluntatis , mori pro eo & cum eo desiderauit , nec vitæ suæ pepercit pro dilectione , sicut nec filius. Pro eo , vt dixisse visa cum Dauid. 2. Reg. 18. Quis mihi der vt pro te moriar , fili mi Ier. 5. Cum eo : quia etiam animam suam non posuit pro redemptione generis humani , exposuit tamen , & quod potuit fecit.

Item beata Virgo dilexit memoriter , iuxta illud Eccl. 37. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo. Isa. 49. Nunquid potest obliuisci mulier , vt supra. Idem etiam dicit ipsa Cant. 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi , inter vbera mea commorabitur. Quasi diceret : Dilectus meus mihi singulariter & specialiter , ipse est fasciculus myrrhæ , id est , multarum amaritudinum congregatio colligata vinculo tenacis memoriæ : & iste fasciculus commorabitur inter vbera mea , id est , in corde meo , quod est inter vbera conclusum : quia non possum ei non compati , non possum ei non commori , quem genui , quem lactaui , qui pro me tot amaritudines tolerauit , & hoc quasi persuasisse videtur ei filius Thren. 3. dicens : Recordare paupertatis & transgressionis meæ , absinthij & fellis. Aliter vt expositio conueniat tam Mariæ quam fidei animæ. Dilectus meus qui diligit me & diligitur à me , mihi ipsum amanti & passionem eius imitanti est fasciculus myrrhæ : & iste fasciculus inter vbera mea commorabitur. Summa est : Tota congeries tribulationum & passionum dilecti mei quas pro salute mea sustinuit , nunquam à memoria mea excidet. Dilectus autem Mariæ proprie fuit ei fasciculus myrrhæ in passione , quando myrrha potatus est , sicut dicitur Matth. 27. Et dederunt ei myrrhatum vinum , &c. quando de cruce ablati , myrrha & aloë inunctus est. Sibi autem quasi discretiue dicit ipsum fuisse fasciculum , imò maximam fascem : plus enim omnibus ei condoluit , & omnis plaga tristitia cordis est. Eccl. 25. Quia plus omnibus dilexit. Myrrha enim medicinalis est infirmis. Idem Dominus in passione quam sustinuit pro salute magni ægroti , id est , totius mundi , vinum myrrhatum à militibus accepit. Et nota , quod fidelis anima ipsum appellat fasciculum , non fascem : quia leue ducit pro amore eius quidquid laboris imminet & doloris : & quia non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur nobis , ad Roman. 8. id enim momentaneum , &c. An non fasciculus , cuius onus leue , & iugum suauis ? Matth. 11. Non dico , quod leuis fuerit in se mortis asperitas & amaritudo , sed dura & grauis , sed eius imitatio leuis est diligentis. Idem non simpliciter dixit , Fasciculus myrrhæ dilectus meus , sed addidit mihi : quia verè amanti nihil est difficile. Idem & dilectum vocat , monstrans vim amoris omnem amaritudinis molestiam superare. Vnde beatus Bernardus ad monachos suos : Erit quandoque nobis

nobis ingens cumulus gloriæ, qui modo est fasciculus myrthæ.

Sequitur: Inter vbera mea commorabitur. Hoc ad literam, quando mater gestabat eum in brachiis suis. Inter vbera, id est, in principali cordis mei commorabitur usque in finem. Commorabitur nunquam inde recedens. Vel commorabitur quead omnes circumstantias passionis. Quod ostenditur per colligationem fasciculi. Vbera sponsæ vel Mariæ aut fidelis animæ, compassio & congratulatio. Vel melius iuxta sensum literæ, gratitudo & humilitas quæ maximè sponsam detinent & delectant: eo enim ipso quod nos tantis beneficiis indignos per humilitatem cognoscimus, & per gratitudinem gratias agere non cessamus, Christum nobiscum inseparabiliter & delectabiliter retinemus, qui dicit Proverb. 8. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. E contra nihil magis fugat & elongat sponsum quam superbia & ingratiulo. Sponsa ergo quia inter prospera & adversa versatur, hunc fasciculum inter vbera sua collocat, vt nec læta extollant, nec tristitia deficient. Beatus Bernardus: Tu quoque si sapias, imitaberis sponsæ prudentiam, & hunc myrthæ tam charum fasciculum de principali tui pectoris nec ad horam patieris auferri, vt possis dicere & tu: Fasciculus myrthæ dilectus meus mihi, &c. Aliter: Fasciculus fuit Christus in veteri lege, sed inter vbera Mariæ factus est dilectus, & suavis & dulcis. Sicut enim sanguis in se horribilis, in vberibus efficitur lac, quod dulce est & delectabile ad videndum: sic filius qui in lege erat terribilis, inter Mariæ vbera factus est mitis. Vnde & ipsa dicitur mater misericordiæ. Commorabitur dicit, & per compositionem vocabuli designatur, quod Maria non solius filij est habitatio, imò totius Trinitatis, & habitatio gaudiosa. Vnde propter hoc videtur sic posse intelligi ille versus: Sicut lætantium omnium, scilicet trium personarum habitatio est in te.

Mariæ dilectio inseparabilis, tanquam sponsæ ad sponsum, dilectæ ad dilectum, matris ad vnicentum. De hac inseparabilitate dicit ipsa Cant. 3. Tenui eum, nec dimittam. Item Cant. 8. Dura vt infernus æmulatio, id est, dilectio eius. Quia sicut infernus quem semel recepit, nunquam dimittit: sic eius charitas nunquam excidit, nunquam dilectum dimisit. Vnde & potuit verè dicere Filio illud Ierem. 31. In charitate perpetua dilexi te. Item illud. 2. Reg. 1. Sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam. Item illud ad Rom. 8. Quis me separabit à charitate Dei, &c. Tribulatio, &c. Ibidem: Scio quia neque mors, neque vita, &c. & ponit 11. adiectiua. Ergo si tantum dilexit regem suum miles regis, quantum putas dilexisse filium regem genitricem regis? Vtique multo amplius.

Insuperabilis: quod pertinet ad diligere fortiter. Vnde Cant. 8. Fortis est vt mors dilectio, dura vt infernus æmulatio. Quod de charitate Christi primò & principaliter intelligitur, quæ bene fuit fortis vt mors: quia per charitatem mori dignatus est. Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, &c. Et ne moremur æternaliter, separata est anima eius à corpore, quod

est mori temporaliter. Charitas etiam Mariæ fortis fuit vt mors, imò fortior morte: quia filium tantum dilexit, & humani generis redemptionem tantum optauit, quod mori pro filio vel pro mundi salute cum filio desiderauit, sicut dictum est supra. In illis etiam est charitas fortis vt mors, qui mundo moriuntur, vt dilectio viuat in eis: mors enim tollit temporalia, & auferit vsum sensuum. Dura etiam vt infernus fuit æmulatio, id est, dilectio eius, quia constantiam eius nulla fregit violentia perfectionum, sicut qui in inferno sunt, nulla frangi possunt violentia tormentorum. Item de charitate dicitur paulo post: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent eam. Aquæ multæ, id est, omnimodæ penalitates, quas sustinuit in filio, non potuerunt extinguere charitatem Mariæ scilicet: quia ipsius charitatis absorbebat ardore, sicut ardore solis vel ferri igniti absorbetur aqua. Vnde de charitate eius dicitur Sap. 16. In aqua tribulationis quæ ignem extinguit imperfectæ charitatis. Ignis, id est, Mariæ charitas plus valebat, & aqua obliuisceretur extinguentis naturæ. Sequitur: Nec flumina, id est, imperus tribulationum quantumque obruent eam. Imò quantum fortius impulsæ est, tantò firmiter stetit: quia fundata erat supra firmam petram quæ est Christus. Matth. 7. Item insuperabilis: quia dilectio filij absorbebat in ea omnem aliam dilectionem, sicut magnus ignis absorbet ignem candelæ. Dilectio enim ignis est, quem Dominus venit mittere in terram. Luc. 11. quo videlicet igne vehementius inflammavit animam matris suæ. Vnde & ipsa dicit Cant. 5. Anima mea liquefacta est, &c. sicut metallum durissimum per vehementiam ignis liquefieri potest.

Insatiabilis: quia charitas eius erat ille ignis de quo dicitur Prou. 30. Ignis verò nunquam dicit, Sufficit. Gustauerat enim, quia suavis est Dominus, qui dicit: Qui edunt me, adhuc esurient, &c. Eccl. 24. Idem ipsa dicebat: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Sicut enim fons viuus semper scaturit aquas nouas, sic filius eius, qui est fons vitæ, ei subministrabat iugiter de seipso delectationes nouas, imò etiam tota Trinitas cuius erat triclinium. Vnde quidam dicunt, quod viatrix comprehendebat. Sap. 18. Vsq; in cælum attingebat stans in terra.

Singularis: quia extra Deum nihil quæsiuit dicens: Vnam petij à Domino, &c. Charitas enim eius erat vehemens & bene ordinata voluntas, sicut diffinit beatus Bernardus. Augustinus de Domino: Quidquid mihi præter illum est, dulce non est: quidquid vult mihi dare Dominus meus, totum auferat, & se mihi det. Qui enim diligit Christum propter temporalia quæ largitur, non est amor eius singularis, sed adulterinus. Sicut meretrix diligit leccatorem, & ei applaudit quandiu habet quid det, nudum verò expellit: sic amator temporalium diligit Christum. Vnde: Confitebitur tibi cum benefeceris ei. De tali dilectione dicitur Proverb. 26. Cum defecerint ligna beneficiorum temporalium, extinguetur ignis, id est, dilectio cessabit. Item singularis

gularis fuit eius dilectio: quia nec simile habuit, nec habitura est.

Mobilis, non tardâ, non pigra, non torpida, sed velox, motuens, & promouens. Vnde concepto Salvatore ascendit in montana cum festinatione, vt congauderet Elizabeth, fugit cum filio in Ægyptum ad præceptum Angeli. Matth. 2. retulit filium in terram Israel. Matth. 3. defuncto Herode, Vnde & designatur per ferculum Salomonis: quia omni agilitate & feruore animi ad quolibet bona exercitia secundum beneplacitum diuinæ voluntatis se circumferrebat. De hac mobilitate beatus Bernardus. Qui amat ardentius, currit velocius, & peruenit citius. Et quia ipsa amat ardentius, quæ quasi effrenatè dicit, Osculetur me osculo oris sui, & tora die dicit in Cant. Amore languens, idem cucurrit velocius omnibus & citius peruenit ad brauium vitæ æternæ, stola immortalitatis, vt creditur, iam induta.

Incessabilis, id est, perseverans: quia charitas eius nunquam excidit. Quod de perfecta charitate intelligitur. Vnde & dicit filio Ierem. 31. In charitate perpetua dilexi te. Similabatur enim eius charitas charitati filij, de qua Ioan. 12. Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Ad quod etiam ipse inuitat omnes fideles. Ioan. 15. dicens: Manete in dilectione mea. Item Matth. 10. Qui perseverauerit vsque in finem, saluus erit. Inchoantibus enim præmium promittitur, sed perseverantibus datur, sicut dicit auctoritas.

Feruens & calida. Eius enim dilectio feruor & calor est. Calor: vnde non est qui se abscondat à calore eius. Feruor: feruenter enim diligit, sicut dicit beatus Bernardus, qui ita inebriatur amore, quod non cogitat maiestatem. Sic diligebat Maria cum dicebat, Osculetur me osculo oris sui. Et in hoc verbo bene apparet quod erat inebriata. Si queratur, quo vino ipsa responderet Cant. 1. Botrus Cypri dilectus meus mihi. Grandis botrus, & forte vinum, & ex multo potu fortis vini sequitur ebrietas. Quantum magis enim Deo qui ignis est, proximitat, tantò magis inflammata est charitate: quia ipse Deus charitas est. Idem dicit beatus Bernardus. Maria quia plus omnibus dilexit, singulari miraculo Deus Pater in ipsa perpetravit. Idem etiam dicit ipsa Cant. 5. Anima mea liquefacta est per incendium charitatis, sicut metalla liquefiunt per vehementiam ignis. Item Cant. secundum aliam translationem quam ponit Gregor. Vulnerata charitate ego sum. Et nota, quod ignis charitatis suaviter ardet, sed non lædit: accendit, sed ad purgationem: culpam enim consumit si inuenit, non naturam, sed eam purgat & fouet & nutrit. Sicut è contrario ignis concupiscentiæ nutrit & fouet culpam, & magna ex parte lædit & consumit naturam.

Penetratius & acuta. Charitas enim intrat & penetrat, nec cessat donec veniat ad id quod amat. Non enim sufficit ei, quod amet absentem, nisi possideat præsentem. Nec satis est ei vt sit cum Deo, nisi sit in Deo. Nec magnum arbitrat vt ducatur ad omnem veritatem, nisi introducatur in omnem veritatem, vt illi inhaereat, & quantum possibile est vnum cum illa

fiat. Vox enim charitatis est ista: Mihi adhaerere Deo bonum est, &c. Talis verè fuit Mariæ dilectio.

Inflexibilis & recta. Inflexibilis: quia ad aliud extra Deum non diuertit. Recta, quod idem est: quia Deum dilexit sine reflexione ad temporalia. Cantic. 1. Recti diligunt te. Incuruati alia. Rectus est, cuius intentio ad Deum propter Deum dirigitur. Sunt enim qui Deum diligunt cum benefecerit eis, vel vt beneficiat eis, quorum dilectio etsi tendat ad Deum, tamen recipitur ad ipsos. Et est talis dilectio sicut fantille Gallicæ. De quibus dicitur Isa. 59. Semitæ eorum incuruatae sunt eis, id est, reflexæ ad eos, ad suum commodum recuruatae. Sequitur in auctoritate: Omnis qui calcatur in eis, ignorat pacem. Moraliter: Anima bona non porrigit se ante vt præsentia bona concupiscat, non retro vt ante acta mala per delectationem respiciat, nec dextrorsum vt in profectis per incontinentiam se effundat, non sinistrorsum vt in aduersis per impatientiam excedat, sed sursum profert incrementum suum, sursum habet cor vbi Christus est in dextera Dei sedens: & talis anima rectè diligit Deum, & rectè collaudat: quia rectos decet collaudare.

Intenta & intima. Intenta: quia per amoris desiderium & semper in Deum perrexit. Intima non superficialis: quia ad exteriora non effluxit. Talis enim charitas comparatur pinguedini inoslatæ. Vnde Cant. 1. Indica mihi quem diligit anima mea, id est, intima voluntas & affectio mea.

Larga & ampla: quia omnia quæ Dei sunt, & dilexit, & diligit, Seracenos, Iudæos, Christianos: aliter tamen & aliter. Vnde & videtur dicere omnibus generibus hominum illud Phil. 1. Testis est enim mihi Deus, quomodo vos omnes cupiam in visceribus Iesu Christi Filij mei.

Affectuosa & tenera. Tenerrimè enim & affectuosè efficitur erga ea quæ Dei sunt. Vnde legitur inter cætera dixisse Theophilo se multum diligere genus Christianorum, maximèque eos, qui recta fide & pura conscientia currunt ad templum suum.

CAPVT XVIII.

De charitate ad filium.

Viso quomodo Maria dilexit perfectè Deum Trinitatem, restat videre quomodo dilexit Filium Deum & hominem. Maria dilexit Filium Deum & hominem. Naturaliter, & plusquam alia mater posset diligere natum suum. Soler enim dici, quod puer naturaliter plus diligitur ab illo parente, cuius semen superabundant in conceptu eius, quam ab alio. Idem naturaliter plus dilexit Maria filium suum, quam aliqua alia mulier: quia totam carnem suæ materiam à carne materna traxit Christus. Vnde Maria dictum est Luc. 1. Ecce concipies in vtero, id est, ex causa intrinseca, non sicut alie mulieres, quæ recipiunt ab extrinseco vnde concipiunt, scilicet semen viri.

Hoc

Hac idem figuratum est per hoc pronomen, te, quod est decretum, ubi sequitur, Quod natus est te, id est, ex te sola, non ex te & Ioseph, id est, ex te & viro. Ad hoc innuendum dicit ei filius Ioan. 19. Mulier ecce filius tuus. Torus tuus: quia tuus pronomen est discretium. De hac materia plura habuisti supra titulo, Benedictus fructus ventris tui. Et nota exemplum de duabus meretricibus, quibus Salomon fecit iudicium de puero quem dedit vere matri. 3. Reg. 2. Dux istæ mulieres, synagoga, & gentilitas. Synagoga, Christum quasi dicitur, dicens ipsum natum de Ioseph & Maria. Vnde canitur: Erubescat Iudæus infelix, qui dicit Christum ex Ioseph semine esse natum. Gentilitas vult ipsum integrum conferuari, credens ipsum natum ex sola Virgine: & ideo illa ipsum amisit, & ista conquisit.

Carnaliter, in bono sensu, quod est diligere ex toto corde, vt supra: quia carnem Christi tanta deuotione, tanto studio fouit & nutrit, vt ad amorem carnis eius ab amore propriæ carnis, imò omnis carnis suspensa, necessitatibus vagientis, esurientis, lactantis, crescentis, & huiusmodi, omnes cordis sui affectiones subterneret. Imò & de sua substantia ipsum honorauit. Prouerb. 3. quæ egressum de sinu patris ventris hospitio suscepit, nudum, id est, purum Deum carne virginea & pannis induit, ei per consensum de carne propria administravit conceptum, & de lacte proprio nutrimentum. Secundum naturam assumptæ humanitatis esurientem pait, lacte virgineo sitientem potauit, infirmum per infantiam & iacentem non solum visitauit, sed etiam balneando, fouendo, leniendo, gestando, frequentauit, cæteraque omnino ei humanitatis obsequia exhibuit. Comprehensio tandem & crucifixio quasi in carcere posito affuit, & cætera huiusmodi. Vnde sub figura personæ eius dictum est Luc. 10. Martha autem saragebat circa frequens ministerium. Lege hominiam beati Anselmi: Intrauit in a s v s in quoddam castellum. Ideo conuenienter potuit ipsi dicere: Defecit caro mea & cor meum. Et ideo tu Dominus cordis mei pars mea deinceps eris in æternum. Et ideo inter cæteras aues comparari potest specialiter philomenæ, quæ dicitur à philos quod est amor, & mene quod est defectus, quasi deficiens præ amore. Vnde Maria potuit dicere Patri: Defecit in salutare tuum anima mea, &c. Salutare Patris & noster salutaris Filius Dei est. Item Cant. 2. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore languet. Bene autem languere se dicit Maria, vel fidelis anima: quia quando se ad amorem sponsi accendit, rantiò ab amore temporalium languescit: sicut solet mos esse languentium, vt illa fastidiant quibus agitur vita communis. Nec infirmari, sed languere se dicit, vt notetur desiderium perseverans: quia languor dicitur quasi longus angor. Nec debet sanari talis languor donec introducatur amica in thalamum sponsi. Quod verè constat de Virgine gloriosa. Ideò super illud, Amore languet, dicit Gregorius: Mala sanata est anima, quæ vulnere charitatis non languet.

Spiritualiter, quod est ex tota anima. Quia

spiritus est Deus Ioan. 4. Item. 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo, vnitate scilicet amoris & gratiæ. Vnde Luc. 2. dixit ei Simeon: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Dicens tuam ipsius, vnâ matris & filij animam insinuauit. Hæc enim vnio quæ fit per amorem, spiritualis est: quia amor ignis est, qui materiam sibi coherentem ignit, & in sui naturam conuertit: & quia Maria intimius omni creatura Deo per amorem adhæsit, dicens illi, Adhæsit anima mea post te, ideo spiritualior omni creatura effecta est. Vnde & appellatur anima, & non caro. Prouerb. 15. Aqua frigida animæ sitienti, id est, Mariæ, nuntius bonus, id est, Gabriel Missus ad eam, de terra longinqua, id est, de cælo.

Viriliter, quod est ex tota virtute. Vnde & designata est per Euam, quæ appellata est virago. Gen. 2. quia de viro suo sumpta est. Maria autem virago: quia de ipsa sumptus vir suus, quando scilicet ex magnitudine fidei consentiens, vt de sua substantia fieret Christus homo, respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi. Virago etiam, id est, viriliter agens vouendo prima virginitatem absque omni præcepto, consilio & exemplo. Vnde in figura eius dictum est Iudith 15. Tu gloria Ierusalem, & tu læticia Israël, &c. Quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eò quod castitate amaue- ris, &c. Quare titulo, Benedicta tu in mulieribus. Multis etiam aliis modis egit viriliter, quod longum esset enarrare, sed maxime viriliter egit & viriliter dilexit in filij passione, ita vt ad titulum laudis eius & gloriæ sufficere, quod eius mentem tanta vis amoris accenderat, vt fugientibus discipulis oblita sexus fragilis, ipsa cum lachrymis & astans cruci & condolens morienti, animam suam pro filio suo esse non posuit, exposuit tamen. Quis enim sani capitis dicat ipsam talem matrem à tali filio tam dilectam, minus dilexisse filium suum vnigenitum, & talem filium, quam Dauid Abalalon patricidam, qui dicebat. 2. Reg. 18. Quis mihi det vt moriar pro te fili mi Abalalon? Hieron. Cuius acerbitate doloris afflicta, & pœnz crucis corde affixa, vt potè quæ plus omnibus doluit, quia plus omnibus dilexit, prima ad monumentum currere non potuit, licet postea, vt verè creditur, frequens, & quando potuit, non defuit. Hæc sunt pondera dilectionis Mariæ, quæ præponderant omnium sanctarum animarum meritis & gloriæ.

Communicatiuè & largiter. Charitas enim eius ad nos apparuit in annuntiatione filij, quando respondit: Ecce ancilla Domini: cupiens filium procreare, qui noster seruus fieret: & ideo se nominauit ancillam, quia partus ventrem sequitur. Quod etiam innuit Filius Patri dicens: Seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. Seruauit enim nobis filius Virginis de beneplacito matris vsque ad ablutionem pedum, imò vsque ad tolerantiam passionis: quia filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Matth. 10. Ideò & nos debemus matri & filio retributionem seruitij, vt ad locum vnde exeunt flumina, reuertantur. Eccl. 1. Vnde & ipse dicit nobis Zach. 11. Si bonum est in oculis vestris,

vestris, afferre mercedem meam, &c. Sic etiam & merito potest dicere ipsa mater.

Item communicatiuè, quod apparuit in natiuitate filij, quando scilicet cum à quo tantas habebat delicias, quem tenebat clausum in utero, cum gaudio peperit, vt suas tanquam vitra liberalis nobis sine inuidia communicaret delicias, quas sola possideret si ex vtero eius filius natus non fuisset. Ideò dicitur Isa. 9. Filius natus est nobis: non sibi, quia melius non poterat sibi nasci quam natus erat. Sed licet beata Virgo ipsam permitteret exire de ventre, excellenter tamen retinebat in mente.

Item communicatiuè, quando ipsum natum noluit sibi quasi proprium retinere, sed quem sciebat natum pro salute mundi committere, panis inuolutum velut panem in mappa reclinauit in præsepio. Quasi diceret boni & asini: Ecce pabulum vestrum, fornum scilicet carnis filij mei. Vnde & designatur per illam mulierem quæ dedit filium ad comedendum 4. Regum 6.

Item communicatiuè, quando ipsum. 40. die præsentauit in templo, vbi totus conueniebat mundus, quasi totum mundum volens de ipso mittere in possessionem & saluam, & ad opus totius mundi suscepit eum Simeon in vlnas suas. Sciebat siquidem, quod sicut Tullius dicit, nullius boni possessio iocunda est sine socio.

Item communicatiuè: quia tanta fuit Mariæ charitas ad nos, vt quasi gaudenter quodammodo sustinuerit mortem filij, & cum ipso desiderauerit, si necesse esset, mori ob redemptionem generis humani. Tunc enim propter nimiam charitatem qua dilexit nos ad Ephes. 2. dedit vnigenitum suum pro scelere nostro, & fructum ventris sui pro peccatis animarum nostrarum. Michæ 6. Vnde etiam stabat iuxta crucem filij, sicut dicit Ambros. non vt dolorem filij consideraret, sed vt salutem mundi expectaret. Vel ad hoc fore venit ad crucem, vt filium videret mortem transitorie gustaturum qui de torrente in via bibit: sed in æternum victurum, quia resurgens ex mortuis iam non moritur. Rom. 6. Vel hæc etiam venit vt videret Iesum, id est, saluatorem salutem hominum procurantem, morientem mundo, sed victurum Deo. Et hæc videtur causa præstantior. Item alia de causa stabat iuxta crucem Iesu mater eius: licet enim certissime sciret filium suum positum in statera crucis pretium esse sufficiens pro peccatis totius mundi, tamen si quis calumniaretur pretium hoc minus esse sufficiens, præsto erat seipsam impendere, dum tamen sic posset diuinæ voluntati se conformare. Sicut venditor piperis tantum lucri auarus est, quod pipeti posito in statera licet sufficienter, paratus est adhuc adicere si illud additamentum emptorem viderit refutare: & hoc piè intelligendum & ad intellectum nostrum referendum est. Ad hoc autem se interposuit cruci & Aquiloni, ne diabolus signatus per Aquilonem posset eos impedire, qui venire vellent per fidem ad brachia Saluatoris extendi, sicut fecit latro dexter, & sicut videtur fecisse centurio ille, & hi qui cum eo erant, qui videntes ea quæ fiebant, dixerunt: Verè Filius Dei erat iste Marth. 27.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Tanta etiam fuit charitas eius ad nos, quod ex quo filium concepit, ipsum pro mundi salute pati desiderauit, sicut videtur velle Ambr. Vnde securè dici potest & credi, quod sicut dicitur de Patre Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro mundo, &c. Sic & dici potest: Sic Maria dilexit mundum, id est, peccatores, vt filium suum vnigenitum daret, &c. pro salute mundi. Ideò etiam dicitur Isaia 9. Filius datus est nobis, scilicet à Patre, à matre, à seipso, à Spiritu sancto. Si enim Abraham tantum fuit obediens & voluntatem suam tantum conformauit diuinæ voluntati, vt filium suum vnigenitum quem diligebat Isaac, voluerit immolari. Gen. 22. nec tamen pro mundi salute. quid credendum existimas de Maria filia Abraham? Propter hoc etiam prædixerat de matre filius. Luc. 10. Maria optimam partem elegit, scilicet conformare se per omnia diuinæ voluntati.

CAPVT XIX.

De charitate Mariæ ad proximum.

Vlto de charitate Mariæ ad vnigenitum, videndum restat de dilectione eius ad proximum. Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut teipsum, id est, ad fruendum Deo, ad videndum Deum, ad vitam æternam possidendam. Vel sic: Sicut teipsum, id est, gratis, non simonia-cè: seipsum enim diligit homo gratis, non propter aliquam vtilitatem quam inde consequi existimet. Similiter & gratis debes diligere proximum sine spe alicuius emolumenti temporalis. Sic enim diligit nos Maria, quæ bonorum nostrorum non eget: etsi enim diligit seruientes sibi, non tamen intorquet dilectionem illam in proprium commodum, sed in commodum ipsorum: & ideo desiderat ipsa, vt ei seruiatur, vt in nobis inueniat meritum quod retribuere teneatur. Vel sicut dicit August. Seipsum diligit homo id quod est, non quia sibi sit pater, aut frater, aut soror. Similiter proximum debemus diligere id quod est, non quia nobis sit pater, aut frater, aut aliquid. Vel sicut teipsum, id est, sicut te velles diligi. Quod duobus modis necesse est impleri, conseruando videlicet vtramque partem iustitiæ. Matth. 7. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est prima pars iustitiæ. 2. Tim. 4. Quod ab alio odis tibi fieri, vide ne tu aliquando alteri facias. Item tribus modis diligendus est proximus. Voto, verbo, & beneficio, scilicet corde, ore, & ope. In voto notatur bonum desiderium, vt scilicet ei desideres quidquid boni tibi desideras. In verbo notatur instructio, correctio, oratio, & huiusmodi. In beneficio, consilij, auxilij, & operum misericordiarum exhibitio. De prima ad Phil. 1. Testis est mihi Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus I E S V CHRISTI. De secundo, 1. ad Thess. 5. Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, &c. De tertio ad Galat. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Alter alterius onera portantes sunt

L. consi

consilium & auxilium sibi inuicem impendent. Tribus istis modis diligit nos Maria, omne bonum nobis desiderando, pro nobis iugiter exorando tam pro iustis ne cadant, quam pro peccatoribus ut resurgant. Misericordia autem & beneficiis eius pleni sunt cæli & terra, nec est qui se abscondat à calore eius. Aliter: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Deutero. 19 Diliges amicum tuum sicut teipsum. 70. dicunt proximum. Ibi interlinea. Sicut teipsum, id est, ex quo teipsum, scilicet ex charitatis affectu & effectu. Vel in quo teipsum, scilicet in Deo. Vel propter quod teipsum, scilicet propter Deum. Vel ad quod teipsum, id est, ad gratiam in presenti, & ad gloriam in futuro. Vel quomodo teipsum, scilicet supra res & corpus proprium, & citra Deum. Qui sic diligit proximum, legem adimpleuit. Rom. 13. In his duobus mandatis tota lex pendet & Propheta. Matth. 22. August. dicit, quod nomine proximi intelligitur omnis homo. Item supra illud Matth. 18 & Luc 17. Si peccauerit in te frater tuus, &c. dicit August. Quando audiente me, fratri meo quisquam facit iniuriam, à me putem alienam. Exemplum de Moyse qui interfecit Ægyptum iniuriantem fratri suo Exod. 2.

CAPVT XX.

De virtutibus cardinalibus Mariæ.

I. Vltio de tribus theologicis virtutibus Mariæ, videndum est quomodo habuit quatuor cardinales virtutes, scilicet iustitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam. Habuit enim iustitiam, qua filij sui exemplo induta est vt lorica. Isa. 59. nam sicut lorica impenetrabilis est spiculis & lanceis, sic illius iustitia & peccati immunitas nullis tentationibus quæ iacula sunt inimici, vnquam potuit penetrari. Necesse autem fuerat vt fortis mulier indueretur huiusmodi lorica, cum ad hoc à Deo præparata esset, vt adiutorio eius fortem illum qui suum atrium sedulo custodiebat, fortior superueniens, scilicet Dei filius, debellaret. Luc. 11. Nam tunc in manu scemine tradidit deus Sifaram. Iudic. 5. illius scilicet vnica & Hebrææ mulieris, quæ fecit confusionem in domo Nabucho. Iudic. 14. Sunt autem tres gradus iustitiæ principales, per quos omnes in culmen virtutum ascendit beata Virgo nostra. Primus, subitici maiori. Secundus, non præferri æquali. Tertius, subitici minori. Primus inchoat. Secundus promouet. Tertius consummat. Igitur Maria non solum iustitiam, sed & omnem iustitiam obtinuit, quæ cum facta esset mater regis æterni, & hoc sciret, non dedignata est ministrare Elizabeth, mater regis matri militis, mater summi Dei matri hominis puri, mater Domini omnium matri serui emptitij. Vnde dicit ei Elizabeth: Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? mater Saluatoris ad matrem præconis, mater verbi summi ad matrem vocis. Sed quod postmodum dicturus erat Dominus Ioanni, potuit Maria dicere Elizabeth: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam, id est, perfectam humilitatem.

Tres gradus iustitiæ.

Matth. 3. Item quia in omnibus consummatam iustitiam obseruauit, idè figurata est per Annam, cuius vultus non sunt in diuersa mutati. 1. Reg. 1. & hoc iustè: nam Anna gratia, & ipsa dicta est gratia plena. Item iustitia reddit vniciuique quod suum est, & ipsa Angelo salutanti discretam reddidit responsionem, scilicet, Quomodo fiet istud? Deo laudem & gratiarum actionem, dicens: Magnificat, &c. Homini bus sufficientem instructionem, dicens Ioan. 2. Quodcumque dixerit vobis, facite. Item ipsa reddidit quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Reddidit enim Deum mundo, quem per Euam mundus amiserat, & mundum, id est, amatores mundi, quantum in se est, reddere Deo nunquam cessat precibus, meritis, & exemplis. Per ipsam enim specialiter factus est Deus mundi & mundus Dei.

Prudentia est discretio boni & mali cum vnus appetitu, & alterius derestatione. Aliter: Prudentia est mundum & omnia quæ in eo sunt, diuinorum contemplatione despiciere, & omnem cogitationem animi in sola diuina dirigere. Ita describit Macrobius prudentiam in somnio Scipionis. In Euangelio Matth. 25. de quinque prudentibus virginibus legitur, per quas signantur quinque prudentiæ, quas omnes reperire est in Maria, quæ fuit virgo prudentissima. Consistit autem prudentia in malis cauendis: quia facit astutum. Vnde Dominus hanc commendat Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Prima autem eius prudentia, quod sibi cauit à mundi vanitate. Vnde inuenta est ab Angelo domi sedens, vel fortè orans, sicut dicit beatus Bernard. Nec in foribus domus, sicut illa Salomonica mulier Prouerb. 9. sed magis, vt creditur, in conclau, sciens quod in cunctis qui foris sunt, dicitur, vt, &c. Amos 5. & recolens quid Dinæ acciderit ex euagatione, quæ ideo corrupta est, quia vaga. Gen. 34. Ideo autem signata est per Saram uxorem Abraham laticantem in tabernaculo. Gen. 18. & per Saram filiam Raguelis. Tob. 3. orantem in superiori cubiculo domus suæ, & per Iudith 8. quæ clausa manebat in cubiculo, id est, in secreto oratorio cum puellis suis, id est, cogitationibus humilibus & mundis & affectionibus sanctis: & per hoc quando Gabriel Angelus ingressus est ad eam, tunc Angelus magni consilij ingressus est ad cor eius. Quare dixit de eo Gabriel: Dominus tecum. Secunda, quod cauit sibi ab euagatione contra hoc quod conuerteretur Psal. Cor meum dereliquit me. Propter hoc præcipue de ea potest illud intelligi quod dixerat Dominus Ose. 2. Ducam eam in solitudinem, animi scilicet, & loquar ad cor eius. In solitudinem ducta erat à Domino, quando sola claudebatur in thalamo. Ad cor eius loquebatur Dominus per Angelum dicentem sibi: Ave gratia plena, & cætera quæ sequuntur. Tertia, quod turbata est in sua exaltatione exemplo David patris sui qui dicit: exaltatus humiliatus sum & conturbatus: contra hoc quod lucifer de sua exaltatione superbiuit, & contra eos qui suos adulatorem secum tenent in quorum laudibus gloriantur. Quarta, quod cogitabat de salutatione. Hoc inuenies paulo infra. Siquidem quia prudens erat Virgo non solum

2. Multiplix prudentia descriptio.

CAPVT XX.

De paupertate Mariæ.

solum quid loqueretur, sed cui loqueretur, & quid deceret eam loqui, considerauit prudenter & discretè. Quinta apparuit in interrogatione & breui responsione Prou. 17. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est, &c. Infra titulo de verbis eius inuenies hæc omnia ad plenum.

Et nota, quod tres mulieres quæ figurant Mariam, commendantur à prudentia. Prima Abigail, quæ erat prudentissima & speciosa. 1. Reg. 25. & hæc per prudentiam malum imminens viro suo & domui suæ præcauit, & David iratum contra Nabal stultum verborum suorum subtilitate placauit. Et nota, quod Abigail interpretatur patris mei exultatio: quia de ea exultant Pater & Filius & Spiritus sanctus, & ipsa orando, impetrat à vero David, ne statim interficiat Nabal stultum & pessimum, id est, genus humanum. Secunda mulier Thecutes, cui dixit Ioab 2. Reg. 14. Luere te simula, &c. & hæc malum quod iam euenerat, quasi aboleuit, David patri suo reconcilians Absalon fratricidam. Sic Maria verbis prudentibus Christo reconciliat homicidas fratris, id est, spiritus sui. Tertia mulier in Abela. 2. Reg. 20. quæ dixit Ioab: Nunquid subuertere vis matrem ciuitatum in Israël? Et hæc caput Sibæ, qui seditionem mouerat contra David, proiecit ad Ioab, & ciuitas saluata est. Sic Maria sub pedibus contriuit Barrabam, id est, diabolum, qui propter seditionem quam mouerat in celo quod est regnum veri David, & homicidium quod perpetrauerat in seditione quando se & suos complices interfecit, vnde & dicitur homicida à principio Ioan. 8. missus est in carcerem inferni. Luc. 23. Item gloriosa Virgo est prudentissima virginum, habens lampadem integerrimæ virginittatis, & oleum misericordie in omnibus vasis suis, in vase cordis per affectum misericordie, in vase manuum per effectum, & in vase oris per benignitatem orationis.

Maria fuit prudens: quia prudenter cogitans, qualis esset angelica saluatio. Cum enim sub lege nulla esset mulier sine maledictione vel sterilitatis, vt virgines, vel corruptionis, vt matres, merito cogitabat quomodo diceretur ei Ave. Cum sciret sub lege non esse plenitudinem gratiæ: quia lex neminem duxit ad perfectum. Hebr. 7. mirabatur quomodo plena gratia diceretur. Cum audisset, Concipies & paries, conferebat verba Isa. 7. dicens, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, cum verbis Angeli dicentis, Ecce concipies in utero & paries filium, &c. certa de facto, sed dubia de modo.

Maria fuit prudens ore vel sermone: quia certificata de modo cum dictum esset ei: Spiritus sanctus superueniet in te, &c. fidem quam in corde habebat, ore expressit, dicens: Ecce ancilla Domini, &c. Item prudens sermone: quia cum summa deuotione postulauit quod ei promittebatur impleri, subiungens: Fiat mihi secundum verbum tuum. Opere: quia concepto Filio Dei spontaneè & deuotissimè se humiliavit ad seruendum Elizabeth, iuuenula scilicet virgo mulieri veteranz, & hæc morata est cum ea tribus mensibus, sicut dicit Ambrosius in libro de virginitate.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Paupertate quæ est contritio spiritus, id est, humilitas, non dubium pauperrimam fuisse Mariam. Paupertate etiam, id est, abdicatione temporalium: vnde & mulierem quæstuariam appellat eam Hierony. quæ cum actu & furo vnde viueret & nutrirer Filium, lucrabatur, vt de ea ad literam videatur posse intelligi illud Prouerb. in fine: Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt furtum. Et nota, quod licet pauperula, non tamen legitur aliquid mendicasse, vel pro temporalibus filium exorasse. Et quod pauperrima fuit, patet ex hoc quod in propria ciuitate, id est, Bethlehém quæ ex patre suo David, sibi quasi iure hæreditario debebatur, Dei Filium paritura, hospitium non inuenit: quia vnde illud conduceret, forrasse non habuit, & idè in diuersorium secessit, & ibi peperit Saluatorem. In hoc etiam quod filio nato non habuit pelles quibus eum in media hieme operiret, sed inuoluit panniculis. Item in hoc quod ipsum non potuit ponere in lecto, vel conclau, vnde reclinauit in præsepio. In hoc etiam quod fabro erat desponsata, sicut dicunt Iudæi Ioan. 6. & tales fere vbique pauperes sunt. In hac autem tanta paupertate fuisse largissima comprobatur, quæ licet solum apprehenderit vt victum quæreret, tamen manum suam aperuit inopi, & pallum suum extendit ad pauperem, non sollicita de crastino. Credendum est enim quod illi beati reges qui filium eius cæli regem & Dominum cognouerunt, non modicum, sed magnum quid obtulerunt ei largè. Vnde dicitur Matth. 2. Et apertis, non buris, sed thesauris suis, obrulerunt ei munerà, non minus vnicum: & immensis etiam muneribus munerauerunt Ioseph & Mariam, prout legitur in apochrypho de infantia Saluatoris. Dicunt tamen quidam, quod idè dicitur de Magis, inueniunt puerum cum Maria matre eius, non cum Ioseph: quia diuina dispositione actum est, vt quando illi venerunt, absens esset Ioseph, ne de illo crederent Christum esse natum. Vnde super locum illum dicit Hilarius, quod Ioseph non legitur post natiuitatem Christi vir Mariæ dictus, in quo innuitur, quod ante natiuitatem vir eius dicebatur quasi nutritius ad officium, sed post natum puerum non est dictus vir, vt per hoc insinuetur, quod ipso nato pueri solatium sufficere poterat. Quid autem de tantis muneribus fecerit Maria, quæ circa ipsam sumptuosa fuisse non creditur. Vtique manum suam aperuit inopi, & omnia in usus expendisse creditur egenorum, nec de vigesima octaua purificationis die qui sequebatur, nec etiam de crastino curam gerens. Per maximum enim paupertatis eius extitit argumentum, quod filium suum ad templum deserens, vnde vnum solum agniculum emeret, non habebat: cum tamen in terra sancta molis agniculi inueniantur, & pro modico pretio habeantur. Quis enim dubitat, si agnum habere potuisset, iuxta

L 2 præceptum

præceptum legis Leuit. 12. ipsum cum filio deuotissime obtulisset: imò certè si lex præciperet, & eos habere posset centum vel mille agnos: legitur enim ibi sic: Cum expleti fuerint dies purgationis eius pro filio vel filia, deferet agnum anniculum in holocaustum. Compatis autem Deus paupertati matris suæ, & eam præuidens, subintulit paulò post: Quod si non inuenerit manus eius, nec potuit offerre agnum, sumer duos turtures, vel duos pullos columbæ. Amb. videtur velle, quòd vtramque oblationem obtulerit, scilicet turturis & columbæ.

2. Item fortè propter paupertatem suam voluit Deus, quòd desponeretur fabro, qui de artificio suo sustentaret eam. Item cum Christus dicat, Ego egenus sum & pauper, & Apostol. 2. Corinth. 8. Scitis gratiam Domini nostri IESU CHRISTI, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia diuites essetis, patet quòd mater non fuit diues, sed pauper, vt filio assimilaretur. Similiter cum ipse dicat Matth. 8. Filius hominis non habet vbi reclinet caput suum, idem patet. Item cum aliz sanctæ mulieres sequentes Dominum, ministrarent ei de facultatibus suis, vt dicitur Luc. 8. patet, quòd mater non habebat vnde ministraret ei. Quæ & ei libentius impenderet, & ille amplius eius ministerium acceptaret.

3. Item ratione paupertatis comparatur ipsa virgæ, quæ modicum terræ occupat: quia si habuisset vbi caput proprium reclinaret, ibi multò libentius quam caput proprium natum filium reclinasset. Constat autem, quòd pauper fuit spiritu, id est, voluntate, non necessitate, cum filius eius cuius est terra & plenitudo eius, nihil posset aut velle ei negare, sicut apparuit, quando ad nutum eius aquam mutauit in vinum. Ioan. 2. Merito autem paupertatis lucrata est regnum cælorum: quia sicut dicitur Luc. 6. Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Et nota, quòd vnum martyrij genus est voluntaria paupertas. Vnde beatus Bernardus: Mirabile martyrij genus est voluntaria paupertas. Quid enim mirabilius, aut quod martyriū grauius est, quam inter epulas esurire, inter pocula sitire, inter vestes algere, paupertate premi inter diuitias, quas ostendit mundus, offert malignus, desiderat noster appetitus. Mirabile est ignem tangere & non vri, spinas colligere & non pungi, lapides transire & non lædi. Sunt enim diuitiz ignis, spinæ, & lapides.

4. Item quia fuit amatrix paupertatis, & in lege vbi temporalia promittebantur, dicitur de ea Apoc. 12. quòd habebat linteam sub pedibus eius, id est, omnem gloriam mundi & omnia mirabilia sub affectibus. Idèd dicitur mater pulchræ dilectionis. Eccl. 24. quia in nulla parte fuit in ea amor terrenalitatis, quæ sordidat animam & obscurat, sed Deum amauit ante omnia & nihil cum ipso: & est hæc pulchra dilectio, quam ipsa emisit in lucem, sicut mater filium quem gestabat in vtero, emittit in lucem in partu: & idèd dicitur mater pulchræ dilectionis. Idèd dictum est de ea Isa. 16. Egredietur virga de radice Iesse. Iesse quia pater Dauid, & idèd caput regni, potest significare

Serm. 1. in
feste annu
Sanctorum,
in fine.

populum Iudæorum. Radix illius populi erant temporalia: quia pro terrenis seruiebant, & in eis radicati erant & fundati. Isa. 1. Si volueritis, &c. Ab hac radice egressa est beata Virgo per contemptum temporalium. Ipsa etiam erat virga consergens ex Israël. Num. 24. quæ duces Moab, id est, res temporales, quibus reguntur filij huius seculi, sicut sancti Spiritu Dei, percussit, dum omnia arbitrata est vt stercorea. Huius virgæ ascensum, & deliciarum affluentiam, & innixionem super dilectum. Cant. 8. mirabatur synagoga, cum dicebat: Quæ est ista quæ ascendit, &c. quia ipsa synagoga descendeat & deliciis indigebat: nam sub mundo premebatur, & ei innitebatur, nec in cælo conuersabatur, sed sub sole, vbi non est nisi afflictio spiritus. Eccl. 1. & 2.

CAPVT XXI.

De diuitiis Mariae.

Viso de paupertate Mariæ, videndum est de diuitiis eius. Et primò notandum est, quòd ipsa dicitur thesaurus Domini. Vnde Sapient. 8. Infinitus est thesaurus hominibus, quo qui vti sunt, participes facti sunt amicitiz Dei, propter disciplinæ dona commendati. Thesaurus est vbi diuersarum operum diuitiz quasi minutatim recluduntur, vt quasi simul in vnum ibi cumulum reperiantur. Est autem thesaurus nomen ex Græco Latinoque compositum: nam thes vel thesis repositum vel repositio Græci dicitur, Latini aurum, quod iunctum sonat repositum aurum vel repositorium auri. Maria ergo thesaurus: quia in ea vt in gazophylacio repositus Dominus omnia dona gratiarum, meritum, virtutum & prærogatiuarum, donorum & charismatum: & de thesauro largitur ipse larga stipendia suis militibus & operariis. Et istæ sunt diuitiz quæ addunt amicos plures. Proverb. 19. Scilicet Deum, Angelos, & homines sanctos. Dicitur etiam thesaurus hic infinitus, id est, inexhaustus, hominibus, id est, ratione vrentibus: quo qui vti sunt, operantes secundum consilia & exempla eius, & ad eius gloriam & honorem: participes facti sunt amicitiz Dei, id est, facti sunt amici Dei. Ipsa enim dicit cum filio Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur à Patre & Filio meo. Item illud Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis, &c. Nota, quòd quidam habent Mariam vel Christum in corde per dilectionem, alij in lingua per laudem, alij in codice per scripturam, alij in manu per operationem, sine qua tria prædicta non sufficiunt, quia probatio dilectionis exhibitio est operis: & isti soli remunerabuntur. Vnde dicitur in iudicio Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem suam, & illis solis. Propter disciplinæ dona commendati, id est, commendabiles facti Deo & hominibus propter dona disciplinæ, quæ est ordinata morum correctio, quam docent exempla Mariæ. Vel propter flagella diuinæ correctionis quæ in se custodiunt & sustinent patienter.

Maria

Maria dicitur thesaurus: quia thesaurus occultatur & clauditur: & Mariam inuenit Angelus clausam in thalamo, non inuentem in platea. Sollicitè custoditur: & de Maria dicit Psal. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te. Quare secundo de ortu. De ipso confiditur: vnde Barnab. 3. Qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, &c. & de Maria dicit Proverb. vlt. Confidit in ea cor viri sui. Possidet cor possessoris sui: vnde Matth. 7. Vbi thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Similiter cor Domini ad Mariam quæ est possessio eius actiue & passiue. Passiue: vnde ipsa dicit Proverb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, &c. Actiue: vnde nato filio potuit dicere cum Eua Gen. 4. Possedi hominem per Deum. De ipso remunerantur milites & serui: quia filij merces, fructus ventris virginalis. Ex pretiosis & multis durabilibus componitur. Continuè augmentatur pro possibilitate thesaurizantis. Tempore necessitatis, vtilitatis, & honoris expenditur. Inde proferuntur à patrefamilias noua & vetera. Matth. 13. In ipsa siquidem fuerunt thesauri sapientiz & scientiz absconditi. Coloss. 2. quæ in Nouo vel Veteri Testamento inuenerunt. Per patrefamilias intelligitur ordo prædicatorum. Et nota, quòd tria principaliter solent thesaurizari, aurum scilicet, & argentum, & lapides pretiosos. In auro principaliter designantur charitas & sapientia; virginitas & obedientia: in argento sonora & tinnula oratio, vel eloquentia: in lapidibus pretiosis virtutum vniuersitas figuratur. Potest etiam Maria dici thesaurus vel gazophylacium, id est, vas vel locus vbi reponuntur diuitiz, id est, Christus verus thesaurus absconditus in hoc gazophylacio. Vnde dicit ei Isa. 45. Vere tu es Deus absconditus, scilicet in vtero virginali. Hunc thesaurum virgo portauit, abiens visitare Elizabeth: verecundia virginalis occultauit Ioannes clausus in vtero præsentens eum, exultauit Elizabeth publicè manifestans exclamauit. Ipsa enim est vna aurea continens hunc thesaurum. Ad Hebr. 9. In qua scilicet vna, reposita fuerunt, aurum deitatis. Vnde dicit Cantic. 5. Caput dilecti mei aurum optimum. Argentum mundissimæ & candidæ humanitatis, igne Spiritus sancti multipliciter examinatum.

2. Item de multitudine diuitiarum suarum quæ non temporales, carnales, corruptibiles, seculares, sed æternæ, spiruales, incorruptibiles, & cælestes fuerunt & sunt & erunt, dicit Mariæ Spiritus sanctus Proverb. in fine: Multæ filiz congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Versus iste continetur sub litera, res, quod interpretatur sapientia, per quam solam spiruales diuitiz congregantur, & laudi Mariæ specialiter conuenit, cui specialiter datur & attribuitur laus Ecclesiæ, cum ipsa sit honestius membrum & pulchrius sub capite in toto corpore Ecclesiæ, & præter Glossarum seriem sic exponi potest de Virgine gloriosæ: Multæ filiz, id est, virtutes angelicæ, quibus ipsa dicit Cantic. 5. Adiuua vos filiz Ierusalem, &c. Vel, Multæ filiz, id est, virgines sacratæ: vnde in Psal. Myrta & gutta & casia, &c.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

ex quibus delectauerunt te filiz regum, &c. Vel, Multæ filiz, id est, penitentes animæ, de quibus dicitur: Et filiz Tyri in muneribus, &c. Vel, Multæ filiz, id est, animæ contentes peccata sua & laudes Dei, quæ sunt filiz Iudæ. Vel, Multæ filiz, id est, animæ contemplatiue, quæ sunt filiz Sion, id est, speculationis. De primis, id est, virtutibus angelicis dicit beatus Bernard. Virginitas quidem in ea fuit, qualis Angelorum, sed in corpore fragili, quod non Angelorum, vnde & omnium diuitias supergressa euidens euehit cælestis insigne originis, dum videmus ab ea & angelicam similitudinem in regione dissimilitudinis retineri, & goriam cælibis vitæ in terra & ab exule vsurpari. Hieron. Profectò in carne & præter carnem viuere, id est, præter vitia carnis, non terrena vita est, sed cælestis. Vnde & in carne angelicam gloriam acquirere, maioris meriti est quam habere. Esse enim Angelum felicitatis est, esse verò virginem virtutis, dum hoc obtinere viribus nititur cum gratia, quod habet Angelus ex natura. Vtrumque tamen & esse virginem vel Angelum, non terrena vita est, sed cælestis. Virginitati autem aliarum annexa est sterilitas & insidiatur superbia: sed huius virginitatem seruauit humilitas, & decorauit fecunditas. De secundis, id est, de virginibus sacratis potest dici, quòd si illæ virgines, hæc virginum, quæ prima vouit virginitatem absque omni humano præcepto, consilio, & exemplo: vnde & hoc nomen promeruit, vt Virgo virginum siue regina virginum deinceps vocaretur, & ab ea omnes aliz exemplum accipiant, hæc autem à nulla. Et cum omnes aliz sint steriles à fructu carnali, hæc virgo simul & mater. Et si aliz sint humiles, hæc est humillima: & quantò omnibus humilior, tantò omnibus sublimior: quia nec primam similem visâ est nec habere sequentem.

Item si aliz misericordes, hæc est mater misericordiz habens quasi duo vbera, quæ debemus petere iugiter ad sugendum, sicut filij vbera matris suæ. Hæc sunt puritas carnis contra luxuriam, & humilitas mentis contra superbiam. Vnde petimus: Nos culpis solutos mites fac & castos. Et sic: Vitam præstata puram.

Item si aliz plene bonis operibus quæ aliis impendant pauperibus, tamen hæc faciunt de aliena substantia: sed Maria non solum alicui pauperi, imò ipsi Filio Dei, de quo illud specialiter exponitur, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, omnia impendebat opera misericordiz de substantia propria, implens illud Proverb. 3. Honora Dominum de tua substantia. Et idèd super omnes benedicta: vnde dictum est ei Luc. 1. Benedicta tu inter mulieres, id est, super omnes mulieres.

Item si aliz commendantur de fide, hæc multò magis, quæ ad primum verbum Angeli credidit, quòd in se posset impleri, quod nunquam audiret fuerat, nec in cælo, nec in terra, scilicet quod posset concipere & parere manens virgo. Vnde & per magnanimitatem fidei respondit: Fiat mihi secundum, &c.

L 3

Item

Item si alia commendantur de eo quod angustiantur pro peccatis propriis, scilicet filia Tyri, quod interpretatur angustia, hæc multo plus commendanda est, quod tantum compassa est mundo peccatori, quod libentissime cum filio compassa fuisset pro salute mundi: nam si pro mundo non posuit animam, exposuit tamen: & quod potuit, fecit, & ad hoc stetit creditur iuxta filij crucem.

Item si alia, scilicet filia Iudæ commendantur de confessione peccati & laudis: hæc multo dignius cantat canticum diuinæ laudis, sequens agnum quocumque ierit: nam peccatorem non habuit, quæ posset confiteri.

Item si alia commendantur de gratia contemplationis, ipsius contemplatio verè singularis. Quare titulo de contemplatione eius.

Item si alia pulchra & prudentes, hæc pulcherrima mulierum. Cant. 6. & prudentissima designata per Abigail, quæ erat prudentissima & speciosa. 2. Reg. 25. & sic poteris assignare de charismatibus omnium virtutum.

Dicitur ergo: Multa filia, id est, virtutes angelicæ & animæ sanctæ congregauerunt diuitias diuersarum virtutum & operum, meritum, præriorum. Tu discretiue, ô beata Virgo, supergressa es vniuersas, excellentia humilitatis, virginitate fecunditatis, & fecunditate virginitatis: nam virginitas non excludit in te fecunditatem, nec fecunditas virginitatem violauit, quod est tibi gloria singularis. Tu supergressa es: quia sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, dicit Christus de Maria. Cant. 2. Si quidem spina licet flores proferat, lilium tamen incomparabilis est. Omnis autem homo spina, cui terra corporis sui & conscientia spinas germinat & tribulos, excepta Virgine gloriosa. Vel idè dicitur Maria vniuersas filias supergressa: quia sicut dicit Hieronymus, cæteris per partes data est gratia, Mariæ verò se totam infudit gratiæ plenitudo. Vel sic: Tu supergressa es vniuersas, & hoc tripliciter, per sanctificationem qua depurata es ab omni fœtulentia terrenæ corruptionis, per cognitionis plenitudinem qua ab omni nubilo erroris, per summam contemplationem qua ab omni tumultu mundanæ actionis.

Aliter: Multa filia, &c. Prævidens Salomon dignitatem & excellentiam beatæ Virginis, virtutes quas singillatim attribuit, illi vniuersaliter inesse asserit, dicens: Multa filia, id est, virgines. Non dicit omnes: quia sunt fatuæ virgines, quæ continent pro laude humana: prudentes verò solus interioris arbitrij oculis placere appetunt. Quare dicitur, Filia congregauerunt. Ex ipsa expositione vocabuli vium notat liberi arbitrij cum gratia: quia coadiuuantes Dei sumus, qui misericorditer operantur in nobis velle & proficere: quia non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Diuitias non corporales, sed spirituales. Tu singulariter & discretiue supergressa es vniuersas merito & præmio: quia sicut dicit Hieronymus, cæteris per partes datur gratia, Mariæ se totam infudit gratiæ plenitudo. Vnde dicta est gratia plena.

Aliter: Per hoc quod Salomon ponit tempus præteritum, dicens, congregauerunt, videtur hoc debere intelligi de sanctis mulieribus Veteris Testamenti, quibus ipsa figuratur, quæ diuersis virtutibus claruerunt. Commendatur Sara à fidelitate. Hebræ. 11. Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit. Sed Maria fidelior Sara, quæ de promisso dubitauit, ipsa vero non. Luc. 1. Beata quæ credidisti: quia nunquam de promisso Angeli hæsitauit. Rebecca à speciositate. Gen. 24. quæ fuit virgo pulcherrima. Sed Maria speciosior. Sap. 7. Est enim speciosior sole. Rachel ab amabilitate. Gen. 29. Quam diligens Iacob, &c. Sed Maria amabilior, in qua consummatus est ille amor, per quem reuocata sunt antiqua odia. Propter hoc in Cant. tam sæpè vocatur dilecta. Lia à fecunditate. Gen. 29. & 30. Sed Maria fecundior: quia etsi non genuit nisi vnum, tamen in illo vno genuit salutem omnium. Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum, &c. Debora à sapientia. Vnde & propheta erat, & populum iudicabat. Iudic. 4. Sed Maria sapientior, quæ ædificata est in domum sapientiæ. Prouerb. 9. Esther ab humilitate & detestatione gloriæ mundanæ, quæ dicebat Domino. 14. Tu scis, quod abominer signum superbiæ, &c. Sed Maria multo humilior, cuius humilitatem respexit Deus, & per eam veterem deiecit superbiam diaboli. Iudith à fortitudine: quia occidit Holofernem. Iudith 13. Sed Maria fortior, quæ contriuit caput serpentis antiqui. Gen. 3. Ipsa conteret, &c. Propter hæc omnia & multa alia dicitur: Benedicta inter mulieres, id est, super omnes mulieres, sicut glossat Hieronymus.

Item de multitudine diuitiarum suarum gloriatur ipsa, & dicit cum sapientia Prouerb. 8. Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes superbiæ & iustitia. Quasi dicat contemnentibus sibi seruire & se diligere: Si amor meus non mouet vos ad querendum & diligendum me, saltem cupiditas moueat vos: quia mecum sunt diuitiæ & gloria, id est, diuitiæ gloriolæ, quæ scilicet faciunt possessores suos gloriosos. Temporales autem diuitiæ dicuntur stercore. Phil. 3. vt ex ipsa vilitate vocabuli vilescant. Sed spirituales diuitiæ, scilicet virtutes, merita & bona opera sunt opes superbiæ, id est, supereminentes, non ima petentes. Vnde Eccles. 10. Promittitur Isa. 54. Ponam te in superbiam seculorum. Item superbiæ: quia dantur illis qui vadunt superius, id est, super proprium sensum & propriam voluntatem. Propter hoc dicit Maria seruo suo: Amicæ ascende superius. Luc. 14. Istæ etiam diuitiæ exaltant cor à terrenis ad celestia. Eccl. 40. Facultates & virtutes exaltant cor, &c. Et istæ diuitiæ acquiruntur bona operatione. Vnde Prouerb. 10. Manus fortium diuitias parat. Item tales diuitiæ fortes faciunt possessores suos. Prouerb. 10. Substantia diuitis vrbis fortitudinis eius, &c. Vel opes virtutum dicuntur superbiæ ab effectu: quia faciunt hominem superbum sancta superbia, quæ est indignatio contra vitia & peccata. Eccles. 1. In multa sapientia multa indignatio. Isa. 63. Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Hieronymus: Fili discite sanctam superbiam. Philosophus: Si scire

CAPVT XXII.

De largitate & misericordia Mariæ.

scire homines ignoraturos & deos ignoscituros, adhuc peccare designat. Et hæc sunt diuitiæ quæ addunt amicos plurimos, scilicet Deum, Angelos, & sanctos. Prouerb. 19. Hæc autem sancta superbia procedit ex adipe gratiarum, de qua in Psal. Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Vnde Deut. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, contra vitia & peccata. Et iustitia est mecum, sine qua cætera non valent. His diuitiis ditant, sapientia, Christus, & Maria seruientes & amatores suos. Vnde subditur paulo post: In viis iustitiæ ambulo, vt & tu ambules in viis iustitiæ si vis occurrere Christo, sapientiæ, vel Mariæ. In medio semitarum iudicij, id est, discretionis. Ad literam: Maria vias præceptorum ambulauit, filium circuncidendo, & ipsum cum hostiis legalibus ad templum Domini deferendo, & huiusmodi. Ambulauit etiam in medio semitarum iudicij, id est, per semitas consiliorum cum discretione votum virginitatis emittendo, & easdem vias docuit nos exemplo. Sequitur in auctoritate: Vt ditem diligentes me, diuitiis supra dictis quæ replent. Nam diuitiæ temporales inaniunt. Et thesaurus eorum repleam, id est, loca vbi diuitiæ reponuntur, quæ sunt tres vires animæ. Precibus enim matris replet Dominus rationabilem perfectam cognitionem summæ veritatis, concupiscibilem perfectam dilectionem summæ bonitatis, irascibilem perfectam gloriæ exultationis.

Nota, quod quadruplices sunt diuitiæ, temporales, spirituales, cælestes, supercælestes. Primæ sunt temporales, quas dat communiter bonis & malis ille qui facit solem suum oriri super bonos & malos, &c. Matth. 5. Sed filii dantur ad sustentationem, malis ad remanentiam. Matth. 6. Receptum mercedem suam. Propter hoc melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Idè orat Salomon Prou. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, &c. Stude super hæc materia. Secundæ spirituales, id est, dona & virtutes quæ possessores suos verè faciunt diuites. Gregorius: Si verè fratres diuites esse cupitis, veras diuitias amate. De istis dictum est supra. Tertiæ sunt cælestes, id est, gaudia paradisi. Vnde de iusto: Gloria & diuitiæ in domo eius, id est, in paradiso, vbi mente habitat. Et talibus diuitiis pascitur homo interior per spem. Vnde Psal. Inhabita terram, viuentium scilicet, & pascetur in diuitiis eius. Oculis pascitur pulchritudine, auris melodiâ, olfactus suauitate, gustus dulcedine. Idè dicitur Isa. 64. quod oculus non vidit, quoad primum: nec auris audiuit, quoad secundum: nec in cor hominis ascendit, quoad singulâ. Idè dicitur: Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, &c. Quartæ sunt supercælestes, scilicet virtutes exemplares in Deo, vt bonitas Dei, misericordia Dei, & sic de aliis. Ad Rom. 11. O altitudo diuitiarum, &c. Has videre, est ipsas habere. Has dabit nobis Dominus, quando videbimus regem in decore suo, & sicuti est.

DE largitate & misericordia Mariæ congruè potest dici, quod cum ipsa sit summè diues, summè etiam liberalis, constat, quod summè larga & misericors est, implens illud Tob. 4. Quomodo poteris, ita esto misericors: si multum tibi fuerit, abundanter tribue, &c. Item Sapient. 11. dicitur ei: Misericors omnium, quoniam misericordia potens, &c. Item Prou. in fine: Multa filia congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Item Eccl. 14. Secundum vires tuas exporrigens da pauperi, &c. id est, peccatori. Item Eccl. 35. Da Altissimo secundum donatum eius, &c. Altissimo enim datur, quod pro honore eius suis pauperibus tribuitur. Et nota, quod dicit: secundum donatum eis. Esther 2. dicitur, quod Esther habuit gratiam & misericordiam super omnes mulieres, &c. per quam significatur Maria. Ergo ipsa debet dare secundum gratiam & misericordiam quam accepit, iuxta illud Eccl. 31. Intellige quæ sunt proximi ex teipso. Christus enim ascendit in altum, dedit dona hominibus. Similiter & Maria vera & vnica filij imitatrix, ex quo ascendit in cælum, dabit & ipsa dona hominibus. Siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina cælorum est, misericors est. Nisi forte aut non creditur Filius Dei honorare matrem, aut dubitate quisquis potest omnino in affectu charitatis transisse Mariæ viscera, in quibus ipsa quæ Deus est charitas, nouem mensibus corporaliter requieuit. Vnde & dicimus ei: Salue regina misericordiz, commemorantes, quod possit tanquam regina, & velit tanquam misericors nos iuuare. Securè quidem intrandum est in illam curiam, vbi porta aperta est: & intrantes nullus arceat ostiarius, nullus cubicularius excludit, vbi omnes ciues ciuitatis illius vota nostra suscipiunt. Clamādum est igitur iugiter ad reginam misericordiz: quia sicut dicit beatus Bernardus, meritò non exauditor, qui clamare dissimulat. Regina siquidem solet esse munifica, larga, & liberalis. Nec solum regina misericordiz quoad potentiam miserendi, sed & mater misericordiz appellatur quoad affectum miserendi, libentius creaturis filij sui misericordiam exhibens, quam aliqua mater filiis veteri sui. Vnde dicit Isa. 49. Nunquid potest obliuisci mulier filium, &c. vt supra titulo de charitate. Ipsa est etiam vas misericordiz præparatum à Domino in tempore miserendi, quod modo est. Vnde & designatur per Esther, quæ præparata in tempore interpretatur. Dicitur etiam mater misericordiz, id est, Christi, qui antonomastice dicitur misericordia. Vnde Psal. Misericordia mea & refugium meum, &c. Idè dicit quidam de hac matre, Ad quem refugient filij miseriz, si eos repellat mater misericordiz: Mater enim ista omnia bona nobis vult, sicut mater filijs. Vnde & dicere videtur Christianis illud Phil. 1. Testis enim mihi est Deus,

Deus, quemodo vos cupiam in visceribus Christi mei. Ipsa etiam est fons misericordiarum: quia sicut fons per subterraneos meatus semper recipit aquam & semper refundit, sic beata Virgo fons & puteus est aquarum viuentium, quæ à Christo ad ipsam, & ab ipsa ad nos fluunt impetu de Libano, id est, de candore benignitatis vtriusque. Non enim mater hæc designatur peccatores, sicut nec bona mater filium scabiosum: quia propter peccatores factam se recolat misericordiarum genitricem: vbi enim non est materia, misericordia non habet locum. Gregorius: Quia semper sumus in miseria, semper indigemus misericordia. Ideo etiam comparatur luna, quæ inter omnes planetas terræ propinquior est. Sic Maria inter omnes sanctos magis peccatoribus condescendit, qui designantur per terram: nam sicut terra vilissimum est elementum, sic peccator vilissima creaturatum. Ideo etiam possunt ei dicere peccatores, quod propter ipsos facta est ipsa mater misericordiarum: nisi enim homo peccasset, non incarnaretur Filius Dei, nec ipsa fieret mater Dei. Reitat ergo, &c. Propter hoc curialiter dicit ei quodam veritificator:

Festina miseris misereri Virgo beata.

Nam si te recolis, miseri fecere beatam.

Ergo bea miseris, quorum te causa beatuit.

Et illud: Nec abhorre peccatores, sine quibus nunquam fores, tanto digna filio. Si non essent redimendi, nulla tibi parienti Redemptorem ratio. Item propter utilitatem misericordiarum eius comparatur ipsa soli, qui vilior est omnibus creaturis sub cælo: sic & illa misericordia quam viscera eius effuderunt in terram, scilicet Filius eius. Ab ipsa etiam in cælis regnante cunctis fidelibus misericordia ministratur. Quod etiam prima in Euangelio pro homine legitur filium exorasse Ioan. 1. vbi dixit: Fili vinum non habent. Quasi diceret: Fili misericordia tuæ pietatis & dilectionis indigent homines ieiuni & aridi, vt illos amodo diuinæ gratiæ vinum lætificet, quos hætenus legalis obseruantia sapor insipidus contristauit. Adhuc etiam Christus aquas peccatorum conuertit in vinum gratiarum, precibus & meritis matris suæ, & etiam aquas miseriarum in vinum consolationum. Postulat enim pro nobis hæc mater gemitibus inenarrabilibus, quando per infusionem gratiæ suæ facit nos gemere & impetrare orando veniam dilectorum.

2. Item Maria naturaliter clemens & misericors est, & eius pietas semper suscipit nutrimentum. Vnde & ei specialissime conuenit illud Iob 31. Ab infantia creuit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum. Et nota, creuit. Ipsa etiam, quantum in se est, miseretur omnium: quia omnia potest, & dissimulat peccata hominum propter penitentiam. S. p. 11. Item Eccl. 36. Speciosa est misericordia eius in tempore tribulationis, sicut nubes pluuiæ in tempore siccitatis. Et comparatur misericordia eius nubi: quia velut nubes misericorditer abscondit peccatores ab ardore solis, id est, ab ira filij: & quia obumbrat eis, & ipsos refrigerat ab æstu concupiscentiarum, & velut pluuia quadam gratiæ fecundat eos ad bene operandum.

Item ratione misericordiarum appellatur ipsa

stella maris: quia lucem consolationis & gratiæ subministrat in amaritudine constitutis: vbi enim est miseria, ibi solummodo misericordia habet locum. Nec mirum si de peccatoribus sollicita est, cum pro eorum salute illum concepit, qui non venit vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Matth. 9. Ad hoc etiam designandum in hora qua in Berthelem peperit Saluatorem, Romæ fons olei dicitur erupisse, & vsque in Tiberim defluxisse. Roma siquidem semper fuerat quasi quædam sentina peccati, & ipsa peccatoribus peperit illum, qui ad hoc natus est, vt peccata tollerent mundi: ad hoc enim venit ipse, vt stabula cordium nostrorum emendaret: & ideo nasci voluit in stabulo. Vnde etiam designatur per Ioseph, cuius manus in Cophino seruierunt. Cophinus vas est ad sordes exportandas.

4. Item ipsa non solum vna est de numero prudentium virginum, sed omnium prudentissima, habens lampadem integerrimæ virginis, & oleum misericordiarum in omnibus vasis suis. In vase cordis per affectum, in vase manuum per effectum, in vase oris per benignitatem orationis. Si autem quærat, vnde ei tanta misericordia? siquidem ex hoc quod Filium Dei in incarnatione suscepit quasi oleum, qui de pura misericordia absque merito vilius, in ea dignatus est incarnari. Sed sicut vas in quo repositum fuit oleum, extracto oleo, imbutum remanet & oleatum, sic beata Virgo vas misericordiarum à misericordiarum filio tota est oleata. Ipsa etiam dicitur oliua speciosa in campis, & oliuæ liquor oleum est. Istud inuenies titulo de arboribus, vbi Maria dicitur oliua: & titulo de nomine Maria, vbi dicitur, oleum effusum nomen tuum. Et bene oliua speciosa, id est, omnimoda specie spirituali repleta per misericordiam, quæ est virtutum suarum gloria. Vnde dicitur Osee in fine: Erit quasi oliua gloria eius, &c. In campis. Propter communitatem: nam misericordia eius & gratia communis est omnibus inuocantibus eam in veritate. Quasi dicat cum filio illud Ioan. 6. Eum qui venit ad me, non eiciam foras. Et ideo adolescentulæ, id est, fideles animæ diligunt eam nimis: quia oleum effusum nomen eius. Ad hoc autem quod oleum suum tibi infundat hæc oliua, oportet vas vacuum te habere. Ipsa est enim illa mulier de qua legitur. 4. Reg. 4. quæ vas vacua impleuit oleo ad præceptum Elisei, id est, Christi: sed plena nequaquam: quia sicut dicit Philosophus, fundit potius qui mittit in plenum. Vasa vacua sunt corda vacuata ab amore terrenorum, & ab immunditia mortalis peccati lota, & resincerata per veram confessionem & lachrymarum effusionem, clausa inferius per contemptum temporalium, aperta superius per appetitum cælestium, hiantia per gratiæ desiderium, & capacia per profunditatem humilitatis & latitudinem charitatis. Igitur vt paucis concludam, tanta est Mariæ misericordia, quod ab ea nullus repellitur, nullus excluditur, nullus qui ei seruiat, obliuioni traditur. Omnes quantum in se est, colligit, omnes ad se fugientes recepat & recipit, nulli deest nisi qui ei forte defuerit. Et ideo dicit ei beatus Bernardus. Sileat misericordiam tuam virtus benedicta, si quis est, qui inuocam eam in suis

suis necessitatibus sibi meminerit defuisse. Nos quidem seruuli tuis ceteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hac potius nobis ipsi. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur: sed misericordia miseris dulcius sapit. Hanc amplectimur carius, recordamur sæpius, crebrius inuocamus. Idem loquens de misericordia Mariæ: Hæc est quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetravit. Constat enim pro vniuerso genere humano fuisse sollicitam, cui dictum est: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam quam quærebas. Quis ergo misericordiarum tuarum benedicta longitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profundum quærat inuestigare? Misericordiarum enim tuarum longitudo vsque in diem nouissimum inuocantibus eam subuenit vniuersis. Latitudo replet orbem terrarum, vt verissime dici possit: Misericordia tua, o domina, plena est terra. Sublimitas ciuitatis superne inuenit restaurationem. Profundum sedentibus in tenebris & umbra mortis obtinuit redemptionem. Per Mariæ namque misericordiam cælum impletum est, infernus exaratus, instaurata ruina cælestis Ierusalem, expectantibus miseris vita perditam data. Ideo de charitate & misericordia eius potest intelligi illud Iob 11. Excelsior cælo est, & inferno profundior, longior terra mensura eius & latior mari.

5. Item ratione misericordiarum appellatur ipsa fons misericordiarum, cuius fontis ille se fecit tuium, de quo dicit Psal. Deus meus misericordiarum mea. Et iterum: Misericordia mea & refugium meum, &c. & cuius vniuersæ viæ misericordiarum & veritas. Non enim, vt dicit Augustinus, quædam misericordia & quædam veritas, sed vniuersæ viæ misericordiarum & veritas. Cum ergo Maria misericordiam genuerit, quod aliud est eius vterus, quam ipse misericordiarum thesaurus? Et ideo dicitur mater misericordiarum. O pulcherrima Christi generatio: prius enim habuit partem misericordiarum, deinde matrem misericordiarum. Quid ergo aliud ex his nasci potuisset quam misericordia? Item largitas Mariæ imitatur & assimilat largitatem filij sui, qui dat amplius quam petatur. Vnde Luc. 23. Cum peteret latro dexter vt haberet sui memoriam, respondit ei Ies. v. Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. Similiter & Rebecca, quæ intra multum accepit, in figura Mariæ Elieser. perenti aquam ad bibendum sibi respondit Gen. 24. Bibe Domine mi, quin etiam & camelis tuis potum tribuam, &c.

6. Item ratione misericordiarum eius dicitur ei Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum. Quod nomen effusum si quis voluerit recolligere, palato suo sapore, vulneribus suis medicinam, lucem tenebris suis poterit inuenire. Nunquid mater misericordiarum quæ plena est gratia, nomen suum cordis præcordiis inuocantem poterit despiciere? Nunquid eam veto corde salutantem poterit aut volet repellere? Cum sit enim mater regis regum, cælorum regina, & Domina Angelorum, si aliquem voluerit saluare, non erit ei quicquam graue. Reginarum libertas est, vt pro miseris & maleficiis quætempam iam diffinitiuam sententia condemnatum, etiam iam fusc collo circumligatum, vel

iam patibulo appensum, vel iam caput super truncum gladio expositum, & iam capitali sententia puniendum, vel quemuis huiusmodi morte plecendum. Si, inquam, regina superuenit & adhuc vel spirantem, vel iam vltimum spiritum trahentem inuenit, possit liberare, non æstimo reginam in regno filij sui minorem iurisdictionem habere, vel minoribus priuilegiis debere gaudere. Si non facit Deus grande vel paruum, quod non reuellet seruis suis Prophetis. Amos 3. quanto minus faciet grande vel paruum, quod non reuellet matri suæ? Gen. 18. Num celare potero Abraham, &c. Ipsa enim nouit animæ languenti cibum in dulcedine præparare, nouit vulnera circumligare, nouit leui manu suaui tactu tumorem premere, venenum eicere, spem & certitudinem vitæ & longitudinis dierum dare. Vnde dicit: In me gratia, &c.

7. Item à largitate Mariæ recipiunt peccatores multiplex beneficium. Primum, quod vsque ad diem iudicij non desinit succurrere. Vnde dicit: vsque ad futurum seculum non desinam. Ideo dicit beatus Bernardus: In angustiis, in periculis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam inuoca. Secundum, quod non cessat gratiam perditam reddere. Beatus Bernardus: Cupientes inuenire gratiam, &c. Tertium, quod vsque tunc naves, id est, fidelium mentes vel animas non cessat ad portum salutis, qui est paradysus, dirigere: quoniam ipsa est stella maris. Quartum, quod seruis suis in morte dignatur occurrere. Vnde Hieronymus scribit ad quandam virginem: Qualis erit illa dies, cum Maria mater Domini choris occurreret tibi comitata virginibus, &c. Ideo de virginibus dicitur, quod exierunt obviam sponso & sponsæ, id est, Christo & Mariæ.

CAPUT XXIII.

De pietate seu compassione Mariæ.

DE pietate seu compassione Mariæ dicit beatus Bern. super locum illum. Ioan. 1. Deficiente vino, dicit mater Ies. v. ad eum: vinum non habent. Beatus Bernardus: Compassio est eam verocundia ministrorum sicut misericors & benignissima. Quid de fonte pietatis procedat nisi pietas? Nonne qui pomum tenet in manu, reliqua parte diei pomi seruabit odorem? Quantum ergo viscera illa virtus pietatis affectu, in quibus ipsa pietas quæ Christus est, novem mensibus requieuit. Nam & ante mentem repleat quam ventrem: & cum processit ex utero, ab animâ non recessit. Item exemplum de electuario in pyxide, quo extracto, remanet odor. Item quo sesmel est in bora recens seruabit odorem testa diu. Ipsa vero tanto magis in bora, quanto magis recens & amplius inuenit. Ipsa est enim valde compatiens & super afflictos pia gestans viscera.

Item si regina pro aliqua miserima persona deseruet bachinam, nullus negaret ei elemosynam suam. Quid ergo si deuotè rogaret Mariam

riam, vt colligeret tibi orationes in paradiso per ordines sanctorum? Dicit enim quidam vir sanctus Mariæ: Scimus & credimus, o Dominum, quoniam te orante pro nobis ad filium tuum, omnes cæteri sancti orabunt, omnes iuuantur: te vero tacente, nullus orabit, nullus iuuabit.

Item de misericordia & pietate Mariæ dicit ei filius ipsam commendans Cant. 4. Duo vbera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui palcantur in liliis, donec aspiet dies & inclinentur vmbre. Duo vbera beatæ Virginis, de quibus velut lac piæ subuentionis dulcedo fugitur, sunt affectus pietatis & misericordiæ, qui velut capræ acuto lumine considerant quis & quanta indigeat ope, & per talem considerationem accurrunt velociter vt hinnuli: & propter varios subuentionum modos per hinnulos signantur, qui pulchra sunt varietate distincti. Dicuntur quoque gemelli, scilicet sociales & consimiles: quia valde sunt sibi consimilia, & quasi ex vno fonte procedunt misericordiæ & pietatis opera. Dicitur autem, quod isti hinnuli palcantur in liliis: quia misericordiæ & charitatis beneficia, quæ ingratissimum & deficiunt, in illis nutriuntur & proficiunt, qui propter candorem castitatis & odorem bonorum operum liliis simulantur. Hæc autem vbera beatæ Virginis lac suum propinare non cessant tota ista præsentis vita, donec videlicet aspiet dies, id est, donec veniat dies illa, quæ ad corpora de puluere reformata spirabit spiritum vitæ & vitam gloriæ, & donec inclinentur, id est, deficiant vmbre præsentis miseritæ.

CAPVT XXIV.

De benignitate Mariæ.

1. Tanta est enim Mariæ benignitas, vt accedere ad eam nullus debeat formidare. Vnde beatus Bernardus in illo sermone de assumptione: Signum magnum, &c. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suavis est, omnibus offerens lac & lanam. Reuolue diligentius Euangelicæ historię seriem vniuersam, & si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod denique signum indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectam habeas, & accedere verearis. Quod si (vt verè sunt) plena magis omnia pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ, quæ ad eam pertinent, inueneris, age gratias ei qui talem tibi mediatricem benignissimam miseratione prouidit, in qua nihil posset esse suspectum. Denique omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitorum se fecit, omnibus sinum misericordiæ aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi: captius redemptionem, tristis consolationem, æger curationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiã: denique tota Trinitas gloriã, filij persona carnis humanæ substantiam, vt non sit qui se abscondat à calore eius. Totis er-

go medullis cordium, totis præcordiorum affectibus Mariam hanc veneremur: quia sic est voluntas eius qui totum nos habere voluit per Mariam. Ipsa etiam in sua mansuetudine suscipit in se verbum potens saluare animas. Vnde dixit Angelus de filio eius Ioseph viro suo. Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum, &c. Hoc verbum naturæ eius fuit insitum vel insertum, docens quod verbum Dei quod nos impinguet, suscipiamus in mansuetudine. 1. ad Thes. 1. Accepistis verbum, &c. Item mansuetudo eius apparuit in filij passione, quando nec irritauit, nec potuit irritari: licet enim multa sustinuerit, nunquam tamen ad iram vel durum verbum prouocata est.

CAPVT XXV.

De suauitate Mariæ.

DE suauitate Mariæ beatus Bern. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Tota suavis est, &c. vt supra. Item Cant. 6. dicit ei filius: Pulchra es amica mea, suavis & decora, &c. Quam suauitatem recolare & collaudare debemus iugiter, iuxta illud Psal. Memoriam abundantis suauitatis tuæ eructabunt, &c. Propter hanc suauitatem dicitur ei ab Ecclesia: Speciosa facta es ad intuendum, & suavis ad tangendum, in deliciis tuis sancta Dei genitrix. Est ergo Maria suavis, id est, mitis & mansueta, cuius charitas non irritatur malis nostris. Item suavis: quia ipsam non inueniunt peccatores scrupulosam, vt supra. Quid ad Mariam accedere trepidet. Item suavis, id est, boni odoris. Ipsa enim est rosa in herico delicatissima ad olfaciendum, sicut etiam de filio eius dicitur in Psal. quod suavis est Dominus vniuersis, sic & dicendum est, quod Dominus suavis vniuersis.

CAPVT XXVI.

De dulcedine Mariæ.

DE dulcedine Mariæ hic notandum, quæ generalis est & vniuersalis. Vnde de ea dicitur Sap. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tedium conuictus ipsius, sed lætitiã & gaudium. Maria dulcis, fructu, id est, filio, à quo potissima dulcedo ipsius: quia à filio traxit omnem dulcorem. De quo videlicet fructu dicit fidelis anima Cant. 2. Fructus eius, scilicet Mariæ, dulcis gutturi meo. Quære expositionem titulo, Benedictus fructus ventris tui. Eccl. 11. Breuis in volatilibus apis: quia Maria humilior Angelis & omnibus contemplatiuis, qui sunt volatilia vtriusque paradisi. Initium dulcoris habet fructus illius, contra hoc quod primus fructus Euz habuit initium amaritudinis.

Spiritu: vnde dicit Eccl. 24. Spiritus meus creatus, super mel dulcis. Siquidem mel conficitur ab apibus ex dulci & amaro: quia legi-

tur, quod rex apum mittit apes ad mare, vt inde afferant aquas maris salvas, & ponant cum dulcedine florum, & sic conficiant mel ex dulci & amaro. Spiritus verò Mariæ nihil habet amaritudinis, sed rotum dulcoris. Sicut enim pyxis contenti electuarij odorem retinet & saporem, sic spiritus beatæ Virginis Christi dulcedinem, qui in eius ventre nasceretur, nunquam tamen à spiritu eius vel mente recessit. Vel idem spiritus eius dulcis: quia specialis apotheca ipsius Spiritus sancti, qui dulcedo Patris & Filij proprie nominatur. Vel dulcis super mel: nam transcendit omnem dulcedinem mundanarum seu carnalium voluptatum. De quo melle Psal. 5. Fauus distillans labia meretricis. Sed qui experti sunt, illi soli nouerunt. Vel spiritus meus, id est, mea spiritualis dilectio, qua diligo & diligo, super mel dulcis: nam omnem excedit dulcedinem temporalem.

Cogitatu: vnde dicit cum filio Ierem. 29. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Et ipsa est illa princeps, de qua dicitur Isa. 31. Princeps ea quæ digna sunt principe cogitabit. Eccl. 24. A mari abundat cogitatio eius. Quære expositionem. lib. 2. cap. 3. num. 9.

Respectu: vnde oramus: Illos tuos misericordes oculos ad nos conuertere. Facies enim eius plena est gratiarum. Esther. 15. Propter hoc Cantic. 15. comparantur oculi eius columbis, quæ lacte sunt lotæ: quia respectus eius pietatis & misericordiæ dulcedine perfusus est. Propter hoc etiam comparatur flori, rosæ, liliis, & violæ. Flos enim redolet & libenter aspietur, sic & ipsam libenter respicit sponsus. Vnde dicit ei Cantic. 2. Ostende mihi faciem tuam.

Auditur: quia libentissimè audit preces peccatorum ab ipsis fideliter inuocata. Vnde dicitur in Psal. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Nota præparationem. Vnde ipsa dicit cum filio Isa. Anrequam clamem ad me, exaudiam eos. Item propter hoc dicit ei sponsus Can. 2. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis.

Olfactu, scilicet virginitatis suæ, signata per illam virginem quæ rhinoceroti proponitur, quam ipse rhinoceros olfactu sentiens & discernens, sponte mitescit, & se reclinat in eius gremio & obdormit. Quære titulo, quod Maria virgo.

Anhelitu: vnde dicit ei sponsus Cantic. 7. Odoris tui sicut odor malorum. Quære titulo de anhelitu & ore Mariæ. Vnde dicit de olfactu & anhelitu suo: Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi, &c.

Gustu: vnde dicit: Qui edunt me, adhuc esuriunt tanquam cibum saporis peroptimi. Ipsa enim est manna habens gustum similem cum melle. Num. 11. Manna etiam absconditum quod vincenti promittitur. Apoc. 2. Ipsa panis de celo præstitus Christianis, sicut exponit Augustinus, omne delectamentum in se habens, & omnis saporis suauitatem. Quære titulo, quod Christus manna.

Tactu: quia tenet filium, ne statim feriat peccatores. Vnde dicit Cantic. 3. Tenui eum,

nec dimittam, &c. Quære causa. 21. Et hoc figurabatur quando ligabat filio manus in cubulis. Dulcis etiam tactu: quia mater est misericordiæ, & matris est suaviter & dulciter tangere puerum. Pueri sunt peccatores, quibus ipsa nouit leui manu suauis attractu tumorem premere, putredinem eicere, vulnera circumligare, spem & securitatem misericordiæ præstare: & idem dicit, In me omnis gratia, &c.

Amplexu: vnde ad salutationem & exemplum eius qui colligitur ex picturis, facta est Elizabeth prophetissa, & exultauit Ioannes. Luc. 1. Item dulcis amplexu, id est, ad amplectendum per dilectionem. Vnde Proverb. 4. Glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus, scilicet amore & seruitio, quasi duobus brachiis.

Incessu: vnde dicit Eccl. 24. In fluctibus maris ambulauit, scilicet cum familiaribus meis, vt ipsos eriperem à naufragio peccatorum. Fluctus maris tentationes sibi iugiter inuicem succedentes, quas patimur quandiu versamur in mari huius seculi, &c.

Statura vel statu: vnde dicit Eccl. 24. In omni terra steti, id est, inuocantibus me fideliter præsto semper affui.

Pastu: pascit enim affectum nostrum, cum sit panis omnis delectamenti, & manna omnis saporis.

Potu: potat verò intellectum nostrum aqua sapientie salutaris.

Lingua: vnde dicitur ei Cantic. 3. Mel & lac sub lingua tua, id est, in verbis tuis dulcedo omnimoda: lingua enim loquimur. Vel sic: Spiritus dulcedo verborum tuorum transcendit mellis & lactis omnem dulcedinem corporalem. Vel sic: Per mel dulcedo intimæ sapientie, quæ per eam datur maioribus. Per lac gratia doctrinæ simplicis quæ competit minoribus. Vel: Mel & lac sub lingua tua, id est, in meditatione cordis dulcedo singularis, quod ei datum est à melle diuinitatis filij, & à lacte humanitatis eius. Bene sub lingua: quia non cuiuslibet pater, sed illis solummodo quibus datum est experiri. Vel sic: Mel & lac sub lingua tua, id est, in vtero tuo Deus & homo: quia in momento quo protulit ex ore, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, concepit Deum, qui per mel, & hominem, qui per lac figuratur.

Labis: vnde dicitur ei Cantic. 3. Fauus distillans labia tua. Fauus secundum Isidor. dicitur à fago Græcè quod est comedere. Et Maria dicit: Qui edunt me, adhuc esuriunt, illecti dulcedine saporis mei. Rectè labia Mariæ comparantur fauo distillanti: nam sicut fauus melles à tactu leuissimo distillat ipsum mel, sic de plenissima redundantia dulcedinis eius accipiunt vniuersi sitientes ipsam tangere fide plena, dilectione sincera, oratione deuota. Et nota, quod fauus etiam sine tactu vel motu aliquo tunc distillat, quando plus habet mellis quam capiat theca eius. Maria siquidem ad mensuram bonam & confertam & coagitatam & superfluentem, accepit in sinu suæ charitatis & humilitatis de melle cælesti, quod est gratia Dei, quod designabatur per hoc quod postquam dictum est ei, Aue gratia plena, subiungitur:

gitur: Spiritus sanctus superueniet in te. Ad quid ergo in plenam gratia superuenisset Spiritus sanctus, nisi ut eam faceret redundare? Dicitur illans, iuquam, quasi in diuersas partes stillans, supra ad Angelos qui per partum eius sunt reatregati, infra ad captiuos qui per ipsam ab inferis sunt extracti, dextrorsum ad iustos qui donis gratiæ per eam sunt illustrati, sinistrorsum ad impios qui per eam sunt iustificati. Labia tua, hoc dicitur habito respectu ad illud responsum quo saluatus est mundus, scilicet, Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Quare supra ubi distinguitur quomodo nobis seruauit de singulis membris suis, ubi agitur de labiis. Hanc etiam dulcedinem traxerunt labia eius à labiis uirgeniti sui, quando uidelicet deosculabatur eam ut mater paruulum, & ipse filius satisfaciebat illi maternæ petitioni: Osculetur ergo me osculo oris sui. Quare titulo de pulchritudine eius, ubi agitur de labiis.

Verbis. Prouerb. 16. Fauus mellis uerba composita, dulcedo animæ & fanitas ossium. Verba scilicet Mariæ, de quibus dicitur Eccl. 43. In sermone eius composita sunt omnia. Septem enim illa uerba beatæ Virginis, de quibus legitur in Euangelio, composuit cælestis artifex, id est, Spiritus sanctus, qui eam repleuerat: & idem sicut sunt septem dona Spiritus sancti, sic habentur in Euangelio septem uerba Mariæ, quæ dicuntur fauus mellis: quia sicut in fauo est cera luminis instrumentum & dulcedo mellis reficiens gustum, sic in uerbis eius & sacre Scripturæ scientia est ueritas illuminans intellectum, & omnimoda bonitas reficiens affectum. Medicinalia etiam sunt uerba eius, iuxta quod dicitur Sapient. 16. Neque herba, neque malagma, &c. Siquidem uerborum eius præsentens dulcedinem Ioannes Baptista elatus adhuc in utero matris, ad introitum suum exultauit & lausit, & in occursum Domini sui de matris utero erumpere gestiebat, audiens uocem eius. Mellis uerba siquidem uox Mariæ incomparabilis est eloquiis Angelorum, sicut dicit Ioannes Euangelista de eloquio Saluatoris.

Maria dulcis osculo, quod experti sunt filius & Elisabeth, quæ ad osculum eius, quod præsumitur ex scripturis, facta est prophetissa: & Ioannes exultauit & lausit, & Spiritu sancto repletus est adhuc ex utero matris suæ.

Cantico, unde signata est Exod. 15. per Mariam prophetissam, quæ sumpto tympano cecinit carmen istud: Cantemus Domino, gloriose, &c. Ipsa est enim dux chori uirginis, de quo dicitur Apocal. Nemo poterat dicere canticum, &c. Solent enim ad litteram cantare dulcius uirgines quoniam corrupti.

Iubilo: iubilat siquidem exemplo illius Mariæ comitata choro uirgineo pro submersione spiritualis Pharaonis & liberatione populi fidelis, & eius iubilum gaudenter auscultant Angeli & beati, imo & ipse Christus, qui dicit ei Cant. 8. Amici auscultant te, fac me audire uocem tuam. Amici isti Angeli & beati.

Eloquio: unde dicitur ei Cant. 4. Eloquium tuum dulce, maxime quando pro peccatoribus filium interpellat Item Psal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.

Quod maxime fit, quando masticantur ex deuotione septem uerba sua illa quæ habentur in Euangelio, & decantantur laudes eius.

Voce: unde dicit ei filius Cant. 2. Sonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, id est, fauorabilis ad impetrandum, quando interpellas pro necessitatibus peccatorum.

Responione, quando scilicet respondit Angelo: Ecce ancilla Domini, fiat mihi. De qua responione beatus Bernard. ad Mariam: Festinanter ô Domina responde uerbum, quod terra, quod inferi, quod expectant & superi. Ipse quoque rex omnium & Dominus quantum concupit decorem tuum, tantum desiderat & responionis assensum, in qua nimirum proposuit saluare mundum.

Salutatione: quod experta est Elisabeth Luc. 1. dicens: Ex quo facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo.

Dilectione. Augustin. Dulcius dilectione nihil est. Sed dilectioni Mariæ nulla dilectio creaturæ comparabilis est: ergo nihil ipsa dulcius est.

Nomine: unde propter dulcedinem huius nominis, Maria, dicit ei Isa. 26. Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ.

Nominatione: unde dicit ei Bern. O magna, ô pia, ô multum amabilis Maria: tu nec nominari quidem potes quin accendas, nec cogitari quin recrees affectus diligentium te: tu nunquam sine dulcedine diuinitus tibi insita pietatis memoriam portas ingrederis.

Prædicatione: unde comparat se cinnamomo aromatizanti, quod uinum pigmentat: sic & nomen eius uinum prædicationis.

Sapore: unde & ipsam uocat Augustin. manna absconditum: quia in se continet omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem. Sapient. 16. Unde & ipsi optime conuenit ille uersus: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, ô Domina, quam abscondisti diligentibus te. Gustus enim mannae erat quasi similis cum melle. Num. 11. Omnis enim dulcedo alia ei comparata, amaritudo est. Unde profane dicit ei quidam: Omnis dulcor amarefcit, reprobatur & fordescit, tuum prægustantibus. Ipsa enim est illud mel, quo gustato, illuminantur oculi Ionathæ, id est, iusti. 1. Reg. 14. Quare expositionem titulo de septem uirginis. Idem salutat eam sic Catholica Ecclesia: Salue regina misericordie, uita dulcedo, &c.

Maria dulcis odore oris. Unde dicitur ei Cant. 7. Odor oris tui sicut odor malorum. Titulo de ore eius.

Ventris, qui comparatur acervo tritici ualato liliis, quæ maximi sunt odoris Cant. 7. & eburnæ pyxidi plenæ uariis uinguentis, id est, diuinitate & humanitate filij.

Filij in utero habitantis, qui uerus dicitur ager plenus. Genes. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

Humilitatis, quæ signatur per nardum. Unde Cant. 1. Cum esset rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

Uerbum. Cant. 4. Meliora sunt uerba tua uino fragrantia uinguentis optimis.

Genarum.

Genarum. Cant. 3. Sicut fragmen mali punicis, ita genæ tuæ. Titulo de genis eius.

Aromatum. Unde Filius dicit Spiritui sancto Cant. 5. Veni auster, id est, ô tu Spiritus sancte: perfla hortum meum, inspira Mariæ gratiam tuam: & fluent aromata illius, id est, odores sanctæ opinionis.

Uinguentorum. Cant. 4. Odor uinguentorum tuorum super omaia aromata.

Vestimentorum. Cant. 4. Odor uinguentorum tuorum, id est, uirtutum quibus ornauit te Spiritus sanctus, sicut odor thuris.

Orationum: erat enim phiala aurea plena odoramentis, id est, orationibus sanctissimis. Apocalyps. 5.

Maria dulcis exemplorum diffusionem: nam uita eius inelyta cunctas illustrat Ecclesias.

Promissorum magnitudine. Unde dicit: Qui audit me, non confundetur, &c. Multa titulo de obedientia quam ei debemus.

Omni bona operatione. Prou. in fine: Manum suam misit ad fortia, &c.

Omni largæ datione uel retributione. Unde Sap. 7. dicit humana natura: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Quare tertio cap. libri secundi titulo, quod Mariæ debemus dilectionem. Peccatorum quantum in se est reconciliationem. Unde: Usque ad futurum seculum non desinam, scilicet filio pacificare peccatores.

Hæreditate. Unde dicit: Hæreditas mea super mel & fauum. Hæreditas, id est, charitas in æternum duratura, qua diligit & diligo. Unde hæreditas mea, id est, dulcedo mea hæreditaria & indeficiens, super mel & fauum, id est, transcendit omnem dulcedinem manifestam & absconditam. In melle enim dulcedo patet, in fauo latet. Vel aliter: Et hæreditas mea, id est, regnum æternum quod cedit mihi in hæreditatem ratione filij mei. Quandiu enim mater habet filium cui debetur regnum, & filius non recedit ab obedientia matris, ipsa est domina: Beata autem Virgo habet filium, cui tanquam hæredi debetur regnum cælorum, & nullo modo recedit ab obedientia sua: ergo ipsa est Domina. Dicit ergo hæc Domina: Hæreditas mea, hoc est, regnum cælorum, super mel & fauum. Nota, quod quicquid dulce est, aut naturaliter dulce est, sicut mel extractum de cera, aut artificialiter, sicut fauus. Est ergo dicere: Hæreditas mea super mel & fauum, id est, super omnem dulcedinem naturalem & artificialem.

Memoriæ æternitate. Unde dicit: Memoria mea in generatione seculorum. Quare expositionem tertio cap. libri secundi, titulo, quod debemus ei iugem memoriam.

De memoria Mariæ potest dici & exponi quod de memoria Iosif dicitur Eccl. 49. Memoria Iosif in compositione odoris facta est opus pigmentarij, id est, suauis, & odorifera est quasi odor aromaticus compositus opere pigmentarij. Qualis ergo fuit præsentia eius, talis est memoria. In omni ore, generaliter magnorum & paruorum, quasi mel indulcabitur eius memoria. Quasi diceret: Sicut mel delectat gustum comedentis, & quanto amplius

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

masticantur, dulcius inuenitur, sic Mariæ memoria delectat de ipsa loquentem: & quanto quis plus de ipsa loquitur, tanto magis in ipsius memoria delectatur. Et ut musica in conuiuio uini. Quasi diceret: Sicut harmonia instrumentorum musicorum dulcis & suauis est in conuiuio uini quod delectat, sic memoria eius dulcis est & suauis non solum loquenti, sed etiam audienti. Osee in fine: Memoriale eius sicut uinum Libani, ut supra. Eccl. 32. Gemula carbunculi in ornamento auri, & comparatio musicorum in conuiuio uini. Tribus igitur comparat memoriam eius. Odori operis pigmentarij, quod delectat olfactum, mellis dulcedini quæ gustum, harmoniæ musicorum quæ auditum. Quia memoria eius suauis in corde, in ore, in aure, etiam hoc propter tria secundum Rabanum. Nam fama uirtutis eius superat omnem odorem, suauitas modestiæ omnem dulcedinem, studium præstandi cultum Dei omnimodam cantilenam. Iosif siquidem popululum docuit penitere super transgressionem legis. Unde sequitur: Ipse est directus diuinitus in penitentiam gentis Iudaicæ, id est, in doctrinam penitentiam: quia ipse docuit eos penitere. Et tulit, id est, abstulit abominationes impietatis, id est, fana & idola, quibus impietas idololatriæ celebratur. Et gubernauit ad Dominum cor ipsius, populi, doctrina scilicet & exemplo. Et in diebus peccatorum, id est, in tempore quo regnabat peccatum idololatriæ & transgressio legis & uolatio cultus Dei, corroborauit pietatem: id est, cultum Dei firmiter obseruandum instituit. Similiter & beata Virgo sola cunctas hæreses interimit, gubernat populum Christianum doctrina & exemplo, & ad cultum Dei multimodè nos inuitat.

CAPVT XXVII

De sanctitate & sanctificatione Mariæ.

DE sanctitate Mariæ dicit beatus Bernard. Hæc est Ierusalem ciuitas sancta, quæ prerogatiua meritorum omnem transcendit creaturam, ad euacuandam omnem potestatem inimici, quæ sola in uniuersa humanæ generationis linea dicere potest post filium: Princeps mundi huius in me non habet quicquam. Ioan. 14. Item Ioel in fine: Erit Ierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam. Item sicut dicit Anna in cantico suo. 1. Reg. 2. Non est sanctus ut est Deus noster: sic dici potest Domini, hæc uerissime, Non est Domina sancta ut est Domina nostra. Et nota, quod singulas expositiones huius nominis, sanctus, sancta, sanctum, reperire est in Maria. Sanctus uel sancta idem ualeat quod mundus uel munda. Unde Dominus Leuit. 24. Et 1. Pet. 1. Sancti estote: quia ego sanctus sum. Ipsa uero mundissima creaturarum Dei, sicut patet. Item sanctus dicitur à sanctio sanctis: unde dicitur sanctus quasi sanctus. Et ipsa fuit sancta, id est, firma & in bono confirmata. Unde dicit: In Sion firmata sum.

M

sum. Item sanctus dicitur quasi agios, id est, sine terra, scilicet sine terrenitate. Et eius conuersatio tota fuit cælestis. Item sanctus, id est, Domino deatus, datus scilicet & appropriatus. Vnde Luc. 2. Omne masculinum adaperiens uulnam sanctum Domino uocabitur. Ipsa uero terra fuit Dei, & nullius nisi Dei. Vnde dicit Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Et ferè ubique in canticis uocat eam filius suam. Item sanctus quasi sanguine tactus, uel sanguine tinctus secundum Isidorum. Vnde beata Agnes: Sanguis eius ornauit genas meas. Et ipsa sanguine filij tacta uel tincta per compassionem. Vnde dicitur quasi rosa in Ierico. Tacta, cum eius animam gladius pertransiret. Tincta quia dolor ille computatur ei pro martyrio. Item fuit homo exterior Mariæ sanctus contra immunditiam operis, uoluntas eius sancta contra immunditiam prauis desiderij, cor eius sanctum contra immunditiam prauis cogitationis. & ita sanctissima. Beatus Bernardus in libro quarto de consideratione in fine: Sanctum facit affectio sancta, & ipsa gemina, timor Domini sanctus, & sanctus amor. His perfectè perfecta anima ueluti quibusdam duobus brachijs amplectitur, stringit & tener sponsum, dicens: Tenui eum, nec dimittam. Timenda sunt autem in eo potestas cui nihil potest resistere, & sapientia cui nihil potest abscondi: perfectè enim oportet, ut timeas eum, cui nec oculus deest omnia uident, nec manus omnia potens. Amandus est etiam ille qui est amicus, &c. In omni autem huiusmodi uel alia sanctitate non est anima sancta ut est Domina nostra.

Et propter hoc dicit ipsa filio, sicut exponit beatus Maximus Episcopus: Tenuisti manum dexteram meam, &c. Tenuisti ne unquam cederem: intelligens non à se sed à Deo esse quod nunquam cecidit. Et in uoluntate tua, id est, in adimplerione uoluntatis deduxisti me de uirtute in uirtutem. Deduxisti, inquam, me ne errarem: & cum gloria suscepisti me, ne deficerem. Tenuisti in puritate, deduxisti in ueritate, suscepisti in claritate. Hæc uerba tres status uitæ Christi designant, scilicet statum innocentie, iustitie, & glorie.

Domini quorundam tener sinistram, non dexteram, quos permittit prosperari in diebus istis, & reseruat infernalibus pœnis, de quibus dicitur: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Sinistram & dexteram, qui sic transeunt per bona temporalia, quod non amittunt æterna, ut Abraham, Dauid, Isaac, quibus dicitur: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Nec sinistram nec dexteram, qui & temporalibus bonis priuantur, & æternis frustrantur, quibus dicit Iacobus: Concupiscitis, & non habetis, &c.

Dexteram, non sinistram, quorum mentes in æternitatis amore custodit, exteriorem tamen habitudinem egestatis quasi nihil curat. Vnde: A dextris est mihi Dominus ne commoueat. Sic dexteram beatæ Mariæ tenuit. Vnde dicit ei Isa. 41. Apprehendi manum tuam, & letasti. &c. Dominus enim manum Mariæ apprehendit, & eam seruauit: quia in uero eam sanctificauit, & ex tunc in uirtutum puri-

tate permanere fecit, non tantum ut non peccaret, sed ut peccare non posset. Ieremias & Ioan. Baptista & alij sanctificati in uero, etsi non peccabant, tamen peccare poterant, sed non beata Virgo. Vnde dicit Eccles. 24. Et sic in Sion firmata sum, &c. Quia in ipso momento consensus sui, concepto Salvatore, firmata est, id est, in bono confirmata, ut de cætero peccare non posset: & hoc in Sion, id est, in Ecclesia militante adhuc posita: quod fuit ei speciale priuilegium. Alij enim sancti non in hac uita sic firmantur, ut de cætero peccare non possint, sed tantum in superna Ierusalem. Et idem ipsa sola potuit gloriari, & dicere: Tenuisti manum dexteram meam, & ecce status innocentie, cuius sinistram non tenuit. Dominus: quia dolores multos & tribulationes eam sustinere permittit. Vnde: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, id est, dolor Domine passionis. Sequitur: Et in uoluntate tua deduxisti me. Vnde & alibi dicit: Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem. In uoluntate tua, non in meritis meis, ecce status iustitie. Et cum gloria suscepisti me, ecce status glorie.

Item de sanctitate uel sanctificatione Mariæ notandum, quod nisi ad plenum purgata fuisset, fructum talem facere non posset, & nisi ab omnium uiciorum contagio immunis extirpata, Filium Dei generare non potuisset. Ut enim uirgo conciperet & pareret uirgo, summa sanctitate & puritate opus habebat. Omnium autem malorum quasi duæ radices sunt concupiscentia & ignorantia, à quibus duabus radicibus perfectè purgata est, quando Spiritus sanctus superuenit in eam, & uirtus Altissimi obumbravit eam. Illud inuenies titulo de delectabilibus horri.

Item in sanctificatione Mariæ per superuenientem Spiritus sancti & obumbrationem uirtutis Altissimi illud solum remansit in Virgine, quod erat ad pœnam, illud totum recessit quod erat ad culpam: uiciorum omnino recessit, pœnalitas remansit: carnalitas tollebat, calamitas non amouebatur. Et hoc fuit illud mirabile de quo Propheta dicit: Venite & uidete opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferet bella usque ad finem terræ. De terra enim carnis tollebat omnis pugna: & ibi facta est pax plena. In arcu & sagitta percussio artificiosa, in gladio & hasta uirtuosa. Arcus ergo tentatio fraudulenta, arma tentatio uolentia. Neutra uero istarum post sanctificationem in ipsa locum habuit, nec accessum iam habere potuit. Scutum excusatio quæ non habet locum ubi non potest haberi excusatio. Ignis amor diuinus, quo combusta sunt hæc scura, qui nihil reliquit in ea. Vnde uel quoad impossibilitatem oporteret excusari. Diuinus siquidem amor ad eam in omni bono solidauit, ut de cætero qualicumque defectus in eam incidere omnino non posset, nec aliquid quod qualicumque excusationi subiaceret. Videtur itaque iuxta hoc quod ab hora superuenientis in eam Spiritus sancti, ab hora obumbrantis se uirtutis Altissimi, non solum in omni gratia consummata, uerum etiam in omni bono & dono quod acceperat, confirmata. In cæteris enim

enim sanctis magnificum habetur, quod à uitiis non possunt expugnari: in ista mirificum habetur, quod à nullo uicio potuit uel in modico impugnari. Et hoc in eam supra modum fuit mirabile, & præ cæteris omnibus sanctis singulare, quod in ea conuenire potuit tanta corruptibilitas cum incorruptibilitate, & è conuerso. Corruptibilitas in his quæ pertinent ad pœnam, incorruptibilitas in his quæ pertinent ad culpam. Sed sibi ad futuræ glorie cumulum, nobis ad patientie documentum profuit, quod passibilitatis nostræ iugum cum tanta puritate portauit. Quod enim de exterminio peccati in ea factum creditur, futurum in omnibus sanctis speratur: futurum, inquam, sed non in corpore eorum adhuc mortali, sed in corpore eorum iam factum immortalis: prius enim oportebit corruptibile hoc inducere incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem.

De sanctificatione beatæ Virginis dicit Psal. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Sed quoniam ad hoc sanctificata est, ut digna fieret concipere Saluatorem, præmittit de conceptu eius dicens: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Fluminis impetus, id est, superuentio Spiritus sancti, lætificat ciuitatem Dei, scilicet beatam Virginem, in qua habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. Col. 2. Et ex hoc fuit in ea ciuium uirtus, id est, sensualitatis & rationis plena concordia. Et bene dicitur impetus: quia quam citò respondit Angelo, fiat mihi secundum uerbum tuum, statim Filium Dei concepit: & ex hoc lætificata est uehementer. Vnde dixit ad Elizabeth: Exultauit spiritus meus, &c. Sequitur: Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Tabernaculum idem quod ciuitas illa, id est, beata Virgo, in qua Altissimus armavit se armis nostræ mortalitatis, quibus contra diabolum dimicauit, sicut postulauerat Psal. Apprehende arma & scutum, &c. Hoc tabernaculum sanctificauit Altissimus, quando eam in uero matris purgauit ab originali, ut tota munda nasceretur. Sequitur de fide conceptionis: Deus in medio, id est, in uero eius, scilicet Virginis, non commouebitur à deitate in humanitatem, ut hanc assumens, illam relinquat: sed idem erit Deus & homo, & hoc est: non commouebitur, id est, totaliter non mouebitur. Quodam enim modo motus fuit motu pietatis, sed non motu alterationis, quando ad eius uerum intrandum se humiliat, sed non toto ex motu: quia diuinitatem non deposuit. Sequitur: Adiuuabit eam Deus manè, id est, in principio uitæ suæ, & cum adhuc esset in uero, diluculo tenebras originalis peccati tollente. Et appellat diluculum, gratie ortum in illa. Alia litera habet: Adiuuabit eam Deus uultu suo. Vel melius: Adiuuabit eam Deus manè, sicut expositum est, diluculo, id est, claritate uirtutum quæ tunc infusa sunt ei. Sic exponit Gloss. diluculum. Iob 7. Uisitans eum diluculo. In sanctificatione enim eius omnem rubiginem culpæ originalis abstulit cælestis aurifaber de argento uirginæ carnis & animæ, ut egrediretur uas utrumque purissimum ad recipiendam donec gratiarum primò, & Filium Dei carnem assumpturum secundò. Idem prædictum erat Prouerb. 25. Aufer rubiginem de argento:

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

& egredietur uas purissimum. Et sunt uerba Patris ad Spiritum sanctum. Nec solum tunc ablata est rubigo culpæ originalis, sed ornam est uas istud omni lapide pretioso, id est, omni charismate spiritali. Melius inuenies titulo de priuilegio carnis uirginæ.

CAPVT XXVIII.

De obedientia Mariæ.

DE obedientia Mariæ dicit ipsa Can. 5. Anima mea liquefacta est per incendium charitatis, parata uidelicet instar metalli liquefacti, decurrere in omnes modulos diuinæ uoluntatis: ut dilectus locutus est ad me, per Gabrielem postulans me in matrem, cui me obruli in ancillam, sciens quoniam qui se humiliat, exaltabitur. Nota, quod proprium est metalli liquefacti descendere. Sic fecit Maria obediendo cum postulata in matrem Dei, quod fuit ei summa dignitas, se nominauit ancillam, quod fuit summa humilitas. Et idem animæ suæ attribuit liquefactionem, quæ est propriè metalli.

Item ratione obedientie, comparatur auro Maria, ubi dicitur arca, thronus, solium. Comparatur ferè omnibus uasis templi & tabernaculi quæ fuerunt aurea. Aurum enim tractabilis est omnibus metallis, & quanto tractabilis, tanto subtilius operibus faciendis competenti. De quo uidelicet auro fabricatum est artificio Spiritu sancti uas illud admirabile opus Excelsi, in quo Filius Dei comedit fauam suam cum melle suo, bibit uinum suum cum lacte suo. Item in obedientia Mariæ impletum est quod olim prædixerat Dominus Ioel. 6. obedientiam se malle quam sacrificium & scientiam Dei, &c.

Item ratione obedientie potest ipsa dicere cum filio suo illud Isa. 50. Erige manè, manè erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, &c. Eleganter uerba disposuit cum prius sibi erectam aurem perhibuit, quam apertam. Erectam habet aurem, qui non ad rumurculos singulares, uel ad eloquium de terra musitans, sed ad ea quæ desursum sunt, paratum habet auditum, quibus bonum est aurè apertum. Depressa est enim auris, quæ uerbis secularibus diligenter attendit. Manè dicit Maria erectam ei autem, quæ ab initio gratis ad uerba cælestia paratum habuit auditum, & docuit nos habere. Erexit autem & aperuerat Dominus auditum Mariæ. Vnde quasi iuuenula erectam autem habens facile & libenter suscepit uerba Angelica, in quibus turbata est, quæ etiam nullum uerbum audisse legitur in Euangelio ante illud. Et ab auditu ipsius initium sumpsit reparatio nostra, ut intraret remedium unde irrepserat morbus, & per eadem uestigia sequeretur uita mortem, lux tenebras, ueritatis antidotum serpentis uenenum,

& uitæ ianua fieret auditus per quem intrauerat mors in mundum.

CAPVT XXIX.

De omnipotentia Mariae.

1. DE omnipotentia Mariae dicit Fulbertus Carnotensis in illa homelia, Approbatæ consuetudini, &c. Si quidem mater Domini ubique imperiosa est, ubique magnifica, secundum charitatem erga superiores, & super miseros per discretionem, quæ misit Angelum in auxilium magni patris Blasij, & suscitauit militem qui hostem eius Iulianum apostatam interfecit. Hæc est quæ chirographum Theophili diabolo potenter ereptum captiuo reddidit in signum libertatis, & ipsum se suppliciter inuocantem ab ipsis diaboli faucibus potenter eripuit. Ipsi certe proum est Angelos sanctos in ministerium mittere, & ad beneplacitum suum inferorum pæctâ quassare, ut de ea congruè dici possit illud Eccl. 8. Omne quod uoluerit, faciet: & sermo illius potestate plenus est: nec ei dicere quicquam potest, Quare ita facis? Item Sap. 12. Quis dicit tibi, quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? Ibidem: Ei enim subest cum uoluerit posse. Item Sap. 16. Tu es qui uitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis & reducis. Ipsa est quæ mortificat, sicut in Iuliano: & uiuificat, sicut patet in Theophilo: deducit ad inferos, & reducit. Eccl. 42. In omni necessitate omnia obaudiunt ei. Unde dicit cum filio Isa. 46. Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet. Job 23. Anima eius quocumque uoluit, fecit, &c. Idè dicuntur etiam manus eius tornatiles Cantic. 5. quia in promptu habet facere quicquid ei placet, sicut ars tornandi prompta est & expedita. Aurea: quia ex charitate Dei & proximi procedit quicquid facit. Plenæ hyacinthis, id est, uirtute cælesti. Item Sapient. 7. Cum sit una, id est, singularis, pietate, charitate, & præsidio: omnia potest, ex dono filij sui, à quo omnipotente omnipotentes est effecta, & per manens in se, id est, perfectè manens immutabilis bonitate, potentia, & misericordia: omnia inuouat, id est, hominem, propter quem facta sunt omnia, & qui habet cum omni creatura participium. Inuouat, inquam, hominem per gratiam in præsentem, & per gloriam in futuro. Et per nationes, id est, in omni gente sine personarum acceptione, in animas sanctas se transfert, gratiam infundendo, quas sanctas non inuenit, sed gratia sua sanctas facit. Et amicos Dei, id est, amantes Deum & amatos à Deo, & Prophetas constituit, hoc est, accendit ad amorem Dei & illuminat ad cognitionem eius. Unde & dicitur illuminatrix. Ipsa enim regina est illius ciuitatis, cuius filius tuus rex, & eisdem priuilegijs secundum leges gaudent rex & regina. Cum autem eadem sit potestas & communis matris & filij, quæ ab omnipotente filio omnipotens est effecta: quia non est potestas nisi à Deo. Ad Rom. 13. Unde dicit cum filio Matth. in fine: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Tamen excellenter potens est in Ecclesia triumphante. Unde dicit Eccl. 14. In Ierusalem

superna potestas mea, imperandi scilicet quod uolo, uirtutibus angelicis & animabus sanctis, & facienti ad beneplacitum meum, & quos uolo introducendi. Item sicut Mariae filius Rex regum est, & Dominus dominantium. Apoc. 21. sic Maria mater Christi regina est bene se regentium, & Domina eorum qui sibi dominantur. Dominare ergo sensualitati tuæ, & castigare corpus tuum, & redire in seruitutem, si tantæ reginæ familiaris ascribi concupiscis. Item ratione potentia appellatur Maria uirga uirtutis Domini. Quare titulo de uirga, ubi Maria dicitur uirga uirtutis, post tractatum de septem uirgis.

2. Item in hoc manifestissimè apparet omnipotentia Mariae, quod sicut legitur in miraculis eius, multos de sua damnatione iam certos, multos in aquis præfocatos, multos ex improuiso mortuos liberauit, qui dum uiuerent, ipsius patrocinio se commendauerant: multos qui sine pœnitentia decesserant in mortali, ab ipsis diaboli faucibus potenter eripuit, & ut possent agere pœnitentiam, ad vitam reduxit. Ita namque ingeniosa est & subtilis ad saluationem peccatorum, sicut diabolus ingeniosus est & subtilis ad damnationem eorum. Qua autem iustitia uel quo iure ipsa saluet danabiles & sine pœnitentia defunctos in mortali, quis sufficiat enarrare? Constat autem, quod & ita facit, & quod salua iustitia facit. Et ad huius rei euidentiã dicitur ipsa fons signatus. Cant. 4. Nam sic exuberans est iste fons misericordiarum, quod semper fluunt miserationes eius, integro tamen & illibato sigillo iustitiæ, quia sic ingeniosè scit facere misericordiam, quod non frangit iustitiam.

3. Item de ipsa sicut de filio potest dici ipsi filio illud Psal. Omnia subiecisti, sub pedibus eius, oues, id est, simplices, & boues, in quibus quatuor titulo de pedibus. Vniuersas in feminino propter fecunditatem. Insuper, hoc dicit ad notandum diuersitatem honorum & malorum. Pecora campi, luxuriosos uagantes per campos licentiæ, ubi Abel occiditur. Volucres cæli, superbos. Pisces maris, cupidos, qui perambulant semitas maris. In his tribus elementis habitant demones, sed non in igne elemento: quia non in lucido.

4. Item ratione potentia dicitur, quod luna, id est, antonomastus ille stultus diabolus scilicet qui ut luna mutatus est. Eccl. 27. à claritate in obscuritatem. Sub pedibus eius, id est, ei plenariè subiectus. Apoc. 12. & hoc per uirtutem humilitatis. Unde in Psal. Descendit, id est, ineffabiliter se humiliavit. Et caligo, id est, diabolus qui dicitur caligo formaliter, quia caret luce: & effectiue, quia efficit caliginem peccati. Sub pedibus eius qui sunt humilitas & uirginitas, quibus contriuit caput serpentis antiqui, scilicet superbiam, concupiscentiam.

CAPVT

CAPVT XXX.

De sapientia Mariae.

1. DE sapientia Mariae facillimè ueritas comprobatur, si quomodo locuta est cum Angelo attendatur. Quis enim in iuene puella non miretur tantam sermone constantiam, interrogantis prudentiam, fidei facilitatem? Nimirum quia datum est cordi eius lumen intelligentiæ. Dedit enim ei qui se uniuersis, & sentire fideliter, & profertè uiliter, & efficaciter adimplere. Et hic est funiculus triplex, qui difficilè rumpitur, qui uidelicet animas nostras ad exemplum Mariae de lacu facis & miseriarum extrahat, & post eam ad regna cælestia trahat, id est, si rectè sentiamus, si dignè proloquamur, si uiuendo confirmemus.

2. Ad sapientiam autem illius pertinet quod de ea dicitur Luc. 2. Maria autem conseruabat omnia uerba hæc conferens in corde suo. In hac autem auctoritate commendatur Maria à tribus. A perfecta memoria contra obliuionem. Unde dicitur: Conseruabat omnia uerba hæc. Et propter hanc conseruationem comparatur uenter eius, id est, memoria, aceruo tritici Cant. 7. Triticus quo pascuntur aues & homines, uerbum Dei est. Aceruus tritici, magna congeries uerborum Dei. Idè dicitur: Conseruabat omnia uerba hæc, &c. Idcirco sæpè roganda est à nobis, ut nobis misericorditer scripturatum mysteria reuelare dignetur. Et nota, quod dicit, uerba hæc, id est, uerba Euangelica non mundana. Item per hoc quod apponit pronomen demonstratiuum dicens, uerba hæc, ostendit quod uerba Dei debemus sollicitè conseruare in secreto cordis nostri, iuxta illud: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Commendatur etiam à collatione sollicita contra negligentiam. Unde dicitur, conferens. Commendatur & à signatione contra iactantiam. Unde, in corde suo. Per hoc etiam quod dicit, uerba, intelliguntur & facta, sicut dicitur Isa. 39. Non fuit uerbum, id est, res digna uerbo, quod non ostenderet Ezechias nuntius regis Babylonis. In hoc etiam quod dicitur, conseruabat omnia uerba hæc, ostenditur quod ipsa erat liber generationis Iesu Christi. In hac etiam auctoritate magna notatur Mariae discretio. Unde ibi dicit Glossa Ambrosius: Maria non minus ore quam corpore pudica secreta quæ nouerat, nulli diuulgat: sed tacito corde serutans congruum tempus quo Deus hæc uelut diuulgari, reuerenter expectat, iuxta illud Eccl. 3. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Eccl. 20. Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruat tempus. Iacob 1. Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Conferens in corde suo, non solum uerba, sed & facta illa quæ circa se uiderat impleta, cum his quæ in Prophetis legerat implenda. Dixerat enim ei Angelus: Ecce concipies in utero. Prædixerat Isa. 7. Ecce uirgo concipiet. Nouerat se de stirpe Dauid ortam. Prædixerat Isa. 11. Egredietur uirga de radice Iesse patris Dauid. Et in Psal. De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Nouerat se concepisse in Nazareth de

Maria quæ in se uiderat implere, non seruat cum his quæ in prophetis legerat implenda.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariae.

Spiritu sancto. Legebat Isa. 11. de filio incarnando, secundum aliam litteram. Nazareth uocabitur. Nouerat se peperisse in Bethlechem. Legebat Mich. 5. Et tu Bethlechem, &c. ex te exiet dux. Comparat ergo uerba prophetarum factis, & in omnibus habet argumentum fidei. Si ergo Maria humiliter discit à pastoribus, debemus & nos humiliter discere à sacerdotibus. Eccl. 6. In multitudine presbyterorum prudentium ista, & sapientia eorum ex corde coniungere, ut omnem narrationem Dei possis audire. Et si ipsa tacet ad præceptum Apostoli, debemus nos post præceptum eius malle doceri quam docere. Item Luc. 2. in fine iterum dicitur: Et mater eius, id est, Christi, conseruabat quasi sub signaculo, dicit Glossa, omnia uerba hæc, &c. Omnia quæ de Domino, uel à Domino dicta, uel facta cognouit, siue quæ intellexit, siue quæ nondum intelligere potuit, omnia memorie commendauit, ut cum tempus prædicandæ uel scribendæ incarnationis eius adueneret, sufficienter omnia prout essent gesta, posset explicare querentibus, & ita quatuor Euangelistis multa dicta credidit eorum quæ scribebant. Sic nos crebra factorum Domini & doctorum meditatione, importunos cogitatus repellamus, & alios instruere laboremus. Item mater eius conseruabat omnia uerba hæc in corde suo, id est, in arca memorie reponerat: quia sicut dicitur Proverb. 25. Gloria Domini est celare uerbum. Et Tob. 12. Sacramentum regis abscondere bonum est. Omnia, non solum uerba, sed etiam facta: uerbum enim interdum ponitur pro re. Vide ergo ne restringas demonstrationem tantum ad uerba quæ hic dicit, sed ad omnia facta & dicta quæcunque in Euangelica historia continentur, scias quod aliquando scriberentur, & scriptores ad eam recurrerent. Ideo dicit ipsa Cant. 5. Tulerunt mihi pallium meum, id est, à me rapuerunt reuerentiam secretorum filij mei, quæ prius tegebam quasi sub nubilo & uelamine silentij, & erant occultata apud me. Custodes murorum, id est, Apostoli. Muri munientes Ierusalem, id est, Ecclesiam, sunt prælati. Custodes horum murorum, maiores prælati, qui minores custodiunt, quales fuerunt Apostoli.

Maria quæ in se uiderat implere, non seruat cum his quæ in prophetis legerat implenda.

3. Item ratione sapientia comparatur Maria auro. Titulo de throno. Non enim decebat ut uas cælestis sapientia expers esset à sapientia. Unde & ipsa ostendit scripturarum notitiam & eorum quæ ad sanctos patres dixerat Dominus, se habere in cantico suo, dicens: Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & femini eius, &c. Sapientiam enim omnium antiquorum exquisiuit, id est, corde quæsiuit, & in Prophetis uacauit. Narrationes uirorum nominatorum conseruauit, & in uersutis parabolarum simul introiuit. Occulta prouerbiorum exquisiuit, & in absconditis parabolarum conuersata est. Eccl. 39. Sic expone. Dicit ergo: Sapientiam antiquorum omnium, id est, doctrinam Patriarcharum & Prophetarum. Vel sapientiam omnium antiquorum, id est, saporem & cognitionem cælestium, quam antiqui habuerunt, exquisiuit, id est, extra alia quæsiuit. Et in Prophetis, id est, in prophetis intelligentibus, uacauit, curis contemptis. Narrationem, id est,

M 3 doctrinam,

doctrinarum, virorum nominatorum, id est, Apostolorum & Evangelistarum, quorum nomina sunt in libro vitæ. Luc. 10. Maria conservabat, &c. ut supra. Narrationem, scilicet quam narratur erat Apostoli, vel viri nominati Patriarchæ & Prophetæ, vel illi beati pastores quibus ab Angelis nuntiatus est partus eius, & ille felix Simeon qui suscipiens filium eius oblatum in templo, narravit ei prophetica certitudine plura de futuris. Luc. 2. Et in versibus parabolarum, id est, in obiculis & occultis subtilitatibus, simul introiit, diligenter perferutando, perforata superficie literali vel figurali. Occulta prouerbiorum, id est, sensum mysticum & moralem, exquisiuit, id est, ex toto corde quaesivit. Et in absconditis, id est, in occultis allegoriis figuratarum locutionum intelligendis, conueriata est studendo & meditando. Si enim hæc omnia vere dicuntur de quolibet vero sapiente, multo verius dici possunt & debent de matre sapientie incarnata.

4. Propter hoc igitur de notitia scripturarum commendat matrem filius Cant. 3. dicens: Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de luacro. Greges tonsarum sunt illi qui possessionem onera tanquam vellera deponentes, omnia reliquerunt pro Christo: qui quanto plus se abstraxerunt de mundo, tanto liberiore animo sacras scripturas intelligere potuerunt. Quibus quoque non fecerunt obicem peccatorum tenebræ: nam in lachrymis penitentia & deuotionis frequenter abiuti ascenderunt de virtute in virtutem, ut viderent Deum deorum in Sion, quod interpretatur speculum, scilicet ut mundi cordis oculo Deum conspicerent in speculo scripturarum. His igitur omnibus qui quasi greges Domini in pascuis sacre scripturarum inarunt, assimilantur dentes Virginis, id est, sensus & studiositas, quibus ipsi decerpit, attriuit, masticauit, ruminauit, & incorporauit animæ suæ velut herbas virentes sacre scripturarum summas. Item ipsa fuit & est mulier sensata & tacita. Eccles. 26. Sensata enim fuit querendo quomodo fieret quod ei promittebatur, vbi dixit: Quomodo fiet illud, &c. Sensatissima, Deum laudando & magnificando de suscepto beneficio, dicens: Magnificat, &c. Vnde verè potuit dicere illud Salomonis Eccles. 1. Præcessit sapientia omnes qui fuerunt ante me, & anima mea contemplata est multis sapienter. Quod fuit quando conferebat omnia quæ dicebantur, in corde suo: & hæc est consuetudo sapientis.

5. Item ratione sapientie designata est Maria per illam mulierem sapientem, quæ ciuitatem Abellam liberauerat sapientia sua. Designatur etiam per Abigail 1. Reg. 25. quæ erat mulier prudentissima & speciosa, cuius sapientia & subtilitate verborum, Nabal illius ad tempus à morte liberatus est. Et Mariæ sapientia & subtilitate orationum mundus fatuatus. Item Eccles. 29. Conuulsi sunt multi sapientiam eius, & vsque in seculum non delebitur. Ibidem: Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius nuntiabit Ecclesia. Et notandum, quod non solum sapiens est, imò etiam sapientia Dei magistra, quam docet verbis, orationibus, &

exemplis. Vnde de ea dicitur Sap. 8. Doctrina est disciplina Dei, &c. Ideo dicit ipsa Eccles. 24. Adhuc doctrinam quasi propteriam effundam, &c. Quære expositionem causa 27.

6. Item de ea specialiter dicitur Prouerb. in fine: Os suum aperuit sapientie, & lex clementie in lingua eius. Os suum aperuit, os scilicet intellectus sapientie haurienda per studium. Vnde, Aperi os tuum, & implebo illud. Vel os affectus sapientie attrahenda per desiderium. Vnde Psal. Os meum aperui, & attraxi spiritum, id est, spiritualem intelligentiam. Vel os corporis sapientie qua cognoscuntur diuina declaranda. Vnde de ea potest intelligi illud Eccles. 10. In medio Ecclesie primitiæ, aperuit os eius, quæ scilicet facta est Apostolorum magistra. Sapientie, inquam, docenda, non stultitie, vel vanitati, aut scurrilitati. Vel etiam sapientie quæ est Filius Dei, attrahenda, quando virginicatem vouit & se tantum humiliavit: quia dicitur istæ virtutes in ea principaliter placuerunt Alustiano. Eua enim aperuit os suum insipientie, cum dubitando respondit serpenti: Ne forte moriamur. Gen. 3. Maria sapientie cum credendo dixit Luc. 1. Fiat mihi, &c. Et lex clementie, id est, Euangelij, quæ docet clementiam, vbi Christus dicit Math. 9. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Lex enim antiqua seueritatis erat, quæ docebat reddi oculum pro oculo, dentem pro dente. Sed lex Euangelij, clementie est: quia peccata remittit: quia teos absoluit, ut adulteram. Ioan. 8. quia damnatos in paradysum reducit. In lingua eius: quia hæc hæc omnia nobis procurat orando.

7. Item ratione sapientie dicitur in fine 24. Eccles. de illo rege nato de Dauid: Qui adimplet quasi Phison sapientiam. Qui, scilicet rex adimplet, sapientiam, id est, beatam Virginem, quæ sapientia dicitur emphaticè: quia sapiens super omnes: vel quia mater sapientie, id est, Christi: & vniuersa debet esse generatio. Et paulo post: Qui adimplet quasi Euphrates sensum eius. Impleuit enim eam quantum ad cognitionem scripturarum. Qui enim aperuit Apostolis sensum ut intelligerent scripturas. Luc. vlt. multo fortius matrem impleuit spiritu sapientie & intellectu, superueniente in eam spiritu sancto. Luc. 1. imò descendente in eam sapientia, id est, Filio Dei, quia scientiarum dominus est, & qui priusquam aliis ciuitatibus, nouem mensibus euangelizauit cordi eius, & incerta & occulta sapientie suæ manifestauit ei. Nec solum nouem mensibus, imò & toto tempore quo iuuenis habitauit cum Virgine. Ita. 2. id est, filius cum matre. Beatus Anselmus: Quid de Deo non sapiebat, in qua sapientia Dei latebat, & de cuius utero corpus sibi aptabat? Impleuit ergo rex ille sensum Virginis, quasi Euphrates, id est, abundanter, sicut magna sit abundantia, vbi abundat Euphrates. Titulo gratia plena, multa inuenies de huiusmodi.

8. Item ratione sapientie appellatur ipsa agnitio veritatis. Eccles. 24. agnitio veritatis emphaticè, sed præcipue cognoscens, & effectiue, scilicet cognoscere faciens veritatem, ut cognita queratur, quæ sita inueniatur, inuenta accipiatur: quia qui quaerit, inuenit. Matth. 7. Ipsa enim fecit

fecit ut in caelis, id est, Ecclesiis, oriretur lumen veritatis indeficiens, sicut dicitur supra eodem capitulo: & sic ambularent gentes in lumine eius. Isa. 60. & propter hoc ipsa ab omnibus honoratur. Vnde & dicitur ei Iudith vltimo: Tu gloria Ierusalem, &c.

9. Item ratione sapientie dicit ipsa de se Eccles. 24. Profundum abyssi penetrari, id est, profunditatem scripturarum, de qua Gen. 1. Tenebræ erant super faciem abyssi, id est, in cortice literæ: quia tenebrosa aqua in nubibus aëris, non in fundo mysteriorum, vbi lux est permaxima, vbi ipsa super omnes profundius vidit.

10. Item ratione sapientie comparatur fauo, qui est pabulum luminis, vas dulcedinis, in variis cellulis literæ seu intelligentie celestis sapientie continens dulcedinem. Item in lege Domini fuit voluntas eius: quia voluit & impleuit quicquid præcipiebatur in lege Domini, sed respuebat quicquid prohibebatur in ea. Et in lege Domini mrditabatur, sic animal ruminans. Leuit. 11. Vnde Luc. 2. Conferens in corde suo die ac nocte, id est, in manifestis & obsecris. Item ipsa post filij ascensionem facta est magistra Apostolorum & prædicatorum Euangelicorum, & tunc impleta est propheta illa Mich. 4. De Sion exibit lex, & noua scilicet, & verbum Domini de Ierusalem, id est, de beata Virgine per Sion & Ierusalem designata.

11. Item quia filius eius reuelauerat incerta & occulta sapientie suæ, idem dicit ipsa Cant. 1. Introduxit me rex, id est, Christus, in cellaria sua, id est, manifestauit mihi secreta scripturarum sanctarum, quæ dicuntur cellaria: quia ibi est panis fortium, lac puerorum, vinum deuotorum, & omnia necessaria animæ, sicut in cellario necessaria corpori. Bene autem dicit, quod introduxit eam rex, id est, intus duxit, scilicet vsque ad medullam sensus spiritualis. Vnde ipsa dicit: Profundum abyssi penetraui, ut supra. Dicuntur cellaria quasi cellaris late ad reponendas diuitias: vel quasi cellarum lares, id est, quod multas cellas contineant ad diuersa victualia conseruanda. Vel etiam profundum abyssi tunc ipsa penetrauit in filio ad literam, quando filium suum misit ad limbum liberatæ ibi detentis. Tunc etiam penetrat profundum abyssi, quando gratia suæ illustratione visitat cor peccatoris profundum & inferutabile. Ierem. 17. Item Iob 18. Profunda quoque fluuiorum, id est, sacrorum librorum, scilicet quatuor Euangeliorum quæ sunt quatuor flumina paradisi, scrutatur beata Virgo, id est, facit scrutari. De quibus dicit Eccles. 24. Ego sapientia effudi flumina. Et abscondita sub velamine literæ produxit in lucem spiritualis intelligentie.

12. Item ex verbis Mariæ facile perpendi potest eius sanctitas, eius charitas, eius sapientia. Non enim nisi septem vbera tantum locuta legitur in Euangelio, & hæc septem verba ad septem dona Spiritus sancti, qui eam repleuerat, referenda sunt. Locuta est autem bis cum Angelo, bis cum Elizabeth, bis cum filio, semel cum ministris, nec etiam cum viro suo semel locuta legitur. Innuir autem in hoc quod religiosa persona & maxime mulier monialis &

puella rarissime debet loqui. Et tunc cum Deo in oratione & lectione, aut cum Angelo, id est, sacerdote angelicæ conuersationis & honestæ in confessione, aut cum Elizabeth vetula, id est, cum matura & sancta muliere, in mutua sed rara consolatione: aut cum ministris, & hoc coram omnibus, non in angulo, in necessariorum postulatione. Et nota, quod quidquid locuta est, aut ad sui humiliationem vel ad Dei laudem vel ad proximorum edificationem referebat. Idem de ipsa congruè potest dici illud Eccles. 43. In sermone eius composita sunt omnia. 1. Pet. 2. Si quis loquitur quasi sermoes Dei. Coloss. 4. Sermo noster semper in gratia sit sale conditus. Eph. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad edificationem, ut dei gratiam audientibus. Eccles. 21. Verba iustorum flatera ponderabuntur. Idem verè potuit ipsa dicere parab. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid neque peruersum. Idem etiam inuitat nos ad custodiam linguæ nostræ & imitationem verborum suorum Sap. 6. dicens cum sapientia: Concupiscite sermones meos, & diligite illos, & habebitis disciplinam. Sic exponere hanc auctoritatem: Concupiscite, id est, cum omni concupiscentia audite & inuestigate sermones meos, qui monent seriem & ordinationem vitæ Christianæ: quia sermo dicitur quasi seriem monens. Et diligite illos, id est, in exhibitione operum diligere vos ostendite: quia probatio dilectionis, exhibitio operis, sicut dicit Gregorius. Et habebitis disciplinam, id est, ordinatam moram correptionem. Quasi dicit: Si dilexeritis sermones meos, qui sunt sermones sapientie, habebitis disciplinam & seruabitis eam. Idem possumus dicere Mariæ sicut Ierem. 15. dicit Domino: Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos: & factum est verbum tuum in gaudium & lætitiâ cordis mei. Duo dicit, gaudium & lætitiâ: quia ex obseruatione & dilectione verborum eius sequuntur liberatio peccati & collatio gloriæ. Item de verbis ipsius dicitur Prouerb. 16. Fauus mellis verba composita. Septem enim verba eius quæ habentur in Euangelio, composuit celestis artifex, id est, Spiritus sanctus qui eam repleuerat: & idem sicut septem sunt dona Spiritus sancti, sic & septem verba eius in Euangelio continentur, quæ dicuntur fauus mellis, quia sicut in fauo est cera, luminis instrumentum, & dulcedo mellis reficiens gustum, sic in verbis eius & sacre scripturæ, scientia est veritatis illuminans intellectum, & omnimoda bonitas reficiens affectum. Medicinalia etiam sunt & conseruatiua more mellis: quia sanant languores animæ, & præseruant à peccato. De primo dicitur Sap. 16. Neque herba, neque malagma, &c. De secundo: In corde meo abscondi eloquium tuum, ut non peccem tibi.

13. Sed iam videamus de verbis ipsius, & primum de primo verbo. Ait itaque Euangelista: Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo fiet istud? Nota, quod beata Virgo ante hoc verbum nullum aliud locuta legitur in Euangelio: nec etiam statim ad primum Angeli verbum respondit, donec bis Angelus ipsam uis-

set allocutus, & ipsa bene præmeditata, iuxta illud Eccl. 32. Audi tacens simul & querens. Audire fidei est: quia fides ex auditu. Rom. 10. Tacere spei: quia illa. 30. dicitur: In silentio & in spe erit fortitudo vestra. Quætere charitatis: quia garrula res amor est. Ipsa verò auditu, & tacuit, & quæsiuit. Hic est ordo. Timor etiam filialis & castus fecit ipsam inquire beneplacitum Dei, &c. Eccl. 2. Qui timet Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei: & qui diligunt illum, replebuntur lege ipsius. Ipsa autem fuit mulier timens Deum, & eius dilectio fortis ut mors. Cant. 8. Quoniam inuitè præueniret virum, ut iret ad eum loqui, quæ Angelo veniente ad se & salutanti & bona promittenti & ideò bis allocuto eam, vix acquirere loqui vnum verbum. Et in hoc quies & taciturnitas bonis mulieribus proponitur æmulanda. Erubescat Salomonica mulier garrula & vaga, quietis impatiens, & ei confimiles. Prou. 7. Igitur quia prudens erat virgo non solum quid loqueretur, sed etiam cui & quod deceret eam loqui, considerauit. Ideò bene dicitur: Dixit autem Maria ad Angelum, non illa, vel illi. Quasi diceret: ut Maria & ut ad Angelum locuta est. Deceret enim Virginem & talem Virginem breuiter & tacite loqui & propositam continentiam protestari, maximè ubi eius periculum imminere videbatur. Et ut ad Angelum, quem interrogari breuiter quasi sapientem oportebat. Eccl. 6. Si videris sensarum, eui-gila ad illum audiendum in scholis & imitandum in factis. Quomodo fiet istud? &c. Eccl. 30. dicitur: Qui credit cito, leuis est corde, & minorabitur. Eua leuis fuit corde: quia cito credidit, & nec verbum, nec loquentem discutens, facile consentit. Duplici quippe funiculo trahebatur: quia promittebatur sublimitas, suadebatur voluptas, ad quæ duo homines facile inclinantur. Sed Maria neutrum voluit: quia humilis & Virgo fuit. Sed utilitatem non solum propriam, sed communem desiderans prudenter quæsiuit. Quomodo fiet istud quod tu dicis, ut virgo concipiam & pariam filium, quoniam virum non cognosco. Interlinearis: Ecce tangit se nouisse castitatem. Non cognosco, id est, me non cognituram proposui, & in proposito perseuero. Vel non cognosco, id est, vorum habeo non cognoscere. Felix namque propositum istud, in quo firmitas conuenit puritati. Nam quantumlibet pura fuerit deliberatio, minus habet, si defuerit fortitudo & consilij firmitas. Vbi autem non est puritas, non virtus obinet gratiam, sed oblationis incurrit offensam. Quia verò ipsa vtrumque habuit, id est, propositi puritatem & consilij firmitatem, dicitur de ea Prouerb. in fine: Fortitudo & indumentum decor eius. Decor in proposito continentie, fortitudo in consilij firmitate.

14. Commendantur autem septem verba illa à Spiritu sancti dictam. Vnde ipsa videtur cum Psal. dicere: Lingua mea calamus scribæ velociter scribens. Scriba iste spiritus est. Quasi diceret Virgo: Quod loquor à me ipsa non loquor, sed à Spiritu sancto. Nam sicut manus scribæ mouet calamum, sic Spiritus sanctus linguam meam. Et 2. Reg. 23. Spiritus Domini

locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Matth. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, &c. Multò ergo fortius loquebatur Spiritus sanctus per eam quam repleuerat vsquequaque. Sicut enim calamus non scribit quod vult, sed quod scribens vult: sic & ipsa ea verba proferebat, quæ Spiritus sanctus in corde eius scribebat & ei dictabat. Sequitur: Velociter scribens: quia Spiritus sanctus cuius gratia nescit tarda rerum molimina, citò & subito docebat eam respondere & loqui. Et bene dicitur lingua Mariæ calamus scribæ, id est, Spiritus sancti. Primo quia calamus hic creuerat in aquis gratiæ & doctrinæ. Vnde vox eius est secundum Hieron. Super aquam refectionis educauit me. Secundo quia calamus hic vacuus interior per humilitatem. Tertio quia planus exterior & sine scrupulis per honestam conuersationem. Quarto quia congruo tempore collectus ad officium suum, tempore scilicet miserendi, quod incipit ab ortu illius. Quinto quia acutus per subtilitatem. Sexto quia leuissus per amotionem omnis superflui: quia nihil locuta est in Euangelio, quod non faceret ad rem. Septimo quia fissus per discretionem verborum. Octauo quia plenus encausto gratiæ, quæ diffusa erat in labiis ipsius. Nono quia in manu dextera tenebatur: nam verbis vita & opera concordabant. Vnde & dictum est ei: Vox enim tua dulcis. Decimo quia à sinistro ad dexteram ducebat lineam: quidquid enim loquebatur, ad humiliationem sui, ad honorem Dei, ad ædificationem proximi, & sic ad æternitatem quæ signatur per dexteram, referebat omnia verba sua. Sequitur: Velociter scribens: quia quam citò respondit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. scripsit hic calamus ductu Spiritus sancti in humana carne vel in schedula verbum carnis factum, quæ videlicet schedula sumpta est à scriba de virginea carne eius. Velocius autem scripsit cæteris mulieribus vniuersis, quarum factus non formantur nisi longo temporis intervallo. De scriptura ista dicitur Apoc. 19. vbi agitur de filio Dei & Mariæ: Habens nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse, supple, & sui quibus ipse reuelat. Vel nouit ad plenum. Nomen quod ipsa scripsit, est Emanuel, id est, nobiscum Deus. Vnde sequitur: Vocabatur nomen eius verbum Dei, habens in vestimento, id est, in humanitate, & in femore in quo vis generatiua: hoc dicitur, quia spiritualement prolem genuit patri: scriptum, indebiliter scilicet, quod secundum humanitatem: & ipse Rex regum & Dominus dominantium, id est, Dominus omnium dominorum. Vnde dicitur: Deus dominorum Dominus. Quia enim tantum humiliavit se factus obediens vsque ad mortem, datum est ei nomen, quod est super omne nomen. Secundum humanitatem enim mortuus est & exaltatus, non secundum deitatem.

15. Primum igitur verbum Mariæ fuit istud: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? id est, nunquam cognoscere proposui, &c. ut supra. Et hoc verbum dictauit ei spiritus sapientiæ qui eam repleuerat. Fuit etiam hoc verbum fortitudinis & castitatis. Vnde: Quoniam

quoniam virum non cognosco. Et in hoc verbo docet ipsa loqui principaliter & primò de inquirenda Dei voluntate, sicut ipsa auditu virginitatis periculo, id est, quod mater deberet fieri, diu præmeditata, nec modum repentiens quomodo hoc posset fieri, saluo virginitatis proposito, non de re dubitans, sed de modo, rupto verecundie freno quæsiuit. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Glossa: Liqueat ergo, quod faciendum credit, quæ quomodo fiet, querit. Non enim dubitat virginem parituram: quia legitur Isa. 7. Ecce virgo concipiet. Sciebat etiam, quod impleri oportebat quod ab Angelo audierat. Sed quomodo fieret, non legerat, nec audierat ab Angelo quo ordine istud deberet impleri. Et ideò quæsiuit: quia mysterium à seculis absconditum. Coloss. 1. à Prophetis non prædictum, Angelo est reseruatam. Ideò dixit ad Angelum: Quomodo fiet istud, &c. In hoc etiam verbo denotatur constantia mentis eius: quia constanter respondit, virum non cognosco. Etiam in hoc Euz contraria, quæ dubitando respondit serpenti: Ne forte moriamur. Gen. 3. & ad primum verbum diaboli titubauit.

16. Secundum verbum, quando ut intellecto, quod posset concipere & parere manens virgo, cum respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Ecce verbum timoris, qui collactaneus est humilitatis. Et in hoc verbo notatur prompta obedientia, prompta deuotio, prompta fides, promptus consensus. Vnde dicit: Ecce. Notatur etiam humilitas. Vnde: Ancilla. Religiosa discretio. Vnde: Domini, non carnis, non mundi, non diaboli. Fides, spes, charitas. Vnde: Fiat mihi secundum verbum tuum, quo dixisti, Dominus tecum, non secundum precem meam, quæ non auferem petere ut fierem mater Dei: nisi enim credidisset & sperasset posse fieri & futurum esse quod ei promittebatur, non respondisset: Fiat mihi secundum verbum tuum. Dixerat autem ei Angelus, Dominus tecum: in quo notatur charitas: quia qui manet in charitate, Deus manet in eo. 1. Ioan. 4. De fide dicit Elizabeth: Beata quæ credidisti. De spe dicit ipsa: In verbo tuo supersperavi. Diffusa est enim gratia in labiis eius taliter respondendi, & propterea benedixit eam Dominus in æternum. In hoc etiam verbo notatur deuotio orationis: quia dicens, Fiat mihi, &c. cum magna deuotione promissum Angeli optat impleri. In hoc verbo instruitur humiliando nos coram Deo, eius gratiam postulare. Vnde Iudith 8. Indulgentiam illius fuis lachrymis postulemus, & humiliemus illi animas nostras. Item de hoc verbo quod respondit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. dicit ipsa: Eructauit cor meum verbum bonum. Eructauit quasi de pleno: quia ex abundantia cordis os loquitur. Matth. 12. Cor meum. In hoc commendat verbum suum ab interiori sapore qui est vera cordis dilectio. Verbum bonum, per quod Deo reconciliatus est mundus. Siquidem in isto verbo, Fiat mihi, firmum factum est pactum reconciliationis humanæ, & matrimonium diuinæ & humanæ nature. In hoc etiam verbo concepit Filium Dei. Præcessit autem verbum humilitatis gloriam

conceptionis: quia sicut dicitur Prouerb. 15. Gloriam præcedit humilitas. Beatus Bernardus: Hæc est virginis nostræ gloria singularis & excellens prærogatiua Mariæ, quod filium vnum eundemque cum Deo Patre meruit habere communem.

17. Tertium verbum, quando salutauit Elizabeth, quasi congratulans ei de dono quod eam recepisse didicerat. In quo notatur beneuolentia: quia salutare idem est quod alij salutem optare. Ecce verbum intellectus, ad cuius prolationem intellexit Elizabeth Mariam Dominum suum concepisse. Vnde dixit: Et vnde hoc mihi ut mater Domini mei veniat ad me? Ad eius enim salutationem intellexit Ioannes clausus in vtero Dominum suum clausum, & pro modulo suo gauisus est in occursum eius. In hoc autem verbo instruitur, quod proximis debemus optare salutem, & cum ipsis loqui de sua salute, quod est salutare, & de beneficiis sibi à Deo impensis eisdem congratulari: & hoc faciunt qui Christum spiritualiter conceperunt.

18. Quartum verbum, quando coram Elizabeth dixit: Magnificat, &c. Quando scilicet magnificante se beata Elizabeth, ipsa magis Dominum magnificare curauit. Qui enim verè humilis est, non se ab hominibus, sed Deum laudari desiderat, sicut dicit Augustinus. Et propter hoc dicitur Eccl. 3. quod Deus ab humilibus honoratur. Et hoc verbum fuit sapientiæ, humilitatis, & gratiarum actionis. Et in hoc verbo docemur Deo gratias agere de perceptis eius beneficiis, & attribuere ei totum quod est humilitatis, & magnificare potentiam eius. Vnde dixit: Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et nota, quod in cantico suo prosequens laudes Domini, aliquantulum prolixè locuta est, cum vbiusque alibi breuiter locuta sit, nec in aliquo verbo effluxit, nisi in laudibus Saluatoris: per hoc innuens nobis in Dei laudibus prolixè loquendum, imò nunquam tacendum, iuxta illud Isa. 62. Qui reminiscimini Deum, ne taceatis, & ne detis silentium ei. Et hoc contra eos, qui in choro, aliis cantantibus & psallentibus, tacent ut statua, alias nullo modo linguam cohibere valentes.

19. Quintum verbum. Ioan. 2. Fili vnum non habent. Ecce verbum pietatis, charitatis & compassionis. Iste etiam sermo certissimus index ingenitæ sibi mansuetudinis & virginalis verecundie fuit: aliorum quippe verecundiam suam reputans, sustinere non potuit nec dissimulare vini defectum. Vbi sane increpata est à filio, nec illi respondit tanquam mitis & humilis corde: nec tamen desperauit, ministros admonens facere quidquid diceret illis. Supra titulo de pietate & compassionis eius quære expositionem illius verbi, Vinum non habent. Et titulo, Dominus tecum, circa finem capituli. Dicere verò vinum non habent, est defectum gratiæ quem multi patiuntur, Deo per orationem nuntiare, & eis vinum compunctionis, deuotionis, & gratiæ postulare. Et hoc inuenitur beata Virgo prima pro homine in Euangelio exorasse. In hoc etiam docemur ab eo petere id quo indigemus, qui est sufficientia omnis

omnis boni. Iacob. 1. Qui indiget, postulet à Deo. Quod autem Christus respondit, Quid mihi & tibi est mulier? non negabat matrem suam, sed discernerebat potentiam suam: quia non ex natura quam à Virgine acceperat, sed à potentia diuinitatis suæ habebat facere miraculum, sicut dicit Augustinus. Et fortè sicut dicit beatus Maximus: quia mater defectu carnalis poculi suggererebat filio, qui venerat totius orbis gentibus nouum salutis æternæ calicem propinare. Quod enim petebat mater, erat gratiæ temporalis: sed quod Christus parabat, gaudij sempiterni. Nec tamen piguit benignissimum Dominum, dum magna veniunt, parua prætere. Et idem mater eius sciens obiurgationem illam Domini filique sui, non irascens offensam prætere, sed mirantis portare mysterium, & futura prænosens in spiritu tanquam mater Dei, & Dominicam præuidens voluntatem, sollicitè ministros adponuit, dicens: Omnia quæcunque dixerit vobis, facite. Et Dominus increpatæ matris pudorem releuans, & iam suam aperiens maiestatem, expectantibus ait ministris: Implete hydrias aqua. In hoc etiam quod ita durè respondit matri, docuit nos & maxime religiosos, non ita esse sollicitos super propinquos carnis suæ. Item de hoc miraculo dicit beatus Maximus contra quosdam incredulos: Ille aquas mutauit in vinum, qui eas ab initio concreauit in niues, indurauit in glacem, Ægyptiis verò in sanguinem, & Hebræis sitientibus manare præcepit de rupe arida, quæ multitudinem innumeram populorum situlicidii noui fontis vitæ maternorum vberum nutriebant. Moraliter: Sicut per Mariam impetratum est vinum in nuptiis, sic per duplicem amaritudinem penitentiae quæ signatur in nomine Maria, quod dicitur mare amarum, vinum gratiæ & deuotionis & interioris consolationis. Et adapta quatuor vel quinque interpretationes alias, scilicet quod illuminatrix, illuminata, illuminans, Domina, stella maris, Virgo fecunda, nupta Ioseph, vidua, & huiusmodi.

20. Sextum verbum, quando dixit ministris Ioan. 2. Quodcumque dixerit vobis, facite. Ecce verbum consilij, in quo docemur ad diuinæ voluntatis implentem alios quantum possumus, inuitare. Hoc est enim consilium sanctorum, sicut dicit Gloisa ibi. Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, &c.

21. Septimum verbum, quando dixit filio Luc. 2. Fili quod fecisti, nobis sic? ut scilicet remaneres nobis ignorantibus. Ecce ego & pater tuus putatiuus, dolentes de absentia tua, quærebamus te. Sed heu multi hodiè plus dolent de amissione denarij, quam de amissione Iesv. Quod pater ex eo quod ipsum amissum per peccatum, per dolorem penitentiae non requirunt. Ecce verbum scientiæ, quæ magis attribuitur rebus humanis quam diuinis. In hoc autem verbo instruitur delinquentes filios corrèpere, cum ipsa corripuerit etiam non delinquentem, nec committere coram eis si quid fecerint boni, sicut ipsa non legitur filium commendasse de eo quod erat in his quæ patris sui erant. Item in hoc quod præmisit, fili, notatur correptio in mansuetudine. Notandum etiam, quod ipsum

inquantum Deum non aueret corrèpere, sed inquantum filium suum: & idem dixit, Fili. Præmisit etiam, Fili quod fecisti nobis sic? Ecce discretio: quia non increpauit eum statim, sed causam quæ fuit quare sic fecisset. In hoc etiam quod dixit, Et pater tuus. Cum enim de Ioseph non concepisset, sed de Spiritu sancto, clauderet impiis sacramentum Dominicæ incarnationis: quia si ipsum cognouissent, non eum crucifixissent. 1. Corinth. 2. & ita non effemus redempti. Item in hoc quod Maria dicit, Dolentes quærebamus te, docet ipsa nos, quod qui vult inuenire Iesvum, id est, salutem, debet ipsum quærere cum dolore. Sequitur: Et ait ad illos, Quid est, quod me quærebatis, &c. Non increpat quia quæritur, sed indicat vbi potius quæri debet, scilicet in diuinis. Vnde subdit: Nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Quasi diceret: Hoc sciat, & apertè ostendit esse Patris sui templum, in quo erat, & doctrinam quam audiebant: quod est contra Manichæum. Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos: non enim adhuc capiebant mysteria. Et nota, quod Maria modo miratur mysterium, sed postea proficiens, ab eodem petit miraculum. Ioan. 2. Vinum non habent. Sequitur: Et descendit cum eis, & venit Nazareth. Ut Filius Dei exerceat quæ Patris sunt, ut filius hominis seruaret obedientiam matris. Vnde sequitur: Et erat subditus illis. Augustinus: Hoc singulariter illa femina habuit, ut videret sibi nascendi solennitate subditum, quem non solum humana, verum etiam angelica natura veneratur & adoratur altissimum. Propter huiusmodi verba quæ Christus libenter auscultat, dicit ipse matri & cuiuslibet animæ fideli imitatrici matris suæ Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, &c. Item Cant. 7. Guttur tuum, id est, verba de gutture procedentia, sicut vinum optimum: quia verba eius pungitiua sunt, & sapida & delectabilia omni animæ iustæ. Idem dicitur Eccl. in fine: Beatus qui in iustis versatur bonis: qui ponit ea in corde suo, sapiens erit semper. Verba enim matris veritatis, verba sunt Filij qui est veritas. Vnde dicit ei filius Isa. 51. Posui verba mea in ore tuo, &c.

CAPVT XXXI.

De taciturnitate Mariæ.

DE taciturnitate quæ signum est sapientiæ, commendat filius matrem Cant. 4. Quam pulchra es amica mea, &c. Oculi tui columbarum extra taciturnitatem tuam, id est, præter. Ita dicit alia translatio quam ponit Ambr. Tota enim spiritualis & simplex vt columba, in cuius specie Spiritus sanctus visus est descendere super Christum Luc. 3. & Ioan. 1. Non est enim mediocris virtus tacere, sicut dicit Ambr. & idem de taciturnitate commendatur Maria, quæ omnia verba conferens in corde suo, tacitè conseruabat. Notorium enim est & vulgatum muliebrem sexum de multiloquio & minori

noti circumspectione redargui: nec mirum, cum ad primas suggestiones noxias loquela porritus sit adempta serpenti, & aliquatenus inhibita mulieri. Hic poteris assignare de propria responsione Euz sine discussione verborum serpentis, vnde ortum est omne malum: & cogitatione Mariæ qualis esset angelica saluratio, vnde ortum est omne bonum. Beatus quoque Bernardus: Post maiorum charismata gratiarum in omnium maxima mulierum Dei genitricis Mariæ granitatem silentij dignis laudibus prædicabat. Ipsa etiam dicit de taciturnitate sua, quasi seipsam commendans Eccl. 8. Ego os regis obseruo, id est, os meum quod est regium, vt scilicet nihil aliud loquatur, quam quod regem deceat & reginæ, scilicet verba lenitatis & clementiæ, verba pietatis & iustitiæ. Ipsa etenim est mulier sensata & tacita. Eccl. 26. quæ sedebat solitaria, & tacebat & leuabat se super se per contemplationem Dei. Thren. 3. Siquidem quia fuit sensata, id est, plena sensu & tacita, non seminifua, sed loquens in tempore congruo. Fuit tempus tacendi & tempus loquendi, sicut dicit Eccl. 3. Tempus tacendi ei fuit ante mortem Christi, loquendi post. Debit tacere in præsentia verbi, nec radiare debuit luna præsentem sole, sicut nec luna radiat in præsentia solis. Sed verbo obmutescente per mortem, debuit reuelare mysteria quæ conseruabat in corde suo contra scandalum crucis: quia super omnes nouit. Vnde poterat dicere illud Isa. 24. Secretum meum mihi, quantum ad statum concipientis portantis & parientis. Secretum meum mihi, quantum ad cognitionem ipsius concepit: quia super omnes habuit noticiam diuinitatis. Luna etiam non debuit radiare præsentem sole, sed sole tendente per mortem ad occasum, contra tenebras noctis debuit emittere radios lucis & doctrinæ. Vnde & dicitur pulchra vt luna. Cant. 6. Turbata etiam fuit in salutatione angelica: quia silentium suum quod valde amabat, respondendo infringere cogebatur. Cogitabat etiam qualis esset ista saluratio. Et vtinam moniales & reclusæ & religiosæ nostræ tacendo cogitarent quomodo in iudicio responderent, vbi de omni verbo otioso reddituri sunt homines rationem. Sensata etiam fuit & tacita in interioribus verbis, quæ sunt cogitationes, & affectiones, seu desideria cordis, quæ loquuntur Deo. Vnde & de ea dicitur Isa. 32. Princeps, id est, Maria designata per Saram quæ interpretatur princeps, ea quæ digna sunt principe, cogitabit, cogitationes scilicet pacis & non afflictionis.

CAPVT XXXII.

De subtilitate Mariæ.

Subtilitas beate Mariæ in hoc apparuit, quod statim subtiliter contemplata est celestia, quod ductu propriæ rationis, illuminante gratia, visa est Filium Dei desiderare virginitatem, quam idem fortè vult, vt eius beneplacito satisfaceret. Ac si diceret voto suo: Lilia desi-

derabat, lilia ei exhibeo. In hoc etiam apparere eius subtilitas, quod tam subtiliter scit misericordiam exhibere, quod sigillum non dissipat diuinæ iustitiæ, & maxime circa hoc consistit studiositas eius, de qua dicit Psal. Annuntiate inter gentes studia eius.

CAPVT XXXIII.

De actione Mariæ.

DE actione Mariæ hic notandum, quod præcipuo pauperi, id est, Filio Dei, de quo præcipuo exponitur illud Psal. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, præcipua misericordiarum opera dilectione præcipua & præcipuo modo exhibuit. Vnde dicit: Coram ipso ministravi, id est, ad beneplacitum eius exhibuit de propria & præcipua substantia sua: quia de purissimis sanguinibus secundum Damascenum, vel de carne virginea quæ erat argentum igne Spiritus sancti multipliciter examinatum, exhibuit ei vestimentum, & de lacte proprio exhibuit alimentum. Ratione vestimenti potest ei dicere filius illud Job 10. Pelle & carnibus vestisti me. Ratione alimenti illud Matth. 15. Esuriui, & dedisti mihi manducare. Sitiui, & dedisti mihi bibere. Lac enim puero cibis & potus est. Propter hoc in iudicio poterit ei commemorare filius excellentius & principalius quam omni alij creaturæ illud Matth. 15. Hospes eram, & collegisti me, scilicet in tabernaculo vteri virginalis, qui idem dicendus est regale palatium, quia celestis rex in eo nouem mensibus pacifice habitauit. Ipsa enim signatur per Martham, de qua legitur Luc. 10. Intrauit Iesvs in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et hoc est quod dicit Job 31. quasi loquens in persona Mariæ: Foris non mansi peregrinus, id est, Filius Dei, qui dicit per Psal. Aduena ego sum, & peregrinus, sicut omnes patres mei, scilicet Abraham, Isaac, Iacob & ceteri, de quibus dicitur Heb. 11. Constitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Sequitur in persona Mariæ: Ostium meum viatori paruit. Et hoc est quod ipsa dixit Cantic. 5. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, &c. De quo scilicet viatore dicitur Ierem. 43. quasi loquentis ad Filium Dei: Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es sicut vir vagus? Qui videlicet viator, cum non haberet vbi caput reclinaret, hospitatus est à Maria in domo vel vtero virginali. Vnde ipsa dicit: Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. In tabernaculo scilicet animæ inquantum Deus, in tabernaculo corporis inquantum Deus & homo. Et hoc est quod ipse dicebat Eccl. 24. In omnibus requiem quaerui, & in hereditate Domini morabor, id est, in beata Virgine Maria, in corpore nouem mensibus, ab anima nunquam recessurus. Propter hoc in Psal. dicit ipse de Maria: Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Et nota, quoniam

quoniam Maria non solum hospita vel hospitium facta est Filij Dei, imò & totius Trinitatis, cuius est nobile triclinium. Vnde in persona Mariæ dicit Iob 29. Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo? id est, filius in utero meo. Quando erat Omnipotens mecum? id est, Deus Pater per gratiam inhabitantem. Et petra fundebat mihi riuos olei, id est, Spiritus sanctus infundebat mihi dona & charismata omnium gratiarum. Sicut præceperat & Pater Eccli. 38. Reple Sion, id est, Mariam inenarrabilibus virtutibus tuis.

2. Nudus fui, & cooperuisti me, tuæ videlicet carnis virginæ tunica inconsutili. Luc. 2. Et pannis eum inuoluit, ecce operimentum: & reclinauit in præsepio, ecce materiale hospitium. De duplici tunica inconsutili, qua Maria vestitum filium, quare titulo, quod Maria velus, scilicet in illo capitulo, Descendet sicut pluuia in vellus. De nuditate filij quando descendebat in Virginem, dicit beatus Hildephonus: Qualiter ingressus est Christus in Virginem, nemo nouit: qualiter egressus, egressio sola cognoscit. Absque veste Deus, ut ita dicam, ingreditur, qui, ut certe dicam, carne vestitus egreditur. Ad domum sui operis venit, carnis tantummodo vestem tulit. Item qui venerat, rediit, sed aliter quam inceserat ipse processit. Hanc domum ingrediens, non pudoris spolia tulit, sed egrediens integritatem ditauit, &c. Item ratione huius vestis comparat se Christus grano frumenti. Ioan. 11. quod nudum seminatur, sicut dicit Apostolus 1. ad Corinth. 15. sed surgit vestitum palea sua velut tunica quadam. Item propter hoc figurata est Maria in vellere Gedeonis Iudic. 6. quia de quadam portione lanæ suæ, id est, carnis virginæ vestituit agnum Dei. Quare titulo, quod ipsa vellus.

3. Esuriui, & dedisti mihi manducare. Vnde Hieronymus dicit, quod beata Virgo cum acu & colo acquirebat, vnde se pascebat & vngentum Dei. Propter hoc Cant. 2. dicitur, quod sponsus pascebat inter lilia. Et hæc lilia appellat beatus Bernard. manus beatæ Mariæ Virginis, inter quas Dei Filius pascebatur. Beatus Bernardus: Manus Mariæ quædam lilia candidissima sunt: nec causabitur liliorum amator inter lilia non inuentum, quidquid inter Mariæ manus inuenerit.

4. Sitiui, & dedisti mihi potum, scilicet lactis virginæ, quod ego solus bibi, & hoc puer alius nunquam bibit: nec ipse suxit vbera alterius mulieris quam propriæ matris. Vnde figuratus per Moysen Exod. 2. qui nullius alterius mulieris sugere voluit quam matris suæ vbera, sicut dicunt. Propter hoc dictum est illi Luc. 11. Beata vbera quæ luxisti. Et hoc autem relinquitur, quod tantum suxit vbera virginis matris suæ. Vnde & dicit Cantic. 5. Bibi vinum meum cum lacte meo, scilicet virginali, quod totum fuit meum. Propter hoc licet dicatur beatæ Virgini, Oleum effusum nomen tuum, non tamen dicitur, quod eius vbera sint effusa. Aliter etiam de potu fidei potest intelligi quod dicit: Sitiui, &c. quo Maria specialius omni creatura ipsam potauit, quando respondit Angelo: Ecce ancilla Domini, fiat mihi.

Vnde signata est per Samaritanam mulierem, cui Christus dicit Ioan. 4. Da mihi bibere. Ideo etiam figurata fuit Genes. 24. per Rebeccam virginem pulcherrimam & incognitam viro, quæ de hydra sua, quæ signabat fidem Mariæ, potauit Elieser & camelos, id est, Christum & sanctos: nam ex humilitate Deo placuit, sed ex fide concepit sanctum sanctorum, id est, Christum qui sanctificat omnes sanctos.

Infirmus fui, & visitasti me. Infirmabatur Christus susceptis in se pœnalitatibus humanæ naturæ, quæ sunt fames, sitis, calor, frigus, ægritudo, & mors. Ideo dicit Christus: Infirmata est in paupertate virtus mea, &c. Et sic infirmatum per infantiam & iacentem in cunabulis pia mater non solum visitauit, sed etiam balneando, fouendo, leniendo, gestando frequentauit, eique humanitatis obsequia vniuersa quibus indigebat assumpta natura, deuotissime ministravit. Propter quod figura Mariæ dicitur Luc. 10. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Aliter: Infirmabatur Christus, quando crucifigebatur, & à Patre percutiebatur pro salute populi sui, & vulnerabatur propter iniquitates nostras, & atterebatur propter scelera nostra, & eius liuore, id est, carne liuida doloribus passionis sanabamur. Ila. 53. Et tunc visitabat eam mater stans iuxta crucem eius. Ioan. 19.

6. In carcere eram, & venisti ad me. Incarcerabatur Christus in carcere nostræ mortalitatis, de quo carcere dicit Psal. Educ de carcere animam meam, &c. quando nascebatur de vera virgine verus homo, & ad ipsum puerulum veniebat Maria sicut mater ad filium iacentem in cunabulo. Sed tunc præcipue missus fuit quasi in carcerem, quando ponebatur in sepulchro. Vnde in persona eius prædixerat Ierem. Thren. 3. In tenebris collocauit me quasi mortuos sempiternos. Idem ibidem: Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. Tuñe autem licet hoc non legatur, non est dubitandum venisse Mariam ad filij sepulturam. Vnde Hieronymus: Quam miserum erit & impium sentire de matre, ut quando cæteræ sanctæ mulieres tantam curam habuerunt de Dominica sepultura, ipsa se absentauerit. Absit.

CAPVT XXXIV.

De actione & contemplatione
Mariæ.

1. Ratione actionis & contemplationis dictum est ab Angelo Mariæ: Aue gratia plena, gratia scilicet cœlestium donorum: quia virtute contemplandi quodammodo patriæ donata est. Vnde de ea dictum est Sap. 18. Cœlos attingebat stans in terra. Et ipsa dicit cum filio: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Quantum enim distat inter odorem & gustum aromaticæ speciei, tanta inter contemplationem Mariæ & aliorum sanctorum distantia est. Sicut enim singularem actiuam à Christo accepit, videlicet eius humanam naturam

turam portare, lactare, pannis inuolueri, balneare, fouere, nutrire, pascere, potare, lenire, amplecti, & osculari, cæterisque humilitatis obsequia exhibere: sic, ut dicam quod ministras cordis mei deuotio, etiam dulcedinem suæ diuinitatis patri singulariter experiendam indulserit. Vnde plenitudini gratiæ subiunxit Angelus: Dominus tecum. Ideo de matre senserunt viri magni & adhuc sentiunt, quod vitæ fructuatur, quod nec asserimus, nec negamus.

As Maria
viri
fructuatur.

2. Item ratione vtriusque vitæ, actiue scilicet & contemplatiue signata est per Liam & Rachel, per Mattham & Mariam. Sed perfecta fuit in vtraque vita, quod neutra fortissimum istarum. Nam Martha quæ erga plurima turbabatur, & circa frequens ministerium sollicitabatur, diuinæ contemplationi non vacabat. Maria quæ ad pedes Domini sedebat, & verba Domini audiebat, nec fatigatam sororem iuuar, nec circa ministerium satagebat, actiui non intendebat. Neutra igitur vtriusque vitæ officia adimplebat. Sed beata Virgo, sicut ostensum est, sic omnia actiue opera filio exhibebat, quod interim à diuina contemplatione nullatenus recedebat. Et hæc fuit in Maria angelica perfectio: nam Angeli cum ad nos mittuntur, sic ministrant exterius, quod tamen à Dei contemplatione non recedant interius, sicut dicunt Beda & beatus Gregorius.

3. Item ratione vtriusque vitæ dicitur Maria tota pulchra. Cantic. 4. quia vniuersæ virtutes tam actiue quam contemplatiue in ea conueniunt, & præ cunctis creaturis admirabilem reddiderunt, per virtutes actiue habuit voluntatem mundissimam, per speculatiuam mentem purgatissimam. Fuit igitur tota pulchra, & in carne puritate virginis, & in voluntate perfectione actionis, & in mente consummatione speculationis, & nec in carne habuit maculam contagionis, nec in mente rugam duplicis vitæ.

4. Item ratione suæ contemplationis dicit ipsa

Cant. 1. Introduxit me rex in cellam vinariam, id est, in cogitationem gaudiorum cœlestium. Rex non seruus, id est, timor pœnæ, qui quandoque facit cœlestia cogitare. Non amicus, id est, desiderium præmij, sed ipse rex, id est, amor sponsi, qui facit me in cœlestia meditari. Innuens igitur, quod non timore supplicij ut serua, nec amore tantum præmij ut mercenaria, sed sola dilectione & charitate patris ut filia, in cellam vinariam est introducta, quæ est meditatio spiritualium, non in aquariam, quæ est cognitio temporalium: & sic ei collata est gratia spiritualis. Dicit ergo: Introduxit me rex in cellam vinariam, id est, omnium bonorum spiritualium mihi contulit affluentiam. Vel hæc cella vinaria, contemplationis gratia, quæ multiplicia continet pocula. Primum, puritas mentis. Secundum, requies mentis. Tertium, securitas mentis. Quartum, gaudium in Spiritu sancto. Est ergo sensus: Introduxit me rex in cellam vinariam, id est, contulit mihi gratiam contemplationis, cuius poculis me multipliciter inebriauit.

5. Item ratione contemplationis dictum est de Iudith in figura Mariæ Iudith 11. Non est talis mulier super terram in aspectu, &c. scilicet contemplationis: quia limpidius cæteris omnibus sanctis contemplabatur Deum, cœlestia, & æterna.

6. Item ratione contemplationis dicit ipsa sponso Cant. 7. Mandragoræ dederunt odorem suum in portis nostris. Per mandragoras signantur studia contemplationis, quæ ita faciunt dormire hominem in deliciis suis, ut abscessionem ab inimicis suis carnalibus nec sentiat nec attendat. Dicit ergo: Mandragoræ dederunt odorem suum in portis nostris, scilicet in portis quinque sensuum, quæ tunc sunt nostræ, si odor mandragorarum ad eos perueniat, & ab eis excludat odorem mundanum: nam si bene dormiat interius anima, sensus suos claudit ad exteriora. Et vere talis erat contemplatio Mariæ.



LIBER QVINTVS.

De pulchritudine Mariae.

CAPVT I.

De spiritali pulchritudine Mariae.

DE spiritali pulchritudine Mariae quae consistit in virtutibus animae, dicit sponsus beatae Virgini matri suae Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, ab originali peccato sanctificata in utero. Item tota pulchra, ab actuali mortali fomite peccati subjugato. Et macula, etiam venialis peccati, non est in te, in conceptione Filij Dei, fomite peccati extincto. Et ideo tota pulchra es in opere, tota pulchra in corpore, & macula non est in te, in corde. Tota pulchra in opere, per simplicitatem. Matth. 7. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Tota pulchra in corpore, per virginalem castitatem. Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis, &c. Tota pulchra in corde, per humilitatem, quod est esse sine macula. Ideo in figura Mariae dictum est de Ehs. 2. eiusdem: Erat Esther formosa valde, & incredibili pulchritudine, omniumque oculis gratiosa & amabilis videbatur. Formosa valde, per claritatem quae est forma virtutum. Incredibili pulchritudine, per insolitam castitatem: inauditam enim erat à seculo aliquam personam ante beatam Virginem emisisse votum perpetuae virginitatis, quod votum ipsa prima emisit absque omni humano praecepto, consilio, & exemplo, sola inspiratione Spiritus sancti, sicut dicit beatus Bernardus: & ideo dicitur eius pulchritudo incredibilis. Vel incredibilis pulchritudo, in superlatiuo gradu virtutum omnium plenitudo. Vnde Isa. 66. Quis audiuit vnquam tale: Omniumque oculis gratiosa & amabilis videbatur, per humilitatem suam, quam respexit Deus: quia vbi amor, ibi oculus. Et nota, quod dicit, oculis omnium. Primo oculis ipsius Dei Trinitatis, qui eius humilitatem respexit, & speciem eius desiderat intueri. Vnde dicunt ei Pater & Filius & Spiritus sanctus Cantic. 7. Reuertere, reuertere Sunamitis, vt intueamur te. Sunamitis interpretatur mortificans vel mortificata. Haec est Maria quae mortificauit in se carnem, & omnem actum libidinis, & mortificata quodammodo fuit à mundo in filij passione. Interpretatur etiam coccinea, & in cocco seruentissima eius charitas figuratur. Fuit

etiam coccinea: quia in sanguine filij per compassionem rubricata. In hoc etiam quod dicitur, vt intueamur te, & ponitur verbum plurale, notatur Trinitas personarum. Ideo dicit etiam ei sponsus Cantic. 2. Vox tua dulcis ad audiendum, & facies tua decora ad intueandum. Secundo oculis Angelorum & omnium beatorum, qui in eam sicut in filium desiderant intueri. 1. Pet. 1. non dico sicutissime. Tertio oculis hominum: creditur enim, quod ferè nullus potuit eam intueri, quandiu fuit in mundo, qui eam statim non amaret, nunquam tamen male fuit adamata. Hoc inuenies titulo de proprietatibus cedri. Et nota, quod Esther, quae tam pulchra describitur, interpretatur abscondita: in quo moraliter edocetur fidelis anima vtramque suam pulchritudinem occultare, sicut fecit Sara occultans se in tabernaculo. Gen. 18. Rebecca vultum suum operiens terifstro. Gen. 24. Iudith cum puellis, id est, cogitationibus mundis & humilibus, quod sonat nomen puellae, & cum sanctis affectionibus, clausa manens in cubiculo. Iudith 8. Et appellatur hic cubiculum secretum oratorium, de quo Matth. 6. Cum oraueris, intra in cubiculum tuum. Maria clausa in thalamo. Luc. 1. Item de tribus his dicitur iterum de Iudith 11. in persona Mariae: Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, in sensu verborum. In aspectu conuersationis, in pulchritudine corporis, in sensu verborum, id est, in interioribus verbis, id est, puritate cogitationis.

Aliter: Tota pulchra es, in corpore scilicet & anima. In corpore, per incorruptionis integritatem, & omnium sensuum illibatam puritatem. In anima non solum tota pulchra per humilitatem, sed perpulchra siue pulcherrima per virtutum omnium perfectam plenitudinem. Vnde & dicitur pulcherrima mulierum. Cantic. 5. & hoc bis dicitur ibi. Dicitur etiam pulchra vt luna, id est, vniuersalis Ecclesia: quia quidquid alij sancti pulchritudinis habent in parte, habet ista in toto. Nemo enim sanctorum inuentus est similis illi in humilitate, nemo in charitate, & sic de singulis virtutibus. Verè enim pulcherrima, quae tot habuit in se pulchritudines, quot virtutes & singulas in superlatiuo gradu. Et ideo verè dicitur singularis. Siquidem virginitas ab omni immunditia carnis & sensuum ipsam conseruauit immunem, scilicet oculos eius ne viderent vanitatem, aures ne audirent linguam nequam, os ne gustaret quod gustatum afferret mortem, & sic de aliis sensibus. Interior autem humilitas perfectè

perfectè exclusit ab ea superbia totius spirituales vitij genitricem.

Aliter: Tota pulchra es. Tota enim pulchra est anima, cui nihil inest spiritualis turpitudinis, id est, vitij & peccati, & cui nihil deest spiritualis pulchritudinis, id est, gratiae & virtutis. Talis verè fuit gloriosa Virgo, quae nec primam similem habuit, nec habitura est in vitroque. Propter primum dicitur de ea Sap. 7. Syncera est, & ideo nihil inquinatum incurrit in illam. Rationes inuenies 7. priuilegio eius. De secundo dicit ipsa 24. Eccl. In me omnis gratia, virtus, & veritatis, &c. Et bene dicit, omnis gratia: nulla enim defuit ei virtus, nec puritas Angelorum, nec fides Patriarcharum, nec scientia Prophetarum, nec patientia Martyrum, nec sobrietas Confessorum, nec innocentia aut humilitas Virginum. Item de his duobus dicit Fulbertus Carnotensis, in illa homilia, Approbatæ consuetudinis: Confidenter asserimus, quod nullo genere virtutum vacabat, cui plenitudinem inesse gratiae Dei nuntius asserbat. Constantiter etiam asserimus, quod anima ipsius & caro quam elegit & habitaculum sibi fecit sapientia Dei Patris, ab omni immunditia & malitia purissima fuit, acerbissime scriptura, quoniam in maleuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sap. 1.

Aliter: Tota pulchra dicitur Maria: quia omnes virtutes actiuae, omnes virtutes contemplatiuae in ea conuenerunt, & prae omnibus creaturis admirabilem effecerunt. Et haec etiam fuit eius incredibilis pulchritudo. Per virtutes actiuas habuit voluntatem mundissimam, per speculatiuas mentem puratissimam. Tota igitur fuit pulchra in carne puritate virginis, & in voluntate perfectione actionis, & in mente consummatione speculationis. Et nec in carne habuit maculam contagionis, nec in mente rugam duplicis. Et talem sibi Christus matrem & sponsam exhibuit, non habentem maculam neque rugam Eph. 4.

Aliter: Tota pulchra es. Est enim quaedam creatura tota deformis, scilicet diabolus, & quicumque scienter in aliquo criminalium seu mortalium demoratur, de quibus dicitur Thren. 4. Denigrata est super carbones facies eorum, &c. Isa. 13. Facies combuist vultus eorum. Ioel. 2. Omnes vultus redigentur in ollam. Et alia creatura partim pulchra, partim deformis, iustus scilicet, nullum habens mortale, licet multa venialia. Iacob. 3. In multis offendimus omnes. Quia dilecta quis intelligit. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Tales vadunt in purgatorium. Est etiam tertia creatura tota pulchra, scilicet puer decedens in albis, vel anima exiens à purgatorio, cuiusmodi statim euolant ad thalamum sponsi.

Aliter: Tota pulchra dicitur Maria principaliter ex filij diuini verbi generatione, qui est splendor patris glorie. Ad Hebr. 3. Qui est candor aeternae lucis & speculum sine macula. Sap. 7. In quem desiderant Angeli prospicere. 1. Pet. 1. Cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, sicut dicit beata Agnes.

Tota pulchra. Sicut enim ferrum ab igne ex-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariae.

tractum, non solum ignitum, imò totum est ignis, & sicut aer illustratus à sole, qui dum inflamat aërem, suum ei imprimit calorem, induitque calorem, totus sol efficitur, & velut aquae gutta dolio vini optimi infusa, tota transit in saporem, in odorem, & in calorem vini: & sicut vitrum candidum & purum illustratum à sole, transit in splendorem & colorem solis: & sicut lana candida & pura tincta in sanguine muricis, vel conchilij, tota coloratur secundum qualitatem tincturae: sic anima Mariae Spiritu sancto repleta, & maxime luce illa caelesti, id est, Filio Dei in eam descendente, non solum luminosa est iam effecta, sed tota est deificata. Et sicut Dei Filius carnem assumens in ea informatus est vsque in se quando de eius substantia filius carnem induens, ipsa beata Virgo quoddam diuinum nobis ineffabile ex Dei omnipotentia nuntiavit. Vnde & dicit Cantic. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Quid autem sit illi dilectus, quid illa dilectio non dicit: quia id tantum est, quod ad ipsum explicandum verba deficiunt, & istud inscrutabile est viatori, quia credere praecipitur, discutere prohibemur, sicut dicit Ambro. Quidam tamen sic exponunt: Dilectus meus mihi, & ego illi, id est, ille ex me sola, & ego illum solum genui. Alij vero sic: Dilectus meus mihi, subditus scilicet & obtemperans sicut filius matri, & ego illi obediens & obtemperans sicut filia patri, sicut ancilla Domino, sicut creatura creatori. Si enim qui adhaeret Deo, quod sit per dilectionem, vnus Spiritus est cum illo. 1. ad Corinth. 6. vanitate scilicet amoris & gratiae, quomodo non magis anima Mariae à qua nunquam recessit, & corpus, in quo nouem mensibus habitauit incarnata sapientia, deificata sunt, & à filio qui ignis est, tota facta sunt ignita. Sicut enim aqua in nuptiis conuersa est in vnum. Ioan. 2. vbi nec accessit vinum, nec recessit aqua, sed alterum factum est aliud, non successione vice, sed immutationis origine, nec rationis expositione, sed admirationis obtentu: sic & Maria prius quasi aqua purissima, in Spiritu sancti superuentione & Filij Dei conceptione quasi conuersa est in vinum, super omnia post Christum laetificans cor hominis. Et forte quia ipsa hoc modo & aqua fuit quae potus est pauperum, & vinum quod potus est diuitum, ideo dicit Eccl. 24. Qui bibunt me, adhuc sitient.

Item notandum, quod Maria non solum dicitur pulchra vel tota pulchra, sed etiam speciosa, id est, omni corporali & spiritali specie repleta: quia secundum Grammaticos nomina desinentia in osus, signant plenitudinem. Speciositas enim mulieris maxime consistit in duobus, in colore nitido, quod pertinet ad fidei viuacitatem, & membrorum compositione, quod pertinet ad morum honestatem. Et ideo species eius designatur per septemplacem speciem, quae reperitur in scriptura. Quare canit ei Ecclesia: Speciosa facta es & suavis, &c.

Prima est species oliuae. Eccl. 24. Quasi oliua speciosa in campis. Secunda, species columbae: vnde canitur, Vidi speciosam sicut columbam. Tertia, species Libani. Cant. 5. Species eius vt Libani. Quarta, species coeli. Eccl. 44. Spe-

cies cæli in visione gloriæ. Quinta, species ignis. Num. 9. In nocte operiebat tabernaculum quasi species ignis: quia charitas Mariæ protegit Ecclesiam in tribulatione. Sexta, species iris tunc arcus. Ecl. 43. Vide arcum, & benedic qui fecit illum: valde enim speciosus est. Septima, species solis. Sap. 7. Est enim speciosior sole. Est igitur gloriosa Virgo oliua, per effectum pietatis. Columba, per lenitatem mansuetudinis. Libanus, quod interpretatur candidatio, per candorem virginitatis. Ignis ratione protectionis, ut dictum est. Cælum, id est, casa elios, hoc est, domus solis, per fecunditatem ventris sui, repletionem vteri, vel gestationem in vtero. Arcus quantum ad incarnationem verbi: arcus enim est ex radiis solis & humida nube, sicut dicit Glossa super Gen. 8. quod factum est in incarnatione, quando sol iustitiae, qui est splendor patris, ingressurus Ægyptum, id est, venturus in mundum, ascendit super nubem leuem. Isa. 19. id est, sibi vniuersi mundissimam carnem sine pondere peccari, quod factum est in vtero virginali: & sic factus est quasi quidam arcus, qui fit in die pluuie. Sol quantum ad generationem filij: quia sicut sol sine sui corruptione gignit radium, sic & virgo filium.

Item species oliuæ consistit in vitoris continuitate, & signat in Virgine fidei sinceritatem, quæ delectat oculum mentis, sicut viror oculum carnis. Ecl. 40. Gratiam & speciem desiderabit oculus. Hanc speciem præfigurauit species primæ filiz Iob quæ vocatur Dies, in quo notatur claritas fidei, &c.

Species columbæ consistit in colorum mutatione & varietate circa collum, & signat in Virgine doctrinæ veritatem, quæ in collo intelligitur: quia doctrix fuit doctorum & magistra Apostolorum. Vnde quædam Glossa dicit super illo verbo, Tota pulchra es: quia sponsa est pulchra prædicatione. Hanc speciem præfigurauit species secundæ filiz Iob, quæ vocabatur Cassia. Cassia enim habet folia purpurea: in foliis autem verba, in purpura Christi passio notatur. Quid igitur per folia purpurea, nisi passionis doctrina, quæ maxime creditur affectu & effectu in Virgine abundasse? Vnde & Lucas, cui inter ceteros Euangelistas appropriatur descriptio Dominicæ passionis, Euangelij seriem à Virgine gloriosa dicitur didicisse.

Species Libani consistit in continuitate candoris: quia ibi sunt niues continuæ. Ierem. 18. Nanquid de petra agri deficiet nix Libani, id est, de firma mente refrigerium Virginitatis. Et signat candorem virginitatis, de qua specie dicitur: Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Ecl. 43. Hanc speciem figurauit Abisag Sunamitis, quæ fuit virgo speciosa valde. 3. Reg. 1. quæ fouebat pedes Dauid frigescentes. Sic Maria calefacit affectus filij ad amorem nostrum orationibus suis, quando sentit eos frigescere quoad nos propter peccata nostra.

Species cæli consistit in visione gloriæ, sicut dicitur Ecl. 43. & signat in Virgine contemplationis sublimitatem Ecl. 36. Species mulieris exhilarat faciem viri, id est, altitudo contemplationis delectat faciem intellectus specu-

latiui. Hanc speciem præfigurauit species tertiæ filiz Iob, quæ vocabatur Cornustibij. Quid est enim Cornustibij nisi constantia & firmitas in laude Dei, quod contemplatiuum est proprium, laudare videlicet Deum sine intermissione in Psalmis & himnis & canticis spiritualibus. De hac triplici specie filiarum Iob dicitur in fine Iob, quod non sunt inuentæ puellæ speciosæ sicut filiz Iob in vniuersa terra.

Species ignis consistit in flâmitate & feruore splendente. Augustinus de ciuitate Dei: Quid igne flammante, vigente, lucente pulchrius? Quid calefaciente, curante, coquente vtilius? Et hæc species signat in Virgine charitatis ardorem. Hanc speciem figurauit Esther regina quæ erat pulchra incredibili pulchritudine: quia charitas regina virtutum. Magister Richardus de sancto Victore: Meritò charitas regina virtutum dicitur: quia virtutis nomen amittit, quæ charitati non famulatur.

Species arcus consistit in duobus coloribus qui principales in eo sunt, caruleo & igneo, & signat in Virgine honestatem conuersationis. Oportet enim ad hoc quod honestè viuatur cum aliis, & flere cum stentibus per compassionem in aduersis, ecce color caruleus: & gaudere cum gaudentibus per congratulationem in prosperis, ecce color igneus. Hæc eius species præfigurata est per Abigail, quæ erat prudentissima & speciosa 1. Reg. 25. quæ compassa est viro suo in aduersitate, & congratulata regi Dauid in sua prosperitate.

Species solis consistit in splendentis radij emissionem, & significat fecunditatem ventris. Et hanc speciem figurauit species Susannæ Dan. 13. de qua dictum est presbitero: Species deceptit te.

Item de speciositate Mariæ canit Ecclesia in eius assumptione: Vidi speciosam sicut columbam descendentem, &c. Maria speciosa dicitur antonomastice, sicut luna dicitur la belle. Vnde pulchra ut luna Cant. 6. Et licet possit intelligi ut dicatur speciosa sicut columba, tamen melius est ut intelligatur simpliciter speciosa: & quod dicitur, sicut columba, referatur ad id quod dicitur, ascendentem. Verè Maria speciosa, quæ omni speciositati comparatur. Speciositati arborum. Vnde quasi cedrus, &c. Speciositati hortorum & fontium. Vnde: Hortus conclusus soror mea sponsa. Speciositati gemmarum. Vnde: Venter tuus eburneus, distinctus saphiris, id est, cælestibus coloribus. Item manus eius tornatiles auræ, plenz hyacinthis. Ecce triplex speciositas, operum, metallorum, lapidum. Speciositati luminum. Vnde: Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora confurgens, &c. Speciositati herbarum. Vnde: Nardus mea dedit odorem suum. Speciositati florum. Vnde: Sicut plantatio rosæ in Iericho. Et Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Speciositati fructuum. Vnde: Sicut fragmen mali punicæ, &c. Speciositati ædificiorum. Vnde dicitur arca, thronus, solium, nauis, & huiusmodi. Speciositati vasorum. Vnde dicitur Ecl. 43. Vas admirabile, &c. Speciositati membrorum. Vnde commendatur à singulis membris in Canticis, sicut infra ostendemus.

Item

CAPVT II.

De corporali pulchritudine
Mariæ.

Item in supra dicta auctoritate. Tota pulchra es, &c. Et iterum in Cant. 1. Ecce tu pulchra es amica mea, &c. tu pulchra, videtur ei attribuere sponsum duplicem pulchritudinem, corporalem videlicet, & spiritualem. De spirituali dictum est, minus tamen sufficienter: adhuc autem dicturi sumus de ea. Si quis autem querat de pulchritudine corporali beatæ Virginis, congruentissime mihi videtur posse dici & credi eam præ filiabus hominum speciosam, quæ speciosam formam non solum præ filiis hominum, sed etiam præ millibus Angelorum, suæ carnis substantia vestiuit vnigenitum: non enim conuenienter tota pulchra & sine macula appellaretur, nisi secundum dispositionem & figuram corporis & colorem faciei pulcherrimæ & sine macula apparet. Sed forte sicut in apochrypho de infantia Saluatoris scriptum reperitur, nemo plene poterat ipsius factem intueri. Vnde dicitur Matth. 1. quod Ioseph accepit Mariam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum, &c. Et dicit Chrysostr. ut quidam asserunt, quod in Euangelio Nazæorum legitur, quod Ioseph Mariam videre non poterat facie ad faciem: quam Spiritus sanctus eam à conceptione Filij Dei penitus impleuerat, ita quod non cognoscebat eam propter splendorem vultus eius. De isto decore eleganter dicit ei quidam profane: Tu decorem induisti, tu plus sole refulsisti, cum beata membra Christi tuæ carnis protexisti polymita tunica. Alij dicunt, quod ex quo Ioseph cognouit & credidit Mariam de Spiritu sancto concepisse, in tanta eam habebat reuerentia, quod nunquam ausus est contemplari faciem eius: vnde non cognoscebat cuiusmodi esset vultus eius. Simile legitur de Moyse Exod. 34. & 1. Corinth. 3. quod non poterat filij Israel respicere in faciem Moyse propter gloriam vultus eius: quia cornuta apparebat facies eius ex consortio sermonis Domini. Si ergo tam pulchra apparuit facies Prophetæ ex consortio sermonis Domini, quid æstimas de facie matris ipsius verbi?

Item ratione pulchritudinis corporalis & virginitatis figuratur ipsa per Rebeccam, de qua legitur Gen. 24. Ecce Rebecca egrediebatur, &c. habens hydriam in scapula, puella decora nimis, virgòque pulcherrima & incognita viro. Propter hoc etiam figuratur ipsa ferè per vniuersas mulieres, quæ de corporali pulchritudine commendantur in Biblia, ut fuerunt Sara, Rebecca, Rachel, tres filiz Iob, Noemi, Abisag, Abigail, Bersabee, Susanna, Iudith, Esther, & ceteræ multæ.

De pulchritudine verò & excellentissimæ membrorum eius honestate loquitur quidam sic: Ad membrorum beatæ Virginis excellentiam singularem laudes humanas addere necessè non est, cum ex vita illius sanctissima & rectius

N 3 virtutis

Item Cant. 1. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Ecce admirationis vox est, reliquum commendationis, iteratio verò pulchritudinis, confirmatio est amoris, vel signum duplicis pulchritudinis, interioris in virtute, & exterioris in conuersatione. Vel gemina pulchritudo geminæ charitatis affectus. Vel pulchritudo intellectus, quæ est cognitio veritatis, & pulchritudo affectus, quæ est amor bonitatis. Vel fides & operatio. Vel humilitas & innocentia. Vel decor actiue & contemplatiue. Vel hæc geminatio pertinet ad duo talenta, quæ sunt scientia & operatio. Vel ad duas partes iustitiæ, quæ sunt declinare à malo, & facere bonum. Vel ad conuersationem claustralium & secularium. Vel ad regimen prælatorum & obedientium subditorum. Vel geminatur pulchritudo sponsæ, propter decorem penitentium, & munditiam innocentium. Et dicitur ei: Ecce tu pulchra es amica mea, quæ amas & amaris. Demonstratio aduerbij tria facit, admirationem in pulchritudine sponsæ, & emulationem in aliis, notat etiam, quod in promptu est sponsæ pulchritudo. Pronomen vero geminatum discretionem notat & significantiæ. Et verè pulchra: quia oculi tui columbarum, id est, affectus & intentio simplex, sine plica, scilicet erroris & prauæ dilectionis. Hæc simplicitas oculorum totum corpus Ecclesie vel bonorum operum pulchrum reddit. Matth. 6. Luc. 1. Vel columbarum, id est, Deum simpliciter intueris: quia nihil aliud quam ipsum queris.

Item quatuor sunt Mariæ vel fidelis animæ pulchritudines. Prima in corporis castitate, secunda in conscientie puritate, tertia in exteriori conuersatione, & quarta in diuinorum contemplatione. De his quatuor Thren. 4. Candidiores Nazaræ eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchrioribus. Candor niuis munditia carnis, frigus refrigerium cordis. Hæc duo sunt in prima pulchritudine. Candor lactis quod est cibus paruulorum, innocentia mentis, & conscientie simplicitas. Hæc duo in secunda. Candor eboris qui processu temporis vertitur in ruborem, innocentia operis & feruor charitatis. Hæc duo in tertia. Saphirus colorem habet cælestem & signat contemplationem, ecce quarta. Et hæc quatuor pulchritudines quasi deriuantur à pulchritudinibus sponsæ, à quo sponsa recipit totam suam pulchritudinem: quia sponsa pulchra est per naturam, sponsa pulchra est per gratiam. Prima sponsæ pulchritudo fuit in corpore mortali. Vnde speciosus forma præ filiis hominum. Secunda apparuit in transfiguratione, quando resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta alba sicut nix. Tertia in resurrectione, carne glorificata. Vnde Isa. 63. Quis est iste qui venit de Edom, &c. Iste formosus in stola sua, id est, in carne glorificata. Quarta in diuinitate. Vnde Isa. 33. Regem in decore suo videbit. In prima Dominus nostram honorauit infirmitatem, in secunda ostendit futuræ beatitudinis qualitatem, in tertia exhibuit futuræ incorruptionis veritatem, in quarta perditam in Adam reformauit imaginem.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

virtutis forma resplendet: eius quippe in ter-
ris conuersatio & omnibus sanctis imitanda
proponitur. & etiam Angelis admiranda effi-
citur, quæ siquidem non solum delectabat, sed
& diuinos prouocabat aspectus. Quid enim
aliud membra illius erant, nisi quædam spiri-
tuales linguæ, quas Spiritus sanctus sui ple-
tro temperans modulaminis, suæ dignitatis
præsentia mouebat in harmoniam angelicæ si-
militudinis. Idem namque spiritus qui eius ani-
mam sui feruore calor accenderat, membro-
rum quoque officia in eandem habitudinem
suspendebat. Vnde nihil aliud in suis moribus
retonabat, nisi nectar diuinæ humanæque sapientia,
expressum de illa ineffabili suavitate,
quam in Trinitate Patris & Filij & Spiritus
sancti maiestatis diuinæ essentia communicat,
vel concordia. Ad huius puritatis excellentiam,
nullam alicuius sancti pertingere scimus san-
cti mentem, nisi solum Mariæ, quæ tantò san-
ctæ diuinitati erat vicinior, quantò Spiritus
sancti muneribus ornator, qui membra eius
vegit in quadam uirginitate, id est, omnino
in sanctitatis integritate custodiebat, ut nulli
omnino subiacerent corruptioni, dum munda-
næ uanitatis uel carnalis illecebræ nulla col-
luctatio sibi aliquid ex eorum usurparet officio.

Item de pulchritudine Mariæ interiori tam-
en magis quam exteriori dicit ei Spiritus san-
ctus in Psal. Concupiscet rex, id est, Christus
decorem tuum. Et nota, quòd per decorem ex-
teriori, qui consistit in membris, designatur
decor interior, qui in uirtutibus animæ, & in
his consistit species Iacob, id est, Mariæ, quæ
simul & semel uita omnia supplantauit, quam
scilicet speciem Christus dilexit.

Hic incipit scriptor commendare Mariam à
pulchritudine singulorum membrorum & sen-
sum, & quædam specialia interserit de pul-
chritudine Christi Ecclesiæ & fidelis animæ
mysticè & moraliter secundum testimonia Scri-
pturarum, & expositiones maximorum Theo-
logorum. Et incipit à capite Mariæ.

In capitis debita dispositione. Cantic. 7. Ca-
put tuum ut Carmelus, & comæ capitis tui sicut
purpura regis, iuncta canalibus. Carmelus in-
terpretatur scientia circumcisionis, purpura re-
gia in quibusdam canalibus tingitur, & per
hoc quod eis dicitur, iuncta tincturæ, recentia
designatur. Est ergo sensus: Caput tuum, id
est, mens tua prudenter est circumcisa, & co-
mæ tuæ, id est, cogitationes tuæ tinctæ sunt
in memoria sanguinis Dominicæ passionis, &
sic affectu sunt cogitationes tuæ quasi recen-
tem uiderent sanguinem de filij uulneribus dis-
tillantem. Fasciculus enim myrti morabatur
inter uetera eius, donec assumpta sit ad illud
gaudium, quod omnem dolorem absorpsit. Item
caput Mariæ, id est, mens, comparatur Car-
melo propter eminentiam contemplationis &
diuinæ scientiæ, & propter pinguedinem gra-
tiarum, ex quibus fructus multiplex bonorum
operum: quia Carmelus mons est altus & pin-
guis. Et ratione interpretationis: quia pruden-
ter circumcidit à se omne illicitum tam à carne
sua, quam à spiritu suo. Et à capite, id est, men-
te sua impinguita charismatibus omnium gra-
tiarum, singulorum membrorum suorum regi-

men procedebat, sicut per caput regitur totum
corpus. Item notandum, quòd Carmelus in-
terpretatur scientia circumcisionis, quam habet
fidelis anima, sciens quod à se debeat ampu-
tare, & quod non. Item in Carmelo Elias sa-
cerdotes Baal interfecit. 3. Reg. 18. postquam
in igne de celo sacrificium obrulit, & postea
caput ponendo inter genua orando pluuiam
impetrauit. Ecce congruus ordo, ut primò cir-
cuncidas à te omnem superfluitatem in mem-
bris & sensibus, sicut docuit Christus sua cir-
cuncisione, postea te vincas, sicut ille sacerdo-
tes Baal, in sacrificio cordis contribulati, suc-
centibus charitatis igne, & Deo immoles sacri-
cium laudis in gratiarum actione, deinde hu-
miliando mentem tuam qua homo à Deo co-
gnoscitur, sicut ille pronus in terram posuit
faciem suam inter genua quæ flexibilia sunt:
quia post hæc omnia debet homo de se humi-
lia sentire: & sic poteris gratia pluuiam impe-
trare, & singulas huiusmodi gratias habemus,
per orationes & exempla Virginis, cuius caput
comparatur Carmelo.

De comis matris potest exponi quod dicitur
de comis filij Cantic. 5. Comæ eius sicut elatæ
palmarum, nigra quasi coruus. Comæ, id est,
sanctæ cogitationes eius, capiti suo, id est, Chri-
sto per amorem adherentes, sicut elatæ, id est,
sicut folia palmarum, quæ idè dicuntur elatæ,
quia erectæ & in sublime tendentes meditando
iugiter de celestibus, parum aut nunquam de
terrenis, sicut & folia palmæ directè tendunt
in sursum contra morem aliarum arborum. La-
tæ etiam erant cogitationes eius per charitatem
& pietatem, cogitando de salute generis hu-
mani. Et acutæ propter cogitandi subtilitatem
& libertatem: quia non molestabant eam co-
gitationes phantasticæ: cogitabat enim quod
ualebat, & nihil nisi quod uolebat. Nigræ
quasi coruus, propter humilitatem: humilitas
enim dicitur ab humo, cuius color prop-
rius nigredo est. Vel nigræ: quia ex dolori-
bus quos passus est filius, denigratæ. Fuerunt
igitur cogitationes Virginis amplæ libertate,
dilatatæ pietate, acutæ subtilitate, sublimes
rectitudine, nigræ humilitate. Quasi coruus,
qui est auis diligenter sibi incorporans cadaue-
ra. Sic beata Virgo quæ propter cadauerosos
peccatores factam se recolit matrem Dei, de
ipsis à diabolo rapiendis, & Ecclesiæ incorpo-
randis, cuius ipsa est collum, quo mediante
descendunt in ventrem cibaria, iugiter creditur
cogitare. Mysticè. Comæ Ecclesiæ quæ Chri-
sto capiti immediatè adherent, & subiles sunt
& tenues, & incisæ non dolent, uiri spiritua-
les sunt, non inflati superbia, non graues diui-
tiis, & qui patientes pro Christo, non dolent,
sed gaudent. Et sunt sicut elatæ palmarum, id
est, sicut summitates palmarum quæ sunt altæ,
erectæ, & coronant uictorem, & signant alti-
tudinem & excellentiam boni operis, & recti-
tudinem sanctæ intentionis, & triumphum
perseuerantiæ quæ coronam meretur. Nigri
sunt etiam, id est, per penitentiam denigrati,
qualis erat Iob dicens. 30. Cutis mea denigra-
ta est, &c. Quasi coruus, id est, uera & natura
nigredine, non fuscata: & hoc contra hypo-
critas, qui facies suas exterminant ut appareant
hominibus

hominibus ieiunantes. Mat. 6. Vel quasi coruus,
cujus uox est cra, qui scilicet per spei longani-
mitatem dicunt cum Iacob: Cras respondebit
mibi iustitia mea. Genes. 30. In capillorum fla-
uore, uel croccitate, seu quasi quadam deaurati-
one intelligit de Deo meditationem seu co-
gitationum rutilantiam. Cantic. 5. dicitur de
Christo: Caput eius aurum optimum.

Bene autem cogitationes Virginis comis
comparabiles sunt & capillis, propter multas
proprietas capillorum. Capilli Mariæ, id est,
cogitationes sunt. Graciles humilitate. De spi-
rituali gracilitate quære titulo de aromatibus,
ubi Maria dicitur uirgula sumi. Molles beni-
gnitate. Vnde dicit cum filio Ierem. 29. Ego
cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.
Isa. 32. Princeps ea quæ digna sunt principe,
cogitabit, scilicet quod ad honorem Dei &
utilitatem proximi. Flexibiles obedientia &
compassione. Exanguis sine carnali affectione.
Insensibiles patientie lenitate. Subtiles ineffa-
bili deitatis contemplatione. Sap. 5. Cogitatio
eorum apud Altissimum. Sap. 6. Cogitare de
illa sensus est consummatus. Tenuis volun-
taria paupertate. Macillenti & abstinentia &
sobrietate. Longi perseueranti finalitate. In-
sonori, non remurmurantes in tribulatione. Ro-
gundi, aternitatis desiderio & amore. Iugiter
crescentes, continua melioratione. Quandoque
se erigentes, aternorum inquisitione, cele-
stium contemplatione, intentionis rectitudi-
ne. Idè comparantur comæ eius elatis pal-
marum, ut supra de comis. Quandoque se
dimittentes, supius discussione. Quandoque
crispantes. Quandoque quasi super humeros
defluentes, id est, deorsum fluentes pia com-
passione. Humeri Ecclesiæ sunt, qui piè sup-
portant onera infirmitatis fraternæ: & super
tales quando affliguntur, pia Virgo pia gestat
viscera. Quandoque simul constricti studio
disciplinæ. Sæpius abluti lachrymola & deuota
filij & celestium recordatione. Petri & disci-
minati ordinatissima discretionem. Vnde Luc. 1.
Cogitabat qualis esset ista saluatio. Ecce dis-
cretio. In capite, id est, Christo capite aureo,
radicati fide, spe, & charitate. Ipsi capiti im-
mediatè adherentes, sincera dilectione quæ
amantem uinit amato. Ab ipso capite inferius
dependent, uera humilitione. Vnde dice-
bat: Fecit mihi magna qui potens est. Item
gratia Dei sum id quod sum. Ipsum caput à
quo oriuntur, id est, Christum præcipuè ad-
ornantes gloriosa magnificatione. Vnde: Ma-
gnificat, &c. 1. Cor. 9. Mulier gloria est uiri.
Ipsam caput à quo oriuntur, calefacientes pia
oratione: Maria enim est Abisag, quæ pedes,
id est, affectus uiri David frigiditatem calefacit
ad amorem nostrum. 3. Reg. 1. Quandoque in-
tricam collecti Trinitatis & uinitatis fide. Quan-
doque mitra uel peplo seu capitegio coërciti,
secretorum cordis absconitione. Fului, crocei
sive aurei per charitatem. Candidi uel quasi
argentei per castitatem. Nigri & quasi coruini
per penitentiam uel dolorem. Cant. 5. Comæ
eius nigra sicut coruus, ubi supra. Quasi can-
nescentes per sapientiam, maximè quando post
filij ascensionem contulit cum Apostolis de ue-
ritate & tota serie Euangelij. Quasi rutilantes

per filij patientis amarissimam compassionem,
& ipsius passionis iugem recordationem: quasi
enim tinctæ erant cogitationes Virginis in sem-
per recenti memoria Dominicæ passionis.

Huiusmodi capillis, id est, meditationibus
& cogitationibus sanctis ornabatur coram Deo
mens ipsius beatæ Virginis, & erat magna pars
illius internæ pulchritudinis, quam Rex regum
Christus Dominus concupuit & dilexit. Item
in his capillis caput ipsius, id est, mens ab om-
ni frigore infidelitatis & ab omni aestu cuiusli-
bet concupiscentiæ protegebatur, & horum
gratia ipsi Deo Trinitati & sanctis Angelis
amabilis & appetibilis habebatur. Vnde & di-
cebant ei Cant. 6. Reuertere Sunamitis, ut in-
tueamur te. Moraliter. Sanctæ cogitationes
mentem ex qua oriuntur, calefaciunt, prote-
gunt, & exornant, sicut dictum est supra, &
maximè cum ad mentem reducitur angustia
Dominicæ passionis, quæ est amatura suffi-
ciens contra infestationem omnimodæ tenta-
tionis, sicut dicitur 1. Pet. 4. Christo in carne
passo, & uos eadem cogitatione armamini
Spirituale uero caluitium quod est carere hu-
iūsmodi cogitationibus & meditationibus san-
ctis, caput animæ, id est, mentem pessimè
deripat, & maximè dehonora, & exponit
illud gelicidio infidelitatis & cæumati cuiusli-
bet tentationis: & idè comminatur Dominus
filiabus Sion, id est, animabus peccatricibus
& superbis. Isa. 3. Erit pro crispanti crine calui-
tium, &c. Item ratione capillorum comparat-
ur Maria Cant. 4. Cypri cum nardo, nardus &
crocus, &c. Crocus enim crines habet aureos,
quales ad literam Virginem credimus habuisse,
& tales uidimus in reliquijs apud Rothoma-
gum. Verè enim cogitationes eius fuerunt au-
rez: quia dependentes & ortum habentes in
capite aureo deitatis, ut supra dictum est, &
charitatiuè patientes, sapientes, & obedientes,
quæ omnia notantur in auro.

Item Cant. 4. dicitur Virgini: Capilli tui
sicut greges caprarum quæ ascenderunt de
monte Galaad. Greges caprarum, id est, ca-
prarum, sunt greges omnium contemplati-
uorum quæ acie contemplationis acutè uident
ut capræ, & ad uisionem celestium ascen-
dunt de illo, & per illum, qui est mons mon-
tium, qui est mons Galaad, in se coacervans
omnia testimonia Scripturarum: nam Galaad
interpretatur aceruus testimonij. His autem
gregibus uniuersis comparantur capilli Virgi-
nis, id est, spirituales eius cogitationes, sublimes,
& capiti suo Christo suauiter adherentes: nam
ipsa subtilius quam uniuersi greges contempla-
tiuorum oculo contemplationis summæ diui-
nitatis penetrauit arcana.

In frontis planitie & candore, quo scilicet
frons quandoque perfunditur quasi quodam
roseo rubore, designatur uerecundia Virginis.
Planities se habet ad simplicitatem, candor ad
munditiam, rubor ad charitatem. Frons autem
fidelis animæ erubescencia nominis Christiani
& uerecundia, ne audeat scilicet cogitare, lo-
qui, audire, uel facere aliquid inhonestum,
aut uerū, aut signo, aut gestu, seu risu. Frons
uero animæ peccatricis inerebescencia uel ob-
stinatio. De primo Ierem. 3. Frons mulieris
N 4 metetricis

meretricis facta est tibi : noluit erubescere. De secundo Isa. 48. Nervus ferreus cervix tua, & frons tua arca. Frons enim diaboli illi sunt, qui peccata tua prædicant quasi Sodoma. Isa. 4. De cuiusmodi dicitur Ezech. 3. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est & duro corde. Sancta verò verecundia lapis est, quo percussus est Goliath in fronte, ut decideret ab alto præsumptionis suæ. 1. Reg. 17. quia confundi de peccatis tuis adducit gratiam & gloriam Eccl. 4.

8. *De oculis.*
In oculorum pulchritudine vel claritate. Oculi Mariæ intellectus & affectus. Vel idemtas cogitationum & operum. Vel simplicitas & vultus uniformitas : ipsa est enim Anna, id est, gratia, cuius vultus non sunt in diversa mutati. 1. Reg. 1. nec Mariæ gratia fecundata contemplatione celestium nunquam potuit auelli vel retardari. Ideo dicit ei sponsus de pulchritudine oculorum ipsam commendans Cantic. 1. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Bis dicit, ecce, vnam demontationem faciens ad oculum, aliam ad intellectum. Bis dicit, pulchra, ad innuendum, quod in ea est quod meretur oculus carnis à foris, & quod diligit ab intus oculis mentis. Vel in hoc etiam commendat eam à duplici dilectione, scilicet Dei & proximi. Charitas enim pulchritudo est amoris. Sapient. 4. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Vel in hoc commendat eam à pulchritudine intellectus quæ est veritas, & affectus quæ est bonitas. Vel commendat eam ab innocentia quoad se, & beneficentia quoad proximum. Vel à dilectione totius boni & odio totius mali. Sequitur : Oculi tui columbarum ; hoc inuenies infra.

9. Item ab oculis commendat eam sponsus Cant. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Alia litera dicit : Percussisti nos corde, totam videlicet Trinitatem : vulnerasti cor meum vulnere charitatis, non doloris, id est, me ad amorem tuum delectabitur attraxisti, ut te profundè diligerem de corde meo. In vno, id est, in vnitare oculorum tuorum, scilicet affectus & intellectus, quæ in te ita sunt vnum quod non aliud desiderat affectus, nisi quod desiderandum indicat intellectus. Vulnerasti cor meum in vno crine ceruicis tuæ, quod habet alia litera, id est, in vnitare cogitationum tuarum, quæ sic adherent Christo capiti suo, quod nihil aliud dicunt nisi illud Psal. Vnam petij à Domino, &c. Dicit ergo se charitate vulneratum & corde percussam in vno oculorum & in vno crine matris suæ : quia de corde ipsius triumphat hæc vnitatis, & eius recordationem nulla deler obliuio, sicut nequit fieri, ne vulnus cordis continè sentiat. Vel per vnum crinem designatur eius humilitas singularis & vnica, & quæ ad modum crinis gracilis erat & tenuis, carens onere mundanorum & crassitudine temporalium, ut melius posset ascendere & intrare per foramen acus, id est, sinem passionis. Erat etiam eius humilitas rotunda sicut crinis rotundus est : quia propter amorem æternitatis tantum se humiliavit, non causa inanis gloriæ, sicut hy-

poctrix, qui nequiter se humiliant, & interiora, id est, intentio & affectio, plena sunt dolo & fallacia. Eccl. 19. Sequitur : Colli tui. In hoc notatur, quod beata Virgo non solum humilis in mente, sed etiam in voce. Per collum quod continet guttur, in quo formatur vox, vnde de quibusdam dicitur, Non clamabunt in gutture suo, significatur humilitas verborum eius : quia per humilitatem sonuit verbum obedientiæ, dicens : Ecce ancilla Domini. Ergo per vnum crinem singularis humilitatis mentis eius. Et quia addit colli tui, singularis & vnica humilitas vocis eius. Et hac duplici humilitate profundè vulneravit cor ipsius Christi vulnere amoris, quod facta est ei soror & sponsa quoad humanam naturam quam assumpsit ex ea in qua vulneratus est ad mortem in patibulo crucis. Idè dicit : Vulnerasti cor meum foror mea sponsa.

10. Item Cant. 5. dicitur de oculis sponsi, & potest exponi de oculis Mariæ : Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluentia plenissima. In columba notatur simplicitas & innocentia. Quod videlicet columbæ super riuos aquarum sedentes & aquas aspiciunt quæ impræsentiarum fluunt, & illas quæ iam fluxerunt, & illas quæ afflunt. Sic & oculi Virginis per simplicitatem & innocentiam columbini, perspicaciter conspiciunt in speculo Trinitatis præterita, præsentia, & futura, vmbra & accipitris, id est, diaboli. Oculi etiam eius comparantur columbis quæ lacte sunt lotæ : quia respectus eius, pietatis & misericordie dulcedine perfusus est. Et isti oculi subtiliter vident ut columbæ : quia resident iuxta fluentia plenissima, id est, iuxta aquas sapientiæ salutatis.

Aliter oculi eius sicut columbæ, id est, casti & simplices, super riuos aquarum, id est, iuxta fluentia Scripturarum, in quibus Virgo studebat, quæ lacte sunt lotæ. In lacte duo : candor qui ad castitatem, dulcedo quæ debet referri ad pietatem. Vnde petimus : Illos tuos misericordes oculos, &c. Sed si vis ut te respiciant oculi isti, oportet te fieri pauperem spiritu, id est, humilem : quia oculi Christi & Mariæ in pauperem respiciunt. Diabolus respicit omne sublime, id est, omne superbum, sicut dicitur Iob 41. Item oculi Domini super iustos, sicut oculi matris super puerum, ne cadat : & si ceciderit, ut eum releuet. Vnde dicit seruo suo : In via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Et resident iuxta fluentia plenissima Scripturarum. Et nota, resident, non transvolant, aut deambulant, contra illos qui non possunt residere ad libros suos, & contra quosdam monachos equitatores, qui non possunt residere in claustris. Item Cant. 7. dicitur Mariæ : Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon quæ sunt in porta filiarum multitudinis. Hesebon interpretatur cingulum mæroris, id est, mæror cingens ut intelligatur intransitiuè : quia mæror penitentia cingit hominem, & restringit peccatorum saniem & fluxum peccati, sicut vitra cingit vulneratum & restringit sanguinis fluxum. Et hoc sigillum competit penitentibus, qui in mærore animi recogitant peccata sua & pœnas inferni, & inde humiliantur : quia sicut dicitur

dicitur Prou. 12. Mæror in corde viri humiliabit eum, &c. Talibus enim sunt oculi beate Virginis quasi piscinæ, id est, respectus misericordie, eius multiplex sanatorium. Oculi enim super iustos, oculi Domine super peccatores. Et dicuntur isti oculi esse in porta filiarum multitudinis, id est, Ecclesie, cuius ipsa est porta. Vel oculi eius, id est, intellectus & affectus sicut piscinæ : quia continet aquas doctrinæ & misericordie, quibus nutrit minores, qui sunt in Hesebon, quæ fuit quædam ciuitas ante cuius portam erat fons circumfluens ciuitatem, nec ingrediebatur quis in eam nisi per fontem. Similiter nec Ecclesiam ingreditur quis nisi per baptismum. Et dicuntur hæc piscinæ esse in porta, id est, in ipsa quæ est porta Ecclesie : quia nisi per illam non intrant fideles ad vitam, filiarum multitudinis, id est, multorum filiorum. Item de oculis matris congruè potest dici sicut dicitur de oculis filij Apoc. 1. Oculi eius velut flamma ignis. Quæ quatuor habet proprietates : illuminat enim & calefacit, terret & exurit : Mariæ enim respectus illustrat electos lucè sapientiæ, & calefacit amore iustitiæ, reprobos autem & dæmones terret ferocitate comminationis, & incorruptos exurit incendio damnationis, sicut patet in Iuliano apostata. Aliter flammei sunt oculi isti per charitatem & illuminant corpus Christi quod est Ecclesia : quia vita eius inclyta illustrat cunctas Ecclesias : & quia comburunt dæmones & peccata. Prou. 20. Rex qui sedet, &c. Quare supra causa 24.

11. Moraliter duo oculi animæ, gemina dilectio Dei & proximi. Vel in bono faciendo & malo cauendo. Vel intellectus qui respicit fidem, & affectus qui charitatem. Purgandus est autem intellectus ab errore, affectus à vitio. Vnde Ierem. 4. Auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda & habitatores Ierosalem, id est, Ecclesie vel religionis. Præputium intellectus error, præputium affectus malitia. Vnde Isa. 4. dicitur animæ : Laua à malitia cor tuum, vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ, id est, erroneæ. Debent etiam isti oculi esse sicut columbæ, ut prævideant accipitrem : sicut enim oculi corporales exacuuntur per aquarum inspectionem, sic spiritus per sanctæ Scripturæ considerationem, ut prævideatur astutia diaboli. Item oculos fidelis animæ fides purificat. Vnde Act. 15. Fide purificans corda eorum. Spes eleuat ad Dominum. Vnde Psal. Ad te leuaui oculos meos, &c. Charitas & munditia Deo coniungunt. Matth. 5. Beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt. Item Isa. 34. Regem in decore suo videbunt oculi eius, id est, mundi & charitativi.

12. Item oculi fidelis animæ debent esse sicut columbæ, non sicut corui vel vulturis, qui semper habent oculos ad cadauera, non sicut accipitres vel herodij, quorum oculus ad sanguinem & rapinam : sed sicut columbæ, qui resident super riuos aquarum, id est, Scripturarum, ut prævideant astutiam diaboli, & fugiant persequentem. Et debent hæc columbæ lacte esse lotæ, id est, operibus charitatis & pietatis, quibus nihil est dulcius, mandata peccatis, & residere iuxta fluentia plenissima : nam qui clare vident quod videndum est in

Scripturis, residentes sunt & mansionarij in fluentis lachrymarum, quæ fluentia tunc sunt plenissima, quando non solum propria, sed aliena deplorant peccata : nec solum habent lachrymas penitentia, sed & deuotionis, id est, vtrumque irriguum. Et tales bene dicuntur oculi : quia sic prævident contra astutias diaboli in riuis Scripturæ, & per opera misericordie sibi prævident contra accusationem proximi, ne possit dicere contra eos : Occidisti me, quia non pausti : & contra discretionem iudicis, mittendo ad eum legationem lachrymarum.

In genarum competenti complanatione. Cant. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. In genis mulieris notantur quinque, candor, rubor, decor, verecundia, & masticatio ciborum. De quatuor primis in hoc capitulo multa inuenies. Masticauit autem cibum Euangelij Apostolis & Euangelistis & omnibus sequacibus eorum, cuius veritatem verba & ordinem conseruauerat in corde suo. Luc. 2. Dicitur ergo illi : Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, id est, pulchritudo tua interior comparabilis est proprietatibus genarum & proprietatibus turturis. Hic incipit sponsus commendare sponsam & maxime vultum suam : pulchritudo enim mulieris in genis maxime apparet. Genæ auribus continuæ sunt, per quas totus decor virtutum sponsæ infunditur : quia fides ex auditu. Rom. 10. sic & alia virtutes. Idè Psal. dicit : Audi filia, &c. vsque decorum tuum. Et hoc potest notari in hoc quod patienter audiuit Angelum Dei Filium nuntiantem. Genæ turturis pilos non habent, sed plumas, quæ nullum aquarum vestigium retinent, & iuuant ad volatum : & in hoc notatur, quod perfecte renuntiauit omnibus superfluitatibus mundi, quæ per pilos. Munditia etiam cordis & decor virtutum possunt in hoc notari, & per hæc tria volauit super pennas ventorum, scilicet in assumptione super omnes ordines Angelorum.

De genis etiam sponsæ dicit ei sponsus Cant. 4. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ absque eo quod intrinsecus lateret. Mala punica ad literam eadem sunt quæ & mala granata, & dicuntur punica à Punica regione, in qua crescunt & abundant. Granata verò dicuntur propter multitudinem granorum, & fracta maiorem emittunt odoris fragrantiam quam integra. Fragmen etiam mali punici ruborem ostendit & candorem. In genis, ut dictum est, decor & species mulieris consistit. Dicitur etiam beata Virgo speciosa, propter ruborem pulchritudinis naturalis, id est, verecundie virginalis, eximie charitatis, & patientie singularis, & propter candorem innocentie, virginitalis, & immortalitatis, & etiam propter immunitatem peccati. Absque eo, id est, præter illud quod intrinsecus lateret, soli Deo cognitum, nemini manifestum : nam quanta sit Mariæ species, ille solus nouit qui dedit. Vel absque eo quod intrinsecus lateret, id est, absque interna virtutum pulchritudine, quæ omnes homines lauit, etiam seipsam. Vel istud dicitur moraliter fidelis animæ : Absque eo quod intrinsecus lateret, id est, præter illam visionem

qua sponsum tuum videbis reuelata facie: nunc enim vides per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. Cor. 13. Vel absque eo quod intrinsecus lateret, id est, absque æternæ retributionis claritate, quæ modo non videtur. Vnde Isa. 53. Oculi non vidit. Col. 3. Vita vestra abscondita est. 1. Ioan. 3. Nunc filij Dei sumus, &c. Item moraliter. Grana mali punici non apparent, donec malum, id est, pomum aperiat, sic virtutes animæ modo latent, sed quando Dominus aperuerit oculos cordium, & manifestauerit abscondita tenebrarum, tunc patebunt. Aliter: Absque eo quod intrinsecus lateret, id est, absque dilectionis interioris pulchritudine, per quam alia pulchra & commendabilia sunt, quæ latere bene dicitur: quia soli Deo nota est: homo enim videt ea quæ patent, Deus intuetur cor. 1. Reg. 16. Aliter: Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ. Genæ fidelis animæ sponse Christi, duplex eius patientia. Prima in labore actionum. Secunda in dolore passionum. Et dicuntur hæc duæ genæ: quia in his maximè pubertas & virilitas animæ fidelis apparet, & sunt sicut fragmen mali punici continentis gratiam, id est, virtutum germina, & sanctæ actionis propolita, puritate intentionis candida, & feruore charitatis rubea, per fracturam tribulationis patientia. Quod enim sancti germinis vel boni propositi cortex patientiæ intra se habet, fractura tribulationis manifestat. Quid enim beatus Iob intus haberet pacis tempore, latuit: sed quid vel quantum hoc esset, tribulatio manifestauit. Item fractura mali punici distillat vinum suauis & salubre gustui: in quo vino signantur compunctio, deuotio, compassio, & hilaritas, quæ debent comitari patientiam animæ sanctæ. Est ergo sensus: Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, id est, patientia tua candida & rubicunda, cum quatuor dictis proprietatibus vini. Sequitur. Atque eo quod intrinsecus lateret. Hoc generaliter dicitur contra omnes illos qui sua exteriora in studio exornant & excolunt, & sua interiora omninò inculta dimittunt, magis eligentes placere hominibus qui iudicant ea quæ parent, quam Deo qui intuetur cor, & omnes tales maledicti hypocritæ sunt, quibus dicit Dominus Matth. 23. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ: mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina & inmunditia. Pharisee cæce munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat id quod deforis est, mundum.

15. Item de genis sponis Cantic. 5. Genæ illius areolæ aromatum consistit à pigmentariis. Quod de matre & filio potest exponi sic: Pigmentarij qui pigmenta suauitatis & deliciarum spiritualium in anima consiciunt, septem sunt spiritus qui sunt ante thronum. Apoc. 1. Spiritus scilicet sapientiæ & intellectus & cæteri. Isti pigmentarij in naturalibus potentiis animæ Christi vel ipsius beatæ Virginis, quasi in areolis ordinabiliter plantauerunt aromata gratiarum & virtutum, in quibus ipsius animæ consistit species, sicut in genis consideratur decor faciei. Aliter: In genis pulchritudo, pudor, & verecundia. Huic membro sunt com-

parabiles, qui gratiam habent verecundiæ, quos scilicet pudet cogitare, loqui, facere, vel audire turpia, quorum honestas & virtutum species decorat Ecclesiam, & hoc maxime si fuerint comparabiles areolis aromatum, vt videlicet sicut in areolis herbæ plantantur aromaticæ, sic in eorum mentibus plantata sunt virtutum germina à pigmentariis, id est, à sanctis Doctoribus, qui de Apostolis & Prophetis assumpserunt & melluerunt aromata sermonum & sanctorum operum, quæ aliis tradiderunt. Aliter. Genæ eius sicut areolæ aromatum consistit à pigmentariis. Tria possunt notari in genis, timor in pallore vel abstinentia, amor in rubore seu verecundia, in barba robur virile vel animi constantia. Sicut areolæ. Areola prius aratur vomere contritionis, secundo seritur donis naturalibus & gratuitis, tertio rigatur gratiis & lachrymis. De primo Osee 10. Arabit Iudas, scilicet cordis aram post contritionem sigillatim peccata confitendo. De secundo Matth. 13. Nonne bonum semen seminasti in agro tuo? De tertio, Rigans montes de superioribus suis. Aromatum. Triana aromata, bona naturalia scilicet, quinque sensus, & cordis ingenium, quæ sunt instrumenta merendi. Dona gratuita & spiritualia, quæ sunt causa merendi. Vnde. 2. Corinth. 6. Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Bonæ operationes & pia exercitia ne fides sine operibus moriatur. Consistit à pigmentariis, qui sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus. Pater creans dat dona naturæ, Filius prædicans exempla virtutum in bona operatione, Spiritus sanctus dona gratuita charismatum infusione. Rigantur hæc areolæ aquis de fontibus, qui sunt oculi in lachrymarum effusione, aquis de puteis, id est, profundis gemitibus cordis in contritione, de piscinis, id est, mares gallicæ, de pluuiis, de rose. Piscina penitentia, pluuiæ oratio, ros deuotio mentis.

16. In faciei competenti coloratione. Facies animæ, sicut beatus Bernard. mentis intentio, ex qua rectitudo operis, sicut ex facie pulchritudo corporis. Huius faciei candor munditia, rubor verecundia: quæ duo venustant animam & augent gratiam. Duæ genæ in hac facie, res & causa, scilicet quod intendas & propter quid. Vel duæ genæ in facie vbi consistit species mulieris in candore & rubore, sunt in anima castitas & charitas, quibus duabus virtutibus Deus cognoscit animam per approbationem, si vtraque sit duplex, sicut duplex est gena. Candor, puritas intentionis & actionis. Rubor, charitas ad Deum & proximum. Decora autem facies, sicut dicit Augustinus, est quando facies est affecta hilariter, dimensa pariliter, luculentè colorata. Affecta est hilariter illa anima, quæ quidquid boni facit, hilariter operatur. 2. Cor. 9. Hilarem datorem diligit Deus. Dimensa est pariliter, quando omnia facit debito tempore, debito ordine, debita intentione, id est, ad gloriam Dei, ad salutem sui, ad exemplum proximi, vt singula quæque locum teneant sortita decenter. Luculentè colorata, quando candor castitatis & innocentie subternitur rubori castitatis patientiæ & martyrij. Luculentus enim color, candor mixtus rubori.

Aliter.

17. Aliter: Ad hoc quod anima placeat sponso suo; primo necesse est vt subternatur albedo castitatis, quæ est color omnium colorum susceptiuus, sicut patet in imaginibus, fellis, & clypeis depingendis. Et debet hic color esse byssus retorta, vt innocentia castitati copuletur. Vel vt exterius in corpore, & in mente seu voluntate interius, vtraque hæc virtus conseruetur. Candor autem innocentie refertur ad proximum, rubor charitatis ad Deum. Duplex autem rubor designatur per coccum bis tinctum, vt Deum diligas: & quia Deus tuus est qui creauit te, quia prior te dilexit: & quia factus homo propter amorem tuum. Debes etiam proximum tuum diligere quoad animam: quia creatus sicut tu ad imaginem Dei, & quoad corpus vt ei beneficias. Vnde Eccl. 17. Mandauit illis, scilicet hominibus vnicuique diligere proximum suum. Item Eccl. 18. Misericordia hominis circa proximum suum, &c. Eccl. 31. Intellige quæ sunt proximi tui, id est, quid debeas proximo tuo, ex teipso. Illud enim debes in sua necessitate illi, quod crederes tibi deberi posito in statu eius. Vel sic: Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso, id est, ex tua fragilitate cogita fragilitatem aliorum. Duplex etiam rubor necessarius est, verecundiæ scilicet, quasi in sinistra gena de his quæ pertinent ad sinistram, id est, vitiis & peccatis: qui enim verecundatur, subito solet rubore perfundi. Charitatis in dextera, vt Deum diligas pro adipiscendis gratiarum donis quæ pertinent ad dexteram. De verecundia pro peccatis dicit Psal. Tota die verecundia mea contra me est, &c. De non habentibus hanc verecundiam dicit animæ peccatrici Ierem. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluit erubescere. Huic autem rubori, id est, verecundiæ pro peccatis, primo debet subterni candor castitatis, vt peccatrix anima firmum habeat propositum abstinendo de cætero à peccato.

18. Item notandum, quod tria principaliter solent rubere in vultu vel facie luculentè colorata, id est, frons & duplex gena. Per frontem charitas, per genam dexteram patientia, per sinistram erubescencia de peccatis. Frons ergo animæ erubescit, quando ex amore Christi Mariæ & sanctorum & ne proximum scandalizet, verecundatur quis turpia & inhonesta dicere, facere, vel etiam cogitare. Et nota, quod sicut quidam panni prius tingi solent in quendam ruborem, quasi subobscurum, vt tandem recipient ruborem luculentum: sic anima penitens prius debet superfundi quasi subobscurum quoddam ruborem, id est, verecundia pro peccatis: alioquin non potest recipere luculentum ruborem verecundiæ, vel meritorie charitatis, qui duplex rubor necessarius est, vt scilicet ex charitate patienter sustineat tribulationes, qui recolit mortaliter aliquoties se peccasse. Item albedo innocentie conuenit fronti animæ, vbi est sedes verecundiæ quæ est virtus. Sic colorata fuit gloriosa Virgo, de qua dicitur Eccl. 26. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata, id est, verecunda. Quæ supra titulo de verecundia Mariæ. Albedo etiam virginis subternatur in ea rubori patientiæ & charitatis, & hoc quasi in

duplici gena, qua virgo mente & corpore. Vnde de ea dicitur Prouerb. 31. Byssus & purpura indumentum eius. Byssus retorta, duplex virginitas, vel virginitas & innocentia. Byssus & purpura, liliū cum rosa. Candor etiam innocentie subternatur in ea rubori patientiæ & charitatis: quia nemo verè diligere potest nisi vixerit innocenter. Propter hoc ei dicitur Cant. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turtur: ecce rubor charitatis. Propter hoc etiam nominatur hæc avis prima in Canticis: quia tres istæ virtutes, scilicet castitas, innocentia, charitas, omne bonum inchoant & consummant. Item idè dicitur Cant. 4. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ. In malo punico cortex pollet, ecce charitas: grana rubent, ecce verecundia, vel patientia, vel natiuus color Virginis. Notandum etiam, quod illa anima dici potest luculentissimè colorata, & expressè simillima sponso suo, quæ candorem innocentie, quasi substratum habens, multis affligitur tribulationibus, nec tamen deserit innocentiam suam, sed omnia sustinet patienter. Sicut enim passus est Deus qui fuit liliū inter spinas, quando exiit portans spineam coronam Ioan. 19. sic & beata Virgo quæ passa est in filio. Vnde 1. Pet. 3. Melius est benefacientes si velit Dei voluntas pati, quam malefacientes. Nunquam enim visa est competentior iunctura quam liliij innocentie & rose, id est, sanguineæ compassionis. Idè dicitur de anima: Byssus & purpura indumentum eius. Prouerb. in fine. Item propter hoc de sanctis dicitur Apoc. 11. quod vicerunt diabolum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui: & quia non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Agnus innocentia, sanguis passio. Quia enim exemplo agni, id est, Christi passi sunt innocenter, idè vicerunt diabolum. Verbum testimonij, auditus sacræ Scripturæ. Non dilexerunt animas, id est, vitam animalem vsque ad mortem exclusiue, id est, non dilexerunt tantum, quod illa dilectio excluderet mortem. Hoc propriè conuenit martyribus. Vnde Apostolus Act. 20. Non facio animam meam pretiosorem me. Vel sic: Propter sanguinem agni, id est, propter fidem passionis agni, de cuius sanguine liniendi sunt postes. Exod. 12. id est, intellectus & affectus, contra Angelum exterminatorem. Cant. 8. Non me vt signaculum, &c. Vel propter verbum testimonij, id est, propter apertam confessionem fidei. Vel verbum testimonij manifesta prædicatio quoad prælatos.

19. De candore Mariæ dicitur Sap. 7. candor est lucis æternæ: quia per eam videbitur lux æternæ, id est, Pater & Filius, vt ei conueniat illud Psal. In lumine tuo videbimus lumen. In lumine tuo, id est, in Filio qui te illuminauit, vel quem tu peperisti lucem veram, &c. Item Eccl. 43. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Et loquitur de niue ad literam, per quam Maria designatur, propter refrigerium Spiritus sancti & natiuum candorem virginis qui est virore genitus. Item propter candorem comparatur ipsa lilio Cant. 1. Sicut liliū inter spinas, &c. Item Isa. 35. Gloria Libani data est ei. Libanus candor, cuius candoris gloria data est ei in sanctificatione, cum prius

præter esse denigrata per originale. Moraliter. Fidei animæ necessarius est candor innocentie. Hic est candor ovis. Gen. 31. Alba quæque accipies pro mercede. Hic debet esse in incipientibus. Alius est candor vestis, hic est opinionis in proficientibus. Vnde Eccl. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Alius candor niuis, scilicet puritas conscientie in perfectis. Thren. 4. Candidiores Nazarei eius niue. Alius candor lactis, id est, puritas simplicis doctrinæ, hic in prædicantibus. Omnes istos candores habuit Maria præ omnibus.

Item ratione ruboris comparatur ipsa rubo qui a se videbatur Exod. 3. Item stellæ rutilanti. Num. 24. Plantationi rosæ. Eccl. 24. Item ferculo Salomonis, cuius ascensus purpureus. Cant. 1. Item propter hunc ruborem comparatur genæ eius fragmini mali punici. Cant. 4. ut supra de genis. Item labia eius adornata coccinea, ut infra de labiis. Propter hoc etiam appellatur ipsa Sunamitis Cant. 6. id est, coccinea. Tota etiam fuit flammea per charitatem inquit ferri igniti: quia Christus qui ignis consumens est Deut. 4. habitans in ea, sic colorabat eam, qui est filius charitatis ipsius patris. Item in coloratione consistit, ut dictum est, magna pars huius pulchritudinis.

20. Et nota, quod Christus marrem suam quasi bis colorauit, quasi bis decolorauit, quasi bis recolorauit, sicut inferius ostenditur. De coloratione: Aue gratia plena. De decoloratione: Mulier ecce filius tuus. De recoloratione: Vidi speciosam sicut columbam. Christus matrem suam colorauit in sanctificatione, tingens eam quasi de nigro colore in candidum: & tunc data est ei gloria Libani, qui interpretatur candor. Ita. 56. Colorauit etiam in sua conceptione per infusionem gratiæ amplioris, quam antea habuisset: vnde tunc dicta est gratia plena. Consultit enim ei gratiam fecunditatis, & illibatam conseruauit candorem virginis, & tunc ampliatum est in ea decor exterior rubore verecundie, & decor interior feruentiori charitate. Verecundata est enim ad ingressum Angelus, qui in hominis specie apparebat: & idem turbata est in sermone illius: nam cum prius esset, ut verè creditur, non solum candida, sed candidissima velut flos lilij, intuens Angelum ingressum ad eam in forma hominis, rubore roleo creditur superfusa. Propter charitatem verò eius dictum est ei, Dominus tecum: quia qui manet in charitate, Deus manet in eo.

21. Decolorauit in hominum opinione, qui videntes eam habere filium, ipsam corruptam reputabant. Vnde ipsa dicit Cant. 1. Nigra sum, iudicio hominum qui reputant me corruptam, sed formosa: quia virgo purissima. Aliter exponunt quidam locum istum, quasi ad litteram. Dicit enim beata Virgo quasi loquens aliis virginibus vel fidelibus animabus eam imitari volentibus, de eo quod Ioseph inueniens ipsam prægnantem, suspiciens adulterium, voluit occultè dimittere eam, sicut dicitur Matth. 1. Dicit ergo: O filia Ierusalem, id est, quæ suspiratis ad pacem cælestis Ierusalem quasi filius ad matrem, nigra sum, id est, notata crimine adulterij mihi falso obiecti, & ita sum sicut tabernacula Cedar, id est, effugienda a viro

meo Ioseph de domo sua, sicut Ismael pater Cedar cum matre sua Agar eiectus est de domo Abraham. Gen. 21. Cedar interpretatur tenebræ, vel mæror, vel mærens, aut tenebrosus, vel secundum quosdam nigredo: quia in tabernaculis habitabat eiectus ab hominibus, cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum. Sic Maria & sancti abiecti & viles ab hæreticis reputantur, sed non habentes hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirentes, in tabernaculo corporis pugnant contra carnem, mundum, & diabolum, & talis pugna non debet exerceri sine duplici mærore, interiori per dolorem, & exteriori per lachrymarum effusionem quæ comburunt diabolum. Sed licet nigra videatur exterius, tamen formosa sum interius: quia carens omni macula, & omni virtute adornata: & hoc sicut pelles Salomonis, qui pulcher fuit exterius, & talis regio adornatus: sic ego interius ornata sum omni decore virtutum. Et est similitudo extrinseca tracta à Salomone ad intrinseca, cuius pelles nigras quidam fuisse affirmant. Et sic iungenda est littera: Nigra sum sicut tabernacula Cedar, sed formosa sicut pelles Salomonis, quæ molles erant & fortes & more pellium excarnatæ & extenuatæ, hyacinthinæ, & rubricatæ. Et talis erat Maria, fortis patientia, mollis obedientia, quasi disticta varietate virtutum, ab omni carnalitate & carnali voluptate separata per virginitatem, extenuata per paupertatem & humilitatem, hyacinthina per contemplationem & desiderium supernorum, rubricata in filij passionem per animæ martyrium. Et in his omnibus debet fidelis anima pro posse suo Mariam imitari. Sequitur: Nolite me considerare, quod fusca sum: quia decolorauit me sol iustitiæ. Quasi diceret: Non habeatis ad talem suspicionem respectum: quia sol iustitiæ sic me exterius per talem suspicionem quasi decolorauit, quando ipsum concepit, sed intus plurimum colorauit, sicut sol materialis quosdam fructus decolorat pallore, quosdam venustat rubedine. Sequitur: Filij matris meæ synagogæ, id est, Iudæi infideles non credentes, quod virgo conceperim, pugnaverunt contra me, detractio-nibus & maledictis, & contemptui habuerunt me, dicentes ad minus me concepisse de viro meo Ioseph: & quia me contemnunt, occasionaliter posuerunt me custodem in vineis, id est, in Ecclesiis fidelium Gentilium & Iudæorum conuersorum ad fidem, pro quibus oro filium meum, & qui mihi dicunt, Ora pro populo, interueni pro clero, &c. sed vineam meam, id est, synagogam infidelem, non custodiui: quia non credunt me matrem Dei, nec requirunt auxilium à me, imò maledicunt mihi & odio me habent: & idem pro talibus non possum orare ad minus tam deuotè sicuti pro fidelibus.

22. Decolorauit etiam in passione quadam doloris nigredine, cum eius animam gladius, id est, passio filij pertransiret. Vnde & ipsa dicit Cantic. 6. Fusca sum: quia decolorauit me sol, id est, filius meus eclipsim patiens & occasum. Propter hanc etiam doloris nigredinem dicit ipsa Cant. 1. Nigra sum, sed formosa, &c. Nigra exterius pressuris tribulationum, forma

mosa charitate. Vel nigra in terris, formosa in cælis. Vel nigra oculis insipientium, formosa intellectui sapientium. Vel melius nigra, quia ignis passionis vnigeniti sui de quo ipse dicit Patri, Ignem me examinasti, &c. denigravit eam: ignis enim ea quæ comburit, tingit in nigrum. Vel nigra sum, id est, animi mærore confecta, despecta, obscurata, offuscata, decolorata. Quia decolorauit me sol moriens, discolorarem me fecit sol obscuratus & offuscatus, cui in passione non fuit species, neque decolor, sicut dicitur Isa. 53. Vel moraliter conueniunt hæc verba fidei animæ facienti penitentiam ex amore, ut dicere possit: Nigra sum per sordes penitentiarum, sed formosa spirituali decore, quia decolorauit me sol iustitiæ. Calor enim huius solis, id est, amor Christi, de quo calore dicitur, Nec est qui se abscondat à calore eius, facit nigrescere & pallere. Vnde Poëta: Palliat omnis amans. Pallor mortuus color est: quia non potest Deum verè diligere, qui mundo mortuus non est. Thren. in fine: Pellis nostra quasi clibanus exusta est à facie famis, &c. Iob 30. Cutis mea aruerunt præ caumate, id est, tribulatione. Sic etiam potest istud exponi: Nigra sum corporalibus miseriis, sed formosa cælestibus desideriis. Potest etiam dici, quod decolorata fuit gloriosa Virgo, quando tota facta est sanguinea per martyrium animæ, filio expirante. Vnde dicitur Ioc. 3. Sol, id est, Christus conuertetur in tenebras, per mortem corporis, & luna, id est, Maria in sanguinem per martyrium animæ. Item Apoc. 6. Sol factus est niger tanquam sacculus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis.

23. Christus matrem suam recolorauit in resurrectione, quando iterum ortus est sol, qui oriens omnibus rebus reddit proprios colores, quando scilicet gaudium quod habebat vel habuit de filij resurrectione, absterit ab eius anima nubilum totius tristitiæ. Recolorauit etiam in Apostolorum prædicatione, quando ipsis prædicantibus toti mundo innotuit Christum natum fuisse de Maria Virgine. Vnde Psal. de Apostolis: In omnem terram exiit sonus cœli, dicentium de Christo: In sole posuit tabernaculum suum, id est, carnem suam, quam assumpsit ex ea, quæ scilicet virgo clara erat & lucida ut sol per omnimodam puritatem. Vel ista recoloratio facta est in sua assumptione, quando coronata est gloria & honore, & colorata gloria immortalitatis. Vnde tunc canitur: Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora confurgens, &c.

24. Item pulchritudo faciei partim consistit in cæcis extensione, quæ fit per penitentiam. Vnde animæ penitenti dicitur per Ierem. 31. Adhuc ornaberis tympanis tuis, &c. id est, mortificatione carnis, quæ est decentissimus ornatus animæ. Alioquin rugæ tæ dicent testimonium contra te Iob 16. scilicet quando non facis penitentiam. Item idem animæ peccatrici dicitur Isa. 54. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne pateas, longos fac funiculos tuos, & clanos tuos consolida. Quære expositionem, &c.

Item notandum, quod ad animas colorandas
D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

& quasi picturandas dedit Christus de pretioso vase corporis sui sanguinem & aquam, sanguinem ad rubricandum, aquam ad dealbandum: quia proprium est aquæ dealbare quæ abluat, ut ei simulantur qui candidus & qui rubicundus est. Cuius videlicet sanguinis gutta minima plus valuit omnibus creaturis: sine hac autem coloratione pallida est & discolor omnis anima, & indigna Christo. Domino spirituali matrimonio copulari. Item ut color animæ fidelis recens, diutius perseueret, frequentius innovari debet facies animæ, recogitando passionem Dominicam, quasi aqua rosacea, quia de latere ipsius patientis aqua simul cum sanguine distillauit. Ioan. 19. &c.

In aurium erectione & competenti dispositione. Aurium erectio obedientie recitudo. 1. Reg. 3. Loquere Domine: quia audit seruus tuus. De erectione aurium Mariæ dicit ipsa cum filio Isa. 50. Etigit manè, manè erigit mihi aurem, &c. Quære supra titulo de obedientia Mariæ. Aures debent esse duæ, scilicet intellectus & affectus, ut audiat quis exemplo Mariæ humiliter pro se, sicut ipsa audiuit Angelum, patienter contra se, sicut ipsa filij irrisores. Idem dicitur Apoc. 2. Qui habet aures audiendi, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Ille reuera habet aures, qui sensum retinendi ac intelligendi habet, & affectum diligendi & promerendi ea quæ promittuntur, sicut habuit Maria. Ille autem quodammodo auribus caret, qui de cælestibus bonis quæ sibi promittuntur, curam non habet. Quid spiritus dicat Ecclesiis. Spiritus in loco nequaquam personam Spiritus sancti tantum, sed ipsam sanctam & indiuiduam Trinitatem designat, quæ vna deitas creditur & vnus Deus adoratur: spiritus enim est Deus. Ioan. 4. Ait ergo: Quid spiritus dicat, id est, quid Deus promittat Ecclesiis, pluraliter, non huic Ecclesiæ vel illi: quia quod isti vel illi secundum distinctionem promittitur, singulis si festinent ad præceptorum impletionem, fideliter persoluetur. Et nota, quod spiritus iste dicit, id est, docet, vel præcipit Ecclesiis quatuor principaliter, scilicet præcepta, prohibitiones, consilia, & promissiones, quibus omnibus obtemperandum est ut faciamus præcepta, vitemus prohibita, amplectamur consilia, desideremus promissa, paratum habentes cor, & iterum paratum ad hæc & illa. Non debent moueri nisi moto capite, id est, nisi ad ea quæ Deus vult: quia aures sunt de ipso capite. Ioan. 8. Qui est ex Deo, verba Dei audit. Sic per omnia & tantum sicut mouebatur Maria: aures enim beluinarum sunt, quæ excutiuntur, sicut patet in asinis, & canibus, & cervis, & huiusmodi. Antè apertæ, id est, ad spiritualia, retro clausæ ad temporalia. Idem dicitur Isa. 1. Dominus Deus aperuit mihi aurem. 1. Reg. 9. Eleuauerat Dominus auriculam Samuelis, &c. Circulares, ut à nullo recipere veritatem dedignentur. Eccli. 3. Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Non curate enim à quo discas, vna est de septem clauibus quæ referant scientiam. Vel circulares & integræ, ut perfectè & integrè obediant. Vnde Filius Patri: Aures autem perfecisti mihi. Lenes & non pilosæ, quod

quod est mansuete audire, &c. Eccl. 5. Esto mansuetudine iuscipite verbum Dei, &c. Iac. 1. Mansuetudine iuscipite verbum Dei, &c. Mundus & purgatus a facibus verborum scurrilium. Vnde Chrysostomus: Non dimittas stercorem in auribus tuis. Peccata stercorea sunt. Detractores ergo qui nuntiant tibi peccata aliorum, stercoreibus implent aures tuas. Quidam enim habent aures caninas plenas muscis, id est, aulationibus, & ramulculis, vel, quod peius est, serpentibus & aurellariis, id est, de tractionibus & mendaciis, quæ occidunt animam. Canibus enim intrant aurellariæ per aures in cerebrum, & inde mors. Ierem. 9. Mors intrat per fenestras, aurium scilicet & aiorum fenestram: vnde de beato Siluestro legitur: A detractoribus & mendaciis quasi à serpentibus aures debent aures, leuens venenum inuidiæ per aures in gremium occidere animam sapientis. Augustinus: Si non desit inspector, desit luter, ne si desit auditor, desit detractor. Quoties ergo intraverint huiusmodi nocuenta aures tuas, necesse est te habere purgatorium confessoris humilis. Manu digito scient aures purgari. Revelate maxime in vris, vt diligenter intelligant quid eis dicatur à Domino. 1. Reg. 9. Revelauerat Dominus auriculam Samuelem. Concava per humilitatem. Vnde dictum est Mariæ & cuiuslibet fidei animæ: Inclina aurem tuam, &c. & purgantur paruo digito, qui figurat humilitatem. Ornantur auro, de quo fabulatur aureus: quia præmium obedientiæ fulgor claritatis aternæ. Eccl. 25. Inauris aurea. &c. Gen. 25. dedit Elieser Rebeccæ inauris & armillas. Item notandum, quod quidam habent aures præcilias, quod est signum latrocinij, qui scilicet particulatim obediunt, & non ex toto. Exemplum de malcho, cui Petrus amputavit auriculam dexteram. Ioan. 18. Quere titulo de obedientia. Alij habent præpositas, id est, bestiorum Gallicæ, quarum apertura est à retro, id est, ad ea quæ debuissent adorsare. Alij asinas. Vnde Petrus: Auriculæ asini quis non habet? Isti sunt qui libenter audiunt citharam prædicationis, nec tamen aliquid mittunt ad cor suum; nec in operationem, quod est braui conculcare. Alij habent aures aspidis furdæ & obdurantis aures suas nolentes exaudire vocem incantantium, id est, prædicationum, aut medici medicantis sapienter, sicut dicit alia litera. Alij tamen luxuriantur, quod inde obsurdescunt ad literam.

26. De 23.

In nasi debita quantitate & narium apertione. Cantic. 7. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Damascus interpretatur sanguinem bibens, hoc est, diabolus, qui semper sicut bibere sanguinem peccatorum. Contra eius insidias opponitur nasus, id est, discretio beatæ Virginis, quæ ipsius præsentis malitiam & à longè præuidet quasi de specula: vnde & turri comparatur, à qua delonge in micorum videntur incurtus. Ipsa ergo & à longè respicit contra hostem, & sicut turris fortiter pro nobis se opponit, & dicitur turris Libani, quasi in Libano monte sita, quæ cantat ante prætor, vt per hoc ostendatur, quod candore virginis tanquam

pede conterere valeat caput serpentis, id est, concupiscentiam. Vel etiam quoad se fuit turris Libani fundata supra petram, id est, Christum, cui soli innitebatur. Vnde Cant. 7. innixa super dilectum, quæ scilicet turris Libani est stabilis altitudo candoris eius, innocentie scilicet, & virginis, iugiter respiciens contra Damascum, id est, peccatum. Item ministerio nati purgantur humores capitis, & adiutorio Mariæ vitia & pravi motes nostræ mentis, quæ caput est animæ. Item nasus via spiritus est: quia ipsa via est, qua Spiritus sanctus venit ad nos, ad nostram scilicet iustificationem & consolationem, & quandoque quasi recedit à nobis ad nostram humiliationem. Vnde Cant. 5. Veni Auster, & perfusa hortum, id est, conscientiam fidelis animæ. Item Cant. in fine: Fuge dilecte mi, &c. Item nasus ministrat animæ, id est, vitæ carnis respirationem, & Mariæ vitæ nostræ spirituali spei respirationem. Vnde dicit: in me omnis spes vitæ & virtutis. Et hoc patet in Theophilo & multis alijs, qui nisi in misericordia eius sperassent, de Dei misericordia desperassent. Item nasus discernit inter factorem & odorem: & ipsa fonsens virginitatem, ad ipsam velut aromata se conuertit, & carnis corruptionem velut factorem longè à se proiecit. Item pennis nasum attenditur motus indignationis: & ipsa per sanctam superbiam quidquid vile erat & sordidum, detestabatur, & omnem mundi gloriam per humilitatem abominabatur. Item non fuit hic nasus parvus, quia non defuit ei discretio: non grandis, quia non affuit ei præsumptio: non tortus, quia nulla occasione declinavit à recto. De his tribus impedimentis agitur Leuit. 21. Et idcirco fuit idonea ministrare Domino. Vnde dicit: In habitatione sancta coram ipso ministravi. Quære titulo de seruis Mariæ.

17.

Moraliter. Nasus animæ discretio est, quæ mala velut factorem, & bona velut odorem prouida sagacitate debet discernere, vt fetida reiiciat & odorifera retineat. Dicitur ergo fidei animæ: Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum, videlicet sicut turris in Libano monte, id est, in Christo fundata, qui est firma Petra. Matth. 7. Mons in vertice montium. Il. 2. Mons Libanus, id est, candor, qui per gratiam dealbat nigros peccatores. Sic ergo nasus, id est, discretio animæ sicut turris, vt nec ad dexteram per prospera, nec ad sinistram per aduersa, sed in rectum versus cælum regulariter protendatur, sicut turris cum perpendiculari erigitur & immobiliter consistit. Et debet hæc discretio iugiter respicere contra Damascum, id est, diabolum, vt supra dictum est de beata Virgine, vt venienti tentatori viriliter se opponat. Iacob. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Vel Damascus metropolis Syriæ ciuitas multum infesta filiis Israël, est collectio dæmonum & hominum impiorum, filiis Dei semper inimica, quibus viri discreti viriliter se opponere debent. Aliiter. In naribus sagacitas & discretio, vt sagaciter discernat fidelis anima quid sit odor vitæ in vitam, quid odor mortis in mortem, quæ sit fragrantia virtutum, quis fætor vitiorum. Et talis est turris Libani, propter fortitudinem

titudinem constantiæ, & altitudinem virtutis, & candorem continentie: quia Libanus candor dicitur. Et debet talis semper prospicere pro se & alijs contra Damascum, qui interpretatur potus sanguinis, vel bibens sanguinem, & signat diabolum, qui nostrum iugiter sicut sanguinem animarum, contra quem semper prospiciendum est ad eius insidias præcauendas. Vel turris Libani, id est, custodia candoris, qui est mundicia & innocentia animæ: quia duo hæc maxime candidum faciunt coram Domino. Et bene nasus, id est, discretio fidelis animæ comparatur turri: quia verè habet virtutem discretionis, flecti non potest ad peccatum, & stabilis est in bono, sicut turris stabilis est & inflexibilis. Quæ respicit contra Damascum: quia talis anima se obseruat ab insidijs diaboli, qui vitam nostram spiritualem semper auferre nititur, quæ est in sanguine Christi.

28. Nisi desit...

Nasus in facie eminentissimum tenet locum: quia prouida spiritualium discretiores debent in sublimioribus collocari. Sed nisi discretio fuerit circumspicienda, facillè subintrabit vitium virtute palliatum. Ideo prohibetur Leuit. 21. offerre Deo suos panes homo, qui fuerit paruus aut grandis aut tortus naso. Paruus, defectus discretionis, contra quod dicitur Eccl. 7. Noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Grandis, præsumptio de sua discretione vel scientia: contra quod dicitur Rom. 11. Noli altum sapere, sed time. Exod. 17. Non plus sapere, id est, inuestigare, quam oportet, sed sapere ad sobrietatem. Vel grandis nasus præsumere de eminentia suæ sanctitatis, vel se solum credere sanctum, sicut videre est in Elia 3. Reg. 19. dicente: Derelictus sum ego solus, &c. Et Dominus volens hanc præsumptionem refecare ab animo eius, dixit ei: Dereliqui tibi septem millia virotum in Israël, quorum genua non sunt incuruata ante Baal. Galat. 6. Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Vel grandis nasus, nimia discussio propriæ vel alienæ actionis, contra quod dicitur Eccl. 7. Noli esse nimis iustus: quia est iustus qui peccat in iustitia sua. Rom. 12. Non plus sapere, id est, inuestigare, &c. vt supra. Tortus, quando aliquis qui sibi videtur sciolum aliqua occasione declinat à recto, sicut illi qui victimas declinant in profundum. Osee 5. Duas habes nares, qui sunt timor, sinistra ad præsentendum factorem inferni. Vnde Psal. Descendant in infernum viuentes. Michæ 4. Venietis in Babylonem, quæ interpretatur confusio, & designat confusionem peccatorum infernalium, vbi nullus ordo: ibi liberaberis. Vel etiam ad præsentendam astuziam diaboli. Vnde de forti equo dicitur Iob 39. Procul odoratur bellum, &c. Spes dextera quæ iam in præsentem prælibat & pascitur, & suam pascit familiarum odoribus paradisi, & currere eam facit in odore vnguentorum Domini & Mariæ. Super os & labia ordinatur. Super os, vt exemplo simiæ discernas quid comedendum, quid bibendum, quid reiiciendum. Iob 6. An poterit aliquis gustare, quod gustatum afferat mortem? Quasi diceret: Non poterit. Sæpe enim mors animæ in olla carnium, in olla potum. 3. Reg. 5. Hoc naso,

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

id est, hac discretionem caruerunt primi parentes nostri: vnde redundauit mors in totam posteritatem suam. Ordinatur etiam nasus super labia, quibus loquimur & osculamur, vt discretè tibi caueas in vtroque. Via spiritus est, quo scilicet spiritus attrahitur & emittitur. Isa. 2. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, &c. Attrahas ergo desiderando, orando, quantum poteris, spiritum vitæ quo spiritualiter viuas. Vnde: Os meum aperui, scilicet os cordis, id est, desiderium, os corporis orando, confitendo: & attraxi spiritum. Et eundem spiritum in alios emittas exemplo Domini, qui in faciem hominis inspirauit spiraculum vitæ, Gen. 2. Factus est homo in animam viuentem. Sic & nos docendo, monendo, consulendo, pro ipsi debemus peccatoribus inspirare spiraculum vitæ, orando quo reuiuiscant à morte peccati, exemplo Elisei, qui incubens super puerum, posuit os suum super os pueri, &c. & oscitavit puer, &c. 3. Reg. 4. Item in naso attenditur motus indignationis, vt omne peccatum per sanctam superbiam detesteris, omnem mundanam altitudinem extollemem se aduersus Deum nil appetieris. Item per nasum & nares intelligitur discretio tam redolentium quam fetidorum, vt quidquid sordet in conspectu Dei, tibi displiceat: quidquid redolet bonis, tibi redoleat, & ad famam totius boni velut ad aromata te conuertas. Item subannatio fit contractione nasi: quia dicunt quidam, quod fama est quædam vena nasi, qua contracta corrugatur nasus, & facies deturpat, vt retribuam te ostendas, maxime detractoribus: quia facies tristis linguam dissipat detrahentem. Item detrahentem proximo suo, hunc persequer. Et comparatur iste nasus turri Libani, qui interpretatur candor, vt ab omnibus te elonges, & ea abomineris quæ possunt animam vel famam denigrare. Et nota, quod triplex est genus irrisionis, quæ notatur in Psal. Opprobrium est conuictum quod infertur absentibus, non audienti, neque videnti. Subannatio fit præsentibus, non videnti, sed audienti, & fit proprie cum ruga nasi. Illusio infertur præsentibus audienti, & videnti, sicut illusum est Domino in passione.

29. De labiis.

In labiorum vel oris pulchritudine. Cant. 4. dicitur sponsæ: Sicut vitæ coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Labia Ecclesie sunt labia beatæ Virginis, quæ dicuntur sicut vitæ: quia crines, id est, iustos ne effuant capiti & inuicem, suis orationibus & exemplis constringit & adunat, ne per errores & vitia dispergantur, & eos vinculo pacis & mutæ charitatis colligat. Dicitur autem vitæ à vinciendo: quia ex ea capilli vel ipsum pectus vincuntur instar vitæ ligantis. Coccinea dicitur hæc vitæ: quia minio sanguinis filij sui per compassionem rubricata, cuius passionis memoriam cordibus nostris inspirat. Hæc labia sunt intellectus & affectus beatæ Virginis, ex quibus formatur & pro. edit omnis loquela interior, id est, cogitatio & desiderium. Item hæc labia vitæ dicuntur: quia capillos ananæ, id est, cogitationes & desideria nostra vagè fluere, vel dissipari, aut à Christo elongari non sinit. Ergo ex officio restringendi huiusmodi capillos vitæ dicuntur, ex officio formandi voces interiores dicuntur.

0 2

dicuntur labia. Propter benignitatem autem & mansuetudinem comparantur vitæ quæ mollis est, propter charitatem & iugem memoriam Dominicæ passionis coccinea: ex quo est lamina capillorum animæ restrictio. Vel ad litteram labia Mariæ quibus formabat dulcia verba sua, dicuntur coccinea: quia ad amorem Dei & proximi inflammant: coccinum enim flammæ habet colorem, quibus etiam labiis desideratas orationes suas pro nobis format in conspectu virginis sui. Item labia Mariæ coccinea: quia coccinum Dominicæ passionis & ordinem creditur docuisse Evangelistæ, & maxime, sicut dicitur, per beatum Lucam. Quo etiam coccino per iugem recordationem & compassionem colorati erant intellectus eius & affectus imo ipsa tota erat coccinea per Dominicæ passionis imitationem & carnis propriæ mortificationem, ut verè posset dicere illud Galat. ultimo: Stigmata filij mei IESU iugiter in corpore meo porto. Hanc autem vittam coccineam debet habere in capite omnis anima, hoc est, in mente per recordationem, & maxime in oratione. Vnde 1. Corinth. 11. Omnis malus et orans aut prophetans non velato capite, demerit caput suum. Ut sic ipsius animæ sit eloquium Deo dulce ad auscultandum. Alia littera dicit: Sicut funis coccineus labia tua, & eloquium tuum dulce. Expone de fune sicut de vitæ. Funis coccineus est ille triplex funiculus, qui cum prædicatione Trinitatis verbum admittet de coccino passionis: & sicut ista prædicatione cogitationes nostras constringit in Christo & conseruat in eo, ita facit beatæ Virginis de precario pro eo quod eloquium eius Deo dulce est. Et funiculus iste coccineus, id est, charitativa oratio procedens de labiis suis extrahit animas de profundo peccati, sicut funis aquam de puteo: aquæ enim populi sunt Apoc. 17. puteus est vorago peccati. Vnde orat propheta: Neque vergeat super me puteus os iuum. Lege Glossam Augustini.

30. De oratione. Pulchritudo oris consistit in debita labiorum coloratione, & moderata grossitie, & modesta ipsius oris fissionem vel apertione. Debata verò labiorum coloratio est ut exterius habeant colorem lilij interius rosæ. Vnde Cant. 4. Sicut vitæ coccinea labia tua, ut supra. Item Cant. 5. Labia eius lilia, &c. Quod verè sentiendum est de labiis Virginis, quæ pudica erant quoad liliam, charitativa in precibus quoad rosam. A superflua grossitie præseruabantur per humilitatem, quando dicebat: Ecce ancilla Domini. Et à nimia tenuitate, cum diceret: Beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens est, &c. Talibus autem labiis oportebat labiis filij, qui candidus est & rubicundus, propinari felicia oscula reconciliationis humanæ, in quibus scilicet labiis esset puritas, charitas, humilitas, & materna auctoritas. Ex quo etiam affectura est felix illud osculum quod petebat Cant. 1. dicens: Osculetur me osculo oris sui. Fecit ipsa osculum nouum inter omnes creaturas, scilicet inter cælum & terram, inter diuinam naturam & humanam, inter virginitatem & fecunditatem, inter cor humanum & fidem, inter Deum & hominem, inter Angelum &

hominem, inter hominem & hominem, scilicet Iudæum & Gentilem: quæ omnia maxime discordabant, & factio illo osculo omnia inuicem sunt osculata. Ideo etiam appellatur ipsa columba, quæ inter omnes aues sola osculum nouit. Ideo de labiis Mariæ dicit Pater Isa. 57. Creauit fructum labiorum pacem. Quære prima pagina huius libri.

31. Item à dulcedine labiorum commendat filius matrem Cant. 4. dicens: Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua, &c. Credibile est enim, quod Virgo mater sapientissime deoscularetur filium tam dilectum, & conuerso filius matrem suam quasi satisfaciens illi maternæ petitioni, Osculetur me osculo oris sui, & maxime cum paruulus esset & sederet in gremio eius. Vnde Augustinus in quodam sermone de assumptione beatæ Mariæ virginis: O felicia oscula lactantis labiis impressa, cum inter crebra indicia repretantis infantis, ut potè verus ex te filius tibi matri alluderet, cum verus ex patre Dominus imperaret. Et ideo commendat eam à dulcedine labiorum ad litteram, & mysticè à dulcedine eloquij distillantantis: quia communiter, quod notatur in distillatione huius faui, Deum exorabat pro genere humano. Propter quod etiam dixerat ei paulò superius: Eloquium tuum dulce, ut supra expositum est. Sequitur: Mel & lac sub lingua tua. Mel & lac, id est, omnimoda dulcedo. Vel per mel dulcedo sapientiæ, quæ datur per eam, & ipsius preces maioribus. Per lac simplex doctrina, quæ competit minoribus. Sub lingua, id est, in meditatione cordis. Et hæc tria est à melle mez diuinitatis & à lacte mez humanitatis. Vel sic: Tanta est dulcedo spiritualis in verbis tuis, quanta corporalis in melle & in lacte: & hoc sub lingua, quia non cuilibet patet, sed his tantum quibus datum est experiri. Non enim sunt margaritæ spargendæ ante porcos. Math. 7. Sequitur: Et odor vestimentorum tuorum, id est, fama bonorum operum tuorum mihi homini à te impensa.

32. Item in Psal. commendatur filius Dei ab eloquentia, vbi dicitur sponso: Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Quod est dicere: Verba tua gratiosa sunt. Vnde Ioan. 7. Nunquam sic locutus est homo. Eccli. 8. Sermo eius potestate plenus est. Math. 7. Erat loquens sicut potestatem habens. Sed quia de Maria & virginibus canit Ecclesia versiculum istum, de beata Virgine illum exponamus & de labiis eius. Dicitur ergo illi habito respectu ad illam responsionem: Ecce ancilla Domini, &c. Gratia, id est, gratiarum abundantia, ut nomen istud, scilicet gratia, teneatur collectivè: diffusa est, id est, non tantum fusa propter te, sed diffusa, id est, distributa & abundanter data toti sæculo: in labiis, id est, in responsione tua, per quam mundus Deo reconciliatus est, & homines conuersi ad Deum & mundati à peccatis, iuxta illud Ioan. 17. Iam vos mundi estis, &c. Vel istud dicitur sponso: Diffusa est gratia in labiis tuis, id est, in osculo quo osculatus es humanam naturam, tibi eam vniendo. De quo osculo Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui. In hoc enim

enim osculo diffusa est gratia homini. Vnde Osee 7. Veniet nobis quasi imber temporaneus & ferotinus, id est, veniens in carnem dabit nobis gratiam præuenientem & subsequenter. Ideo dicit humana natura Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, id est, cum sapientia, quæ est Filius Dei. Ecce quanta diffusio gratiæ, scilicet omnia bona. Vel de Apostolis potest hoc dici, qui fuerunt labia Christi, per quos ipse loquebatur, in quibus labiis diffusa est gratia Spiritus sancti. Grego. Omnes qui Christum prædicamus, organa veritatis sumus. Item de labiis matris potest hoc idem intelligi, in quibus diffusa est gratia singularis, quando dedit filio oscula dulcia nostræ reconciliationis, sicut dictum est supra. Et propterea benedixit ea Deus, non benedictione sinistra, qua dat temporalia, sed dextera, qua dantur æterna. Ideo sequitur: In æternum, de qua Prouerb. 3. Longitudo dierum in dextera eius. Vel sic: Benedixit te Deus in æternum, id est, benedictione ducente in æternitatem.

33. Propter moderatam oris fissionem vel apertionem comparatur ipsa fluuii Phison, qui, ut dicunt quidam, interpretatur os papillæ: os enim papillæ videtur esse semper clausum, & in lac emittit. Et os beatæ Virginis semper quasi clausum fuit per discreti censuram silentij, & tamen quando loquebatur, dulce verbum emittēbat. Vnde ei dicitur Cantic. 3. Mel & lac sub lingua tua. Et de verbis eius nutritur spiritualis eius infantia, sicut pueri de lacte. Item ad honestatem oris multum facit dulcedo anhelitus. Vnde filius matri Cant. 7. Odor oris tui sicut odor malorum: Per odorem oris Mariæ significantur orationes eius & preces, quæ totæ sunt aromaticæ. Vnde dicit de seipso: Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans dedi. Et quod orationes sint orationes, habetur Apoc. 5. vbi dicuntur 24. seniores habere phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Dicit ergo filius matri: Odor oris tui, id est, orationes tuæ aromaticæ, mihi placidus est & delectabilis sicut odor malorum. Vel sicut os Domini sunt qui separant pretiosum & vili Ierem. 15. sic possunt dici quodammodo os Mariæ, qui ipsam deuotè confitentur, laudant, prædicant, & elucidant. Et talium odor, id est, fama & opinio debet esse sicut odor malorum quæ fructus sunt & signant bona opera, non solum filiorum, id est, verborum ut non solum de ea loquantur, sed ad imitationem & honorem eius quod bonum est operentur. Vel ideo commendat filius matrem ab odore oris sui: quia opinio doctrinæ & sapientiæ, quæ procedit ex verbis illius positis in Evangelio, & confidentia de orationibus illius, attrahunt homines ad cultum filij, sicut odor malorum gustum allicit ad edendum. Odor igitur oris est fama bonæ locutionis. Et nota, quod ore emittuntur odores interiores: & ideo bene comparatur odor oris eius odori malorum, cum esset apotheca omnium aromatum, id est, omnium virtutum & omnium charismatum.

Ad oris etiam commendationem multum facit lingua eucharis, id est, bene gratiosa, ab D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

eu quod est bonum, & charis quod est gratia, de qua dicitur Eccli. 6. Lingua eucharis in bono homine abundabit. E conuerso de lingua non gratiosa dicitur Eccli. 20. Homo acharis, fabula vana. De lingua verò Mariæ dicitur Eccli. 36. Si est lingua curationis & mitigationis & misericordiz. Lingua siquidem Euz non curationis fuit, sed infirmationis: quia præcepto Deo inobediens persuasit sponso suo comestionem illicitam, & peccatum suum superbe excusauit. Fuit ergo lingua eius lingua superbiæ & inobedienciæ: & ideo nec mitigationis, nec misericordiz, sed irritationis & vindictæ: quia Dei indignationem irritauit ad vindictam. Lingua verò Mariæ fuit lingua curationis, in cuius lingua sonuit humilitas cum dixit: Ecce Ancilla Domini: obedientia, cum subiunxit, Fiat mihi, &c. & ideo eius lingua est mitigationis & misericordiz: quia Dei iracundiam mitigauit, & eius misericordiam nobis impetrat incessanter. Fuit etiam lingua eius eucharis: quia doctrina verborum eius vtilis & fructuosa. Item Eccli. 40. Tibi & platerium suauem faciunt melodiam, & super vtrumque lingua suavis. Moraliter. Si habes linguam curationis in confessione, Christus habebit linguam mitigationis & misericordiz in peccati remissione. Vnde 2. Reg. 12. dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris.

35. Item ad oris pulchritudinem multum faciunt dentes mundi, candidi, & absconditi, moderatæ quantitatis, & quasi per gyrum ordinatè dispositi. Cantic. 4. commendatur Maria à dentium speciositate, verbi dicit ei Christus: Dentes tui sicut grex vel sicut greges tonfarum, quæ ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis foetibus, & sterilibus non est inter eas. Istud habuisti vno modo expositum supra titulo de sapientia Mariæ. Quære ibi.

36. In gutturis nitore & suauitate. Vnde matri dicit filius Cant. 7. Guttur tuum sicut vinum optimum. Guttur tuum, id est, preces ex gutture procedentes: sicut vinum optimum, quod consolatur & releuat dolores afflictorum. Vel sic: Guttur tuum, id est, verba de gutture procedentia, sicut vinum optimum, scilicet per deuotionem sapida, pigritantibus benefacere suauiter pungitua: stimulant enim pigros ad currendum, amandum & orandum. Si enim verba sapientium stimuli Ecclz. in fine, quid putas de verbis matris sapientiæ? Pungunt etiam orationes eius cor filij. Vnde & ipse dicit ei Cant. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Et inde misericordiam eliciunt peccatoribus, &c. Sunt etiam verba omni eius vino dulciora per internam consolationem, qua cor hominis lætificant, ut ei sicut filio possit dici: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, &c. Sunt & inebrianda: quia discretè discussa mentem alienant à sensu carnali. Filium etiam inebriant, & ipsum faciunt obliuisci peccatorum nostrorum. Et sic facillimè poteris adaptare verbis & orationibus Mariæ cæteras proprietates vini peroptimi. Vel: Guttur tuum, id est, doctrina, quæ continetur in verbis tuis, est sicut vinum optimum: quia deuotos delectat

& à solitudinibus mundanis elongat, & sic inebriat, vt sobrios reddat, non vt amentes faciat. Audiens autem Virgo sic se commendari à dilecto, rapit verbum ab ore eius, & subdit: Dignum dilecto meo, id est, placens ei, ad potandum, hoc est, vt inde poterit alios placens etiam labiis eius, id est, prædicatoribus, & dentibus, id est, Expositoribus ad ruminandum, sicut patet in Luca, & cæteris Euangelistis, & in Expositoribus sacris.

37. Alter: Guttur effas diiudicat, sicut dicitur Iob 4. Bonas retinet & euomit malas. Hæc est virtus discernendi spirituales preces, quæ sicut vinum calore fæces expellit; vt remaneat vinum optimum eliquatum & defæcatum. Commendatur igitur his verbis discretio Virginis in precibus, quæ hoc solum petit, quod discretè peritur, quod bonum, quod pium & ab omni macula defæcatum. Ipsa autem his verbis auditis à filio assumit verbum ex ore eius, & subicit: Dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus illius ad ruminandum. Ac si dicat: Hoc vinum, id est, hoc verbum meum deprecatorium & vino optimo comparatum, est dignum dilecto meo ad potandum, vt videlicet ei placeat & ipse delectetur in eo, & hoc ipsum vinum est dignum labiis eius, & est dignum dentibus illius ad ruminandum. Labia potum percipiunt, & eius saporem sentiunt. Hoc itaque verbum dignum dicitur labiis Christi: quia dignum est vt fauor benignus illud recipiat, & quod bene sapiat & complaceat diuinæ bonitati. Et sicut vinum optimum sine difficultate & cum delectatione sorbetur, sic petitiones suas cum omni facilitate & delectatione dignè dicit à filio admittendas. Verum quia eius quod bibitur, gustus citò præterit, eius vero quod ruminatur, sapor diu remanet, subdit de vino illo, quod dignum sit dentibus illius ad ruminandum, vt sic ostendat, quod non perfunctorie, sed tanquam affectus placita dulcedine in matris petitionibus filius delectetur, &c.

38. In colli rectitudine, candore, & competenti dimensione. Vnde dicitur Ecclesiæ Cant. 1. Collum tuum sicut monilia. Propter rectitudinem comparatur hoc collum turri. Propter candorem ebori: vnde dicitur Cant. 7. Collum tuum sicut turris eburnea. Ipsa enim est collum Ecclesiæ propter coniunctionem diuinitatis quæ per caput, & humanitatis quæ figuratur per corpus: quia in vtero eius facta est coniunctio diuinæ & humanæ naturæ, & vnitum genus humanum Christo capiti suo, vt in humana natura simus vnium cum Deo. Collum dicitur quasi columna: quia rigidum est & rotundum & caput supportat, sicut columna capitellum, sic Maria nunquam fuit inclinata per peccatum, sed semper erecta, quia cælos attingebat itans in terra, & hoc per contemplationem cælestium, & quasi rotunda per desiderium æternorum, & nouem mensibus tulit in vtero Christum caput nostrum, cui videatur dicere illud Psal. Innocentes & recti adhererunt mihi: quia sustinuit te, id est, sustinuit te, super omnia diligendo te. Coniungit caput corpori, & ipsa Christum Ecclesiæ, cuius ipse est caput, & ipsa corpus, & hoc dupliciter, scilicet corpo-

raliter, Christum gignendo, & spiritualiter, ipsum peccatoribus reconciliando. Vniuersis membris post caput supereminet in corpore: & ipsa post Christum, qui caput nostrum est excellentissimum membrorum Ecclesiæ. Duplici humero supportatur: sic & ipsa portanda est à fidelibus Ecclesiæ. Vnde de sapientia vel Maria dicitur Eccl. 6. Subiice humerum tuum, & porta illam, hoc est, actus tuos suppone magisterio eius. Subiice per humilitatem & obedientiam, porta per fortitudinem & patientiam.

Maria dicitur collum Ecclesiæ. Sicut corpus nisi collo adhereret, non potest capiti adherere: sic qui huic collo non adhereret vera dilectione, non potest vniri Christo, qui caput est sanctæ Ecclesiæ. Sicut mediante collo formantur verba humana, sic ipsa coram filio nostra est aduocata. Beatus Bernardus: Domina nostra, mediatrix nostra, aduocata nostra, tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos commendanda, tuo filio nos repræsenta, &c. Sicut mediante collo descendit in corpus quicquid ei est necessarium, cibi, potus, potiones, medicina, & huiusmodi: sic & ipsa mediante venit ad nos Christus, qui medicina est animarum nostrarum, & cuius caro & sanguis verè cibus est & potus. Ioan. 6. Sicut collo interior aer emittitur & exterior attrahitur, sic per ipsam nostram deuotio Deo præsentatur, & Dei misericordia & gratia nobis redonatur. Saliua à capite in corpus trahitur collo: & per ipsam gratia à Deo humano generi impetratur, qua homo interior vngitur & delinitur. Iob 7. Vtique non parcis mihi, &c. vt glutinam saliuam meam, id est, vt saporem tuæ dulcedinis in contemplatione delecter. Verbum emittitur. Nam ex ea verbum Patris incarnatum apparuit nobis, & per eam nobis à Patre transmissa est vera salus. Ioan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. Hic assigna de verbo, &c. Spiritus alimonia membris Christi, id est, fidelibus ministratur: quia ipsa mediante panem Angelorum manducauit homo in sacra communione. Vel triplex spiritualis alimonia, venia peccatorum, gratia meritorum, gloria præmiorum. Verba profertur: quia in conspectu Dei, cum sit aduocata nostra, bonum pro nobis loquitur, & precibus suis bene sonantibus distinctos nos à filio per peccatum, quoties penitemus, reconiungit eidem. Isa. 59. Iniquitates nostræ diuiserunt inter nos & Deum nostrum, &c. Item collum quandoque flectitur. Sic Maria flexibilis quoad Deum per obedientiam & humilitatem, quoad nos per pietatem, quandoque erigitur, & hoc quoad se per contemplationem. Item istud collum planum est per iustitiæ æquitatem, lene est per mansuetudinem, pulchrum est per vitæ honestatem, candidum per omnimodam puritatem. Velari solet à bonis mulieribus, propter corporalis pulchritudinis absconsonem, quod de collo Virginis est credendum.

40. Sequitur: Sicut monilia, quæ dicuntur à muniendo, vel à monendo. Per collum verbum emittitur: & Maria sic munita erat virtute discretionis, vt quodcumque verbum emitte-

tebat, vel ad gloriam Dei, vel ad humilitatem sui, vel ad vilitatem proximi pertineret, iuxta illud Eccl. 43. In sermone eius composita sunt omnia. Vel monile dicitur ad monendo: quia Maria quæ prima vouit virginitatem, verbo & exemplo mouet omnes ad castitatem virtutem. Vel monile à monade, hoc est, ab vnitate: quia morsu quodam vnit vtramque partem capitij: & sic munit sinum mulieris, ne adulter mittat manum. Habet enim monile tria officia, exteriora ornat, interiora celat, corruptores propulstat. Vel melius. Monile quod sinum claudit, vt dictum est, sigillum pudicitie est, ne turpis motus castitatem inficiat. Et hoc sigillum tria facit, interiora celat, ne si qua turpis cogitatio surgit contra propositum castitatis, foras erumpat: exteriora ornat, vt verecunda & modesta grauitas appareat: manum impudicam ab illicito tactu refrænat, ne scilicet diabolus adulter prauas cogitationes immittat, vel prauas delectationes, quæ sunt immisiones per Angelos malos. Similiter & Maria dexteram partem & sinistram tunicæ Domini inconsutis, quæ designat Ecclesiam, vnit, id est, actiuos & contemplatiuos, vel Iudæos & Gentiles ad fidem conuersos. Ornatum virtutum suos venustat, eorum peccata ne coram Deo appareant ad vindictam, pallij charitatis velat, corruptores animarum, id est, demones ab eis exteret & elongat. Et nota, quod monilia fabricari solent ex auro, argento, & gemmis. Similiter & auro cælestis sapientie, ex argento tinnulæ & perfectæ eloquentie, & ex gemmis totius operationis bonæ quasi fabricatum est hoc monile manu artificis cælestis, id est, operatione Spiritus sancti vel sapientie Dei. Vnde dicitur ei à filio Cant. 7. Iunctæ feminum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

41. Alter: Per collum Virginis designatur eius humilitas: quia demissio colli est signum humilitatis, sicut erectio eiusdem signum est superbiz. Vnde Isa. 3. Eleuatae sunt filiz Sion, & ambulauerunt extento collo, &c. Item Iob 15. dicitur de superbo: Cucurrit aduersus Deum erecto collo, &c. Dicitur ergo de humilitate Mariæ Cant. 4. Sicut turris David collum tuum, id est, humilitas tua est turris, id est, sicut humilitas David, quæ ipsum reddit in omni aduersitate inexpugnabilem. Vel sic: Collum tuum, id est, humilitas tua, id est, tu humilis es sicut turris David, id est, Christi. Et hæc dictio, sicut, non est nota similitudinis, sed expressio veritatis. Tale est illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuenti, id est, verè vniuenti, &c. Sed quare comparatur humilitas Virginis humilitati David, cum Virgo incomparabiliter fuerit humilior quam ipse David? Certè quia in puro homine non potuit maior humilitas inueniri, & ita nec conuenientius exemplum sumi. Item de hoc collo dicitur Virgini Cant. 7. Collum tuum, id est, humilitas tua sicut turris eburnea. Sicut turris, id est, erecta ad cælestia, quorum amore te humilias. Vel sicut turris, id est, defensio innocentiæ & continentium qui sunt eburnei. Eburnea etiam quoad te per candorem innocentie & frigiditatem continentie.

42. Mysticè collum Ecclesiæ sunt illi qui cibum verbum Dei ad alios nutriendos trahunt: quia omni verbo quod procedit de ore Dei. Matth. 4. membra corporis sui mystici, quod est Ecclesia, nutriuntur. Hoc collum sunt prædicatores & doctores, per quos emittit Christus vocem & trahit cibum ad corpus, vt dictum est, de quibus dicitur Ecclesiæ: Collum tuum sicut turris, propter constantiam & fortitudinem, vt scilicet non circumferantur omni vento doctrine: eburnea, propter refrigerium abstinentie & candorem castitatis & innocentie: ebur enim est frigidum & candidum. Huius turris propugnacula auctoritas Scripturæ, quæ nos includunt & protegunt. Greg. super Ezech. loquens de hoc collo, de hac turri, & propugnaculis eius: In collo guttur, in gutture vox. Ergo collum Ecclesiæ sacra eius eloquia. In clypeorum millenario, qui est perfectus numerus & signat vniuersitatem, vniuersa nostra munitio, quæ est in sacro eloquio, designatur. Et ita per clypeos & propugnacula idem figuratur, id est, sententia vel auctoritates Scripturæ sacre, quæ est turris, id est, Ecclesiæ Catholicæ munimentum. Vel etiam collum Ecclesiæ sancti intercessores, qui corpus coniungunt capiti, id est, Ecclesiam Christo, suis orationibus & exemplis.

43. Moraliter collum fidelis animæ charitas est, quæ corpus electorum principaliter Christo capiti coniungit. Quæ turris dicitur, propter altitudinem eius, qua cæteris virtutibus præeminet. Mille clypei, sacra eloquia omnes credentes perfecte protegentia. Proverb. 30. Omnis sermo Dei ignitus clypeus est sperantibus in se. Pendunt ex ea, id est, ex turri charitatis: quia tota lex sola charitate perficitur. In Mattheo dicitur: In his mandatis tora lex pender & propheta. Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio. Vel mille clypei vniuersitas virtutum: quia quælibet virtus clypeus est in certamine suo aduersus omnia tela illius vitij quod sibi ex directo aduersatur. Et constat, quod omnes virtutes ex charitate dependent quasi ex matre filie informante motus earum. 1. Corinth. 13. Si linguis hominum loquar, &c. Et hæc eadem vniuersitas virtutum est omnis armatura fortium, id est, qua omnes armantur electi contra hostes debellandos, quæ armatura describitur Ephef. 6. Induite vos armatura Dei, &c. De his multa inuenies titulo, quod Maria turris.

44. In humerorum decenti compositione. Humeri fidelis animæ, dexter pietatis, sinister De humeris compassio: quæ duo supportare debent onera infirmitatis fraternæ, in quo consistit adimpletio legis diuinæ. Vnde ad Galat. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Alter alterius onera portantes sunt consilium & auxilium sibi inuicem impendent. Et hoc faciendum est exemplo Christi, qui peccata nostra portauit in humeris suis cruci affixus, quæ non poteramus portare. 1. Pet. 2. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, &c. Peccata, id est, penam peccatorum. Et de hac portatione dicit Philosophus: Nihil aded probat amicum, vt amici oneris portatio. Item Rom. 15. Debemus nos

firmitates imbecillitatem infirmorum supportare, & non nobis placere. Itaque. Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet, Confortare. Genes. penult. dicitur de Isachar: Isachar ainus fortis, habitans in terminis, vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, & supposit humerum suum ad portandam, factusque est tributis seruiens. Isachar interpretatur vir mercedis, vel est merces mea, seu memor, aut Dominum memorans. Hic est iustus, qui mercedem æternam tantum diligit, quod quasi matrimonialiter se ei coniungit cogitatione, & auditate ei inseparabiliter adheret. Item qui dicit de Christo, est merces mea, & ipsum solum constituit mercedem suam. Item qui semper memorat beneficia Dei, & ipsum Dominum nunquam tradit obliuioni. Ainus fortis reputans se solidum mundo, vt sit sapiens Deo. Adapta cæteras proprietates aini, & assigna bonis bonas, & malis malas. Fortis ad toleranda pro Christo & pro spe mercedis æternæ illatas sibi molestias à carne propria, vel à mundo, vel à diabolo. Fortis etiam ad onera fraternæ infirmitatis supportanda. Habitans in terminis, hoc est, inter marema & montes, scilicet inter amaritudinem contritionis & penitentiam, & eminentiam vitæ. Vel termini isti sunt ingressus noster in mundum, & egressus à mundo. In his habitat quasi perseverans, qui de his semper cogitat. Vel in terminis, id est, neque modo in corpore. Vnde: Vivo ego iam non ego. Neque adhuc extra corpus, Job 7. Suspendium elegit anima mea. Isti etiam termini possunt dici vita præsens, & vita æterna, inter quos quasi suspenditur anima viri iusti. Vel in terminis, id est, in exitu huius terræ quæ est mortificatio: quod fit quando ad solam tenuem sustentationem exemplo aini qui pascitur palea & cardonibus, vilibus & paucis contentus est: & hoc maxime fit per iugem mortis memoriam. Vnde Hieronymus: Facile conterant omnia, qui semper cogitat se esse moriturum. Et quasi in initio positus terræ viuientium per spem & desiderium, bona terræ illius quodammodo iam prælibat. Nota, quod quidam sunt, qui habitant inter terminos istos, sed non in terminis, quia de his non cogitant, quibus dicitur Iudic. 5. Quare habitatis inter terminos, vt audiat sibilos gregum? Greges qui brutorum animalium sunt, signant brutam sensualitatem, cuius suggestiones venenant animam: vnde dicuntur sibili qui sunt serpentum, quos sibilos audit, qui eis consentit. Ideo non inter terminos habitandum, sed in ipsis terminis supra dictis, vt iogiter ad memoriam reducat vilis natiuitas & mors incerta, iuxta illud Eccli. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima, & in æternum non peccabis.

45. Sequitur: Vidit requiem, quod esset bona. Vidit oculo intellectus contemplando, oculo affectus prælibando. Vnde: Memor fui Dei, & delectatus sum. Memor fui Dei quoad intellectum, & delectatus sum quoad affectum. Vidit. Per hoc innuitur, quod ibi iam esset mente, alioquin non videret. Vnde inter mundanas varietates ibi nostra fixa, sint corda, vbi

vera sunt gaudia. Requiem æternæ beatitudinis, quæ datur iusto post labores vitæ præsentis. Apocal. 14. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Quod esset bona, Hic non est requies bona. Vnde de quibusdam dicitur: In labore hominum non sunt, &c. Et terram æternæ stabilitatis, quod optima. Et notantur hic duo, scilicet requies, quo defectus omni mali in paradiso, & abundantia omni boni per hoc quod dicit optima, vbi nullius rei penuria. Deuter. 8. Item quod esset bona: quia ibi non laboratur, sed non nisi per labores ad eam peruenitur. Et visis his duobus supposit humerum ad portandum. Humerum charitatis quæ omnia leuia facit. Humerum scilicet duplicem, id est, patientiam quæ est humerus sinister ad sustinendum mala sibi irrogata, & benignitatem quæ est humerus dexter ad supportandum per compassionem mala illata proximis. Charitas enim est quasi duplex humerus, patiens est, benigna est. 1. Cor. 13. hæc portat pariendo, illa compatiendo. Vel per humerum signatur fortitudo in bono, quam supponit bonus ainus Domini ad portandum iugum eius leue, non iuga bouum quinque quæ sibi emunt, miserabili quinque sensuum seruituti satisfacere cupientes. Hi sunt aini diaboli supponentes se iugo eius grauissimo. Sequitur: Factus est tributis seruiens.

In brachiorum longitudine, fortitudine, & flexibilitate seu vegetabilitate. Titulo, 46. Quomodo Mariæ seruiendum est de singulis membris, inuenies de brachiis. Verba Mariæ vel fidelis animæ. Cantic. 3. Paululum cum pertransissem eos, & loquitur de vigiliis, id est, Angelis: pertransissem eos, scilicet sublimius contemplando: inueni quem diligit anima mea. Nihil enim credimus super Angelos, nisi sponsum & Mariam. Omnis ergo creatura pertransenda est quasi via qua venitur ad sponsum, etiam ipse sponsus, in quantum homo, pertransendus est quasi via, non amplectendus vt finis, sicut dicit August. propter quod ipse in quantum est homo, vocat se viam Ioan. 14. vocat se veritatem & vitam, sed in quantum Deus est. Tenui eum quasi duobus brachiis geminæ charitatis, quæ sunt longa per perseverantiam, & flexibilia per obedientiam: & duplici manu bonæ operationis ad honorem Dei & exemplum proximi. Nec dimittam, id est, non desinam amare vel bene operari, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, id est, donec notum & dilectum fecero toti Ecclesiæ quæ me genuit & nutriuit. In quo ostenditur, quod singuli inuentum sponsum teneant, nec dimittant donec notum & dilectum fecerint toti Ecclesiæ pro posse. Vel toti Ecclesiæ & genti suæ, vt cortina cortinam trahat. Et qui audit, dicat, Veni. Apocal. ultimo.

In manuum candore, planitie, extensione, & moderata quantitate. De manibus suis dicit Maria Cant. 5. Manus meæ distillauerunt myrrham, & digiti pleni sunt myrrha probatissima. Per manus opera, per digitos operum discretio. Myrrha probatissima, perfectissima carnis & carnalium voluptatum mortificatio.

In

In his autem verbis ostendit Maria impletum in ipsa quod Angelus ei promiserat, dicens Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Spiritus enim sanctus superuenit in eam, & sic eam vestiuit desuper, quod totum quod in ipsa erat carnale, absorptum est à spiritu, & carnalitate mortificata, solum in ea dominabatur spiritualis affectus. Dicit ergo: Manus meæ distillauerunt myrrham. Nam in spirituali gratia sic absorpta sum, quod nihil in me vixit de carnali concupiscentia, vel mundana, quin potius manus meæ & digiti mei, id est, opera mea & operum meorum discreta distinctio, perfectione mortificationis testimonium proferebant. Et nota, quod superius dicit filius de matre: Messui myrrham meam cum atomatibus meis. In verbo metendi notatur abundantia. Item Cantic. 24. dicit Maria: Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Illa myrrha electa est, quæ sine vulnere & incisione corticis manat ab arbore, & illam amarum carnis mortificationem designat, quam profert anima, nullo peccati vulnere sauciata. Talem myrrham messuit Dominus in Virgine, quod licet vulnus peccati non haberet, seipsam tamen multipliciter mortificare curauit, & ideo bene dicit, quod digiti sui pleni sunt myrrha probatissima: & talis myrrha proprie Domini est. Vnde dicit: Messui myrrham meam, &c.

48. Item de manibus sponsi dicit sponsa, & congruè potest intelligi de manibus Mariæ Cant. 5. Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Tornatura cæteris artibus promptior est atque velocior, regulam iustitiæ tenet, & opus suum pulcherrimè circumcidit. In eundem modum omnia opera Christi vel Mariæ circumcisa fuerunt, vt licet cum quadam operandi promptitudine & celeritate fierent, nunquam tamen à iustitiæ regulâ deuiarunt. Vel tornatiles dicuntur manus Mariæ: quia sicut ars tornandi promptior est aliis artibus, sic Maria ad benefaciendum promptior omnibus sanctis. Aureæ propter sapientiam operandi: quia sapientia signatur in auro, & ipsa sic ingeniosè scit miseris misericordiam impendere, quod non frangit sigillum diuinæ iustitiæ. Vel aureæ per charitatem, quæ similiter signatur in auro: quia ex mera charitate nobis impendit dona misericordiam, gratiam, & gloriam, implens illud Apostoli 1. Cor. 16. Omnia nostra in charitate fiant. Plenæ hyacinthis. Hyacinthus est enim lapis coloris ætherei: quia quidquid Christus gessit in corpore, quidquid mater vel filius agit vel egit in opere, totum de fonte sapientiæ processit, & semper procedit, totum cælesti intentione refulget & refulsit. Vel plenæ hyacinthis: quia nihil aliud quam cælestia præmia in suis operibus intendebat. Plenæ etiam dicuntur manus Virginis, scilicet operibus bonis: quia abundantius omnibus creaturis benefacit ipsa, vel filius per ipsam omnibus creaturis. Vnde de ipsa dicit natura humana Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, id est, dona gratiarum.

49. Aliter: Manus eius tornatiles, id est, volu-

biles, promptæ scilicet in omnem partem operari, sicut quod torno fabricatum est, in omni parte volubile est. Vel tornatiles, id est, per circuitum circumcisæ, & quosdam circulos spectantibus præferentes, sicut omne quod torno circumcisum est, circumpositum est. Quia in suis operibus circulos exprimebat omnimodæ perfectionis & spiritualis conuersationis. Circulus enim est ab eodem in idem reuersio. Nam sicut ex patre omnia operabatur, sic & ad ipsum & in ipsum omnia per gratiarum actionem referebat. Vnde dicit Ioan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera. Aureæ per sapientiam & charitatem, quæ duo deaurant omnia opera, & ea faciunt deserta & amabilia. Vel ideo aureæ: quia nullo igne tribulationis lædi vel vri potuerunt. Plenæ hyacinthis, hoc est, solis pretiosis & cælestis coloris operibus, hoc est, quæ cælum potius ostenderant ipsamque de cælo cælestemque venire probarent. Vnde dicit Ioan. 5. Opera quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea, testimonium perhibent de me. Et opera eius instar hyacinthi in claris cordibus clara, in tenebrosis obscura: quia hyacinthus in sereno clarus, in obscuro & nubilo apparatus obscurus. Nam illis qui illuminati erant sapientia & gratia, sancta cælestia & diuina eius opera apparebant, sed tenebrosis per infidelitatem & insipientiam magica & seductoria, sicut Iudæis & Phariseis.

Item decor manuum consistit in operatione & extensione: & Maria manum suam aperuit & aperit semper inopi, & pallium suum extendit ad pauperem. Prou. in fine: Et manus habet extensas, non contractas, exemplo filij, qui manus extendit, non contraxit in cruce. Et in hoc Euz contraria, quæ manum contraxit, fructum rapiens interdictum. Item de candore manuum Virginis dicit beatus Bernardus super illud Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Beatus Bernardus: Manus Mariæ quædam lilia candidissima sunt: nec causabitur liliorum amator inter lilia non inuentum, quidquid inter Mariæ manus inuenit. Vel candor manuum eius in hoc consistit, quod peccatum non fecit. 1. Pet. 2. Et ideo secundum puritatem manuum eius retributum est ei à Domino. Manuum etiam pulchritudo multum consistit in digitorum decenti coniunctione seu iunctura: quia digitus quasi decenter iunctus, & sunt digiti isti qui designant discreta opera, recti per intentionem, flexibiles per obedientiam, graciles per mortificationem, candidi per innocentiam, longi per perseverantiam, vnguis muniti per patientiam aduersariorum finalem, quia vnguis finis est manus.

Mysticè, Manus Ecclesiæ sunt operari boni, qui iuxta consilium Apostoli ad Galat. 6. dum tempus habent, operantur bonum ad omnes, de quibus dicitur Cantic. 5. Manus eius, id est, Christi tornatiles. Opus quod fit in torno, celeriter fit & sine errore. Sic faciendum est omne opus bonum sine errore, vt pura sit intentio operantis, quod fit quando ad honorem Dei, pro salute animæ, & ad exemplum proximi operatur. Ad honorem Dei, vt non tibi, sed Domino attribuas quidquid boni feceris, dicens cum

50.

51.

cum Iſa. 26. Omnia opera noſtra operatus es nobis Domine. Et factò quidquid boni poteris, dicas te humiliando: Seruus inutilis ſum. Luc. 17. Eccl. 10. Noli te extollere in faciendo opere tuo, &c. Pro ſalute animæ, vt eam ſcilicet intendas. Eccl. 30. Salus animæ in ſanctitate iuſtiæ. Gregorius: Qui vult miſereri proximo, à ſe trahat originem miſerendi. Ad exemplum proximi. Matth. 5. Luceat lux veſtra coram hominibus, &c. Celeriter etiam operandum eſt, ſicut fit opus in torno. Vnde Proverbum 3. Ne dicas amico tuo, id eſt, Chriſto mendicanti in paupere, Vade, & reuertere, & cras tibi dabo, cum ſtatim poſſis dare. Ad Hebr. 3. Feſtinemus ingredi illam requiem, id eſt, operari ea quæ faciunt ad ingreſſum.

52. Item tornatiles, id eſt, expeditæ: quod competit manibus quæ propter Deum operantur, vt factò vno bono opere vnus generis, ſtatim ſe transferant ad aliud faciendum, exemplo Chriſti magiſtri & Domini noſtri, cuius omnis actio noſtra eſt inſtructio, qui de die prædicabat & miracula faciebat, de nocte verò orabat, vt nullum tempus vacuum pertranſiret, quod non in opus noſtræ ſalutis expenderet. Auræ. In auto tria. Sapientia, obedientia, charitas. Sapienter ergo, id eſt, diſcretè operandum eſt, vt dignos & bonos ſemper aliis præferat. Eccl. 12. Si benefeceris, ſcito cui benefeceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Item ſapienter, vt oſtentionem fugias & laudem tranſitoriam: quia ſicut dicit Gregorius, valdè bona ſua peruipenderunt, qui ad eorum remunerationem laudes hominum ſufficere credunt. Item ſapienter iuxta conſilium Apoſtoli. 2. Cor. 8. Non vt aliis ſit diſſiſſio, obis autem & tribulatio, &c. Obedienter, id eſt, iuxta præceptum Euangelij, vel ſpiritualis patris, exemplo Domini dicentis Ioan. 14. Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Charitatiuè. Vnde. 1. Corinth. 16. Omnia veſtra in charitate fiant. Plenæ hyacinthis, plenæ vt abundanter beneficias. Tob. 4. Quomodo poteris, ita eſto miſericors, &c. Meſſem nobis bonorum operum ſatione multiplici præparemus: & quantò vberius ſatiari cupimus, tanto ei à quo totum accepimus, largius conferamus.

53. Aliter. Plenæ hyacinthis, pluraliter, vt pro æterna retributione, quæ erit multiplex plenariè operis: quia ſicut dicitur Iſa. in fine, erit menſis ex menſe, &c. Menſis dicitur à mene quod eſt defectus. Erat ergo menſis ex menſe: quia ex defectu bonæ operationis erit defectus glorioſæ retributionis. Vel plenæ hyacinthis, vt ad hoc abundes operibus bonis, vt tandem in cœleſtibus detur tibi habitatio cum ſanctis. Item hyacinthus habet gratiam impetrandi: quia qui bene operari fuerint in præſenti, in futuro miſericordiam impetrabunt. Item manus illæ plenæ ſunt hyacinthis, quæ pro æterna retributione plenariè operantur. Illæ quaſi plenæ luto, quæ operantur pro terrenis, id eſt, pro gloria vel lucro temporali. Aliter. Manus Eccleſiæ ſunt illi qui manibus ſuis laborant quod bonum eſt, vt habeant vnde tribuant neceſſitatem patienti. Ad Eph. 4. Et debent eſſe tornatiles, tornas enim in ſua circumflexione

ſemper eandem viam tenet, & in nullo deuiat, & eſt tornatura cæteris artibus promptior & expeditior. Similiter boni operarij in Eccleſia Dei debent eſſe prompti, veloces, & expediti, non pigri in bonis operibus, & in nullo deuiare, ſed ſemper diuinorum præceptorum viam tenere. Erunt autem manus auræ, ſi tales operarij igne charitatis ardeant, & per ſapientiam luceant, quæ duo ſignantur in auro quod ſplendet & eſt coloris ignei. Et debent eſſe plenæ hyacinthis. Hyacinthus eſt gemma coloris ætherei, & ſignat ſpem & deſiderium bonorum cœleſtium: quia bona opera referenda ſunt ad retributionem bonorum cœleſtium, non ad gloriam laudis humanæ. Item notandum, quod duplex eſt manus, ſcilicet ſiniſtra & dextra: in quo docemur, quod duplex operatio Chriſtiano neceſſaria eſt, vt operetur opera penitentia: quia aliquando peccauit, & hoc quæſi in ſiniſtra vitæ præſentis. Et hoc docuerunt Ioan. Baptiſta Matth. 3. Chriſtus Matth. 4. Petrus Act. 2. vt tribus tantis teſtibus crederet omnis mundus de penitentia faciendâ. Et toti tres habuerunt idem thema, ſcilicet penitentiam agite, &c. Altera debet eſſe manus, ſcilicet dextera ad faciendâ opera miſericordiæ pro adipiſcendâ æterna retributione, quæ ſignatur per dexteram. Vnde Cant. 2. Dextera illius amplexabitur me. In hac duplici manu decem digiti, & in ſingulis digitis tres iuncturæ. Duæ manus, vt dictum eſt, opera penitentia: & miſericordiæ ad honorem Dei & exemplum proximi. Decet digiti, decalogi adimpletio, ad quam tenentur tam penitentes quam miſericordes. Quod ſcilicet præcepta pertinent ad dilectionem Dei & proximi. In ſingulis ſerè digitis tres iuncturæ, vt quidquid operaris pertinens ad penitentiam vel miſericordiam, attribuas Patri cui potentia, & Filio cui ſapientia, & Spiritui ſancto cui voluntas attribuitur. In omni enim opere meritorio tria hæc exiguntur, ſcilicet ſcire, velle, & poſſe. Ideo in Pfalmo decantato dicimus: Gloria Patri & Filio Spiritui ſancto. Pfalmus dicitur à pſalim quod eſt tangere, & ſignat operationem. Bona autem operatio non fit ſine adiutorio Dei trinitatis, qui dicit Ioan. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Et idèd ipſi totum attribuendum per gratiarum actionem, vt ad locum à quo exeunt flumina, reuertantur. Eccl. 1. vt dicamus cum Iſa. 26. Omnia opera noſtra, &c. vt ſupra.

54. Et nota, quod pollex qui fortior eſt aliis digitis, duas iuncturas habet tantum, quæ ſunt magnanimitas in proſperis, ne per ea diſſoluatur, & patientia in aduerſis, ne per aduerſa frangatur: & ita pollex ſignificat fortitudinem, cuius filia ſunt magnanimitas & patientia, vt dictum eſt. Index qui ſequitur, prudentia vel ſapientia, quæ nobis indicat quid agendum. Tres articuli huius digiti, memoria præteritorum, intelligentia præſentium, providentia futurorum. Tertius dicitur medius, & eſt iuſtitia, quæ docet nos tenere medium, & ius ſuum reddere vniuerſis. Tres articuli reddere ſuperioribus obedientiam & reuerentiam, paribus pacem & adiutorium, inferioribus diſciplinam & tutelam. Quartus dicitur medicus,

cus, & ſignat temperantiam. Tres articuli, mo-deſtia in lingua, ſobrietas in guſtu, & continentia in tactu. Ecce habes quatuor cardinales virtutes. Quintus dicitur minimus digitus, & ſignat humilitatem quæ eſt cuſtos cæterarum virtutum. Huius tres articuli, ſubdere ſe pari, maiori, minori. Dicitur etiam digitus hic auricularis ab aurè quam purgat, & per antem obedientia figuratur: humilis enim obedientia delet peccata commiſſa per auditum. Item minimus digitus conſummat manum, & eſt humilitas quæ conſummat & perficit omnes virtutes. Quam conſummationem præcepit Dominus Luc. 17. dicens: Cum omnia bona feceritis, dicite, Serui inutilis ſumus. Digitus etiam minimus fortis eſt valdè, & ſine eo deperit tota manus: quia nulla operatio bona eſt coram Deo, vel memoria ſine humilitate, & ipſa eſt quæ fortius impugnat diabolus, & triumphat de eo. Vnde de Iſue dicitur Eccl. 46. In deſcenſu perdidit contrarios: quia qui deſcendit per humilitatem, deſtruit dæmonum poteſtatem, &c.

55. In vberum congrua diſpoſitione, duritia, & puritate quoad virgines. De vberibus beatæ Virginis dicitur Cant. 1. Meliora ſunt vbera tua vino, &c. Ibidem: Memores vberum tuorum ſuper vinum: recti diligunt te. Quæ retro titulo de diligenda Maria. Ipſi etiam dicitur Cant. 4. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli, &c. Hoc inuenies expoſitum ſupra titulo de pierate & compaſſionè Mariæ. Vbera Virginis poſſunt dici dilectio Dei & proximi, quibus ſenſus ſuos nutrebat. Vel vbera ſignant virginitatem, mammæ fecunditatem. Item de mammis matris dicit ei filius Cant. 4. Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa. Pulchriora ſunt vbera tua vino, &c. Dicit quidam, quod vbera propriè ſunt virginum, & mammæ ſine mamillæ matronarum. Et beata Virgo vtrumque habere dicitur, ſcilicet vbera & mammas: quia & virgo eſt & mater eſt, quod nulla alia. Dicitur ergo: Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, &c. Quid enim pulchrius in oculis peccatoris afflicti quam pietas & miſericordia, quæ ſignantur in vberibus & mammis. Pulchriora ſunt etiam hæc vbera peccatoribus, quam auſteritas ſeueritatis quæ ſignatur in vino. Vel etiam vino, id eſt, auſteritate legis punientis ſine miſericordia. Vel vino, id eſt, omni iocunditate carnali & temporali. Vel etiam vino ad literam: quia vinum lætificat carnem, ſed vbera iſta iocundant mentem. Aliter: Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, id eſt, quanta reuerentia & honore ſunt amplectendæ & extollendæ, ſicut dicitur Luc. 11. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.

56. Item de vberibus matris dicit ei filius Cant. 7. habito reſpectu ad tempus paſſionis. Dixi, Aſcendam in Palmam, & apprehendam fructum eius, & erunt vbera tua ſicut botri vineæ, &c. Quæſi diceret: Dixi, quod aſcendam in palmam, id eſt, diſcipulis meis reuelauit paſſionem meam, & etiam ipſis Iudæis. De primo dicit Matth. Aſſumpſit I e s v s. 12. diſcipulos ſecreto, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolimam, &c. Dixit etiam Iudæis Ioan. 12. Ego

ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Satis etiam credibile eſt, quod matri colloquens in ſecreto ei prædixerat paſſionem & reſurrectionem ſuam. Eſt ergo ſenſus: Dixi matri meæ, quod aſcendam in palmam, id eſt, exaltabor in cruce, & apprehendam fructus eius, id eſt, vtilitates provenientes ex ipſa mea crucifixione, quæ ſunt reſurrectio, aſcenſio, Spiritus ſancti miſſio, hoc quoad me: peccatorum remiſſio, hoc quoad homines: dæmonum ſubiugatio, ſcripturarum manifeſtatio, & cætera huiusmodi. Fructus etiam iſti ſunt omnes ſaluandi, quorum pars vltima Iudæi, quorum reliquæ ſalvæ ſunt. Aliter. Ego dixi, id eſt, ab æterno diſpoſit, quod aſcendam in palmam, id eſt, in arborem crucis triumphalem, & apprehendam fructus, ſcilicet victoriæ, nec, reſurrectionem ſcilicet, & aſcenſionem, & fidem Apoſtolorum. Vel fructus eius, id eſt, homines redemptos, quos apprehendit primò in latrone penitente & detentis in limbo. Et tunc inter mortis anguſtias in hora indignationis meæ contra crucifixores eum meditabor in ſpiritu meo duro per diem æſtus. Iſa. 26. cum videlicet ſpiritus meus in æſtu paſſionis exacerbatus de malorum ſupplicij & vindicta cogitabit, tunc, inquam, erunt duo vbera tua ſicut botri vineæ: recordabor enim, quod de te carnem aſſumpſerim, quod lac de tuis vberibus ſuxerim, recordabor incarnationis meæ myſterium. Et iſta recordatio tanquam vini potus præſentis irritationis & indignationis obliuifci me faciet, ne feſtinem ad vindictam. Quod præuiderat Pſal. dicens illi: Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Vel generaliter comparantur vbera Virginis botri vineæ: ex vberibus enim exprimitur lac, & ex botris vinum quod hominem lætificat & incubriat, & facit obliuioſum & facilem ad condonandum irrogatas ſibi iniurias, & largum ad danda grandia. Omnino ſiquidem in hunc modum lac quod ſancta labia Domini expreſſerunt & traxerunt à maternis vberibus, ipſum delectauit, & quadam inenarrabili dulcedine inebriauit, ne recordaretur de cætero, ſed nobis facile condonaret irrogatas ſibi iniurias, & largiter nobis daret gratias & virtutes in præſenti, & in futuro gloriam ſempiternam.

Item de vberibus matris dicit ei filius Cant. 7. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botri. Statura tua. Iſtud inuenies paulò infra titulo de ſtatura Mariæ. Alia etiam ratione vbera Mariæ botris aſſimilantur, in quo mirabilis prærogata merendi demonſtratur in Virgine, quæ non minus meruit fundendo lac ex vberibus ſuis ad nutrimentum filij, quam meruerunt martyres, qui per botros figurantur, fundendo ſanguinem ſuum per martyrrium. Omnium enim operum merces ſecundum radicem charitatis penſatur.

58. Item de ſuis vberibus dicit Maria dilectio Cant. 7. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, manè ſurgamus ad vineas, videamus ſi flourit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi fuerunt mala punica, ibi dabo tibi vbera mea. In hac auctoritate oſtenditur ſolicitudo quam glorioſa

gloriosa Virgo gerit pro Ecclesia Dei. Vnde dicit d. l. 10. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, id est, visitemus illos qui sunt in agro, & nomine prædicationis humanorum cordium terram frondunt. Veni dilecte mi, commoremur in villis, facientes mansiones apud illos qui habitantes in vnum per dilectionem, vno iure viuunt. Surgamus manè ad vineas plantandas in fide. Videamus si floruit vinea per boni operis exordium, si flores fructus parturiant per boni exordij complementum. Videamus si flouerunt mala punica, quorum flos rubeus desiderium imitandi passionem Dominicam demonstrat in viris fidelibus, qui per illas arboris designantur. Et subdit Domina: Ibi dabo tibi vbera mea, vt gustes interpellationes meas pro Ecclesia, quæ procedunt de vberibus meis, per quæ supra diximus ipsius pietatem & misericordiam designari. Et in hoc ostenditur, quòd pro huiusmodi orat ipsa libenter.

59. Item de vberibus virginis dicunt sodales Christi Cantic. 8. Soror nostra paruula est, & vbera non habet. Et sunt verba sodalium Christi, sanctorum videlicet prophetarum, qui quasi representant Domino beatam Virginem tanquam ad hoc aptam, vt carnem assumat ex ea, & dicunt: Soror nostra Virgo Maria, paruula est per humilitatem mentis, munda quoque & pura tanquam tenella iuuenula, quæ nondum habet vbera. Christus autem tanquam acceptans oblatam sibi Virginem, subinfert: Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquetur Archangelus Gabriel. Et tacentibus sodalibus, respondet tota Trinitas dicens: Si murus est, & edificemus super eum propugnacula argentea. Si ostium, compingamus illud tabulis cedrinis. Quibus verbis Virgo respondens introducit, ac si dicat: Fiat mihi sicut dixistis, & ædificare super me propugnacula aurea vel argentea: quia ego sum murus. Addit quoque: Et vbera mea turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reprens. Beata siquidem Virgo murus est propter firmitatem propositi conseruandæ virginitatis. Vbera eius sunt sicut turris propter supereminentem fecunditatem diuinæ pietatis. Murus etiam est notæ defensionis, & super eam ædificauit tota Trinitas propugnacula argentea: hoc enim ad defensionem Ecclesiæ tota Trinitas ædificauit in ea, vt precibus suis bene sonantibus inimicum repellat. Et signatur hoc in argento, quod cæteris metallis dulcius sonat. Cum ergo dixisset, ego sum murus, subiunxit: Et vbera mea sicut turris. Ac si dicat: Misericordia mea & pietas mea, quibus quasi vberibus suffragiorum dulcedine lacto bilios Ecclesiæ, sunt turris, munimentum scilicet, refugium & securitas peccatorum. Et hoc ita est, ex quo sic accepta sic gratia, sic placida facta sum coram eo, id est, ex Dei beneplacito, vt essem quasi pacem reprens. id est, verè pacem reprens. & faciens inter Deum & hominem, vt esset pacifica tanquam mater veri pacifici, mediatrix mediatoris mater. Quod autem dicitur, Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis; sic intellige. Si quidem Christus se vocat ostium Ioan. 10. & mater hic vocatur

ostium, sed aliter & aliter. Nam Christus dicitur ostium, id est, apertura sue vñ per quam intratur ad vitam, quod ipsi soli conuenit. Vnde de ipso discretiue dicit Ioan. 10. Ego sum ostium, ego, non alius. Ostium quoque dicitur compactio tabularum, per quam maleuolis clauditur ingressus in domum. Vnde & hic dicitur: Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Beata Virgo ostium est in Ecclesia, quæ malignis obstitit spiritibus, ne ad deuotos suos intrent & accedant sicut volunt. Et hoc ostium tor tabulis est compactum à sancta Trinitate, quot in ipsa sunt virtutes & priuilegia dignitatum. Et hæc tabulæ cedrinæ dicuntur: quia impuribiles sunt & odoriferæ, & per humilitatē in profundū radicatæ creuerunt in immensum.

60. Item de vberibus Mariæ vel fidelis animæ seu personæ religiosæ dicit ei sponsus secundum aliam expositionem Cant. 4. Duo vbera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli, &c. Binarius bis positus, scilicet duo, signat duplicem dilectionem, quam debet habere anima ad Deum vel proximum: vel scientiam duorum testamentorum, qua debet se regere: vel fidem & operationem. Tua dicit ad differentiam vberum carnis & mundi. Titulo de gula. Sicut duo hinnuli capræ gemelli. Duo diminutiu, scilicet hinnuli & gemelli, duplex humilitas, scilicet interior & exterior. Quinque autem notantur in hinnulo. Primum, pinguedo duplex, charitatis & deuotionis, vel gratiæ & charitatis. Vnde Psal. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Istud conuenit prædicatoribus & oratoribus, id est, contemplatiuis, qui sunt intercessores nostri, qui sine dono gratiæ & sine charitate non imperant. Ideo sequitur in versu: Et labijs exultationis laudabit os meum. Secundum, acumen visus ad sibi cauendum. Vnde videte quomodo cautè ambuletis. Ephes. 5. Et etiam vt octo partes contempletur, scilicet supra & infra, antè & retrò, interius & exterius, deorsum & sinistrorsum. Tertium, velocitas quæ est per obedientiam: quia sicut dicit beatus Bernard. velociter currit sermo Dei, & velocem desiderat habere obsequentem. Et per operationem. Vnde Eccl. 9. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare, &c. Quartum, pulchra pilorum distinctio seu varietas: in quo signatur varietas gratiarum, virtutum, bonorum operum, & honestorum studiorum. Tales enim vestuntur discoloribus. Ezech. 16. Quintum, arduum scantio, scilicet per contemplationem, vt licet corpus ponderosum conuerteretur hic in regione corporum, quia sicut dicit Gregorius, carnis proprius locus terra est, tamen conuersario animæ vel spiritus sunt in cælis in regione spirituum, id est, Angelorum, vt in generali resurrectione trahat ad se corpus suum: quia modo seminatur corpus animale, sed resurget spirituale. 1. Cor. 15. Si verò spiritus modo conuerteretur in regione corporum, vt in lupanari, vel taberna, & huiusmodi, tandem à corpore suo trahetur ad regionem corporum, id est, ad terram miseritæ & tenebrarum, &c. Vnde Psal. Exhibe spiritus eius, scilicet falsi clerici, falsi monachi, falsi religiosi, falsi Christiani: & reuertetur in terram suam, id est, sibi debitam: quia noluit terram

terram viuentium. Vel suam quam comparauit pretio malorum operum. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum, id est, peruersæ cogitationes eorum quæ separant à Deo. Sap. 1. erunt causa quare pereant in æternum.

61. Item vbera fidelis animæ sunt quoad Deum, intellectus sinistrum ad ipsum cognoscendum, & affectus dexterum ad ipsum diligendum. Vel gratitudo & humilitas. Quære titulo de charitate Mariæ quomodo dilexit Deum memoriter. Quoad se, iustitia sinistrum ad se puniendum per poenitentiam & disciplinam, quia peccauit, & hoc contra præsumptionem: misericordia dexterum contra desperationem. Eccl. 30. Misereere animæ tuæ placens Deo. Quoad proximum compassio, & congratulatio. Vnde ad Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Compassio sinistrum alienis malis. Hoc habebat qui dicebat 1. Corinth. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor, &c. Congratulatio dexterum alienis bonis. Hoc non carebat idem Apostolus dicens Philip. 2. Gaudeo & congratulor omnibus vobis. Id ipsum autem gaudere & congratulamini mihi. Sine huiusmodi vberibus paruula est omnis anima, & vbera non habet. Cantic. 8. nec est nubilis, id est, idonea Christo coniungi, nec potest habere lac efficacis doctrinæ, &c. Debent etiam hæc vbera ad hoc vt sint signū spiritualis virginitatis esse quasi parua & dura in reputatione habentis, vt quantumcumque compassus fueris, semper videaris tibi durus: quantumcumque congratulatus fueris, parum iudices.

62. In dorsū rectitudine, vt sit videlicet sine omni strumositatē & gibbositate. Dorsum Christi, Mariæ, & sanctorum, patientia eorum. Super quod dorsum iugiter fabricant peccatores, scilicet Iudæi, pagani, hæretici, & blasphemii, & persecutores sanctorum, & super quod prolongant iniquitates suas. Illi autem rectum habent dorsum, qui patiuntur pro æternis. Illi verò strumosum, qui pro temporalibus vel propriis delictis, vt mercatores & malefici. Dicitur autem dorsum ex eo quod superficies eius dura & quasi faxea ad portanda onera & tolerandas percussiones, &c.

63. In venter debita dispositione. Vnde Cantic. 7. dicitur ei: Venter tuus sicut acerus tritici, vallatus liliis. Quære titulo de virginali fecunditate Mariæ. Item de ventre filij dicit mater Eccl. 5. Venter illius eburneus, distinctus saphiris. Et potest congruè exponi de vtero Virginis. Venter eius non est vt alij ventres, in quibus repit diabolus pectore & ventre. Genes. 3. sed est eburneus per virginitatem. Nam sicut cum ebore nascitur candor eius, sic cum carne Christi & ipsius Mariæ natus est candor virginitatis, quæ est viros genitus. Et quia saphirus cælestis coloris est, dicitur venter matris vel filij distinctus, id est, pulchrè notatus saphiris, id est, quibusdam conformitatibus cum angelica natura, quæ notatur in saphiro. Nam virginitas soror est Angelorum, sicut dicit beatus Thomas Apostolus. In Angelis enim est virginitas & eiusdem virginitatis incorruptibilitas. In Angelis quoque omnis motus diuinæ voluntati subiectus est. Hoc itaque decore multiplici signati

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

sunt venter matris & filij, & à ventribus cæteris distincti. Nam in carne vtriusque fuit virginitas incorruptibilis, & tam in carne filij, quam matris nullus motus qui à Deo beneplacito discordaret. Alia translatio munditiam carnis Christi vel ipsius virginis non tantum assimilat angelicæ munditiæ, sed etiam præponit dicens: Venter eius, id est, filij vel matris sicut pyxis eburnea super lapidem saphirum. In hac autem pyxide transmisit nobis Pater illud medicinale vnguentum, scilicet corpus Christi, quo medicatum est genus humanum, & de cuius odore tota resperfa est Ecclesia fidelium. Quære titulo de vas, vbi dicitur Maria apotheca.

64. Mystice dicuntur Ecclesiæ verba ista. Venter tuus sicut acerus tritici vallatus liliis. Venter Ecclesiæ: quia venter tenerrima est pars corporis, signat mulieres quæ vocantur filie propter tenerritudinem pietatis & compassionis. Et quia venter sedes est fecunditatis corporalis, & figura spiritualis fecunditatis. Et quia cibaria spiritualia per meditationem decoquantur & digeruntur in ventre memorie, sicut cibi corporales in ventre carnali. Sicut acerus tritici, qui latus ab imo tendit in conum. Nam spirituales personæ latè se effundunt in vigiliis, ieiuniis, disciplinis, & cæteris corporalibus exercitiis. Et terminatur in conum: quia quando perfectiores in charitate & latiores in operibus misericordiæ & poenitentiar, tantò se minores & minus perfectas arbitrantur & credunt: in quo ostendunt se pertinere ad arcam quæ consummata est in cubitu vno. Et bene dicitur sicut acerus tritici: quia coaceruare debent omni studio triticum, verbum Dei, quo pasci & nutriri debet columba, id est, fidelis anima, vt scilicet exemplo matris Domini omnia verba Dominica conseruent & conserant in cordibus suis. Vallatus liliis, quasi ex omni parte, scilicet tam in corde, quam in sensibus, membris, & montibus liliorum habens candorem: & idèd ponitur liliis pluraliter: quia non sufficit castitas corporis sine castitate mentis. Nec etiam duplex hæc castitas sufficeret sine castitate sensuum, membrorum & motuum, & tam corporalium quam spiritualium actionum.

65. Aliter: Venter Ecclesiæ coniugati, qui fragiliores & teneriores sunt in Ecclesia: & quia omninò nequeunt continere, permittitur eis vt coniugio. Et debet hic venter esse eburneus, vt qui vtuntur coniugio, sint in coniugali castitate firmissimi, vt nullo frangatur adulterio: quia ebur est os elephantis animalis castissimi, & est ebur os firmissimum, frigidum, candidum, & durum. Dicitur etiam hic venter distinctus saphiris, quasi nec totus caro, nec totus saphirus, sed carne & saphiro distinctus. Nam coniugatus in quantum cogitat quæ Dei sunt, saphirus est, qui cælestis coloris est: in quantum cogitat quomodo placeat vxori, caro est: & talis diuisus est secundum distinctionem Apostoli 1. Corinth. 6. quia cogitat quæ Dei sunt & quæ sunt mundi: nisi enim cogitaret quæ Dei sunt, non esset diuisus: & si cogitaret tantummodo quæ mundi sunt & quomodo placeret vxori, non esset distinctus

distinctas saphiris. Vel per ventrem possunt intelligi qualibet infirmæ personæ in Ecclesia Dei, quæ fortes possunt fieri coram Deo, si venter hic fuerit eburneus per frigiditatem contra ætium luxuriæ, & candidus contra omnimodam aliam immunditiam, & solidus contra vanitatem & inconstantiam, & saltem distinctus saphiris, etsi non potest esse totus saphirinus, vt sic tractet temporalia, quod non obliuiscatur æterna.

66. In vmbilici competenti positione. Cant. 7. dicit ei sponsus: Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Per vmbilicum infirmitas carnalis concupiscentiæ designatur. Vnde per Iob virtus Behemoth in vmbilico ventris esse dicitur. Sed in ista Virgine sic acuit & induruit vmbilicus, vt esset quasi lignum aridum, nullum habens humorem carnalis concupiscentiæ, & quasi opere tornatili velut crater circumcisus est eius vmbilicus interior & exterior ab omni tentatione exteriori & interiori. Nec indiget poculis iste crater, quibus ille poterit qui clamat in cruce, Sitio. Sed de hoc cratere potauit vinum & lac: nam cum lacte candoris virginalis mortificationem carnis propriæ, quæ austerum saporem habet, vt vinum commixtum inuenit, vt delectaretur pariter in vtroque.

67. Aliter: Vmbilicus tuus, id est, castitas tua quæ occupauit in te locum & sedem vbi in aliis mulieribus regnat luxuria. Vnde Dominus improperat animæ sordidæ per luxuriam Ezechiel. 16. In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus. Castitas, inquam, tua est sicut crater tornatilis, id est, rotunda, quia continet propter amorem cœlestium: & est perfecta: quia casta es in corde, in membris, in moribus, & in sensibus, sicut opus tornatile rotundum est & perfectum. Crater, dico, nunquam indigens poculis: quia nunquam patitur sitim carnalis concupiscentiæ: qui enim sitit, poculis indiget. Vel sic: Nunquam indigens poculis, id est, irrigatione gratiæ: quia tota est gratia plena. Secundum quosdam crater est scyphus quatuor habens ansulas.

68. Aliter, vt istud dicatur Ecclesiæ: Vmbilicus tuus crater tornatilis. Vmbilicus in medio corporis, Maria in medio Ecclesiæ, quæ est corpus filij sui sine acceptione personarum, facta cum torno doctrinæ Spiritus sancti, plena per humilem mansuetudinem sine scrupulo omnis peccati, potens dicere multo verius quam David: Sine iniquitate cucurri viam mandatorum Dei, & direxi alios per exemplum. Crater iste concauus per humilitatem, sphaericus per supernæ mercedis intentionem, capax vini & omnis liquoris, id est, omnis gratiæ. De materia pretiosa: quia in vtero sanctificata, & sanguine filij redempta. Clausus inferius, & apertus superius, conceptu temporalium & appetitu cœlestium. Tenuerit manu Spiritus sancti vel filij qui est manus patris. Potat nos sicut mater filios vino multiplici. Duodecimo §. de horto, vbi ipsa dicitur vitis, istud inuenies. Quære titulo de cratere aureo & argenteo, titulo de vasis. Nunquam indigens poculis, quæ filius eius qui est vitis vera, eidem subministrat, scilicet dona gratiarum, & sufficientia

eius quæ est ex Deo & in illos redundat & illos influit qui bonæ operationis manu craterem hunc apprehendunt, & quasi ori apponunt eius magnalia deuotè prædicando & laudes eius dulciter decantando.

69. Mysticè. Per vmbilicum in quo est vis generatiua & feruor desiderij quoad mulieres designari possunt sancti prædicatores, quorum desiderium seu feruor ad spirituales prolem in Dei Ecclesia generandam. Et hic vmbilicus est veluti crater, quo vinum doctrinæ germinans virgines Zach. 9. propinatur. Et est tornatilis, id est, circularis, planatus, politus, & per circuitum circumcisus, vt nihil habeat rugatum, nihil angulare, sed totum simplex & verum vita prædicatorum & doctrina totum perfectum, & imaginem æternitatis præferens & amorem. Perfectio enim & æternitas notantur in figura circulari. Nunquam indigens poculis: quia affluentia sapientiæ salutaris nunquam indigent in se, & in alios semper redundat: quia illam sincerè & piè aliis ministrant. Moraliter. Vmbilicus fidelis animæ zelus, vel pietas, vel mater amorum charitas propter causas supra dictas. Nunquam indigens poculis sapientiæ salutaris, quæ nunquam desunt charitati: quia vñctio docet de omnibus. 1. Ioan. 2. Vbi enim charitas est, sicut dicit Augustinus, quid est quod possit deesse? Neque enim deesse potest charitati qui charitas est: nec quidquam suorum ei deesse permittit, qui totum se & sua in manibus posuit charitatis.

70. In crurium & tibiarum æqua soliditate. Vnde dicitur ei Cantic. 7. Iunctura feminum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis. Femora in visis, femina in mulieribus, & sunt hæc femina decora sicut monilia, id est, connectuntur inuicem per castitatem, sicut monilia duas partes tunicæ connectunt. Nota, quod iunctura feminum Virginis non tantum dicitur casta vel pudica, sed etiam castitatis monitoria. Propter quod monilibus comparatur. Et dicuntur monilia quasi castitatem monentia: nam ad continentie munditiam ipsius per exemplum nos commonet & inuitat. Hæc autem monilia fabricata dicuntur manu artificis. Nam artifex Spiritus sanctus in feminibus eius hanc iuncturam, hanc castitatis prærogatiuam fabricauit, qui totum carnalis concupiscentiæ fomitem per superuenientem rorem cœlestis gratiæ extinxit in ea. Item de cruribus vel tibiis sponi dicitur Cantic. 5. & congruè potest exponi de cruribus vel tibiis Mariæ: Crura eius sicut columnæ marmoreæ quæ fundatæ sunt super bases aureas. Alia translatio dicit: Tibiæ eius columnæ marmoreæ. Crura ista sunt temperantia in prosperis, & patientia in aduersis, quæ duo totum ædificium virtutum sustinent & supportant. Vel moraliter. Tibiæ quæ fortes sunt velut columnæ marmoreæ, & totam corporis compactionem portant, sunt fortitudo & perseverantia, quæ omnium virtutum & sanctorum operum compagem portant & sustentant. Et illæ columnæ vt portare valeant istud ædificium, fundatæ sunt super bases aureas, scilicet charitatem & sapientiam, quæ signantur in auro: fortitudo enim debet fundari in

71. in sapientia ne se præcipitet, perseverantia in charitate, alioquin deficiet, & non stabit. In debita pedum diuisione & rectitudine. De pedibus Mariæ & sanctorum dicitur Ezech. 1. de sanctis animalibus: Pedes eorum, id est, affectus, pedes recti per debitam intentionem: & planta pedis vituli, quæ fissa est per discretionem, vngulam habens per patientiam finalem, firmiter figitur per stabilitatem in bono, terram conculcat inferiora contemnendo, circumlarem figuram imprimit ea quæ sursum sunt querendo & amando. Nota, quod per pedes signantur affectus: quia affectibus accedit mens ad se & ad Deum, & recedit à se & à Deo. Duo autem pedes fidelis animæ, duplex affectus. Dexter desiderium placendi Deo, vel sollicitudo quomodo ei placeat cui se probauit. 2. ad Tim. 2. Sinister studium quomodo profit fratribus. Et hi duo pedes portant animam in cælum. Duo pedes animæ peccaticis proprius sensus & propria voluntas: & hi portant in infernum. Duo pedes animæ iustæ istis contrarij, obedientia contra propriam voluntatem, & humilitas contra proprium sensum. Chrysost. Pedes sunt motus animæ, quibus incedit non de loco ad locum, sed de malo ad bonum, & è conuerso. Gregorius: Velle mente ire est. Augustinus: Ambular anima non pedibus, sed moribus. Item pedes nostri quibus stando, sedendo, incedendo conculcamus terram, sed non iacendo, docent nos, quod affectus nostri debent assidue conculcare terram, excepta corporis mediocritate necessitate. Item de pedibus, id est, affectibus matris potest dici illud Apoc. 1. Pedes eius similes aurichalco. Calchos Græcè, æs Latine. Christus fuit aureus per patientiam, quæ non murmurat in flagellis, sicut nec aurum in percussione malleorum. Fuit æneus per clarum sonum prædicationis manifestæ, sicut in camino ardenti: quia totum fecit, ex vehementi feruore charitatis. Quod dicit, pedes eius, signat inferiorem partem, scilicet humanitatem. Pedes autem nostri, id est, affectus calceandi sunt pellibus mortuis, scilicet sanctorum præcedentium exemplis & conuersationibus muniendi: alioquin si nudus fuerit affectus noster, multum timere poterit in deserto viæ huius venenatum morsum serpentis antiqui, & etiam illorum trium serpentum, de quibus agitur Deut. 8. Quære titulo, quod Maria vitis. Item pedes affectus: quia sicut pedes corporales portant exteriorem hominem, sic affectus interiorem.

72. Isti pedes quandoque exuruntur, scilicet ira, odio, vel inuidia. Parab. 7. Nunquid potest homo ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Ab his tollendum est calceamentum, id est, mortua opera causa refrigerij. Exod. 3. & Iosue 5. Tolle calceamentum de pedibus tuis: terra enim in qua stas, sancta est, id est, Ecclesia, vel domus religionis. Quandoque frigore dissoluuntur, id est, torpore negligentie. Ideo dicitur: Videte ne fuga vestra fiat in hieme: quia torpor negligentie pedes adstringit. Hi sunt calceamenti mundi, id est, sanctorum defunctorum exemplis quasi pellibus mortuis. Ierem. 2. Prohibe pedem tuum à nuditate, &c. Exod. 12. A calceatis comeditur agnus paschalis. Quandoque lapide colliduntur, id est, fidei hæ-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

73. sitione. Vnde: Caue ne offendas ad lapidem pedem tuum. Petra Christus. 1. Cor. 10. Hi sunt laundi butyro diuinæ misericordiæ, & fouendi oleo gratiæ, quod infusum est vulneribus fauciati. Luc. 10. Et hæc duo largitur Christus petra. Iob 29. Lauabam pedes meos butyro, sperando in misericordia Dei. Vel mundabam affectus meos contemplatione humanitatis Christi, quæ per butyrum, & diuinitatis quæ per mel. Vnde sequitur: Et petra fundebat mihi riuos olei, id est, Christus dabat serenitatem conscientiæ. Quandoque inquinantur carnis voluptate, quæ lutum est & cœnum. Thren. 1. Sordes eius in pedibus eius. Quare: quia non est recordata finis sui. Hi sunt aqua abluendi. Vnde Ioan. 13. Lauit Dominus pedes discipulorum. Cui Petrus: Domine non tantum pedes, id est, affectus, sed & manus, id est, opera, & caput, id est, sensuum euagationem. Vel caput, id est, intentionem quæ ordinanda est versus cælum. Quandoque sordidantur puluere vanæ gloriæ. Vnde præcipitur Apostolis Matth. 10. & Luc. 11. Excutite puluerem de pedibus vestris.

Moraliter. Pedes, id est, affectus debent calceari, id est, muniri hyacintho, hoc est, cœlesti desiderio, vt possimus occurrere obuiam Christo in æra venienti ad iudicium. Item pedes Ecclesiæ sustentantes eam in gratia & virtute, & Christum caput Ecclesiæ portantes per mundum, prædicatores sunt, de quibus dicitur Isa. 52. Quam pulchri super montes pedes, &c. Hi debent tingi in oleo spiritualis gratiæ vel misericordiæ, & perfundi abundantia spiritualium charismatum. Vnde dicitur de Aser Deut. penul. Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & intingat in oleo pedem suum: ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. Vel pedes Ecclesiæ sunt inferiorum operum ministri, qui dum ad vsus necessarios inferiora exercent officia per extrema ministeria velut pedes terræ inhaerent. Sed tales lauandi sunt butyro sicut dicit Iob 29. Lauabam pedes meos butyro: quia secundum Gregor. voce crebra admonitionis quasi infusione pinguedinis debent perfundi, vt sanetur si quid asperitate viarum fuerit laceratum. Item de his pedibus dicitur Apoc. 1. Pedes eius similes aurichalco: quia sicut aurichalcum assimilatur auro, sic & ipsi licet à longè maiores imitentur, eis tamen quantum possunt, assimilari nituntur, qui per aurum signantur.

74. In statura vel gressuum commendabili honestate. De statura matris dicit ei filius Cant. 7. Statura tua assimilata est palmæ, &c. Statura, id est, rectitudo bonæ intentionis & sanctæ operationis discretio, assimilata est palmæ, vt sicut palma, id est, arbor triumphalis crucis Dominicæ terribilis est malignis spiritibus, sic beata Virgo merito suæ rectitudinis malignos spiritus terreat & expellat. De hac statura vel statione dicitur Ioan. 19. Stabat iuxta crucem Iesv mater eius. Et bene dicitur, stabat: quia cum omnes Apostoli vacillarent in fide tempore Dominicæ passionis, ipsa in fide stetit immobilis, cum esset terra illa de qua dicitur Eccl. 1. Terra in æternum stat.

P 2 Quere

Quære titulo de terra. Vel idem dicit, Statura tua assimilata est palmæ: quia sicut lignum crucis quæ per palmam designatur, armatura est specialis contra diabolum, sic inuocatio nominis beate Virginis quod est Maria. Vnde beatus Bernardus: Non sic timent, &c. Quære titulo de nomine Mariæ. Vel sic: Statura tua, id est, recta intentio tua, & ad cælum directa bona operatio, assimilata est palmæ: quia ad terram despicit incuruari, & in cælestibus appetit remunerari, & illud brauium quærit circumuolando quod quandoque iaturus est Dominus animæ victoriam victrici, de quo Apocal. Vincens dabo manna absconditum,



LIBER

&c. De gressibus matris dicit ei filius Cant. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis. Hæc calceamenta sunt testimonia sanctorum patrum & eorum exempla. Ezechiel. 16. dicit filius matri: Calcaui te hyacintho, cinxi te bysso, &c. Et quia erat calcata hyacintho, idem dicuntur gressus eius pulchri in calceamentis. Nam pedes eius, id est, cogitationes & opera decore spiritualis deuotionis & intentionis veit pedes in calceamentis hyacinthinis resplendebant. Et quia tincta erat bysso castitatis & virginitatis astricta baltheo quæ est bysso retorta, idem sequitur: Iuncturæ feminum, &c. vbi supra.



LIBER SEXTVS.

De appellationibus Mariæ.

CAPVT I

Mariæ mater.

MATER, amica, soror, charissima, filia, sponsa, vxor, seu vidua, mulier bona, virgo, virago, princeps, regina, prima, ancilla, ministra. Mater. Vnde dicit Eccl. 24. Ego mater pulchræ dilectionis & agnitionis & sanctæ spei. Aliqui libet habent magnitudinis, id est, fortitudinis. Pulchra dilectio est, quando naturalis est, singularis, & integralis. Naturalis, quando ei exhibetur cui debetur, id est, Deo. Singularis, quando fidelis anima nullum admittit amatorem præter ipsum, sicut dicebat beata Agnes. Integralis, quando secundum Augustinum diligit ex toto corde, id est, ex toto intellectu sine errore, ex tota anima & ex tota voluntate sine contrarietate, ex tota mente, id est, ex tota memoria sine obliuione. Sed licet hoc non possit impleri in via, scimus tamen ad quid teneamur. Vel integralis, vt secundum beatum Bernardum, diligit dulciter, ne aliquibus blanditiis alliciat: fortiter, ne aliquibus aduersis frangatur: sapienter, ne aliquo errore seducatur: memoriter, ne dilectum obliuiscatur. Et est prima dilectio pulchra, secunda pulchrior, tertia pulcherrima. Et dicitur pulchra dilectio ad differentiam triplicis turpis dilectionis. Mundialis quæ turpis est, carnalis quæ turpior, malitiosæ quæ turpissima. Prima est inanis gloriæ & terrenæ substantiæ, secunda gulæ & luxuriæ, tertia iniquitatis & nequitie; scilicet in odio & ira. De prima dicitur Ierem. 2. Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt. Hoc de inani gloria. Item Thren. 4. Qui nutriebantur in croceis, amplexari sunt stercorea, id est, temporalia. Hoc de terrena substantia. De secunda Eccl. 14. Qui tetigerit picem, id est, gulam inuiscentem, & luxuriam contumacem, inquinabitur ab ea. De tertia dicit auctoritas, Non deserit malitiam, qui diligit. Super illud Plal. Dilexisti malitiam super benignitatem, &c. Idem talis dilectio turpissima & pessima est, &c. Et timoris, adde pulchri timoris. Pulcher quidem timor est ille timor Dei, qui nihil negligit. Eccl. 7. Hunc timorem habet, qui nihil agit de omittendis, nihil omittit de agendis. Item qui nihil loquitur de tacendis, nihil ta-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

cet de loquendis. Item qui nihil cogitat de non cogitandis, vel è conuerso. Timor autem mandanus & humanus turpes timores sunt. Timor autem seruilis pulcher est, qui si non expellat peccatum quod inuenit, tamen prohibet ne adueniat peccatum. Pulchrior timor initialis, de quo dictum est: Qui Deum timet, nihil negligit. Pulcherrimus timor filialis, de quo: Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi. Et agnitionis, supple, pulchræ. Pulchra est agnitio quæ est ex fide & sacræ scripturæ scientia, pulchrior quæ est per reuelationem & intelligentiam propheticam, pulcherrima quæ ex ipsa fidei reuelatione ipsius rei creditæ præsentiam habet & expetentiam. Et hæc erit in patria, de qua Dominus Luc. 10. Multi reges & prophetæ voluerunt, &c. Et sanctæ spei. Sancta & pulchra spes est, quæ est ex fide & meritis proueniens. Sanctior & pulchrior quæ est ex reuelatione & testimonio conscientiæ, de qua Apostolus. 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Sanctissima & pulcherrima quæ est per securitatem inamissibilem, de qua Apostolus Rom. 8. Scio quia neque mors, neque vita, &c. poterunt me separare à charitate Dei, &c. Hæ sunt pretiosæ generationes, quibus gloriosa Virgo promittit se adimplere transeuntes ad se. Vnde dicit: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Et hæc omnia multis aliis modis exponuntur. Et nota, quod dilectio est ad præmiorum acquisitionem. Timor ad acquisitionem conseruationem: quia sicut dicitur Eccl. 1. Timor Domini scientiæ religiositas. Religiositas custodiet & iustificabit cor, &c. Isa. 33. Timor Domini ipse thesaurus eius. Agnitio ad desiderij inflammationem, vt quod agnoscerimus, amplius appetamus. Spes quæ non confundit. Rom. 5. ad confirmationem. Istæ autem generationes sunt illæ emissiones, de quibus legitur Cant. 4. quæ ab ea quasi riuus à fonte incessanter & abundanter procedunt. Quære in principio horti conclusi.

Aliter: In hoc quod beata Virgo inuitat nos ad generationes suas, monet nos ad motus contemplationis secundum quadruplicem materiam eius, scilicet quid appetendum, quid fugiendum, quid credendum, quid sperandum. Appetendus est Deus, fugiendum peccatum, timenda gehenna, speranda cælestis patria. Dilectio mouet ad petendum, timor ad fugiendum, agnitio ad credendum, spes ad sperandum. Horum quatuor dicit se matrem; scilicet pulchræ dilectionis quam à Deo dante

P 3 accepit

accepit & in lucem emisit. Pulchra dilectio est, nihil sub Deo diligere. Quasi quocumque modo tangantur stercore, inficiunt. Ideo omnia reputavit ut stercore, ut Christum lucrificeret. Phil. 3. Siquidem Abraham, Isaac & ceteri sancti, Sara & Rebecca & ceteræ sanctæ mulieres Veteris Testamenti, habuerunt sanctam dilectionem, non tamen pulchram omnimoda pulchritudine: quia amor eorum diuisus fuit, & ita non viquequaque pulcher: quia qui tangit picem, id est, temporalia per amorem, inquinabitur ab ea aliqua iniquatione. Sed amor Mariæ purus fuit: quia indiuisus, quia temporalia plenè contempsit, & in nullo ab eis fuit coinquinata. Similiter virginitatem primam vovit: & ideò dicitur mater pulchræ dilectionis, quam adiuuenit & in lucem emisit sicut mater puerum quem conceperat. Sicut enim filium postea concepit de Spiritu sancto, sic & propositum virginitatis & paupertatis prius conceperat de Spiritu sancto. Item non tergit picem, id est, carnem, ne inquinaretur ab ea. Eccl. 14. sed in carne vixit præter carnem, & in mundo supra mundum. Assumpsit enim pennas aquilæ. Isa. 40. id est, virginitatem & voluntariam paupertatem, & voluit super pennas ventorum, id est, Patriarchas & Prophetas. Ipsa enim mulier, cui datæ sunt duæ alæ, scilicet virginitas & paupertas. Apoc. 12. vt fugiat à facie serpentis, qui primam mulierem maledictioni subiecit. Genes. 2. In dolore paries. Ideò dictum est ei Luc. 1. Benedicte tu in mulieribus. Est etiam mater timoris docens fugere quod fugiendum est, & est mater, quia hæc emisit in lucem, quia ipsa prima non solum peccatum, sed etiam actiones peccatorum declinavit. Quod pater per hoc, quod magnificata per conceptum filij Dei, se humiliavit in obsequium Elizabeth. Luc. 1. implens illud Eccl. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Ideò dicitur porta clausa, scilicet occasionibus peccatorum. Ezech. 44. Ideò sicut dicitur Naum 1. Non adiecit vt pertransiret per eam Belial, sed vnictus interit: quia ipsa contriuit caput serpentis. Genes. 3. id est, etiam initium tentationis, signata per Lihel quæ Iudic. 5. malleo timoris percussit caput Sitaræ, & per Iudith quæ caput Holofernis amputauit. Iudith 14. Et agnitionis, id est, reuelatæ fidei, quæ scilicet fidei reuelatio ab ipsa & in ipsa facta est: quia ipsa dedit exemplum credendi quod credendum est. Quasi dictum est ei Luc. 1. Beata quæ credidisti. Ipsa est enim luna exemplo fidei mundum tenebrotum illuminans. Vnde Cantic. 6. Pulchra vt luna. Et est stella exemplo fidei Magos ad Christum adducens. Matth. 2. Ipsa etiam aurora terminans noctem infidelitatis, & diem, id est, lucem fidei adducens. Ipsa etiam mater solis iustitiæ. Mala. 3. & lucerna gratiæ & fidei posita super candelabrum. Matth. 6. Et ideò mater agnitionis. Et sanctæ spei. Quare exemplo suæ spei docuit quid sperandum. Nouit enim, quod vnum est necessarium. Luc. 10. Et quod primò querendum est regnum Dei. Matth. 6. Et propter hoc vnum petit à Domino. Hæc est enim luna, à qua incepit dies festus. Eccl. 43. Dies festus, dies æternitatis. In ipsa enim fuit incipit

dies festi: quia omnia terrena contempsit super-nis inhians. Propter hoc exemplo suæ spei fuit nobis columba nubis in die, id est, in prosperitate, & ignis in nocte aduersitatis. Fuit etiam exemplum non solum spei, sed & sanctæ spei, id est, immobilis. Cadentibus enim stellis de cælo, id est, discipulis à fide, & dicentibus, Nos autem sperabimus, &c. Luc. vlt. ipsa sola remansit fixa in firmamento, id est, Christo, qui est firmamentum diuidens aquas ab aquis. Genes. 1. Non enim extincta est in nocte Dominicæ passionis lucerna eius, id est, fides. Vel dicitur mater sanctæ, id est, firmæ spei: quia dat gratiam perseverandi in bono. Vel mater sanctæ spei: quia contraria Euz, quæ malè sperauit, quod fieret vt Deus, & ideò mortua. Sed hæc mater & sanctæ spei: quia vitam gignendo, mortis sententiam reuocauit, significata per Esther 5. quæ mortis sententiam reuocauit. Item propter hoc etiam dicit ipsa eodem *Maria spei* *vita virtutis.* *vita virtutis.* *11.* **Omnis spes:** quia spes omni boni. Bonum duplex, quod est finis, scilicet vita, & quod est ad finem, scilicet virtus. Et ipsa est spes vitæ, quia per ipsam speramus habere vitam: & virtutis, id est, constantiæ. Quasi dicat: In me omnis spes vitæ habendæ & continuandæ. In ipsa enim est spes nostra, spes scilicet vitæ, & virtutis per fiduciam impetrandi: quia ipsa est arcus in nubibus in signum iustificationis. Genes. 9. quia iustificati per eam ascendunt. **Aliter:** In me omnis spes. In ea enim est omnis spes, & antiquorum, & nostra. Vel omnis spes: quia in alio non est ponenda spes quam in Christo & Maria. Maledictus enim homo qui confidit in homine. Ierem. 17. Vitæ æternæ habendæ, & virtutis vitæ qua pugnatur contra vitia. Vel omnis spes vitæ. Ante natiuitatem enim beatæ Mariæ regnabat mors in mundo, quæ à primis parentibus introducta est, qui manibus & verbis accesserunt illam. Sap. 1. Per Mariam verò quæ Christum genuit, suffocata est mors. Vnde Christus dicit Olee 11. Ero mors tua o mors.

Aliter: Hæc verba verè potuit dicere Maria postquam conceperat Saluatorem. Quasi diceret: In me est ille per carnis assumptionem, à quo est omnis spes vitæ triplicis, vitæ naturæ, vitæ gratiæ, vitæ gloriæ, & virtutis. Quia ipse est qui dat lassio virtutem. Isa. 40. & his qui non sunt fortitudinem & robur multiplicat. Vel: In me est spes omnis virtutis: quia habuit in se omnem virtutem theologiam & cardinalem. Quas etiam virtutes sperantibus in se subministrat suis orationibus & exemplis. Debemus igitur beatæ Virgini spem: quia sicut dicitur Prouerb. 29. Qui sperat in Domina, id est, Maria, quæ Sirlacè interpretatur Domina, subleuabitur, id est, sursum leuabitur: & hoc in presenti & in futuro. Sursum leuabitur, id est, supra carnem, mundum & diabolum per gratiam in presenti, sursum leuabitur per gloriam in futuro.

Aliter: Ego mater pulchræ dilectionis, &c. Nota, quod quatuor dicit quæ possunt & debent referri ad filium, qui pulcherrimus est & summè diligendus, solus timendus, omni studio agnoscendus, & in quo singulariter est sperandum.

sperandum. Dicit ergo: Ego mater pulchræ dilectionis, id est, Christi qui est pulcher. Vnde ad Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, &c. & hoc propriè secundum diuinitatem. Et in Psal. Speciosus forma, non solum præ filiis hominum, sed etiam præ millibus Angelorum. Dicit enim quidam, quod tanta erat eius species secundum humanitatem, quanta apparuit in transfiguratione, sed despicibilis hominibus apparebat: quod non dicimus asserendo, sed recitando. Item Sap. 7. Candor est lucis æternæ & speculum sine macula, secundum deitatem. 1. Pet. 1. In quem desiderant Angeli prospicere. Et cuius pulchritudinem sol & luna mirantur: & hoc quoad diuinitatem. Item ipse est speciosus forma præ filiis hominum, & candidus & rubicundus: hoc quoad humanitatem.

Dilectionis. Christus emphaticè dicitur dilectio, quasi duos ligans, quoad duas naturas, scilicet Deum & hominem, & hominem assumptum Deo in vnitate personæ quando verbum caro factum est. Per dilectionem enim quam habuit ad genus humanum, colligauit sibi naturam humanam: quia dilectio est diligentiæ & rei dilectæ quasi quædam vnio potissimum in bonis: & naturaliter illud quod amatur, in sui naturam suam conuertit amatorem. Per dilectionem etiam quam habet ad nos, colligat nos sub ipsi: quia qui adheret Deo, vnus spiritus est cum eo. 1. Corinth. 6. vnitate scilicet amoris & gratiæ. Vnde Psalmista: Mihi adherere Deo bonum est, & cetera. Per dilectionem etiam qua diligit hominem, colligat ipsum hominem sub ipsi, & quasi conglutinat, ne disfluat per vitia & peccata. Cor enim fatui, id est, peccatoris quasi vas contractum. Eccl. 26. Vel etiam pulchræ dilectionis, id est, Christi, vt supra dictum est, qui solus pulchrè diligit, & à quo habetur pulchra dilectio: ipse enim charitas est. 1. Ioan. 4. Ergo pulchra dilectio: quia charitas forma est & deaurata siue pulchritudo virtutum. Vel ideò Maria dicitur mater pulchræ dilectionis: quia dilectores & amicos suos Christo filio suo qui est pulcherrimus, similes facit, similitudinem filij in eis per gratiam refigurans, quam peccando amiserant. Quod apparuit in Theophilo: quoniam postquam reconciliatus est filio, matre mediante, sumpta sacrosancta communione, facie resplenduit vt sol.

Et timoris, id est, Christi, qui solus timendus. Vnde ipsemet dicit Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Multò minus ergo timendi sunt qui tollunt formam, vel temporalem substantiam, aut aliquid huiusmodi. Sed cum timere qui corpus & animam potest mittere in gehennam. Summè etiam timendum est, ne Christus peccando amittatur: Deus enim intelligitur timor. Quare dixit poeta: Primus in orbem Deos fecit timor. De hoc timore, id est, de Deo, dicit Iacob ad Laban Gen. 31. Nisi Deus Abraham & timor Isaac, id est, Deus Isaac affuisset mihi, &c. Eccl. 32. Alienus & superbus non pertimescit timorem, id est, Deum, dicit Glossa, qui timor est & amor fidelium. Vel non pertimescit timorem, id est, Deum, æterna supplicia comminantem.

Et agnitionis. Christus enim dicitur agnitionis, id est, quia solus nouit omnia, & Christus agnitionis: quia solus dat gratiam veræ agnitionis: Deus enim interpretatur videns. Et cuius oculis nuda & aperta sunt omnia. Ad Hebr. 4. Oculi enim eius multò plus lucidiores super solem circumspicientes omnes vias hominum. Eccl. 23. Hanc auctoritatem habuisti optimè explicitam titulo, Benedictus fructus ventris tui. Dicitur autem Christus agnitionis ab agnoscendo actiue: quia cum Christus immolaretur in cruce, agnouit patrem obedientia, matrem custodia, familiam misericordia. Patrem agnouit obedientia dicens: Pater non mea voluntas, sed tua fiat. Luc. 22. Matrem custodia, agnoscens eam Ioanni, vbi dixit: Mulier ecce filius tuus. Ioan. 19. Familiam misericordia, cuius peccata, id est, pœnam peccatorum misericorditer pertulit in corpore suo super lignum. 1. Pet. 2. Et ideò dicitur agnus ab agnoscendo, vel ab agnos quod est pium. Sicut enim agnus solo balatu matrem agnoscit, & statim accurrit ad eam: sic Christus videns matrem suam iuxta crucem, accurrit ad eam pie compassionis affectu, & eam discipulo commendauit. Agnitionis etiam passiuè: quia mater agnouit filium crucifixum cum omnes Apostoli fugerent, & perseverauit cum eo.

Et sanctæ spei: Christus enim est spes nostra. Vnde Psal. Dominus spes mea à iuuentute mea. Et est sacra spes, id est, immobilis & firma: quia firmiter & immobiliter sperandum est in eo. Vnde Psal. Sperate in eo omnis congregatio populi. Item, In te Domine speraui, non confundar in æternum. Gen. 49. Ipse erit expectatio gentium. Abac. 2. Si moram fecerit, expecta eum per longanimitatem spei: quia veniens veniet. Veniens in primo aduentu ad conferendam virtutem quæ est ad finem. Veniet in secundo ad conferendam vitam æternam quæ est finis. Ideò dicit ipse: In me omnis spes vitæ & virtutis. Vel omnis spes, id est, spes omnis boni præsentis per collationem gratiæ, & futuri per remunerationem gloriæ: quia gratiam & gloriam dabit Dominus. Vel omnis spes, antiquorum & modernorum. Et bene dicit: In me, quia maledictus homo qui confidit in homine, se scilicet, vel alio. Ierem. 17. Vitæ æternæ, & virtutis vitæ qua pugnatur contra vitia. Ideò Christus comparatur flori sine quo non habetur spes fructus, nec sine gratia eius boni aliquid est sperandum.

Sperandum est in Christo. Quia largissimus est dans omnibus affluenter & non improperans. Iocab. 1. Vnde Esther. 2. Dedit Assuerus munera secundum magnificentiam principalem. Quia dat temporalia ad sustentationem electorum, & æterna in remunerationem, sed reprobis dat temporalia hic in remunerationem. Vnde de ipsis dicit Matth. 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Ideò dicitur de ipso Prouerb. 3. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Quia hortatur nos ad petendum. Vnde Matth. 10. Petite & accipietis. Ioan. 16. Vique modo non petistis quicquam, &c. Quia plus dat quam petatur. Vnde dicit latroni petenti memo-

riam sui cum veniret in regnum suum : Amen dico tibi , hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23.

7. Aliter, ego mater pulchræ dilectionis, &c. Possunt esse verba Virginis postquam conceperat Salvatorem enumerantis beneficia maternitatis suæ, enumerantis virtutes suas quibus idonea facta est ad generandum Salvatorem. Dicit ergo : Ego mater pulchræ dilectionis. Pulchra dilectio charitatis Virginis, qua Deum dilexit, quam non maculavit contagium peccati. Et timoris, quia in ea præparavit locum creatori & Spiritui sancto, generans in ea humilitatem quando expavit excellentiam angelicæ salutationis. Vnde dixit ei Angelus : Nuncias Maria, &c. Et tunc impletum est in ea illud Is. 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperulum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos : Et agnitionis, in qua notatur fides. Nam per fidem quæ notatur ibi, Fiat mihi, &c. concepit Filium Dei, & agnuit per experientiam ea quæ prius crediderat. Vnde dictum est ei Luc. 1. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te, &c. Et sanctorum spei, quam conitar eam habuisse cum respondit : Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Nisi enim credidisset & sperasset posse fieri & futurum esse quod ei dicebatur, non ita respondisset.

8. Item beata Virgo dicitur mater gratiæ. Mater quasi principium conceptionis habens ab alio : quia Dominus in ea creavit totius spiritualis boni plenitudinem, quam ipsa tanquam mater emittit in lucem. Ideo dicit : Fecit mihi Dominus magna, qui potens est. Ideo dicit etiam ipsa : In me omnis gratia, scilicet operans, cooperans, & consummans. Et nota, quod sic ordinanda est litera, In me omnis gratia vitæ vel vitæ & veritatis, & est istud omnis diaphanum, ut possit dici omnis gratia, vel gratia omnis vitæ, vel vitæ. Vel omnis gratia, id est, omne id quod facit gratiosum. Vel omnis gratia : quia Christo descendente in Virginem descendit in eam omnis plenitudo charitativum. Et de illa plenitudine omnes recepimus gratiam pro gratia. Ioan. 1. Cum enim super Christum requiesceret spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus. Isa. 11. & Christus requiesceret in ea, sicut dicit de ipsa : Hæc requies mea, &c. hic habitabo, &c. constat, quod 7. dona Spiritus sancti requieverunt in ea, & ipsam usquequaque repleverunt. Isa. 66. Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, &c. Vitæ & veritatis, id est, Christi qui est via & veritas. Ioan. 14. Vel intransitivè, omnis gratia, quæ est vita & veritas. Vel omnis gratia effectiva vitæ & veritatis. Vel omnis gratia vitæ quæ nunc est, & futuræ. Et in hoc breviter omnia colligit, & in se nihil boni deesse ostendit ad hanc vitam vel futuram pertinens aut necessarium. Vel vitæ & veritatis. Alia litera : vitæ, scilicet vitæ quæ ducit ad vitam, & veritatis quæ docet viam illam. Vel moraliter. Omnis gratia vitæ actiæ & contemplatiæ. Vnde signatur per Martham & Mariam Luc. 10. Lege Anselmum quomodo utramque vitam implevit in se in illa homilia, Intrauit Iesus in quoddam

castellum, &c. Vel vitæ innocentie & penitentiae, quibus duabus anima spiritualiter vivit. Vel vitæ triplicis : est enim triplex vita, vegetabilis, sensibilis, & rationalis. Vita vegetabilis est incipientium vivere per fidem & charitatem : quia ipsi quasi plantæ vivunt vita gratiæ & crescunt, sed spiritualia nondum sentiunt : quia animalis homo non percipit, &c. 1. Corinth. 2. Simile 1. Reg. 3. Samuel necdum sciebat Dominum. Vita sensibilis proficientium, qui gustant dona Dei, sed non discernendo quæ sint illa bona. Genes. 49. Isachar asinus fortis vidit requiem quod esset bona. Vita rationalis perfectorum, qui pro consuetudine excitatos habent sensus. Hebr. 5. Qualis erat Iacob Genes. 32. dicens : Vidi Dominum facie ad faciem, &c. Omnes gratias istas habuit Maria semper excellenter. Et veritatis. Triplex est veritas, cordis, oris, & operis, contra triplex vitæ, quod est vanitas, falsitas, simulatio. In ipsa autem fuit gratia omnis veritatis : quia habuit veritatem cordis sine vanitate, veritatem oris sine falsitate, veritatem operis sine simulatione.

9. Vel secundum illam literam. In me omnis gratia vitæ. Et est istud omnis diaphanum. Quasi dicat : In me est gratia omnis vitæ. Est enim triplex via ad salutem, virginialis, coniugalis, vidualis. In prima virginitas cum sterilitate, in secunda fecunditas cum corruptione, in tertia pietas cum solitudine terrenorum. Sed in ista virgine fuit gratia omnis vitæ, quæ adducit ad salutem : quia fuit virgo sine sterilitate, fecunda sine corruptione, pia sine solitudine terrenorum. Vel ideò dicit : In me omnis gratia vitæ & veritatis, ut ostendat se immunem à gratia mortis & falsitatis, de qua dicitur Proverb. in fine : Fallax imago, & vana est pulchritudo. Sic expone : Fallax imago, id est, gloria laudis humanæ : quia nullus consequitur quod illa promittit : & vana est pulchritudo castitatis sine humilitate, vel exterior sine interiori, vel operis exterioris sine recta intentione & Dei timore, qui est initium sapientiæ & custos virtutum. Aliqui libri habent : Fallax gratia, qua mando gratiosi sumus. Non enim est nisi quædam proditio sicut osculum Iudæ, quo tradidit filium hominis. Luc. 22.

10. Et nota, quod quidam calumniati sunt verbum istud, Maria mater gratiæ, cum sola Trinitas sit mater gratiæ. Quibus dici potest, quod humanitas Christi cuius ipsa est mater, appellatur gratia. Ad Hebr. 2. Gratia Dei, id est, filius humanatus, pro omnibus gustavit mortem, & dicitur Christus gratia, vel quia gratis dat, vel quia gratis datus est nobis à Patre. Pro omnibus dicit : quia fuit pretium sufficiens, licet non efficiens. Sequitur in auctoritate : In me omnis spes vitæ & virtutis. Petrus manducator : Nam sicut per illum accepimus gratiam vitæ, quæ nunc est, ita per illam habemus spem vitæ quæ futura est, & habituri sumus fructum gloriæ quæ semper duratura est.

11. Item Maria mater vitæ, scilicet Christi, quæ vivunt univèrsi, quam dum ex se genuit nimirum omnes qui ex ea victuri sunt, quodammodo regeneravit. Et si carnaliter genuit unicum

CAPVT II.

Maria amica.

A Mica. Vnde toties in Cant. appellatur amica & dilecta : & hoc multiplici ratione. Et dicitur amicis vel amica quasi amoris consors, vel quasi animi custos. Vel secundum Isid. ab hamo, id est, à catena charitatis : vnde & hami dicuntur, quod teneant se inuicem. Item amicus ab a quod est sine, & mene quod est defectus : solus enim ille vere est amicus, qui necessitate non deest amico suo. Maria amica Christi. Quia magno zelo ab eo dilecta. Vnde de ea dicit Christus Zach. 1. Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno. Mariam scilicet designatam per Ierusalem & Sion multiplici ratione. Ipsa enim hac de causa designatur per Esther, quam rex Assuerus amavit super omnes mulieres. Ideo etiam de ipsa dicitur Sap. 8. Omnium Dominus dilexit eam. Præcipue autem ratione humilitatis dilecta est à Domino. Vnde in figura eius dicit Lia Gen. 39. Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus.

Quia non serviens in timore, sed in vinculo charitatis, nullum aliud emolumentum querens ex sua dilectione quam ipsum dilectum. Vnde dicit Cant. 2. Dilectus meus mihi, Quasi diceret : Ipse solus sufficit mihi, nihil aliud quero. Ideo etiam dicit Cant. 3. Inveni quem diligit anima mea, id est, intima voluntas & affectio mea : tenui eum, nec dimittam. Propter hoc etiam debet ipsa appellari amica cordialis : quod bene apparuit in passione unigeniti sui, cum matris animam gladius filij pertransiret. Omni enim tempore, id est, tam in prosperis quam adversis diligit qui amicus est. Proverb. 17.

Quia conscientia secretorum ipsius : quod manifeste paruit in incarnatione, quando consilium suum de redemptione generis humani prius ei revelavit, quam alicui spirituum beatorum, excepto Gabriele, sicut dicit beatus Bernardus, quod scilicet Gabriel tantæ inter suos fuit excellentiæ, ut tali nomine dignus haberetur & nuntio. Vnde cum magister Hugo de sancto Victore, quæsisset à sancto Bernardo, vnde hoc diceret : respondit, quod unusquisque in suo sensu abundat securus, ubi vel certæ rationi, vel manifestæ auctoritati quod sentitur, non obuiat. Non enim Mariæ caro & sanguis revelavit mysterium æternis temporibus tacitum, sed pater qui est in cælis, filium suum ei patefecit per Angelum. Hoc etiam apparuit, quando beatæ Virgini annuntiavit Angelus conceptum Elizabeth. Luc. 1. Decibat enim ut verbum mox divulgandum ubique prius sciret Virgo per Angelum, quam audiret ab homine, ne mater Domini à consiliis filij videretur amota, si eorum quæ tam propere gerebantur, interim remansisset ignara. Gen. 18. Num calare poterò Abraham quæ facturus sum ? Amos 3. Non faciet Dominus Deus verbum nisi prius revelaverit ad servos suos Prophetas. Multo fortius fuit matris, quæ magna

unicum filium, in eo tamen specialiter mater effecta est magnæ multitudinis filiorum quorum primogenitus Christus. Rom. 8. Vnde significanter dictum est Luc. 2. Peperit filium suum primogenitum. Ipsa est enim Anna, quæ prius sterilis quoad propositum virginitatis peperit hoc modo plurimos. Ideo dicitur Ecclesi. 36. Israël, id est, fidelis populus Deum contempnans, quem coæquasti, id est, per fidem unisti, vel chæredem fecisti primogenito tuo, id est, Christo, qui est primogenitus mortuorum, id est, resurrectio & princeps regum terrarum. Apoc. 1. Sicut enim Eva dicta est mater omnium viventium vita naturæ. Gen. 3. sic Maria mater omnium viventium vita gratiæ. Eva enim interpretatur vita, aut mater viventium. Ipsa etiam propter hoc figurata est per Saram, quæ licet non nisi unicum filium carnaliter peperit Abraham, cui dixit Dominus Gen. 21. In Isaac vocabitur tibi semen, tamen mater dicta est totius populi Israëliti. Vnde Isa. 55. dicitur Iudæis : Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos. Sic & Maria non peperit carnaliter nisi unum verum Isaac, id est, Christum qui est risus noster & gaudium nostrum, &c. ut supra. Ipsa etiam mater vitæ, sed Eva fuit mater mortis : quia per eam vita quam habuimus, nobis ablata, sed per Mariam restituta est. Nam Maria portavit vitam, & aperuit nobis portam vitæ, & ad vitam viam novam ostendit vouens virginitatem, & hoc per exemplum. Vnde ipsi convenit quod de filio dicit Michæas 2. Ascendit pândens iter ante eos. Vita enim eius semper fuit in ascensu, & ubi ipsa regnat cum filio, suis orationibus introducit peccatores. Item alio modo vita recta Maria per exemplum, vita beata filius eius. Quia sicut de Maria natus est Christus, sic de vita recta per gratiam nascitur vita beata per gloriam. Præcedunt enim rectitudo, iustitia, meritum : sequuntur beatitudo, gloria, præmium, singula singulis.

12. Item Maria mater nostra quam vident filij sui cognoscere, dictante ipsis quadam naturali pietate fidei, ut ad invocationem nominis eius primo vel maxime refugiant in omnibus necessitatibus & periculis tanquam parvuli ad sinum matris. Et habet hæc mater quasi duobus vbera, quæ petimus ad sugendum, cum dicimus : Nos culpis solutos, &c. Hæc sunt mansuetudo cordis contra superbiam, & puritas carnis contra luxuriam. Vel vbera eius misericordia & oratio, quibus nutrit nos ut dici possit : lacta cogitatum tuum in Domina nostra, & ipsa te enutriet. Item ipsa est mater surgentium à peccato : alioquin nisi prius à peccato surrexeris, nunquam de hac matre poteris gloriari. Prou. in fine. Surrexerunt filij eius, &c.

magna est prophetissa, sicut patet in cantico suo. Ideo etiam miratur Elias. 4. Reg. 4. quod Dominus celasset ab eo mortem filij hospitiæ suæ. Ideo etiam dicit Dominus Apostolis Ioan. 15. Iam non dico vos seruos. Quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis. Moraliter. Si vis fieri amicus Dei, reuela ei consilia tua, id est, peccata. Vnde Psal. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, id est, peccata tua dimittet. Item Prouerb. 16. Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.

Quia voluntatem suam diuinæ voluntati per omnia conformauit. In hac enim conformatione seu conformitate vera amicitia certissime comprobatur. Vnde Tullius: Idem velle & idem nolle ea demum amicitia est. Hoc autem ex toto corde fecit beata Virgo, quando intelligens per Angelum, quod Filius Dei de ipsa volebat carnem assumere, statim respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c.

Quia amici sui Christi per omnia præcepta adimpleuit: quod proprium est amantium. Vnde Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis, &c. Similiter ipse Christus præcepta & voluntatem adimpleuit matris, quando descendit cum illis Nazareth, & erat subditus illis. Luc. 2.

Quia filio suo ad mundi redemptionem coadiutrix fidelissima extitit, quando Filio Dei de carne sua virginali tunicam texuit, quam pro salute omnium. Deo patri in cruce sacrificium obtulit in odorem suauitatis. Ideo prædictum fuerat Genes. 2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium. Illa enim literalis Eua viro suo non fuit in adiutorium, sed potius in destructorium. Istud melius inuenies in decimo priuilegio Mariæ circa finem capituli.

Quia nec in prosperis aut aduersis filium deseruit, nec ab eo deserta est: quod signum est veræ amicitia. Vnde Prouerb. 17. Omni tempore, id est, in aduersis & prosperis, diligit, qui amicus est, & re & nomine. Vera enim amicitia est iunctura animorum amantium, non continuatio vel contiguitas, sed mixtura, quæ non patitur aliquod permixtorum tangi, quin totum tangatur. Vnde Tullius: Idem velle, &c. Vera etiam amicitia non solum verbis, sed factis contrahitur. Vnde 1. Ioan. 4. Filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate, id est, vero opere. Item vera amicitia non beneficiis exterioribus pascitur, sed amore. Vnde Tullius: Hanc dicimus veram amicitiam, cuius fructus totus in amore est. Ideo dicitur Eccl. 6. Si possides amicum, in tentatione, id est, in aduersitate eius posside eum. Quasi diceret: Si habes aliquem amicum, non dimittas eum in tempore aduersitatis suæ. Sic enim fecit Maria Christo, & sic possedit eum quando in vltima necessitate fuit: & nec amicus, nec amica eum eo remanuit, qui aliquantulum non elongaret se à fide ipsius, excepta sola Virgine. Vnde dicit filius patri: Elongasti à me amicum & proximum. Item, Longe fecisti motos meos à me, &c. Sed sola Maria vere credidit, & ipsa ad pedes

crucis remansit. Ideo dixit ipse in Psal. Singulariter sum ego donec transeam. Dicit. Isa. 63. Torcular calcanei solus, & de gentibus non est vir mecum. Certè verum est Domine, quod non est vir tecum, sed mulier vna tecum est, quæ omnia vulnera quæ tu suscepisti in corpore tuo, suscepit in corde suo. Quare istud titulo, Dominus tecum, circa medium capituli. Non fuit deserta à filio: quia tunc assignauit eam custodiendam discipulo, implens illud quod ei promiserat. Non te deseram, neque derelinquam.

Quia probata est in necessitate. Vnde Prou. 17. Frater in angustiis comprobatur. Similiter dici potest de sorore & amica.

Quia amicum suum Christum in omnibus honorauit, ei totam attribuens quicquid boni ab eo recepit. Vnde dixit: Fecit mihi magna qui potens est. Quasi diceret: Gratia Dei sum id quod sum, & hoc fuit per humilitatem: quia Deus à solis humilibus honoratur. Eccl. 3. Honorata est etiam ab eo, quando exaltrata super omnes choros Angelorum, ad dexteram eius gloriosa resedit.

CAPVT III.

Maria soror.

SOROR. Vnde dicit Christus Cant. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Quare titulo de pulchritudine oculorum Mariæ. Item Cant. 8. dicit Maria cum magno desiderio postulans incarnationem filij: Quis mihi det te fratrem meum in humana natura, fratrem etiam in legali doctrina. Quod exponit subdens: Sugentem vbera matris meæ, scilicet synagogæ, vel legis, cuius tunc suxit vbera Christus, cum in se impleuit legis sacramenta, vel cum Doctores interrogavit qui erant vbera synagogæ. Luc. 2. Quis, inquam, mihi det vt inueniam te solum foris, & deosculer te. Inuenire desiderat eum solum, in diuina scilicet natura, in qua solus est, & humanum non habet confortium. Inuenire desiderat eum foris, vt non solum eum cognoscat in carnis ergastulo, sed vt immensitatem deitatis inueniat, quæ nullo concluditur termino, & omnia continet & concludit. Et ipsum sic inuenire desiderat vt deosculetur eum, vt videlicet videndo præsentem tanquam facie ad faciem, in eius amore deleteretur.

Maria est soror Christi, qui filius est Dei patris per naturam, & ipsa specialis imò specialissima filia eiusdem patris per gratiam, & tantò specialior Christi soror, quantò ipsi duo vnus sanguis & vna caro. De quibus 1. Cor. 6. Erunt duo, Christus scilicet & Maria, in carne vna, virginali. Item ipsa soror Christi per castissimam, synceram & feruentissimam dilectionem, quæ solet esse inter fratrem & sororem. Vnde ipse dicit Zach. 1. Zelatus sum Ierusalem, &c. vt supra de amica. Item soror: quia coheres eius & communicans cum eo regnum patris, hæres Dei & coheres Christi. Rom. 8. Ergo soror eius per naturæ idempnitatem conformis

formis & connaturalis ei, & hæreditatis æternæ comparticeps. Summè etiam dilecta ab eo: quia nemo carnem suam odio habuit. Simile suo simili noscitur, & ab eo diligitur: quia volatilia ad sibi similia congregantur. Eccl. 27. Eodem. 13. Omne animal diligit simile sibi, &c. Et quanto Maria naturæ mundioris & moribus & virtutibus Christo similior, plus ab ipso diligitur quasi spiritualis soror.

3. Populi Christiani per naturam, quod summa gloria est ipsi populo Christiano, si esset qui aduenteret habere, scilicet sororem reginam Angelorum, & hominum, imò, quod plus est, habere sororem sponsam patris, matrem filij, & amicam Spiritus sancti, reginam etiam cælestis regni, vbi plenariam habet potestatem quoscumque voluerit introducendi, quidquid voluerit imperandi, quidquid à filio petierit obtinendi. Ideo potest verè dicere cum filio Marth. in fine: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ideo etiam dicit Ezechiel. 24. In Ierusalem superna potestas mea.

Sodalium Christi, id est, Angelorum, vel Patriarcharum, & Prophetarum, qui dicunt de ea Can. 8. Soror nostra paruula est, & vbera non habet. Istud inuenies titulo de pulchritudine Mariæ, vbi agitur de vberibus matris.

Sanctorum Angelorum per virginitatem, charitatem, & humilitatem, & maxime propter cœlibatus integritatem. Ideo dicunt Cantic. 8. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est, &c. Quare titulo de vberibus Mariæ.

CAPVT IV.

Maria charissima.

Charissima. Vnde dicit ei sponsus Cant. 7. Quam pulchra es & quam decora charissima in deliciis. In hoc quod bis queritur, quam pulchra sit, & quam decora, & geminatur nomen pulchritudinis, designatur, quod ipsa mirabiliter, inestimabiliter & immensurabiliter pulchra est & decora. Item pulchra dicitur fide, decora bona operatione. Vel pulchra in virtutibus, quæ spiritum illuminant & exornant, decora in virtutibus quæ carnem venustant & purificant, charissima sponso suo in deliciis spiritualium charismatum. Vel potest fieri comparatio, vt dicatur, quod chara facta est toti Trinitati, quando in vtero sanctificata: charior, quando vnigenito Dei imprægnata: charissima, quando in assumptione in sponsi thalamum introducta, & gloria immortalitatis coronata. Vel charissima: quia vnigeniti sui sanguine redempta, & charissimè ab eo dilecta. Vel ideò dicitur charissima in deliciis, quod tanquam delicata mulier cibos grossos fastidit & communes, non potest gustare nisi quædam spiritualia: sic & ipsa quidquid amarum vel nocuum animæ respuens, deliciis supercælestibus tantummodo vacabat, quæ sic comeduntur vt semper esuriantur, & sic faciunt vt

semper fastidium tollant. Et hic est cibus cibo melior. Eccl. 36. scilicet Filius Dei, qui dicit: Qui edunt me, adhuc esurient, &c. Propter hoc dicit ipsa de filio qui est manna omnis saporis, Sap. 16. Dilectus meus mihi. Quasi diceret: Alias non curo delicias, &c. Item charissima in deliciis est illa anima, quæ quasi fastidit quædam bona vt transeat ad meliora, sicut dicit auctoritas super illud: Ibunt sancti de virtute in virtutem. Non semper vni virtuti insistendum est, sed de virtute in virtutem eundem, donec videatur Deus deorum in Sion.

CAPVT V.

Maria filia.

Filia, quam instruit Spiritus sanctus in Psal. Audi filia & vide. Audi vt scholaris, quæ versaris in schola Spiritus sancti, cuius schola est fidei & morum & bonorum operum. Audi, vt possis credere his quæ tibi dicenda sunt ab Angelo: quia fides ex auditu. Rom. 10. Audi, id est, fac verbo Dei sponso tuo audientiam in corde tuo per silentium. Eccl. 32. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Filia propter paternam circa te sollicitudinem. Eccl. 32. Filia patris abscondita est. Hæc est Maria quam inuenit Angelus clauis in thalamo. Filia propter paternæ nobilitatis custodiam, ne ab illa degeneres. Cant. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis filia principis, id est, Christi secundum deitatem, qui est princeps regum terræ. Apoc. 1. Filia per imitationem patris. Ruth. 3. Benedicta es filia, &c. Et vide fragilitatem tuam secundum humanam naturam, vt te humilies in oculis tuis & Deum exaltes. Cantic. 1. Si ignoras te ô pulcherrima, &c. Et inclina autem tuam, vt humiliter obedias diuinæ voluntati, & de te non præsumas. Et obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Et concupiscet rex, id est, Christus decorem tuum, maxime decorem spiritualem, qui in virtutibus consistit. Maria autem à Spiritu sancto edocta, audiuit cœlestem nuntium & credidit: quia fides ex auditu. Et vidit, & intellexit. Inclinauit aurem suam ad obedientiam, & cor suum ad disciplinam. Oblita est populum suum & domum patris sui: quia nec populum suum augere prolis multiplicatione, nec domui patris sui relinquare curauit hæredem. Sed quidquid honoris in populo, quidquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuisset, omnia arbitrata est vt sterora, vt Christum lucrifaceret. Nec fecellit eam intentio: quia & Christum sibi filium vendicauit, nec propositum pudicitia violauit. Et ideò gratia plena: quia & gratiam virginitatis non perdidit, & insuper fecunditatis gloriam acquisiuit. Et in his maxime consistit decore, de quo sequitur: Et concupiscet rex decorem tuum, & decorem omni pulchritudine virtutum: quia tota pulchra es, & macula non est in te. Cant. 4. Maria enim significata est per Ruth, quæ reliquit populum suum & domum patris sui propter

propter Noëmi, quæ interpretatur pulchra, id est, propter amorem spiritualis pulchritudinis: & idè Booz, id est, Christus concupuit eam, &c. Aliter: Audi Gabrielis salutationem o filia Dei, id est, o tu beata Virgo. Et vide scripturas prophetarum, & confer, quoniam in te complentur. Et inclina aurem tuam, vt mediante obedientia concipias Filium Dei per fidem doctorum: fides enim ex auditu. Rom. 10. Et obliuiscere populum tuum, id est, non cures blasphemias Iudeorum, & domum patris tui, quod & ipsa fecit, ad quod signandum non nominatur pater eius in genealogia. Math. 1. Vel populum carnalium desideriorum, & domum patris tui, Moyli scilicet, id est, ceremonias legis. Et concupiscet rex, id est, Christus decorem tuum, vt supra. Et nota, quod postquam dixit obliuiscere populum tuum, subdit: Et concupiscet rex decorem tuum, scilicet si vixeris more peregrini, diligeris à Domino: quia Dominus amat peregrinum. Deut. 10. Et quia hoc fecit, idè dicit Cant. 1. Fusca sum, quia decolorauit me sol. Quasi diceret: Offuscavit me sol, quia peregrina sum. Num. 12. dicit Moyses Æthiopiis. Et idè debes obliuisci populum tuum pro Christo: quia ipse est Dominus Deus tuus. Dominus gubernatione, Deus creatione, tuus filiatione. Nec magnum si dimittas populum tuum, & te submittas ei, cum ipse pro amore tuo dimiserit cælum suum, & se totum dederit tibi. Ierem. 12. Dimisi domum meam, &c. Ipse est Deus, qui tantum se humiliat ad te, quod notatur per hoc quod subditur: Et adorabunt eum, scilicet omnes fideles, cum in nomine eius omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, &c.

2. Item in Psal. Omnis gloria eius, scilicet filie regis, abintus in fimbriis aureis, &c. Maria filia regis David secundum carnem: quia regali ex progenie Maria. Filia summi regis, id est, Dei patris per creationem & gratiam. Cuius gloria, quod hospita & triclinium totius trinitatis. Cuius gloria testimonium conscientie bonæ. Cuius omnis gloria abintus, quando Christum gestabat in utero, qui dicit de ea Zach. 2. In gloria ero in medio eius. Cuius gloria, quod doctorem Angelorum se docentem habebat interius. Cuius gloria, quod omnia verba pastorum, Magorum & Simeonis conseruabat in corde suo. Cuius gloria abintus, id est, in conscientia pura. Vnde tam sæpè de ea dicitur: Absque eo quod pulcherrimum est & intrinsecus later. Ibi Glossa: Si gloriam foris quæteret, intus gloriam quam rex concupisceret, non haberet. Abintus: quia tanquam virgo prudens oleum, id est, nitorem bonæ conscientie vel pietatis & misericordie habuit in vase triplici, scilicet cordis, oris, & operis, cum lampade integerrimæ virginis. Vel abintus, id est, in conscientia, non in vanis. Abintus: exterius enim reputabatur corrupta, sed gaudium de incorruptione habebat interius. Vnde dicit Cant. 1. Nolite me considerare, quod decolorauit me sol iustitiz. Ibidem: Nigra sum exterius, quia reputor corrupta, sed formosa interius, quia virgo purissima. Idè cum commen-

datur in Cant. toties replicatur, Absque occultis tuis, & absque eo quod intrinsecus later. Et hæc gloria abintus in fimbriis aureis. Fimbriæ aureæ opera humanitatis Christi, in quibus relucet ipsius meta charitas, quæ per aurum designatur. Et quia omnia fecit humiliter, comparatur fimbriis, quæ sunt pars vltima & minima vestimenti. Et hæc opera specialiter augent gloriam Virginis matris eius. Vel fimbria quæ est vltima & minima pars vestimenti, & quasi pro nihilo computatur, est humilitas quæ locum vltimum semper appetit, de se non presumens. In qua humilitate aurea per charitatem & per pretiositatem & per obedientiam & per virginitatem, quia hæc omnia signantur in auro, Virgo gloriabitur, dicens: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ergo gloria filie regis abintus, vbi Deus videt, in fimbriis aureis est gloria Mariæ in aurea humilitate. Vel fimbria vltima pars vestimenti est perseverantia Virginis in aurea charitate: quod apparuit in passione, quando perseveranter stetit iuxta crucem filij, charitate vulnerata. Moraliter. Omnis gloria filie regis, id est, animæ fidelis, quæ filia Dei est per creationem, formationem, & recreationem, debet esse abintus, vbi Deus videt, hoc est, coram Domino, non afforis, contra hypocritas qui signantur per Herodem, qui interpretatur gloria pellis, vel gloriosus in pellibus, id est, in exterioribus mundi.

3. Maria filia Babylonis quando nata est in utero: quia omnes nascimur filij iræ. Ephes. 2. Sed nos vtraque natiuitate in utero & ex utero. Ipsa vero solummodo in natiuitate in utero: quia concepta est cum originali, sed citò post sanctificata, orta est tota pura. Num. 24. Orietur stella, &c. Et hæc vna est ratio quare figurata est per Elther, quæ de Babilone adducta est ad regem Assuerum, sicut dicunt Iosue & Magister in historiis. Regis, id est, Dei patris in sanctificatione & natiuitate ex utero. Vnde tunc canitur: Regali ex progenie Maria: quia gratiæ Dei filia, quod signatum est in hoc quod fuit filia Annæ, quæ interpretatur gratia. Gratia enim Dei reges facit & reginas. Sion in conceptione Saluatoris. Sion speculum, quod intuenti suam reddit imaginem. Et ipsa est speculum sine macula, in quo debent fideles animæ quasi duplici oculo, fidei scilicet & amoris iugiter speculari: & tunc fuit filia Sion quando facta est mater Saluatoris, qui suam in nobis reformauit imaginem per Adam veterem deformatam. Idè dicitur in Zach. 2. Lauda & latate filia Sion: quia ecce venio & habitabo in medio tui, dicit Dominus: & applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui, & scies quia Dominus exercituum misit me ad te. Et sunt verba filij ad Virginem, volentis ex ea assumere carnem. Iudæ. Iudas interpretatur laudans, confitens, & glorificans. Fuit ergo filia Iudæ, quando de perceptis beneficiis Deum laudauit & glorificauit, dicens: Magnificat, &c. Et quando confessa est ab eo esse quidquid boni perceperat, dicens: Fecit mihi magna qui potens est, &c. Tyri, quod interpretatur angustia,

in filij passione, cum eius animam gladius filij petransierit, & verè posset dicere cum Susanna Dan. 13. Angustia mihi sunt vndique, &c. Ierusalem in assumptione, quando translata est ad visionem pacis æternæ.

4. Moraliter dicitur istud fideli animæ, & maxime, vel religiose personæ. O filia per fidem, sicut supra expositum est de Maria. Audi, non linguam carnis quæ suggerit delectabilia, vel mundi quæ vana, vel diaboli quæ iniqua. Beatus Bernardus: Felix anima quæ linguas istas non exaudit, scilicet per consensum, audiat licet per suggestionem: illa vero multò felicitior, si tamen aliqua est, cui penitus non loquentur. Eccl. 28. Sepi aures tuas spinis, id est, auditum tuum aculeis timoris Dei muni, & noli audire linguam nequam à neccando, id est, quæ animas necat. Ex auditu enim illicito quando Eua sibilum serpentis audiuit in paradiso, totius mundi pullulauit damnatio. Dicitur ergo fideli animæ: Audi verbum Dei, quia beati qui audiunt verbum Dei. Filia per infirmitatis propriæ recogitationem, &c. vt supra: Et vide exempla sanctorum. Hebr. 13. Quorum intuentes exitum conuersationis, imitami fidem. Et sic verbis admonita & exemplis instructa, inclina aurem tuam, vt humiliter obediās diuinæ voluntati. Et quia amor mundi & carnalium parentum multos retrahit à seruitio Dei, subdit: Et obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Gregorius: Debemus copulam terrenæ cognationis agnoscere, sed si cursum nostrum præpedit, ignorare. In hoc autem versu multa notantur, quæ competunt religiosi. Primum, obedientia. Vnde: Audi. Secundum, fides, per quam affiliamur. Vnde: Filia. Vel spes, quia qui sperant in Deo, seruiunt pro æternis. Vel charitas: quia filiarum & filiorum est diligere patres suos. Item nota, quod Psal. volens hanc filiam laudare à decore, prius inuitat eam ad fidem quæ inducit pulchritudinem, & idè incipit ab auditu, à quo fides. Rom. 10. Vide per circumspectionem, ecce prudentia. Vide in octo partes, adapta, sursum præsentia, deorsum tormenta, inferius animæ dignitatem, exterius corporis vilitatem, posterius vitam præteritam, anterius tentationum instantiam, dextrorsum fallaciam mundanæ prosperitatis, sinistrorsum vilitatem præsentis aduersitatis. Aliter: Audi horas Ecclesiasticas, sermones, & collationes, præcepta, & prohibitiones, consilia prælatorum, preces pauperum, sacras lectiones, diuinas inspirationes. Vnde: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Vide libros, vt attendas lectionem. Vide crucem, vt imprimatur cordi tuo memoria Crucifixi. Et non obliuiscaris gratiam fideiustoris tui. Eccl. 39. Thren. 1. O vos omnes qui transitis per viam, &c. videre si est dolor sicut dolor meus. Propter hoc ardent de nocte lampades coram Crucifixo. Vide exempla sanctorum. Hebr. vltimo: Quorum intuentes, &c. Vide conscientiam tuam. Ierem. 2. Vide vias tuas in conuale, scito quid feceris. Vide iudicium Dei. Dan. 7. Aspicebam donec throni positi sunt. Vide præmia iustorum & supplicia reproborum. Isa. in fine: Egredientur & videbunt, &c. Et inclina ad pauperem aurem tuam.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Eccles. 4. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam. Vel inclina, vt quidquid boni audieris, humiliter audias. Et obliuiscere populum tuum. Cor hominis est quasi ciuitas plena populo cogitationum sæpè tumultuoso, rixoso, contentioso. Et domum patris tui, cohabitationem & consortium peccatorum, qui sunt domus patris tui, antiqui scilicet diaboli. Vnde Ioan. 8. Vos ex parte diaboli estis. Sed talibus dat Dominus potestatem filios Dei fieri, quando volunt relinquere peccata & confortita peccatorum. Et concupiscet rex decorem tuum vt supra de Maria. De quo decore Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam, vsque, decora. Et hoc non est modicum, quando ipse est Dominus, non diabolus est Dominus, non terrenus, sed Deus per recreationem, tuus per recreationem, nec solum tuus, imò omnium. Vnde: Et adorabunt eum, omnia quæ sunt. Phil. 2. Vt in nomine eius omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum.

5. Aliter: Audi filia, hoc dicit in persona Prophetarum & Apostolorum, & dicit ei quatuor. Audi, vide, inclina, obliuiscere. Ex his quatuor prouenit spiritualis pulchritudo. Vnde subdit: Et concupiscet rex decorem tuum. Audi. Iacob. 1. Sit omnis homo velox ad audiendum, &c. Vide, id est, crede & intellige: quia fides ex auditu. Rom. 10. Inclina aurem, id est, cum humilitate obedi. Hæc est via veniendi ad Deum. Isa. 55. Inclinate aurem vestram & venite ad me. Audite, & viuere anima vestra. Sic excipitur sapientia. Eccl. in fine. Inclina modicè aurem meam, & excipi sapientiam. Et obliuiscere populum tuum, scilicet Babiloniam, id est, cæterum malorum, & domum patris tui, diaboli, dicit Glossa, ad literam etiam suos docet relinquere propter Deum; & exire de domo patris. Vnde Gen. 12. Egredere de terra, &c. Et si ista quatuor feceris, rex, id est, Christus concupiscet decorem tuum. Expone singula bene, decorem, id est, decus cordis, quod in quatuor prædictis consistit. Idè non dixit speciem vel pulchritudinem, sed decorem. Assigna, quia decor interior magis Deo placet, quam exterior. Et tria dicit de hoc rege ad notandum, quam magnum sit concupisci ab eo. Primo, quod ipse est Dominus. Magnum est enim bonæ ancillæ si Dominus suus, cum sic valde nobilis, accipiat eam in uxorem. Ipse etiam, quod plus est, Deus in essentia. Et etiam quod adhuc maius, fiet totus tuus ad faciendum quidquid tibi placuerit. Quartum, quod tantus est, quod adorant eum homines & Angeli latria. Vnde sequitur: Et adorabunt eum, &c.

CAPVT VI.

Maria sponsa.

1. Sponsa. Vnde Maria dicit per Psal. Misit de summo, gaudiola charismatum & gratiarum per Gabrielem paranymphum, quando dixit mihi: Aue gratia plena. Et accepit me in sponsam. Ecclesia etiam dicitur sponsa Christi:

Quia

quia sponso cœlesti spirituali dilectione copulata. Dicitur etiam vxor: quia per gratiam eius ad multorum spiritualium filiorum procreationem fecundata. Item Maria sponsa dicitur Cant. 4. Veni de Libano sponsa mea, &c. Et dicitur Maria sponsa Christi quadam similitudine. Nam qui vult sponsam assumere, prius eligit quæ sibi placeat. Idem de Maria canitur: Elegit eam Deus, & praelegit eam. Et dixit illi: Tu mihi sola places. Canit etiam Ecclesia: Sola sine exemplo placuisti Domino, id est, Christo. Secundò sponsa ornatur & purgatur, quod factum est in sanctificatione, quando purgata est ab originali, & ornata donis Spiritus sancti: & tunc concupiuit rex decorem eius. Tertio coniuncta Christo per verba de presenti, quando respondit Angelo: Fiat mihi secundum verbum tuum. Quarto, scilicet in assumptione, introducta in thalamum sponsi. Fuit igitur electa in prædestinatione, mundata & ornata in sanctificatione, copulata Christo in eius conceptione, assumpta ad thalamum in assumptione.

2. Aliter: Maria sponsa filij: quia in matrimonio solent fieri donationes. Vxor enim dat aliquid viro propter nuptias, & vir dotat vxorem. Dedit enim Maria Christo carnem de sua carne in qua passus est. Vnde & in passione dixit ei: Mulier ecce filius tuus. Ipse verò dedit ei quasi duplicem dotem, gratiam primo: vnde dicta est gratia plena: & tandem gloriam in excelsis, quia gratiam & gloriam dabit Dominus. Propter hoc in figura Mariæ dixit Lia Genes. 30. Deditur me Deus dote bona. Ideo prædictum fuerat de ea Prouerb. 9. Mulier gratiosa inueniet gloriam. De isto matrimonio exponunt quidam illud verbum Adæ Genes. 2. Postquam euigilauit ab extasi, vel somno, vbi præuiderat lapsum humani generis & modum reparationis. Vnde euigilans prophetauit dicens: Propter hoc, scilicet propter lapsum humani generis reparandum, relinquet Deus homo factus, vel filius carnem sumpturus, patrem in mundum veniens: quia egressus à patre: & matrem, id est, synagogam, de qua natus est secundum carnem: & adhærebit vxori suæ, scilicet Ecclesie de gentibus, vel vxori suæ, id est, Mariæ: & in hoc sacramento fiet illud nouum & mirabile, scilicet quod duo erant in carne vna, id est, mater & filius, Virgo & Christus, cum secundo debitum naturæ cursum tres conseruerunt esse in carne vna, scilicet pater & mater & filius. Ad hoc facit, quod ipsa beata Virgo dicit Cant. 6. Ego dilecto meo, sine patre singularis & vnica: & dilectus meus mihi, est singulariter vnicus filius. Aliter: Propter hoc, vt supra expositum est, relinquet homo patrem & matrem. Quasi patrem suum relinquat Filius Dei, cum de sinu eius ad terram descendit, & in sinu Virginis se recepit, vnde hominem assumpsit quem pro sponsa sua daret. Matrem etiam quasi reliquit cum affectum matris quasi abiiciens, corpus quod ex ea assumpserat, pro Ecclesia dedit in cruce. Quam scilicet Ecclesiam ita sibi vniuit, vt ipse sit caput, & ipsa sit corpus. Quod figurabatur quando quasi dissimulans matrem dicebat ei de Ioanne: Mulier ecce filius tuus. Ioan. 19.

3. Et nota, quod filius vocat matrem suam sororem & sponsam. Cantic. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, &c. Quare titulo de pulchritudine oculorum Mariæ. Sororem propter humanæ naturæ contubernium: Sponsam propter inconcussa fidei constantiam. Cum enim tempore passionis fides Apostolorum concussa vacillaret, ipsa velut sponsa fidelis sponso suo sine fidei titubatione constanter adhæsit. Ipsa etiam velut sponsa sponso suo familiarior, maiorem in bonis sponsi obtinet portionem. De eius fidelitate confidit valde sponus sicut dicitur Prouerb. in fine: Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Quia quocumque suis orationibus, meritis & exemplis liberat à diabolo, apponit & assignat dominio sponsi sui. Item quia sicut quidquid habent sponsus & sponsa, vtrique commune est, ita quidquid habet filius, habet mater, & è conuerso. Vnde videtur ei dicere filius illud Ioan. 17. Mea omnia tua sunt. Et ipsa filio Luc. 15. Fili omnia mea tua sunt. Aliter tamen & aliter: quia non à matre filius, sed omnia à filio habet mater.

4. Quare autem concupierit hanc sponsam sponus cœlestis, ostenditur Eccl. 36. vbi dicitur: Species mulieris ex hilarat faciem viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducet desiderium. Species enim mulieris virum potentem humiliat, seuerum & austerum emollit. Et huius mulieris speciem sic concupiuit Dominus & elegit, quod ipsa eius desiderium intantum superduxit, quod ad nostram infirmitatem humiliatus est omnipotens, & qui est vita viventium, emollitus est ad amorem. Item de hac sponsa dicit Eccl. 36. Non est vir illius secundum filios hominum. Et paulo post: Adiutorium secundum illum est & columna & requies.

5. Et vide quomodo hæc sponsa opponitur primæ sponsæ. Prima, scilicet Eva, de costa viri sui formata est, & de carne formatus est vir suus. Quod perebat Eccl. 36. Innoua signa, & immota mirabilia. Mirabile fuit de costa viri formare mulierem. Immutatio mirabilium est, quod de carne solius mulieris formatus est homo. Sed cum de osse viri formaretur caro mulieris, signum fuit, quod per mulierem infirmaretur natura humana. Facta est autem signorum innouatio, cum de carne mulieris factus est vir, quo signatum est, quod per hanc innouationem humana natura ab infirmitate reuerteretur ad similitudinem. Inde etiam notandum, quod prima sponsa facta est in adiutorium viri, dicente Domino: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Infirmum autem adiutorium viro mulier. Hic autem dicitur: Vir eius non est secundum filios hominum: quia non est filius hominum, id est, patris & matris, sed filius hominis tantum, id est, solam habens matrem, & idem omnes homines dignitate præcellens. Et dicitur adiutorium sponsæ secundum illum, scilicet secundum sponsum, qui est adiutorium sponsæ, & columna & firmamentum & requies: & tale adiutorium est Maria, quia neminem vult iurare sponsa, qui statim non reuertitur à sponso: & per

6. Multiplex causa cur Maria fuerit desponsata.

Lib. 4. c. 15.

per hoc est ipsa nobis adiutorium, firmamentum, columna, & requies, &c. Notandum, quod desponsationes Mariæ multæ assignantur in Glossis, & sunt quedam literales, & quedam mysticæ. Primam ponit Beda, quod idem desponsata est Ioseph, vt per eum origo Mariæ texeretur, cum essent de eadem tribu: nec erat consuetudo scripturarum, quod in genealogiis texeretur nomina mulierum. Et supplet hic Ioannes Damascenus, qui dicit Mariam descendisse de Dauid per Mathan. Dicit enim, quod Mathan genuit Panthera, & hic genuit Barpanthera, & hic genuit Ioachim patrem Mariæ. Et in hoc confunduntur illi hæretici, qui dixerunt ipsam non habuisse patrem, vel matrem, sed carnem angelicam: & hoc forte sumperunt ex eo, quod non textur genealogia eius, sed solius Ioseph. Non enim dixit Angelus Luc. 1. Elizabeth cognata Mariæ, nisi esset cognata eius ex parte patris, vel ex parte matris. Secunda causa, ne tanquam adultera lapidaretur si non habens virum videretur habere puerum. Erat enim de genere sacerdotali, & erat mandatum Leuit. 21. vt filia sacerdotis deprehensa in adulterio sine in stupro, morte puniretur. Tertia, ne temeritate virginis aduertetetur infamia. Noluit enim Dominus ortus sui fidem matris iniuriis esse astruendam. Oportet enim sanctos habere testimonium & ab his qui foris sunt. Nec debuit sinistra virginibus opinione violentis velatio excusationis relinqui, quod infamata quoque mater Domini videretur. Denique quid Iudeis, quid Herodi possent ascribere, si natum ex adulterio videretur perferri? Et quomodo diceret, Non veni soluere legem, sed adimplere, si cepisset videretur à legis iniuria, cum partus innuptæ lege damnaretur? Quin etiam maritus pudoris locupletior testis adhibetur, qui posset delere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non cognosceretur sacramentum. Quarta causa est, vt viri haberet solatium, iens & rediens in Agypto, sicut dicit Origen. Quinta, quod fides Mariæ verbis maior assistitur, & mendacij causa tollitur. Videretur enim culpam obumbrare voluisse mendacio innupta prægnans. Causam autem mentiendi desponsata non habuit, cum coniugij præmium gratia nuptiarum partus sit formatum. Sexta causa quam ponit Ignatius, est, quod princeps mundi videns desponsatam, partum non potuit habere suspensum: fallendi enim eum fuit Domini consilium, & sic fecellit eundem. Vnde Apostoli iubentur tacere de Christo, sanati de remedio, & demones de Filio Dei. Dicitur ergo viro desponsata Maria, vt expertis virilis consortij videretur. Nec moceat, quod à Mattheo eius coniux dicitur. Non enim virginis est exceptio, sed nuptiarum celebratio declaratur. Sed nec illud quod dicit Mattheus, Non cognoscebat eam Ioseph, donec peperit filium. Sicut enim dicitur in Isai, Donec senescatis, ego sum. Non quid post illorum senectutem Christus esse desit? Qui causam dicit, satis patet, quod causæ est, dicere, redemptio non requirit. Satis enim ei est vt causam susceptam adiret, incidentem differat. Et idem qui incarnationis incorruptionem saluauit. D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

petat mysterium, non putauit vberius prosequendum virginis Mariæ testimonium, ne defensor magis quam assertor mysterij crederetur. Et nota, quod hæc clausula sic intelligenda est, Non cognoscebat eam, donec peperit filium, non quod postea cognouerit: sed istud donec ponitur, pro &. Quasi diceret: Non cognouit, & ita peperit. Vel donec ponitur, pro æterno, sicut ibi: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Vel donec ponitur pro nunquam, sicut ibi: Coruus non est reuersus ad arcam, donec siccaretur terra, id est, nunquam est reuersus. Alij sic Glossant, Donec peperit, id est, nec ante, nec post. Septima causa mystica est, quod virgo desponsata typus est Ecclesie, quæ nos concipit virgo de spiritu, parit nos virgo sine gemitu. Et idem forte beata Maria alij nupta, ab alio repleta est. Quia & singulæ Ecclesie & spiritu replentur & gratia inunguntur, tamen ad operis spem sacerdoti iunguntur, sicut Maria Ioseph desponsata est. Vnde in quibusdam Ecclesiis in vigilia natalis sacerdotis totum officium horarum agunt in typum Ioseph. Octaua causa potest esse, vt per hoc quod de Virgine & desponsata natus esset Christus, vterque status approbaretur, & vtrique daretur spes salutis, contra hæreticos, qui dicunt, quod in matrimonio non est salus. Nona causa est quam ponit Chrysostomus. Quia futurum erat vt omnes sancti de Ecclesia virgine nascerentur, Christus de desponsata & virgine natus est, ne indignius nasceretur Dominus quam ferui. Et nota, quod tria bona habuit matrimonium istud, scilicet fidem, prolem, & sacramentum. Fidem pretiosam, prolem excellentissimam, sacramentum sacratissimum. Significabat enim matrimonium Mariæ & Ioseph matrimonium illud quod agebatur in thalamo Virginis, scilicet humanæ naturæ & diuinæ. Et sicut Ioseph non temerari beatam Virginem, sic nec natura humana corripit diuinam: imo sicut Ioseph profecit ex Maria, ita humana natura ex diuina.

7. Item Maria sponsa filij. Vnde Cant. 3. Egredimini filie Sion, vsque ibi, in die desponsationis. Dies desponsationis fuit Christo, dies conceptionis suæ, vel natiuitatis secundum carnem. In vtero enim virginali nupsit ei humana natura, sicut dicit Augustinus. Vnde dictum est in Psal. Et ipse tanquam sponus procedens de thalamo suo. Potest etiam intelligi dies desponsationis ipsius beate Virginis: & hoc vult Glossula quedam ibi super Matth. 1. Cum esset desponsata, Angelo nuntiane concepit. Vel quis illam sibi tunc spiritualiter desponsauit, cum illi tanta se gratia sociauit, vt de carne eius sacratissimam sibi carnem assumeret.

CAPVT VII.

MARIA Vxor.

Vxor, figurata Gen. 3. vbi legitur: Vocauit Adam nomen vxoris suæ Eam, ed quod mater esset omnium viventium. Apoc. 19. Q. Venerum

Venerunt nuptiæ agni, id est, tempus carnem assumendi. Et vxor eius præparauit se, id est, reddidit idoneam, vt de ipsa carnem assumeret. Præparauit, inquam, per libertatem arbitrij. Sed quia hoc non sufficit sine adiutorio gratiæ, subiit: Et datum est illi vt cooperaret se bysso, id est, castitate, splendente ad alios per exemplum, & candido quoad se, & hoc maxime quando vouit virginitatem. Isa. 25. Gloria Libani, id est, candor virginitatis, decor Carmeli, id est, bona conuersatio exterior. Ideo de Maria dicitur Eccl. 6. Decor enim vitæ est in illa, &c. Vxor hæc figurata est Iudic. 5. vbi legitur in figura Mariæ, Benedicte inter mulieres lahel vxor Haber Cinzi, &c. Beata Maria dicitur vxor Christi: nam si omnis anima spiritualiter vxor Dei est, illa præcipue vxor dicitur, in quam plus contulit gratiarum. Sed in contractu matrimonij consuetudo est, vt vxor det aliquod viro propter nuptias, & vir dotet vxorem. Quid Christo dederit beata Virgo propter nuptias, signatur in nominatione sponsi, cum dicitur: Haber Cinzeus. Haber interpretatur vulneratus, vel liuidus: Cinzeus lugens. Christus enim sumpsit in Virgine, & ipsa ei dedit per consensum naturam, in qua vulneratus est, & liuidus factus & lugens: luxit enim propter peccata nostra, sicut dicitur ad Hebr. 5. vt non solum carnis sanguinem, sed & animæ lachrymas pro nobis daret. Nam sicut vulnerata carne fuit sanguis, sic ex anima ipsius per compassionem vulnerata fluxerunt lachrymæ. Et quia duplex est peccati genus, apertum scilicet, quod dicitur vulnus, & occultum, quod dicitur liuor, pro nobis sustiuit vulnera & liuores. Isa. 53. Vulneratus est propter peccata nostra, & liuore eius sanati sumus. Bis autem quasi dotauit Dominus Virginem, primò gratia, secundò gloria, vt supra dictum est de sponsa. De ista lahele inuenies in fine primi §. de horto, vbi hortus dicitur feratus.

2. Item de hac vxore dicitur Christo in Psal. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Vxor tua, scilicet Maria, sicut vitis. Ipsa enim dicit se esse vitem. Vnde: Ego quasi vitis, &c. Abundans in multitudine spiritualium filiorum: quia ipsa est mater omnium viuientium vita gratiæ. In lateribus: quia semper dilexit secretum. Vel in lateribus domus tuæ, id est, Ecclesiæ, quam ipsa circuit ad protegendum contra circuitum diaboli, qui circuit quærens quem deuoret. 1. Pet. in fine. De dilectione huius vxoris quoad virum suum dicit Apostolus Ephes. 4. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim carnem suam odit vnquam, &c.

CAPVT VIII.

Maria vidua.

SEu vidua, designata per viduam illam Evangelicam, quæ tantum duo minuta misit in gazophilacium. Luc. 21. quæ plus cunctis diuitibus posuit iuxta Domnicam

sententiam. Vnum minutum fuit eius humilitas, quæ valde minutam faciebat eam in reputatione sua, & quæ valde minutum facit hominem seipsum reputare. Vnde dicitur Angelo Philadelphie Apocal. 3. Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, id est, humilitatem. Talibus enim apertum est ostium paradisi: quia humilem spiritu suscipiet gloria. Prouerb. 29. Aliud minutum fides, quæ comparatur grano sinapis. Luc. 16. Hæc duo minuta posuit Maria, quasi in gazophilacio, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Coloss. 2. quando dixit: Ecce ancilla Domini, ecce primum minutum. Fiat mihi, &c. ecce secundum. Et bene dicta est plus omnibus obtulisse: quia omnibus humilior & omnibus fidelior. Et istud plus sonat in pretium, non in numerum: nam Dominus non considerat quantum datur ei, sed ex quanto: plus enim attendit dantis charitatem, quam muneris quantitatem, & secundum charitatis intentionem retribuit gloriam vel coronam. Nulla enim pretiosior Deo obtulit oblationem voto virginitatis, quod ipsa prima obtulit, sicut manifeste dicit beatus Bartholomæus. Dicitur etiam posuisse totum victum suum: quia in sola humilitate gloriabatur, & ei dictum est Luc. 1. Beata quæ credidisti, &c. Per humilitatem enim viuunt anima vita gratiæ, & iustus ex sua fide viuunt. Abac. 2. Vel duo minuta duplex humilitas. Item per viduam illam Sareptenam signatur Maria, quæ pauerit Eliam, id est, Christum. 3. Reg. 17. de cuius hydria non defecit farina, nec oleum de lecytho. Designatur etiam per viduam illam quæ vasa vacua impleuit oleo. 4. Reg. 4. Hoc habuisti expositum titulo de misericordia & largitate Mariæ.

CAPVT IX.

Maria mulier bona.

Mulier bona. Et nota, quod hoc nomen, mulier, quandoque sonat in sexum. Ioan. 2. Quid mihi & tibi est mulier? Item Ioan. 19. Mulier ecce filius tuus. Et ratione sexus dicitur beata Virgo mulier. Dicitur etiam mulier propter fecunditatem, de qua dictum est supra titulo, quod ipsa dicitur mater generis humani citra finem capituli. Item propter debitam Christo subiectionem. Vnde: Ecce ancilla Domini, &c. Item mulier dicitur secundum sexum femineum, non secundum corruptionem integritatis. Vnde statim vt facta est de latere viri nondum contacta à viro, mulier appellata est. Vnde Genes. 2. Edificauit Deus costam in mulierem. Vel quia mulier dicitur quasi emolliens herum, vel herocem, id est, Christum. Dicitur ipsa mulier, per antonomasiam. Qui scilicet Christus ante suam incarnationem quasi domus maris sua diuiserat: quia non poterat clare, vel aperte, calciferi, vel algero, fatigari, vel infirmari, aut mori. Hi sunt septem defectus quos patitur in vita presenti,

presenti, quos omnes suscepit in se Christus in Virgine factus homo, quæ ipsum indigne carnis mortali. Vnde filius dicit matri Iob 10. Pelle & carnibus vestisti me. Omnes enim defectus sustinuit propter quatuor: Ignorantiam: quia ipse est sapientia potentia, & omnis sapientia ab ipse est, & cum eo fuit semper. Ecclesiast. 1. 1. 1. 1. Beatus Bernardus. Libr. 4. de consideratione, Deus scientiarum Dominus est: & ipse solus nescit ignorantiam: quia totus est lux sine tenebris; totus oculus qui minime vnquam fallitur; quia minime vnquam clauditur. Oculi enim eius multo plus lucidiores super solem. Eccl. 17. Hanc auctoritatem inuenies optime expositam titulo, Benedictus fructus ventris tui. Obligatio: quia nihil est ei præteritum, nihil futurum, sed omnia presentia. Ideo dicit Moyse Exod. 3. Qui est, misere me ad vos. Pigritia: quia exultauit vt gigas, ad eundem viam mandatorum patris. Vnde dicit in Psal. Cucurri in siti, id est, in desiderio quod habui de salute generis humani. Tirillatio peccati: quia corpus eius figuratum est in arca Noë, in qua omnia animalia fuerunt pacata, id est, omnes motus sensualitatis suæ. Ante incarnationem enim erat Filius Dei quasi aurum solidum. Vnde dicit sponsa Cantic. 5. Caput dilecti mei, id est, eius diuinitas, aurum optimum. Solidum autem erat, id est, massa, sine aliqua humanitatis forma. In incarnatione verò à tota Trinitate missum est hoc aurum in fornacem, quæ fuit vterus virginalis. Eccl. 43. Fornacem custodiens in operibus ardoris, &c. Et ibi ineffabiliter fustum est opere Spiritus sancti, vt posset quasi decurrere in modulos nostros, qui sunt fames, sitis, mortalitas, passibilitas, vt supra. Et formas accepit sine characteres naturæ humanæ. Iob 28. Auro locus est in quo conflat, scilicet vterus virginis conflat Spiritus sanctus.

2. Alio etiam modo emolliuit beata Virgo Filium Dei, qui quasi durus erat antequam incarnaretur: quia offensus humano generi propter peccatum Adæ. Vnde quasi iratus totum genus humanum trudebat in infernum. Vnde dicit ei Iob 30. in persona generis humani. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Beata autem Virgo ipsum factum hominem emolliuit & placauit, & genus humanum ei reconciliavit. Vnde & in partu eius cantatum est ab Angelis: Pax hominibus bonæ voluntatis. Propter hoc etiam ipse Christus in Euangelio multò crebrius se appellat filium hominis, id est, beatæ Virginis quam filium Dei: quia emollitus est peccatis. Et in hoc etiam commendat nobis quod misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Adapta exemplum de rhinocero infra titulo, quod Maria virgo. In hoc etiam confundit superbiam nostram, qui semper numeramus genus nostrum à digniori quoad seculum, sicut fecit mulus in conuentu animalium, dicens se esse nepotem equi, nec volens recognoscere, quod esset filius asini. Similiter & nos gloriamur de parentela nobili, & non loquimur de rusticana.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

3. Item aliter. Maria intantum emolliuit Dominum, & adhuc emollit metitis & precibus suis, vt tunc maiora peccata patienter toleret, qui quondam minora durissime vindicabat. Constat enim, quod multò grauius peccant moderni Sodomitæ vel luxuriosi quam peccauerunt antiqui, qui atrociter sunt puniti. Necdum enim nata erat beata Virgo, necdum verbum caro factum est. Vnde tunc longè inferior & indignior fuit natura humana quam modo sit. Nam Christus eam assumens & sibi vnicens, maximam ei contulit dignitatem. Vnde Sap. 7. dicit natura humana de sapientia incarnata. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, id est, dona gratiarum. Vnde matri filio maxime iniuriamur fecunditate carnalium vitiorum se ipsos polluentes. Sed quanto nunc eius diutius & misericordius pepererit, tantò districtius & immisericiordius in ipsos tandem vindicabit. Vnde: Nouit Deus pius de tentatione eripere, iniquos verò in die iudicij reservare cruciandos: magis autem eos qui post carnem in concupiscentiam immunditiæ ambulauerunt, &c. Canonica Iudz. 1. Sodoma & Gomorra & finitimæ ciuitates exformatae, id est, extra naturam fornicatae, & abeuntes post carnem alteram, id est, concupiscentiam non debitam, factæ sunt exemplum ignis æterni. Similiter & hi qui carnem maculant.

4. Item notandum, quod Eva quæ fuit mulier infirma, intantum Deum exasperauit & quasi durum fecit, quod quasi oblitus est misericordiz suæ erga naturam humanam. Maria verò quæ fuit mulier fortis, intantum Deum hominem factum emolliuit, quod verò oblitus est punitionis & vindictæ erga hominem, quem vt ad eum à quo per peccatum recesserat, filius reduceret, ipsum filium formauit vel creauit pater ex vtero Virginis seruum sibi. Isa. 49. Vnde dicit. 45. Ego Dominus creauit eum, hominem scilicet. Verè enim Eva fuit mulier infirma, quæ statim infirmata est ad primum verbum diaboli Gen. 3, dicens: Ne forte mortimur. Virum etiam suum emolliuit porrigens illi mortiferum gustum pomi. Et hæc mollitio designata est per hoc quod de ossè viri formata est mulier, sicut habuisti titulo, quod Maria sponsa. Maria verò mulier fortis corroborata est ad verbum Angeli, quod apparuit quando dixit: Vitum non cognosco. Et quando ex muliere, scilicet ex Virgine formatus est vir, id est, Christus, consolidata est natura humana etiam in vtroque sexu. Opportebat enim vt de muliere salus procederet, vt peccato responderet remedium ad honorem Dei & gloriam, & vt vbi abundauit delictum, superabundaret & gratia. Rom. 5.

5. Item Maria dicitur mulier alia ratione. Mater enim solet esse magis misericors filiis quam pater. Dabat autem Deus pater filium suum in patrem, & regem iustitiæ, & ad eius iustitiam moderandam dedit nobis matrem pietatis & reginam misericordiz. Sapè enim quod iustè damnaret huius patris iustitia, clementer liberat huius matris misericordia. Vnde filij iustitia & matris misericordia dicunt quasi adiuceto: Ego occidam, & ego viuere faciam, &c.

Q 1. Quære

Quere supra causa 21. Ad hoc etiam altare dicitur tanquam aduocata à dextris filij, id est, in petitionibus bonis eius: quia peroptime congruit cum rege iustitiæ regina misericordie.

6. Hæc est mulier de qua dictum est serpenti Genes. 3. Ponam inimicitias inter te & mulierem. Quali diceret: Vide amicitiam factam inter te & mulierem, scilicet Euam. Sed inimicitias ponam inter te, & quandam aliam, scilicet Mariam, quæ conteret caput tuum. Sequitur: Et semen tuum & semen illius. Quod impletum est, quando Herodes semen serpentis statim postquam natus est, persecutus est Christum semen Mariæ. Vnde dicitur Apocal. 21. Draco stetit ante mulierem quæ erat paritura masculum, ut cum peperisset, filium eius deuoraret. Bene dicitur stetit: quia non dormitabit neque dormiet qui impugnat Israël, sicut nec qui custodit Israël. Ipsa conteret caput tuum, quod superbè erigebas exultans de homine deiecto. Vel caput tuum, id est, vitium capitale, quod est superbia initium omnis peccati, sicut dicitur Eccles. 10. pede humilitatis, vel concupiscentiam carnalem pede virginittatis. Et hi duo pedes portant animam fidelem in paradysum. Et tu insidiaberis calcaneo eius, id est, pedi, scilicet Christo qui est pes omnia supportans, cui insidiatus est diabolus principaliter, in deserto, in horto, in cruce. De anima fideli sic: Inimicitias ponam inter te & mulierem, id est, peccatricem animam quæ peccauerat per molliorem. Quasi diceret: Ipsa peenitebit, vnde tu dolebis. Et semen tuum, id est, alios demones, & semen illius, id est opera peccatrix, & misericordie, quæ tuam virtutem enervabunt. Ipsa conteret caput tuum, id est, initium suggestionis: & tu insidiaberis calcaneo eius, id est, semper sequeris eam ad decipiendum.

7. Hæc est mulier fortis, quæ à Salomone quærebatur dicente Prou. in fin. Mulierem fortem quis inueniet: Sed donec ventum est ad Mariam, non inueniebatur. Vnde sequitur: Procul & de vltimis finibus pretium eius. Procul dicit pro statu temporis, scilicet à tempore Salomonis vsque ad partum Virginis. Maria fortis contra carnem per virginittatem cuius votum prima emisit. Vnde tunc accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum, & sic contempsit legem quæ tales maledicebat. Contra mundum per paupertatem: ad quod signandum ab Angelo inuenta est clausa in thalamo. Mundi enim amatores foris sunt, id est, in occupatione quærendi exteriora. Sed talibus dicitur: Vx, vx. Amos 5. Vnde Esau venator amisit benedictionem quam acquisiuit Iacob vir simplex & habitans in tabernaculis. Genes. 25. Et Mariæ dictum est: Aue. Et hoc etiam fecit supra legem quæ temporalia promittebat. Contra diabolum per humilitatem, cuius caput contriuit, vt dictum est. Contra omne genus peccati per patientiam: quia aduersa omnia æquanimitè sustinens, & prospera omnia viriliter contemnens pro amore sponsi sui. Et oportebat, quod fortis esset mulier, quæ paritura erat masculum, & talem masculum, qui principem mundi huius foras eieceret.

Eripiesque inopem de manu fortiorum, & teius propria virtute gloriosos terre humiliaret. Et nota, quod hoc nomen, mulier, hic tantum ponitur pro sexu, vt dictum est, non pro corruptione, vel pro fractione, vel fragilitate, vel mollietate: propterea dicitur mulier quasi molliet, quæ scilicet molliem carnalis coitus sic percellit. Potest etiam Maria dici mulier propter fecunditatem spiritalis sobolis, sicut assegnatum est supra titulo, quod ipsa dicitur mulier prope finem capituli.

8. Sequitur. Quis inueniet? Quæstio fit per quis. In interrogationem. Ioan. 9. Quis est Domine, vt credam in eum? In admirationem. Isa. 60. Qui sunt isti qui vt nubes volant? In eodem 63. Quis est iste qui venit de edom, &c. In commendationem expressam, vt hic. Quis inueniet? Glossa: Qualis & quantus? Item: Quis sicut Dominus Deus noster, &c. In vituperationem & contemptum. Eccl. 13. Pauper locutus est, & dicant: Quis est hic. In difficultatem & raritatem. Prouerb. 20. Quis potest dicere, Mundum est cor meum, &c. Math. 26. Quis putas est fidelis seruus & prudens. In Plal. Quis ascendet in montem Domini, id est, quam rarus. Quis inueniet, quasi nullus, nisi solus Christus, qui gratia fortitudinis eius quæ virginittatem prima vouit, & humilitatis quæ in ea respexit, se dedit ei in pretium & remunerationem maxime huius duplicis virtutis. Et nota, quod mentio fit hic de inuentione. Similiter Luc. 1. dictum est Mariæ: Inuenisti gratiam apud Dominum. Sicut enim Mariæ fuit inuentio habere talem filium, sic Christo fuit inuentio habere talem matrem. Vnde sicut Maria dicere potest de sapientia Dei ex ea carnem assumente: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Sapient. 7. Sic & Christus de Maria: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Quia natus sum mundus de munda, immaculatus de immaculata, & de virgine virgo. Vel hæc omnia bona, membra virginea quæ de carne eius sibi aprauit, quæ immolata in cruce mundum redimere suffecerunt. Vel quis inueniet? Hic notatur maxima difficultas: quia nec alia sufficienter fortis potuit inueniri, nec alius quam Christus ipsam potuit inuenire. Vnde ipsa dicit Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi.

9. Sequitur. Procul & de vltimis finibus pretium eius. Et nota, quod hæc expositio quasi communis est Mariæ, Ecclesiæ, & fideli animæ. Dicitur ergo: Procul & de vltimis finibus pretium eius, id est, inuentoris, dicit Glossa. Vel eius, id est, fortis mulieris, scilicet Mariæ, Ecclesiæ, vel fidelis animæ, Christus scilicet, qui seipsum pretium dedit pro Ecclesia redimenda. 1. Corinth. 6. Empti estis pretio magno Ephes. 5. Christus semetipsum tradidit pro nobis oblationem & hostiam Deo, &c. Procul enim fuit pretium Mariæ, scilicet Christus, qui de caelo descendit in vterum eius: quia à summo caelo egressus eius, & ex ea assumpsit carnem & sanguinem seu corpus, quod pro ipsa sicut & pro nobis obtulit in cruce. Vnde & dicitur Christo: Redemisti virgam hæreticitatis tuæ. Isa. 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo. Vel à summo caelo, id est, ab ipsa patris

patris: maiestatis vtro abditissimo, quem nec Angeli, nec aliqui creatura penetrant, nec ipsam potuit inuenire. De quo vtro patet dicitur: Est vtro ante luciferum genitum. Et verè Christus pretium eius quod ipsam redemit procul: quia hoc beatissimè tam illucum omnes generationes, & per hoc exaltatum in caelo, & glorificatur in terra. Ipsa enim est pretiosa illa margarita, quæ quasi singularis in Euangelio introducit. Math. 13. integra carne, & spiritu, intantum concupiscibilis, vt quinos animos in se conuerteret, & vt tota Dei fieret, in cuius negotiatione absque omni exceptione negotiator celestis omnia sua distrahit & commutat. Vnde canitur: O admirabile commercium. Margarita etiam ista totum se Deo dedit, & omnia diuina sibi vendicans mutauit. Nam & Deus illam elegit, & in eius comparatione omnia sua contulit, & quasi pro ipsa habenda expendit omnia sua propria, id est, diuina, de quibus dicit Ioan. 16. Omnia quæcumque habet pater, mea sunt. Habet pater immortalitatem, aternitatem, & litem: hoc etiam habent Filius & Spiritus sanctus. Hoc habet Virgo Maria. Sed aliter & aliter. Et verè Maria pretiosa margarita: quia sicut dicitur Prouerb. 26. omnis ponderatio non est digna continentis animæ. Quære expositionem titulo de verecundia Mariæ. Nec fuit de terra pretium eius, sed de caelo: quia nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter inuentum. Iob 28. Procul, id est, præ aliis omnibus, & de vltimis finibus, scilicet caelo & terra. In caelis incorruptio, in terra fecunditas, quæ duo præ aliis sunt pretium eius. Vel vltimi fines homo & Angelus. Integritas pretium Angeli, fecunditas pretium hominis. Vel procul vergente mundi vespere solum est pretium eius, scilicet sanguis Christi quo redempta est & comparata. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus, &c. Vel ad literam pretium, id est, excellentissima & gloriosissima cellitudo Mariæ, fuit procul, & de vltimis finibus, quando venerabiles Magi de longinquis regionibus ad sanctissimum eius partum venientes, obtulerunt sibi suo munera pretiosa, & Dei hominis veram natiuitatem ostenderunt. Vel vltimi fines, vltima ipsius humilitas, qua nulla profundior, nulla maior, merito cuius oculis Domini facta est pretiosa. Vel de vltimis finibus, id est, de coniunctione Dei & hominis, qui sunt vltimi fines. Vnde Sap. 8. dicitur de sapientia: Attingit à fine vsque ad finem fortiter, &c. Quæ scilicet coniunctio operè Spiritus sancti facta est in vtero eius. Et possunt quatuor fines beatæ Virginis congruè adaptari. Finis inferior, eius humilitas quasi humi latens. Finis superior, eius virginittas quæ non est terrena vitæ, sed celestis. Dexter & sinister, charitas quasi in latum extensa ad amicos & inimicos. Vel dexter, temperantia contra prosperitatem. Sinister, patientia contra aduersitatem. Et ratione horum finium, id est, harum virtutum in partem facta est pretiosa. Aliter: Procul & de vltimis finibus pretium eius, scilicet Christus, qui procul est à nostro defectu per incomparabilem bonitatem. Vnde ad Rom. 9. Qui est super omnia Deus benedi-

ctus. Vnde procul à nostra comprehensione per substantiæ infirmitatem seu per virtutem infinitam. Prouerb. 30. Quod nomen est eius, & quod nomen filij eius si nosti? Procul & de vltimis finibus pretium, id est, pretiosus sanguis pro ea in cruce effusus. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus, &c. Item 1. Cor. 6. Pretio empti estis, &c. Pretiosa margarita fidei. Math. 13. Inuenta vna pretiosa margarita. Pretiosus spiritus, id est, voluntas. Prouerb. 17. Pretiosus spiritus vir eruditus. Pretiosa mors, id est, carnis mortificatio vel martyrium. Pretiosum vnguentum deuotionis. Ioan. 12. Mulier habens alabastrum vnguenti. Luc. 7. Math. 26. Pretiosus fructus bonorum operum, ex quo celestis retributio. Iacob. Ecce agricola, &c. Pretium in quo redimitur anima, sunt virtutes & bona opera. Prouerb. 13. Redemptio animæ viri, dignitas suæ. Hoc pretium procul & de vltimis finibus venit: quia omne datum optimum de iuribus est. Iacob. 1.

10. Hæc est vna mulier Hebræa, quæ fecit confusionem suam in domo Nabuchodonosor. Vna, id est, discreta ab omnibus aliis mulieribus Hebræis. Ecce enim Holoserne iacet in terra, & caput eius non est illo. Istud ad litteram legitur de Iudith eiusdem 14. in figura Mariæ, quod est mulier vna, id est, singularis dignitate, potestate, charitate, & presidio. Sap. 7. Cum sit vna, omnia potest. Mulier, vt supra. Hebræa, id est, transiens, quæ ad maternitatem de virginittate transit manens virgo, de ancilla transit ad reginam, de filia Dei in matrem Dei. Nec aliqua ita perfecte transit mundum transeuntem & concupiscentias eius. Aliter. In hoc quod dicitur vna, notatur singularitas in privilegio conuersationis excellentia sanctitatis. Vna scilicet mulier sola & privilegiata speciali virtutum & operum eminentia supergressa vniuersas Ecclesiæ filias. Hebræa, id est, transiens: quia cum alij transeant de malo ad bonum, de bono ad melius, & huiusmodi, hæc præcipue viam huius mundi impolluto calle transit. Transit etiam per aquam, id est, per consolationem talis parrus primò, sed in filij passione per ignem multiplicis tribulationis ad refrigerium vitæ æternæ. Ipsa etiam est mulier Hebræa aduocata per gratiam ad nutriendum Moysen infantulum, id est, Christum. Exod. 2. Sequitur: Fecit confusionem in domo Nabuchodonosor, hoc est, in inferno, cuius iumbum quacuauit per filium, & captiuus illis caelum aperuit. Et ideo porta paradisi clausa per Euam, per eam iterum aperta est. Nec malignos spiritus qui seruos suos impugnant, confundere vnquam cessat. Per eam enim Holoserne iacet in terra, quia eius adiutorio & exemplo vilipenditur mundus, cuius contemptum Christus docuit verbo & exemplo. Et caput eius non est in illo: quia princeps mundi per eam cecidit est foras, scilicet à cordibus electorum. Ioan. 12. Abscessio enim diabolici capitis est diminutio suæ potestatis.

11. Hæc est mulier de qua loquitur Zorobabel 2. Esdræ 9. fortior vino & rege. Quod enim non potuit vinum libaminum, nec aliquis rex Hebræorum, fecit ipsa per filium. Liberauit

8.

9.

10.

11.

rauit enim genus humanum, ad quod non sufficiebant legis sacrificia, nec prælatorum quantacumque iustitia. Confregit enim cornua ceratibus, dum contriuit pede virginitatis luxuriam, & pede humilitatis superbiam. Hæc est mulier Chananza egressa de finibus Tyri & Svdonis, id est, de profundo secularis conuersationis, quæ clamat ad Deum pro filia, id est, peccatrice anima, cuius etiam personam misericorditer in se transformat dicens: Miserere mei fili Danid. Et cui misericorditer responderet filius: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Hæc est mulier de qua dicitur: Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, &c. Ille enim qui legem dederat, seruos lege oppressos redemit, & sanguinem quem de Virgine traxerat, pro eis in cruce libauit, & sic prius seruos libertati restituit. Hæc est mulier fidelis, per cuius fidem saluatus est Adam vir infidelis, quem sefellerat infidelitas primæ mulieris, nec ipsum solum, sed & totam posteritatem suam. Vnde Apostolus dicit. 1. Corinth. 7. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem. Hæc est mulier gratiosa, quæ inuenit gloriam Prouerb. 11. quæ primò dicta est gratia plena, ecce gratiosa: & inuenit gloriam triplicem singularem. Prima fuit quando filium Dei concepit, qui est gloria patris: quia gloria patris filius sapiens. Prou. 10. Secunda: quia post eius concepsum nullo modo peccare potuit. Tertia, quando in assumptione innixa dilecto, in cælum ascendit, & ad eius dexteram, id est, in potioribus bonis eius gloriosa resedit. Hæc est mulier amicta sole. Apoc. 12. Quære titulo de assumptione. Ipsa mulier sapiens ædificans domum suam. Prou. 14. Et cuius species in ornamentum domus suæ. Eccl. 26. Hæc est mulier sedula, sicut ibidem dicitur. Ipsa mulier sensata & tacita, sancta & pudorata, stabilis & in corde gerens mandata Dei. Totum in eodem capitulo. Ipsa mulier virginitatis designata per Ruth, eiusdem 3. Mulier incomparabilis. Iudith 11. Mulier circumdans virum. Ierem. 31. Mulier ex omnibus. Eccl. 7. Mulier quæ dedit filium suum ad comedendum primum 4. Reg. 6. Mulier diligens corona suo viro, scilicet Ioseph, & addens ei annos vitæ. Prouerb. 12. Eccl. 26. Ipsa mulier fortis oblectans virum suum: quia lætificauit Ioseph, & annos vitæ eius in pace impleuit, id est, ad finem cum pacis plenitudine adduxit. Mulier habens drachmas. 10. Luc. 15. Ipsa pars bona: quia mulier bona. Prouerb. 12. scilicet pia & casta, benigna & modesta. In his quatuor præcipue consistit bonitas mulieris, si sit corde benigna, id est, bene ignita, scilicet igne charitatis, opere misericors, in sermone modesta, quod difficile reperitur, mente & corpore pudica. Mulier bona, cuius beatus vir. Eccl. 26. Mulier quæ vbiicumque non est, non est nisi gemitis & egestas. Eccl. 36. Vbi non est mulier, ingemiscit egens. Vbiicumque enim non est Maria per gratiam, non potest esse nisi miseria & egestas.

Post hoc debuit scribi quomodo Maria mulier ex omnibus, scilicet bonis mulieribus col-

lecta omnium bonarum mulierum proprietates in se representans, quod sic assignandum est, ut incipiatur ab Eva, & descendatur per omnes bonas mulieres, de quibus legitur in Biblia, & ostendatur quomodo omnes aliarum bonas proprietates habuit, & in se representauerit, descendendo vsque ad mulierem amictam sole. Apoc. 12.

CAPVT X.

Maria virgo.

Virgo. Nota, quod virgo dicitur à viridiori ætate, sicut virga & virgula, & ab incorruptione, quasi virago, eò quod ignoret femineam passionem: sed tamen non rectè dicitur virago si non facit opera virilia sicut Amazonæ. Virgo autem dicitur per sincopam quasi virago, id est, viriliter agens. In hoc enim quod sincopa tollit de medio, designatur humilitas quæ de medio eius, id est, de corde tulit omnimodam præsumptionem & tumorem superbiæ, quæ infusa repellit. Ierem. 2. Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, quod est summa eius pulchritudo. Aut sponsa fasciæ pectoralis, id est, summæ sapientiæ suæ. Viriliter enim egit Virgo Maria, imo virilius omnibus creaturis, quando accinxit fortitudine lumbos suos, & prima emisit votum virginitatis absque omni humano præcepto, consilio, & exemplo, sola inspiratione Spiritus sancti, sicut dicit beatus Bernard. Ideò de ipsa dicitur Prouerb. in fin. Accinxit fortitudine lumbos suos: quod apparuit, quando dixit, virum non cognosco. Quære titulo de verbis eius, vbi agitur de eius sapientia. Et nota, quod sicut materia corporis Euz sumpta est de viro, sic nomen eius de nomine viri. Fecit etiam hæc virago viriliter vincendo diabolum, sicut prædictum erat Genes. 2. Inimicitias ponam inter te & mulierem, &c. Ipsa conteret caput tuum, &c. Ideò in eius figura dictum est Iudith. 15. Tu gloria Ierusalem, &c. vsque, viciisti viriliter, &c. Fuit etiam Maria virago: quia egit virum suum, id est, Christum, qui toties vocat eam sponsam in Cantic. quando ex magnitudine fidei consentit, ut de eius substantia fieret Christus homo. Vnde Gal. 4. dicit Apostolus ipsum factum ex muliere, &c. Vnde etiam potest dicere de Christo illud Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. Eva enim dicta est virago: quia de viro suo sumpta est. Gen. 2. Maria virago: quia de ipsa sumpta est vir suus. Quod tunc factum est, quando consentium suum expressit, dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Luc. 1. Vel ideo forte quasi prophetice dicta est Eva virago: quia viro suo dominatura erat, quod fait, quando vir consentit ei in malo. Quando enim mulier fit virago, tunc vir efficitur mulieris. Tamen in hoc figurauit Eva Mariam, quæ in quantum mater dominaturæ erat Christo, & facta est virago, quando filius eius subditus non solum illi, sed & Ioseph propter eam, sicut dicitur Luc. 2.

Moraliter. Virago dicitur quælibet persona, siue sit vir, siue sit mulier, viriliter agens. Vnde de matre Machabæorum dicitur 2. Machab. 7. Adam

Adam etiam expulsi de paradiso, originalem mundum deleuit diluuijo. Sodomitæ igne conpluror & sulphure demersit in inferno, & huiusmodi. Sic in celo, sic in terra ille vnicornis sauebat, donec gloriosa Virgo nostra ipsum in huius castellum intrantem suscepit in domum suam, hoc est, in gremium veteri virginis velur vnicornem in sinu, & ipsum vestiuit carne virginea, in qua incomprehensibilis secundum deitatem capi dignatus est à venatoribus, gentilibus scilicet, & Iudæis, & adductus spontaneæ occisioni se passus est crucifigi. Dicit etiam Glossa super illud Iob 39. Nunquid volat rhinoceros seruire tibi? quod rhinoceros caput se intuens, ex indignatione moritur. Sic & Christus mortuus est ex indignatione quam habuit contra peccata. Vnde in persona eius videtur dixisse Ezech. 3. Abij quasi spontaneus, amarus scilicet ad amaritudines passionis, in indignatione spiritus mei quam habui contra peccata.

CAPVT XI.

Maria virago.

Virago, id est, virum agens, vel viriliter agens. Viriliter enim egit vouens prima virginitatem absque omni humano præcepto, consilio, & exemplo, sola inspiratione Spiritus sancti, sicut dicit beatus Bernard. Ideò de ipsa dicitur Prouerb. in fin. Accinxit fortitudine lumbos suos: quod apparuit, quando dixit, virum non cognosco. Quære titulo de verbis eius, vbi agitur de eius sapientia. Et nota, quod sicut materia corporis Euz sumpta est de viro, sic nomen eius de nomine viri. Fecit etiam hæc virago viriliter vincendo diabolum, sicut prædictum erat Genes. 2. Inimicitias ponam inter te & mulierem, &c. Ipsa conteret caput tuum, &c. Ideò in eius figura dictum est Iudith. 15. Tu gloria Ierusalem, &c. vsque, viciisti viriliter, &c. Fuit etiam Maria virago: quia egit virum suum, id est, Christum, qui toties vocat eam sponsam in Cantic. quando ex magnitudine fidei consentit, ut de eius substantia fieret Christus homo. Vnde Gal. 4. dicit Apostolus ipsum factum ex muliere, &c. Vnde etiam potest dicere de Christo illud Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. Eva enim dicta est virago: quia de viro suo sumpta est. Gen. 2. Maria virago: quia de ipsa sumpta est vir suus. Quod tunc factum est, quando consentium suum expressit, dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Luc. 1. Vel ideo forte quasi prophetice dicta est Eva virago: quia viro suo dominatura erat, quod fait, quando vir consentit ei in malo. Quando enim mulier fit virago, tunc vir efficitur mulieris. Tamen in hoc figurauit Eva Mariam, quæ in quantum mater dominaturæ erat Christo, & facta est virago, quando filius eius subditus non solum illi, sed & Ioseph propter eam, sicut dicitur Luc. 2.

Moraliter. Virago dicitur quælibet persona, siue sit vir, siue sit mulier, viriliter agens. Vnde de matre Machabæorum dicitur 2. Machab. 7.

Femineæ cogitationi virilem animum inferens. Vel quia talis mulier virum agit, id est, virilia opera, & masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant, scilicet viragines.

CAPVT XII.

Maria princeps.

Princes designata multipliciter in Sen Per Saran quæ interpretatur princeps, vel carbo, & rectè princeps: quia & filia principis, id est, Dei patris. Cant. 8. & mater principis, id est, Christi, qui dicitur princeps regum terræ. Apocal. 1. Hæc autem princeps à tota Trinitate data est Ecclesie, ut per eam princeps mundi, id est, diabolus, qui dicitur princeps, id est, principium captiuitatis eiceretur foras, scilicet à cordibus electorum. Ioan. 12. Ille enim princeps primam mulierem captiuitauit, sed ab ista principe captiuatus est. Vnde Genes. 3. Ipsa conteret caput tuum, &c. quod non solum semel, sed quotidie fit cum à viris iustis eius adiutorio diabolus expugnatur. Dicitur autem Maria princeps, quasi principium capiens, id est, illum qui dicit Ioan. 8. Ego principium, qui & loquor vobis. Vel quasi primum capiens, id est, illum qui dicit Apocal. 1. & Ista. 48. Ego sum primus & nouissimus. Vel dicitur princeps à principio, & à principatu. A principio: quia Christo dedit principium essendi secundum humanam naturam, quam assumpsit ex ea. Vnde dicit ei Christus Iob 10. Pelle & carnibus vestisti me. A principatu: quia cælorum facta est regina in sua assumptione, & sola cum Deo principatur in celo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Vnde & designatur per Israel, qui interpretatur princeps cum Deo. Vnde Christus dicit Osee in fin. Ero quasi ros Israel, id est, beata Virgo, germinabit quasi lilium. Quære titulo de rose. Item de hac principe dicitur Ista. 32. Princeps, id est, Maria, quæ digna sunt principe cogitabit, scilicet cogitationes pacis, & non afflictionis. Ierem. 29. Ipsa etiam cum filio Apocal. 1. potest dici congruè princeps regum terræ: quia ad eius principatum pertinent illi qui ut regnent in celo, bene regnent in terra, & bene regant se & subditos suos.

CAPVT XIII.

Maria regina.

Regina, de qua dicitur Christo per Psal. Assir rex regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Commendatur autem hæc regina à multis. Primò à promptitudine serupendi vel ministrandi: quia abire ministrantis est, vbi dicitur: Assir. Daniel. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. 3. Reg. 20. dixit Salomoni regina Saba: Beati serui tui, qui stant coram te semper.

per, &c. Secundò à promptitudine auxiliandi: quia altare auxiliantis est. Vnde: Stephanus vidit IESVM stantem, scilicet quasi iuuare paratum. Act. 7. Item Apocal. 14. Vidi supra montem Sion agnum, id est, Christum, qui est agnus per innocentiam stantem, quasi iuuare paratum. Tertio à promptitudine contradicendi aduersariis nostris accusantibus nos in curia vnigeniti sui: quia altare contradicentis est. Et idè ipsa dicitur aduocata nostra: quia in conspectu Dei bonum pro nobis loquitur, & contradicit aduersariis nostris, quæ sunt duo officia aduocatorum. Quære causa 22. Quarto à perseverantia in supra dictis: quia altare perseverantis est. Vnde Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, id est, persevera in hac duplici virtute. Ipsa enim indefinenter & perseveranter opitulatur seruis suis, nec vnquam deserit hominem nisi prius ab homine deseratur. Idè dicitur: Astitit. Et prophetica certitudine posuit David præteritum pro futuro. Quintò à regia dignitate, auctoritate, potestate, maiestate, & huiusmodi. Vnde: Regina, vt infra. Sextò à consensu ad dexteram filij. Vnde: A dextris tuis, id est, in portioribus bonis tuis. Qui videlicet consensus designatur. 3. Reg. 2. vbi dicitur, quòd Berabece positus est thronus regius, & sedit ad dexteram regis Salomonis. Septimò à speciositate & pretiositate vestimenti, id est, corporis glorificati. Vnde: In vestitu deaurato, id est, in corpore glorificato, sicut dicit beatus Bernardus. Octauò à vestimentorum, id est, virtutum vel meritorum seu dignitatum vel præmiorum multitudine. Vnde: Circundata varietate. Nonò à boni exempli diffusionem. Vnde: Circundata: vt qui viderint, id est, qui intellexerint, ædificentur, & ad simile inuidentur.

2. Aliter, vt de præsentem intelligatur, ostensa sunt prophetæ in spiritu Mariæ dignitas & officium. Vnde admirans dicit Christo: Astitit regina, &c. In hoc quod dicitur regina, notatur dignitas Mariæ. In verbo astitit tria præcipue designantur, iuge ministerium, fidele adiutorium, breue solarium. Ministravit enim coram Deo Trinitate. Vnde dicit: In habitatione sancta coram ipso ministravi. Ministravit autem primo Elizabeth parienti, sicut colligitur ex Luc. 1. Deinde Filio Dei ex se nato: & idè se nominavit ancillam, cuius est ministrare. Nec solis illis, sed & nobis ministrare non cessat exemplo filij, qui non ministrari venit, sed ministrare. Marth. 20. Item impugnatis, & maxime seruis suis astat & assistit adiutrix fidelissima, quibus mundus, caro, demonia diuersa mouent prælia: ipsa enim amatoribus suis murus est inexpugnabilis, & turris fortitudinis, terribilis malignis spiritibus, vt castrorum acies ordinata, id est, sicut vniuersitas sanctorum. Stetit etiam in præsentem terram habens sub pedibus: quia nunquam in terrenis delectata, imò suppeditauit omnia temporalia. Vnde Apoc. 12. describitur lunam habens sub pedibus, id est, sub affectibus omnia mutabilia.

3. Maria regina propter significationem. Designatur enim per reginam Saba. 3. Reg. 10. &

2. Paral. 9. & per Esther reginam. Propter regiam parentelam & generis nobilitatem. Quia regali ex progenie Maria, orta de tribu Iuda, clara ex stirpe David. Fuit enim de tribu sacerdotali & regia: quia Christum paritura erat, qui est rex & sacerdos.

Vnctionem. Vnde dicitur ei: Vnxit te Deus omnium per creationem, Deus filius, tuus secundum humanitatem, oleo lætitiæ quo Spiritus sanctus propriè intelligitur, quo repleta est ex vtero matris suæ. Non enim ad mensuram dedit illi Deus Spiritum sanctum. Ioan. 3. Cuius gratia non solum impleta, sed etiam cumulata, vt de ea plenitudine acciperet omnis mundus gratiam pro gratia. Ioan. 1. Præ participibus tuis quæ sunt omnes & singulæ bonæ mulieres, virgines, viduæ, & coniugatæ: quod ostenditur, cum ei dicitur: Benedicte tu in mulieribus.

Desponsationem, cui dictum est Osez 2. Sponsabo te mihi in fide, &c. Quære supra, vbi Maria dicitur sponsa.

Dotationem, cui sponsus suus rex primò gratiam, secundò gloriam, imò & regnum cœlestem cum omnibus pertinentiis suis contulit loco dotis. Vnde in figura eius dixit Lia Gen. 30. Dicitur me Deus dote bona.

Dignitatem: participat enim, vt dictum est, regnum cœlestem cum filio, & quæ in præsentem se exhibuit humilem ancillam, ibi tanquam sublimis regina à sanctis omnibus adoratur, iuxta illud Eccl. 11. Ab humilitate exaltauit caput eius, maxime quando coronata est gloria & honore.

Potestatem, qua potenter subuenit peccatoribus, ab ipsis fideliter inuocata, sicut patet in Theophilo, vt ipsi congruè possit attribui illud Prouerb. 20. Rex qui sedet in folio iudicij, &c. Et dicitur: Regina quæ sedet in folio iudicij. Quære supra causa 24.

Largitatem: largitur enim seruis suis dona gratiarum, vestes virtutum, thesauros meritorum, & magnitudinem præmiorum. Vnde & ipsa dicit Prouerb. 8. Mecum sunt diuitiæ & gloria, id est, diuitiæ gloriolæ, &c. Quære titulo de diuitiis eius. Ipsa enim dat omnibus affluenter, & non improperat. Iacob. 1. De largitate eius inuenies titulo de misericordia eius.

Liberalitatem: liberalis enim est: quia liberalitas est virtus omnibus exposita, communis alloquio, dulcis obsequio, omnium bonorum familiaritatem retinens: & hæc descriptio bene conuenit libertati Mariæ.

Protectionem. De protectione eius inuenies titulo de hortu. 5. 9. vbi hortus dicitur latibrosus, & causa 24.

Custodiam: tradita est enim custodienda Egeo eunuchus, exemplo reginæ Esther, per quem scilicet eunuchum signatur Gabriel, vel melius Ioan. Baptista virgo electus à Domino. Vel etiam pluribus eunuchis, qui designant Angelos, iuxta illud Psal. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.

Coronationem: coronata est enim in reginam in sua assumptione, sicut ei promiserat filius Cantic. 4. Veni de Libano, veni coronaberis.

beris. Idè designata est per Esther, quam rex Assuerus accepit in uxorem, & voluit esse reginam, & posuit diademata regni in capite eius, id est, coronam virtutum in gratia adimplerone, & coronam gloriæ in assumptione. Caput Mariæ dici potest humilitas ipsius, merito cuius coronata est in reginam: vel etiam virginitas, cui debetur aureola.

Amplitudinem regni. Regnum enim Assueri latum valde describitur, scilicet ab India vsque ad Æthiopiam super 127. prouincias. De Christo autem dicitur: Dominabitur a mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Hoc ad litteram, quod est dicere: Dominabitur per totam terram, quæ mari ambitur: quia de omni gente aliqui credent in eum per prædicationem Apostolorum. Et à flumine Iordanis, vbi incipit dominari, dicitur patre Matth. 3. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Vique ad terminos orbis terrarum: quia inde incipientes Apostoli per totum orbem fideles ei seruitos acquirunt. Moraliter. A mari vsque ad mare. Vnum mare penitentia, aliud mare tribulatio, flumen affluentia temporalium, termini orbis terrarum sunt contemptus terrenorum & desiderium æternorum. In illis qui conuersantur in his terminis, Dominus per gratiam dominatur. Regnum autem Christi & Mariæ quod idè regnum est, extenditur & continet quasi tres prouincias, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et est æternum regnum istud. Vnde dicitur ei: Regnum tuum omnium seculorum. Dan. 2. Regnum quod est in æternum, non dissipabitur, &c. Aliet. Regnum Dei consistit in duobus, scilicet in misericordia & iustitia: & Filius Dei sibi quasi retinuit iustitiam vel dimidiam partem regni, mater concessit misericordiam quasi dimidiam aliam partem. Vnde & dicitur regina misericordis, & filius sol iustitiæ. Et hæc quasi participatio figurata est Esther 7. vbi dixit ei Assuerus: Quid vis Esther, & quæ est petitio tua? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Decenter enim moderata est matris petitio in his verbis. Quamuis enim regnet Assuerus, id est, Christus, in misericordia & iustitia, tamen ante beatam Virginem non erat dimidiatum regnum, nec erat dimidiata misericordia cum iustitia, quando maior sentiebatur sententia iustitiæ, quam clementia misericordis, quando lugebat Iob 20. dicens: Multiplicas vulnere mea etiam sine causa, id est, sine meo æquali peccato. Et dicit, vulnere pluraliter: quia multiplex erat vulnus, scilicet corruptibiliter nasci, miserabiliter mori, pro originali damnari, iustos etiam in limbo inferni detineri. Dimidiaretur regnum si æquali libertate sententis & misericordis: sed quia plus exigit infirmitas nostra, & diuinam decet largitatem dare plusquam petatur, sic moderata est petitio, vt minus sit in petitione, & plus in donatione. In petitione donatur regnum dimidiam, & in donatione largitur quod est supra dimidium, vt scilicet misericordia superuincat iudicium.

3. Hæc regina, id est, Maria designata est per reginam Saba, de qua sic legitur. 2. Reg. 10.

& 2. Paral. 9. Regina Saba ingressa est in Ierusalem cum comitatu multo, & diuitiis, & camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis & gemmas pretiosas, & venit ad Salomonem, & locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo: & docuit eam Salomon vniuersa verba quæ proposuit. Et paulò post: Rex autem Salomon dedit reginæ Saba quæ voluit & petiit ab eo, exceptis his quæ vltro obtulerat ei munere regio. Et nota, quòd 2. Paral. legitur, quòd rex Salomon dedit reginæ Saba multò plura quam attulerat ad eum. Hæc regina signat Mariam, quæ appellatur regina, vt supra. Saba interpretatur conuersio vel incensio. Hæc est Maria, quæ peccatores conuertit & eorum affectus per charitatem incendit. Dicitur ergò regina Saba, id est, Maria ingressa est Ierusalem supernam, in sua assumptione. Ierusalem interpretatur visio pacis, & signat vitam æternam, in qua facio ad faciem videtur ille qui est pax nostra, Christus scilicet, qui in effusione sanguinis sui in cruce pacificauit nos Deo patri, quem nunc videmus velatum in altari sub specie panis & vini: præcedit enim fides cognitionem, & meritum præmium suum, quod erit videre eum in futuro sicuti est. In tractatu nostro de Eucharistia inuenies multa de huiusmodi. Sequitur: Ingressa est in Ierusalem cum comitatu multo. De superna Ierusalem dicit Apostolus ad Galat. 4. Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum. Comitatus ille de quo hic fit mentio, designat solennem illam hodiernam processionem Angelorum & sanctorum, quam Mariæ Virgini assumptæ in cœlum ad æthereum thalamum, in quo rex regum stellato sedet folio, credimus obuiam processisse. Vnde Hieronimus: Gaudia æternæ vitæ feliciter hodie beata Virgo introiuit, æternantibus himnidicis Angelorum choris, infra pascua æternæ viriditatis, vbi vna societas ciuium supernorum, vbi dulcis solennitas Angelorum, vbi post labores & ærumnas felix & suavis est refectio animarum.

Huic processionem interfuisse credimus filium, qui præcesserat eam ad cœlestia regna, vt ei pararet, sicut discipulis suis promiserat, in æthereis mansionibus locum immortalitatis, vt regina misericordis cum filio suo rege iustitiæ regnaret in perpetuum. Et hoc est quod canitur in sequentia ex verbis Hieronymi: Iesus & ipse festinus tibi matri cum Angelis occurrens, &c. Alioquin minus videretur implese præceptum illud Exod. 20. Honora patrem & matrem. Vtique qui hoc præcepit, hoc fecit: quia cepit Iesus facere & docere. Act. 1. Et hoc testantur Angeli, imò & omnes sancti, qui considerantes Virginem ascendentem de terra ad cœlum in sua assumptione, dicunt admiratiue. Cant. 8. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Quomodo ad litteram inueneretur dilecto, nisi præsens esset dilectus. Quia verò ius est & consuetudo, quòd proceres regni interesse tenentur coronationi regis & reginæ, credibile est, quòd singuli & vniuersi Angelorum ordines & sanctorum reginæ suæ coronandæ præsentialiter obuiarunt. Et hoc est

Vide lib. de Eucha. d. 4.

est quod legitur: Adduxit Dauid arcam Domini in ciuitate Dauid cum gaudio: & erant cum eo septem chori & victima vituli, id est, vitulorum ad literam: quia secum ducebant vitulos ad immolandum. Dauid Christus. Arca beata Virgo. Ciuitas Dauid paradysus. Septem chori, sanctorum vniuersitas plena gratia septiformi. Victima vituli, laus victoriz Christi, qui pro nobis immolatus diabolo vicit in cruce. Istud inuenies in illo sermone de assumptione: Inuenerunt sacerdotes, &c.

Interfuisse etiam creduntur Angeli Dominam suam & forem suscepturi, quæ vitam Angelicam, imò plusquam Angelicam duxit in terris, in carne viuens præter carnem, per cuius videlicet partum reintegratus est numerus Angelorum ex casu luciferi diminutus.

Creduntur etiam interfuisse Patriarchæ, de quorum stirpe descendit ipsa, sicut canit Ecclesia: Natiuitas gloriosæ Virginis Mariæ ex semine Abraham, ortæ de tribu Iuda clara ex stirpe Dauid, quæ caput est & gloria, laus & honor generis sui. Per cuius partum virginalem extracti sunt de inferno & in paradysum introducti. In qua sola consistebat tota spes salutis eorum. Ipsa est etenim, ex qua & per quam sanctus Iacob iam morti proximus vitam sperabat æternam, dicens Genes. 49. Salutare tuum expectabo Domine. Per eam enim ipse Deus rex noster ante secula disposuit operari salutem in medio terræ, quæ dispositio sanctos non latuit Patriarchas.

Creduntur nihilominus interfuisse & sancti Prophetæ, Isaias, Dauid, & cæteri, qui quod prædixerant de partu Virginis, de humilitate siue passione Saluatoris, de redemptione humani generis, in ea & per eam gratulantur impletum, gratias agentes illi interminabiles, quod per eam fideles inuenti sunt sicut perierat Eccles. 16. Da mercedem Domine sustinentibus te, vt Prophetæ tui fideles inueniantur. Da mercedem illam, scilicet quam oculus non vidit, &c. Vel merces ista beata Virgo, qua præmiati sunt præsentia Saluatoris. Psal. Filij merces fructus ventris. Sustinentibus te, id est, expectantibus aduentum tuum, vt Prophetæ tui qui hoc promiserunt, fideles, id est, veraces inueniantur, impleta eorum promissione.

Interfuerunt & Apostoli adhuc viuentes in carne, sacro eius transitui, & eius exequias deuotis laudibus & obsequiosa reuerentia celebrarunt. Ad quorum etiam presces dicitur Filius Dei ipsam à mortuis terra die suscitasse. Inter quos ipsa beata Virgo post filij ascensionem intrans & exiens familiaris contulit de Christi incarnatione, tantò verius, quantò ab initio plenius per Spiritum sanctum cuncta didicerat & perpexerat oculis vniuersa, sicut dicit Hieronymus.

Interfuisse creduntur & martyres huic processioni, cum quibus eidem non defuit gloria martyrij. Quod quia in ea parte quæ impassibilis est, sic dicit Hieronymus, hoc est, in anima pass. est, plusquam martyr, non immerito censetur. Et sicut virgo Virginum, sic & martyr martyrum appellatur. Et ideo canit Ecclesia in hac solemnitate: Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia conual-

litum. Per flores rosarum martyres suo sanguine purparati, per lilia conualium casti & humiles designantur.

Interfuisse etiam creduntur & confessores, quorum sobrietas & temperantia seu contemplatio non defuit Mariæ, quæ filij potentiam & impensam sibi multiplicem gratiam confessa est, dicens: Fecit mihi magna qui potens est, &c. Et hæc est confessio laudis diuinæ. Interfuerunt & sanctissimæ virgines & beatæ adolescentulæ adherentes ei familiariter, currentes in odoribus vnguentorum ipsius, & sequentes eam quocumque ierit. Vnde in Psal. Adducuntur regi virgines post eam. Hic est ergo comitatus magnus & multus cum quo regina cælestis in supernam Ierusalem hodierna die creditur introisse.

Sequitur. Et diuitiis. Diuitiæ istæ cum quibus ingressa dicitur Maria Ierusalem, sunt illæ diuitiæ de quibus dicitur in fine Proverb. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Istæ diuitiæ sunt virginalis fecunditas, & fecunda virginitas, humilis charitas, & charitativa humilitas, benigna misericordia, & misericors benignitas, pia mansuetudo, & mansuetissima pietas, & huiusmodi.

Item istæ diuitiæ sunt illæ duodecim prærogatiuæ, de quibus assignatum est supra. Istæ diuitiæ sunt illi thesauri incomparabiles gratiarum & donorum, dignitatis & potestatis, honoris & honestatis, meritorum & præmiarum, quibus ditata est Maria, quando Dominus multiplicauit locupletare eam. Huiusmodi diuitiis quas secum attulit supra humanum intellectum, adaucta est gloria Angelorum & sanctorum animarum.

Sequitur. Et camelis portantibus aromata. Camelus dicitur à cami Græco, quod sonat humile & breue: quia quando onerantur, vt breuiore & humiles fiant, accubant. Vel à camur, quod Græcè sonat curuum: quia camelus curuus est dorso. Camelus qui gibbosus est animal, & factus domesticus flexis genibus incuruatur, vt valeat onerari, peccatorem conuersum designat, qui quandiu versabatur in peccatis, magnus erat in oculis suis per præsumptionem superbiæ, gibbosus per strumas cupiditatis & auaritiæ, bestialis per brutalitatem gulae & luxuriæ, & huiusmodi, inclinat autem ad penitentiam cum mansuetudine suscipit onera cuiuslibet satisfactionis sibi impositæ. Per aromata quæ cameli isti deferunt, designantur partes veræ penitentis & satisfactionis, scilicet ieiunia, vigilia, orationes, lachrymæ, peregrinationes & huiusmodi: hæc enim more aromatum medicinalia sunt animæ peccatrici, & faciunt eam coram Domino redolere. Vnde dicit Apostolus in persona penitentis. 1. Corinth. 2. Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt. Gratiæ tibi ô Domina, quod camelos tuos aromatis oneras, id est, peccatores prius distortos & gibbosos, quos misericorditer conuertis gratis, redolentibus ditas, & eis voluntatem & desiderium satisfaciendi filio tuo per penitentiam subministras.

Sequitur. Et aurum infinitum nimis. Portant aurum isti cameli, quando per Mariæ misericordiam conuersi peccatores, illis quatuor virtutibus

virtutibus, scilicet castitate, continentia, castitate, & mansuetudine, & mansuetudine. Dicitur autem aurum, quia aurum est purissimum, & purissimum pro virtutibus hæc habitus, duratura est in æternum: & ideo infinitum nimis. Et bene dicitur nimis: quantum ad se nimis profectus in gratia, in virtute, in bona operatione, & custodia mandatorum Dei, nunquam debet tibi sufficere, sed semper inhiare debes ad maiora & meliora. Apud oli dicitur ad Phil. 3. Posteriorum oblitus, &c. Et hæc nimietas non sonat in vitio, sed in desiderio. Vnde de illis dicitur: Illis mandatis suis volens nimis. Et illud: Omnia mandata tua custodiri nimis. Et necesse est tibi abundantiæ, non superfluitatis.

Sequitur: Et gemmas preciosas. Gemmæ istæ virtutes designant, scilicet humilitatem, castitatem, pietatem, iustitiam, fortitudinem, prudentiam, temperantiam, & huiusmodi, quibus Maria per gratiam caritatis & caritatis amatoris & immortales fuit.

Sequitur: Et venit ad Salomonem, id est, filium Iudæ designatum per Salomonem. Quæ se videt de Iudæo mendit. Et locuta est cum vniuersa quæ habebat in corde suo, & ad eum est aduersa. Et post hæc sequitur: Rex autem Salomon dedit reginæ Sabæ omnia quæ voluit & petiit ab eo. In verbis istis designatur forma prærogatiuæ Mariæ, cui nihil vult aut petiit filius deceptus. Quis autem orat patrem, aut inber natum, & semper gaudeat per sua reuerentia: etiam antiquis patet: quod notatur in hoc quod dicitur, omnia quæ voluit, dant ei à Salomone. Quare titulo de nouo privilegio Mariæ.

Sequitur: Exceptis his quæ obulerit manere regio. Hoc pro se. In verbis istis designantur donæ & gratiæ, quæ beata Virgo cooperat à Deo in sua sanctificatione, in Spiritu sancti inspiratione, in Filij Dei conceptione. 1. Paral. 9. legimus, quod rex Salomon dedit reginæ Sabæ multo plus quam petierat ad eam.

Moraliter: vt anima tua introit in spernam Ierusalem, & ventur in morte ad vnum Salomonem, oportet ut sit regina non larum peccati, sicut ista reginæ Sabæ. Inquam, Sabæ, id est, conuersa à peccato, & inuicta, id est, aliena per charitatem, non conuicta per mercedem aut cupiditatem, & habet multum & magnam nobilitatem gratiarum donorum & meritorum & huiusmodi, & hanc virtutem operatur. Sicut quæ ista dicit, qui nihil habet virtutis, nihil gratiarum, & nihil bonæ operationis. Sed vt ista: quæ

si ceciderit, non habet subleuantem. Ecl. 4. Opera enim illorum sequuntur illos. Apoc. 14. id est, operantes se. Oportet ergo vt hæc regina camelos habeat portantes aromata: quod est ex recordatione tortuosæ prius vitæ, ieiunia, vigilia, lachrymas, & huiusmodi penitentialia exercitia committare & compottare, quæ sanant animam peccatricem & morbidam more aromatis, & cotam Domino faciunt redolentem. Oportet etiam vt regina ista habeat aurum quadruplex, scilicet aurum castitatis, charitatis, sapientiæ, & obedientiæ. Quæ titulo de throno. Oportet etiam vt habeat gemmas preciosas, id est, virtutes. De isto enim auro & gemmis istis componitur corona reginæ, id est, fidelis anime. Alioquin impossibile est ipsam ante veri Salomonis faciem peruenire. Aliter: Hæc est regina Austri, scilicet fidelis anima, vel quilibet iustus, qui debet venire ad Christum cum magno comitatu. Luc. 11. Aromatis bonis fuit. Caroli illi quæ se humiliant ad hæc omnia ferenda. Aurum infinitum multa sapientiæ. Gemmæ preciosæ bona operæ. Videns pincernas, prædicatores, & omnia mirabilia quæ facit verus Salomon, stupet. Vnde: Considera opera tua, & expaui. Beati viri tui qui stant coram te semper, &c. Isa. 21. Super speculam meam, &c. Dedit regi 120. talenta auri, & nos debemus Christo aurum, puritatem conscientie, aromata, odorati bonæ fame, & gemmas preciosas, expectationem gloriæ. Paral. 17. Gemma gratissima expectatio præstolantis.

Moraliter: Regina Sabæ est fidelis anima, quæ venit ad Salomonem, id est, Christum in morte. Tunc ergo omnem sapientiam gustabit, cuius modo vix tenuis odor percipitur. Omnem sapientiam quoad deitatem, & donum quæ edificauit quoad humanitatem, & effas mente eius, id est, refectionem quæ in ipsa est. Non habebat vltra spiritum, id est, vltra quam credi potest, admirabatur & gaudebat. Per gaudium enim quandoque cadit quis in extasim. Et dixit ei: Verus est sermo prædicatorum, quem audiu in terra mea, id est, in mundo, super omnibus sermonibus, id est, promissionibus tuis, & super sapientiæ tuis, & non credidit narantibus mihi, id est, prædicantibus, donec ipsa veni & vidi oculis meis: quæ facta audiuimus, sic videmus in ciuitate Dei apostoli: & probauit, quod media pars mihi mentis non sperat. Quid mirum? quia nuntius non poterat: quia nec in cor hominis ascendit. Beati viri tui, & beati serui tui, in istis tui. Benedicite Deo pater, cui conuictus à Christo, id est, cum Spiritu sancto gaudeat, &c.

LIBER SEPTIMVS.

Quomodo Maria designatur per caelestia et superiora.

CAPVT I.

Mariae caelum.



OELV M, firmamentum, [so], lunaque sidus. Horizon, lucifer, aurora, lux, diluculum, mane, dies. Caelum Mariae maxime quoad animam. Vnde dicitur Ier. 23.

Caelum & terram, id est, animam & corpus Mariae, ego impleo. Nota, prius dicitur caelum quam terram: quia prius concepit eum Virgo in mente per fidem & dilectionem, quam in ventre per naturae unionem. Aliter caelum & terram ego impleo, id est, Mariam terram per naturam, sed caelum per gratiam. Item in Psal. Dominus in caelo, id est, in Virginis utero, parauit ministerio Spiritus sancti, vel per sapientiam quae ipse est, quia sapientia edificauit sibi domum. Prouerb. 9. sedem suam. Ezech. 44. Princeps ipse sedebit in ea, &c. Caelum sic describitur. Caelum est subtilis igneaeque naturae, rotundum, & a centro terrae aequis spatii vndique collectum: vnde & connexum dicitur mediumque cernitur, & inenarrabili celeritate continue circumagitur. Dicitur autem caelum a seclando, quia nobis celae arcana Dei: & beata Virgo diuina mysteria reprobis prudenter celauit, sed ea Euangelistis dilucide manifestauit. Luc. 1. Maria conseruabat, &c. Ibi Beda: Mariae virginis pudicitiae iura custodiens, secreta Christi, quae nouerat, diuulgare nolbat, sed ipsum hae quando uellet & quomodo uellet diuulgare, reuerenter expectabat. De huiusmodi arcanis dicitur Col. 1. Mysterium absconditum a seculis & generationibus. Isa. 24. Secretum meum mihi, &c. dicitur Christus & Virgo. Dicitur etiam caelum a seclando sub alia uerbi significatione, quasi scilicet uas coelatum, id est, stellis insignitum. Dicitur caelum quasi cellarium Domini: quia ipse descendunt ad terram, hoc est, ad terrenos omnia data optima & omnia dona perfecta. Iacob. 1. Dicitur etiam caelum quasi casa helios, id est, domus veri solis iustitiae, in qua nouem mensibus corporaliter habitauit. Casa proprie dicitur parua domus, in quo noentur humilitas Virginis & paupertas.

Mariae caelum. Quia primum opus Dei. Vnde Gen. 1. In principio creauit Deus caelum & terram. Et ipsa primum opus Dei dignitate & praefiguratione. Vnde ipsa dicit Prou. 8. secundum aliam litteram: Dominus creauit me

initio uiarum suarum. Eccl. 24. Primogenita ante omnem creaturam. Ibidem: Ab initio & ante secula creata sum, &c. Quare hoc totum titulo de excellentia eius.

Quia continet arcana Dei, ut supra. Hae arcana uirtutes cognita soli Deo, quantum ueneritatem in se continuit. Vel haec arcana filius adhuc incognitus mundo, qui ibi absconditus est per incarnationem. Col. 1. Mysterium absconditum, &c. ut supra. De hac duplici absconditione toties in Cantibus replicatur. Absque eo quod intrinsecus latet. Isa. 45. dicit Christo Propheeta: Verè tu es Deus absconditus in utero uirginali.

Quia altissimum. Vnde Propheeta Christo: Altissimum posuisti refugium tuum. Tanto enim altius fuit istud caelum, quanto magis per mundi contemptum eleuatum à terra. Ipsa enim quicquid terrenum est, longe sub se deseruit, & bonis supercaelestibus sublimiter adhaesit. Propter quod dicitur de hoc caelo Prouerb. 25. Caelum sursum & terra deorsum. Caelum sursum: quia anima eius carni dominabatur. Terra deorsum, id est, caro quae animae famulabatur. Et in hoc confunduntur uoluptuosi & concupisci, qui peruersant ordinem creaturae & ordinationem creatoris. Quae duo hominum genera solummodo curant de corpore & terrenis. Item propter huiusmodi altitudinem dicit ipsa Iob 7. Suspendium elegit anima mea, &c. Et Phil. 3. Mea conuersatio in caelis est. Propter hoc etiam dicit cum filio Isa. 66. Caelum sedes mea: quia ibi mente quiescit. Terra autem scabellum pedum meorum: quia omne terrenum suppedito. Conuersario enim eius erat in regimine spirituum. Et ideo tota spiritualis & altissima contemplatione aeternorum: quia caelos attingebat stans in terra Sap. 19.

Quia polcherriorem, eo quod luminosissimum, id est, ornatum & decoratum uirtutibus luminarum. Eccl. 43. Species caeli, id est, laetitia; gloria stellarum, id est, splendor & fulgor uirtutum; uel uirtutum gratiarum. Propter quod dicitur circumdata uarietate, & circumamicta uarietatibus. Propter hoc etiam comparatur topasio. In sole notatur Virginis charitas, quae illuminat intellectum & inflammat affectum. In luna humilitas, quae habet lumen à sole. Vnde dicit: Fecit mihi magna qui potens est, &c. Item illud: Gratia Dei sum id quod sum. In stellis obedientia. Quae uocatae dixerunt: Adsumas. Baruch. 3. Et luxerunt ei, non sibiipsis, cum iocunditate, qui fecit illas. Ipsa enim ordinatissime peregit cursum suum: quoniam non erat stella erratica.

Sed

Sed nota, quod huiusmodi pulchritudo à parte terrae est, id est, terrenorum quos illustrat suorum radiis exemplorum, sed de pulchritudine huius caeli à parte superiori, id est, uersus Deum & Angelos, dici potest illud Cant. 4. Absque eo quod intrinsecus latet, soli Deo perfecte cognitum, & forte Angelis, sed non nisi semiplene. Nam quanta sit Mariae species, qui dedit speciem, solus nouit ad plenum.

Quia subtilissimum, ut supra in descriptione. Sic & ipsa per intelligentiam diuinarum. Fuit etiam subtilis in intelligentia Dominicae incarnationis. Beatus Bernard. Illi soli datum est nosse, cui soli datum est experiri. Item subtilis per misericordiam, quam sic subtiliter se miseris impendere, quod non frangit sigillum diuinae iustitiae. Et circa hoc maxime consistit studiositas eius, de qua dicitur: Annuntiate inter gentes studia eius.

Quia calidissimum, cum sit igneae naturae, ut supra in descriptione. Sic & ipsa per uehementiam charitatis & abundantiam Spiritus sancti. Tota enim facta est ignita, ex quo clausit illum in utero suo qui ignis consumens est. Deuter. 4. & ad Hebr. vii. Propter hoc etiam & eius uerus dicitur clibanus Leuit. 6. calefactus igne Spiritus sancti: quia ibi decoctus est panis uiuus.

Quia ordinatissimum. Vnde Dominus ad Iob 38. Nunquid nosti ordinem caeli, id est, Mariae. Quasi diceret: Non tu, sed ego solus. Ordinata siquidem fuit in cogitatu, in aspectu, in auditu, in olfactu, in gustu, in tactu, in incessu, in omni motu & gestu, & huiusmodi; iuxta illud Apostoli. 1. Corinth. 14. Omnia honeste & secundum ordinem fiant in uobis. Motus enim caeli uniformis est quasi stabilis in bono. Hae beata Virgo secundum beneplacitum diuinae uoluntatis continue mouebatur per obedientiam regularem, cuius regula uoluntas diuina. Motus etiam caeli uelox, & imperceptibilis. Quia uita eius uerat abscondita cum Christo in Deo. Colof. 3. Motus etiam caeli contra planetas erraticos. Quia Mariae cogitatus & opera malignis omnibus tam scilicet peruersis hominibus, hoc est, haereticis, quam potestibus aëreis contraria, quos appellat Iudas sydera errantia, quibus procella tenebrarum conseruata est in aeternum. Iud. 2. Item licet caelum semper uoluetur, nunquam tamen lassatur. Sic Maria currens ad brauium, nunquam tædio est affecta: quia exemplo filij exultauit ut gigas ad currendum uiam mandatorum Dei. Isa. 40. dicitur de Christo, Maria, & sanctis: Current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Item caelum semper mouetur in ante, nec unquam retrocedit. Vnde de sanctis animalibus dicitur Ezech. 1. Non reuertebantur cum incederent, sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur. Sed mali è conuerso, qui facti sunt retrorsum & non ante. Ierem. 7. Sic & ipsa semper progressa est de uirtute in uirtutem, nec unquam substiuit in uia Domini, in qua non procedete, retrocedere est, sicut dicitur auctoritas.

Quia sole iustitiae illustratum. Vnde & appellatur mulier amicta sole.

Quia uolubile. Sic & ipsa quando Saluatore concepta, statim uisitauit Elizabeth Luc. 1.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariae.

Quando etiam tempore professionis de Nazareth uenit in Bethleem, imminente iam partu. Luc. 2. Et quando natus filio, ipsum deportauit ad templum. Luc. 2. Et paulo post ipsum transtulit in Aegyptum à facie Herodis fugiens dispensatiue. Math. 2. Et post annos quatuor, sicut dicit Beda, defuncto Herode, cum ipso rediit in terram Israël. Math. 2. Filium etiam postea sequebatur Euangelizantem per uicos & castella, & ei asstitit crucifixo. Ioan. 19.

Quia orbiculare est & rotundum & perfectionis circulo congratum. Corpora siquidem caelestia formam sphaericam habent, sicut patet in caelo, sole, luna, & stella qualibet. Et tali figura designatur aeternitas, principio carens & sine, cuius appetitus & desiderium figura sphaerica figuratur, cuiusmodi appetitum & desiderium habuit Mariae praeter omnibus creaturis. Vnde dictum est ei Luc. 1. Ne timeas Maria, inuenisti quod quaerebas. Item quoniam orbicularis figura sine angulis est, in quibus dupliciter figuratur, simplicitatem designat, quam uirtutem Maria habuit super omnes, quae unum petit & accepit, sciens quia unum est necessarium. Luc. 10. De his qui sunt duplices animo, & ideo inconstantes in omnibus uis suis, Iacob. 1. dicitur. Soph. 1. Dies Domini super angulos excelsos, id est, super omnes angulosos & superbos. Per hoc enim remouetur ab ea omnis mala singularitas, & omnis mansuetudo: quia sicut dicit beatus Bernardus, ubi singularitas, ibi angulus, ibi proculdubio sordes, siue rubigo. Vbi etiam angulus, ibi non est planities. Sed ipsa nota fuit aequalis per iustitiam, tota plana per mansuetudinem. Ibi enim est planities, ubi pars non supereminet partem. Item quia figura orbicularis inter omnes figuras maxime est capacitas, recte figurat Mariam, in cuius uiscera se conclusit ille factus homo, quem non capiebat totus orbis. Nec solummodo fuit capax quantum caelum, imò in se continuit ipsum caelum. Bene dicit Eccl. 24. Gyrum caeli circuiui sola. Gyrum caeli, id est, illum qui claudit omnia, Christum scilicet, qui est gyrus ingyribilis. Circuiui gremio uteri mei, sola, id est, sine consortio uirili. Et sic praesumitur & probari potest, quod ipsa contineat in se uniuersa quae caeli ambitu continentur. Eth. 13. Et propter hoc comparatur iridi, de qua dicitur Eccl. 43. Gyrauit caelum in circuiui gloriae suae, &c.

Quia extensum & dilatatum. Isa. 40. Extendit uelut nihilum caelos, & expandit eos uelut tabernaculum ad inhabitandum. Iob 9. Qui extendit caelos solus, id est, Mariam & sanctos per charitatem dilatare. In Psal. Extendens caelum sicut pellem. Sicut enim pellis totum animal tegit, ambit, continet, & inuoluit totum corpus animalis, sic & caelum totum corpus mundi complectitur & includit. Sic etiam Maria dilectos suos tegit & operit ueritatis uirtutum. Quare istud causa. 14. Dilatatum est etiam nomen eius usque ad terminos omnis terrae: quia beatam eam dicunt omnes generationes, iuxta illud Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulae dilexerunt te nimis. Dilatatum est etiam per misericordiae immensitatem, cum non sit qui se abscondat à

R 2 calore

calore eius : & per beneficiorum multitudinem , quia omnibus omnia facta est , vt quantum in se est , lucrificat vniuersos . Vel hæc est dilatatio per charitatem & dilectionem amicorum & inimicorum . Vnde ipsa dicit : Et ambulabam in latitudine .

Quia solidatum per mentis constantiam & fidei firmitatem . Iob 37 . Forſitan fabricatus es cœlos , qui solidissimi quasi ære fundati sunt . Et appellat cœlos Mariam & Apostolos .

Quia micans & splendidissimum per diffusionem exemplorum : nam vita eius inclyta cunctas illustrat Ecclesias .

Quia summè pacificum : fines enim eius posuit Deus pacem : nam accessum non habuit ad eam inimicus . Vnde dicitur Christo habitatori suo : Non accedet ad te malum , & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo , id est , beate Virgini . Nullus enim motus sensualitatis repugnans rationi , turbauit ei pacem suam : & idè ibi in pace factus est locus eius . Ipsa enim fuit vere arca Noë , quæ interpretatur requies : quia in tabernaculo eius . 9 . mensibus requieuit , sicut ipsa dicit : Qui creauit me , requieuit in tabernaculo meo , tam corporis , quam animæ mez .

Quia Deo habitatore oneratum , qui dicit de ea Isa . 66 . & Act . 7 . Cœlum sedes mea , &c . Item in Psal . Dominus in cœlo parauit sedem suam , vt supra .

Quia habitatio Angelorum : & Maria spiritalis , imò & corporalis habitatio singularum illarum virtutum , quæ specialiter solent attribui Angelis , quæ sunt charitas , gaudium , pax , patientia , longanimitas , bonitas , benignitas , mansuetudo , modestia , continentia , castitas . Galat . vltimo : Hæc sunt 12 . luminaria spiritalia vel interiora huius cœli , vel 12 . stelle in corona Mariæ . Apoc . 12 .

Quia non recipit dissimilia . Vnde dicitur Christo : Neque habitabit iuxta te malignus , neque permanebunt iniusti ante oculos tuos : quia odisti omnes qui operantur iniquitatem . Malignus , id est , malo igne ignitus , iræ scilicet , vel odij , vel luxuriæ , aut auaritiæ accensus . Similiter & Maria nunquam dissimilia recipit , id est , vitia cum virtutibus : quia nihil inquinatum incurtebat in illam . Sap . 7 . Non est enim conuentio Christi ad Belial , vel lucis ad tenebras . 1 . Cor . 6 .

Quia ab ipso tam ros quam pluuia descendunt ad terram . Isa . 45 . Rorate cœli desuper . Iacob in fine : Orauit Elias , & cœlum dedit pluiam . Similiter & ab isto cœlo habemus rorem gratiæ & pluiam sanæ doctrinæ , vel rorem & pluiam multiplicis refrigerij , contra feruorem vitiorum , & multiplicem fecundationem ad bene operandum .

Quia habet aquas super se , sicut dicitur in Psal . Quare infra de firmamento . Et his aquis signatur abundantia gratiarum quas habuit defursum , vel copia lachrymarum in filij passionis , vel potius irriguum superius post Christi ascensionem ex desiderio veniendi ad eum , cum plorans ei diceret : Trabe me post te .

Quia cœlum mundi moderamen , & ipsa moderamen hominum mandanorum per subuen-

tionem orationum . Eccl . 43 . In sermone eius composita sunt omnia .

Quia huius cœli color proprius saphirinus , vel hyacinthinus , vel per quasi mixtus ex candido & saphirino . Adapta contemplationibus eius huiusmodi colores .

Quia in ipso sicut in cœlo fuerunt quasi 12 . signa spiritalia , sex ascendendo , & sex descendendo . Signa per quæ sol ascendit , sunt sex . Primum , capricornus , quod idem est quod capra , scilicet animal fœtidum , per quod designatur peccati exprobratio . Non dico peccati proprii , quia peccatum non fecit , sed quia exprobrabat & ægrè ferebat omne peccatum , sicut legitur in libro de infantia eius : & etiam quia seruis suis exprobrandi peccata propria gratiam subministrat , & ab eis exigit exprobrationem peccatorum . Ipsa enim est Rebecca quæ dicit Iacob , id est , filio suo spiritali Gen . 27 . Fili acquiesce consiliis meis , & pergens ad gregem affer mihi duos hœdos optimos , vt faciam ex eis escas patri tuo quibus libenter vescitur . Istud inuenies optimè expositum in tractatu nostro de contritione , titulo de exprobratione peccati . Moraliter hoc signum habet in se , qui peccata sua exprobrando per sanctam indignationem displicet sibi ipsi . Ezechiel . Sibimet , &c .

Secundum , aquarius : quia ipsa habuit in se fletum multiplicem & vtrumque irriguum . Quare 7 . horri conclusi , vbi hortus dicitur irriguus . Idè de ipsa dicitur Isa . 15 . Per ascensum Luith flens ascendet . Luith interpretatur maxilla , & per virtutem lachrymarum per maxillas suas fluentium ascendebat ipsa ad Deum . Idè etiam dicit ei sponsus Cantic . 7 . ipsam commendans à multitudine lachrymarum : Oculi tui sicut piscinæ in Hefebon , &c . Hoc inuenies expositum titulo de pulchritudine oculorum eius .

Tertium , pisces . Piscis dicitur à pascendo , & Mariæ conuersatio pastus est sapidissimus . Vnde ipsa dicit : Qui edunt me , adhuc esuriunt . Quare 11 . horri conclusi expositionem . Piscis gaudet in mari , & ibi nutritur : & ipsa in tribulationibus , quas patiebatur cum filio & pro filio , exultabat , & sic spiritaliter impinguabitur . Vnde de ipsa & cæteris sanctis dicitur Deut . penult . Inundationes maris , id est , tribulationes mundi , quasi lac , quod dulce est & nutritiuum . Sugent , id est , dulciter & cum desiderio attrahent , sicut puri lac de mamma , exemplo Iob 6 . dicentis : Quis det vt veniat petitio mea , &c . Et Abacuch . 3 . Ingrediatur putredo in ossibus meis , &c . Maria siquidem designatur per Rebeccam , quæ interpretatur multa patientia , sine quæ multum accepit . Nam quia multam habuit patientiam exemplo filij sui , multum retributionis ab eo creditur accepisse , &c .

Quartum , aries , hoc est , ventilatio peccatorum . Aries enim se defendit cornibus suis . Et dicitur ab ares , quod est virtus . Quasi duo cornua Mariæ virginitas & humilitas : protegit enim se ab omni carnali vitio puritate virginitatis , & ab omni spiritali nequitia virtute humilitatis . Et hæc sunt cornua quæ exaltantur in futuro . Ipsi etiam conuenit illud Prouerb . 30 .

Prouerb . 30 . Aries , nec est qui resistat ei : quia ventilauit ab Ecclesia Dei omnem hæreticam prauitatem . Moraliter . Iustus aries , qui scilicet debet habere duo cornua , id est , prædicationem quoad verbum , & bona opera quoad exemplum , & esse fortis in conseruatione iustitiæ .

Quintum , taurus , qui est animal superbum & immolaticium , & designat quandam sanctam superbiam , qua quis dedignatur & reprobat vitia & peccata . Hanc habuit beata Maria cum esset sapientissima : quia in multa sapientia multa indignatio . Eccl . 1 . Vnde & dicit cum filio Isa . 63 . Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi . Vitulus etiam solet Domino immolari , & designat sacrificium laudis de victoria vitiorum . Vnde Osee 14 . Reddemus vitulos labiorum nostrorum . Et Psal . Imponent super altare tuum vitulos . Et victoriam vitiorum attribuerè non sibi , sed Deo , & illud sacrificium quod placebit Deo super vitulum nouellum . Et debet hic vitulus esse saginatus . Luc . 15 . per deuotionis pinguedinem .

Sextum , gemini , quod est aliena negotia curare vt propria , & non sibi , sed toti genitum se credere mundo . Et hoc maximè facit virtus charitatis , quæ non querit quæ sua sunt . 1 . ad Corinth . 13 . sed communia negotia propriis anteponit . Vnde dicit ibi Hieron . Et hoc fecit beata Virgo , quæ concepto Salvatore noluit residere in pace , sed statim visitauit Elizabeth prægnantem , vt ministraret ei . Quæ etiam cum filio mori desiderauit pro salute mundi : & si animam non posuit , exposuit tamen . Et quæ negotia nostra in conspectu Dei procurare non cessat . Vnde & nostra dicitur aduocata . Talis autem fuit Moyses , & talem se exhibuit populo Hebræorum . Vnde & dicit Domino . Exod . 32 . Aut dimitte eis noxam hanc , aut dele me de libro tuo quem scripsisti .

Per istos sex gradus ascendit beata Virgo ad tantam dignitatem , quod thronus facta est veri Salomonis . Et per has virtutes seu opera virtutum ascendit homo ad Deum . Vnde Psal . Ibunt sancti de virtute in virtutem , donec videatur Deus deorum in Sion .

Sunt & alia sex signa per quæ sol descendit . Primum , cancer , qui retrograditur , quod est redire ad se per sui discussionem . Hoc signum fuit in hoc cœlo , quando cum annuntiaretur ei conceptus Filij Dei , conscia humanæ fragilitatis & sexus muliebri , & indignam se reputans ad tantam dignitatem , humiliter respondit : Ecce ancilla Domini , &c . Moraliter . Isa . 46 . Redire præuaricatores ad cor . Naum vlt . dicitur peccatori : Intra in lutum & calca , &c . Michæ 6 . Humiliatio tua in medio tui .

Secundum , leo , quo rugiente animalia signant gradum , hoc est , repressio peccatorum motuum sensualitatis & fomitis . Haud dubium hoc signum fuisse in hoc cœlo , si fortè ante conceptum Filij , vbi omnino fomes extinctus est in ea , nunquam sensit huiusmodi . Moraliter . Rugiente viro iusto per confessionem & orationem , à gemitu cordis sui procedere vltimè nequeunt motus prauis . Quare versu tertio de confessione , vbi confessio dicitur gemebunda , & ibi inuenies de rugitu leonis .

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ .

Tertium , virgo , hoc est , bona sterilitas , de qua dicitur Sap . 3 . Felix sterilis & coinquinata , & cætera . Sub hoc signo exorta est gloriosa Virgo nostra , quæ prima vouit virginitatem , & repudiavit vilis coitus fœditatem . Vnde dicit : Quoniam virum non cognosco . Moraliter . Per hoc signum intelligitur consideratio propriæ infecunditatis , qua sumus steriles & infructuosi à bona operatione . De quibus dicitur Marth . 7 . Omnis arbor quæ non facit fructum bonum , excidetur & in ignem mittetur . Idè non restat nisi planctus , luctus & gemitus . Vnde Ioël . 1 . Plange quasi virgo accincta sacco , &c . Propter hoc dicitur filia septe fleuisse virginitatem suam Iudic . 11 .

Quartum , libra , hoc est , ponderatio penitentiae ad quantitatem peccatorum , vel ponderatio operationis ad gratiam nobis daram , vel ponderatio gratiarum actionis ad beneficia creatoris , vel ponderatio operum misericordiae ad quantitatem temporalium nobis commissorum , iuxta illud Tob . 3 . Si multum tibi fuerit , abundanter tribue , &c . Item Eccl . 4 . Secundum vires tuas exportigens da pauperi . Eodem 35 . Da altissimo secundum donatum eius , &c . Et hanc habuit istud cœlum , iuxta illud Eccl . 21 . Vbera sapientum statera ponderabuntur . Nam ad singula Dei beneficia singulas reddenda gratiarum actiones dicens : Fecit mihi magna qui potens est , & huiusmodi . Propter hoc in libro de infantia eius dicitur , quod sine intermissione benedicebat Deum . Et ne fortè vel in saluatione sua à Dei laudibus tolleretur , si quis eam prius saluaret , illa pro saluatione Deo gratias respondebat . Legebat siquidem Psalmistam dicentem : Cantabo Domino , id est , laudabo Dominum , qui , id est , quia bona tribuit mihi . Item de iusto dicitur Domino : Confitebitur tibi cura benefeceris ei . Ipsi enim maximè conueniebat dicere incessanter illud Apostoli 2 . Cor . 9 . Gratias Deo super inenarrabili dono eius . Nobis etiam summè incumbit hoc idem verbum : quia nobis misericorditer contulit hanc Mariam . Moraliter . Ille in se habet hoc signum , qui ponderat penitentiam suam secundum quod peccauit . Vnde Deut . 25 . Pro mensura peccati erit & plagarum modus , &c . vt supra dictum est .

Quintum , scorpio , qui capite blanditur sed cauda pungit , & signat peccatum blandiens in culpa , sed pungens in poena . Hoc signum quodammodo habuit in se cœlum nostrum : quia ad hanc considerationem præcauit sibi ab omni peccato , licet multoties inter scorpiones cum filio habitaret . Ezech . 2 . Et maximè in filij passione , quando nec aliquem irritauit , nec ab aliquo potuit irritari .

Sextum , sagittarius : quia pro filio multiplicem sustinuit naturalem defectum , quasi sagittam multiplicem , vt famem , sitim , fatigationem , vigiliam , & huiusmodi . Passio etiam filij ipsius animam quasi multiplici iaculo sagittauit , iuxta prophetiam Simeonis . Vnde potuit verè dicere illud Iob 6 . Sagittæ Domini , id est , poenitates filij mei , in me sunt per compassionem . Versus :

Mors , morbus , calor , & frigus , sitis , esuriæque , Lassitudo mihi quoque sunt quæcumque sagitta .

R . ; Item

Item illud quod dicit filius de patre Thren. 3. Posuit me quasi signum ad sagittam. Ipsius etiam humilitas est sagitta salutis Domini contra Syriam, quod interpretatur sublimis, & designat superbiam. Hoc legitur. 4. Reg. 13. Similiter & singulari virtute Mariæ versant & interficiunt opposita sibi vitia. Designatur ergo per hunc sagittarium patiens perpassio pro amore Dei: quarumlibet tribulationum.

CAPVT II.

Maria firmamentum.

1. Firmamentum, id est, firmamentum, de quo dicitur Genes. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Ad litteram. Firmamentum est superficies mundi sensibilis, quod dicitur constare de aquis congelatis, & supra firmamentum aquæ sunt. Vnde dicit Plal. Aquæ quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini. Et aquæ illæ dicuntur à quibusdam in glaciem solidatæ: sed verius creditur, quod vaporabiles sunt, & inde dicitur ros descendere. Et dicitur firmamentum quasi firmum, quia est terminus intransgressibilis. Vel quia sit cursus syderum & raris legibus fixisque firmatum, sicut dicit Isidorus.

2. Maria firmamentum dicitur quoad se, & quoad nos. Quoad se: quia sic firmata est in omni virtute & gratia, maxime in filij conceptione, quod postea nullo modo peccare potuit, nec venialiter, nec mortaliter. Vnde dicit: Et sic in Sion firmata sunt. Quoad nos: quia suos firmat in bono, & in ipsis firmat in bono gratias & virtutes: & propter hoc appellatur firmamentum cæli, id est, Ecclesiæ. Vnde Genes. 1. Fiant luminaria in firmamento cæli. De quibus luminariis inuenies infra. Et quoniam firmamentum secundum Gregor. naturam aquæ tenet, quæ videlicet aqua gelu constructa in glaciem, postmodum solidata est in crystallum, bene designat Mariam, quæ in hac vita fuit quasi aqua fluida, non quoad culpam, sed quoad pœnalitatem. Fuit etiam vt glacies: quia lucida per vitæ sanctitatem. Fuit vt crystallum, quæ gelauit ab aqua. Eccles. 44. quando concepit Saluatorem. Quære titulo de lapidibus pretiosis, vbi ipsa comparatur crystallo.

3. Maria firmamentum. Quia de ipsa specialiter dicitur Dan. 3. Benedictus es Domine in firmamento cæli, &c. Cum enim omnia opera Dei benedicant ei, quoniam nulla tam despecta creatura est, quæ non aliquo singulari beneficio laudem Dei videatur continere, excellentius tamen benedictus est in firmamento cæli quod est Maria, non solum quia ipsa cæteris creaturis singulariter præminet, verum etiam quoniam luminarium suorum, id est virtutum ornatu multiplici instar firmamenti miram Dei potentiam in ea posita sunt non tantum vt in ea luceant, sed etiam vt distinguant inter diem & noctem, id est, inter vitia & virtutes, & illuminent terram, id est, terrenos, sicut de firmamento dicitur Gen. 1.

Quia instar firmamenti alii Dei operibus præminet tripliciter. Primo conditionis specie: quia tota pulchra est & sine macula. Cantic. 4. Secundò magnitudine: quia virgo & mater, nec cuiuslibet, sed Dei: vnde sola dicere potest cum Patre ipsi Filio Dei, Filius meus es tu, &c. Tertio sublimitate: quia benedicta est inter mulieres, id est, super omnes mulieres, sicut glossat Hieronymus, & super Angelos omnes & animas sanctas ad dexteram filij in throno gloriæ collocata. De altitudine & specie Eccl. 43. Altitudinis firmamentum, pulchritudo eius, species cæli in visione gloriæ.

Quia firmamentum dicitur pro sui firmitate, Et ipsa firmamentum est, & quoad nos, & quoad se, actiue scilicet, & passiue. Passiue: quia in ipso momento conceptionis Filij Dei sic in ea fomes vsquequaque extinguitur est, & sic confirmata est in bono, vt nequaquam mortaliter seu venialiter posset peccare de cætero. Vnde dicit: In Sion, id est, in Ecclesia militante firmatum, hoc est, in bona penitus confirmata. Quære titulo de sanctitate Mariæ. Actiue: quia familiares suos quantumcunque fragiles, misericorditer confirmat in bono. Nam ipsa est quæ dat lasso virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. Isa. 40. Ideò Eccl. 3. in fin. dicitur de seruo Mariæ: In tempore casus sui inueniet firmamentum.

Quia firmamentum splendidissimum. Sic & ipsa per luminaria virtutum & scientiam scripturarum. Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamenti, & cætera.

Quia firmamentum in dispositione mundi nouissimum est & supremum: & quia ipsa nouissima & vltima fuit creaturarum Dei in oculis suis per humilitatem, ideò suprema facta est & præcellens omnes creaturas per exaltationem: quia qui se humiliat, exaltabitur. Luc. 14. & qui plus se humiliat in oculis suis, in Dei conspectu amplius exaltatur. Ideò dicitur Eccl. 7. Humiliatus sum vsque valde, &c. Et Plal. Humiliatus sum vsque valde, &c. secundum aliam litteram.

Quia firmamentum à terra remotissimum: & hoc per mundi conceptum. Ipsa enim est illa regina Austri, quæ venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis.

Quia firmamentum velocissimè & continue mouetur, vt supra dictum est de cælo quod est volubile.

Quia firmamentum ad litteram diuidit aquas ab aquis. Vnde Genes. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Per aquas intelliguntur deliciae, & Maria instar firmamenti aquas superiores, id est, delicias cælestes habebat super se per desiderium: aquas vero, id est, delicias terrenarum seu carnalium voluptatum habebat sub se per contemptum. Nam ipsa est mulier amicta sole, lunam habens sub pedibus Apoc. 12. Aquæ superiores dicuntur crystallinæ: quia cælestes deliciae stabiles sunt & solidæ. Aquæ vero inferiores, id est, temporales deliciae, labiles sunt, nec vnquam permanent in eodem statu, sicut de homine dicitur. Iob 13. Et ad mare fluunt: quia sicut dicit Gregorius, omnis humana felicitas multis amaritudinibus respersta est. Eccles. 1. Omnia intrant

intra in mare. Aliter. Aquæ populi sunt. Vnde Apoc. 17. Aquæ multæ populi multi. Et Maria quæ est firmamentum in suis amatoribus, diuidit aquas ab aquis, id est, eos qui prius erant fluxibiles per peccata & vitia, eleuat à fluxu vitiorum ad desiderium eternorum, quando videlicet suscitatur de pallore egenum, & de stercore eleuat pauperem spiritu, id est, humilem, vt sedeat cum principibus, id est, cum Angelis in cælestibus spiritualibus requiescat. Ipsa est enim illud os Domini, de quo dicitur Ierem. 15. Si separaueris pretiosum à vili, id est, animam à peccato, quasi os meum eris, dicit Dominus. Ipsa etiam quosdam in quibus complacet sibi, facit firmamentum: quod constat ex aquis fluxis, quæ in glaciem duruerant, quando mentes quæ prius erant fluidæ, solidatæ & firmat in bono, iuxta illud Iob 28. Ferrum de terra tollitur, & lapis calore solutus in ær vertitur.

Quia firmamentum licet velocissimè & continue voluatur, locum tamen non mutat. Sic Maria licet continue moueretur ad bona exercitia, & de virtute in virtutem procederet, iuxta illud Sap. 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, deduxit non stare fecit, locum tamen proprium, id est, humilitatem quæ est proprius locus iusti, non mutat. Vel locus charitas est, vel pax vbi Deus requiescit: quia in pace factus est locus eius.

Quia firmamentum voluitur ab Oriente in Occidentem, & è conuerso, nec tamen mutat locum, vt dictum est. Sic vir iustus propter ortum gratiæ seu prosperitatis non superbit, sed sua nouissima semper memoratur, iuxta consilium sapientis Eccl. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima, quod tendunt ad occasum. Ideò sancti dicuntur occidentales. Vnde Isa. 13. Non ponet ibi tentoria Arabs, qui interpretatur occidentalis, & loquitur de Babilone, quæ signat mundum.

4. De hoc firmamento potest illud exponi: Opera manuum eius annuntiat firmamentum. Manus quibus operatus est Dominus quæcumque fecit in Virgine, sapientia & potentia eius. Hæc opera annuntiat & manifestat Apostolis & Euangelistis gloriosa Virgo quasi Euangelium, id est, bonum nuntium: quia Christo ascendente magistra est facta eorundem. Vel aliter. Specialia opera Dei, de quibus dicit Propheta, In factis manuum tuarum meditabar, sunt opera passionis & nostræ redemptionis, quæ ipsa annuntiat. Vnde beatus Lucas qui plenius describit Dominicam passionem, sicut dicit Ambrosius, Euangelium suum ab ea dicitur didicisse. Et tunc impleta videtur illa prophetia David: Erit firmamentum in terra in summis montium. Voluit enim Dominus, quod ipsa esset firmamentum in terra inferius, sicut ipse est firmamentum superius. Vnde: Firmamentum est Dominus timentibus eum. In terra enim sunt homines infirmi, quos ipsa firmat in bono, sicut supra dictum est. Sunt etiam homines iusti, in quibus ipsa confirmat virtutes collatas eidem, & hoc in bono. Vnde Eccl. 34. dicitur firmamentum virtutis. Quod autem sequitur, in summis monti-

bus, hoc de Apostolis intellige, qui sunt summi inter montes, id est, inter omnes sanctos, & cælo propinquiores, in quibus ipsa post filij ascensionem confirmavit scientiam nouæ legis, quando de Sion exiit lex noua, & verbum Domini de Ierusalem. Mich. 4. Ipsa enim designatur per Sion & Ierusalem. Sequitur. Super extolletur super Libanum fructus eius. Libanus interpretatur candor, & signat vitæ munditiam. Fructus Mariæ Christus, vel opera bona quæ exaltantur per munditiam vitæ eius, quæ signatur per candorem. Vel per Libanum qui dicitur candidario, signatur mundus, super quem fructus bonorum operum extollendus. Vel fructus eius, scilicet Christus, de quo dicit ipsa Prou. 8. Melior est fructus eius auro & lapidibus pretiosis, quæ duo pretiosiora reputantur à mundanis.

CAPVT III.

Maria sol.

Vlto quomodo Maria cælum est & firmamentum videre est de luminariis huius firmamenti, de quibus dicitur Gen. 1. Fiant luminaria in firmamento cæli, &c. & primo de sole. Maria sol. Vnde dicitur pulchra vt luna, electa vt sol. Cantic. 6. Item Eccl. 26. Sicut sol oriens in mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Item in Plal. dicit Pater de Filio: Thronus eius, id est, beata Virgo, sicut sol in conspectu meo, &c. Maria sol. Quia sicut sol luminare est, par sibi non habens, & toti mundo copiose sufficiens: sic beata Virgo nec primam similem visa est, &c. Item quia fulgore miraculorum lucet vbique terrarum, & lucebit vsque ad diem iudicij. Vnde dicit: Vsque ad futurum seculum non desinam. Alij vero sancti post transitum suum aliquot annis fulserunt in specialibus locis. Quia sol dicitur quasi solus lucens, id est, præ cæteris luminariis: sicut enim cæteris sideribus claritate luminis & maiestate præfertur, sic in cælesti gloria Maria sanctis omnibus honore & gloria superponitur. Ideò in figura Mariæ dictum est de Iudith 11. Non est talis mulier super terram, &c. Sicut enim sol pulcherrimum luminarium cæli, sic Maria dignissima creaturarum Dei post animam Christi. Vnde canitur in sequentia: Sol luna lucidior, & luna sideribus, sic Maria dignior creaturis omnibus. Ideò etiam dicitur ipsa primogenita ante omnem creaturam, id est, dignior omni pura creatura. Eccl. 24. In mundo enim est vnus sol. Et Maria vna sola est mater & virgo. Vnde & comparatur phœnici, quæ est vnica avis sine patre. Vnde Sedulius:

Nec primam similem visa est nec habere sequentem.

Ideò etiam dicitur electa vt sol, qui similem non habet, nec ipsa similem habet nec habitura est in æternum. Vel ideò dicitur electa vt sol: quia sicut sol ad hoc factus est vt illuminet totum mundum, sicut dicit Genes. 1. sig

Maria ad hoc facta est à Deo Trinitate, vt misericordiam, veniam, gratiam, & gloriam quasi lumen à Deo impetret toti mundo. Vel electa vt sol: quia sicut sol, id est, Christus electus est ex millibus hominum. Cant. 5. sic Maria electa est millibus foeminarum. Vnde dicitur Cant. 7. Vna est matri suæ electa genitrici suæ. Ideo etiam dicitur ipsa mulier ex omnibus. Eccl. 7. bonis scilicet mulieribus collecta, omnes proprietates & virtutes bonarum mulierum in se vna & vnica representans. Sicut enim ipsa dicit de filio suo Cantic. 2. Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios: sic & filius ibidem dicit de matre, Sicut lilium inter spinas, &c. Vel electa vt sol, id est, ad hoc electa vt sit quasi sol. Vnde Eccl. 26. Sicut sol oriens in mundo in altissimis Dei: sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Nam sicut sol sua claritate totum illuminat & ornat mundum, sic species beatæ Virginis & vita ipsius totam illustrat Ecclesiam, sicut canitur in natiuitate eius. Sicut enim sol lunam, sic Maria totam illuminat Ecclesiam. Beatus Bernardus: Tolle Mariam, quid restat nisi tenebræ? Sicut si tollatur sol, miserabilis est mundus. Hoc inuenies infra. Vel electa vt sol, id est, sicut Christus filius suus: ergo sine macula vt sol. Vnde & ei dicitur Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Vel electa vt sol, id est, veri solis maginem in se representans in vniuersitate virtutum. Ekebertus abbas ad Mariam: Tu electa vt sol, ille, inquam, sol solis conditor. Ille enim electus est ex millibus hominum, tu electa ex millibus foeminarum. Ille electus ex omnibus quæ sunt, tu electa ex omnibus quæ per illum sunt. Vel electa vt sol ad illuminandum, scilicet intellectum per veram cognitionem, & inflammandum affectum per veram dilectionem. Vel electa à Deo vt sol: quia sola sine exemplo placuit Domino IESU CHRISTO dicenti: Tu mihi sola places. Vnde & dicit ei Isa. 92. Terra tua inhabitabitur, id est, caro tua foecundabitur: quia complacuit Domino in te. Ideo canit de ea Ecclesia quasi aggaudendo: Elegit eam Deus, & præelegit eam, &c.

2. Item sol dicitur quasi sua omnibus largiens: quia quidquid habet, quantum in se est, omnibus communicat & bonis & malis, vt ei conueniat quod de patre dicitur Rom. 8. Si pro nobis omnibus tradidit filium suum, scilicet volens eum pati, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Malis enim veniam impetrat & gratiam, vt patet in Theophilo. Vnde canitur: Theophilum reformans gratiæ. Iustus verò gratiam impetrat, multiplicat, & conseruat. Ideo dicitur aurora quoad incipientes. His qui in nocte sunt, id est, profundè peccantibus stella est & luna, quasi sol verò proficientibus & perfectis. Propter hanc communitatem dicitur de patre & de hoc sole Matth. 5. Qui solem suum facit oriri super bonos & malos. Ideo etiam de ipsa dicitur Sap. 6. Æqualiter, id est, communicatiuè, est ei cura de omnibus. Sicut enim non est personarum acceptio apud Deum ad Rom. 2. sic nec apud Mariam. Siquidem propter huius solis absen-

tiam tenebras patimur ignorantiz, frigus, & gelicidium malitiz, torporis & accidiz. Splendorem verò cognitionis & feruorem dilectionis ex eius propinquitate vendicamus.

3. Dicitur etiam sol quasi sursum leuans: quia in feruore suo dicitur attrahere guttas maris salas. Amos 5. Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, &c. Mare mundus. Guttulæ marinæ, foetentes & salsi amari peccatores, qui foetent & amarescunt, & nihili sunt coram Deo. Eccl. 18. Quasi guttæ aquæ maris deputati sunt, & sicut calculus arenæ, &c. Aquæ populi sunt. Apoc. 17. Aquas istas calore pietatis & charitatis attrahit Maria ad cultum filij sui orationibus, meritis, & exemplis, & sublata ab eis salitudine vitiorum, quasi per gratiam dulcoratas proponit peccatoribus, qui terra sunt in exemplum, vt priorum exemplo posteri conuertantur. Talis gutta fuit Theophilus, quem iste sol piè ad Deum attraxit, qui exemplo suo rigat adhuc peccatorum corda arentia, vt ad implorandam misericordiam matris Dominicæ non torpescant.

4. Igitur Maria sol qui dicitur quasi solus lucens. Est enim sol iste materialis oculus huius mundi. Lux creaturarum, speculum creatoris, quo nulla mundana creatura pulchrior, nulla utilior, nulla clarior, quo lucente cætera omnia luminaria sic sunt quasi non sint. Sic & dici debet & credi de Virgine gloriosa respectu omnium creaturarum non solum hominum, sed etiam Angelorum. Vnde Iob 25. Luna non splendet, & stellæ non sunt munda in conspectu eius. Luna vniuersalis Ecclesia, stellæ singulæ singuli iusti, qui in comparatione Mariæ non lucent, sicut lux lunæ & stellarum absorbetur, nec apparet superueniente luce solis. Vel per lunam triumphantem Ecclesiam, per stellas intellige animas bonorum.

5. Item Maria electa vt sol, vt supra dictum est, maximè in quinque priuilegiis. In magnitudine, in potestate, in utilitate, in claritate, in calore. Magnitudo eius humilitas eius: quia secundum humilitatem omnis animæ quantitas à Deo mensuratur. Matth. 18. Quicumque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum. Quære titulo de humilitate eius. Potestas eius fides eius: quia fides potentia est animæ. Quantum habet quisque fidei, tantum habet potentiz. Si multum, multum. Si omnem fidem, omnem potentiam. Marc. 9. dixit Dominus cuidam: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et intellige de fide viuæ quæ per dilectionem operatur: quia fides mortua nihil potest, sicut nec mortuus homo. Opera verò bona vita sunt fidei, sicut carbones & ligna vita ignis. Verè potens & viuæ fides Mariæ, quæ vnica operata est quod nunquam auditum fuerat, nec in cælo, nec in terra, incarnationem videlicet Filij Dei, quando respondit Angelo: Ecce ancilla Domini, &c. Utilitas huius solis misericordia Mariæ, qua post misericordiam Dei nihil est utilius humanæ creaturæ, sicut ostensum est supra titulo de misericordia, pietate, & largitate ipsius. Claritas huius solis, puritas Virginis. Quære titulo de puritate eius, scilicet post

post titulum de virginitate. Calor huius solis, charitas Virginis: quoniam charitas est animæ caliditas. Propter quod Dominus dicit Matth. 24. Refrigescet charitas multorum. Sol enim fons caloris est, & quantumcumque sit sol, nihil est nisi ignis: nam calidior est toto globo terræ, si totus igniretur. Et de igne charitatis dicit Dominus Luc. 12. Ignem vent mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Apoc. 3. Vitam frigidam, &c. Quære titulo de charitate intrinsecam de proprietatibus seruatorum Mariæ.

6. Item sol diem inchoat per ortum, terminat per occasum, distinguit in certas partes per processum, discernit noctem à die sine charitatis splendore. Sic Maria vitam iusti exempli vitæ suæ, vt ei conuenire videatur illud quod de filio dicit Psal. Ordinationes tuas persuecit dies, id est, vita Christiani. Item sol suo lumine penetrat tantummodo materias mundiores, & quasi limatas, velut vitrum & crystallum, sed crassiores nequaquam. Sis ergo vitreus per penitentiam, quæ corpus excoquit, cum ipsa sit ignis, & per puritatem quasi crystallinus, si solis huius radiis desideras illustrari, &c. Item sol rex syderum: & Maria regina virginum, imò omnium sanctorum qui sunt stellæ, de quibus dicitur Eccl. 45. Species cæli, id est, Ecclesiæ, gloria stellarum, id est, dignitates sanctorum. 1. Corinth. 15. Stella distat à stella in claritate, &c. Item sicut corpus solis non comprehenditur nisi in radio suo, sic nec Mariæ dignitas nisi in filio suo. Quam enim filius dignior, tantò mater excellentior. Item sol nec crescit vnquam, nec decrescit. Similiter Maria nunquam creuit per elationem, nunquam decrescit per pusillanimitatem vel per tristitiam quæ angustat: quia nec timoris habuit angulum, nec elationis supercilium. Item sol clarus, cuius claritas virginis humilitas: quod patet per eius contrarium: quia per superbiam venit primò ad tenebras inuisiones, inde ad exterioris. Item candor solis, munditia virginis: rotunditas solis, appetitus & desiderium eternitatis vel eternitatis virginitatis. Item sol non occidit sicut dicitur Ecclesiæ Isa. 60. Non occidet vltra sol tuus. Sed dicitur Eccl. 1. Oritur sol & occidit, &c. Ibi Augustinus: Sol iste si non feceris casum, non faciet tibi occasum. Non occidit ergo sol iste quoad se, sed casu tibi quia si mortaliter peccaueris, occidet quoad te: Item cum sol oritur in oriente, tunc illuminatur mundus: cum verò in occidente se abscondit, mundus fit tenebrosus. Sic cum gratia matris vel filij nobis oritur, illuminatur: cum occidit per peccatum nostrum, tunc obtenebratur. Ideo dicitur conuersis peccatoribus. Eph. 5. Fugite aliquando tenebras, nunc autem lux in Domino.

7. Sol fugat tenebras & mundum illuminat tenebrosum: & ipsa expulsiuit cunctas hereses, sicut ei canit Ecclesiæ: Gaude Maria virgo, &c. & mediante partu suo mundum illuminauit, vt supra dictum est de aurora, & totum illustrat Ecclesiam suorum radiis exemplorum, &c. Fertur super lunam, & ipsa supra temporalia. Est enim mulier amicta sole, id est, habens proprietates solis. Apoc. 12. & luna, id

est, omnis mutabilitas, & omnis defectus, sub pedibus eius. Nunquam deficit lumen solis. Similiter nec ipsa in filij passione, licet tunc deficeret omnis sanctus. Ideo de ipsa dicit Salomon Proverb. in fine: Non extinguetur in nocte Dominicæ passionis, lucerna eius, id est, fides. Ideo etiam de ea dicitur Cantic. 7. Statura tua, qua scilicet in fide stetit, assimilata est palmæ: quia sicut palma nunquam foliorum amittit virorem, sic nec ipsa fidei suæ virtutem. Ideo dicitur de iusto Eccl. 27. Homo factus in sapientia, permanet sicut sol, &c.

8. Maria sol. Quia sicut sol lunam, sic ipsa illuminat Ecclesiam. Vnde beatus Bern. Tolle Mariam, quid restat nisi tenebræ?

9. Quis sicut dicit Astronomus, id est, transcendens Philopophus, solem octies esse maiorem terra: sic Maria in octo priuilegiis maior est omni foemina & omni sancto, imò omni rationali creatura: quia nec primam similem visa est nec habere sequentem. Primum, noua professio virginitatis: vnde & rectè appellatur Virgo virginum: quia signifera & exemplar virginitatis. Secundum, excellentia humilitatis. Tertium, conceptio Filij Dei saluo flore virginitatis. Vnde dicitur rubus incombustus. Exod. 3. Quartum, partus sine dolore. Quintum, partus excellentia. Nam multæ aliz genuerunt reges & principes, ipsa sola Filium Dei. Vnde comparatur cedro. Sextum, ministratio specialis: quia ipsa sola in vtero proprio hospitata est Dominum, Martha & alij in terrenam domum. Quære titulo de actione eius. Septimum, iam celebrata resurrectio corporalis, vt verè creditur. Octauum, consessus ad dexteram filij super omnes ordines Angelorum.

10. Sol maculam nescit sicut luna: vnde dictum est ei Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, venialis vel mortalis. Tanta libertatis est, quod à nulla creatura quantumcumque foetente & sordida si sit ei exposita, radios suos auertit, nec quantumlibet pretiosam illustrat si abscondatur ab ea. Similiter nec Maria à quantumcumque vilissimo peccatore ipsam fideliter innocente auertit respectum pietatis suæ. Nec quantumlibet magnus fuerit quis per literas, diuitias, aut honores, ipsum irradiat, si ipsam negligat invocare. Multos tamen prouenit vt velint, & volentes prosequuntur, ne frustra voluerint, sicut dicit Augustinus de filio eius. Ex quo mane surrexit, præsolatur tota die ad ostium, paratus intrare domum si aperitur ei. Similiter & Maria ex quo ascendit in cælum, videtur dicere cum filio Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso. Hoc inuenies expositum titulo, quod Christus dicitur sol. Sub huius solis radiis scintillat humectata crystallus quæ gelauerat ex aqua. Eccl. 43. quando peccatores duri prius & frigidi flatu Aquilonis contracti & congelati, perfusi lachrymis amaræ compunctionis, pietatis, & penitentiz producunt opera lucida & ignita, ex quorum respectu alij ad simile inuitantur. Qui in solem desigit oculos, à posteriori ponit vmbra suam. Similiter qui codis oculos, intellectum videlicet & affectum constanter defiget in hunc solem, Mariæ recolemis paupertatem, vmbra rerum labentium

bentium facillimè addoraret. Sed quia pauci sunt tales.

9. Item sol producit terræ nascencia: & ipsa producit, id est, procul ducit de virtute in virtutem illos qui exemplo suæ paupertatis exeunt de terra, hoc est, de amore terrenorum, & ita cælo nascuntur, sicut quod de terra oritur, sicut sol habet insimul splendorem & ardorem, & in his duobus designatur utraque stola, scilicet corporis & animæ, quam utramque piè creditur habere beata Virgo, ut splendat & fulgeat sicut sol secundum stolum corporis, & amore ferueat sicut sol secundum stolum animæ: quia carinus est in Ierusalem, id est, perfecta dilectio. Ierem. 31. Item sua claritate quasi excæcat oculos infirmos Iudeorum, paganorum, hæreticorum, & quorumlibet incredulorum. Eccl. 43. Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exulans, & resurgens radiis excæcat oculos. Item atomos imperceptibiles sua illustratione perceptibiles facit. Et idè dicitur sol quasi semitas omnium iustans. Idè de ipso dicitur Sapient. Omnium est artifex, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, id est, omnia perceptibilia faciens. Item de hoc sole dicitur 2. Machab. 1. Ut tempus affuit, quod sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Maria sol, ut dictum est, sed quando fuit in via, fuit quasi sub quodam nubilo, de quo dicitur Iob 26. Qui tenet vulturnum solij sui & expandit super illud nebulam suam. Quare titulo de solio. Sed ex quo clarificata est à filio suo in assumptione, accensus est quoad eam quasi quidam magnus ignis, deuotio fidelium, & ab vniuersis rectè credentibus mirabilis predicatur.

10. Item sol precibus sisti potest: vnde Iosue 10. dixit Iosue soli & lune: Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon. Steteruntque sol & luna donec vlcisceretur gens de inimicis suis suis. Sol Christus, Maria luna, quibus de hoc modo pro fidelibus Ecclesie debent supplicare prelati signati per Iosue. Gabaon interpretatur procliuum iniquitatis, & signat mundum, in quo facile lubricamus de peccato in peccatum. Vnde Thren. 4. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. Appropinquauit finis noster. Aialon interpretatur campi, in quo signatur libertas peccandi. Vnde: Peccator cum venerit in profundum, &c. Rogandi sunt ergo Christus & Maria ne moueantur contra eos, id est, eorum utilitatem, donec peccatores vlciscantur se de inimicis suis, id est, spiritibus immundis: quod fit cum eos exterminat conuertendo peccatores alios, eradicando vitia & plantando virtutes. Item sol non crescit nec decrescit. Similiter nec Maria vnquam creuit per orationem, nec vnquam decreuit per pusillanimitatem. Ipsa etiam fuit velut sol, clara per sapientiam, pura per continentiam, fulgida per famam, calida per charitatem, exaltata per Christi conceptionem & huiusmodi.

11. Moraliter. Sol fulgor bonæ vitæ. Iob 31. Si vidi solem cum fulgeret. Glossa: Sol in fulgore, bona vita in manifestatione. Et lunam incedentem clarè. Glossa: Lunam dicit famam,

quæ lucet in nocte. Sed hæc luna debet poni sub pedibus. Apocal. 12. Et latatum est cor meum, vanè gloriando apud me. 1. Corinth. 4. Quid habes quod non, &c. Et osculatus sum manum meam in ore meo. Glossa: Manum suam osculatur ore suo, qui laudat quod facit sicut Pharisæus, qui dicebat Luc. 18. Ieiuno bis, &c. Idè dicitur: Omnis laus in ore proprio sordescit. Quæ præsumptio vel superbia est iniquitas maxima, propter tria, quia ipsa est initium omnis peccati. Eccl. 10. quia diutius infestat. Vnde Glossa super Psal. dicit, quod prima est recedentibus à Deo, vltima accedentibus ad eum. Item quia minus hominem decet. Vnde Eccl. 10. Quid superbis terra & cinis? Et negatio contra Deum altissimum. Glossa: Auctoris sui gratiam negare conuincitur, quidquid sibi tribuit quod operatur.

CAPVT IV.

MARIA LUNA.

Vlto de sole, videndum est de luna. Luna secundum Tullium dicitur per synecopam quasi lucina, id est, lucens nocte. Vnde Virgilius: Casta fune lucina mihi. Vel quasi lux noctis. Secundum Isidorum dicitur luna quasi luminum vna. Genes. 1. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, id est, solem, scilicet Christum, ut præfesset diei, id est, iustis, luminare minus, id est, lunam, hoc est, Mariam, ut præfesset nocti, id est, ad illuminandum peccatoribus, & stellas, id est, iustos. Idè dicitur Christus sol iustitiæ Matth. 2. quia ab eo est omnis iustitia. Maria mater gratiæ, secundata scilicet à Deo, id est, impleta misericordia erga peccatores, sicut mater erga filios misericors est. Deus enim peccatores non audit. Ioan. 9. sed mater Dei ipsos non repellit. In sole, id est, in Christo feruor, id est, iustitia puniens, & splendor, scilicet misericordia parcens. In luna, id est, Maria splendor misericordie sine feruore seueritatis: quia non offendit infirmos oculos se respicientes, sicut feruor solis. Beatus Bern. Quid ad Mariam, &c. Titulo de benignitate eius.

Quia semper aut crescit aut decrescit, sed post crementum decrescit, & crescit post crementum. Maria verò quod magis crescebat in omni virtute, plus decrescit per humilitatem in sua reputatione, iuxta illud Eccl. 3. Quanto magnus es, humiliat te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Idè ipsa dicitur luminare quod minuitur in consummatione. Eccl. 43. Quare pauld infrà. Quia nihil tam simile soli quam luna, non tamen omnino similis. Nullum enim luminare tantum habet luminositatis, quantum sol, cuius luminositatem luna vicinios æmulatur. 1. Corinth. 15. Alia est claritas solis, id est, Christi. Alia claritas lune, id est, Mariæ. Alia claritas stellarum, id est, sanctorum. Quia inter planetas nullus soli tam proximus. Vnde: Assitit regina ad dextris tuis. 3. Reg. 2. Berfabee sedit ad dexteram Salomonis. Quia nihil medium inter

inter lunam & solem. Vnde dicitur hæc luna: Osculetur me osculo oris sui. Cantic. 1. Et idè nullus tantum nonit de secretis creatoris. Vnde dicitur Cantic. 1. Introduxit me rex in cellam vinariam, quæ dicitur à celando. Quia inferior planetarum, id est, humillima omnium sanctorum. Nullus etiam planeta tantum terræ vel mari accedit, & nullus sanctorum tantum peccatoribus qui terra sunt, per compassionem condescendit, maxime verò: his qui amarantur pro peccatis. Quia omnis quam alij planetæ perficit carum suum: & ipsa facilius impetrat à Christo quam alij sancti. Vnde 3. Reg. 3. dixit Salomon matri suæ in figura Mariæ: Pere mater mi. Item Assuetus Est. 1. Quid vis Esther regina, &c. Quia præ cæteris planetis dominationem habet in mari. Nam secundum ipsam fluxus & refluxus maris. Vnde Lucanus.

Thetidis vnda vagæ lumaribus æstuat horis.
Idè luna proprie dicenda est stella maris. Hæc est Maria stella maris. Mare est amaritudo penitentiae, qua Deo reconciliamur. Si assistat nobis Maria, affluit & abundat in nobis hoc mare. Eccl. 25. A mari abundat cogitatio eius. Si elongetur Maria à nobis, refluxit & recedit hoc mare.

Item luna videtur habere quandoque ferrugineum colorem: quia per penitentiam mortificabat corporis membra, & contudit sicut mella. Vel hæc proprietates impleta in filij passione, quando non fuit ei species neque decor. Ita. 13. Et ipsa per compassionem nigra fuit & offuscata. Secundum lunæ crementum vel decementum abundant vel decrescit modullæ in ossibus animalium. Virtutes & gratia modullæ sunt, quæ ossi irrigant virtutum naturalium, sine quibus deficiunt. Hæc verò modullæ nisi per gratiam & orationes Mariæ in nobis nequeunt abundare. Modullæ verò illæ sunt, humilitas, pietas, charitas, castitas, patientia, & huiusmodi, de quibus Proverb. 3. Sanitas enim in umbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. Rosita est: quia luna rorem dicitur minuitare. Vnde & Maria dicitur in sequentia, purpurea ut viola, solida ut luna. Ipsa enim dicit: In me omnis gratia vitæ & veritatis. Quia lumen & pulchritudinem suam habet à sole. Et Maria quidquid boni habet, attribuit vero soli. Vnde dicit: Fecit mihi magna qui potens est, &c. Item dicens cum Apostolo. 1. Cor. 17. Gratia Dei sum id quod sum, &c. Cant. 8. In nixa super dilectum, &c. Quia quod magis accedit ad solem, minus videtur habere luminositatis: sic Maria in se totum suscipiens solem iustitiæ, quasi vacuum se reputat & inanem, dixit: Ecce ancilla Domini, &c. Quia post conjunctionem cum sole gracilem se exhibet & subtilem oculis inuentum. Et hoc bene apparuit quando concepto filio visitauit Elizabeth multo minore se, & ipsi parienti humillimè ministravit.

De hac luna dicitur Cant. 6. Quæ est ista quæ progreditur quasi auro confurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, &c. Pulchra ut luna, cuius pulchritudo sic procedere dicitur. Antequam appareat, accenditur, accensa manifestatur, manifestata completur. Non apparebat,

sed erat quasi in decursu, quando concepta est cum originali, accensa fuit in sanctificatione, manifestata in sua natiuitate, & tunc erat quasi excisa Gallicè: quia sicut corporaliter, sic semper spiritualiter crescebat de bono in melius, de virtute in virtutem. Crescebat etiam & ampliabatur sanctificatio eius, & debilitabatur fomes in ea per oblationes legales. Vnde hic dicitur: Quæ progreditur. Tunc verò corniculata apparuit hæc luna, & eius cornua fuerunt humilitas mentis, & virginitas carnis, quibus scilicet cornibus, id est, virtutibus tam spiritualia quam corporalia vicia ventilauit. Erat verò quasi semilunium ante conceptum Saluatoris illustrans alios; bonorum radiis exemplorum, quando scilicet nutribatur in templo. Tunc verò fuit quasi luna plena, quando vocata est ab Angelo gratia plena, & maxime quando imprægnata est Filio Dei opere Spiritus sancti, & à sole iustitiæ plenissime illustrata. Ex tunc fuit pulcherrima creaturarum Dei. Vnde luna quando plena est, tunc vulgo dicitur labele. Habuit autem hæc luna triplicem plenitudinem. Prima fuit letitiae in angelica annunciatione. Secunda gratiæ in gratiæ adimpletione quando dicta est gratia plena. Tertia gloriæ, quando facta est mater Filij Dei, vel etiam in sua assumptione. Eclipsata est vero in filij passione, quando conuersa est in sanguinem ex passione filij patientis. Ioc. 3. Sol conuerteretur in tenebras, & luna in sanguinem, &c. In sua verò assumptione fuit luna perfecta in æternum, quæ tunc dicitur perfecta quando lucet tota nocte. Maria verò lucet in principio noctis, id est, incipientibus tentari, & in medio, id est, iscentibus in peccato, & in fine, id est, exentibus de peccato & eadentibus à tentatione. Et nota, quod non comparatur lunæ beata Virgo secundum statum eius presentem: quia nunc habet maculam, sed perfectiori lunæ quæ erit in futuro, quando omnis macula omnino auferretur: quando lux lunæ erit quasi lux solis. Ita. 30. Idè dicitur luna perfecta in æternum. Quare de his titulo de throno prope sinem.

Pulchra ut luna, quando illustrata est ex respectu diuinitatis, quo meruit beatificari à generationibus & vniuersis sicut ipsa dicit: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Cum dicit, respexit humilitatem ancillæ suæ, notat respectum diuinitatis. Cum subiungit, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, notat plenitudinem claritatis. Pulchra ut luna, quæ quasi naturaliter obscura, excepto in se solari radio accenditur lumine alieno. Vnde dicitur luna quasi lux aliena. Sic Maria adhuc in infirmitate corporis constituta, suscepto in se Spiritu sancto, tanquam illius summe manifestati radio, vero lumine Dei Filio fecundatur. Item pulchra ut luna: quia à vero sole iustitiæ illustrata, noctem seculi huius scientiæ coelestis & Euangelicæ conuersationis luce perfudit. Item luna crescit usque ad 14. diem, & tunc plena apparet: & circa 14. annum vel 15. Filium Dei creditur Mariæ concepisit. Et tunc apparet in medio lune, quo signatur vetus virginalis quasi imagnacula hominis pendens, vel quasi rusticus operatus falce spinarum. Hic est

est Christus, qui suspensus in patibulo crucis, nostrorum potrauit onera peccatorum, sicut dicitur. 1. Pet. 2. Qui peccata nostra pertulit in suo corpore super lignum, id est, poenam peccatorum, quæ designatur per spinas. Isa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, &c. Circa 15. verò diem incipit luna decrefcere, quod & Mariæ contigit, quando audiuit à Simeone: Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Computa diem pro anno sicut dicitur Ezechiel. 4. Item luna crescens habet cornua versus solis ortum, decrefcens versus solis occasum: quia Christum quem nasciturum ex se gaudens expectauerat, dolens expectauit pro nobis moriturum. Per cornua lunæ cogitationes intellige. In passione filij obcurata est hæc luna per cordis trititiam quæ est omnis plaga. Eccl. 25. quia sol iustitiæ qui tunc eclipsabatur, & cui non erat aspectus. Isa. 53. quos in ipsam dirigeret radios non habebat. Licet enim plena semper fuerit gratia & sine macula culpæ, non tamen caruit macula humanæ miseriz, sicut nec luna in præfenti quantumcumque pulchra, caret omnino macula. Fuit etiam tunc in iunctione solis, quando lunæ claritas non apparet, quando commoriens filio per compassionem stetit iuxta crucem eius. Ioan. 19.

7. Item luna sole recedente mundum illuminat: quia sole iustitiæ transeunte de mundo ad patrem per mortem corporalem. Ioan. 13. fide sua totam illustrauit Ecclesiam in triduo Dominicæ sepulturæ. Item eodem etiam sole iustitiæ ascendente ad cælum, dimissa est in mundo ad tempus, vt nouellam illam Ecclesiam primitiuam quæ erat quasi nouus quidam mundus, Apostolos videlicet & ceteros discipulos cum sanctis mulieribus, suis illustraret exemplis, & inueneret documentis cum illis iugiter in orationibus perseverans. Act. 1. Mundum etiam, id est, amatores munditiæ semper illuminat loco Christi. Hæc est noua luna, de qua dicit Psalmista: Buccinate in neomenia tuba. Hinc scilicet habemus argumentum, quod prædicandum est in festis ipsius. In insigni die solemnitate vestra: quia præceptum in Israël est, &c. Figurata enim fuit eius natiuitas in solemnitate, quæ antiquitus fiebat in kalendis, & eius natiuitas omnem inchoauit solemnitatem nostram. Vnde Eccl. 43. A luna signum diei festi. Et paulò superius ibidem dicitur: Luna in omnibus in tempore suo ostensio temporis & signum xui. Nam beata Virgo in omnibus nationibus in tempore suæ apparitionis, ostensio est illius temporis, de quo dicitur ad Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, &c. Isa. 49. In tempore placito exaudiui te, &c. Ipsa etiam est signum xui insigniens omnem ætatem præsentem, præteritam, & futuram. Sequitur: A luna signum diei festi: nam ab ipsa orta est & egressa omnis nostra festiuitas, scilicet Christus Dominus, qui est gaudium nostrum. Vnde & ipsa dicitur ciuitas solemnitatis nostræ. Isa. 33. Sequitur: Luminaria, quod minuitur in consummatione. Hoc de luna materiali non potest intelligi: quia non minuitur in consummatione, sed post consummationem: prius enim confirmatur per perfectionem, & postea mi-

nuitur decrefcendo. Beata verò Maria quando annuntiata est gratia plena & in matrem Domini electa est, quod fuit consummatio excellentiæ eius, quasi se mirabiliter imminuens respondit: Ecce ancilla Domini. Proinde autem dictum est, minuitur, humiliatur: nec dictum est, decrefcit, ne posset intelligi de minutione decrementi. Quasi diceret: Cum audisset Maria tantam sibi promissam celsitudinem, quod fieret mater Dei, & se imminuisset per humilitatem non inans se ancillam, ex hoc consummata est & facta luna plena: quia in hoc verbo concepit Filium Dei. Ideò paulò post subditur: Crescens mirabiliter in consummatione. Interponitur autem, Mensis est secundum nomen eius. Nomen eius est Maria, & interpretatur illuminatrix, quia illuminat dies nostros & opera nostra. Mensis igitur est dierum & operum nostrorum perfectio, & hic mensis sic illuminatur ab ea, quod est mensis ex mense. Luna materialis facit mensem post mensem, sed ista luna facit mensem ex mense: quia ex perfectione bonorum operum ad quam nos illuminat meritis & exemplis, erit mensis, id est, perfectio præmiorum. Vnde Isa. in fine: Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. Legimus de sabbato, quo Dominus requieuit ab omni opere quod patrarat. Gen. 1. sed ex illo non fit nobis sabbatum, nec ex illa requie requies. Sed beata Virgo dicit: Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et ex isto est nobis sabbatum. Et bene dicitur mensis secundum nomen eius: quia secundum illuminationem qua nos illustrat, erit in nobis perfectio operum si secuti fuerimus exempla illius.

8. Item luna cum primò illuminatur, dicitur à Philosophis dicotomos, à dia quod est duo, & tomos quod est diuisio: quia tunc apparet corniculata, cuius duo cornua diei & proximi dilectio, vel virginitas & maternitas, quæ in ea simul conuenerunt. Diuisa fuit à cæteris quando ab Angelo salutata præ cæteris. Vel potius sicut dicit Manducator, Maria designatur per mare rubrum, quod diuisum est in diuisiones duas oppositas. Vna votum virginitatis, altera consensus coniugij quod contraxit. Quæ duo summè inuicem contraria. Item luna noua bicornis apparet, & quasi habens similitudinem nauis: quia Maria nauis est, quæ deducit amicos suos in portum voluntatis eorum. Et quia luna videtur quasi nauis, signum est, quod portat amicos suos sursum, hoc est, in cælum. Vnde, id est, à quo cælo, eisdem quasi nauis appostat quidquid est necessarium. Propter hoc de hac luna, id est, Maria dicitur: Facta est quasi nauis, &c. Apparet etiam noua luna quasi habens formam nouaculæ: quia Dominus quantum in se est in exemplis Mariæ quasi in quadam nouacula refecit & tollit à nobis omnem superfluitatem, vt de hoc possit exponi illud Isa. 7. In die illa, id est, in infusione gratiæ. Rader Dominus, ministerio huius nouaculæ. In nouacula conducta, Gallicè asillee, vt quidam volunt. In his qui trans flumen sunt, id est, qui addorsauerunt fluxum deliciarum carnalium & diuitiarum mundialium. Caput, id est, superfluas cogitationes procedentes de

de mente quæ est caput animæ. Et pilos pedum, id est, motus illicitos & prauas affectiones. Et barbam vniuersam, id est, omnem præsumptionem de virilitate propria.

9. Item luna quando crescit, dicitur amphircos, ab amphi quod est circum, & circos quod est circulus: quia nondum tota illuminata, circulo quodam claritatis est ambita. Sic ipsa in Spiritu sancti obumbratione, dono speciali ad sui custodiam circumdata. Quando plena pansenos, à pan quod est rotum, & sele quod est splendor, & nictos quod est nox, quasi tota splendens nocte. Cum enim filius incarnatus est in ea, tunc in se suscepit perfectum lumen sapientiæ, quo mundi illuminauit cæcitatem, & aliarum stellarum, id est, sanctorum obscurauit claritatem, ad cuius comparisonem parum lucent. Tunc tamen habuit hæc luna nubeculam, non culpæ, sed poenæ. Vel potest dici, quòd exemplo filij peccatorum aliorum sua dicebat, qui dicit: Longè à salute mea verba delictorum meorum. Sic & ipsa per humilitatem attribuebat sibi maculam, docens alios, vt dicerent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. Vel potest dici, quòd fuit quasi semiplena in sanctificatione, plena in natiuitate, plenior in filij conceptione, plenissima in assumptione.

10. Luna Ecclesia. Luna est corpus globosum, sicut quidam dicunt, cuius medietas obscura est, & medietas luminosa: & quando pars luminosa ad nos vertitur, tunc nobis incipit apparere, donec tota videatur: & dum iterum conuertitur, obscura pars incipit apparere, donec auferatur à nobis tota pars luminosa. Hæc est Ecclesia quæ ex carnali parte obscura est, ex spirituali luminosa: & hæc pars quandoque hominibus latet, & quandoque eis patet, sed soli Deo nota est. Alij dicunt, quòd luna non habet humen nisi à sole, sed soli propinqua non illuminatur à parte nostra, & ideò non apparet: quando verò recedit, nobis conuoluta incipit apparere. Et hoc bene competit Ecclesiæ quæ totum lumen habet à sole iustitiæ. Et tripliciter obscuratur, per eclipsim, per interpositionem nubium, & finitis mensibus decursibus. Sic Ecclesia tempore persecutorum cruenta, fraude hæreticorum rubiginosa, corruptione fallorum fratrum lurosa, &c.

Sidus quod dicitur à considerando: quia stella maris quæ signat Mariam.

CAPVT V.

Maria horizon.

Horizon, quod, sicut quidam dicunt, interpretatur finitor iustus. Et dicunt, quòd horizon visus corporalis est circularis illa circumferentia, vbi ex defectu visus humani cæli terræ coniungi videtur. Horizon autem visus spiritualis est, vbi celsitudo diuinitatis ad suscipiendam humanam naturam inclinatur. Sicut enim ibi deficit visus corporalis, similiter & hic mens humana capere non potest quomodo diuinitas & humanitas in vnâ personam vni-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

ta: vnt in vterò virginali. Christus enim finis est desiderij nostri: quia ipso habito nihil ultra querendum, nec citra finem istum visus nostræ mentis consistere debet, ne mundanis affectibus vel quibuscumque illicitis desiderijs à creatoris sui contemplatione repellatur.

CAPVT VI.

Maria lucifer.

Lucifer. Maria dicitur lucifer. Primò quia tulit in se veram lucem, id est, Christum qui est Dei sapientia. Inde lucifer quasi ferens lucem. Secundo quia illuminauit nebulosa legis & Prophetarum pariendo Christum, quem Prophetæ obscure prædixerant: quia tenebrosa aqua in nubibus aëris, id est, obscura scientia in Prophetis. Inde dicitur lucifer, quasi lucem cæcis ferens. Tertio quia tulit in se lucem, id est, gratiæ abundantiam, de cuius plenitudine omnes accepimus. Inde dicitur lucifer quasi luce fertilis: quia vita eius gloriosa lucem dedit seculo. De isto lucifero canit Ecclesia in natiuitate eius: Oritur vt lucifer inter astra ætherea, &c. Item de hoc lucifero potest exponi illud Iob 30. vbi Dominus loquitur ad Iob, dicens: Nunquid produces luciferum in tempore suo, & vesperum super filios terræ consergere facies? Bene autem ortus Mariæ comparatur ortui luciferi: quia orta est non tenebrosa in ortu sicut nos qui omnes nascimur filij iræ. Ephes. 2. Sed ipsa ante sanctificata quam nata, orta est vt lucifer, id est, tota clara, & in spe maioris claritatis, scilicet solis iustitiæ, qui natus est ex ea. Et hunc luciferum produxit Dominus, in tempore suo, id est, in tempore gratiæ. Et hoc est quod Dominus dicit ad Iob: Nunquid produces luciferum, &c. Ac si diceret: Non tu, sed ego. Item bene Maria comparatur lucifero: quia sicut lucifer præminet cæteris stellis in claritate, sic Maria sanctorum ordinibus vniuersis in dignitate. Dicitur autem lucifer Græcè sotos à fos quod est lux, & oros quod est visio. Alia de hoc lucifero habuisti titulo, quòd ipsa stella.

CAPVT VII.

Maria aurora.

Aurora. Gallicè alba ab albedine: quia tota candida intus & exterius, per sanctimoniam carnis & spiritus: vnde & lilio comparatur Cantic. 2. Maria aurora. Latine aurora ab auro, hoc est, à splendore secundum Isidor. quia tota fulgida intus & exterius. Vel ideò dicta est ab auro: quia in se habuit tripliciter aurum. Aurum mundum virginæ puritatis. Apocal. 21. Ipsa ciuitas aurum mundum, &c. Aurum ignitum feruentissimæ charitatis. Apocalyp. 3. dicitur Angelo Laodicæ: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. Aurum optimum sapientiæ à sapore: quia gustauit

8

& vidit, &c. Genes. 2. Aurum terræ Euilath optimum est. Quali aurea hora iuxta Isidor. quia adduxit ætatem auream, id est, tempus gratiæ. Vnde ei conuenit quod dicitur de saturno.

Aurea per em. Et. disponens secula terras.

Ab auro, id est, gratia & flatu Spiritus sancti qua per flata est in sanctificatione & semper deinceps. Vnde Cantic. 5. Veni auster, perfla hortum meum, id est, Mariam, dicitur Spiritui sancto. Quali auro rorans. Nam precibus & meritis eius percipimus auram, id est, refrigerium & rorem gratiæ contra incentiua vitiatorum. Ita est etiam auro illa de qua dicit Eliphaz Job 4. Vocem quasi auræ lenis audiui. Mariam liquidem dicitur auro propter refrigerium gratiæ quam infundit diligentibus se, lenis propter multitudinem benignitatis suæ.

Quali horum roris: quia in conceptu suo descendit eam Filius Dei quasi ros. Vnde dicit Osee 14. Ego quasi ros: & Israel, id est, Maria, germinabit quasi lilium. Titulo de his quæ à superioribus descenderunt in hortum conclusum. Ipsa enim est concha illa quam Gedeon, id est, Christus impleuit rore expresso de vellere: & de illa plenitudine quam contulit matri, omnes accepimus gratiam pro gratia. Ioan. 1. Adhuc etiam non cessat ipsa corda concaua per humilitatem rore gratiæ adimplere. Christus etiam qui dicitur ros, venit per Virginem in cor humanum.

Ab auro: quia concepit per aurem. Vnde dicit Cant. 5. Dilectus meus, id est, Deus pater, misit in me manum suam, id est, filium, perforamen auris meæ. Ideo canit ei Ecclesia: Concepsisti per aurem Dominum nostrum, vt benedicta dicatur inter omnes mulieres, &c. Per aurem, id est, per fidem dictorum: quia fides ex auditu. Rom. 10.

Item aurora quasi aurum hora quæ tunc incipiunt modulari voces suas in laudibus matris & filij. Aues istæ, viri spirituales, qui concorditer ludant eam. Vnde: Te laudant Angeli. Vnde & potest dici eam cum filio, qui dicit Job 38. Cum me laudauerit si nulastra marutina, & tubilauerit omnes filij Dei. Facit etiam obmuerere aues nocturnas, id est, hæreticos: quia per eam obstructum est os loquentium iniqui. Quali aurum auro aperiens. Aues, animæ fideles volantes pennis virtutum, quarum conuertiatio in supernis, quarum ora aperit ad laudes suas & filij & ad gratiarum actionem iugiter Domino persoluentem de beneficiis incarnationis & passionis suæ. Vnde. 2. Cor. 9. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius. A vigiliis à longè prænuntiatur. Nam ab æterno præordinata est in officium salutis humanæ. Sic ipsa dicit Proverb. 8. Ab æterno ordinata sum & ex antiquis, antequam terra fieret. Præfigurata est etiam in factis Patriarcharum, & prænuntiati oraculis Prophetarum. Noctem finis, & diem inchoat: fuit enim finis legis & inchoatio gratiæ. Nox enim quædam longa admodum ab Eva fluxit vsque ad Mariam, quam finit ipsa Maria in ortu suo. Et hæc fuit nox illa solitaria nec laude digna. Job 3. quæ licet obicura, suis tamen vigiliis quasi quibusdam fulgoribus distinguebatur.

Prima vigilia, illuminatio occultæ inspirationis. Hæc fuit obseruata temporibus Noë & Abraham, qui occulta inspiratione aliquid figuratiuum de ea intellexerunt. Secunda, eruditio legalis. Hæc tempore Moyfi & illorum qui per legem instructi sunt. Tertia, certitudo prophetiæ prænuntiationis. Hæc tempore Prophetarum. Quarta, vehemens sanctorum desiderium de promissione facta à Domino adimplenda. Hanc habuerunt Simeon, Elizabeth, & anima, qui velut in puncto iam erumpentis auroræ constituti, non solum ipsam, sed & filium suum videre ardentissimè gestiebant. Has itaque vigilias obseruauerunt sancti ab initio, si quando hanc auroram aspicerent, sicuti appareret, si vsquam sui proferret indicia: quia hanc & rebus mysticis præfigurata & prophetiis promissam intelligebant. Aliter. Ipsa interminuit noctem triplicem, scilicet noctem legis quæ erat obscura figuris, noctem ignorantie, & noctem culpæ. Inchoauit autem lucem Noui Testamenti contra noctem legis. Illum peperit, qui manifestauit veritatem contra noctem ignorantie, & lucem gratiæ contra noctem culpæ adduxit. Tenebris etiam malitiæ & miseræ finem adesse nuntiavit.

Aliter. Per Eva nox præcessit: quia à muliere initium factum est peccati. Eccl. 25. Per Mariam dies appropinquauit. Ad Rom. 13. Sed nato sole iustitiæ de hac aurora, plenariè diuisæ sunt tenebræ à luce, sicut dicitur Genes. 1. Tenebrosa etiam erat scriptura, iuxta illud Psal. Tenebrosa aqua in nubibus æris: quia obscura erat scientia in Prophetis. Sed sicut adueniente sole qui quasi nascitur de aurora, recedunt tenebræ: sic nascente Christo de Virgine, recesserunt tenebræ scripturarum. Eccl. 43. Aperti sunt thesauri & euolauerunt nebulæ sicut aues. Propterea dicebat Job 33. Quis mihi tribuat adiutorem, vt desiderium meum compleat Omnipotentes, & librum scribat ipse qui iudicat?

Aurora de tenebris videtur procedere, & postmodum quasi pariendo producere solem. Sic beata Virgo processit ex antiquis patribus, qui in tenebris peccatorum & in caligine ignorantie & sub umbra legis erant: & ipsa velut aurora nobis peperit verum solem. In ortu auroræ quodammodo nox lucida & dies videtur obscura: quia Maria nascente, quasi quædam aurora surrexit, & humana fragilitas in ea lucida fuit per gratiam, & dies æternus, id est, Christus obscuratus est in ea per humanitatem assumptam, cui dicitur Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus, scilicet sub nubilo nostræ carnis. Diuisa à tenebris lucem diuidit à tenebris: quod figuratum est Genes. 1. vbi dicitur: In principio, scilicet restorationis humanæ, creauit Deus, cuius Maria est opus speciale. Vnde dicit ei Psal. Tu fabricatus es auroram, id est, Mariam, & ex ea solem iustitiæ. Cælum & terram, id est, animam & corpus Mariæ. Sed hæc terra erat inanis & vacua, ante gratiam sanctificationis: & erant tenebræ super faciem abyssi, quia concepta est in originali. Et dixit Deus quasi prædestinando: Fiat lux, & facta est lux, quando eam sanctificauit. Et de illa luce secundum opinionem quorundam factum est corpus solis. Maximè autem facta est lux in conceptione

uerfo. Diuidit lucem à tenebris: & hoc tripliciter, quia suis orationibus & exemplis prædestinatos separat à vitiis, quibus dicitur Eph. 5. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Antiqui etiam patres per eam de limbo sunt extracti, quibus se connumerans dicebat Job 17. In tenebris strauit lesculum meum. Et populus qui ambulabat in tenebris, per eam vidit lucem magnam. Isa. 9. Scripturam etiam sacram quæ est lux, præseruat ab hæreticis tenebrosus. Prima claritas dici. Nam ipsa fuit initium diei gratiæ, quæ scilicet dies incipit à sanctificatione eius. Idem dicitur aurora consurgens, in plenam claritatem diei. Propter hoc etiam dicitur de Christo Sap. 16. Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum solis adorare te. Rectè Maria dicitur oriens lucis: nam ex ea ortus est Christus qui est lux mundi. Ioan. 8. Per hanc auroram solem præuenit, qui matris intercessione filium sibi propitium reddit. Ad Orientem lucis adoratur, qui matri obsequendo iram filij mitigat. Partim obscura, partim lucida: obscura per originale quoad natiuitatem in vtero, lucida per natiuitatem ex vtero cum sanctificatione. Vel ipsè partim, quia tantam non habuit claritatem in natiuitate, quantam postea in gratiæ plenitudine, in Spiritu sancti superuentione, in Filij Dei conceptione.

De tenebris nascitur, scilicet synagoga: quia sicut spina rosam genuit Iudæa Mariam. Et ortum solis præuenit ortu suo, licet illuminetur à sole post eam surrecturo. Præcessit enim eius natiuitas humanam Christi natiuitatem, sed à diuinitate totum suscepit splendorem. Vnde 2. Reg. 23. Sicut lux auroræ oriente sole manè absque nubibus rutilat, &c. Idem videtur dicere illud Ioan. 1. Qui post me venit, ante me factus est, &c. Propter hoc canit ei Ecclesia: Geniisti eum qui te fecit, & in æternum, &c. Beatus Maximus: Si quidem ipse est author Mariæ qui ortus est ex Maria. Ad hoc designandum postquam dixit Angelus ad Iacob, Dimitte me, iam enim ascendit aurora, sequitur in textu paulò post. Ortus est ei sol postquam transgressus est Phanuel. Gen. 31. Mystice. Sicut aurora solem antecedit, sic Maria imaginem filij nascituræ ex ea nobis in virtutibus quasi representauit. Lucida nobis interiecta lumen incircumscriptum mortalium oculis ostendit. Nubes lucida Christi caro purissima. Ad litteram existentibus iuxta mare citius apparet quam existentibus inter montes. Per mare amaritudo poenitentia: & tribulationum: iuxta est enim hæc Domina his qui tribulatio sunt corde. Dicit etiam de amatore suo: Cum ipso sum in tribulatione. Per montes superbia & opulentia, quorum tumor & plenitudo infusa repellunt. Et intellige de apparitione quæ est per infusionem gratiæ & misericordie. Mediæ inter noctem & diem. Dies Christus, nox peccator: sicut enim filius est mediator inter Deum & hominem, sic mater inter filium & peccatorem: quod apparuit in passione. Quære causa 17. Sicut impossibile est de tenebris noctis venire ad lucem nisi mediante aurora, sic impossibile est de tenebris vitiocum venire ad lucem gratiæ & virtutum nisi mediante inter-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

cessione Mariæ. Consurgens singulis rebus reddit colores proprios: quia de nocte omnia quasi vniuersi coloris sunt. Nox enim, vt dicit Augustinus, quodammodo aufert oculos mundo, aurora restituit. Nam in eius natiuitate meliora sunt omnia, & est quasi forma & modulus totius bonitatis. Forma enim fuit poenitentium stans iuxta filij crucem. Forma actiuorum ministrans Elizabeth parienti. Forma contemplatiuorum colloquens cum Gabriele, & cum Apostolis, & sanctis mulieribus in oratione perseverans. Act. 2. Peperit etiam Christum qui ad hoc venit in mundum, vt suam repararet imaginem in animabus nostris per Adam veterem deformatam, Rorem adducit quo terræ nascencia nutriuntur. Attulit enim rorem totius spiritualis fecunditatis & vniuersæ benedictionis, quo nutritur & coalescit omne spirituale bonum: & idem dicitur aurora quasi hora roris, vt supra. In aurora flores prius clausi expandunt folia sua. Vnde Ouidius: Ecce vigil nitido patefecit ab ortu purpureæ aurora fores, & plena rosarum atria. Flores isti sunt sancti, qui quasi prius clausi in botro, ipsa nascente aperti & expansi sunt. Ipsa liquidem fuit quasi primum lilium per votum virginitatis, filius suus quasi prima rosa Noui Testamenti per passionem crucis. Idem dicit filio ipsa: Innocentes & recti adhererunt mihi: quia sustinui te. Idem etiam virginibus dicitur Eccl. 39. Frondete flores quasi lilium, id est, Mariæ exemplum. Item aurora illucescente colligebatur manna à filiis Israel in deserto. Exod. 15. quia ipsa intercedente in deserto huius mundi interpretatur cælestis gratiæ refectio, & ipsa purificans nos per poenitentiam quæ signatur per desertum, digne sumimus corpus Christi. Item dicitur aurora rutilans, quæ est signum pluuie: & ipsam habuit mundus plenitudinem gratiæ. Vnde de ea dicitur Osee. 6. Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet nobis quasi imber temporaneus, &c. Quære paulò infra.

Item aurora fugat fures illos de quibus dicitur Job 24. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis. Fures isti demones, qui furantur thesauros bonæ operationis. Vitiū quodlibet quod thesaurum oppositæ sibi virtutis. Superbia quæ furatur thesauros cuiuslibet virtutis, sicut dicit Gregorius. Hæretici qui thesaurum rectæ fidei. De quolibet humilmodi fure dicitur Ioan. 10. Fur non venit nisi vt furetur, &c. Releuat infirmitates corporales. Et Maria languores animarum. Nam ante ortum ipsius per Euam totus infirmabatur mundus, ita quod à planta pedis vsque ad verticem capitis non erat in eo sanitas. Isa. 1. Mundas aues excitat ad cantandum, & ad laudes creatoris, sicut pater in alanda: vnde & dicitur aurora quasi aurum ora aperiens, vt supra. Tunc enim exhilarantur volucres, & dulciter modulantur, id est, viri spirituales, qui in ortu & de ortu Virginis concorditer cecinerunt, de quibus dicitur: De medio petrarum, id est, duorum testamentorum, dabunt voces. Tunc enim ceperunt intelligi oracula Prophetarum. Idem canit ei Ecclesia. Natiuitas tua Dei genitrix virgo gaudium annuntiauit in vniuerso mundo.

mundo. Nocturnas aues conuertit in fugam. Hi sunt hæretici. Nam qui male agit, odit lucem. Ioan. 3. quia Maria mediante filio cunctas hæreses interemit, & per eam obstructum est so loquentium iniqua. Vel nocturnæ aues phantasticæ cogitationes & prauæ affectiones. Terminum ponit sopori, inducit principium operi, iudicium est sereni. Terminum sopori: quia tunc surgunt operarij, viatores, & peregrini: per ipsam enim data est gratia meritorie operandi, patefacta est via paradisi, datur facultas ad supernam Ierusalem reuertendi, cum ante eam omnes descenderet in Babyloniam inferni, vbi nullus ordo, sed æterna confusio. Moraliter. Terminus soporis refertur ad penitentiam. Vnde: Surge qui dormis. Principium operis ad actiuam. Iudicium sereni ad contemplatiuam. Hæc est aurora de qua dictum est Iacob ad Angelo cum quo luctabatur Gen. 31. Dimitte me: iam enim ascendit aurora. Angelus hic Deus pater, Iacob figurat sanctos patres, qui sub Veteri Testamento precibus & lachrymis quasi Iacobus brachijs, sicut tangitur Osee 12. vbi agitur de lucta Iacob, nitebantur à Deo extorquere incarnationem vnigeniti sui, quorum cetera responderet, quasi in ortu Mariæ. Dimitte me: iam enim ascendit aurora, quasi cesseret iam instantia vestri luctaminis: quia iam ascendit aurora, id est, lux illa nascitur, quæ vobis pariet verum solem. Sed respondit Iacob: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi: quia non debent cessare desideria & instantia sanctorum, donec benedictionem receperint, id est, donec Iacob, id est, luctator fiat Israël, id est, videns Deum in patria, & donec possit dicere: Vidi Dominum facie ad faciem: & salua facta est anima mea. Et nota, quod postquam Iacob transgressus est Phaniel, ortus est ei sol. Phaniel interpretatur contemplans Deum. Ille ergo transgreditur Phaniel, qui illos transgreditur, qui fide Deum contemplantur, vt ipsi sic oriatur sol, quod Deum videat etiam oculo corporali. Aliter vt per Angelum signetur Christus, qui forsitan data nobis matre videtur dicere se oranti: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Quasi dicat: Iam non pulses ad me primo loco, sed vade ad matrem meam. Sicut aliquis rex iuuenis ad honorem matris suæ reginæ, remittit ad eam negotia regni. Et hoc apparuit in nuptiis Ioan. 2. vbi prius ministri venisse creduntur ad matrem, & ipsa ad filium. Ideo fortè dirigitur sermo ille Sap. 16. ad patrem: Oportet præuenire solem, id est, prius venire ad Mariam, quam ad solem iustitiæ, ad benedictionem tuam obtinendam. Et ad ortum lucis adorare te, id est, gratias agere de ortu Mariæ, per quam illuminatus est mundus. Moraliter. Oportet præuenire bene operando solem, id est, diem iudicij, vbi omnia manifestabuntur. Ad benedictionem tuam habendam illam de qua Matth. 23. Venite benedicti, &c. Et ad ortum lucis odorare te, id est, credere natiuitatem Christi, in cuius natiuitate manifesta sunt omnia quæ dicta sunt per Prophetas. Et nota, quod cum Angelus diceret Iacob verbum istud, Dimitte me, &c. tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. In femore designatur gene-

ratio. Nata enim beata Virgine, mutatus est modus generationis humanæ quæ erat de viro & muliere: quia filium genuit sine virili opere. Item de hac aurora dicitur Iob 38. Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum? Et in hac auctoritate tangitur vtraque generatio, scilicet Christi & Virginis. Præcepit enim Dominus diluculo, id est, beatæ Virgini, & illuxit, ostendit auroræ, id est, beatæ Virgini locum suum, videlicet vt terminaret tenebras, & inchoaret lucem. Quod autem dicitur, post ortum tuum, quasi negatiuè ponitur. Quod si de ortu Iob intelligitur, planum est. Si autem sic intelligatur: Nunquid post ortum, &c. ac si dicat: Non tu hæc fecisti post ortum tuum, sed ego feci post ortum meum. Et hoc intelligitur de natiuitate æterna: & hæc dictio, post, non notat finem illius natiuitatis, sed perfectionem. Natiuitas enim Filij de Patre semper est perfecta, nunquam est præterita, vel futura: quia semper Filius nascitur de Patre, cum illa generatio sit æterna. Item de hac aurora dicitur Iob 3. vbi loquitur de Iudæo qui est membrum diaboli, qui diabolus significatur per noctem, cum dicitur: Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Et subditur de Iudæo: Expectet lucem, & non videat nec ortum surgentis auroræ. Expectabat enim Iudæus suum Messiam, & illam lucem non vidit, nec auroram surgentem.

Item de hac aurora dicitur Cant. 6. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, &c. Natiuitas enim Virginis & ortus auroræ congrua & grata sibi similitudine comparantur, sicut assignatum est supra multiplici ratione. Et est hæc vox Spiritus sancti, sicut dicit Hieronymus admirantis, id est, admirantes Angelos sanctos facientis, qui cum essent insueti de tam admirabili natiuitate, & de tam solempni assumptione generis humani in beata Virgine (nam hæc auctoritas & natiuitati eius conuenit & assumptioni) quasi admirantes prorumpunt in hæc verba: Quæ est ista, &c. Istud, quæ est ista, habes multipliciter expositum titulo de aromatibus horti conclusi. Et quod ibi dicitur, ascendit, & hic progreditur, potest verè eodem modo exponi. Et bene beata Virgo progredi dicitur vt aurora: sed nos omnes qui nascimur filij iræ. Ephes. 2. in huius miseræ incolatu quasi tenebræ progredimur. Vnde Ephes. 5. Fuistis aliquando tenebræ, &c. Quæ est ista, &c. In his verbis notatur Mariæ sancta natiuitas, in hoc quod dicitur aurora, sanctior vita in hoc quod palchra vt luna, sanctissima assumptio in hoc quod electa vt sol: potentissimum adiutorium in hoc quod subditur, Terribilis vt castrorum acies ordinata. Et hæc interrogatio, quæ est ista, ad singula membra referenda est. Fuit ergo aurora in natiuitate, vt supra dictum est, luna plena in conceptione Saluatoris: vnde tunc dicta est gratia plena, quæ tunc solem iustitiæ eclipsauit: electa vt sol in assumptione, eclipsum de cætero non passura. Vel ita vt hæc auctoritas conueniat triplici eius solempnitate. Aurora in natiuitate: quia per eam dies salutis mundo illuxit, & ipsum verum so-

6.

CAPVT VIII.

Maria diluculum.

lem præueniens aliquanto tempore; tandem prætulit mundo, & quotidie piè flagitantibus adducit & reducit. Luna plena in filij conceptione: ad quod signandum ei dictum est Luc. 1. Aue gratia plena, portans in medio tui in vtero virum fasce spinarum onustum, Christum scilicet filium suum, verum hominem, qui fasce iniquitatum nostrarum portauit in corpore suo super lignum crucis, vbi spinis coronatus est. 1. Pet. 2. Isa. 53. Languores nostros, &c. Electa vt sol in assumptione, vbi nihil presentis ignorantiz, nullam spinam præsentium ærumparum habens, cælesti claritate refulsit, & intenso charitatis feruore exarsit. Quæ progreditur in mundum de vtero matris. Progreditur enim super natiuitates aliorum nascendo tota sanctificata, progressa viuendo super vitam aliorum, quia sine omni mortali & veniali macula: progressa moriendo super legem morientium, quia nulla corporis putredine resoluta. Et pro his omnibus dicitur de ea, quod nec primam similem visa est nec habere sequentem. Quæ progreditur: tota enim vita eius fuit quasi quidam mirabilis processus & progressus, quia semper creuit de virtute in virtutem: quod notatur in ordine verborum istorum, vbi primum auroræ, secundò luna, tertio sol comparatur. Progreditur ergo sicut dies à claritate auroræ subobscura crescit in splendorem solis meridiani. Si enim iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diem: Prouerb. 3. multò magis Mariæ semita, quæ peperit solem iustitiæ, progreditur in terra super omnes mortales in omni gratia & virtute: Vnde dicitur ei Prouerb. in suo. Multæ filie congregauerunt diuitias, &c. Progreditur in assumptione, scilicet de terra ad cælum: nam carnis locus proprius terra est, sicut dicit Gregorius. Progreditur etiam in ipso cælo super omnes ordines Angelorum & sanctorum. Vnde de ea canitur: Vidi speciosam, vsque, de super riuos aquarum. Quasi aurora, sicut expositum est supra. Consurgens, id est, tota simul surgens. Ex hoc conicitur, quod assumptio sit cum corpore per participum decompositæ figuræ. Vel vt intelligatur hoc de natiuitate, quod dicitur quasi aurora consurgens: quia de cadente materia surgens. Alij enim cadunt nascendo: quia omnes nascimur filij iræ. Eph. 2. sed ipsa consurrexit: quia munda ab originali: & tunc dixit Deus de tenebris lumen splendescere, per quod scilicet lumen illuxit in cordibus nostris, sicut dicit Apostolus, 2. Cor. 4. Vel de sanctificatione eius. Quasi enim consurrexit hæc in sua sanctificatione, quando incepit lucere. Sed quia eius sanctificatio præcellerat sanctificationes Ieremæ & Ioannis Baptistæ, idè dicitur consurgens: quia inter sanctificatos habuit præminentiam. Vnde dicit beatus Bernardus ad Canon. Lugdun. Ego puto, quod & copiosior gratia sanctificationis in ipsam descendit, quæ non solum eius sanctificaret animam, sed & eam ab omni peccato deinceps conseruaret immunem: quod nulli de alijs mortalibus credimus esse donatum. Vel consurgens à culpa præfenti & futura & quoad originale & actuale peccatum.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Diluculum, de quo dicitur Osee 6. Quasi diluculum præparatus est egressus eius. Diluculum dicitur. Ortus Mariæ fuit diluculum diei gratiæ: quia vsque ad ipsam duravit nox quam prima mater in mundum introduxit. Et huius diluculi principium fuit obsecrum per originale, sed citò illuminatum, scilicet in sanctificatione, sicut supra dictum est de aurora. Ortus verò Christi fuit plena dies. Vnde tunc canitur illud Isa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris; vidit lucem magnam. Ideò etiam tunc dictum est pastoribus Luc. 2. Natus est vobis hodiè saluator, &c. Et dictum est hodiè cum esset nox: quia de illa nocte prædixerat Psal. Nox sicut dies illuminabitur, &c. Passio verò Domini fuit quasi meridies. Vnde Amos 8. In die illa, occidet sol in Meridie, quando scilicet, habetur plenitudo calor & luminis. In meridie enim est sol altior, feruentior, splendidior. Tunc enim Dominus ostendit magnum feruorem dilectionis, sicut prædictum erat. 1. Reg. 11. Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol. Feruor enim charitatis fecit eum pati. Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, &c. Et tunc non fuit qui se absconderet à calore eius, tum oraret etiam pro inimicis. Tunc etiam fuit plenitudo luminis, id est, cognitionis: quia tunc velum templi scissum est, id est, manifestata velamina scripturarum. Et miro modo occasus huius solis fuit in meridie passionis. Alio autem respectu tepuit iste sol in vespere suo, vel occasu, quando summam ostendit misericordiam, vt feruor ipse dicatur iustitia, tepor misericordia. Quasi diluculum præparatus est, &c.

Diluculum principium est diei, & Maria principium Christi secundum humanam naturam quam assumpsit de ea, qui Christus dies est æternus secundum diuinam. Diluculum etiam istud coniungit noctem, id est, peccatores, diei, id est, Christo, sicut dictum est de aurora: & in hoc diluculo incepit mundo discessere. Præparatus est egressus eius, id est, ab æterno paratus per prædestinationem. Vnde ipsa dicit Prouerb. 8. Ab æterno ordinata sum & ex antiquis antequam terra fieret. Vel præparatus per veterinam sanctificationem, vt tota munda nasceretur, per quam mundus mundandus erat. Vel præparatus per sapientiam patris, cui ipsa dicit: Tu es qui extraxisti me de ventre, &c. Præparator Spiritus sanctus vel tota Trinitas. Sequitur: Et venit nobis quasi imber temporaneus & ferocinus terræ. Datus casus. Bene dicit: Quasi imber, scilicet vt nos compluar gratia sua, & fecundet ad fructificandum per bona opera, & extinguat in nobis feruorem concupiscentiarum. Adapta Mariæ ceteras proprietates pluuiæ, quas inuenies ibi: Descendit sicut pluuia in vellus. Imber, id est, gratia vel doctrina Christi & Mariæ, quæ duo pulueres, id est, peccatores conglutinant, vt inde fiant vasa in honorem. Temporaneus & ferocinus. Imber temporaneus secundum Hieronymum, quo

S 3 iactum

incommodum semen coalescit in terra, est gratia panis. Serotinus, quo ipsa grana iam ingroscata maturantur, est gratia consummans. Sic promittit Dominus aduentum suum. Et talis factus in mundo natiuitas Mariæ. Ideo assidue roganda est à nobis, vt nolentes præueniat, vt velint: volentes sequatur, ne frustra velint, sicut docet August. vt Dominus exoretur tribuens gratiam incipiendi, proficiendi, & perfectandi. Item sicut lux diluculi semper augmentatur & crescit ad perfectam diem: sic Maria præ cæteris ante sanctificata quam nata, quoties sanctior procedebat, & tandem angelicam supergressa est sanctitatem, vt supra dictum est de auro.

3. Item sol oriens quasi de diluculo, ipsum non obnubilat, sed illuminat: nec Christus de Virgine natus matris pudicitiam læsit, sed potius insigniuit: quoniam de pura reddidit puritatem. Et nota, quod fere quidquid supra dictum est de auro, potest huic diluculo competentiſſimè adaptari. Item in hoc diluculo visitauit Deus hominem. Iob 7. Visitas eum diluculo, &c. Visitas. Glossa: subleuas. Diluculo. Glossa: Claritate virtutum. Propter claritatem enim virtutum appellatur Mariæ diluculum. Ideo paulò postquam conceperat Saluatorem, dicit Zach. Luc. 1. Visitauit nos oriens ex alto. Item Christus diluculum, de cuius egressu à patre dicitur Michæ 5. Egressus eius ab initio, id est, à patre à diebus æternitatis. Et hoc intelligitur de æterna genitura. De egressu eius ab utero matris exponitur hæc auctoritas: Quasi diluculum, &c. Sicut enim egresso diluculo fugantur tenebræ noctis, sic egresso Christo de thalamo virginali fugatæ sunt tenebræ mundanæ iniquitatis & ignorantie. Et venit quasi imber serotinus, vt supra. Vel sic: Quandiu sumus in vita temporali, est nobis Christus imber temporaneus, iustificans nos per fidem & opera. Post mortem erit quasi imber serotinus, quando nos de area transferet ad horrea. Et hæc duplex pluuia non ad diuersas horas huius diei sicut quidam male intelligunt, sed ad diuersa tempora vnus anni referenda est. Vnde ibi dicitur, quod in terra promissionis pluuia bis datur in anno. Ideo promittitur veris obedientibus Leuit. 26. Dabo vobis pluias temporibus suis. Item venit nobis quasi imber temporaneus & serotinus. Ibi dabit nobis gratiam præuenientem, vt velimus, & subsequenter, ne frustra velimus, sicut dicit August.

CAPVT IX.

Maria manè.

1. **M**anè, de quo dicitur Isa. 58. Tunc, id est, tempore gratiæ. Erumpet, id est, subito & improvisè natiuetur de tenebrosa synagoga. Quasi manè, quod videtur procedere de tenebrosa nocte, lumen tuum o Ecclēſia, id est, beata Virgo, cuius vita inclita cunctas illustrat Ecclēſias. Et sanitas tua, id est, Christus, de quo Psal. Dominus illuminatio mea, &

salus meas, &c. Citius orientur: quia medicina omnium in festinatione nebulae. Eccl. 43. id est, in acceleratione incarnationis Dominicæ. Istud enim manè genuit nobis diem, id est, Christum, qui est dies æternus. Et nota, quod in manè multa leguntur accidisse ad literam, quæ spiritualiter complentur in nobis beneficio huius manè, vel huius diluculi. Per manè etiam infusio gratiæ designatur.

2. In manè feræ & aues nocturnæ diliteſcunt. Vnde: Ortus est, & congregati sunt, & in cubili suo collocabuntur. Et loquitur ad literam de catulis leonum rugentibus vt rapiant, per quos demones designantur. Simile Iob 37. Ingreditur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur. Nocturnæ volucres prauæ cogitationes. Latrones diffugiunt, id est, demones. Exod. 14. Iam aduenerat vigilia matutina, &c. Et paulò post: Dixerunt ergo Ægyptij. Fugiamus Israël, &c. Aues mundæ cantare incipiunt, scilicet turtur contritionis, philomena dilectionis, alauda lætitiæ, & huiusmodi. Iob 38. Cum me laudarent simul, id est, concorditer, astra matutina, &c. Tunc enim decantant viri religiosi laudes matris & filij. Vnde: Manè oratio præueniet te. Item, Manè astabo tibi, &c. Istud dicendum est Mariæ: Astabo, id est, coram te stabo, paratus ad seruitium tuum. Astare tria notat. Quære titulo: Astitit regina. Viri iusti prauos motus interficiunt, ne ab ipsis interficiantur. Vnde dicit quidam ex ipsis: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, id est, prauos motus sensualitatis, de quibus dicitur: Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Vel peccatores terræ, demones sunt, quorum procuracione peccata fiunt in terra. Vt disperderem de ciuitate Domini, id est, anima fidei, omnes operantes iniquitatem, id est, prauos motus, qui pariunt iniquitatem. Ad literam enim in manè magis tentat diabolus. Vnde Iosue 8. Festinauit Rex Hay, egredi manè, &c. Propter hoc Cistercienses vigilant in manè, Cistercienses commendatur à vigiliis & orationibus. nec vadunt ad lectos post matutinas, sed orant, vt sic interficiant prauos motus.

3. Manè etiam exeundum contra hostes. Vnde 1. Reg. 11. legitur, quod viri Iabes Galaad, audito quod Saül veniret eis in auxilium, sumpta audacia, dixerunt hostibus suis: Manè exhibimus ad vos. Tunc enim ingressus est castra in vigilia matutina Saül, & deuicti sunt hostes & dispersi, ita vt non relinquerentur ex eis duo pariter. Iudith 14. Cum exierit sol, accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu, &c. Submerguntur Ægyptij in mari, contritionis, rubro, propter tristem memoriam sanguinis, id est, peccatorum, factum est in vigilia matutina, &c. Expelluntur tenebræ peccatorum. Iob 17. Rursum post tenebras spero lucem, id est, gratiæ claritatem. Alleniantur infirmitates, id est, tentationes. Iob 8. Si diluculo surrexeris, &c. In hoc etiam manè incipit mundus languidus melius se habere, in quo à planta pedis vsque ad verticem non erat sanitas, propter peccatum primorum parentum.

CAPVT

CAPVT X.

Maria lux.

1. **L**ux. Maria comparatur luci proprietate multiplici. Vnde Sap. 7. Proposui pro luce habere illam, &c. Genes. 1. Vidit Deus lucem, quod esset bona, &c. Hæc est enim lux quæ post filium illuminat omnem lucem. Maria lux propter speciositatem: quia nulla pura creatura Maria pulchrior. Vnde de ea dicitur Sapient. 7. Est enim speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata, inuenitur prior. Nihil enim luce subtilius, sicut infra ostendetur. Nihil luce purius, in quo simplicitas eius & innocentia. Nihil mundius, in quo operum eius munditia. Nihil clarius, in quo lumen exemplorum. Nihil humanæ vitæ iocundius, in quo notantur in ea doctrina & sapientia verborum. Ergo munditia ad virginitatem, claritas ad opinionem, gratia ad sermone. Propter claritatis diffusionem absque sui diminutione: quia peperit Christum sine sui corruptione. De qua luce Eccl. 1. Effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem. Hoc dicitur de sapientia, & potest exponi de Mariæ Propter suam incorruptibilitatem, & puritatem: quia inquinari non potest. Vnde Sap. 7. Nihil inquinatum incurrit in illam. Sicut apparet in radio solis, quem nec ignis comburit, nec aqua emollit, nec fætor corrumpit, nec gladius scindit, nec vitrum obfistit: & ita incorruptibilis. Quia visibilia facit ea quæ prius non apparebant, ante faciem filij sui misericorditer statuens eos qui prius longè distabant ab eo, vt patet in Theophilo. Ipsa enim sicut dicitur Iob 12. Reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. Quia per angustissimam rimam vel foramen ingreditur, gratiam infundendo. Vnde dicit cum filio illud Apoc. 3. Si quis mihi aperuerit, introibo ad illum. Titulo de sole. Item Cant. 2. Respicens per fenestras, prospiciens per cancellos. Quasi modica rima est aliquoties eam deuotè salutare, pro amore eius libenter elemosynam dare, Missam suam deuotè auſcultare, vel sermonem de ea, blasphemantes eam vel iurantes asperrimè redarguere, eius magnalia firmiter credere, tunc ipsius sese commendare, & huiusmodi. Nulla enim creaturarum Dei æquæ parua est ad benefaciendum. Et per huiusmodi rimas diffundit nobis lumen gratiarum & misericordiarum suarum. Quia rimas & angustissima foramina ad illustrationem manifestat existentiis in domo, id est, etiam minima peccata suæ gratiæ infusione facit perceptibilia his qui conuertuntur ad cor. Eccl. 42. Reuelans vestigia occultorum. Roganda est igitur assidue, vt cordibus nostris infundat gratiam diuini timoris: quia sicut dicitur Eccl. 24. Qui timet Deum, conuertetur ad cor suum, vt per illustrationem gratiæ suæ possimus intelligere nostrorum cordium foramina & scissuras, & eadem resarcire. Quia præuenit oculum ad hoc, vt videatur ab oculo. Et sapientia vel Maria præoccupat eos qui se concupiscunt, vt illis se priorem ostendat.

Sap. 6. Quia oculos illuminat, id est, intellectum & affectum, qui sunt oculi animæ. Intellectum cognitione sui & Dei, affectum dilectione Dei & proximi. Quia tenebras fugat, & sequelam tenebrarum, id est, ignorantiam: quia mundo peperit æternam veritatem, quæ Christus est. Iob 14. Ego sum via, veritas, & vita. Quia splendorem diffundit. Quia ex eius utero egressus est per carnalem natiuitatem ille splendor, de quo dicit Isa. 62. Donec egredietur vt splendor iustus eius. Quia singulis rebus species proprias & differentias restituit, quas abstulerant tenebræ: quia tempore tenebrarum omnia sunt in chao & confusione: Sic factum est mundo per peccatum Euz. Sed Maria luce vera veniente, ad formas proprias omnia quasi de tenebris euaserunt, scilicet status, ordines, & gradus Ecclēſiæ Catholice, & exemplaria virtutum.

Quia sine acceptione personæ omnibus se ei debito modo exponentibus se exponit. Sap. 6. Equaliter est ei cura de omnibus, æqualiter, id est, communicatiue. Ideo dicit ei pater Isa. 49. Dedi te in lucem Gentium. Quia sanis oculis delectabilis. Vnde Eccl. 11. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. Oculi nostri spirituales affectus & intellectus. Quia lippientibus & non sanis oculis odibilis, Iudæis, paganis, hæreticis, blasphemis, & huiusmodi. Vnde Ioan. 3. Qui male agit, odit lucem. Augustinus: Palato non sano pœna est panis, & oculis ægris odiosa lux, quæ est sanis amabilis.

De hac luce dicitur Genes. 1. Dixit Deus, Fiat lux: & facta est lux. Dicitur erat Pal. Tempus faciendi Domine dissipauerunt legem tuam. Et Dominus dixit: Fiat lux, &c. quasi iam diceret Mariæ illud Isa. 49. Dedi te in lucem Gentium. Deus enim hanc lucem fecit, quando beatam Virginem de tenebris lucere & splendescere dixit. 2. Corin. 4. Sed quia lux esset bona, vidit, quando per eam mundi tenebras illustrauit. Vnde sequitur: Et vidit Deus lucem, quod esset bona. Sicut enim nemo bonus nisi solus Deus, sic nulla anima Mariæ comparata inuenitur perfecta. Nam sicut ipse est super omnia Deus benedictus. Ad Roman. 9. sic Maria inter mulieres, id est, super omnes mulieres benedicta. Et diuisit lucem, id est, Mariam, à tenebris peccati originalis. Vel à tenebris, id est, spinoſis Iudæis, de quibus orta est velut rosa. Appellauitque lucem diem, quando nascente Maria incepit mundo discedere. Hoc inuenies in capitulo sequenti. Hac luce quasi quodam collyrio illuminantur cæci nati, vt sanitatis oculis Dei gloriam valeat intreri hic per fidem, in futuro per spem. Sed hanc lucem tenebræ, id est, tenebrosi peccatores Iudæi, pagani, hæretici non comprehenderunt: quia ægris oculis odiosa lux, vt dicit Augustinus, & huius lucis radioli luminositas exemplorum.

Item ipsa figurata est per illam lucem primariæ, quæ creata creditur ibi, vbi sol oritur, & de qua secundum quosdam factum est corpus solis: quia de substantia Virginis formatum est corpus filij, quia est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, supple, qui illuminatur

illuminatur. Item ipsa figurata est per lucem illam quæ subtrahitur a tenebris, scilicet iudæis, & data filiis Israël, id est, veteris Christianis. Exod. 10. Item hæc lux est illa noua lux, quæ iudæis oriri visa est. Esther 8. & de qua dicitur Esther 11. Fons gratiæ, paruus per humilitatem, in lucem solemque conuertitur, in lucem vniuersalem & stabilem. Si enim semita iustorum quasi lux splendens procedit & crescit usque ad perfectam diem. Proverb. 4. quanto magis semita illius quæ genuit solem iustitiæ. Item si Apostoli sunt lux mundi. Matth. 5. quanto fortius Maria, quæ genuit illum qui dicit Ioan. 8. Ego sum lux mundi.

CAPVT XI.

Maria dies.

Dies, à dian quod est claritas, vt quidam dicunt. Genes. 1. Appellauit Deus lucem diem, quando scilicet placuit ei, quod Maria naicente inciperet mundo diefcere tenebroso, & per diem de die, id est, filium de matre illuminaretur omnis homo veniens in hunc mundum. Et nota, quod quasi per tria morarum spatia, scilicet manè, meredie, vesperè dies completur. Similiter quibusdam gradibus meritum quasi quibusdam spatiis horarum completa est perfectio sanctitatis Mariæ. Et hæc tria sollicitè prædicanda sunt. Vnde Psal. Vesperè & manè & meredie narrabo & annuntiabo, &c. Huius diei manè, quando crebrior inter homines fieri solet salutatio, designatum est, quando ei dictum est, Ave: & ab ista salutatione quasi inchoauit aurora huius diei conuersionis, & incepit mundo diefcere, qui per quinque millia annorum ambulauerat in tenebris, & caligine peccatorum & ignorantie pro dilecto priorum parentum. Et tunc videns videtur Dominus respexisse humilitatem Mariæ: quia quasi domesticam & familiarem habebat, quam cum tanta reuerentia quasi ex parte sua salutari ab Angelo faciebat. Tunc enim Dominus mandauit salutes Iacob, id est, Mariæ, quæ simul & semel vitia omnia supplantauit. Quasi meredies fuit huius diei, quando dicta est gratia plena: quia sicut meredies plenitudinem habet caloris & luminis, sic & ipsa tunc ostendebatur recepisse omnem plenitudinem charitatum, quæ animam illuminant per cognitionem, & calefaciunt per amorem. Quasi vespera fuit huius diei, quando dictum est ei, Dominus tecum, qui à primis parentibus recesserat per peccatum: quia sicut ad vesperam sol terris propinquior efficitur, sic in verbo isto ventris hospitio Deus illabitur. Nota, quod in illo verbo, Ecce ancilla Domini, fiat, &c. concepit Virgo per fidem, sicut manifestè dicunt Fulgentius & Bernardus. Et sic factum est vesperè, scilicet virtute Altissimi ei obumbrante, & manè, id est, Spiritu sancto in eam superueniente, dies vnus, id est, singularis. Vesperè in refrigerio carnis Christi. Manè in illuminatione Spiritus sancti. Psal. Deduxit eos

in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Vesperè in fine Veteris Testamenti. Manè in initio Noui. Vesperè, dum terminatur regnum Iudæorum. Manè, dum inchoatur regnum Christianorum. Dies vnus, id est, singularis & solus, in quo creator hominis factus est filius hominis, assumens nubulum nostræ carnis. Duo dies in die vna, sicut duo in carne vna, Virgo carnem offerens, Christus carnem induens: & fit dies vnus & vnus, id est, altera sola, & alter solus. In matre specialis & sine exemplo virginitas, in filio singularis & vnica humilitas. Huius diei sunt 12. horæ per quinque & septem diuisione. Quinque pertinent ad sensus corporis virginalis, in quibus à mundanis illecebris præcellens omnibus continentia specialis. Septem ad mentem Virginis, propter septem gratias animæ præsidet, quæ de fonte spiritus vniuersalis procedunt septiformi.

CAPVT XII.

Maria nubes.

Maria nubes, de qua dicitur Isa. 19. Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Egyptum, &c. Secundum Isidor. dicitur nubes ab obnubendo. Et beata Virgo humana carne velauit vnigenitum Dei. Obnubere enim operire est. Maria nubes leuis, quam Spiritus sanctus in sanctificatione à peccato originali quasi à quodam pondere liberauit, & à peccati fomite in conceptione Christi mundauit ex toto. Cum autem melius videretur dixisse Propheta, descendet, quam ascendet, quia tunc inclinauit caelos & descendit, maluit tamen dicere, ascendet: quia lessor superior est re quam ascendit, & à qua portatur. Bene ergo dicitur, ascendet: quia nubes hæc eum portabat, & ipse eam regebat. Vnde ipsa dicit: Dominus regit me, &c. Et Deuter. 32. Dominus solus dux eius fuit, &c. Alia ratio. Dominus in incarnatione descendens in Virginem, carnem humanam assumpsit ex ea, in qua mundo visibilis apparuit, sicut dicitur Baruth 3. Post hæc in terris visus est, &c. Cum antea esset inuisibilis in sua diuinitate. Vnde dicit ei. Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus. Et ita ascendit in cognitionem hominum, qui prius de ipso parum aut nihil sciebant.

Maria nubes: Quia candida per virginitatem & omnimodam puritatem. Vnde Apoc. 14. Vidi, & ecce nubem candidam, per innocentiam, virginitatem, benignitatem, & immortalitatem corporis, vt verè creditur. Et super nubem sedentem similem filio hominis. Hoc fuit quando Dominus ascendit super nubem leuem. Isa. 19. Habentem in capite suo coronam auream. Per caput diuinitas, per coronam æternitas, per aurum sapientia. Corona ergo aurea æterna sapientia. Et in manu sua falcem acutam, id est, potestatem iudicariam quam in iudicio exercebit, quando secabit malos in corpore & anima à terra quam dilexerant, & arefactos ponet in clibanum ignis æterni.

Lucida

Lucida per gratiæ illustrationem & sanctæ conuersionis exemplum, designata per illam nubem lucidam de qua legitur in historiis de opere quartæ diei, quæ antequam sol fieret, mundum illuminabat, & de qua secundum quosdam factum est corpus solis. Idem dicitur Iob 37. Nubes, id est, Maria & sancti, spargunt lumen suum, scilicet lumen exemplorum.

Rubicunda per pulchritudinem naturalem, verecundiam virginalem, feruentissimam charitatem, patientiam singularem. Quære istud titulo de rosa. Vel etiam rubicunda per martyriam animæ, quando luna conuersa est in sanguinem per compassionem in vnigeniti passionem. Iob. 3.

Hyacinthina per celestem conuersionem, vel per celestem contemplationem: quia verissime dicere potuit: Mea conuersatio in caelis est. ad Phil. 3.

Nigra per humilitatem, quæ dicitur quasi humi latens. Sicut enim hyacinthinus color propriè color est celestis, sic & color terreus propriè color niger est, & per terram propriè figuratur humilitas. Idem dicit ipsa Cantic. 1. Nigra sum, sed formosa: quia nigredo humilitatis excellentissima est formositas animæ fidelis. Istud inuenies multimode expositum titulo de pulchritudine Mariæ. Vel: Nigra, id est, obscura, & guttis noctium, id est, tribulationibus plena, & denigrata ex compassione & doloribus filij patientis, quando Filio Dei & suo non erat species neque decor. Isa. 53. & cum obsecurato obscurata est mater.

Suspensa quasi inter caelum & terram, & hoc per desiderium æternorum. Iob 7. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. Duo dicit se elegisse Iob, quæ bene conueniunt beate Virgini. Primum est suspendium à mundo, id est, eleuari, vt conuersario eius esset in caelo. Phil. 3. Item Coloss. 3. Quæ sursum sunt, querite. Idem dicit: Suspendium elegit anima mea. Glossa: Intentio mentis. Secundum mori mundo. Vnde Coloss. 3. Mortui enim estis. Idem enim sequitur: Et mortem ossa mea. Glossa: Fortitudo carnis scilicet mortificationem. Et sequuntur alia duo, scilicet desperare de mundo. Vnde sequitur: Desperauit, iuxta illud, Nolite sperare in iniquitate. Item non vltra viuere secundum mundum. Vnde sequitur: Nequaquam iam vltra vitam, iuxta illud Rom. 12. Nolite conformari huic seculo, &c. Per istud etiam suspendium figuratur, quod mediatrix est inter Deum & peccatores: nam per ipsam & filium eius reconciliata sunt ima summis.

Aquosa per gratiarum & omnium charismatum abundantiam. Vnde dicta est gratia plena. Idem dicuntur nubes quasi nimborum naues. Aquis etiam sapientie salutari onerata fuit hæc nubes, quando conseruabat omnia verba quæ de filio dicebantur, conferens in corde suo. Luc. 2.

Vento dicitur, id est, gratia Spiritus sancti, qui & ipsam impellebat, & trahebat, & circumducebat, & ducebat, & custodiebat, vt de ea possit illud exponi Deut. 32. Circumdedit eam, & docuit & custodiuit. Spiritus enim Sapientie, docuit ipsam Angelo respondere. Spiritus pietatis traxit eam ad Elizabeth. Spiritus intellectus deduxit eam cum filio ad templum. Spiritus timoris impulit eam & fecit cum filio descendere in Egyptum, & sic de aliis.

Ad fructum terram habitabit & fecundat. Vnde dicitur Eccl. 35. Speciosa est misericordia eius in tempore tribulationis, sicut nubes pluuie in tempore siccitatis. Ipsa enim velut nubes misericorditer abscondit peccatores ab ardore solis, & ipsis refrigerat ardorem concupiscentiarum, & eos fecundat ad bene operandum.

Fructibus, hominibus, & animalibus solis ardorem temperat. Ardor solis iustitiæ, ira eius, quam suis precibus modificat & refrænat, ne peccantes illicò feriat. Terræ nascentibus ne lædantur ab ipso seruore solis, misericorditer præcauet & obumbrat. Vnde dicitur Iob 37. Frumentum desiderat nubes. Refrigerat eriam messorum. Vnde & dicitur nubes rosis. Isa. 18. id est, rorem emittens, in die messis. Nam sicut grata est nubes messoribus quos refrigerat, & arenam stipulam secabilem facit quam suo rore humectat, sic Maria his qui amorem suum separant à terrenis. Vnde & dicitur columna nubis Eccl. 24. Columna, imbecilla Christi membra sustentando: nubis, his qui exuruntur tentationum caumate obumbrando.

Mortalium lippientibus oculis solis æterni temperauit claritatem, & refrigerauit feruorem. Vnde dicit Ezech. 32. Solem nube tegam. Et hoc quando Deus dixit vt habitaret in nebula. 3. Reg. 8. Et quando nubes carnis facta est laribulum eius. Iob 22. Propter hoc etiam dicit ipsa Eccl. 24. Sicut nebula texti omnem carnem, scilicet à feruore solis iustitiæ, temperans illi claritatem diuinitatis.

Vento vehementissimæ persecutionis impulsu fuit in filij passione, & tunc resoluta est in multa lachrymarum stillicidia. Vnde ei dicitur Cant. 7. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon.

Item de hac dicitur in Psal. Expandit nubem in protectionem eorum, id est, Israëlitarum, & ignem vt luceret eis per noctem. Ecce duo officia ad quæ data est nobis Maria, scilicet vt nos protegat à feruore solis iustitiæ tanquam nubes, & idem quasi suspensa est inter terram & solem, & nos illuminet suis orationibus & exemplis tanquam ignis, quoniam ipsa est lux ostendens lucem virtutum, & etiam nos protegat contra diabolum quasi igneus murus, & contra vitia & peccata. Vnde dicit cum filio Zach. 2. Ero murus ignis in circuitu eius, id est, Ecclesiæ. Et bene dicit in circuitu, contra circuitum diaboli, qui tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuoret. 1. Pet. in fine.

LIBER



LIBER OCTAVVS.

De his que pertinent ad terram, et possunt figurare Mariam.

CAPVT I.

Maria terra.

TERRA, solum, tellus, humus, arida, limus, & argil, id est, argilla, Arca, campus, ager, mons, collis, concaua vallis, id est, vallis, & conuallis, Desertum, solitudo, petra, pascua, pratum. Terra. Hæc est terra de qua formatus est homo. Gen. 2. scilicet nouus Adam de limo terræ, id est, argilla, quæ est tenax tractabilis & firma, super quam securè fundantur opera lapidea. Similiter Maria tenax & firma fuit in proposito conseruandæ virginitatis, & per obedientiam tractabilis. Vnde dixit: Ecce ancilla Domini. Quasi diceret: Quidquid ei placuerit, faciat de ancilla sua. Ecce tractabilitas. Quæ precibus suis & meritis sustinet & supportat ædificium Ecclesiæ militantis. Tractabilis etiam ad vota nostra implenda si dignè fuerit exorata. Item hæc est terra, de qua dictum est Genes. 2. quod homo non erat qui operaretur terram. Nullus enim homo operatus est in ea terra virgine, de qua formatus est Christus, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, id est, tanquam de limo terræ secundum hominem. Sed fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. Superficies terræ, id est, dignitas terræ Virgo Maria picturata omnium florum speciositate, id est, virtutum. Quam irrigauit Spiritus sanctus, qui est fons aquæ viuæ, vt quasi de limo tali fieret homo ille qui constitutus est in paradiso, vt operaretur ibi & custodiret illum, id est, in voluntate patris, vt eam adimpleret. In paradiso etiam, id est, vtero beatæ Mariæ Virginis positus est Christus in incarnatione, quando mulier circumdedit virum, vt operaretur in ea fecunditatem, & custodiret illam virginitatem. Et nota, quod beata Virgo ante filij conceptionem erat quasi terra sicca ab omni humore nociuo. Accessit gratia Spiritus sancti tanquam fons irrigans, & ex tali coniunctione factus est limus, de quo formatus est Christus. Hæc est terra Euilath, quod interpretatur dolens, vel parturiens, quæ duo bene conueniunt beatæ Virgini, habito respectu ad filij passionem, quando doluit super partu suo. In hac terra nascitur aurum optimum, id est, caro Christi, vt fiat comparatio. Bona enim fuit caro Adæ, quæ potuit non mo-

ri. Melior erit nostra post resurrectionem, quæ de cætero non poterit mori. Optima caro Christi, quæ non sensit corruptionem in sepulchro, & per quam mortua poterit resuscitari & resuscitata glorificari. In hac etiam terra inuenitur bdellium & lapis onichinus. Bdellium secundum Plinium est arbor aromatica & valde odorifera, & signat animam Christi, quæ totum mundum vniuersis virtutum & exemplorum odoribus resperfit. Lapis onichinus, qui pretiosus est valde, colore candens & humani vnguis similitudinem exprimens, signat deitatem Christi, quæ cum sit candor lucis æternæ & speculum sine macula, splendor gloriæ & figura patris, nihilominus tamen ad humani vnguis similitudinem humanæ carni in incarnatione superfedit & ei personaliter inhaerit. Maria ergo terra est Euilath in qua & ex qua & per quam Deum & hominem habuimus. Et nota, quod dicitur, quod ibi nascitur aurum optimum, id est, caro Christi, quæ de ea nata est & formata: & ibi inuenitur bdellium & lapis onichinus, id est, anima Christi & deitas. Nota bene. Item hæc est terra Geraris. Genes. 26. in qua seminavit Isaac, & inuenit illo anno centuplum. Geraris interpretatur aduenz propinquantes: quia illi qui prius aduenz erant à Deo, per orationes & exempla Mariæ appropinquant ei. Qui enim seminauerint in hac terra, expendent ad honorem eius sua temporalia, inueniunt etiam ipso anno, id est, in præsentis vitæ, multam retributionem quæ notatur per centuplum. Conuertit enim quosdam ab errore viæ suæ, quosdam pacificat filio, quibusdam dat gratiam continendi, quosdam humiles, quosdam largos, quosdam misericordes, quosdam facit pacificos, quibusdam largitur vestimenta virtutum, quosdam prophetas, id est, sapientes constituit, sicut dicitur Sapient. 7. & huiusmodi. Ecce centuplicatio eorum quæ seminaueris in hac terra.

Hæc est terra fluens melle virginitatis, & lacte fecunditatis, de qua legitur Num. 13. & 14. & de qua Dominus dicit, loquens de Iudæis. Ezech. 10. Dedi eis terram fluentem lacte & melle, præcipuam omnium creaturarum. Hæc est terra promissionis, promissa Iudæis, reddita Christianis, cuius fructus ficus, vua & malogranatum. Per ficum dulcedo Mariæ, per vnam dilectio eius lætificans ineffabiliter cor sibi deuorum. Vel virtus orationum eius quæ Christum inebriant & faciunt obliuisci peccatorum nostrorum. Malogranatum diuersitas gratiarum, quibus facit nos socialiter & charitatiuè conuersari. Vel hoc tripl. fru-

tu

tu figuratur ipse Christus fructus vteri virginalis.

Hæc est terra de qua legitur Deut. 8. Terra riuorum aquarum & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt flumiuorum abyssi. Terra frumenti hordei ac vinearum, in qua ficus & malogranatum & oliueta nascuntur. Terra olei ac mellis, vbi absque penuria panis comeditur, & rerum omnium abundantia habetur, cui lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiantur. Terra optima vbi ad saturitatem comeditur. Siquidem Maria terra est riuorum, aquarum, fontium, & flumiuorum, per quæ omnia figurantur dona & charismata, gratiæ, & virtutes, quæ per eam habuit mundus.

Ipse etiam terra frumenti: quia nobis peperit Christum, qui se dicit granum frumenti Ioan. 12. Terra est etiam frumenti, id est, scripturæ sacræ horreum, qua velut frumento pascuntur animæ sanctæ. Ipsa terra hordei, quod est frigide naturæ, & inde fit potus febricitantibus ad caloris refrigerium: quia infirmantibus per peccatum attulit medicinam. Eccl. 38. Altissimus de terra creauit, &c. Ipsa terra vinearum: quia ab ipsa potamur vino multiplici, sicut dicitur est §. duodecimo horti conclusi. Item Deuter. 11. Terra montuosa & campestris, de caelo expectans pluias, quam Dominus semper inuisit, & oculi eius in ea sunt. Item Deuter. Oculi Iacob in terra frumenti & vini. Iacob luctator contra vitia, qui ad adiutorium Mariæ semper debet aspirare. Hæc est terra appensa super nihilum per humilitatem. Iob 26. Vera enim humilitas quæ soli Deo innititur, infra se non videt nisi nihilum, id est, defectus proprios & mundi vanitatem. Vnde dicitur Thren. 3. Ego vir videns paupertatem meam, id est, ideò virilis, quia cognoscens meos defectus, sicut terra, quæ ideò fit ma, quia super nihilum appensa. Ierem. 4. Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil. Item Iob 28. Terra de qua oriebatur panis, &c.

De hac terra in Psal. 84. Benedixisti Domine terram tuam, &c. In his versibus notantur quatuor. Primum Virginitatis sanctificationis. Vnde dicitur: Benedixisti, id est, sanctificasti. Et hæc benedictio consistit in tribus: quia Dominus primò benedixit eam in vtero matris sanctificando. Secundò in ea fomitem extinguendo. Tertio generandi potentiam eidem tribuendo. Ideò dicta est benedicta in mulieribus: quia concepit saluo flore, portauit sine labore, peperit sine dolore, quod nulla alia. De primo, scilicet de sanctificatione: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. De secundo, scilicet de fomitis extinctione: Virtus Altissimi obumbrabit tibi. De tertio, scilicet de collata potentia generandi. Ierem. 31. Creauit Dominus nouum super terram, &c. Dicitur ergo: Benedixisti Domine terram tuam, id est, Mariam, quæ tota fuit tua. Et hanc terram solus Deus inhabitauit, solus eam excoluit, & ipsum solum hæc terra fructificauit. Secundum quod hic notatur, captiuitatis nostræ liberatio & reductio. Vnde sequitur: Auertisti captiuitatem Iacob. Siquidem antequam Maria nasceretur, captiua-

bat diabolus & deprædabatur totum genus humanum, sed per partum eius reducta est captiuitas & excussa est præda, sicut prædixerat Isa. 49. Nunquid tollitur à forti præda? aut quod captum fuerit à robusto, saluata esse poterit? Capit enim diabolus & captiuat peccatorem, quando mortali peccato consentit vel mortaliter peccare desiderat. Contra quod orat Psal. dicens: Non tradas me Domine à desiderio meo peccatori. Est autem duplex captiuitas, peccati & inferni. Et de vtraque dicitur Isa. 46. Anima eorum in captiuitatem ibit. Et contra primam orat Psal. Conuerte Domine captiuitatem nostram sicut torrens, qui frigore Aquilonis congelatus, flante ab Austro conuersus in fluxum. De captiuitate inferni dicitur Eph. 4. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem. A captiuitate inferni reducti sunt per partum Mariæ & filij passionem, qui ibi antea detinebantur. A captiuitate peccati multi quotidie per Mariam ad statum gratiæ reducuntur. Et propter hoc sequitur in auctoritate Isa. Equidem & captiuitas à forti tollitur, id est, à diabolo: vel à forti, id est, per fortem mulierem, scilicet Mariam. Non tamen omnium, sed illorum qui sunt Iacob, id est, qui contra vitia reluctanter, non pigritantur. Vel illorum de quibus dicitur Thren. 1. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequenti. Tertium est per preces mariæ, nostrarum iniquitatum remissio. Vnde sequitur: Remisisti, id est, retrò misisti, scilicet post tergum tuum, iniquitatem, id est, peccatorum congeriem. Vnde Isa. 38. Proiecasti post tergum tuum omnia peccata mea. Sed nota, quod dicit plebis tua, id est, humilium, illorum scilicet, qui se humiliant sub potenti manu Dei. Et in hoc signatur nostra absolutio. Quartum est peccatorum nostrorum operatio. Vnde sequitur: Operuisti omnia peccata eorum. Ne videret ea homo in præsentia ad imitandum. Vel ne ea videret in iudicio ipse peccator ad erubescendum, diabolus ad deridendum & accusandum, Angeli & sancti ad testificandum. Iob cap. 10. Instauras testes tuos contra me. Ipse Deus ad puniendum, qui erit iudex & testis. Ierem. 29. Operuisti, inquam, pallio carnis qua Maria te vestiuit extenso in cruce, de quo prædixeras animæ peccatrici Ezech. 16. Expandi amictum meum super te, ne scilicet apparetur turpitudine tua. Vel operuisti pallio charitatis, quæ te fecit incarnari de qua Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. Item 1. Pet. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Operuisti etiam à facie solis, id est, ab ira patris per interpositionem nebulae, id est, carnis tuæ, sicut prædixeras. Eccl. 24. Sicut nebula texi omnem carnem. Propter hanc operationem dicitur in Psal. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Quæ remittuntur in contritione, operiuntur in confessione & satisfactione. De confessione vel proposito confitendi dicitur: Dixi, Confitebor, & tu remisisti. De satisfactione: Vniuersa delicta operit charitas, id est, opera penitentia, & misericordia facta in charitate. Moraliter. Si vis à Domino benedici, oportet vt sis terra Domini, ei tanquam Domino referens

referens dignos fructus. Habent enim demones terram suam, de qua dicitur Isa. 26. Terra: gigantium, id est, demonum, detrahes, id est, deorium trahes, scilicet ad terram miseriam & tenebrarum, &c. in ruinam. Terra horum gigantium, illi qui demonibus fructificant opera tenebrarum. Pauld infra quere bonas proprietates terræ, quæ competunt viris iustis.

Item de hac terra dicitur in Psal. 64. Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Sermo de incarnatione Domini. David exitus Prophetarum, cui specialiter de Christo facta est tepromissio. Vnde: De fructu ventris tui ponam sedem tuam. De conceptu Virginis differens & quasi gratias agens, quod exaudita sit illa eius oratio. Visita nos Domine in salutari tuo. Dicit: Visitasti o Domine terram, id est, Mariam visitasti. Nota verbum frequentatiuum: frequenter enim visitauerat eam Deus per Angelos suos officiales, sed in propria persona visitauit eam, quando dictum est Mariæ: Dominus tecum. Et tunc meritis ipsius visitauit nos oriens ex alto. Luc. 1.

Sequitur: Et inebriasti eam, id est, gratia repleti, quæ est vinum opatum. Vnde tunc dicta est gratia plena. Inebriasti eam. Pigmentis omnium gratiarum. Raspatio humilitatis. Vino albo virginitatis. Vino rubeo charitatis. Vino plano mansuetudinis vel paupertatis. Ferrato constantiæ & fortitudinis. Multo forti & calido diuinæ dilectionis. Gariofilato latitæ spiritualis. Sementato contemplationis quæ surgit ex diuersis. Pigmento interioris consolationis. Pigmentum enim dicitur quasi pins gustus mentis. Rosato aromatico perfectæ dilectionis, quæ cupiebat dissolui & esse cum Christo. Clareto sapidissimo æternæ beatitudinis. Quid hæc omnia significant, quare titulo de hortu. 9. 12. Hæc ebrietas fecit eam obliuisci populum suum & domum patris sui. Latificauit gaudio ineffabili. Vnde dixit: Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Audaciam tubministravit ex securitate conscientiæ. Vnde dicebat de patre: Osculetur me osculo oris sui. Fortitudinem præbuit. Vnde: Quoniam virum non cognosco. Quasi cancellare fecit quando electa in matrem Dei per humilitatem respondit: Ecce ancilla Domini. Appetitum eius excitauit, quando orauit: Fiat mihi secundum verbum tuum. Insensibilem reddidit in bono sensu in passione filij. Vnde visa est dixisse tunc illud Prouerb. 23. per virtutem patientiæ: Vulnerauerunt me in filio, & non dolui. Largissimam & liberalissimam eam fecit, & totius misericordie genitricem.

Sequitur: Multiplicasti locupletare eam, id est, multipliciter locupletasti eam. Et tunc in ea impletum est illud Prouerb. in fine: Multæ filiarum congregauerunt diuitias, &c. Item multiplicasti locupletare eam, tribuens ei & nobis per eam tuam diuinitatem, & ex ea assumens nostram humanitatem. Vel multiplicasti locupletare eam. Sicut talis dicitur dantur quædam gaudiola & ludrica matribus in ortu puerorum. Prima pars huius locupletationis, quod con-

cepit saluo flore, portauit absque onere, peperit sine dolore, post partum virgo permansit, sola virgo lac habuit, nutriendem se nutriuit, portantem se in brachiis & manibus gestauit, lucis æternæ candorem panniculis inuoluit, in quem desiderant Angeli prospicere, ad placitum suum deosculari licuit, ipsum regem Angelorum sibi plenariè subditum vidit, &c. huiusmodi. Secunda pars huius locupletationis consistit in duodecim prærogatiuis, de quibus supra dictum est. Ad literam, tres illi beati magi venientes ad cunabula filij, dicuntur in apochrypho immensis muneribus munerasse Mariam, qui apertis thesauris suis, non solum marsupijs, filio Dei pretiosa munera obtulerunt.

Visitasti terram, &c. Nota, quod ante incarnationem quasi morabatur ex toto cœlestis Archiepiscopus in sua diocesi, hoc est, in cœlo, & clamabat prouincia, id est, mundus ad patrem: Visita nos Domine in salutari tuo. Quo impetrato dicit Zach. Luc. 1. Visitasti nos oriens ex alto. Illuminare his, &c. Ideo Filius ad hoc missus à Patre, dicitur legatus in Abdia, vbi de patre dicitur: Legatum misit ad Gentes. Et ad quid? Ad sanandos languidos, non ad euacuandas crumenas, aut replenda marsupia. Propter hoc dicitur de isto legato Prouerb. 13. Legatus fidelis sanitas, sed legatus infidelis infirmitas. In sua igitur incarnatione visitauit Christus terram, id est, mundum, vel hominem. Inebriauit in sua prædicatione: quod apparuit in conuersis fidelibus, vt ostensum est in Maria. Vel etiam in passione quando torcularis est ille botrus in palo beate crucis, vt sanguinem vuz meracissimum biberent homines in sacramento. Multiplicauit locupletare in Spiritu sancti missione & omnium collatione charismatum, sed ineffabiliter locupletabit in generali resurrectione.

Item de hac terra in Psal. 84. Dominus dabit benignitatem, vel suauitatem, id est, affectum bonum: quod fuit quando Virgini beate votum vel desiderium perpetuæ virginitatis inspirauit. Aliter enim non fuisset digna concipere Filium Dei. Moraliter: Affectus bonus, quod est quando delectat hominem bene agere, habetur à solo Deo. Sequitur: Et terra nostra dabit fructum suum. Et alibi: Terra dedit fructum suum. Terra nostra, beata Virgo, quæ ex dono Dei facta est nostra. Vnde Leuiti. 26. Dedi eis terram fluentem lac & mel, præcipuam omnium terrarum. Si ergo terra hæc nostra est, ergo fructus eius noster, quem ipsa videtur tenere in manibus suis in sua imagine, quasi omnibus offerens illum, sed ab illis solis recipitur, qui auferunt à se iniquitatem quæ erat in manu sua. Iob 11. Et notabiliter dicitur, dabit, vel dedit. Terra enim humano semine seminata non dicitur proprie dare, sed magis reddere fructum sibi commissum. Sed Maria quæ concepit non ex virili semine, sed mystico spiramine, id est, Spiritu sancti operatione, proprie dedit fructum suum: & bene suum, quia non terra alia digna extitit portare talem fructum, nec talis fructus terræ alij competebar. Ideo dicitur fructum suum, id est, sibi congruum: quia soli Virgini congruebat

gruebat parere Filium Dei, & soli Deo matrem habere Virginem. Vel suum, id est, benedicta benedictum, sicut terra maledicta in opere Adam fructus dedit maledictos Genes. 3. videlicet spinas & tribulos. Vel fructum, scilicet totum suum, non communem sibi & viro: quia formatum de sola carne Virginis opere Spiritus sancti. Vnde filius dicit de patre Isa. 49. Formans me ex utero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eam. Non dicit formans me ex lumbis viri scilicet. Nec dicit ex vmbilico vbi mulieribus sedes est luxuriz. Sed ex utero virginali sine opere virili & concupiscentia muliebri. Aliter. Dedit fructum suum, non vendidit: quia non habebamus pretium. Ideo de fructu suo dicit mater Isa. 55. Vos qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite, &c. Dedit, inquam, fructum suum in tempore suo, id est, in tempore gratiæ. Nec solum semel dedit hæc terra fructum suum, sed iugiter fructificat peccatoribus remedium. Christus dicitur fructus à fruor fruoris: quia in presenti nostra est refectio, sed in cœlis Angelorum & hominum fruitio.

7. Item de hac terra in Psal. Deus rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ, id est, in utero Virginis, qui mirabili proprietate terræ medium appellatur, vt pote centrum medium circumferentiæ. Beatus Bernardus. Sicut punctum in medio figuratur, à quo linea inchoat in longum, protenditur, sic Maria in tribubus Israël minima ad exemplum totius mundi quasi protensa proponitur. Ad ipsam enim sicut ad medium, sicut ad arcana Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium sæculorum respiciunt, & qui in cœlo habitant, & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascuntur ab ipsis. Qui sunt in cœlo, id est, Angeli, vt resarciantur. Qui in inferno, id est, patres antiqui, vt eripiantur. Qui præcesserunt, vt Prophetæ fideles inueniantur. Qui sequuntur, vt conuertantur à peccato, & per eam glorificentur. Item in dicto circulo punctum modicum humilitas Mariæ. Circumferentia, continentia totius creaturæ, & maxime saluandorum. Vnde dicit Eccl. 24. Gyrum cœli, Ecclesiam circuiui sola. Vel ideò Maria centrum mundi: quia ex omni parte mundi omnes habent ad eam recurrere in omnibus suis necessitatibus, sicut omnes circumferentiæ recurrunt ad centrum.

Aliter. Deus rex noster, qui est ante secula: quia in principio erat verbum. Operatus est salutem humani generis, incarnando, prædicando, patiendo. Ideò dictus est Iesus, id est, saluator. In medio terræ, id est, in communi, vel in Ierusalem, quæ dicitur vmbilicus terræ. Ezech. 38. In his verbis quadruplex hæresis elicitur. Quod dicit Psal. Deus, est contra Nestorium, qui dixit Christum puram creaturam. Quod dicit, rex noster, contra Iudæum qui dixit, non habemus regem nisi Cæsarem. Ioan. 20. Quod dicit, ante secula, contra Arium. Quod dicit, operatus est, contra Manicheum.

8. Hæc est terra de qua in Psal. Domini est terra, illius scilicet propria, vt supra: & plenitudo
D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

eius, scilicet virtutes & dona gratiarum. Vnde ipsa dicit. 1. Corinth. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Hæc est terra de qua orta est veritas, scilicet humane carnis, quam sibi Christus vniuit dante Deo benignitatem nostræ redemptionis. Moraliter veritas de terra oritur, quando terrenus peccator peccata sua veraciter confitetur. Hæc est terra desiderabilis. Vnde de seruis Mariæ: Pro nihilo, id est, pro breui & minimo seruitio, habuerunt terram desiderabilem, id est, Mariam, cui dicit Isa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte præsentis miseriam. Ibidem: Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ. Hæc est terra deserta, inuisa, & iniquosa, sicut exponit Hieronymus, in qua Dominus in sancto apparuit, vt videret, id est, videri faceret & cognosci virtutem & gloriam Virginis gloriosæ. De quo sancto dicitur Luc. 1. Quod nascetur ex te sanctum, &c. Expone tria adiectiua. Hæc est terra quam debemus inhabitare per dilectionem veram, & iuge seruitium. Vnde Mariæ dicitur: Sicut lætantium omnium habitatio est in te: & hoc vt pascamur in diuitiis eius. Psal. Inhabita terram, & pascaris in diuitiis eius, vel deliciis. Hæc est terra de qua dicitur Deo Patri: Qui fundasti terram, id est, Mariam, super stabilitatem suam, fidem scilicet, vel humilitatem. De qua dicit Pater Isa. 48. Manus mea fundauit terram, &c. Non inclinabitur, scilicet ad peccandum. Vel non inclinabitur: quia nunquam titubauit diffidendo de Angelicæ promissione, vel desperando de filij resurrectione, sicut fecerunt Apostoli dicentes Luc. 24. Nos autem sperabamus, &c. Item non inclinabitur. Nunquam enim inclinauit se ad dexteram per prospera, vel ad sinistram per aduersa, vel deorium per aliqua diaboli tentamenta: quia virtus est habitus in medietate consistens. Vel hoc ideò dicitur: quia fuit mulier timens Deum: & timor firmamentum est animæ. Vnde: Posuisti firmamentum eius formidinem.

Dicitur autem de hac terra Eccl. 1. Generatio præterit. Hoc impletum est in passione, quando Petrus Christum negauit, & dispersæ sunt oues percusso pastore. Vnde filius patri: Elongasti à me amicum & proximum. Et generatio aduenit. Hoc fuit, quando Iatro credidit & penituit, cui promissum est, Hodie mecum eris in paradiso. Terra autem, id est, Maria in æternum stat. In verbo standi notatur perseverantia in fide. Ideò notabiliter dicit Ioan. 19. quod stabat iuxta crucem Iesu. Ideò dixerat Dominus Isa. 53. Torcular calcui solus, & de gentibus non est vir mecum. Non dicit mulier. Torcular mors, quæ sicut torcular vinum ab vuis, sic exprimit animas à corporibus humanis. Sed Dominus pressus in hoc torculari, pressit ipsum torcular: quia mortem deuicit, & de se vna nobis expressit calicem vini, vel sanguinis meracissimi, quem bibimus in altari. Et tunc verè potuit dicere. Non est vir mecum, per firmam credulitatem. Sed sola hæc mulier cum eo mansit per fidem. Ideò dicit, Calcui solus. Et illud, Singulariter sum ego donec transeam. Ideò etiam tunc dixit Patri Matth. 26. Hely hely lamabaran. Hel interpretatur Deus, y, meus hely hely, Deus meus, Deus meus. Lama interpretatur quare, zabathan dereliquisti, y, me.

T Aliter:

Altera Terra in æternum stat, & inter cetera ex terra sola est immobilis & solida. Mariæ tribus solitas, ipsius humilitas, vel propositio firmitas, que nunquam vacillat. In parte siquidem per aliquod accidens potest terra moveri, sicut in terra motu, sed vniuersaliter non. Vnde nullum ædificium firmum est nisi à terra habeat firmitatem. Sic nec Maria vniuersaliter mota est per consensum peccati, imò in eius constantia nos labiles firmitatem accipimus per exempla eius & orationes, sine cuius auxilio impossibile est esse firmum.

10. Item de hac terra Isa. 39. Qui appendit tribus digitos molem terræ. Moles immobilis humus terre pondus humilitatis, vel firmitas propositio. Pondus enim est impetus rei conantis ad locum suum. Quasi enim duplicem locum habet humus, tuo iudicio inferiorem: vnde humilitas quasi humi latens. Dei iudicio superiori: vnde vero humili dicitur in iudicio, Amice ascende superius. Luc. 14. Sed superbo tunc dicitur quod dicitur est lucifero Isa. 14. Tu dicebas ð lucifer in corde tuo, Ascendam in cælum: & ego dicam tibi, Veruntamen ad infernum detrahentur in profundum laci. Imitantur enim eum qui sunt ex parte eius Sap. 2. Item de hac terra Isa. 39. Qui appendit tribus digitos molem terræ. Tres digiti, quia digitus est de manu que signat operationem, signant operationem Trinitatis. Primus pollex, qui fortis est valde, potentia patris. Secundus, qui dicitur index ab indicando, sapientia Filij. Tertius qui dicitur magister, magisterium Spiritus sancti, cuius vultus docet de omnibus. 1. Ioan. 2. Et nota, quod res appensa illi soli rei innititur, à qua appenditur, sicut patet in lampade. Sic & Maria innitebatur soli adiutorio diuino. Vnde Cantic. 8. describitur innixa super dilectum, &c.

11. Hæc est terra sitiens de qua Isa. 53. Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiens. Terra sitiens dicitur terra arida & non complura, que licet exterius humorem non recipiat, vnde concipiat, & aliquam radicem pariat, que postmodum in arborem vel herbam prodeat, tamen quandoque Deo operante in seipsa & non aliunde radicem aliquam concipit, que proficit in herbam vel arborem. Sic beata Virgo non accipiens humorem ab extrinseco vnde intus conciperet, operante in se diuina gratia concepit Filium ex seipsa. Vnde dicitur etiam est ei Luc. 1. Ecce concipies in vtero, id est, ex vtero. Qui conceptus hoc modo prodeit ex vtero verus homo. Ideo dicitur est ascendisse de terra sitiens sicut radix. Et nota, quod ad plantandam hanc radicem facta est fossa in hac terra per humilitatem, terra eiecta per paupertatis amorem, arbor terre applicita per naturarum vniionem que est illa corrigia, quam non soluit Ioannes, qui non explicauit vniionem verbi cum carne, radix terre coniuncta per Spiritus sancti operationem. Ideo dicitur Hæc. Generationem eius quis enarrabit? Hæc est terra in qua non ambulauit vir, id est, maritus suus Ierem. 2. neque habitauit homo, purus scilicet, sed Deus homo CHRIS T V S IESVS. Item terra que non seminatur, sicut dicitur ibidem.

Maria terra, que secundum quosdam dicitur à terion, quod est statio: quia terra in æternum stat Eccl. 1. cum ignis & aer & aqua sint mobilia. Vel dicitur à terendo quantum ad superiorem partem qua teritur. Vel quia teritur aliis tribus elementis circumpositis. Tunc enim proprie potuit dici terra, quando conculcauerunt eam in filio inimici eius tota die passionis. Solum, scilicet à soliditate, & notat soliditatem & constantiam animi Mariæ in proposito virginittatis conseruandæ, & stabilitatem fidei eius in tempore Dominicæ sepulture. Tellus que secundum quosdam dicitur à tollendo se in alium actiue vel passiuè: quia tollimus ei fructus suos. Vel quia fructus eius nos tollunt, id est, nutriunt. Vel quia nos tollit, id est, portat. Vel à tolerando: quia tolerat labores hominum. Humus sic dicta proprie quando latebat sub aquis. Vnde humus ab humore, & Maria humus propter humectationem omnium charitatum & gratiarum. Gen. 2. Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu. Quære titulo de ligno, vbi agitur de arboribus horti conclusi. Arida sic proprie dicta est aquis in vnum collectis. Gen. 1. Congregentur aquæ, &c. Ibidem: Vocauit Deus aridam terram. Vocauit, id est, voluit, vel prouidit sic vocari, & talem fecit que sic debet vocari. Dicitur autem arida ab ariditate: quia desiccata igne Spiritus sancti & filio suo, qui ignis consumens est. Ad Hebr. in fine, ab omni humore noxio & carnali. Nec in ea aquæ terrenarum concupiscentiarum locum habuerunt: quia cælestium contemplatio terrena desideria in ea ex toto exiccavit. Viso enim Domino emarcuit femur Iacob. Gen. 31. Dixit autem Deus: Congregentur aquæ que sub cælo sunt, in locum vnum, & appareat arida. Istud enim impletum est in Maria. Omnes enim aquæ, id est, gratiæ que sub cælo sunt, id est, sub Deo, congregatæ fuerunt in locum vnum, id est, in animam beatæ Virginis, quando dicta est gratia plena: & nihilominus ipsa apparuit arida dicens Angelo, Ecce ancilla, id est, inter virtutes humillima, sicut inter aquas arida. Eius enim humilitas verè erat vorago virtutum. Item de hac arida dicitur in Psal. Aridam, id est, Mariam, fundauerunt manus eius, id est, Christi. Manus eius, id est, dona gratiarum, fundauerunt in profundo humilitatis. Vnde alibi dicitur Christo: Qui fundasti terram, id est, Mariam, super stabilitatem suam, que fuit humilitas eius. Non inclinabitur ad peccandum, in seculum seculi. Limus, qui est terra tractabilis, designata per limum de quo formatus est primus homo. Gen. 2. Erat enim beata Virgo quasi arida, id est, terra sicca ab humore nociuo, vt supra dictum est, ante filij incarnationem, accessit gratia Spiritus sancti quasi fons irrigans designatus per illum fontem Gen. 2. qui ascendebat à terra irrigans vniuersam superficiem terre, & plenè rigauit Mariam: & ex tali coniunctione factus est limus de quo formatus est Christus. Dicitur autem limus quasi ligans humus. Beatus Bernardus: Quid limo villius quid Deo sublimius? Tanta tamen dignatio facta est, vt quidquid Deus fecerit, limus fecisse dicitur: quidquid limus pertulerit, Deus petru-

lisse

lisse dicitur. Et argil, id est, argilla que ferè idem est quod limus, terra scilicet tractabilis & firma, super quam securè fundantur opera lapidea. Similiter beata Maria tenax & firma fuit in proposito conseruandæ virginittatis. Nec etiam ad promissum angelicum vacillauit. Fuit etiam tractabilis per obedientiam respondens. Ecce ancilla Domini. Quasi diceret: Quidquid placuerit, faciat de ancilla sua. Tractabilem etiam exhibet per benignitatem ad vota nostra, si iusta fuerint adimplenda, que etiam precibus, meritis, & exemplis sustentat in virtute & gratia ædificium Ecclesiæ militantis. Ipsa est etiam terra argillosa, in qua fundit Hiram omnia vasa templi Salomonis in campestri regione Iordanis inter Sobot & Sartham, sicut legitur 3. Reg. 7. Ipsa siquidem modulus est & exemplar omnium virtutum, & forma totius bonitatis.

13. Maria terra. Quia diuersis floribus, id est, virtutibus picturata. Vnde Gen. 2. Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terre. Superficies terre, id est, dignitas terre paradisi, id est, Ecclesiæ, beata Virgo picturata & ornata diuersis, imò vniuersis virtutibus vel terra floribus. Vnde dicitur: Circumamicta varietatibus. Quia diuersis herbarum medicinalium generibus vestita. Nam ipsius humilitas exemplo medicinat superbiam, paupertas & largitas cupiditatem & auaritiam, virginittas luxuriam, benignitas odium & iram, & sic de aliis. Et sic in floribus intelligitur ornatus virtutum quoad ipsam, in herbis effectus virtutum quoad homines. Quia infimum elementum, & hoc per summam & profundam humilitatem iuxta documentum sapientis. Eccl. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Et hoc optimè impletum est in Maria. Item iuxta illud Ezech. 32. Quo pulchrior es, descende. Quia calcabile elementum: & hoc per obedientiam. Vnde dicit: Ecce ancilla Domini. Ancilla enim est obedire. Quasi diceret: Quidquid ei placuerit, faciat de ancilla sua. Vel quasi calcabilem se præbuit per summam patientiam. Vnde potuit dicere: Conculcauerunt me, scilicet in filio meo, inimici mei tota die passionis. Quia sitibundum elementum, & hoc per gratiæ desiderium. Vnde de Christo dicitur Isa. 53. Ascendet sicut radix de terra sitiens, id est, Maria. Quære de hac siti 9. 6. horti conclusi, vbi hortus dicitur sitibundus. Quia alicubi plana per mansuetudinem vel iustitiam. Quære de planitie 9. 5. horti conclusi. Quia alicubi montuosa per summam excellentiam. Quia alicubi conuullosa per duplicem humilitatem. Quia alicubi campestris. Vnde de terra promissionis dicitur Deut. 8. quod montuosa est & campestris. Quære infra de proprietatibus campi. Quia immobilis secundum se totam. Eccl. 1. Terra in æternum stat. Hoc habes expositum paulò supra. Quia tractabilis, maxime vbi est argillosa. Hoc inuenies infra. Quia ex attritione multiplici redditur solidior. Quod enim magis impulsæ est in filij passione, eò firmitus sterit. Vnde Ioan. 19. Stabat iuxta crucem IESVS, &c. Ideo dicit ei sponsus Cantic. 7. Statura tua assimilata est palmæ. Quære titulo de pulchritudine

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

dine eius in fine tractatus. Quia omne ædificium in terra fundatur. Sic quidquid boni facere volumus, in ipsa fundare debemus per fidem incarnationis, cuius fuit ministra, & eorum que ad ipsam pertinent. Vnde ipsa dicit: In me omnis spes vitæ & virtutis. Quia cadentes suscipit, & ipsos adiuuat ad surgendum. Quoad primum dicitur de seruo eius: Cum ceciderit, non collidetur: quia supponit manum suam. Quoad secundum Apoc. 12. Et audiuit terra, id est, Maria mulierem, id est, animam fidelem. Ideo sic oranda est iugiter: Succurre cadenti surgere qui curat populo. Alioquin nisi velimus surgere, non potest ipsa succurrere. Manibus autem, id est, operibus bonis factis ad honorem eius, & pedibus, id est, deuotis affectibus debemus nos prendere huic terre & humiliari ad eam, sicut qui se prendit terre, inclinatur versus terram, vt sic resurgere valeamus post casum peccati. Quia nobis interponitur & abyssus: quia subtracta sicut Tharè, Dathan & Abyron. Num. 17. statim descendimus in infernum viuentes. Sic subtracto nobis adiutorio Mariæ, statim labimur in peccatum & inde in infernum. Quia ferè quidquid viuit, viuit de terra. Sic & quidquid viuit per gratiam, per Mariam viuit que genuit vitam. Ideo ipsa dicit: In me gratia omnis vitæ. Quia de terra tollitur aurum & argentum, quo redimuntur captiui. Et ipsa peperit illum, qui est redemptio animarum nostrarum. Nam ipsa est terra Euilath, vbi nascitur aurum. Quære supra in principio capituli. Quia de terra tractabili formantur quedam vasa ad diuersos vsus necessaria. Et de substantia carnis eius formatum est vas corporis Domini, in quo vase nobis à patre transmissum est illud electuarium, quo sanatum est genus humanum. Quia de terra oriuntur flores & herbæ aromaticæ species & radices, ex quibus conficiuntur medicinæ. Ecclesiast. 38. Altissimus creauit de terra medicinam. Et de ipsa nata sunt membra Saluatoris, quibus contritis in cruce sanatum est genus humanum.

CAPVT II.

Maria area.

Area. Area dicitur ex eo quod pro triturationis frugibus eradatur. Vel quod non triturentur in ea nisi arida. Vel quia inutilis triturationi nisi fuerit arida & sicca. Ipsa est enim area Gedeonis sicca, in qua vellus mactatum est. Hieron. Vellus cum sit de carne, nescit carnis passionem. Sic & virginittas cum sit in carne, vitia carnis nescit. Descendet sicut pluuia in vellus. Fecundata est enim Mariæ virginittas rore gratiæ cælestis, superueniente in eam Spiritu sancto, & Christo in similitudine roris descendente in eam. Vnde ipse dicit Osee 14. Ero quasi ros: & Israel germinabit quasi liliu. Et tamen caro eius exemplo areæ Gedeonis sine noxia concupiscentia sicca permansit. Item per aream attritam multis verberibus,

T 2 potest

potest intelligi caro Mariæ multis attrita tribulationibus & pressuris. Per vellus autem mens ipsius beatæ Virginis. Ros autem gratiæ prius vellus, id est, mentem virginem infudit ad fidem, postmodum aream, id est, carnem eius ad fornicitatem. Vnde primò dictum est ei: Aue gratia plena. Secundò, Spiritus sanctus superuenit in te. Item in arca separantur grana à paleis. Et exemplo & merito & adiutorio Mariæ, vitia à virtutibus, & tali exercitio insistentes digni sunt Angelica visione, salutatione, & allocutione, sicut Gedeon.

CAPVT III.

Maria campus.

Campus, cuius se esse florem Dominus gloratur Cantic. 2. Ego flos campi, qui proprie est viola. Hi enim flores, viola & liliū, nascuntur de terra inculta. Sic & Christus de Virgine inculta operatione humana. Maria campus propter florigeram amœnitatem virginis. Communitatem pietatis. Vnde beatus Bernardus: Sicut misericordiam tuam, &c. Titulo de misericordia eius post medium capituli. Spatiofatem charitatis. Quia Maria diligit diligentes se. Aggregationem diuinæ studiositatis. Fecunditatem maternitatis: ibi enim creuit frumētū illius pretiosum granum, quo pascuntur aues & animalia, Angeli scilicet, & fideles simplices in sacramēto altaris quasi in vno præsepio.

2. Maria campus. Quia ibi creuit fœnum Dominæ carnis: quia omnis caro fœnum. Isa. 40. Fœnum videlicet quod Maria producit iumentis, quo etiam saluus homines & iumenta, id est, rationabiliter viuentes & suorum deferentes onera mandatorum. Quia campus communis locus pascuæ: & in vita eius & exemplis reficiuntur & pinguescunt fideles animæ, sicut habes §. 12. horti conclusi. Maria etiam pascua est: quia pascua sponte proferunt herbam. Vnde: Germinet terra herbam viuentem. Genes. 1. Item pascua hæc viret fide & virtutibus & æterna perseverantia sanctitatis. Item communis, ut dictum est. Item nutritur humore & imbris gratiarum. Item dat fœnum, id est, gratiam cognoscendi se esse fœnum, id est, carnem citò monturam, ut humilietur. Item pascua non extollitur. Similiter nec Maria humano exercitio. Quia campus ab auiibus frequentatur, id est, ab Angelis. Eccl. 27. Volatilia ad sibi similia congregantur: quia virginitas soror est Angelorum, sicut dicit Thomas Apostolus. Quia cælo semper exponitur: & ipsa corde patulo semper inhiabat ad dona perfectæ, quæ descendunt à Patre luminum. Iacob. 1. Quia ibi aër salubrior quam in villis: quia gratia eius salus animæ, sed gratia mundi fallax, & vana pulchritudo ipsius. Quia obediens dicitur campus, quando fructuosa respondet agricolæ: & ipsa bene respondet agricolæ suo, id est, Spiritui sancto, quando concepto Salvatore statim visitauit Elizabeth. Luc. 1. Quia planus per simplicitatem, & demissus per humilitatem. Vnde ascendunt montes & descendunt campi. Quia locus

est ad spatium. Vnde ipsa vocat amatorem suum ad meditandum de ea Cantic. 7. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum. In hoc quod dicit, egrediamur, ostendit se esse sociam meditantium de ea. Ezech. 3. Surgens egressus sum in campum. Nota: prius enim surgendum est à vititiis, & egrediendum à se carnali ut spiritali. Et ecce gloria Domini ibi stabat. Maria enim habitaculum gloriæ, id est, Filij Dei: quia gloria patris filij sapiens. Prou. 10. Cum illis etiam stat gloria Domini, qui sunt campi secundum proprietates supra dictas.

CAPVT IV.

Maria ager.

Ager secundum proprietates campi superius assignatas. Et dicitur ager ab agendo quia beata Virgo multis fuit virtutum actionibus & multiplici Spiritus sancti exercitio exulta, multis etiam tribulationibus pro filio & cum filio agitata. De hoc agro dicitur Gen. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, floribus scilicet, cui benedixit Dominus. Ad literam verba sunt Isaac benedictentis Iacob. Mystice verba sunt Patris de Filio & matre. In hoc autem quod filio similitudo matris assignatur, specialis prærogatiua Mariæ designatur: & quia in Iacob Christum ex eo nasciturum Isaac intellexit, ad Christum & Mariam referuntur verba quæ dixit. Ager plenus, Maria gratia plena. Cui benedixit Dominus. Vnde dictum est ei: Benedicte tu in mulieribus, &c. Vel ager plenus floribus, virginalis Mariæ vterus, cui benedixit Dominus in suo ingressu. Vnde: Dominus tecum, benedicte tu in mulieribus, &c. Est igitur odor Christi, sicut odor agri pleni: quia talem suauitatis odorem emittit filius, qualis procedit à matre. Filius enim dicit Eccl. 24. Quasi balsamum non mixtum odor meus. Et de matre dicitur Cant. 3. Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus. Delectatus ergo pater sua uolentia virtutum filij, in quibus spirat & redolet odor matris vel redolentium suauitas flosculorum, dicit. Ecce odor, &c. Cum autem dicit, ecce matrem & filium proponit nobis in exemplum. Hoc enim aduerbium excitatiuum est & demonstratiuum. Et prius excitatiuum, sicut si vellem aliquid ostendere dormienti, prius excitarem eum. Demonstratiuum: quia semper affert aliquem tumorem tristem, aut gaudium. Odor filij mei, scilicet odor agri pleni. Quia Christus natus est de mundissima totus mundus, de dulcissima totus dulcis, de misericordissima totus misericors, & cætera huiusmodi. Ager ergo plenus Maria, cuius redolentiam spiritualiter magnus ille præfensit patriarcha, multis intermediis nationibus. Vnde præ gaudio enatauit: Ecce odor, &c. Nos etiam post multas generationes de illa plenitudine adhuc aliquid vel tenuiter degustamus. Huius agro benedixit Dominus: quia ipsa est terra illa quam Dominus benedixit, & per quam auertit captiuitatem Iacob, contra hoc quod

quod dictum est Adæ Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo, id est, pro opere tuo, scilicet pro peccato. Quia in opere hominis venter mulieris concipit in peccato, & parturit in dolore. Sed sublata est hæc maledictio & benedictio restituta, quando Mariæ dictum est, Aue, & anuntiata est in mulieribus benedicta.

2. Item de hoc potest intelligi & exponi illud Matth. 13. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Ager Maria sicut expositum est. Thesaurus absconditus in hoc agro, Christus, cui dicitur Isa. 47. Verè tu es Deus absconditus, qui nouem mensibus lauit in vtero virginali designato per vnam auream quæ continuit hunc thesaurum. Et nota, quod tria solent principaliter thesaurizari, aurum scilicet, & argentum, & lapides pretiosi. Aurum anima Christi, pretiosissima creaturarum, sicut aurum metallorum. Argentum candidum, caro Christi virginea. Lapidis pretiosi, guttæ sanguinis Christi. Thesaurum isto redempti sumus pariter & ditati: quia Christus animam suam posuit pro animabus, carnem pro carne humana, & sanguinem fudit ut viuificaret filios exemplo pelicani: quia anima omnis viuentis per gratiam in sanguine eius est. Leuit. 17. Hic est thesaurus quem qui habuerit, diues est, etsi nihil aliud possederit: & qui non habuerit, pauper est, etsi mundum possederit vniuersum. De hoc thesauro quære titulo de priuilegiis carnis virginæ. Sequitur: Quem scilicet thesaurum vel agrum, qui inuenit homo, abscondit. Benedicere, inuenit: proprie enim inuentio est habere filij vel matris gratiam, & purum beneficium, quod meruisse non poterant totius obsequia creaturæ. Vnde & matre dictum est: Inuenisti gratiam apud Deum. Et pastoribus: Inuenisti infantem. Homo, id est, rationalis. Non enim leo superbiæ, vel serpens inuidiæ, & cætera huiusmodi, vel matris vel filij gratiam impetrant, nec ceteris vititiis subiacentes. Abscondit: secretè enim vult diligi Maria, quæ semper dilexit secretum, & ut ei quasi abscondite seruiatur, quæ semper in abscondito & quasi clauso ostio, Domino seruiebat: quod notatur eum dicitur, Ingressus Angelus ad eam. Et præ gaudio illius vadit, &c. Qui vadit, de loco ad locum mouetur: quia vera dilectio nunquam est otiosa, ut quisquis eam diligit, ad studia & exercitia moueatur assidue, quæ tantæ Virgini crediderit complacere. Et hoc præ gaudio illius, ut gaudenter ei deseruiat & cum læticia, quæ gaudium peperit toti mundo. Nullum enim maius gaudium conscientie, quam matris & filij esse familiarem. Et vendit vniuersa quæ habet. In venditione fieri solet quædam commutatio, ut detur vnum & accipiatur aliud. Similiter & hoc oportet ut detur & commutetur pro humilitate superbia, pro castitate luxuria, pro largitate auaritia, & cætera in hunc modum. Vendit igitur vniuersa quæ habet, qui pro honore matris & filij, mundi diuitias & delicias carnis & cætera delectabilia respuit & conculcat, & expendit in eius obsequio quidquid

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

habet. Et emit agrum illum, ut sit illius portio Maria in terra viuentium. Vnde de forti muliere quæ signat animam fidelem, dicitur Proverb. in fine: Considerauit agrum istum, & emit eum. Talem enim familiam vult habere Virgo dulcissima, & tales seruire digni sunt. Vnde canit Ecclesia: Sicut dies veteri, circumdabant eam flores rosarum, & lilia conuallium, florigeri scilicet velut rosa per charitatem, & candidi intus & extra per duplicem castitatem, quæ notatur in liliis, & quasi conualles per duplicem humilitatem. Hinc est, quod rogamus eam: Nos culpæ solutos, &c. Item de hoc agro dicit quidam profeta: Hic est ager illi plenus, cuius odor tam amœnus, leni mouet gaudia. Ager cuius ad honorem, sese campi iactat florem, qui gubernat omnia.

CAPVT V.

Maria mons.

Mons qui dicitur ab eminentia secundum Isidor. vel secundum alios dicitur mons quasi moles opposita nascenti soli. Moles enim immobilis humilitatis Mariæ quam humilitatem Christus adamauit, ut de ipsa nasci dignaretur, se opponit pro familiaribus suis feruori solis iustitiæ, ne ipsos are faciat. Iacob. 1. Exortus est sol cum ardore & arefecit fœnum, id est, carnales.

Hic est mons coagulatus per integritatem virginitatis. Vnde dicit patri vel filio: Sicut caseum me coagulasti. Iob. 10.

Hic est mons pinguis pinguedine charitatis, adipe deuotionis, vbertate fornicitatis, oleo misericordiæ & pietatis, butyro mansuetudinis, melle contemplationis, crassitudine gratiæ singularis. Et nota, quod bis dicitur mons pinguis: quia & pro se & pro omnibus nobis data sunt ei omnium charismata gratiarum.

Hic est mons in quo debent adorare veri Iudei. Ioan. 4.

Hic est mons signatus per montes Armeniæ, vbi requieuit arca. Gen. 8. quia inundante diluuiio peccatorum suis precibus sustentat Ecclesiam & fidelem animam.

Hic est mons visionis. Gen. 22. vbi Abraham filium voluit immolare.

Hic est mons Galaad. Genes. 31. quod interpretatur acerus testimonij: quia in ea conueniunt testimonia omnium scripturarum Veteris & Noui, & tam oracula Prophetarum, quam opera Patriarcharum testimonium ei reddunt.

Hic mons Horeb quod interpretatur mensa, quia lacte eius refectus est ille per quem natus est Iesus.

Hic mons Thabor, quod interpretatur lumen veniens: quia in eam primò venit, & per eam venit lumen æternum sedentibus in tenebris: & in ea transfiguratus est Dominus omnium, assumens formam serui Matth. 17. Matth. 9. Luc. 9.

Hic mons Oliueti sic dicitur propter copiam oliuarum: & ipsam Dominus cumulauit plenitudine

plenitudine gratiæ, & fecit matrem misericordiam.

Hic mons in quo beneplacitum fuit Deo habitare in eo. 9. mensibus corporaliter: & in quo secundum quod Deus, habitabit in finem, id est, sine fine, sine termino, sine mensura.

Hic est mons Selmon, quod interpretatur umbra quæ relinquitur ex lumine & corpore opaco lumini opposito: & ipsa habuit corpus virginium & lumen gratiarum, quibus duobus obumbratur per gratiam contra feruorem vitiorum: & in ipso, id est, per ipsam dealbantur peccatores niue, id est, super niuem. Itaque si fuerint peccata ut coccinum, quasi nix dealbabitur.

Hic est ille mons Dan. 2. de quo sine manibus, id est, opere viri, abicitus est lapis ille, id est, Christus, qui percussit in pedibus statuam Nabuchodonosor. Aliter: Per hunc montem signatur altitudo humanæ naturæ, in qua fuit ante peccatum, de qua altitudine Christus carnem assumpsit quoad immunitatem peccati. Non tamen, quod caro quam Christus assumpsit antequam eam assumeret, forte talis fuerit, sed assumendo eam talem fecit. Sine manibus: quia caro Christi templum Dei est figurata per templum Salomonis, in cuius constructione non sunt audita malleus & securis & omne ferramentum. 3. Reg. 6. sed eius artifex fuit & conditor ipse Deus. ad Hebr. 11.

Item ipsa est mons umbrosus & condensus. Abacuch 3. secundum aliam literam, à quo Deus venit ad nos. Vnde sic ibi legitur: Deus à Libano veniet, & sanctus de monte umbroso & condensus. Beata Virgo mons inuenerit eminentiam sanctissimæ conuersationis suæ, quæ dicitur Libanus, qui interpretatur candor propter prerogatiuam virginis puritatis. Umbrosus etiam dicitur iste mons: quia virtus Altissimi obumbravit ei in conceptione Filij Dei, qui est lux inaccessibilis, & lucem habitat inaccessibilem. 1. ad Timoth. 6. Condensus est mons ille per vniuersarum virtutum multitudinem, quæ designantur in condensitate arborum: quia in eo quasi consistit à diuina sapientia circueiunt omnes virtutes in superlatiuo. De hac condensitate multa inuenies 9. §. de hortu, vbi hortus dicitur densus & condensus. Dicitur ergo Deus à Libano, id est, à candore vteri virginis, veniet ad saluandum nos, & sanctus sanctorum. Dan. 9. de monte umbroso & condensus, ut supra.

Item ipsa est ille mons domus Domini eleuatus super omnes colles, id est, sanctos, quos omnes dignitate transcendit: & qui omnes inferiores ea sunt, sicut collis minor est monte. De quo monte dicitur Isa. 2. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad illum omnes gentes. Nouissimi dies, tempus gratiæ. Domus Domini, Ecclesia Catholica. Mons singularis, beata Virgo. Preparatus per prædestinationem ab æterno. Vnde ipsa dicit Proverb. 8. Ab æterno ordinata sum & ex antiquis, in salutem humani generis & sustentationem Ecclesiæ. Montes & colles sancti vniuersique Testamenti. Vertex

horum montium beata Virgo gratia & meritis transgrediens vniuersos. Vel ipsa est mons in vertice montium: quia exaltata super choros Angelorum. In verbo fluendi notantur septem proprietates seruis Mariæ conuenientes. Primum est impetus feruoris: quia cum festinatione & impetu rumpenda sunt omnia obstacula, ut ei dignè seruiatur. Secundum, descensus humilitatis: fluunt enim flumina ad valles, & sola humilitate peruenitur ad eam. Tertium, abundantia: quod notatur in verbo fluendi, ut abundet in omni opere bono, qui eadem desiderat famulari. Quattum, desiderium ut desideret quodam fluxu liquefcere in desiderio eius. Cantic. 5. Anima mea liquefacta est. Quintum, permanentia, sicut fluius non putat alueum. Qui enim perleuauerit vsque in finem in eius seruitio, saluus erit. Sextum, profectus, ut seruus Mariæ semper proficere de bono studeat in melius. Septimum, assiduitas, ut assidue fluat seruus Mariæ, in desideriis, in lachrymis, in bonis operibus, & orationibus deuotis.

Maria mons. Quia latus in pede vel radice. Radix Mariæ humilitas, quæ est fundamentum eius latus & profundius quam omnium sanctorum. Quia angustus in cacumine. Cacumen Mariæ est maternitas, cuius modus incomprehensibilis & sine exemplo singularis: quia generationem eius quis enarrabit? Isa. 53. Eodem 66. Quis vnquam audiuit tale? Quia terra adiacente superior, id est, omni pura creatura, cælo, id est, solo Christo Deo & homine inferior. Ansel. Nihil æquale Mariæ, nihil nisi Deus maior Maria. Quia terram se toto excedens: quia in nulla virtute inuentus est similis illi. Quia terra super terram exaltata: aliter non est mons. Nam Filio Dei imprægnata non tantum super omnes homines est exaltata, imò in se continuit ipsum cælum. Vnde dicit Eccl. 24. Gyrum cæli circuiui sola. Cælos etiam attingebat stans in terra. Sap. 18. Et ideo dicitur mons in vertice montium. Isa. 2. Quia terræ semper adhaeret, id est, peccatoribus, qui terra sunt, per affectum misericordiæ dicens: Quis infirmatur, &c. Quia terram sibi subditam validè protegit quandiu sub eo est: & ipsa sibi subditos nisi per peccatum mortale ab ea recesserint. Quia à longè videtur: nam per omnia mundi climata exiuit sonus pietatis & misericordiæ ipsius. Quia, quidquid venit desursum, prius suscepit, & inde descendit ad valles propinquas. Nam in incarnatione suscepit prior omne datum optimum: & de pulchritudine eius accipiunt humiles propinquantes ei per veram dilectionem. Quia omnia flumina vel ferè omnia ortum habent à montibus: & de ea natus est ille qui dicit, Ego quasi fluius Doris, à quo ad illum defluunt, & ab ipsa ad nos fluunt gratiarum, quæ fluunt impetu de Libano. Quia fontes perspicuos & frigidos emittit in pede, id est, in affectu charitatiuè ad refrigerandum nos. Quia idoneus munitionibus & speculis: & ipsa est munimentum Ecclesiæ & omnium fidelium. In exemplis etiam eius quid fugiendum sit, & quid amplexandum, possumus speculari. Quia in montibus sit maior tempestas

pestas quam in vallibus, vel in planis: & in vnigeniti sui passione turbata est valde, & fuit omnis plaga tristitia cordis eius. Eccles. Quia mons habitatio & receptaculum ferarum. Vnde: Montes excelsi ceruis, refugium scilicet: & ipsa refugium illorum qui fugiunt à facie arcus, id est, diuini iudicij. Aliter: Illorum est etiam habitatio, qui mundum fugiunt: quia de mundo non sunt quos mundus sagittat detractio-nibus & maledictis. Item. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum, &c. Pascit etiam tales in pascuis vberibus. Vnde Iob de onagro 29. Contemnit multitudinem ciuitatis. Et post pauca: Circumspicit montes pascuæ suæ, & viscerata quæque perquirat. Propter hoc ipsi dicitur: Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

CAPVT VI.

Maria collis.

1. Collis. Dicitur Maria mons & collis. Sed mons respectu Angelorum & sanctorum, imò totius creaturæ: & dicitur sancti colles. Genes. 49. Donec veniret desiderium collium æternorum. Ipsam enim desiderabant colles æterni, id est, sancti Patriarchæ & Prophete. Vnde dicebat Iacob Genes. 49. Salutare tuum expectabo Domine. Et Isaias quasi præuidens eam dicebat ei: Nomen tuum ò Domina, & memoriale tuum in desiderio animarum. Collis autem dicitur respectu solius filij, qui maior est ea, sicut mons maior colle. Beatus Anselmus: Nihil æquale Mariæ, nihil nisi Deus maior Maria.

2. Concaua vallis. Hæc est vallis abundans illo frumento de quo dicitur Ioan. 12. Nisi granum frumenti, & Eccl. Item Isa. 40. Omnis vallis implebitur. Maria potest congruè dicitur omnis vallis, sicut dicitur mulier ex omnibus. Eccles. 7. & hoc propter omnimodam humilitatem cordis, vocis, operis, & omnium sensuum. Et propter hoc impleta est omni charismate spirituali. Vnde & dicta est gratia plena. Et omnis mons & collis humiliabitur, Christus scilicet in incarnatione & passione. Nec solum dicitur ipsa vallis, sed conuallis. Vnde de ea dicit Christus: Conuallem tabernaculorum metibor. Ipsa enim conuallis est per duplicem humilitatem, Tabernaculorum: quia in ipsa habitare debent militantes & peregrini, iuxta quod ei dicitur: Sicut lætantium omnium habitatio est in te, sancta Dei genitrix. Metibor: quia solus Christus pensare sufficit & metiri magnitudinem & quantitatem matris suæ.

CAPVT VII.

Maria desertum.

1. Desertum, de quo Dominus dicit Isa. 43. Dedi in deserto, id est, in Maria, quæ in Psal. appellatur terra deserta, inuia, & iniquosa. Dedi, inquam, in hoc deserto viam, id est,

Christum qui est via, veritas & vita. Ioan. 14. Et in inuio, id est, in ipsa Maria, quæ terra per quam non ambulauit vir, scilicet maritus suus Ioseph. Ierem. 2. Vnde canit Ecclesia: Via viris inuia. Flumina gratiarum, & donorum. Et glorificabit me bestia agri, id est, cæcus peccator mundi: quia semper gratias agere debent de tali ac tanto dono, quo reuertuntur ad gratiam & gloriam. Item Isa. 43. Dedi in deserto, id est, in Maria, aquas gratiarum, & flumina in inuio, sicut expositum est, ut daret potum populo meo electo. Non dicit tantum populo meo, id est, Christianis, sed addidit, electo meo, id est, prædestinatis. Item Isa. 41. Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Maria enim verè fuit desertum à deserendo: quia deseruit diuitias, delicias, pompam, & gloriam mundi, omnia huiusmodi reputans ut stercorea, ut lucrifaceret Christum. Desertum etiam fuit: quia cor eius longè fuit à strepitu & tumultu mundi, nec conculcatum fuit frequentia terrenarum cogitationum aut curarum, sed virens permansit ac floridum, & omnia germina produxit virtutum: nec ibi audiebatur vox hominis, id est, ad hominem pertinentis, sed ibi canebant turtur, id est, Spiritus sanctus, & & alauda laudis diuinæ.

2. Solitudo secundum proprietates deserti, & verè fuit solitudo: quia separata à turbine mundi & soli intenta creatori, & in hanc solitudinem animi ducebat eam Spiritus sanctus, sicut prædixerat Osee 2. Ablatibo eam & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Hæc solitudo contemptus mundi, in quam ducta fuit quando spiritus Domini inspirauit ei & mundi contemptum, & amorem solitatis vitæ. De hoc deserto & de hac solitudine prædixerat Isa. 35. Lætabitur deserta & inuia, sicut expositum est, & exultabit solitudo. Quod fuit, quando dixit: Exultauit spiritus meus in Deo saluati meo, &c. Et florebit quasi lilium per inueteratam virginitatem. Item de hac solitudine Isa. 41. Dabo in solitudine cedrum & spinam & mirtum, &c. Hic enumerantur septem arbores, quæ quasi creuerunt in hac solitudine. Expositionem earum habuisti. 9. §. horti conclusi. Quære. Item nata beata Virgine in solitudine mundi, pro saluica ascendit abies, & pro vitica creuit mirtus. Isa. 55. Saliunca curua est, breuis, & aculeata: & vitica facit pruritum. Talis fuit prima mater, quæ statim gustato cibo vetito sensit motus & punitiones carnis, quæ duo per eam in omni carne humana pullularunt. Sed beata Virgo fuit quasi abies, scilicet recta, plana, leuis, sine aculeis prauorum moruum & malarum concupiscentiarum. Fuit etiam quasi mirtus, quæ carnem præseruat à putrefactione. Mitigatiua etiam est & temperatiua: & Maria nec pruritum sensit, nec læsionem castitatis, contra hoc quod vitica pungit & vrit. Pro vitica ergo creuit mirtus, quando loco Euz successit Maria, per quam consolationem habemus & mitigationem. Hæc est solitudo in qua Anan qui interpretatur donatus, vel gratificatus, siue donum, vel gratificatio, inuenit aquas calidas gratiæ, quæ cor abluit, refrigerat, & fecundat ad bonum in quantum aqua, & calefacit per amorem in-

quantum calida, sicut legitur Genes. 36. Per itum Anan intellige virum iustum. Die quomodo, & hoc maxime quando voluntariè pascit animos & oues Sebeon patris sui, sicut de illo Anan ibidem legitur.

3. Solitudo amica innocentie, quam Maria fugiter seruauit. Ideò Ioan. antra deserti tenuis iudat sub annis. Taciturnitati. Iſa. 6. Vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi pollutus labia habentis ego habito. Ecce causa pollutionis labiorum. Ideò de amatore solitudinis & taciturnitatis dicitur Thren. 3. Sedebit solitarius & tacebit, &c. Item elongaui fugiens, &c. Contemplationi. Vnde postquam dixit, sedebit solitarius & tacebit, statim subdit: Et leuabit se super se, cœlestia contemplando. Virginitati, quam Dina amisit euagando. Gen. 34. Maria seruauit clausa in thalamo. Longanimitati spei. Vnde postquam dixit Psal. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine, subdit: Expectabam eum, &c. per longanimitatem scilicet. Angelicæ salutationi, vt patet in Maria Luc. 1. & uisitacioni, vt patet in Zacharia solo existente in templo. Luc. 1. Diuinæ inspirationi. Vnde de fidei anima dicit Christus Oleez 1. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.

CAPVT VIII.

Maria petra.

1. **P**etra. Hæc est petra super quam non est inuentum vestigium colubri, id est, diaboli. Parab. 30. quod triplex est, superbia, auaritia, luxuria. Primum exclusit ab ea humilitas, secundum charitas, tertium uirginitas. Hæc est petra de qua in Psal. 103. Petra refugium herinacis, & leporibus, secundum aliam literam. Hericij sunt magni peccatores obstiti densis peccatorum aculeis, qui cum corriguntur, arman se spinis suis, id est, excusationibus, tamen si humiliter ad Mariam conuertantur, possunt apud eam refugium inuenire. Vel hericij sunt humiles pœnitentes, hirsuti per ieiunia, uigilias, lacrimas, & cilicium, & huiusmodi. Et huiusmodi spinis debet se armare, qui uult apud eam refugium inuenire, ne possit morderi à carne uel diabolo, sicut perica armata spinis suis non timet morsum lucij deuoratoris. Lepores sunt timidi peccatores fugientes à iustitia filij ad misericordiam matris, sicut fecit Theophilus, de cuiusmodi dicitur Prou. 30. Lepusculus plebs inualida, collocat in petra

cubile suum, id est, in Maria refugium suum, & in eius misericordia spem suam. Et nota, quòd dicitur plebs inualida, id est, illi qui infirmitatem suam humiliter attendunt, & se nullius ualoris reputant coram Deo. Ipsa est enim quæ dat lasso uirtutem. Iſa. 40. & his qui non sunt secundum suam reputationem, fortitudinem & robur multiplicat.

2. Lepus pœnitens. Magnas habet aures, Iacob. 1. Sit omnis homo uelox ad audiendum, ut exemplo Mariæ auide audiat de æternis. Iſa. 50. Eri- git manè, manè erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum. Semper mouet labia per psalmodiam & orationem. Vnde 1. ad Thessal. 5. Sine intermissione orate. Dicitur quasi leuipes: quia uelociter currit. Gæcè uero pro cursu dicitur lagos. Pauca. Eccl. 5. De propitiati peccatorum, noli esse sine metu. Uelox ut quicquid boni potest, omni instantia operetur. Parab. 11. In omnibus tuis operibus esto uelox, &c. Dormit apertis oculis. Ecce cautela, vt possit implere illud Cant. 5. Ego dormio, & cor meum uigilat. Item Eph. 5. Videte quomodo caute ambuletis. Idem maculus & scemina. Vnde Iſa. 26. A facie tua Domine concepimus, & quasi parturimus. Pellem ad indumentum, carnem dat ad nutrimentum: exterior enim conuersatio pœnitentis ualeat imitantibus contra frigus & caumantationum. Caro uerò macerata per pœnitentiam quodammodo pascit animam ipsius pœnitentis, uel ipsius imitantis: quia propinat uitam spiritui mortificata caro.

3. Item hæc est petra ad quam allidendi sunt paruuli Babylonis, id est, primi motus & malitiae & nequitiae cogitatus, de quibus in Psal. 136. Bearus qui tenebit, id est, retinebit, ne crescant & gradescant. Paruulos suos, id est, motus primarios, qui designantur per uulpes paruulas, quæ demoliuntur uineam Domini sabaoth, id est, fidelem animam. Vnde Cant. 2. Capite uobis uulpes paruulas, &c. Et allidet eos ad petram, id est, allidendos refert ad Christum, orans ut motus noxios reprimat, & tales concupiscentias interimat. Vel ad petram, id est, Mariam, inuocando fideliter auxilium huius petrae. Ipsi enim adiuuorij conteritur caput serpentis, id est, initium suggestionis. De hoc habemus exemplum in beato Benedicto, qui sentiens stimulos carnis suæ uehementer insurgere contra animam, proiecit se in uerpes & uirtucas, & in eis diutius uolutatus, per uulnus cutis sanauit uulnus mentis, sicut dicit Gregorius.

Pascua. Proprietates pascuæ habuisti supra, titulo; quòd Maria campus.

LIBER

LIBER NONVS.

De receptaculis aquarum, quæ figurant Mariam.

CAPVT I.

Maria fons.



1. **F**ons, puteus, flumen, fluuius, torrentis, aqua, stagnum, Alueus, & strula, lacus, hydria, concha, canalis, Trames, aqueductus, labium, piscina, natatio, id est, nataria, Annis, uena, latex, cisterna. Fons de quo dicitur Cant. 3. Fons hortorum, scilicet irrigatiuus. Horti isti Ecclesia & conscientiae irrigatiuus. Huius fontis riuus Christus Dominus, qui dicit Eccl. 24. Dixi: Rigabo hortum plantationum. Mater enim rigat hortos, sed riuo suo, id est, filio mediante. Dicitur autem fons à fundendo: quia promptè aquam suam exponit. Sed inter hunc fontem & alios fontes hoc distat, quòd alij fontes, quia aquas suas hauriunt ab inferiori, redundat superius. Iste autem fons, quia aquas suas, id est, dona & charismata recipit à superiori, redundat ad nos inferius. Propter hoc dicitur, quòd aquæ uiuentes, id est, animas uiuere facientes, fluunt impetu de Libano, id est, Christo, qui est candor lucis æternæ. Item ideò dictum est Mariæ, Dominus tecum, quasi fons subministrans tibi plenitudinem gratiarum. Et sub hoc sensu potest Christus dici fons, Maria uerò canalis. Est autem fons caput aquæ nascentis quasi aquas fundens.

2. Fons iste signatus est Genes. 2. per illum fontem, qui ascendebat de terra irrigans uniuersam superficiem terræ. Secundum quosdam fons iste intelligitur abyssus mater omnium aquarum, ex quo omnes fontes & flumina oriuntur: & ab illa sanctitate, cuius tota plenitudo descendit in Mariam, omnium sanctorum & omnis sanctificatio procedit. Et bene fons ille qui signat Mariam, dicitur ascendere de terra: quia tota uita Mariæ fuit quasi quidam ascensus & quædam elongatio à terrenis. Congruè enim dicitur iste fons irrigare uniuersam superficiem terræ. Terra Ecclesia. In superficie terræ apparet pulchritudo terræ, & designat hæc superficies uiros iustos, qui de abundantia Mariæ hauerunt omnes & hauriunt incessanter.

3. Hic est fons signatus Cant. 4. sigillo uidelicet illo de quo dicebatur ei à filio uel à tota

Trinitate Cant. 8. Pone me ut signaculum super cor tuum, &c. Hoc autem signaculo impressus est ei decor diuinæ similitudinis expressius quam alicui creaturæ. Vel hoc signaculum fides uirginis, in qua semper immobiliter stetit tempore Dominicæ sepulture. 1. ad Tim. 2. Fundamentum fidei firmum stat habens signaculum hoc. Aliter: Per hoc quod ipsa dicitur fons, eius fecunditas. Per hoc quod signatus, eius uirginitas. Non enim dicitur fons nisi de cuius abundantia riuus emanat. Et de hoc fonte egrediebatur fluuius de loco, scilicet uoluptatis ad irrigandum paradysum, Christus scilicet de uero uirginali ad arentem Ecclesiam fluentis gratiæ irrigandam. Item sigillum uel signaculum huius fontis uirginitas, ut dictum est. Nam ea quæ signantur, ad hoc signantur ut clausa permaneant. Ideò etiam ipsa dicitur porta clausa Ezech. 44. Item ideò dicitur fons signatus, quia Christum ita signauit, quòd & diabolus & multos Angelos latuit eius incarnatio. Vnde & quidam eorum ipso ascendente dixerunt Iſa. 63. Quis est iste qui uenit de Edom? Ideò Maria dici potest fons signatus & fons signans. Aliter: Iste est fons misericordie signatus sigillo iustitiæ: sic enim exuberat eius misericordia, quòd semper fluunt ad miseros miserationes eius, salua tamen iustitia. Quare titulo de omnipotentia eius in fine capituli. Vel signatus, id est, clausus: quia paucis cognita est multitudo miserationum eius, & abundantia gratiarum, & diuitiarum spiritualium magnitudo.

4. Hic est fons de quo dicitur Ioel. in fine: Fons egredietur de domo Domini, & irrigabit torrentem spinarum. Fons Maria. Domus Domini, beata Anna, in qua beata Trinitas per gratiam habitauit. Vel domus Domini, id est, familia Domini, patres antiqui, scilicet Abraham, Isaac, David, & ceteri, de quibus egressa est Maria. Vel de domo Domini duplici, id est, de tribu regia & sacerdotali. Sed ad quid egredietur? ad irrigandum gratia qua impleta est. Vel riuolo suo, id est, Christo, torrentem spinarum, id est, peccatores, qui sunt quasi torrentis citò decurrens in mare amaritudinis æternæ. Qui bene dicuntur spinæ, quia se erigunt per superbiam, lacerant per auaritiam, pungunt per luxuriam. Primos rigat Maria, ne possint comburi, exemplis humilitatis, secundos contempru temporariorum, tertios exemplis castitatis.

Hic est fons Siloë, cuius aquæ fluunt cum silentio, id est, intermissione. Iſa. 8. quia beneficia

beneficia Mariæ non iugiter fluunt ad quemlibet, sed quando vult & quantum vult. Et interpretatur Siloë missus. Ad literam Siloë fons est iuxta montem Sion, qui non iugiter manat, sed quandoque silet, id est, non ebullit vel fluit.

6. Hic est fons de quo dicitur Zachar. 13. In die illa notabili quæ signat tempus gratiæ, erit fons patens domui David & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris, quoad viros, & menstruatæ, quoad mulieres. Nota, quod hic fons hic dicitur patens. Cant. 4. dicitur signatus. Patens amicis, signatus inimicis. Patens mundis, signatus immundis. Patens penitentibus, signatus impenitentibus. Patens per misericordiam, signatus per iustitiam. Hic est fons ille parvus qui crevit in flumen. Et in lucem sole nunc conuersus est. Et in aquas plurimas redundauit, &c. Eith. 10. Quære in sermonibus de natiuitate Mariæ.

De mari nascitur, cuius aquæ amaræ: sed aquas illas a se per tracones, id est, meatus subterraneos deductas, deposita amaritudine, dulces exponit. Et maria de amarissima gente Iudæorum concepta est cum amaritudine originalis, sed in utero matris veluti sub terra per sanctificationem dulcorata nata est tota dulcis. Vnde de ea potest dici: Sicut spina rosam, &c. Et ipsa conuenit illud Iob. 31. Sanctitas de utero matris egressa est mecum.

7. Maria quasi fons, quantum descendit, tantum ascendere potest. Et quia fons iste inferius omni creatura descendit per humilitatem in conceptu Dei, & in sua assumptione super omnem puram creaturam. Primo terram irrigat à qua oritur, & inde tantum transit ad aliam irrigandam. De beata Anna canit Ecclesia: Cælestis beneficium in. ma. &c. Rigauit etiam postea Elizabeth cognatam & Ioannem cognatum, non solum gratia & agnitione, sed etiam spiritu prophetiæ: ac deinde de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Scaturiens ab imo sursum lapillos eleuat, sed non lapides grandes. Lapilli humiles peccatores, quos eleuat de profundo peccatorum ad statum gratiæ, sed non sic obstinatos & grandes in oculis suis. Ideo de ea potest dici, quod esurientes gratiam conuersionis replet bonis, & diuites qui non credunt se aliquo indigere, dimittit inanes. In se modicus, longo fluente innoxescit. Modicitas humilitas. Longum fluentum, magna copia beneficiorum, quibus omnis participat creatura. Caput est fluminis, id est, Christi quoad humanitatem, qui egrediebatur de loco voluptatis, id est, utero virginali quando nascebatur in mundo factus caro.

Aquam prius latentem in terra manifestat. Nam per ipsam apparuit nobis benignitas & humanitas Saluatoris, qui in terra uiuentium prius erat Deus absconditus. Isa. 45. Seipsum in aquis quasi euacuat, ut impleat riuum suum, sibi nihil attribuens, totum Deo. Vnde dicit: Magnificet anima mea Dominum, non me ipsam. Item dicens: Fecit mihi magna qui potens est. Semper scaturit aquas nouas quas suscipit de plenitudine Dei Patris, qui & ipse dicitur fons aquæ uiuæ. Ierem. 2. Temperatam

habet aquam quolibet tempore. Nam feruorem refrigerat vitiorum, & hæstantium torporem accendit, spem veniæ tribuens desperatis.

Viuidum habet ortum, quod non piscina: nam gratia eius quæ tepidos fugit & præsto est feruentibus, nescit tarda rerum molimina. Facilem præbet haustum, quod non puteus. Prona ad miserendum, & abhorrens immisericos. Continuum habet fluxum, quod non aquæ Siloë. Vnde dicit: Vsq̄ue ad futurum seculum non desinam, miseris scilicet misereri. Ideo ei dicitur Isa. 58. Eris quasi fons, cuius non deficient aquæ, id est, misericordiz. Communis & expositus. Sic & gratia eius. Vnde clamat Isa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas. Per quosdam aquæ ductus deducitur ad officinas. Nam si haberemus aquæ ductum, id est, veram cordis humilitatem, præsto esset omnibus necessitatibus nostris. Ad loca humilia transmittit riuulum suum: nam conciliat & largitur humilibus natum suum. Vnde: Inter medium montium, ubi est concauitas vallium, pertransibunt aquæ, id est, beneficia Mariæ. Montes deserit, id est, superbos: quia tumor insulsa repellit. Scaturiens & discurrens dulce murmurat: quia beneficia eius generant in cordibus sibi deuotis gratiarum actionem & vocem laudis. Isa. 51. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Ideo qui diligunt eam, semper dicere habent illud. 2. Corinth. 9. Gratias Deo super inenarrabili dono eius. Sitim releuat, id est, desiderium antiquorum. Nam per eam venit in mundum desideratus cunctis gentibus. Aggæi. 2. Sitim etiam concupiscentiarum releuat exemplis virtutum suarum. Loca vicina viridia reddit virtutibus, florida sanctis desiderijs, & fecunda operibus bonis. Eccles. 40. Super omnem aquam viriditas.

8. Vicem speculi supplet, & per suam purissimam limpiditatem reddit imaginem intuenti: & ipsa est speculum sine macula fidelibus animabus, in quod debent iugiter speculari. Quære titulo, quod ipsa speculum. Puritate autem sua quæ cana extitit, quod maior sub Deo non potuit intelligi, sicut dicit beatus Ansel. digna fuit illum concipere, sicut dicit Hieronymus, qui suam in nobis reformauit imaginem per Adam veterem deformatam, quando cera humane nature per illius charitatem & obedientiam calefacta est, & effecta tractabilis, sigillo reimprensa est, id est, Filio Dei in utero virginali. Aliter. Facies patris filius est. Vnde Psal. dicit patri: Vsq̄ue quo auertis faciem tuam à me, id est, vsquequo differis mittere Filium quem misurus es. Hanc autem faciem reddidit nobis fons iste, respiciente patre humilitatem ancillæ. Sed nota, quod solis propinquantibus ad fontem & ipsum intuentibus potest fons reddere suam imaginem. Propinquant Mariæ charitati, mundi & humiles, fugiunt ab ea immisericos, sordidi & superbi. Duo autem sunt oculi, intellectus videlicet & affectus, quibus respiciendum est in fontem: vel fides & dilectio, ut piè de ipsa sentias, per bonam operationem ipsam diligere comproberis. Et sicut non corrumpitur aqua fontis, vicem speculi supplet: sic

sic nec ipsa Christum pariendo, qui propriè dicitur speculum sine macula. Sap. 7.

9. Item fons non congelatur sicut ceteræ aquæ, sed iugiter fluunt miserationes eius: quia non stat ibi aquilo aquas ligans, cui dictum à principio fuit à Deo Trinitate: Surge aquilo, id est, tentator recede. Ignem multiplicem extinguit, ignem scilicet materialem, ignem tentationum, ignem luxuriæ, auaritiæ, iracundiæ, exemplis virtutum suarum, ignem peccatorum, & incendium gehennæ. Riuulus vel fluuiolus fontis tepidus ad mare. Vnde ipsa dicit Eccl. 24. Fluuius meus appropinquauit ad mare, id est, ad amarus per penitentiam & tribulationes misericordia & gratia mea. Aliter: Fluuius meus, id est, populus ad me fluens, propinquauit ad mare penitentiz. Frigidus in se, & alios refrigerans gustantes se. Et ipsa frigida per fomitis extinctionem, refrigerium nobis præstat contra caumata vitiorum tentantium, si tamen gustauerimus quoniam suavis est. Perspicuusque illimis. Et ipsa perspicua, quia sine limo & scæcibus motuum iniquorum. Sapidus & dulcis, maximè quatuor generibus hominum, operariis, viatoribus, pauperibus, & quibuslibet æstantibus siti. Operarij sunt, qui suorum & filij mendatorum iugum trahunt. Viatores, qui manentem ciuitatem in hoc mundo non habentes futuram inquirunt. Pauperes, qui defectus proprios attendentes, & diuitiam ex hoc iustitiam formidantes, matris misericordiam mendicant & experunt. Æstantes, qui triplici mala concupiscentia fatigantur volunt nolunt. Dicunt autem Mariæ: Sicuti in te anima mea; &c. Liberaliter aquas suas largitur. Et Maria clamat cum filio Isa. 55. Omnes sitientes per desiderium, venite ad aquas gratiarum mearum. Et Apocal. 21. Ego sitiienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. A puellis frequentatur, id est, animabus humilibus & puris: quod sonat nomen puellæ. A paruulis pauperibus, seruis, & ancillis frequentius hauritur. Hi sunt humiles & suos defectus attendentes, & pro æterna mercede obedienter seruientes: ancillæ enim proprium est obedire. Ad riuos fontium abluuntur pedes, manus, facies, oculi, & vestes, &c. Et per exempla Mariæ affectus nostri & opera, interna facies & ipsius mentis intentio, & ornamenta virtutum, quæ quandoque squalorem contrahunt ex vicinitate vitiorum. Sic igitur fons hic lauat & recreat peccatores, iustos rigat ad fructificandum, & perfectos potat in desiderijs suis.

CAPVT II.

Maria puteus.

10. Puteus dicitur à potatione. Et Maria dicit: Qui bibunt me, adhuc sitient. Est et puteus lacus defossus, à quo hauritur aqua. Ipsa vero quasi lacus defossus per profundissimam humilitatem, à qua terra eiecta est per paupertatis amorem. Can. 4. dicitur puteus aquarum uiuentium. Nota, quod Maria dicitur fons, & puteus in hac auctoritate, sed fons quantum ad commu-

nia beneficia quæ exhibet, quibus vult, gratis, id est, absque cooperatione liberi arbitrij, sicut in sacramentis. Puteus quantum ad illa quæ labore & cooperatione liberi arbitrij ab ea & per eam acquiruntur. Aquarum uiuentium, id est, gratiarum vel doctrinarum quæ vitam præstant hic gratiæ & gloriæ in futuro. Et dicitur hæc aquæ uiuæ. Aquæ, quia sitim sedant & cæteras aquæ proprietates explent in anima. Viuæ, quia uiuificant animam, & eam salire faciunt in vitam æternam. Vnde Maria videtur dicere cum filio Ioan. 4. Qui bibit ex hac aqua, &c. sed aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Quæ fluunt impetu, id est, rapidè, ut terram, id est, terrenitatem subuertant in amatoribus suis. Iob 12. Si contingerit aquas, omnia siccabuntur: si emiserit eas, subuertent terram. De libano, id est, Christo, qui est candor lucis æternæ, &c. Aliter: Fluunt istæ aquæ fortiter & cum impetu, multiformia præstando beneficia hominibus: nec eis præualet obicem facere maligni spiritus aduersarij nostri. Fluunt autem de Libano, id est, de candore pietatis Virginis gloriose. Vel Libanus Spiritus sanctus est, qui candidat per gratiam prius nigros peccatores, à quo fluunt aquæ uiuæ Mariæ precibus ad amicos suos: & hoc cum impetu, quia Spiritus sancti largitio, nec Mariæ larga distributio tarda sciunt rerum molimina. Aliter: Maria puteus aquarum uiuentium, nam ipsa est armarium scripturarum quæ profundæ sunt & obscuræ sicut aquæ putei, quia tenebrosa aqua in nubibus aëris, id est, obscura scientia in prophetis, cuius notitia plenè fuit in Maria. Et uiuæ dicitur ab effectu: quia conferunt vitam gratiæ & gloriæ amatoribus suis.

11. Puteus profundus. Ioan. 4. Puteus altus est, id est, profundus. Et Maria profunda per sapientiam inattingibilem, id est, gratiarum tantam profunditatem, quod eam fragilitas humane conditionis non attingit. Vnde Eccl. 7. Altra profunditas, quis inueniet eam? Obscurus: quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, nec lingua hominis effari potuit, quantum gratiæ, quantum misericordiz, quantum charitatis, quantum pietatis, largitus est Deus Virgini gloriose. Firmiter lapidibus ædificatus ab imo vsque ad summum. Vnde dicitur est ei Isa. 58. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. Lapidem isti oracula & quædam opera Prophetarum, quæ prænuuntiabant & præfigurabant aduentum vel ortum Mariæ. Vel lapides isti virtutum vniuersitas, bitumine charitatis, & humilitatis cemento, indissolubiler colligatæ, quibus scilicet virtutibus Maria firmabatur in bono. In viscera terræ descendit: nam quia beata Virgo profundius omni creatura per humilitatem descendit, ideò copiosior est à Spiritu sancto plenitudine gratiarum. A se aquam non habet, sed vel à fonte, vel à fluuio subterraneo. Ideò dicitur de aquis illius, quod fluunt impetu de Libano. Libanus Christus vel Spiritus sanctus, qui bonis omnibus Virginem repleuerunt, ut & ipsa de sua plenitudine nobis impartiat.

12. Aquæ eius cum strula hauriuntur, quæ propter concauitatem designat homile cordis desiderium.

desiderium. Prouerb. 10. Desiderium suum iustus dabitur. Situla dicitur per contrarium à sitiendo. Apoc. 21. Quis sitis, veniat, &c. Catena seu chorda huius situlæ, fides eorum quæ facta sunt in Virgine. Vel fides præteritorum, præsentium & futurorum. Huius catenæ circuli, articuli qui arctant nos ad credendum quæ ad Virginem pertinent, sicut notatum est titulo, quod ei debemus fidem. Vel chorda triplicis funiculi, oratio cordis, oris, & operis, quæ debet esse longa per perseverantiam, vt non discedat donec aspiciat altissima Domina. Eccl. 35. Vel situla concaua humilitas capax gratiæ, quæ sola meretur impleri, & semper fitit & inhiat ad maiora quam acceperit. Gyrillus, Gallicè letuel, qui dicitur à gyrando, quia in gyro vertitur, ex quo funis cum situla in puteum dimittitur hauriendæ aquæ causa, potest dici timor ratione demissionis, vel spes ratione eleuationis. Timor enim deprimit animam, spes eam sursum leuat. Duplex manubrium, charitas Dei & proximi. Manaum appositio, bona operatio. Aliter: Si vis extrahere aquam de puteo isto, id est, haurire gratiam à Maria, oportet de corde tuo facere situlam per desiderium & humilitatem, vt dicere valeas: Sitiuit anima mea ad Mariam, quæ fons est & puteus aquæ viuæ. Oportet etiam reuoluere rotam natiuitatis tuæ, id est, vitæ super cisternam, recogitando omnes annos tuos in amaritudine animæ tuæ, & omnes defectus tuos, donec dicas ex vero corde: Loquar ad Dominam meam, cum sim puluis, id est, inutilis, & cinis, id est, consumptus à peccatis. Nam si aliter de te sapias, desipis: quia maior non est patre nostro Abraham, qui hoc de se dixit Domino Genes. 18. Si autem situla tua, id est, cor propter leuitatem suam superenatet vt vesica, quod in iudicio vulgari signum est suspendij, fac sicut sapiens mulier quæ ad collum situlæ suæ suspendit lapidem, scilicet timoris. Expediit enim tibi vt suspendatur mola asinaria, id est, sententia iudicialis, à collo tuo, & demergaris in profundum maris, id est, humilis amaritudinis, vt sic possis aqua gratiæ haurire de hoc puteo.

4. Hic est puteus videntis & videntis effectiuè, de quo legitur Genes. 16. quia illuminat intellectum, vnde dicitur videntis: & viuificat affectum, vnde dicitur videntis. Hic est puteus ascendens. Num. 21. quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis & in baculis suis. Puteus, inquam, super quo locutus est Dominus ad Moysen, & de quo cecinit Israël carmen istud: Ascendat puteus. Hunc enim puteum foderunt multipliciter patres antiqui, aliqua eius mysteria sub figura & ænigmatibus reuelando, inter quæ omnia maxime profundum est mysterium incarnationis. De quo Isa. 66. Quis audiuit vnquam tale? Item Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Vel iste puteus tam scriptura quam Mariæ, quem foderunt principes, id est, facti Expositores, vel Apostoli. Hic est puteus altus. Ioan. 4. propter profunditatem intelligentiæ, cuius scilicet profunditatem humanæ cognitionis fragilitas non attingit, super quem

requieuit & quasi humiliatus resedit IESVS fatigatus ex itinere nostræ redemptionis. Altus æquiuocum est ad profundum & excelsum. Et Maria profunda est per humilitatem, excelsa per vitæ sanctitatem. Vel puteus altus, id est, plenus profunda misericordia ad replendam vacuitatem cordis peccatoris, quod profundum est & inscrutabile. Ierem. 17. Hic est puteus septem. Nam signatur per Bersabee quæ interpretatur puteus septem, vel puteus satietatis, quia peperit nobis Christum, qui est sufficientia omnium, qui omnia erit in omnibus. 1. Corinth. 15. & ideò satietatis. Item puteus septem: quia ab ipsa septiformi gratia repleta hauriuntur per orationem aquæ salientis in vitam æternam. Verè ipsa est spiritalis Bersabee, quam Christus de solario paternæ maiestatis adamauit, & eius decorem concupiscens sibi ineffabili matrimonio copulauit. Aquas verò istas habuit ipsa in profundo suæ humilitatis, quæ designatur per profundum putei.

CAPVT III.

Maria lumen.

FLumen de quo dicitur: Flumen Dei repletum est aquis, id est, Maria charismatibus gratiarum. Vnde gratia plena. Inter flumen & fluium hoc differt, quod flumen est ipsa aqua, & fluius cursus est aquæ. Prius autem flumen quam fluius: quia prius aqua quam decursus. Item huius fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, id est, vtramque Ecclesiam & fidelera animam. Flumen semper aquam recipit à fonte. Et ipsa à Domino, qui est fons aquæ viuæ. Ierem. 2. vel à diuina plenitudine, vt nobis de ipsa refundat. Locum adiacentem munit. Et ipsa piè excubat in circuitu populi sui, id est, Christianorum. Vnde de Ecclesia dicitur Naum in fine: Aquæ, id est, miserationes Mariæ, in circuitu eius, aquæ muri eius. Loca vicina fecundat, id est, conscientias sibi amore adherentes. Et hoc herbis sanctarum cogitationum & meditationum, floribus honestorum desideriorum, foliis sanctorum verborum, fructibus bonorum operum, virore vernantium exemplorum. Eccl. 40. Super omnem aquam viriditas. Si autem elongetur flumen, quod fit in illis qui mortaliter peccant, hæc omnia arêscunt. Iob 12. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur. Terram ripis suis adiacentem consumit. Et Maria orationibus suis & exemplis terrenitatem in cordibus amatorum suorum. Iob 12. Si emisit aquas gratiarum, subuertent terram, id est, terrenitatem. Leuita ad se contrahit, id est, non oneratos mortalibus peccatis. Ideò clamandum est ad eam: Trahe me post te. Augustinus: Nondum traheris, ora vt traharis. Pisces nutrit & maxime stamos & mundos, iustos scilicet habentes stamos & pennulas virtutum, quibus dant saltus super aquas, quos scilicet pisces Dominus esurit. Vnde Luc. 24. comedit pisces assum.

In

In hoc etiam flumine natus est ille piscis vnicus aut sempiternus, scilicet Christus Dominus, qui quasi piscis capus est in aquis generis humani hamo nostræ moralitatis, vt vitam nobis conferret sempiternam, & in cuius ore inuentus est fater nostræ redemptionis. Marth. 17. Prouerb in fine: Num interpretatur piscis vnicus; aut sempiternus. Et dicitur piscis à pascendo secundum Isidorum: quia caro Christi verè est cibus. Eius inspectio acuit visum, intellectum scilicet ad cognitionem, affectum ad dilectionem. Sitim exinguit, scilicet sitim temporalium, exemplum suæ paupertatis, & sic de aliis vitis. Vnde dicit cum filio Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua, &c. Aliam autem sitim accendit, cum & ipsa sit mare, hoc est, desiderium æternorum, vt dicit amator eius: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Vel sitim gratiæ. Vnde dicit: Qui bibunt me, adhuc sitient. Inundatione sua prata fecundat, & sic generat pascua vberima, & implet omne animal benedictione, id est, bona datione. Eccl. 40. Super omnem aquam viriditas. Vacua replet si sint ei propinqua: quia humilibus qui suos defectus attendunt, dat gratiam, cuius est mater. Vallès & mare petit, & montes deserit, vt supra dictum est de riuita fontis. Natantes & existentes in nauì vehit. Natant illi qui veterem exuunt hominem cum adibus suis & desiderijs velut sordidos pannos, & ad eius beneplacitum mouent pedes & manus, id est, affectus & opera. Portat etiam existentes per veram fidem in nauì Ecclesie Catholice. In fundo suo nimis immorantes submergit. Nimiùs enim persecrator maiestatis eius opprimitur à gloria. Prouerb. 25. Ideò de ipsa dicitur Eccl. 43: Ne laboretis: non enim comprehendetis. Ideò in ipsa defecerunt hæretici scrutantes indiscreto scrutinio. Nam per eam obstructum est os loquentium iniqua. Necessaria ciuitati animæ apponit, & hoc quando verbum caro factum est in ea, qui omnibus omnia factus est, vt quantum in se est, lucrifaciat vniuersos. 1. Cor. 9. Portat etiam nauigium cum mercibus ad ciuitatem: nam ipsam cumulat cunctis bonis, vt dici possit de ea illud Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona, &c. Superfluitates ab ea exportat: Christus enim quem nobis peperit, fuit hicus emissarius, qui peccata populi detulit in desertum. Leuit. 16. quando peccata nostra tulit in suo corpore super lignum. 1. Pet. 2. Superflua etiam nostra originalia & actualia, à quibus nos liberauit beneficio recreationis, vel Dominicæ passionis. Sordes purificat. Beneficium enim iustificationis omnia immunda à nobis abstulit, secundum quod orabat Psal. Amplius laua me ab iniustitia mea, &c. Sitiim sedat. In hoc intelligitur beneficium glorificationis: nam vsque tunc sitiet anima nostra ad Deum fontem viuum, dicens: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei: sed tunc satiabitur cum apparuerit gloria Domini, & quando torrente voluptatis eius potabimur. Hæc autem quatuor beneficia per Christum habemus, quem habuimus per Mariam.

3. Et nota, quod Maria signata est per illa quatuor flumina paradisi terrestris, de quibus dicit Ecclesiasticus 24. loquens de illo rege nato de D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

David, qui scilicet rex signat Christum. Qui adimplet quasi Phison sapientiam, id est, Virginem sapientem donis gratiarum signatis per aquas Phison, quæ ortum habent à paradiso, & in arenis eius gemmæ pretiosæ inueniuntur. Sic & dona gratiarum à Christo oriuntur, pro quarum operibus præmia æterna donantur. Iste Phison est Ganges fluius, qui interpretatur hortus complurus, & pergit ad Indiarum regionem.

Oris mutatio in laudem scilicet Dei. Eua enim aperuit os suum insipientiæ dum dubitando respondit serpenti: Ne forte moriamur. Sed Maria aperuit os suum sapientiæ, dum credendo concepit dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Caterua: quia fluit cum caterua decem magnorum fluiorum. Et Maria venit in mundum cum multitudine gratiarum, vt de immensa plenitudine eius omnes reciperent abundanter. Ideò postquam dicta est gratia plena, & dictum est: Spiritus sanctus superueniet in te, scilicet vt te faciat inundare, & de tua plenitudine accipiant vniuersi. Os papillæ quod semper videtur esse clausum, & tamen lac emittit. Sic os beatæ Virginis quasi semper clausum videbatur per censuram silentij, & quandoque loquebatur, dulce verbum emittebat & de verbis eius velut pueri de lacte nutritur infantia spiritalis, si discretè perpendantur. Rustici barbati non hauriunt de papilla, sed pueri, & dulcedinem consolationis non hauriunt à Virgine nisi amatores puritatis. Circuit terram Euilath quod interpretatur dolens, vel parturiens. Et beata Virgo circuit dolentes per contitionem ad consolandum eos, maximeque parturientes peccata sua per confessionem, & bona opera per satisfactionem.

Tigris sequitur. Et sicut Tigris in diebus nouorum, seminum scilicet, vel messis hordeaceæ. Quasi diceret: Sicut Tigris in diebus nouorum implet aquis alueum suum, sic Dominus beatam Virginem aquis & donis gratiarum. Vnde: Aue gratia plena. Et bene in diebus nouorum, quia per eam innouatum est genus humanum quod per Eua inueterauerat, quando scilicet illud nouum factum est in ea de quo loquitur Ierem. 31. per quod nouum innouata sunt omnia. Vnde filius eius dicit Apocalyp. 21. Ecce noua facio omnia. Item Tigris interpretatur velox vel sagitta, & vadit contra Assyrios. Et beata Virgo quasi sagitta Domini exemplo suæ humilitatis destruit superbiam. Vnde de ea dicitur. 3. Reg. 13. Sagitta salutis Domini contra Syriam. Nisi enim sagitta esset, non diceret ei sponsus: vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Cantic. 4. Item Tigris nutrit pisces homines deuorantes, sicut legitur Tob. 6. Et Mariæ beneficiis suis Ecclesiasticis nutrit ad literam deuoratores hominum, quibus Christus dicit Isa. 3. Vos depasti estis vineam meam, &c. Et Psal. Quia comederunt Iacob, id est, minorem populum. Item Tigris cum maximo imperu, vt dicitur, fluit in mare mortuum, & bene signat Mariam, quæ quotidie infundit gratiam peccatoribus desperatis, qui prius erant mare per amaritudinem vitiorum & mortui in peccatis. Signat etiam Christum, qui ad hoc subitò descendit in mare mundi, vt in peccatis mortui

viuificat

viuificarentur per beneficia incarnationis eius. Similiter & Maria infundit gratiam penitendi peccatoribus desperatis. Item Tigris vocatur sic propter velocitatem currendi instar bestie Tigridis, quæ velocissime currit. Et ipsa cum festinatione uisitauit Elizabeth, concepto Salvatore.

5. Euphrates sequitur. Qui adimplet quasi Euphrates sensum, scilicet beatæ Virginis spiritualibus sensibus, scilicet coloribus, odoribus, saporibus spiritualibus. Color rubeus charitas, albus castitas, violaceus humilitas, viridis sanctitas, & huiusmodi. Odor spiritualis discretio. Sapor spiritualis sapientia. Ipsa enim gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius, &c. His omnibus impleta est Maria sicut Euphrates abundanter: quia ex plenitudine cognitionis redundauit in ea sterilitas operationis, sicut magna fit abundantia ubi fluit Euphrates. Vel Euphrates interpretatur frugifer: quia ante ortum Mariæ egeni gramus, vacui, & mendici. Sed sicut dicitur Sap. 7. venerunt nobis omnia bona pariter cum illa. Ideo dicimus Christo de ea: Replebimur in bonis domus tua, &c. Item Euphrates interpretatur crescens, vel humus, aut puluerulentus. Sequitur: Qui multiplicat sicut Iordanis in tempore messis. Tempore enim messis multiplicat Iordanis aquas suas, sicut dicitur Iosue 3. Sic Christus tempore gratiæ multiplicauit aquas gratiarum in Virgine: & in illis qui eam colunt & diligunt, multiplicat quotidie. De Iordane paulò infra inuenies titulo de fluuio. Sequitur: Qui emittit disciplinam sicut lucem. Quia Maria pepetit lucem veram, de qua dicitur Eccl. Lux Dei vestigium eius. Quæ videlicet lux, scilicet Christus Dominus, docuit in sua prædicatione disciplinam, id est, ordinatam morum correptionem. Vel disciplinam, id est, penitentiam, dicens: Penitentiam agite. Marth. 4.

6. Geon sequitur. Et assistens quasi Geon in die vindemiæ. Geon dicitur à ge quod est terra: quia incremento suæ exundationis terram Ægypti rigat. Et vocatur Nilus. Dicitur à limo quem trahit, quo terra fecundatur. Nec debet scribi Gion, sed Geon. Assistit enim Maria filio patienti. Ioan. 19. quando scilicet corpus eius quasi vna premebatur in torculari crucis: & inde exprimebatur mustum ratione redemptionis quo potamur in altari. Ad literam quando sol per Virginem signum transit, tunc Geon qui Nilus dicitur, omnes exitus suos reuocat. Et cum ingressus fuerit sol libram, tunc Nilus totus intra ripas colligitur, nec perfundit terram, quod est in tempore vindemiæ. Et ideò dicitur assistens, id est, non effluens. Sic beata Virgo in tempore vindemiæ, id est, in die iudicij, assistet filio suo: nec tunc inundabit aut perfundet aquis gratiarum suarum corda arida peccatorum sicut facit modo. Item Geon interpretatur hiatus terræ. Hic est misericordia Mariæ, quæ appellatur terra, quæ scilicet misericordia miseris semper patet. Interpretatur etiam Geon luctatio vel arena: quia luctata est contra mundum per paupertatem, contra carnem per virginitatem, contra diabolum superbam & rebellem per obedientiam & humilitatem.

Et exemplo suo docet nos luctari contra tres illos inimicos. Item Geon, id est, Maria totam circuit Æthiopiam, scilicet ad debellandos peccatores.

Item. 24. Eccl. dicit Maria: Ego sapientia effudi flumina, sicut quando flumen vnum oriri potest ex alio. Dicit ergo: Ego impleta sapientia ab illo rege nato de Dauid, quæ dici debet sapientia, quia mater æternæ Dei sapientie, & vniuoca debet esse generatio, effudi flumina, quia sum paradus voluptatis, de quo fluvius exiens diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison, quod interpretatur oris mutatio. Expone vt supra. Ipsa enim docet nos loqui lingua Hebræa in confessione, qua transitur à vita veteri in nouam. Nam Maria mulier Hebræa est. Iudith 12. Geon luctatio, quam docet nos exemplo, vt supra dictum est. Exod. 25. Inspice, & fac secundum exemplar, &c. Item Geon arena, quæ sterilis est: & ipsa nos docet, vt cum omnia bona fecerimus, dicamus illud Luc. 17. Serui inuiles fumus. Amos 9. Comprenderet arator messorum: quod fit quando iam perfectè se reputant inchoare. Vnde: Et dixi, Nunc cepi. Tertius Tigris, in quo velocitas bene operandi, quæ valde necessaria proficientibus, sicut Maria concepto IESU ascendit in montana cum festinatione. Euphrates frugifer, qui ab ea deriuatur ad nos quæ optimam partem elegit. Sic & illi qui mente conuersantur in cælis, etiam iam in præsentia recipiunt centuplum. Propter hæc quatuor dicit: Effudi flumina.

CAPVT IV.

Maria fluuium.

1. Fluuius secundum omnes proprietates fluminis superius assignatas. Est autem fluuius perennis aquarum decursus, à fluendo perpetim dicitur. Maria fluuius: quia paruus in ortu suo, postea multum quandoque augmentatur. Sic & Maria parua prius per humilitatem, tandem supergressa est Angelicam dignitatem. Insulas circuit, illos videlicet qui tunduntur fluctibus tribulationum. Vtilitati omnium se exponit: nam voluntas eius est nulli obesse, omnibus prodesse. Non lauatur in eo qui ei non appropinquat fide, amore & seruitio. Proprium alueum qui est misericordia, nunquam mutans, iugiter defluit: quia in gratia sancti Spiritus perseverans, continuè nos irrigat, nisi per nosmet steterit.

2. Hic fluuius Iordanis, in quo ad præceptum Elisei restituitur caro Naaman leprosi, sicut caro pueri parvuli, si in eo septies abluatur. Ablutio prima, sedulum ei obsequium impendere. Secunda, nomen eius & laudes magnificare. Tertia, totam spem suam post Deum in ea ponere. Vnde dicit Ecclesia: Vita, dulcedo & spes nostra. Quarta, amicorum eius defectus supplere. Vnde 2. Corinth. 8. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, &c. Quinta ei per orationem humiliter se ostendere, sicut legitur fecisse Theophilus.

philus. Sexta, ei negotia committere. Septima, eius virtutes saltem à longè imitari. Possunt etiam septem virtutes Mariæ adaptari contra septem genera lepræ, quæ signat peccatum quod interiozem hominem defigurat sicut lepra exteriorem. Assigna quo modo. Item per hunc Iordanem transeunt veri Hebræi & Iudei in terram promissionis: ita & nos si fuerimus veri Hebræi, id est, transeuntes de malo ad bonum per penitentiam, & deuotè matrem & filium collaudantes, quia Iudeus dicitur laudans vel glorificans, per eam introducemur in veram terram promissionis. Item Iordanis componitur ex duobus fontibus qui sunt Ior & Dan, quibus præcedunt se dstantibus & in vnum fœderatis, Iordanis deinceps appellatur. Nascitur autem sub monte Libano, & diuidit Iudæam & Arabiam, & per multos circuitus iuxta Ierico in mare mortuum influit. Et in Maria duplex est fons, scilicet compassionis & largitatis. Nam compatitur miseris, & largitur tribuit omnipotentem se sicut debet.

3. Item Iordanis interpretatur descensio eorum: quia descendere debemus de camelo superbiæ cum Rebecca. Genes. 24. considerata regina cælorum tantum humiliante se. Vel Iordanis humilis descensus: quia merito suæ humilitatis descendit in eam Filius Dei. Vel per hoc quod dicitur humilis descensus, signatur duplex eius humilitas, quæ digna facta illum concipere, qui per passionem suam nobis aperuit ostium paradisi, qui signatur per terram promissionis.

Hic est fluuius Dorix. Vnde ipsa dicit Eccl. 24. Ego quasi fluuius Dorix, qui interpretatur medicamentum generationis: quia ipsa sanauit generationem humanam, quam prima marer ita mortaliter vulnerauerat, vt à planta pedis vsque ad verticem sanitas non esset in ea. Dorix enim fluuius est in Armenia mirabilis velocitatis. Et ipsa est fluuius gratiæ rapidus, & inundans, influens in nos per charitatem, quæ fortis est vt mors, & quam aquæ multæ peccatorum nostrorum extinguere non possunt. Cant. 8. Refluit autem in suum principium, per humilitatem ei omnia attribuendo. Vnde dicit: Fecit mihi magna qui potens est. Armenia interpretatur mons vellicatus. Quære titulo, quod Maria dicitur arca sanctificationis.

4. Hic est ille fluuius de quo loquitur Iohannes Apocal. 22. dicens: Ostendit mihi Angelus fluuium aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & agni, in medio plateæ eius. Bene Maria fluuius: quia singulas generationes rigando post vnam in aliam fluit. Et licet non omnes per eam irrigentur, quod est angustatio fluuij, per aliquos tamen fluere nunquam cessat. Propter hoc ei competit illud Sap. 7. Per nationes in animas sanctas se transfert, quas sanctas non inuenit, sed sanctas facit. Dicitur hic fluuius aquæ viuæ. Aquæ, quia reficit: viuæ, quia nunquam defecit. Aquæ, quia abluit: viuæ, quia semper fluit. Quæ scilicet aqua splendida dicitur quasi crystallus, quia in his quos rigat, peccata legibilia facit per confessionem, sicut crystallus literas suppositas sibi. Procedit hic fluuius de sede Dei & agni, id est, de sanctis Patriarchis,

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

in quibus Pater & Filius residendo regnabant. In medio plateæ eius, id est, ciuitatis, scilicet Ecclesiæ.

Christus fluuius: quia quando oritur paruus est, sed postea crescit & dilatatur in immensum: sic & Christus. Vnde Isa. 9. Paruuus natus est nobis. Et paulò post: Cuius imperium super humerum eius: ecce dilatatio. Per mirabilia enim eius vitam & doctrinam, dilatatum est nomen eius per vniuersum orbem. Simile Isa. 16. Emitte agnum Domine. Et statim subdit: Dominatorem terræ. Crescit quando aquæ multæ cadunt in ipsum. Aquæ multæ, populi multi. Apocal. 17. quibus quasi creuit, quando crediderunt & venerunt ad eum per fidem. Isa. 2. Fluunt ad eum omnes gentes. Quando vna aqua cadit in aliam, amittit nomen suum: sic quotquot veniunt ad Christum, amittunt nomen vetustatis suæ, & non iam Iudæi vel Gentiles, sed à Christo dicuntur Christiani. Ideò dicitur ei: Oleum effusum nomen tuum. Item aquæ tribulationes sunt, quæ abundanter fluxerunt in eum. Vnde dicit Patri: Omnes fluctus tuos induxisti super me. Sed statim nomen pristinum amiserunt. Vnde paupertas iam non dicitur paupertas, sed diuitiæ. Marth. 5. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ecce diuitiæ. Luctus iam non est luctus: quia beati qui lugent, & sic de aliis. Quod attendentes illi qui habent veram sapientiam, spretis mundi diuitiis, currunt ad diuitias Christi. Fluit inter duas ripas, quæ sunt ingressus in mundum per miseriam natiuitatem, & egressus à mundo per amarum mortem. Inter has per laboriosam vitam fluuius iste defluxit. Excedens ripas suas quandoque fecundat terram. Vnde Isa. dicitur de Nilo: Messis fluminis messis eius. Quandoque operatur sterilitatem, & destruit vineas. Sic Christus adueniens operatus est per occasionem sterilitatem synagogæ, & fecundauit Ecclesiam & Apostolos sua prædicatione. In die iudicij excedet ripas, & concalcabit mortem & omnem miseriam.

CAPVT V.

Maria torrens.

1. Torrens est propriè aqua veniens cum impetu, & dicitur torrens, quia pluuia crescit, siccitate torrefcit, id est, arefcit. Maria verò est torrens ille de quo dicitur Prouerb. 18. Torrens redundans fons sapientie. Item Genes. 26. dicitur de seruis Isaac: Foderunt in torrente, & repperunt aquam viuam. Ezech. 47. Viuent omnia vita scilicet gratiæ. Ad quæ venerit per infusionem gratiæ. Torrens, id est, Maria, quæ propter inundationem comparatur torrenti. Cum enim dicta fuisset ab Angelo gratia plena, paulò post dictum est ei: Spiritus sanctus superueniet in te. Et ad quid hoc, nisi vt eam faceret inundare? In eodem cap. Ezech. dicitur: Mensus est mille cubitos torrentem, quem non potui petransire. Et infra: Conuer-

V * tis

tit me ad ripam torrentis. Cumque me conuertilem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex utraque parte. Quod totum de Virgine potest exponi.

Maria torrens. Quia multitudine beneficiorum uisum velut quadam inundatione aquarum excavat lapides & duritiem cordis lapidei, ut humilietur & misereatur. Iob 14. Lapidem excavat aqua. Quia consumit terram, id est, terrenitatem in cordibus suorum. Vnde sequitur in auctoritate Iob: Et alluione paulatim terra consumitur. Quia non multum firma vel ponderosa secum trahit, id est, non multum radicatos in dilectione mundi. Vnde dicitur Iudic. 5. Torrens Cadumim, traxit cadauera eorum. Cadumim interpretatur mare rubrum. Hæc est Maria, quæ dicitur mare amarum, sed ipsa fuit rubricata per compassionem filij patientis. Traxit, id est, attraxit ad filium cadauera, id est, cadauerosos peccatores. Interpretatur etiam Cadumim mare antiquorum propter antiqua quæ facta sunt in eo miracula: & in Maria operatus est Dominus illa præcellentissima miracula, quæ ab antiquo præfigurata erant. Quia prouenit ex nubibus calore resolutis, & inundantia pluuarum. Inundantibus enim pluuus benedictionis, sicut dicitur Ezech. 34. dedit terra, id est, beata Anna, germen suum, quando nata est Virgo candida & frigida, ut nix per fontis extinctionem, de qua dicitur Eccl. 43. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Quæ scilicet Virgo quodammodo liquefit per dilectionem eorum quos Christus redemit proprio sanguine. Vnde dicit Can. 5. Anima mea liquefacta est, &c. Quia impetuosè currit, & gratiæ aquas Maria suis precibus impetrat à Christo amatoribus, quæ ad ipsam à Libano, & ab ipsa ad eos affluunt sine mora.

Quia inueniens obicem fortius currit. Ipsa enim facit cum tentatione prouentum, tentante nos diabolo supra vires, quia prouenit est ad saluandum quam diabolus ad perdendum. Vnde sæpè dicendum est ei: A resistentibus dextera tua o Maria, id est, demonibus qui quantum possunt resistunt dominis tuis. Custodi me ut pupillam oculi. Quod est dicere: Sic me custodi, ut potius exponam manus & corpus & quidquid habeo, quam lædar in anima. Sicut homo quidquid tenere potest ad manum, exponit pro pupilla tuenda, Iob 2. Pelle mortalem, pro pelle immortalis, & omnia quæ habet homo, dabit pro anima sua. Matth. 8. Quid prodest homini si uniuersum, & cætera. Quia turbulentus. Sic & ipsa non in se, sed ab effectu: quia turbat animam peccatoris, infundendo gratiam contritionis. Quia accidentaliter venit, id est, ex mera gratia, non ex meritis nostris. Quia in mare præcipitat, id est, in corda amara per contritionem & recogitationem peccatorum suorum in amaritudine animæ. Nescit enim gratia eius tarda rerum molimina.

* *

CAPVT VI.

Maria aqua.

Aqua: designatur enim per Michol. 1. Reg. 18. quæ interpretatur aqua omnis, vel aqua ex omnibus, quæ placuit David. Hæc est Maria, per quam habetur refrigerium contra omne incentiuum peccati, & ipsa est aqua omnis, quia habet omnem gratiam. Vnde dicta est gratia plena. Qui vult istam Michol spiritum. si tibi matrimonio copulari, debet eam despondere ducentis præputiis, sicut David Michol, ut auferat à se omnem immunditiam carnis & spiritus: quia non sufficeret vna sine reliqua.

CAPVT VII.

Maria Stagnum.

Stagnum gratiarum & donorum. Pater enim Sponsus est. Vnde dicit Ierem. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Filius riuus procedens ab isto fonte. Vnde dicit: Ego quasi fluuius Dorix. Spiritus sanctus procedens ab utroque dici potest stagnum superius: quia continet plenitudinem gratiarum. Maria quasi stagnum inferius per humilitatem, quæ omnia charismata & dona gratiarum, quæ procedunt à Patre & Filio, suscepit Spiritu sancto descendente in eam. Hoc enim videre est, quod quandoque de stagno altiori nascitur & procedit aliud stagnum. Et ipsa gratias quas Spiritus sanctus eidem subministrat, nobis distribuit, unicuique secundum propriam virtutem in humilitatis capacitatem: nam de eius plenitudine omnes accepimus. Ioan. 1.

CAPVT VIII.

Maria alueus.

Alueus contiguus ipsi fonti vitæ, qui Christus est: quia locus matris ad dexteram filij, & ab illo fonte ad corda humilia decurrunt riuuli gratiarum, hoc alueo mediante. Hic est alueus torrentis, de quo legitur. 4. Reg. 3. circumdatus fossis, id est, humilitate duplici. Torrens Spiritus sanctus currens cum impetu, à quo Mariæ precibus rapidè ad nos affluunt riuuli suprædicti. Ipsa etiam potest dici alueus torrentis sapientie.

CAPVT IX.

Maria fistula.

Et fistula, de qua descendunt iugiter stillicidia gratiarum, consolationum, aspirationum, illustra

illustrationum, & huiusmodi, & ad humani cordis duritiem excuandam. Iob 13. Lapidem excavat aqua. Item gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpè cadendo. Sed quod in lapide potest mollis gutta, non possunt in nobis cuncta Dei beneficia, cum dicat Philosophus: Qui instat & onerat priora sequentibus, ex duro & immemori pectore gratiam extorquet. Num. 24. Fluet aqua de fistula eius, &c. Maria fistula Domini, quæ plus sitiuit incarnationem eius ob redemptionem mundi. Et post ascensionem eius magis sitiebat ad Deum fontem viuum. Quæ de hac siti §. 6. horri conclusi.

CAPVT X.

Maria lacus.

Lacus. Ipsa enim receptaculum fuit per compassionem omnium aquarum, id est, penitentiarum, quæ super filium transierunt. In cuius persona dicit Ionas 2. Circunderunt me aquæ usque ad animam, &c. Et ad hoc facta est cum filio lacus miseriarum, ut eriperemur de lacu miserie & de loco facis, & saluemur à descendentibus in lacum. Isa. 51. Attendite ad cauernam laci, id est, ad plagam lateris, vel ad miseriam cordis Mariæ pro filio patiente, & ad Saram quæ peperit vos. Sara quæ dicitur princeps, Maria quæ cum filio Deo ubique principatur, quæ peperit nos quodammodo, quando nostrum peperit redemptorem, de cuius latere nascimur in baptismo. Lacus etiam dicitur. Vnde Christus dicit: Posuerunt me in lacu, id est, in cruce inferiori: quia vilissima erat pena suspendi in cruce.

CAPVT XI.

Maria hydra.

Hydria, quæ dicitur ab hydor quod est aqua, quia ipsa potat nos aqua sapientie salutaris. Potat etiam nos liquoribus qui de Christo profluxerunt, qui Christus in passione effusus est sicut aqua. Ipsa enim est hydria Rebecca, id est, Ecclesie, quæ potatus est verus Elieser, id est, Christus. Gen. 24. & ex qua potantur cameli eius, id est, uniuersi fideles Ecclesie. Quæ scilicet hydria iugiter fundit aquam in canalibus, id est, infundit gratiam humilibus. Ipsa etiam hydria fatine indeficiens, de qua legitur. 3. Reg. 17. quæ pastus est verus Eliseus, id est, Christus, & quæ pastus vidua Sareptena, id est, Ecclesia in sacramento cum tota domo sua, id est, fidelibus uniuersis.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

CAPVT XII.

Maria concha.

Concha designata. 2. Paral. 4. per decem conchas quas fecit Salomon in templo, ut omnia holocausta quæ offerenda erant, abluerentur in eis. Ipsa etiam est concha, quam Gedeon expresso vellere, rore impleuit. Iudic. 6. quia Christus Mariam repleuit gratia, quam retraxit à synagoga.

CAPVT XIII.

Maria canalus.

Canalus, quæ sic dicitur ab eo quod cana sit in modum canna, quæ quandoque fit lignea, quandoque lapidea. Maria bene potest dici canalus: quia fuit lignea per fecunditatem, lignorum enim est ferre fructum. Lapidea per propositi firmitatem. Concaua per humilitatem. Clausa inferius contemptu temporalium. Aperta superius desiderio celestium. Collocata in superioribus domus, id est, Ecclesie ad suscipiendas aquas donorum optimorum, quæ descendunt à patre luminum. Iac. 1. ad refundendum eas in terram, id est, ad humiles.

CAPVT XIII.

Maria trames.

Trames. Vnde dicit Eccl. 24. Ego quasi trames aquæ immense de fluuio. Ipsa enim est via gratiæ: vnde se vocat tramitem, id est, viam. Aquæ immense, id est, abundantis gratiæ, quæ per eam deriuatur ad homines. Ipsa est enim via in inuio peccatorum. Ipsa directio in biuio deuiantium. Ipsa via ad patriam redentium, per hoc quod ipsa est trames aquæ immense, quæ procedit de fluuio, id est, abundantia gratia Spiritus sancti. Aqua immensa est gratia redemptionis, quæ sufficit ad abluitionem omnium. Ioël. Fons egredietur, &c. Hic fons gratia redemptionis rigans torrentem spinarum, id est, genus humanum, quod antequam Maria nasceretur, erat materia æterni incendij. Zach. 13. Erit fons patens, hoc est, gratia redemptionis, à qua nullus excluditur, in abluitionem peccatorum, & menstruatæ, id est, originalis & actualis peccati. Huius aquæ trames Maria, quæ nostrum genuit redemptorem.

V 3 CAPVT

CAPVT XV.

Maria aqueductus.

1. **A**queductus. Vnde dicit Eccl. 24. Quasi enim paradiso exiit hic aqueductus, à patre scilicet qui est paradus cœlestis, exiit per creationem & recreationem, à quo nobis attulit aquam viuam, id est, Christum Deum & hominem. A paradiso terrestri, hoc est, ab Ecclesia militante exiit per mortem corporis, directa in cœlum velut quidam aqueductus aquas miseriarum & tribulationum totius generis humani illic ducens, filio eas exponens & pro eis intercedens.
2. **M**aria aqueductus longissimus excellentia meritorum: nam vehementia desiderij, seruo deuotionis, puritate orationis, fontem attingit tam sublimem, cuius plenitudinem tanquam aqueductus de corde patris excipiens, nobis edidit illum, non prout est, sed prout capere poteramus. Verè longissimus aquarem quæ super cœlos sunt, fontem potuit attingere, vt hauriret super Angelos quam refunderet hominibus aquam viuam. Beatus Bernardus: Ideo tanto tempore defuerunt hominibus fluentia gratiarum: quia nondum intercesserat aqueductus. Ad hoc enim data est ipsa mundo quasi aqueductus, vt per ipsam à Deo ad homines dona cœlestia iugiter descenderent. Integerrimus per inuiolatam fidem. Mundissimus per virginitatem & omnimodam castitatem. Occultus per solitudinis dilectionem. Concauus per veram humilitatem. Futilis per pietatem. Fœcundans, id est, abundans aquis per gratiarum plenitudinem. Rotundus. Non plumbeus, sed magis aureus per regiam nobilitatem & eximiam charitatem. Per hunc aqueductum venit Christus ad nos occultatus in vtero virginali, vt mysterium diabolo celaretur. Vnde dicitur ei Is. 45. Verè tu es Deus absconditus. Ad hoc enim venit vt nos mundaret, reficeret, & potaret aqua sapientie salutaris, sicut per occultum aqueductum deducitur aqua ad necessaria ciuitatis. Per hunc etiam aqueductum qui de fonte supra dicto haurit, assidue influit vinum compunctionis, lætitiæ, & deuotionis, in cellarium nostræ mentis.
3. **E**t nota, quod dicit: Quasi aqueductus exiit à paradiso, id est, à sancta Trinitate, quæ est locus totius voluptatis, exiit, inquam, per creationem. Vnde: Ab initio & ante secula creata sum. Exiit autem quasi aqueductus, id est, per meatus subterraneos, per patres scilicet Veteris Testamenti, qui dediti erant terrenis. Is. 11. Egredietur viga de radice Iesse. Propter hoc dicitur de ea: Sicut lilium inter spinas: quia ipsa cœlestis exiit de terra. Sed ad quid? ad irrigandum hortum Domini, id est, Ecclesiam & fidelem animam. Vnde statim subiungit: Dixi, Rigabo hortum plantationum. Ipsa enim habet duplex irriguum, superius & inferius. Quæ 7. de horto. Non hortum oleum. 3. Reg. 21. sed hortum deliciarum qui est Ecclesia & sancta anima, hortum scilicet

conclusum custodia Angelorum, qui fœcundatur & fructificat austro flante. Et quod Ecclesia non dicitur hortus colligendi fructus, sed plantationum: quia in ea arbores, id est, animæ sanctæ modo plantantur per laboriosa opera, sed in morte colliguntur fructus quando euellentur opera laboriosa. Eccl. 3. Tempus plantandi & tempus euellendi. Dicitur etiam hortus plantationum pluraliter: quia ibi plantantur boni & mali. Vnde in sagena patri colliguntur duo genera piscium. Sed cum Dominus plantauerit eam hortum voluptatis & bonum semen seminauerit in agro suo, vnde habet zizania? Responso Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit. Ideo scinditur rete Petri. Propter hoc beata Virgo rigat hunc hortum aqua triplici. Doctrinæ, vt purgetur ab erroribus. Vnde dicit: Qui bibunt me, adhuc sitient, veritatem. Gratia, vt ornetur floribus & fructibus virtutum. Vnde dicit: Transite ad me, & à generationibus meis implemini. Tribulationum, vt omnis plantatio quam non plantauit pater, eradicetur. Matth. 16. & vt omnis palmet fructificans purgetur, vt plus afferat fructum. Ioan. 13. Rigat autem aquis tribulationum, quando mittit disciplinam sicut lucem, vt vexatio eius det intellectum. Is. 28. Cuius disciplinæ ita est ipsa exemplar. Et quia nihil valet horti rigatio nisi temperetur solis ardore, promittit, quod ardore solis iustitiæ temperabit, subdens: Et inebriabo partus mei fructum, Quæ 12. §. horti conclusi.

4. **H**ic est aqueductus, de quo legitur Iudith 7. quem præcepit Holofernes incidere: quia per illum influebat fons quidam in ciuitatem Bethulia parte australi. Bethulia interpretatur domus dolens Domino, quod facit Ecclesia in penitentibus. Vel domus parturiens Dominum, quod facit in confitentibus. Is. 26. A timore tuo, & cetera. Maria verò aqueductus quod fluunt in Ecclesiam & fidelem animam dona gratiarum, quem diabolus incidere conatur, cum eius auxilium nobis auferre nititur. Incidit autem non quoad eam, sed quoad nos, quando nos retrahit à seruitio eius, & ad hoc ipse magis laborat: quia ipsa est aqueductus piscine superioris. Is. 7. per quam deriuatur ad nos gratia bonorum illuminantium, quæ descendit à patre luminum. Ideo autem datus est nobis hic aqueductus: quia ad omnes vsus necessarios deerant nobis aquæ gratiarum.

CAPVT XVI.

Maria labium.

1. **L**abium quod designatur Exod. 30. vbi dixit Dominus Moysi: Facies labium æneum cum basi sua ad lauandum, poneque illud inter tabernaculum testimonij & altare holocaustorum, scilicet sub dio. Hoc labium dicitur luter. 3. Reg. 7. & dicit ibi Glossa, quod hoc labium factum erat de speculis mulierum quæ excubabant ad ingressum tabernaculi, id est, de sedibus speculorum. Iosephus dicit, quod

quod vndique habebat specula multa, vt factores in eo abluti viderent ibi si adhuc aliqua macula remansisset. Bene Maria labium Ecclesie: quia in labijs eius diffusa est gratia illius responsionis qua mundatus est mundus. Hoc labium nobis loquitur verba vite, & pro nobis loquitur bonum in conspectu Dei. Et ipsa est labium electum nobis promissum. Soph. 3. vbi Dominus dicit: Reddam populis meis labium electum, vt innocenti omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno. Labium istud Maria, pro quo nobis dato à Deo debemus inuocare nomen Domini, & vnanimiter atque concorditer illi seruire.

2. **H**oc labium fuit æneum: quia æs impuribile & sonorum: & ipsa sine vitiorum putredine & sonora in precibus, cui filius dicit Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, cum pro peccatoribus interpellas. Hoc autem labium positum erat inter tabernaculum testimonij, quo signatur Ecclesia, & altare, id est, Christum: quia mediatrix inter Christum & Christianos, suis precibus reconciliat imas summis. Aqua huius labij gratia qua lauanda sunt manus, pedes, & vestes, id est, affectus, opera, & virtutes, & postulanda est ab ea iugiter aqua ista: & hoc vt simus de Ecclesia numero & merito, & accessum habeamus ad altare holocausti, id est, Christum immolatum pro nobis. Hoc etiam labio potamur aqua sapientie salutaris, & mundamur ab omni inquinamento spiritus & carnis.

CAPVT XVII.

Maria piscina.

1. **P**iscina est aquarum collectio sine piscibus, & dicitur piscina quasi per contrarium. In Maria autem fuit congregatio omnium aquarum, id est, gratiarum sine piscibus mundanarum curiositatum. Hæc est piscina probatica. Ioan. 5. in quam Angelus Domini secundum tempus descendebat, & mouebatur aqua, & sanabatur vnus. Tempore enim incarnationis descendit Angelus magni consilij in Mariam, & mota est aqua quando ad nouam salutationem turbata est Maria, & sanatus est vnus, id est, quotquot crediderunt Deum trinum & vnum, & isti vni, id est, Christo adhaerent per fidem suæ incarnationis. Et hic eleganter quidam dicit Mariæ, Tu piscina puritatis, rore plena pietatis, in quam Deus maiestatis, voluit descendere. In quam reus & peruersus, si contritus & conuersus, se deponat, exit tersus à peccati vulnere.

2. **M**aria piscina probatica, à probaton Græcè, quod est ouis Latinè: quia in ea Nathime lauant hostias offerendas in templo, quorum officium modo habent subdiaconi propinantes aquam sacerdoti. Exemplis autem & orationibus Mariæ mundare necesse habent, qui Christo offerre volunt sacrificium de seipsis. Quæ cognominabatur Hebraicè Bethesda, quod interpretatur domus. Frugum. Vnde dicitur ei Cant. 7. venter tuus sicut aceruus tritici. Pecum

dum, id est, receptaculum simplicium & humilium, quos pascit fœno carnis filij. Venatorum, id est, peccatorum qui prius venabantur delectabilia mundi, si ad se refugerint. Quinque porticus habens, id est, quinque principalia genera misericordie. Prima quod conuertit errantes, cum sit via. Secunda, quod illuminat in tenebris ambulantes, cum sit stella & luna. Tertia, quod viuificat mortuos, cum sit vite vena, id est, dilectionis. Quarta, quod spem infundit desperatis. Vnde dicit: In me omnis spes vite & virtutis, vt patet in Thophilo. Vnde & dicit Eccl. 24. Penetrabo inferiores partes terræ, id est, desperantes recolligam, & inspiciam, oculis misericordie, omnes dormientes, id est, sui ipsorum oblitos. Quinta, quod multos quorum iam dictata erat sententia, impetrauit à filio spatium penitendi, sicut Abigail à David Nabal stulto. 1. Reg. 25. In his quinque porticibus iacebat multitudo magna languentium, cæcorum qui illuminari, claudorum qui dirigi, aridorum qui gratia humectari, expectantium aquæ motum, id est, misericordie eius, vt sanaretur à languoribus peccatorum.

3. **I**tem ipsa est piscina superior in via agri fullonis. Is. 7. Et bene: quia plena aquis gratiarum quæ veniunt de supernis. Ipsa etiam aqueductus, quo influunt ad nos gratie de supernis, cuius extremum gloria æterna. Piscina inferior Ecclesia, in quam per aqueductum istum, scilicet Mariam in Ierusalem, id est, animam influunt aquæ cælestes. Item ager fullonis Ecclesia. Fullo Christus. Mar. 9. qui dealbat peccatorem. Via agri fullonis, penitentia per quam vestimenta animæ candidantur. Maria enim tanquam piscina de cœlo recipit aquas viuas, quas ad Ecclesiam defert & animas sanctas, veluti aqueductus. Item ipsa est piscina vetus, de qua tangitur Is. 22.

4. **I**tem Cant. 7. dicitur Mariæ. Oculi tui sicut piscine in Hesebon, quæ sunt in porta filie multitudinis. Hesebon interpretatur cingulum timoris, id est, mœror cingens, vt intelligatur intrinsece: quia mœror penitentia cingit hominem, & cohibet peccatorum sanem & fluxum peccati, sicut vitæ cingit vulneratum, & restringit sanguinis fluxum. Et hoc cingulum competit penitentibus qui in mœrore animi recogitant peccata sua & pœnas inferni, & inde humiliantur. Vnde Proverb. 12. Mœror in corde viri humiliabit eum. Item in mœrore animi deficiet spiritus ab alto superbie. Et talibus sunt oculi Mariæ sicut piscine, id est, respectus misericordie eius multiplex lauatorium: & sunt oculi eius in porta filie multitudinis, id est, Ecclesie, cuius ipsa est porta. Maria oculus per discretionem vel respectum misericordie, iustos à dextris, peccatores respiciens à sinistris. Piscina per compassionem redundans aqua pietatis. In Hesebon per charitatis seruorem: quia Hesebon interpretatur ignis in eis. In porta filie multitudinis: quia omnibus communis & præsto omnibus miseris subuenire.

CAPVT VIII.

Maria natoria.

NAtaro, id est, natoria, quod non ponitur in versu, designata per natoriam Siloë, ad quam missus est cæcus natus lauare oculos suos Ioan. 9. vt illuminaretur. Ipsa enim dicitur illuminatrix: & hoc nomen suum interpretatur in nobis, precibus suis, meritis, & exemplis illuminans peccatores. Ad literam Siloë fons factus est ad radicem montis Sion, qui non iugibus aquis, sed incertis horis ebullit, cuius aquæ vt exciperentur, quasi stagnum non longè à fonte contractum erat, quam collectionem modo pitecinam, modo natoriam vocat Scriptura. Siloë autem interpretatur missus, & signat iste fons Christum à Patre missum in mundum vt illuminaret peccatores ex-cæcatos, sicut dicitur Isa. 42. Et dicuntur Isa. 8. aquæ huius fontis fluere cum silentio, humilitatis scilicet, & mansuetudinis, id est, sine murmure impatientiæ, & sine strepitu pompæ & superbiz. Huius autem fontis Maria natoria est, quæ precibus suis & exemplis restituit visum interiolem. Quarto Regum in historiis titulo de obitu Isaiæ plura inuenies de hoc fonte & aquis eius.

Amnis. Secundum Isidorum amnis fluuius est nemore ac frondibus redimitus, & ex ipsa amœnitate amnis vocatur, quod peroptime conuenit Virgini gloriozæ.

CAPVT IX.

Maria vena.

Vena: quia quidquid beatitudinis ab illo magno mari, id est, ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum peruenit, totum per hanc venam defluxit, sicut ostensum est supra de aqueductu. Prou. 10. Vena vitæ os iusti, &c. Si vena vitæ os iusti, ergo multo fortius os Mariæ iustissimæ est vena vitæ quoties filium pro nobis interpellat, & propter hoc dicit ipsa: In me omnis spes vitæ & virtutis. Eccl. 24.

Maria vena: Quia occulta per secretissimam conuersationem. Vnde clausa in thalamo inuenta creditur à Gabriele. Gracilis per voluntariam paupertatem. Concaua per veram cordis humilitatem. Subtilis ad repellendas pro nobis

fallaces astutias inimici. Maxime viget ad custodiam populi Christiani. Via sanguinis, in quo vita omnis viuientis. Leuit. 17. & ipsa est via vitæ nostræ spiritualis à Christo, qui se dicit viam. Ioan. 14. in cuius sanguine, id est, in fide passionis vita est animarum nostrarum. Longa valde per finalem perseverantiam. Distributa per corpus filij, quod est Ecclesia Catholica.

Aliter. Maria vena vitæ: sicut enim sanguis qui est vita carnis, occultè decurrit per venam, sic Christus qui vita est animarum nostrarum, occultè venit ad nos per Mariam. Vnde dicitur ei Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus, in vtero scilicet virginali. Item ipsa est vena vitæ: sed Adam & Eva nobis fuerunt venæ mortis, de quibus dicitur Osæ ultimo. Sed ipsa plangit se cum filio de peccatoribus. Ierem. 17. Vnde: Me dereliquerunt venam aquarum viuientium.

CAPVT XX.

Maria latex.

Latex. Dicit Isid. quod latex propriè est liquor fontis, & dicitur sic, eò quod lateat in venis terræ. Et Maria semper latuit & secretum dilexit. Et ipsa liquor est illius fontis vitæ æternæ, qui dicit Ierem. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, &c. Quem videlicet liquorem misit nobis ille fons æternus ad nos abluendum, rigandum, fecundandum, imaginem reddendum, & suos effectus in mundo adimplendum.

CAPVT XXI.

Maria cisterna.

Cisterna sita ad portam Bethleem. 2. Reg. 24. & 1. Paral. 11. Et bene ad portam: quia omnes transeuntes vult quantum in se est satiare. Vnde clamat: Transire ad me omnes, &c. Huius cisternæ potum desideravit David. Quare titulo, Gratia plena prope finem, vbi agitur de aqua ablutionis. Hæc est cisterna vetus in solitudine, in qua occultatus est verus Ioseph. Gen. 37. Licet enim Maria inuencula esset ætate, vetus tamen erat in figuris. Et bene in solitudine: quia semper dilexit solitudinem. Vnde Gabriel ipsam clausam in thalamo bene firmato solam creditur inuenisse. Beatus Bernardus: Suspicandum non est, &c. Quare. 5. §. de hortu, vbi hortus dicitur secretus.

LIBER

LIBER DECIMVS.

De adificiis quibus Maria figuratur in Biblia.

CAPVT I.

Maria arca.

Arcæ, thronus, solium, ferculum quoque, sella, tribunal, Sedes, & cathedra, currus, lectica, scabellum, Lectulus, & requies, habitatio, cellula, nidus, Cella, & apotheca, gazophyl. bibliotheca, Arari, geneze, locus, horrea, pistrinum, furtus, cli-banus, fornaxque, caminus, Aula, tabernaculum, thalamus, domus.

Arca designata per arcam quam fecit Beseleel. Exod. 37. de lignis sethim, habentem duos & semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine. Altitudo quasi vnus cubitus fuit & dimidij. Vestiuitque eam auro purissimo intrinsece & foris, & fecit illi coronam auream per gyrum, &c. Fecit Beseleel arcam, &c. Fabrica huius arce nauitatem indicat beatæ Mariæ ex quatuor. Ex auctore. Vnde. Fecit Beseleel. Ex fine. Vnde: arcam. Arca enim dicitur ex eo quod aliquid arcanum in ea poni debeat. Vel secundum Isidorum dicitur ab arcendo, eò quod arceat visum circumstantium ab his quæ continent in se. Similiter & arcanum dicitur à quo arceatur. Vnde Christus de Maria dicit. Isa. 24. Secretum meum mihi. In ea enim fuit ipse Deus absconditus. Isa. 45. Nomen trahit ex materia. Vnde de lignis sethim. Ex forma, tum ex diuersificatione, tum ex ornatu. Vnde dicit: Habentem duos & semis cubitos, &c. Ex ornatu. Vnde dicitur. Vestiuit eam auro purissimo vel mundissimo.

Videndum primò de fine, quod primum est in ratione, sicut dicit Philosophus: facta est enim illa arca materialis, vt in ea reponeretur quoddam diuinæ operationis arcanum. Virga in memoriam liberationis ex Ægypto. Manna refectionis in deserto. Tabulæ dationis legis. Sic & arca nostra spiritualis, de qua dicitur: Surge Domine in requiem tuam, &c. Hoc sine condita est, vt in ea reponeretur nostræ liberationis pretium quod quidem intus est. Sic enim placuit Deo, vt sicut erant tres personæ vna natura, sic essent tres nature in vna persona diuina. Diuina, spiritualis creata & corporalis. Diuina, scilicet deitas, quæ increata. Spiritualis, scilicet anima quæ creata. Vnde sapientia dicit: Ab initio & ante secula creata sum, id est, præuisa creati quodam excellenti modo, & hoc quoad ani-

mam. Corporalis, quæ formata à tota Trinitate, cuius opera inseparabilia, ex substantia corporis virginalis. Vnde Filius dicit de Patre Isa. 49. Formans me ex vtero seruum sibi, &c. Per virgam natura diuina designatur: nam secundum eam ipse Filius Dei est Dei virtus. Vnde Psal. Virgam virtutis tuæ, &c. Per tabulas in quibus erat lex diuina scripta, natura creata, scilicet anima designatur. Et bene per duas tabulas designantur duo quæ sunt in anima, scilicet intellectus & affectus. Nam in eius intellectu quasi in vna tabula scripta erat omnis veritas. In affectu omnis bonitas. Et dicuntur lapides propter confirmationem intellectus non potentis declinare in errorem, vel affectus in malum. Per manna corporea natura, quæ quidem habuit tunicam adiacentem, hoc est, fragilitatem assumptam & pœnalitates. Cum hoc manna, id est, ipsa corporea natura purissima fuit ab omni labe peccati originalis, præter pœnalitates: Fuit etiam esibilis. Ideò significat refectionis dulcedinem. Sap. 16. Paratum panem, &c. quem nos petimus dicentes, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Ecce finis beatæ Virginis quæ ob hoc nascitura erat, vt in ea reponeretur nostræ redemptionis arcanum.

Videamus auctorem. Fecit Beseleel, quod interpretatur umbra Dei, seu misericordia Dei. Et bene: nam sicut umbra refrigerium est contra ardorem solis: ita misericordia refrigerium præstat contra rigorem punitionis, quæ quidem excicaret nos & confunderet, nisi misericordia Dei nos protegeret. Vnde Iacobus loquens de iustitia Dei & rigore dicit: Exortus est sol cum ardore & arefaciet fœnum. Sol, id est, Christus exoritur, id est, extra se oritur, quando puniunt, quia extra se est punire, cuius proprium est misereri & parcere. Sed in iudicio venit cum ardore, & arefaciet fœnum, id est, carnales in incendio gehennæ. Nota, umbra venit ex oppositione corporis opaci ad lumen. Non enim erat nubes quæ opponeret se inter hominem & ipsum solem iustitiæ ante aduentum Christi: ideo omnes vrebantur. Vnde dicitur: Fiant sicut fœnum tectorum, &c. Propter hoc missus est Gabriel Angelus ad Mariam, nubem introducens, hoc est, vmbra humanitatis nuntians ad faciendam vmbra. Virtus Altissimi obumbrabit tibi, hoc est, eius misericordia, id est, eius propria virtus, quia eius proprium est misereri.

Aliter, per hanc arcam designatur beata Virgo triplici ratione. Ratione materiæ. Ratione schematis vel formæ. Ratione officij, vel continentiz. Duplex autem materia fuit huius arce, scilicet,

scilicet ligna Sethim, & aurum purissimum. Duo enim fuerunt in ea ex parte Materie, scilicet: caro & spiritus, largè fumendo materiam, moraliter enim loquimur. Per ligna Sethim quæ impuribilia, designatur caro eius quæ nunquam sensit corruptionem concupiscentiæ vel putrefactionis. Per aurum, spiritus eius resurgens perfecta sapientia & habitaculum deitatis, quæ per aurum significatur. Vnde Cant. 5. Caput dilecti mei aurum optimum. In hoc autem quod fuit deaurata interior, notatur puritas cordis eius vel dilectio Dei. In hoc quod exterior, verecundia virginalis, vel dilectio proximi, quorum gratia super aurum. Eccl. 7. Vel intelligibilibus. Ligna Sethim sunt parua, pulchra, leuia, fortia, impuribilia, incremabilia albæ spinæ similia. Fuerunt etiam dolata & laeuigata. Sethim, ut dicitur, nomen est montis & regionis, & arboris, quæ albæ spinæ similis est in foliis, & interpretatur Sethim spinæ, vel germina, seu positiones, aut resurrectiones eorum. Et bene per hæc ligna significatur Maria, quæ sensit pro suo & cum filio multiplicem tribulationis punitionem. Per eam autem, id est, per orationis & merita eius resurgimus à peccato. Germinamus bene incipiendo, per eam ponimus in Eccl. leuæ merito, per eam tandem ponendi in cælesti edificio.

3. Maria dicitur Sethim. Quia arbor nobilissima Orientis, sicut dicitur. Fuit autem Maria nobilis genere, nobilior omnium charismatum plenitudine, sed nobilissima ex eo quod Christus verus oriens, qui nos visitauit ex alto, oriri ex ea dignatus est in quantum homo.

Pulchra perfecta plenitudine totius honestatis. Vnde Eccl. 6. Decor enim vitæ est in illa, &c.

Parua per simplicitatem humilitatis, vel etiam paupertatis: quia fuit simul in vnum diues & pauper. Quidam tamen dicunt, quod hæc arbor creuit vique ad maximam quantitatem.

Leuis per contemptum totius terrenitatis. Dilectio enim terrenorum reddit animam ponderosam. Vnde, filij hominum vique quo graui corde, ut quid diligitis vanitatem & queritis mendaciam, id est, temporalia. Vel etiam leuis virtutum vniuersitate, quæ igneæ naturæ sunt: & ideo leuis ab effectu, quia animam sursum trahunt & impellunt, quia locus ignis deorsum non est.

Fortis in conseruando propositum virginitatis: quia accinxit fortitudine lumbos suos, & respondit Angelo: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, id est, proposui nunquam cognoscere, & in proposito perseuero. Isa. 40. Forte lignum & impuribile elegit artifex sapiens.

Impuribilis. Impuribilis Sethim probatur per arcam Noë, quæ adhuc perdurat in montibus Armenie secundum Isidorum. Maria autem fuit impuribilis per extinctionem fomitis in filij conceptione, quam postea non infestauerunt primi motus procedentes à fomite. Quilibet enim alius ab ea dicere potest: Induta est caro mea putredine, &c. Job 7. Ipsa vero de se & de sponso suo dicit. Cant. 1. Tigna domorum nostrarum cedrina: quia non fuit corpus

eius resolutum in quatuor elementa. Sicut enim Dominus non dedit sanctum suum, id est, Christum, videre corruptionem, sic nec sanctam suam specialem, id est, Mariam. Fuit etiam impuribilis, id est, absque fermento inuidiæ & corruptionis. Prouerb. 14. Putredo ofusum inuidia. Ioel. 1. Computruerunt iumentum in stercore suo.

Incremabilis, scilicet absque feruore totius iracundiæ & iniquitatis.

Albæ spinæ similis in foliis, id est, in verbis per mansuetissimam correctionem alienæ peruersitatis. Lege conuersionem Theophili. Moraliter. Prius dicitur alba, postea spina: quia qui alium pungere vult corripiendo, ipsa correctio debet procedere ex zelo iustitiæ, non ex liuore malitiæ: alioquin talis correptor comparabilis est spinæ nigrae, &c.

Laeuigata, complanata, & quasi dolata artificio Spiritus sancti, vel etiam Christi, qui summus est architectus, quando sanctificata est in vtero matris, & nata sine pondere originali. Fuerunt etiam ligna hæc fortia per patientiam, impuribilia per perseuerantiam.

Candida per omnimodam puritatem & innocentiam. Vnde albæ spinæ similia describuntur hæc ligna, id est, Maria, quam hæc ligna designant.

4. De auro infra titulo de throno quantum uolueris, inuenies. Et nota, quod hæc arca dicitur fuisse deaurata, id est, vestita puro purissimo intus & foris: quia purgata fuit à fomite & peccato. Sed vna quam continebat, id est, corpus Christi, quæ plena erat manna diuinitatis, tota fuit aurea, quia Christus totus fuit mundus à peccato, qui mundum ingressus est sine macula, non mundatus à peccato. Scientia vniuersique legis: quia ipse est sacerdos, cuius est scire legem. Malach. 2. Aliter: In ipso sunt tabule testamenti: quia ipse est nobis instructio & forma viuendi. Omnis enim eius actio, nostra est lectio, &c. Item virga quoad peccatorum paternam corruptionem. Item manna quoad filiorum dulcem & blandam consolationem. Sap. 7. Candor est lucis æternæ & speculum. Vna hæc concata per humilitatem incarnationis, aurea propter mundiciam assumptionis humanitatis, quia aurum metallorum mundissimum, & propter charitatem quæ factus est homo pro nobis, & propter obedientiam quam exhibuit patri, assumendo formam serui, & propter sapientiam quæ significatur tam in auro quam in hoc quod cum vna erat Deuteronomus & tabule testamenti. Hæc enim quatuor precipue sententia auro designati, munditia, sapientia, charitas, & obedientia. Vel sunt corpus Christi, arca ratione materis, & quæ supra: Anima Christi, vna aurea, manna: dulcedo diuinitatis. Christus etiam est hic in sacramentis nostra lectio in via, qui nostra sententia erit in patria & indeficiens erit fidelium resurrectio. Vnde Exod. 24. dicitur de Moysi qui signat viros Christianos. Viderunt Deum & comederunt & biberunt. Christus enim manna est, id est, panis celestis habens in se omne desiderium & omnis saporis suauitatem, panis scilicet Angelorum, quem manducauit homo. Quæ panem petebant paruli. Thoma. ante aduentum

Aaron

Aaron in iustificationem, quod omnis potestas à Deo. Item Deut. in iustificationem, quod dixerat, Omnia quocumque iussit Dominus, faciemus. Ob hoc etiam dicebatur tabernaculum testimonij, & etiam quia causa preforibus eius ventilabantur. Sicut autem arca illa figuralis continebat ea quæ erant in testimonium beneficiorum Iudæis à Deo collatorum, sic Maria continuit Christum in se, qui erit nobis in testimonium damnationis si ingrati fuerimus beneficiis quæ nobis contulit incarnando, moriendo, resurgendo, & huiusmodi. Vnde dicit Ierem. 19. Ego sum iudex & testis, dicit Dominus. Item Malach. 3. Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velocis malitias, &c.

7. Nunc autem distinde videamus expositiones eorum quæ continebantur in hac arca. Manducator qui quatuor ista manifestè dicit in arca, videtur velle debere intelligi per arcam cælum, & per quatuor illa quæ ibi continebantur, quatuor personas in corpore & animam glorificatas. Per vnam auream corpus Dominicum, de quo nullus dubitat Catholicus. Per tabulas Moysen. Per virgam Aaron beatam Virginem. Per Deum. Ioannem Evangelistam. Sed de his tribus nihil affectit Ecclesia, licet de beata Virgine multi non dubitent.

8. Item per hæc quatuor signatur Christus, quæ posita fuerunt diuina virtute in hac arcam, quando mulier circumdedit virum, id est, Maria concepit Christum. Vna corpus Christi continens manna, id est, dulcedinem deitatis & dulcedinem fruitionis æternæ. Virga: quia ius regni ad eum pertinebat tanquam ad heredem. Item tabule & Deuteronomus, id est, scientia vniuersique legis: quia ipse est sacerdos, cuius est scire legem. Malach. 2. Aliter: In ipso sunt tabule testamenti: quia ipse est nobis instructio & forma viuendi. Omnis enim eius actio, nostra est lectio, &c. Item virga quoad peccatorum paternam corruptionem. Item manna quoad filiorum dulcem & blandam consolationem. Sap. 7. Candor est lucis æternæ & speculum. Vna hæc concata per humilitatem incarnationis, aurea propter mundiciam assumptionis humanitatis, quia aurum metallorum mundissimum, & propter charitatem quæ factus est homo pro nobis, & propter obedientiam quam exhibuit patri, assumendo formam serui, & propter sapientiam quæ significatur tam in auro quam in hoc quod cum vna erat Deuteronomus & tabule testamenti. Hæc enim quatuor precipue sententia auro designati, munditia, sapientia, charitas, & obedientia. Vel sunt corpus Christi, arca ratione materis, & quæ supra: Anima Christi, vna aurea, manna: dulcedo diuinitatis. Christus etiam est hic in sacramentis nostra lectio in via, qui nostra sententia erit in patria & indeficiens erit fidelium resurrectio. Vnde Exod. 24. dicitur de Moysi qui signat viros Christianos. Viderunt Deum & comederunt & biberunt. Christus enim manna est, id est, panis celestis habens in se omne desiderium & omnis saporis suauitatem, panis scilicet Angelorum, quem manducauit homo. Quæ panem petebant paruli. Thoma. ante aduentum

& ortum Mariæ, nec erat qui frangeret eis: sed Maria confecit hunc panem qui fractus est in cruce. Hæc habuisti supra titulo, Gratia plena propè finem totius capituli. Adhuc etiam debemus ei clamare assidue, Maria nostra quæ es in cælis, panem nostrum quotidianum da nobis hodie de arca tua, id est, de arca quæ tu es. Ipsa enim cum sit mater, libentissimè dat hunc panem filiis, id est, imitatoribus suis. Vnde & dicitur ei: Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore. Et sequentia. Christus etiam virga: quia nos regit, corrigit, & diligit. Ipse est etiam tabule testamenti & Deuteronomus: quia Christus liber est vitæ scriptus intus & foris. Ezech. 2. Liber in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Coloss. 2. Qui vtrumque contulit testamentum, & rotam posuit in rota. Veterem enim legem dedit, quam etiam digito proprio conscripsit, & nouam ore proprio prædicauit, & opere adimpleuit, quia cœpit facere & docere. Act. 1.

9. Item Maria arca ratione continentie. Manna vel manu admirabilis dulcedo consolationis quam infundit amatoribus, & specialibus suis, & his quos visitare dignatur, quam qui gustat, potest dicere, Manu, id est, quid est hoc? præ admiratione. Ideo dicit ipsa: Spiritus meus super mel dulcis, &c. Eccl. 24. Vel manna candidum, Mariæ virginitas, quæ in carne fragili angelicam gloriam acquisiuit, habens omnis saporis suauitatem. Vel per hoc manna dulcissimum, Mariæ charitas, in qua fuit radicata & fundata. Moraliter. Manna omnis saporis & delectamenti charitas est, quæ est forma omnium virtutum, & omnis boni operis condimentum, sine qua omne opus Domino insipidum. Quare 1. Cor. in fine: Omnia vestra in charitate fiant. Quam quisquis non habet, factus est velut æs sonans, &c. Vel moraliter. Manna dulcedo spiritus mansueti, vel dulcedo eloquiorum. Tabule decem præceptorum, scientiæ legis diuine. Ierem. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum substantiam illam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, dicit Dominus, & cetera multa. Sed quidam magni literati sunt quasi tabule lapideæ inscriptæ, sed scripturam suam non sentientes, quia duri & immisericordes. Tertium quod continebatur in hac arca, fuerunt tabule testamenti, quibus designatur perfecta vniuersique legis cognitio, quæ plene erat in ea: quia auctor scripturarum habitabat in ea. Vnde Hieronymus dicit, quod optime scripturas nouerat, sicut patet in illo versu: Sicut locutus est ad patres nostros, &c. Item Luc. 2. dicitur, quod confertabat omnia verba, confertus, &c. Vnde postea docuit Apostolos, & magistra fuit Noui Testamenti. Cum enim rota esset per præfigurationem, verè potest dici vniuersique legis plenam habuisse cognitionem: quod significatur per hoc quod in arca coniuncta erat Deuteronomus & tabule testamenti. Et nota, quod dicitur tabule physaliter, in eis illud Isa. 33. Dicitur saluus sapientia, quoad Deum, & scientia, quoad proximum. Vel due tabule dici possunt capax intelligentiæ & tenax memoriæ eius.

eius, quæ duo contulit ei Spiritus sanctus superueniens in eam. Quartum fuit Deut. significans legem nouam, quam Christus dedit: quia ipsa conseruabat omnia verba nouæ legis, conferens in corde suo. Noua etiam lex in ipsa erat. Lex enim spiritus vitæ eam repleuerat, quæ liberat à lege peccati, ad Rom. 7. Lex, scilicet amor quam ipsa inuenit, cum prima fuerit timoris. Vel idè Deuteronomus: quia tota eius vita & omnis actio eius, Christianorum lectio & instructio est, sicut dicit Augustinus de Christo.

10. Aliter in hac arca erant tabulæ veritatis vel sapientiæ. Manna mansuetudinis, vel misericordiæ. Virga potestatis, siue iustitiæ. Vnde Propheta ad virginem: Intende, procede, & regna. Intende ò sapiens propter veritatem quæ in te est, quæ signatur per tabulas: procede ò clemens propter mansuetudinem quæ in te est, quæ per manna: regna ò potens propter iustitiam quæ in te est, quæ per virgam. Sequitur. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Redde singula singulis.

11. Aliter & subtilius. In Maria velut in arca erant manna, id est, dulcedo diuinæ contemplationis. Virga, id est, rectitudo perfectæ operationis: virga enim Aaron frondit, & fructum fecit: quia actiua se multiplicat, sed contemplatiua solitaria est. Fuerunt ergo in hac arca manna & virga: quia Maria fuit contemplatiua & actiua. Vnde signatur per Martham & Mariam sororem eius: & idè Euangelium de ipsi legitur in assumptione. In tabulis testamenti intelligitur spiritualis scientia legis, quæ ipsa habuit plenissimè. Nam cum sterilitas eilet opprobriosa in lege, intellexit secundum litteram occidentem hoc dictum esse de sterilitate corporis, secundum spiritum viuificantem intelligi debere de sterilitate mentis. Et idè contempta littera occidente, congaudens spiritui viuificantis, prima inter filias synagogæ virginitatem elegit. Item in lege promittebantur & conferebantur temporalia: sed ipsas intellexit diuitias tempore legis collatas esse figuram spiritualium diuitiarum conferendarum tempore gratiæ: & idè inter filias synagogæ paupertatem elegit & amauit. Vnde dicit se matrem pulchre dilectionis.

12. Maria dicitur arca testamenti vel testimonij, vt supra dictum est. Apoc. 12. quia scilicet in ea positum erat testamentum, id est, lex fœderis Domini: quia fœderauit nos toti Trinitati. Appropriatur enim Patri maiestas, Filio sapientia, Spiritui sancto bonitas. Et nos offenderamus Patrem per superbiam, Filium per insipientiam, Spiritum sanctum per malitiam. Ista enim tria concurrerunt in primo peccato. Superbia, qua Adam voluit esse sicut Deus. Insipientia, qua credidit posse fieri sicut Deus. Malitia, qua contradixit ei quod præceperat Deus, vel consensit ei quod prohibuerat Deus. Sed Maria per humilitatem suam reconciliauit nos patri, quando ipse respexit humilitatem ancillæ suæ. Vbi enim amor, ibi oculus. Sed Filio nos vniuit quem credendo concepit, vt impleretur Spiritu sancto, qui eam repleuit vt de plenitudine eius acciperent vniuersi gratiam pro gratia. Ioan. 1. Ipsa enim fons est vnde pro-

cedunt riuuli gratiarum. Item alio modo arca fœderis: quia per eam ad nos Dei fœdus firmatum est. Ante enim quam fieret hæc arca, id est, Maria, eramus inimici, & firmatum erat chaos magnum inter nos & Deum, vt qui vellet hinc transire ad Deum, non possent. Et idè per Virginem venit Filius Dei ad nos, & factus est Emanuel, id est, nobiscum Deus, vt tam filius quam mater reduceret nos ad Patrem. Solet etiam fœdus maximè contrahi per nuptias, & Christus generi nostro sese immiscuit, naturam nostram sibi in Virgine copulando, vt si Pater de cætero cogitaret aliquid contra nos, videns nos Filij sui fratres esse, manum retraheret à genere suo. Vnde in horis beatæ Mariæ Virginis sic dicimus Christo: Memento salutis auctor, &c. Et eidem dicere possumus qui est verus Dauid, illud. 2. Reg. 5. Os tuum & caro tua sumus. Et illud Daniel. 9. Propter te metipsum inclina Deus meus & audi, &c. Item Rom. 8. Nam quos præsciuit & prædestinavit, &c. vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Rom. 8. Item illud Ierem. Tu in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos: quia à Christo Christiani. In his nuptiis fœdus sempiternum, cum clausum est, scilicet pax hominibus bonæ voluntatis: quia Christus est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ephes. 2. scilicet quæ in cælis, & quæ in terris, in se reconcilians ima summis.

Arca propitiationis: quia mater est & regina misericordiæ. Mater illius & filia, qui pater est misericordiarum, & Deus totius consolationis, & qui est propitiatio pro peccatis nostris. 1. Ioan. 2. Cuius meritis & intercessione propitiatur Dominus omnibus iniquitatibus nostris: cum enim pro peccatoribus se filio semper opponat, nihil ei potest negare filius eius: aut enim iubet natum, aut orat patrem, & semper exauditur pro sua reuerentia. Hebr. 5.

Arca sanctificationis. In Psal. 131. Surge Domine in requiem tuam tu & arca sanctificatione tuæ, id est, quam tu sanctificasti: quia sanctificata fuit in vtero, & quia Christus descendens in eam, ibi sanctificauit se hominem in se verbo, sicut dicit Augustinus: & quia illa continebat, quæ sanctificata erant Domino: & quia per eam sanctificamur in presenti, & glorificabimur in futuro. Idè dicit Christo propheta: Surge Domine in requiem tuam, &c. Tu prius arca, id est, Maria posterius. Hinc conicitur, quia assumpta sit simul cum corpore. Dicitur ergo: Surge Domine in requiem tuam, post laborem passionis, tu per ascensionem, & arca sanctificationis tuæ per assumptionem. Hæc enim arca quando assumpta est, surrexit in requiem Domini, & impletum est illud Gen. 8. Requieuit arca super montes Armeniæ. Armenia interpretatur mons vellicatus, & significat cælum empyreum, vnde omne superfluum & nocuum auulsum est. Vel montes Armeniæ ordines & eminentiæ Angelorum, super quos ipsa requiescit in throno maiestatis, à quibus scilicet ordinibus auulsum est omne superbum in casu luciferi.

Arca testamenti: vnde Apoc. 12. Apertum est templum Domini in cælo, & visa est arca testamenti

13.

14.

15.

testamenti eius in templo eius. Et dicitur arca ab arcano: & Maria secretum Dei est. Vnde dicitur de ea per Isa. 24. Secretum meum mihi: quia hanc arcam clausit ille, qui claudit & nemo aperit. Apocal. 3. Quædam enim ponuntur in arcam ad eustodiendum & celandum; & Christus in hac arca custoditus fuit, & celatus diabolo & principibus: quia si eum cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. 1. Corinth. 2. & ita non essemus redempti. Homo non yidit in ea, nec manum apposuit: quia non ex virili semine, sed mystico spiramine verbum Dei factum est caro, sicut dicit Ambrosius. Diues arca in qua fuerunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Coloss. 2. Vnde dicit ei quidam: Aue diues arca Christi, quæ thesaurum effudisti, quo ditantur omnia. Ad thesaurum quem hæc arca custodit, in omnibus necessitatibus, ipsa arca mediante, recurrendum est.

16. Item in arca vestimenta complicantur: sic Christus, quem totus non capit orbis, quasi complicatus & humiliatus, ventris sub arca clausus est. Et quia hæc arca paruula erat, exinanuit se, formam serui accipiens, vt ab ea capi posset. Vnde Rom. 9. Verbum breuiatum faciet Dominus super terram: quia Pater Filium breuiavit. Vnde Isa. 28. Consummationem & abbreviationem Dominus exercituum faciet, &c. Quod fuit quando verbum Patris vnigenitum & immensum intra virginalis vteri angusta viscera claudebatur. Vestes Christi humanitas eius. Vnde dicit matri. Iob 10. Pelle & carnis vestisti me. Siquidem hæc arca custodiuit vestes Esau valde bonas, quas apud se Rebecca domi nobilitate dicitur habuisse. Gen. 27. Esau peccator: quia Christus in similitudinem carnis peccati apparuit. Vestes eius valde bonæ, caro eius assumpta de purissima Virginis substantia, mundata in sanctificatione ab originali, non peccatrix, sed similis peccatrici. Rebecca autem, id est, Maria has vestes apud se dicitur habuisse, quia non aliunde, non de semine viri, sed de sua tantum substantia formata & assumpta est caro Christi. Vnde nobilitate dicit Apollus Christum factum ex muliere, ad Gal. 4. Et Beda multum reprehendit eos qui legendum putant ibi natum ex muliere. Ideo etiam dicitur Maria herba faciens semen non suscipiens. Genes. 1. De ipsa enim factus est, & de ipsa cum per consensum fecit ille de quo dicitur Isa. 1. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, id est, Christum, dicit vna Glossa. Ipsa etiam mons ille est, de quo percussus est lapis, id est, Christus natus, qui lapis est angularis, qui fecit vtraque vnum, sine manibus, id est, sine opere nuptiali, sicut glossa Augustinus: quia sola operatione sancti Spiritus. Et ideo has vestes confecit & consuevit Maria quaestuaris, quæ de panno carnis suæ fecit ei pallium, quo ipsum induit, quando consensit vt fieret, dicens, Ecce ancilla Domini, &c. Et cum de hoc rogaretur ab Angelo, & paruula tam immenso timeret vestes facere de tam breuissimo panno, respondit ei Angelus: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam, hoc est, dabitur tibi plenitudo gratiæ, quæ parua portio panni tui, id est, substantiæ tuæ sufficit eius magnitudini. Ibi

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

enim Christus affabula mantel parti, Gallicè loquendo, il fu cort, scilicet giganti geminæ substantiæ: mes bien li fist: quia in eo apparuit speciosus forma præ filiis hominum, nec solum præ filiis hominum, sed etiam præ millibus Angelorum.

17. Nunc videndum est de forma per quam insinuat sanctitas quasi formalis. Primò in dimensionibus arcæ insinuantur tres virtutes theologicæ, fides in longitudine, spes in altitudine, charitas in latitudine. Dicit ergo habentem duos & semis cubitos in longitudine. Longitudo est linearis protractio. In linea accipimus duos terminos, à quo & ad quem. Sic & in fide terminus à quo est cognitio ænigmatica. Vnde dicit Apostolus, 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmatate. Sed terminus ad quem, est cognitio per speciem. Vnde Isa. secundum aliam literam. Nisi credideritis, non intelligetis, id est, non peruenietis. Hæc dicitur habere duos & semis cubitos quasi imperfectos: quia videmus nunc per speculum & ex parte cognoscimus: cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, & erit quasi plenus cubitus. Latitudo est superficialis extensio, & superficies habet duo latera. Secundum hoc hic accipitur charitas secundum quam concupiscibile extenditur ad amicos & inimicos per affectum tanquam ad duo latera. Psal. Latum mandatum tuum nimis. Hæc dicitur distendi per cubitum & semis. Cubitus perfectus refertur ad dilectionem Dei, qui absolute & perfecte diligendus est & super omnia. Semicubitus ad dilectionem proximi, qui minus Deo. Vel quia frequenter videmus in proximo quod diligendum non est, vt peccatum, cum tamen natura semper sit diligenda: & ideo extensio charitatis in proximum semicubitus est. Altitudo vero extensio à deorsum insursum, per quam accipitur spes quæ ipsam irascibilem erigendo protendit in Deum. Vnde dictum est Petro qui piscabatur: Duc in altum, &c. Sic dicitur prædicatoribus, quod per spem erigant corda peccatorum. Et hæc dicitur habere cubitum & dimidium. Cubitus est spes de salute proueniens ex meritis & misericordia Dei, sicut habent spem illi qui gloriantur in testimonio conscientiarum. Dimidius spes proueniens ex misericordia Dei, non ex meritis, sicut habent illi qui sunt in peccatis. Sic ergo in ista arca spiritali est longitudo fidei secundum rationalem, latitudo charitatis secundum concupiscibilem, altitudo spei secundum irascibilem. Sic & in qualibet anima sancta, sed excellenter in Virgine gloriosa.

18. Sequitur. Et vestiuit eam auro purissimo intus & foris, scilicet vt clara appareret tam Deo quam hominibus, & fecit illi coronam auream per gyrum. Duo hic ponuntur, quæ gloriose Virginis insinuant prærogatiuam, vestitio aurintus & foris & corona posita per gyrum, per quæ dantur intelligi in Virgine gloriosa virginitas & fecunditas. Virginalis castitas per aurum ratione incorruptionis & pretiositatis, & differenter accipitur. Integritas seu incorruptio dignam facit Virginem quoad se, pretiositas quoad Deum, lux siue claritas quoad proximum & bonam famam. Fecunditas enim per-

X duxit

duxit eam ad coronam auream : eò enim quod mater facta est summi regis, dignum erat vt in honore regio sublimaretur. Nota tamen, quòd corona ista ducebatur per gyrum, quod significat immensitatem & æternitatem suæ potestatis. Vnde ipsa dicit : In Ierusalem superna potestas mea.

19. Post ornatum sequuntur adiacentes anguli. Per quatuor angulos accipiuntur quatuor cardinales, scilicet iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia. Et quatuor anguli significant quatuor affectiones, dolorem, timorem, gaudium, & spem. Duo affectus, scilicet dolor, & timor, sunt quasi duo anguli arcæ ex latere sinistro : & est latus sinistrum irascibilis quasi è regione contra malum, dolor scilicet de præterito, timor de futuro qui facit hominem cauere sibi. Alij duo, scilicet gaudium & spes ex latere dextro, scilicet concupiscentia ex parte boni, & hoc est quod dicit August. De irascibili dolor & metus, ex concupiscentibus gaudium & spes oriuntur. Iuxta ergo quatuor angulos, quatuor anuli, id est, quatuor virtutes cardinales supponuntur : & sic dicuntur propter circulearem progressum, vt à Deo in Deum sit motus virtutis. Aurei dicuntur ad differentiam virtutum consuetudinilium, quas ponunt Philosophi ex frequenti bene agere acquiri & non ex gratia : iuxta ergo angulam cordis qui est affectus doloris, suppositus est anulus prudentiæ, ne dolor trahat in acediam. Iuxta angulum metus suppositus est anulus fortitudinis, ne timor deficiat in desperationem. Et hi duo ex parte sinistra cordis. Item iuxta angulum gaudij positus est anulus temperantiæ, ne cadat homo in dissolutionem. Iuxta angulum spei anulus iustitiæ, ne eleuetur in præsumptionem, quia nullus potest sperare nisi iustus. Et hi duo ex parte dextra cordis. In his anulis immittuntur duo veæes, qui sunt consideratio pœnæ & gloriæ. Consideratio pœnæ est veæis immisus ex parte sinistra duobus anulis prudentiæ & fortitudinis, vt prudentia pœnam consideratam diligenter præcaueat, & fortitudo præsentem libenter sustineat, vt æternam euadat. Consideratio promissæ gloriæ est veæis immisus ex parte dextera temperantiæ, scilicet iustitiæ, vt considerato præmio de stola animæ temperanter se habeat, & distribuendo vnicuique quod suum est, ad illud festinet. Ideò dicitur, Pones eos in latere arcæ.

CAPVT II.

Maria thronus.

1. Thronus. Vnde 3. Reg. 10. Fecit sibi rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus : & summitas throni rotunda erat in parte posteriori, & duæ manus tenentes hinc & inde, & duo leones stabant iuxta singulas manus, & vndecim leuunculi stantes super sex gradus hinc atque inde. Non est factum tale opus in vniuersis regnis. Mariæ dicitur thronus : quia firmiter & apertè compactus.

Et beata Virgo insolubli internarum virtutum concatenatione compacta erat, quæ connexæ mutuo se roborabant. Hæc sunt virginitas, simplicitas, solitudo, sed & omnes cardinales vel theologicæ virtutes, iuxta illud Iob 10. Ossibus & neruis compegisti me. Regem à statione ad sessionem quasi humiliarum recipit. Et beata Virgo regem æternum, qui cum in forma Dei esset, exinanivit semetipsum, in carne humiliarum in incarnatione suscepit : in ea enim Christus formam serui assumpsit, in qua iudicialiam potestatem exercebit. Solum principem in se suscipit, quoslibet & quantoslibet habeat assessores. Sic beata Virgo solum Christum in vtero, iuxta illud Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, &c. princeps ipse sedebit in ea. Quasi diceret, ipse non alius. Deorsum clausus. Et beata Virgo deliciis, diuitiis, terrenis voluptatibus, & superfuitatibus, & maximè immunditiis, supra omnes puros homines clausa fuit, vt supra. Porta hæc clausa erit, &c. Surfum patulus. Sic Maria iugiter suspirans ad cœlestia corde patulo hauriebat dona perfecta à Patre luminum descendencia. Iacob. 1. A parte anteriori humilior, à posteriori sublimior. Sic beata Virgo ante humillima paupertate & contemptu seculi, supra homines & Angelos posterius exaltata.

Fecit sibi rex Salomon, &c. Primò assignandum est quare Christus per Salomonem designetur, istud inuenies infra titulo de throno morali. Cum autem Salomon fuerit trinomius, videndum est quare potius hoc nomine quod interpretatur pacificus, designetur, cum ei factura throni ascribitur. Christus enim verè est pacificus qui dicit Ierem. 29. Ego cogito cogitationes pacis, &c. Tunc enim Dominus efficaciter cogitauit de pace, quando sibi thronum præparauit vterum virginalem. Vnde dicit Zach. 8. Sicut cogitavi vt affligerem, &c. sic cogitavi in diebus istis vt beneficerem Ierusalem & domui Iuda. Fecit ergo pacificus thronum vt pacem faceret : quia mediante filio hominis pacificati sumus Deo patri. Mediante etiam matre veri pacifici pacem apud filium, quoties volumus, possumus inuenire. Ascribitur etiam hoc opus Salomoni : quia æternæ sapientiæ quæ est Christus. Vnde Proverb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum. Et bene dicitur, fecit : quia beata Virgo speciale opus est illius artificis, qui fabricatus est auroram & solem, qui in isto opere huius throni principaliter suam ostendit sapientiam : ipsa est enim vas admirabile, opus Excelsi. Eccli. 43. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Bene etiam dicitur, fecit sibi : quia sic solus rex Salomon sedebat in hoc throno, sicut solus Christus sedit in Virgine gloriosa. Vnde Ezech. 44. Princeps ipse sedebit in ea. Princeps ipse, quasi non alius. Fecit ergo sibi, non alij, non carni, non mundo, non diabolo, non bacho, non veneri, non mercurio, non marti, sed sibi : nihilominus tamen & nobis hominibus & etiam ipsis Angelis, sed aliter & aliter.

Thronum de ebore. Siquidem vsque ad beatam Virginem non habuerat Christus thronum de ebore, sed quasi sedem plebeiam & communem :

communem : sed in ipsa thronum de ebore habuit, quæ prima virginitatem vouit. Et ipsa quæ fuit thronus grandis, celsior factus est secundum throni celsitudinem : quod innuit verbum illud Mariæ, Magnificat anima mea Dominum, qui quasi obliuis virginitatis, licet eam super omnia diligeret, benedicebat fecunditati. Vnde Gen. 9. Benedixit illis Deus, dicens : Crescite & multiplicamini, &c. Maria verò quæ prima votum virginitatis emisit, regem filium regis magni sublimiter exaltauit, & in corde & vtero virginali velut in throno eburneo grandi collocauit, & super omnes reges mirabiliter magnificauit, sicut Salomon super omnes reges terræ magnificatus est, ex quo fecit sibi thronum grandem & in eo con-sedit, sicut dicitur. 3. Reg. 10.

4. Thronum de ebore. Notandum, quòd ad ad hoc quod materia huius throni inueniretur, ebur scilicet, oportebat quòd elephas moreretur, vt de ossibus eius ebur haberetur. Proprietas autem elephantis est, quòd innititur roburibus arboris volens requiescere : quia non habens flexibiles iuncturas, ad terram non potest procumbere. Vnde signat superbiam Iudæorum qui fuerunt populus duræ ceruicis : sed iste elephas mortuus est spiritualiter, quando veniente tempore gratiæ ceremonialia recesserunt. Et bene per ossa elephantis significatur Maria : quia fortitudo elephantis & nobilitas consistit in ossibus. Similiter nobilitas & pretium Iudææ in Maria : alij quasi caro elephantis, ipsa os elephantis : alij quasi spina, ipsa rosa. Vnde : Sicut spina rosam, &c.

Elephas dicitur à quodam Græcè quod est elephio, & interpretatur mons, eo quod elephas propter magnitudinem corporis præferat formam montis. Apud Indos verò dicitur barro à voce quæ barritus dicitur. Maria verò propter magnitudinem suæ excellentiæ comparatur monti Libano : in ipsa est ille mons in quo beneplacitum fuit à Deo habitare in eo. Quære titulo de monte.

Bestia est spectabilis : & Maria inter omnes creaturas summè mirabilis.

Miræ magnitudinis. Tales fuerunt patres beatæ Virginis, scilicet Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, &c. quorum de stirpe descendit, quos omnes supergressa est in qualibet gratia & virtute.

Immensæ fortitudinis. Sic & ipsa per charitatem quæ omnia sustinet, quæ fuit in ea fortis vt mors. Cantic. 8. Istud inuenies paulò infra de ebore.

Naturæ frigidissimæ, ita vt sanguis eius incendium serpentini virus dicatur extinguere. Sic & gloriosa Virgo serpentinum virus quod serpens antiquus, Eva mediante, humanæ naturæ infuderat, consumpsit & extinxit, quando iuxta Ioannem Damascenum de purissimis eius sanguinibus humanitatem Christus assumpsit, qui etiam felle & aceto potatus in cruce, dictum venenum plenè euacuauit, & ad hoc amarissimo poculo dignatus est potari. Vnde dicit : In siti mea potauerunt me aceto.

Draconi inimicus : & beata Virgo serpenti antiquo qui seduxit Euam. Vnde in figura Maria. D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

riz dictum est eidem serpenti Gen. 2. Inimicitias ponam inter te & mulierem, &c. Quære titulo, quod Maria mulier, expositionem.

Valde odit ventum, vt dicitur. Sic & Maria humillima ventum superbiæ & fastus mundanos. Designatur per Esther reginam Esther 14. dicentem Domino in oratione sua : Tu Domine qui habes omnium scientiam, nosti quòd oderim gloriam iniquorum, & abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & cætera multa.

Odit etiam draconem, id est, luxuriam venenantem : quod bene tunc apparuit, quando prima votum virginitatis emisit.

Valde paruam habet linguam, & sic in ore asconditam, vt vix aliquoties videatur. Sic & beata Virgo paucissima verba creditur habuisse. Vnde non nisi. 7. verba eius in quatuor Evangelijis describuntur.

Animal, vt dicitur, magnæ sapientiæ. Sic & Maria. Quære titulo de sapientia eius.

Pascit se naribus, & eis vitur in omnibus veluti instrumento, & cum eis etiam arbores eradicat. Nares quibus gloriosa Virgo Spiritum sanctum attrahebat, contemptus terrenorum sinistra, vt describitur lunam habens sub pedibus Apoc. 12. & dextera feruens desiderium æternorum, quæ duo pascebant ipsius animam omni edulio spirituali.

Inueniens hominem errantem reducit eum ad viam, sicut dicitur. Et beata Virgo errantes per deuia errorum, sapientissimè reducit ad viam fidei, & ad viam quæ ducit ad vitam. Ioan. 14. Ego sum via, &c. Errantes etiam per deuia vitorum suis orationibus, meritis, & exemplis reducit quantum in se est ad virtutes oppositas, per quas venitur in cœlum. Vnde dicit : In me gratia omnis viæ & veritatis.

Castissimum est animal, & significat triplicem castitatem, coniugalem, quia temperatè vitur sua coniuge : vidualem, quia ad modum turturis post mortem sui compararis dicitur se nunquam alij copulare : virginalem quantum ad ossa candida & frigida, quæ si comburantur & pulverizentur, pallorem oculorum exterrinant : quoniam hepar iuuant. Candor signat virginitatem, incensio charitatem, pulverizatio humilitatem. Et talis virginitas purgat oculos interiores, vt regem gloriæ in decore suo valeant intueri. Isa. 33. Marth. 5. Beati mundo corde, &c. Et Maria tam coniugata quam vidua semper virgo permanet.

Turtem ligneam cum militibus portat & armaturis, sicut legitur. 1. Mach. 6. Et totum Catholicæ Ecclesiæ ædificium per preces Mariæ, patrocinia, & exempla sustentatur in gratia & virtute, quod maximè apparuit in tempore Dominicæ sepulturæ, quando fidei ipsius tota innixa est Ecclesia, cum à fide & spe deficeret omnis sanctus, vel ad minus aliquantum tirubaret. Vnde Thomas dicit Ioan. 20. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam. Et alij quasi desperantes dixerunt Luc. 24. Nos sperabamus, &c.

Viso sanguine non timet mori, sed magis acuitur in prælium, sicut legitur. 1. Mach. 6. Et beata Virgo viso sanguine filij effuso in cruce,

mori cum ipso non timuit, sed magis optauit: & si animam pro ipso non posuit, tamen quod potuit, fecit.

Naturaliter diligit liberatorem suum, & ei semper obedit. Dicitur enim, quod captus à venatore, grauissimè verberatur, & accedens alius qui vult ipsum habere obedientem sibi, liberat eum de manibus verberantis: quod aduertit elephas, & in manibus eius mansuescit, & eum diligit, & ei semper obedit, & suum liberatorem recognoscit. Homo verò innaturabilior elephante, qui Christum nec liberatorem suum recolat, nec eum diligit, nec ipsi obedit, de cuiusmodi homine dicitur: Ingratus sensu derelinquit liberantem se. Eccl. 29.

5. Maria eburnea: quia ebur est os elephantis, qui apud Indos appellatur barro à voce quæ dicitur barritus: & inde ebur à barro. Sicut quidam dicunt si verum est, prius obscurum, sed quibusdam instrumentis elimatum artificiosè, redditur candidum & lucidum. Sic Maria quando concepta est, obscura fuit per originale, sed subtili sancti Spiritus artificio candida & lucida facta est in sanctificatione: & tunc data est ei gloria Lib. ni, qui interpretatur candor vel candidatio. Isa. 55.

Sine carne, id est, sine vitiositate carnis humanæ: nam in carne vixit præter carnem: unde non caro, sed anima appellatur Prouerb. 25. Aqua frigida animæ sitienti, id est, Mariæ, nuntius bonus, scilicet Gabriel missus ad eam de terra longinqua, hoc est, de cælo. Item sine carne, id est, sine carnali affectione.

Sine pelle, quia nunquam gloriata est in peccatis, id est, in huius mundi exterioribus: nam gloriam mundi spreuit perfectè humilis, hoc quoad pellem, & castissima omnem carnalem abdicauit affectum, hoc quoad carnem: & sic à carne & à cute prorsus exiit aliena, & per hoc ebori congruè comparatur.

Sine pilis, id est, sine superfluitatibus, per quas signantur fatui respectus, risus indiscreti, verba otiosa, contactus illiciti, discursus erronei, & huiusmodi. Vel superfluitates temporalium, cum fuerit pauperrima.

Siccum: quia in sanctificatione & Spiritus sancti superuentione, qui ignis est, nihil in ea relictum est humoris noxii, nihil caloris aduersi, nec concepit ex semine viri. Propter hoc congruè præfigurata per virgam Aaron. Num. 17. quæ nec radicata plantario, nec defossa sarculo, nec animata succo, nec fecundata semine, sicut dicit Augustinus, floruit, fronduit, & peperit nubes.

Durum. Quia fuit impenetrabilis omnibus iaculis inimici, & faciem suam posuit vt petram durissimam in filij passione, duram ad damna, durior ad verba, durissimam ad verbera, quæ patiebatur in filio flagellato.

Frigidum. Quia sine incentiuo concupiscentiæ: cum enim alie mulieres vniuersæ in calore concipiant, ipsa in Spiritus sancti obumbratione, & refrigerio concepit, virginitatis gloria permanente.

Solidum: & ipsa solida per virginitatis proposito, à quo nunquam mutauit. Hæc etiam soliditas optimè conuenit parturienti: nam licet eius uterus euacuetur, filium pariendo, sigil-

lum pudicitie non amisit. Et ideo ter dicitur porta clausa. Ezechiel. 44. quia ante partum, & in partu, & post partum. Propter hoc dicitur etiam sine dolore peperisse, id est, sine naturalium læsione: quia dolor est continuorum diuisio. Non sic peperit Thamar, nec sic natus est Phares. Genes. 38. de quo dixit mulier: Quare diuisa est propter te maceria: Vel hæc soliditas est animi constantia in bono.

Candidum, vt candor referatur ad sanctificationem, vt supra dictum est. Vel candidum interius per innocentiam, & animi puritatem, exterius per perfectissimam castitatem. Titulo de pulchritudine eius inuenies melius de candore.

Lucidum, bonorum exemplorum diffusionem confortantium inuenies præceptum filij Matth. 5. dicentes, Luceat lux vestra coram hominibus, &c. Vel hæc luciditas ad literam potest referri ad luciditatem vultus virginis, cum Filium Dei portaret in ventre. Quare titulo de pulchritudine eius corporali.

Rubicundum ex veritate. Vnde Thren. 4. Rubicundiores ebore antiquo. Per hunc ruborem figurari potest Mariæ charitas, vel martyrium cordis eius quod passa est propter charitatem, cum alij martyres passi fuerunt propter fidem. Et hoc martyrium quo sic facta est rubicunda, passa est cum iam esset quasi 47. annorum, vt creditur, & huiusmodi ætas vergit in antiquitatem.

Fortis & robustum: & ipsa est mulier fortis quæ sita à Salomone, sed inuenta à Christo & ab ipso Gabriele. Quare titulo de fortitudine eius, vbi appellatur mulier fortis.

Durabile per perseverantiam in omni gratia & virtute: quia non defecit fides eius in passione filij, licet tunc deficeret omnis sanctus. Propter hoc de ipsa dictum fuerat illud quod dicitur. Parab. in fine: Non extinguetur nocte Dominicæ sepulcræ lucerna eius, id est, fides. Verè tunc facta est nox, quando sol iustitiæ per mortem occubuit.

Idoneum vasis fabricandis ad sanctuaria reponenda. Et ex hoc ebore fabricauit Spiritus sanctus artifex vas illud admirabile, opus Excelsum. Eccl. 43. in quo repositum est illud sanctuarium Dominici corporis, de quo Dominus dicit. Leuit. 26. Paucet ad sanctuarium meum. Et Isa. 37. De Ierusalem, id est, beata Virgine, exhibunt reliquiæ & saluatio in monte Sion: quod fuit quando peperit Saluatorem. Et ad hoc signandum adhuc reponitur corpus Christi in pyxide eburnea, & hostiæ de quibus conficiendum est.

Suaue & leue, quando bene circumpolitum est competentibus instrumentis: & Mariam non inueniunt scrupulosam deuotè ad eam accedentes, quam Spiritus sanctus studiosissimè expoliuit.

Pannum sibi superpositum & astrictum seruari dicitur incombustum. Sic Maria sibi astrictos amore & seruitio ab incendio vitiorum.

Regi Salomoni afferebatur de Tharsis, quod interpretatur exploratio gaudij, sicut legitur 3. Reg. 10. quia qui sollicitus est circa inuentionem æterni gaudij, & ad hoc explorat illud, sollicitudinem gerit circa obseruantiam castitatis,

castitatis, quæ non obtinetur de facili, nisi per grati: inuentricem.

Combustum & pulverizatum dicitur tollere pallorem oculorum, vt supra dictum est de proprietatibus elephantis.

6. Beata ergo Virgo thronus est Salomonis: nam in ea verus pacificus corporaliter, 9. mensibus sedet & quieuit. Vnde Isa. 11. vbi nos habemus, Erit sepulchrum eius gloriosum, dicit alia translatio, Erit requies eius gloriosa, id est, gloriosa Domina erit requies eius. Cum autem anima iusti sit sedes sapientiæ, beata Virgo singulari priuilegio thronus dicitur, id est, sedes regia, quæ regem concepit & peperit: quod nulli alij reginæ concessum est. Ideo specialiter de Christo dictum est Matth. 2. Vbi est qui natus est rex. Alij enim postquam nati sunt de matre, possunt coronari in reges, sed non nascuntur reges: sed Christus in die qua conceptus est à matre, coronatus in regem. Vnde Cantic. 3. dicitur: Egredimini filie Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Hoc inuenies sufficienter expositum 12. prerogatiua Mariæ.

7. Igitur thronum hunc fecit sibi rex Salomon de ebore, cum in Virginis castitate sibi complacuit. Vestitus autem fuit thronus hic auro fuluo nimis, id est, decoratus sapientia, veracundia, obedientia, patientia, puritate, charitate, pretiositate, medicinalitate, & exemplorum fulgore, & singulis alijs virtutibus, quarum magna multitudo notatur in proprietatibus auri. Et in hoc throno principaliter notantur tria. Primum, quies: quia factus est à Salomone, qui interpretatur pacificus. Secundum, mundicia: quia factus de ebore. Tertium, magnitudo: quia hic thronus fuit grandis. Prius enim in nullo quietem inueniat: quia in nullo sedati erant tumultus, scilicet concupiscentiæ carnalis contra spiritum, præterquam in Maria, quæ sola dicere potuit: Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, non solum in tabernaculo animæ, sed & corporis mei. In nullo inuenit mundum: quia de ipsa sola dici potest, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. In nullo alio inuenit grandem, sed angustum & arctum, & quasi non plenam sedem, sed in ea inuenit grandem per humilitatem, quæ sola capax Dei est, qui dicit Isa. 66. Super quem quiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? Quanto enim minor erat in oculis suis, tanto erat maior in oculis Domini. Quanto etiam minus appetebatur ab amatoribus mundi, tanto charior erat in oculis Dei. Sicut enim quod hominibus altum est, abominabile est apud Deum. Luc. 16. ita quod hominibus abiectum est propter Deum, altum est apud Deum.

Item notandum, quod quidam licet sint casti, superbi tamen sunt, vel austeri, virtutem vnam habentes sine alia, si hoc sit possibile: & tales non sunt throni grandes. Sed beata Virgo virtutes singulas habens in superlatiuo, sola inuenta est, & facta à Deo thronus grandis. Ideo dicitur: Fecit sibi rex Salomon thronum de ebore grandem.

8. Maria thronus grandis, materis pretiositate:
D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

quia fabricata: ex auro & ebore quod vtrumque pretiosum valde.

Artificiose: quia non est factum tale opus in vniuersis regnis, scilicet celestium, terrestrium, & infernorum. Phil. 2.

Durabilitatis æternitate. Vnde: Thronus tuus Deus in seculum seculi. ad Hebr. 1. Item, Thronus eius sunt dies cæli, qui æterni sunt.

Insidentis maiestate: quia qui incircumscriptibilis erat secundum deitatem, ibi voluit circumscribi per assumptam humanitatem. Vnde Maria dicit Eccli. 24. Gyrum cæli circuiui sola. Quia comprehendit incomprehensibile, circumdedit immensum gremio vteri sui, & intra casta viscera continuit omnia continentem. Propter hoc canitur ipsi Mariæ: Quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Propter hoc etiam figuratus est Christus per Gedeonem qui interpretatur circuiens in vtero. Nam in vtero Virginis quoad humanam circumscripuit naturam, nihilominus per incircumscripuit diuinæ potentie naturam omnia circuibat.

Gigantæ quantitatis retentibilitate: Christus enim dicitur gigas geminæ substantiæ, & ipse non est regulus, sed rex magnus super omnes deos, id est, homines & Angelos. Propter hoc thronus hic soli comparatur, qui terræ eccentricus est, & octies dicitur totius terræ excedere quantitatem.

Speciali præfidentis dignitate: quia thronum hunc fecit sibi rex Salomon, sicut supra expositum est.

Claritatis immensitate: quia factus de auro fuluo nimis, quod est coloris optimi & fulgoris eximij. Item propter claritatem hanc dicit pater loquens de filio: Thronus eius sicut sol in conspectu meo. Quamuis enim Virgo fortè apud homines quasi subobscura appareat, tamen in conspectu Dei clara apparebat vt sol, qui est pulcherrima creatura.

Iustissimi iudicis auctoritate. Vnde dicitur illi: Sedes super thronum qui iudicas iustitiam. Item parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, &c. Et hoc ideò pertinet ad Mariam: quia in humanitate quam assumpsit ex ea, in iudicio apparebit. Item, quod iudicabit, accepit à matre. Vnde ipse dicit Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, sed potestatem dedit filio iudicium facere, quia filius hominis est.

Trium principalium virtutum quasi infinita quantitate: nulla enim virginitas suæ puritati, nulla modicitas suæ humilitati, nulla dilectio suæ charitati potuit comparari.

Summæ dignitatis ineffabilitate: quia in hoc throno insigni, summus imperator leges clementiæ suæ perpetuo roborauit.

Medicinalitate. Vnde factus est ex ebore & auro: quod vtrumque medicinale est. Quære titulis suis.

Beneficiorum innumeritate. Ideò dicitur ad Hebr. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, &c. Hoc inuenies infra expositum.

Sequitur. Et vestiuit eum auro fuluo nimis, &c. Ebur castitas, vt supra dictum est, aurum
X 3 humilitas.

humilitas. Ebur auro vestiebatur : quia castitas per humilitatem decoratur , &c. Et nota , quod ebur auro tegebatur quod plus apparebat , sicut plus apparet vestis quam corpus : in quo notatur , quod plus respexit Deus in beata Virgine humilitatem quam virginitatem. Vnde ipsa dicit : Respexit humilitatem ancillæ suæ : ex ea enim parte plus eam diligebat : & ubi amor , ibi oculus. Sic debent virgines plus speculari quod in eis infirmum est , quam quod forte vel candidum. Bene autem humilitas auro comparatur , & auro fuluo nimis quod est metallum pretiosissimum & mundissimum : virginali siquidem humilitate nulla virtus mundior , nulla pretiosior , sicut in Maria. Munditia pertinet ad virginitatem , pretiositas ad humilitatem. Et vestiuit eum auro fuluo nimis. Vnde alibi de ea dicitur : In vestitu deaurato , &c. Vestitus Mariæ de auro , hoc est , de sole. Apocal. 12. Et bene dicitur , vestiuit. Anima enim Mariæ & corpus quasi de eboze per virtutem integerrimæ virginitatis , virtutes eius corpus eius adornantes quasi aurum. Sicut enim auro inter metalla nullum pretiosius , sic virtutibus Mariæ nihil creatum gloriosius. Et sicut aurum colorat cætera metalla , sic virtutes Mariæ cæterorum sanctorum colorant & insigniunt virtutes. Vnde Hieronymus : Nihil speciositatis , nihil gloriæ & candoris quod ex ipsa non resplendet , nullum pretiosius sic virtutibus Mariæ , nihil creatum gloriosius.

10. Item aurum pulcherrimum metallorum : cætera metalla , cætera virgines , vel cæteri sancti , de quibus format Dominus vasa gloriæ , quos omnes colorat & insignit pulchritudo virtutum Mariæ. Aliter. 2. Paral. 9. dicitur solium , quod idem est quod thronus , vestitum fuisse auro mundissimo. Et ponitur superlatius gradus , qui optimè conuenit beatæ Virgini. Est enim aurum mundum carere peccato mortali. Est mundius carere veniali , si tamen hoc aliquandiu fieri possit : licet enim in baptismo remittantur omnia peccata , nemo tamen viuunt sine veniali : quia nemo mundus à forde. Mundissimum aurum est carere fomite peccati , quod nullus habuit præter beatam Virginem. Vnde congruè attribuitur ei superlatius gradus.

11. Vel per aurum fuluum nimis , significatur Christus qui est summa sapientia : Maria enim terra est Euilath ubi nascitur aurum optimum , id est , Christus , quo vestita est & decorata Maria. Vnde dicitur. Amicta sole , id est , Christo. Apoc. 12.

12. Aurum dicitur ab auro , hoc est , à splendore : eò quod repercusso aëre plus fulgeat : naturale est enim ut metallorum splendor plus fulgeat luce alia repercussus.

Clarum per cælestem sapientiam , quæ clara est & nunquam marcescit , & facile videtur ab his qui diligunt illam , &c. Sap. 7. Eodem. 6. dicitur de sapientia , & congruè intelligitur de Maria : Emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera : & ideo nihil inquinatum incurrit in illam. Quære de hac claritate titulo de puritate eius.

Fulgidum per exemplum , quo non solum

homines , sed & Angelos irradiat. 1. Mach. 6. Refulsi sol , scilicet diuinitatis , in clypeos aureos. Clypei isti , Christus & Maria , qui protegunt fideles Ecclesiæ , & resplendent montes ab eis , montes , id est , Angeli & iusti. Vel fulgidum & coruscans per virtutem miraculorum : tale enim aurum appellatur obrizum , sic dictum , eò quod splendore obradiet : est enim coloris optimi , quod Hebræi apus , Græci citon vocant : & ex his secundum Isidorum componitur obrizum. Alij dicunt , quod obrizum Græcè dicitur enizon , ab en quod est bonum , & riza quod est radix : aurum enim charitas est : bonam enim radicem habet quicquid ex radice charitatis procedit.

Purum per immunitatem peccati , nec sordes colligit ex immundo loco si ibi ponatur. Sic nec Maria quæ nata est ex Iudæis : quia sicut spina rosam genuit Iudæa Mariam. Vnde & secundum hoc soli comparatur , quem nulla immunditia possit aliquatenus inquinare. Aurum ergo purum , est aurum sine fæcibus & mixtura.

Rubicundum. Et Maria rubicunda per verecundiam virginali , pulchritudinem naturalem , patientiam singularem , intensissimam charitatem. Quære titulo de rosa. Item aurum quantum rubicundius , tanto melius. Et quia Maria in his & aliis vniuersis virtutibus præcellat omni sancto , ideo pretiosior coram Deo.

Ponderosissimum per timorofam humilitatem & auream grauitatem : quod apparuit in angelica saluatione , quando ad promissum Angeli non se mouit à proposito suo & statu , dicens : Quomodo fiet istud ? & nominans se ancillam. Vel quia præponderat omni sancto abundantia charismatum : quia non ad mensuram datus est ei Spiritus sanctus : sed totum datum est ei quicquid dari potuit puræ creaturæ. Vnde beatus Bern. Quantumcumque donum alicui sancto sit datum , tantæ Virgini non credimus esse negatum.

Solidum per mentis constantiam in bono , quod apparuit in filij passionè , ubi nec irritauit aliquem , nec potuit irritari aut prouocari ad iram. Similiter in filij sepultura , quando nunquam desperauit , neque dubitauit de eius refectione , sicut fecerunt discipuli.

Tractabile & ductile per obedientiam quæ notatur ibi , Ecce ancilla Domini. Quasi diceret : Quidquid ei placuerit , faciet de ancilla sua : ecce tractabilitas.

Pretiosum , cuius pretium Christus. Vnde Prou. in fine : Procul & de vltimis finibus pretium eius. Vltimi fines , cæli cælorum. Quære titulo , ubi appellatur mulier.

Imputribile per luxuriam quoad carnem , per inuidiam quoad mentem : & quia corpus eius non fuit resolutum in quatuor elementa. Augustinus : Credimus , quod nunquam caro computruerit in terris , cuius pars glorificata est in cælis.

Non aruginat per malitiam. Vnde dicitur ei : Virgo singularis inter omnes mitis , &c.

Percussum non marmurat sicut zs. In hoc signatur Virginis patientia in filij passione , quæ coram

coram tondentibus & percipientibus se in filio obmutuit , & aperuit os suum. Qualem enim se exhibuit agnus , id est , filius , talem se exhibuit mater agni.

Percussionibus dilatur : quod apparuit in filio patiente , quando dixit : Pater ignosce illis , &c. quod & matrem fecisse piæ est credere. Tunc enim filius latroni petenti memoriam sui , promisit paradysam. Ideo verò potuit dicere patri filius , & mater filio : In tribulatione dilatasti mihi.

Regibus conuenit , id est , patri & filio , de quibus dicitur : Deus iudicium tuum regi da , id est , filio : & iustitiam tuam filio regis , id est , Christo filio Dei patris.

Vitum confortat. Ipsa est enim ille sol de quo dicitur Eccl. 1. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem.

Vitam prolongat , vitam scilicet gratiæ & gloriæ , & miraculosè aliquibus vitam naturæ. Vnde dicit : In me omnis spes vitæ , &c. & est istud omnis diasymicum.

In fornace probatur , id est , in filij passione. In hac fornacem pura intravit , exiit purior , sicut pueri in fornace Babylonica. Dan. 3.

In auro & ex auro theca formatur , ubi gemma collocatur. Per gemmam Christus , per thecam Mariæ humilitas , in qua collocatus est Christus gemma pretiosissima , & sedet ibi sicut lapis in auro. Eccl. 3. Gemmula carbunculi in ornamento auri , &c. Vel per gemmas intellige Mariæ virtutes , quarum repositorium fuit eius humilitas , quæ signatur per thecam.

In sole positum flammescit & rutilat , & scintillas videtur emittere. Et Maria in sole posita per vnionem carnis quam de ipsa sol accepit iustitiz , flammescit per ardorem desiderij cælestis , scintillabat per rutilantiam gratiæ multiplicis , refulgebat , ut dictum est , per bona opera & exempla.

Rarum est & ideo pretiosum. Nam ipsa est vnica Virgo & mater. Vnde dicitur Virgo singularis , & sola mater innupta : & ideo procul & de vltimis finibus pretium eius. Quære titulo , quod ipsa mulier bona.

Medicinale : quia valet contra lepram & melancholiam. Et Maria contra triplicem concupiscentiam , quæ notatur in lepra , & mundanæ fatuitatem quæ in melancholia. Puluerizatum etiam dicitur valere contra scabiem.

Calidæ naturæ est secundum platearium , in quo charitas tam Virginis quam iustorum figuratur.

Ponderosius in duplo quam argentum , vel zs.

Pretiosius , temperatius , tractabilius , ductilius , durabilius , coloratius , omni metallo. Sic & Maria omni iusto.

Vulnus ex auro factum tumore dicitur non corrumpi.

13. Aliter de auro. Aurum tres virtutes principaliter signat , sapientiam , charitatem , obedientiam. Fuit enim Maria tota aurea per sapientiam : habuit enim sapientiam à sapore , & sapientiam à sapere. A sapere : quia conseruabat omnia verba , quæ de filio dicebantur , in corde suo. Luc. 2. Hanc autem sapientiam contulit ei Spiritus sanctus , qui superueniens in eam abstulit ab ea

cordis ignorantiam. Vnde & ipsa docuit Apostolos. A sapore. Est autem sapientia sapore virtutum condita scientia. Hanc habuit ipsa præ omnibus. Vnde de ipsa igitur Prouerb. 31. Gustauit & vidit , quia bona est negotiatio eius. Quære titulo de humilitate Mariæ expositionem. Humilitas ergo Mariæ aurum , & aurum fuluum nimis , scilicet or fin , Gallicè. Siquidem humilitas eius omnem gradum humilitatis excessit , quod quantum fuit virtutibus præminentior , tanto mirabilior & pretiosior. Humilitas enim aliorum sanctorum aurum pallidum fuit , & non purum aurum in comparatione eius. Vnde posteriora dorsi eius in pallore auri. Valde enim minoris pretij est aurum pallidum quam rubicundum. Aurum fuluum nimis , Gallicè or tres esmere. Fuit etiam Maria aurea per charitatem , quæ fulgorem præstat cæteris virtutibus , sicut aurum cæteris metallis. Quære titulo de charitate Mariæ. Fuit etiam aurea per obedientiam. Quære titulo de obedientia Mariæ.

24. Sequitur. Qui habebat sex gradus , qui sunt sex operationes Spiritus sancti , quatuor ex parte corporis , duæ ex parte animæ. Ex parte corporis , prima est carnis assumendæ purgatio. Secunda decisio. Tertia formatio. Quarta vnio. Et licet vnus istorum sit prius altero , naturaliter simul fuerunt tempore. Duæ operationes ex parte animæ , cum anima constet ex intellectu & affectu , plenissima illuminatio intellectus quantum ad veritatem , & affluentissima fecunditas affectus quantum ad bonitatem. Vnde plenum gratiæ & veritatis. Veritas ad intellectum , gratia pertinet ad affectum. Aliter potest etiam istud intelligi. Sex gradus quos habebat thronus per quos Salomon ascendebat in thronum. 6. virtutes beatæ Virginis possunt intelligi , per quas Christus ascendit in Virginem : est enim in eam descendisse dicitur , in eam tamen ascendit : quia per eam apparuit hominibus. Hæ septem virtutes notantur Luc. 1. in tribus binariis combinatæ. Duæ primæ in affectu & cogitatione signantur cum præmittitur : Turbata est , & cogitabat qualis esset ista saluatio. Quatuor aliæ in sermone. Duæ primæ ibi , quod turbata est , & cogitabat qualis esset ista saluatio. Quod turbata ad affectum , quod cogitabat ad intellectum. Prima est ergo verecundia quæ notatur in turbatione. Quære titulo de verecundia Mariæ , &c. Secunda , prudentia. Vnde & cogitabat qualis esset ista saluatio. Et bene post verecundiam subditur prudentia : quia quandoque præ turbatione verecundiæ quidam audita minus discretè discutunt , alij ex prudentia præsumentes fiunt improprii ad loquendum. Tertia , modestia sermonis , quæ notatur cum ait : Quomodo fiet istud , quoniam virum non cognosco : ubi & tardè prorupit in verbum , & breuiter loquuta est , cum iam Angelus eam bis fuisset allocutus. Quod bene post prudentiam eius notatur , contra id quod prudentia multos solet facere ad loquendum improprios , & in sermone prolixos. Quarta , immobile propositum castitatis , quod nec ad promissionem Angelicam turbauit : quod notatur , cum ait , Quoniam virum non cognosco. De quatuor istis virtutibus dicitur Eccl. 26. Mulier sensata & tacita , &c. Item ibidem : Gratia super gratiam mulier

mulier sancta & pudorata. Fuit enim Maria pudorata in turbatione, tacita in responsionis dilatione & breui responsione, sensata in salutationis ductione, sancta, id est, firma in proposito virginis conseruanda. Quinta, humilitas, quæ notatur ibi, Ecce ancilla Domini, &c. Sexto, fidei magnanimitas, quod notatur ibi, Fiat mihi secundum verbum tuum. Potest notari contentus ipsius: ad hoc enim quod Saluatorem conciperet, non tantum tenebatur credere futurum esse quod promittebatur, sed etiam contentire ut fieret. Quæ duo, scilicet fides & contentus, requiruntur à paruulo baptizando cum dicitur: Credis in Deum patrem omnipotentem, &c. Et post: Vis baptizari? Ideo etiam Genes. 24. exigitur consensus Rebecæ, priusquam adducatur ad Isaac. Vel sex gradus ubi perfectam indicant humilitatem Mariæ, cuius merito ascendit in eam Christus, ut supra dictum est. Habet enim humilitas sex differentias, quarum tres pertinent ad proximum, scilicet ipse subicere se maiori, pari, minori. Tres ad seipsum, loqui de se humiliter, sentire de se humiliter, velle sentiri de se humiliter.

15. Sequitur. Et summitas throni rotunda erat in parte posteriori. Cum magna fuerit Maria genere, quia de semine Abraham, de tribu Iuda, de stirpe David: maior, quia naturalibus donis insignita: mixima, quia gratia plena: summitas throni, quod mater Dei. Rotunda autem erat in parte posteriori: quod enim rotundum est, ab eodem in eodem terminatur, quasi in circulo: & figura circularis significat æternitatem. Pars verò throni anterior status Virginis ante partum, posterior status post partum. Aliquando autem fuit, quod mater non fuit: sed quoadcumque fuit, semper virgo fuit: & ita à virginitate per fecunditatem redit ad virginitatem. Vnde & dicitur porta clausa. Igitur in summitate throni Mariæ maternitas, in rotunditate æterna virginitas, in posterioritate gloriæ æternitas figuratur, quæ videlicet gloria sequitur posterior. Vnde 1. Pet. 1. Prænantians eas quæ in Christo sunt posteriores glorias. Vel summitas throni rotunda quantum ad Christum, cuius caro dicitur thronus, cuius throni summitas passio, ubi dixit, Consummatum est. Verè rotunda: quia quo mense conceptus, eodem & passus, contra illud præceptum. Exod. 23. Non coques hædum in lacte matris suæ. Vel quoad sacramentum Eucharistiæ quod primum fecit Melchisedech in pane & vino, & quasi circulariter factus est reditus ad illud. Vnde dicitur Christo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Vel aliter, summitas throni rotunda erat in parte posteriori. Forma rotunda signat æternitatem. Per hanc summitatem throni significatur intellectus Mariæ, qui est in anima superior, æternorum capax, & eorum quæ sursum sunt, nihil quærens nisi æterna. Et bene pars posterior: quia nondum apparet quid erimus. Rotundum enim ex omni parte æquale est, sine angulis, sine principio, sine fine: erat enim Maria rotunda diuinitate, cuius erat domicilium, illustrata: & in Deo, ut ita dicam, deificata, particeps facta diuinæ æternitatis, sine duplicitate

& angulis. A parte posteriori quæ est finis corporis: quia non in hac vita perfectæ fuit felicitatis, sed post mortem quæ sequitur posterior. Sic in mente vel intellectu in nobis diuinæ imaginis similitudo relucet quoad voluntatem, memoriam, rationem.

Sequitur. Et duæ manus tenentes sedile hinc & inde. Sedile tranquillitas & pax mentis virginis, ubi requieuit illa sapientia quæ in omnibus requiem quærens in tabernaculo eius. 9. mensibus requieuit: quia ibi factus est in pace locus eius. In hoc sedili susceptus est Filius Dei à statione ad sessionem humiliatus, quando habitatio eius facta est in Sion, id est, in speculo, hoc est, Maria. Duæ manus hinc atque inde tenentes hoc sedile: quia per manus signatur operatio cælestis sapientiæ & Spiritus sancti gratiæ sunt operationes. His duobus attribuitur tota huius ædificij fabrica sapientiæ. Vnde Prouerb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum gratiæ: quia quidquid in ea & de ea factum est, gratiæ attribuitur, non meritis. Vnde dicit cum Apostolo 1. Corinth. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Hæ duæ manus tenebant Mariam in omni virtute. Aliter. In throno isto, id est, in Maria sunt quasi duæ manus. Vna qua iustos continet ne corruant in profundum. Alia qua peccatores erigit ad gratiam. Vel secundum Ioannem Damascenum, duæ manus, duæ in ea operationes Spiritus sancti. Vna qua purgavit illam à fomite. Alia qua potentiam deitatis verbi receptiuam reparauit simul & generatiuam. Aliter. Duæ manus tenentes sedile hinc atque inde, conceptio sine culpa, & partus sine pœna, quibus sublata est Maria à maledictione Euz. Quæ duo bene dicuntur tenere sedile: quia virginitas non excludit fecunditatem, nec è conuerso: & sic ex nulla parte thronus lapsus est. Et hoc est quod nouus Adam positus est in paradiso beatæ Virginis, quando mulier circumdedit virum, ut operaretur in ea fecunditatem & custodiret virginitatem. Non fuerunt ibi manus dissipantes thronum, scilicet virilis operatio. Vnde Dan. 2. dicitur Christus lapis excisus de monte, id est, Maria, sine manibus, id est, sine opere nuptiali, sicut exponit Augustinus. Sed illæ manus de quibus dicitur Cant. 5. Manus eius tornatiles, scilicet duplex operatio Spiritus sancti in conceptu & in partu. Tornatiles propter subtilem operationem, aureæ propter sapientiam, plenæ hyacinthis. Hyacinthus fugat prauam suspicionem: ideo desponsata fuit ut diabolo celaretur mysterium. Et habet hyacinthus gratiam impetrandi: ipsa enim Maria est Esther cui dixit Assuerus, id est, Christus: Pete à me quod vis.

17. Sequitur. Et duo leones stabant iuxta singulas manus. Duo isti leones, Ioannes Baptista, & Ioannes Euangelista. Leo habitat in deserto & rugit, Baptista in deserto Iudææ ad literam, Euangelista in deserto spirituali quod deseruit Angelus. Vnde dicit Apoc. 1. Fui in spiritu in Dominica die. Baptista emisit duplicem rugitum quoad duplicem aduentum. Primò exterrans fatuos inquisitores. Vnde, Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti, id est, explicare vnionem verbi. Altero exterrans præsumptos

Sex gradus
humilitatis.

16.

17.

Ioannes Ba-
ptista &
Euangelista
duo leones.

pueros in opere. Vnde, Genitrix viperarum, &c. Luc. 3. Alius Ioannes simul rugit dupliciter. Primò de generatione æterna. In principio erat verbum, &c. Secundò de temporali. Verbum caro factum est. Non dicuntur hi tangere manus, sed simpliciter stare. De Baptista dicitur, Amicus sponsi stat & audit eum. De alio, Stabant iuxta crucem, &c. Non tangunt manus: quia modum operationis non exponunt. Non longè stant: quia ab operatione manuum non recedunt. Aliter, duo leones isti Gabriel & Ioannes Euangelista à dextris & à sinistris. Ioannes principaliter ad sinistram, cui commissa est cura corporis Dominicæ matris, quando dictum est discipulo: Ecce mater tua. Ioan. 19. Et in temporalibus prouidens, & virginitatis eius fidelissimus testis. Gabriel custos dextræ, id est, animæ, custos scilicet interior feruentissima & sanctissima eius desideria nuntians Altissimo, quod est officium Angelorum, qui interpretatur fortitudo Dei: sathanam fugans & sternens, ne virginitatem eius valeret explorare: Mariæ in omnibus spiritualibus obsequiis assistens.

18. Sequitur. Et 12. leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde. Hi sunt patres antiqui vnde orta est Maria, duodecim propter 12. tribus Israël ex quibus omnes sancti Testamenti Veteris processerunt. Et bene describuntur in gradibus throni: quia per eos venit ad thronum, id est, Virginem, quæ fuit de stirpe eorum secundum carnem, & etiam secundum spiritum, dum expressit & excessit merita singulorum. Vnde dicitur: Multæ filix congregauerunt diuitias, &c. Dicuntur autem leunculi comparatione Christi, qui fuit magnus leo de tribu Iuda. Et hi leunculi genuerunt leonem, cum fieri soleat è contrario. Stabant in gradibus throni tanquam paruuli innixi meritis eius, admirantes super ascensionibus illius & clamantes, Quæ est ista quæ ascendit, &c. Aliter duodecim leunculi, id est, 12. Apostoli. Diminutiuum notat humilitatem. Quod stabant ante thronum, cum stare obsequentis sit & ministrantis, significat, quod ipsi obsequentes erant beatæ Virgini in omnibus. Quod in gradibus stabant & scabellis, significat quod licet essent sanctissimi, tamen non attingebant tantam sanctitatem. Qui bene dicuntur leunculi, propter fortitudinem patientiæ, & rugitum prædicationis in deserto mundi. Filij illius magni leonis de tribu Iuda, qui ipsos genuit in passione. Quod stabant in ascensionibus throni, significat quod mundi erant & humiles, & ipsam licet alongè in virtutibus imitantes.

19. Sequitur. Non est factum tale opus in vniuersis regnis. Tale, id est, similis pretiositatis, similis subtilitatis, similis adorationis, similis sanctitatis, similis famositatis, similis formositatis, similis gloriæ & honoris, sicut est beata Maria, &c. Trium regna, celestium, terrestrium, & infernorum. Per hoc notatur, quod non inuenit similem sedem in vniuersa creatura: quia nec primam similem visa est nec habere sequentem. Vel duo regna, Ecclesia militans & triumphans, in quibus regnat Filius Dei, qui est Rex regum & Dominus dominantium. Quia Maria non habuit similem

in actione, nec similem in contemplatione. Vel tria regna pertinent ad triplicem statum saluatorum, in quibus regnat Deus, scilicet Noë, Daniel, & Iob. Ezech. 24. Iob coniugati, Noë continentes regentes arcam corporis in diluuijs peccatorum, Daniel virgines. Quia nec in statu coniugatorum talis sponsa, nec talis vidua, nec talis virgo, Et ideo non fuit factum tale opus in vniuersis regnis.

Et notandum, quod thronus est sedes iudicialia. Vnde parauit in iudicio thronum suum. Et illud: Sedes super thronum qui iudicis iustitiam. Cuiusmodi sit hic iudex, describitur in Psal. 7. Deus iudex iustus fortis & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? Deus, qui omnia scit, non homo qui potest decipi. Vnde scrutans corda & renes Deus. Iustus qui non potest corrumpi, nec iniuste parcere. Prouerb. 6. Zelus & furor, &c. Hæc duo sæpè corrumpunt alios iudices. Fortis, qui quod iuste iudicauerit, fortiter prosequetur, nec poterit impediri ab executione. Iob 9. Deus, cuius iræ resistere nemo potest. Patiens, quia non statim punit, sed expectat ad penitentiam vsque ad diem ultionis. Sap. 11. Dissimulans peccata, &c. Eccl. 5. Altissimus patiens est redditor: & quos diutius expectat, districtius iudicabit: quia noluerunt se iudicare. Thren. 1. Vocauit aduersum me tempus, &c. & durius excruciat. Rom. 2. An ignoras, &c. Nunquid irascetur per singulos dies? Quasi diceret, non. Alia littera expressius dicit: Nunquid adducet iram per singulos dies: quia non in ipso est ira quæ punit, sed in Angelis malis quibus punit, sed non quotidie. Et nota, quod in hoc versu in Christo ostenduntur esse quatuor cardinales. Prudentia: vnde dicitur iudex: quia ad prudentiam pertinet discernere & iudicare. Iustus, ecce iustitia. Fortis, ecce fortitudo. Patiens, ecce temperantia. Quæ quatuor in quolibet iudice requiruntur. Prudentia, ne decipiatur. Iustitia, ne flectatur. Fortitudo, ne terreatur. Patientia vel temperantia, ne impetu ducatur, vel ad iram moueatur. Quia ergo Filius Dei de ipsa carne assumens, in illa carne apparebit in iudicio, & tunc videbunt reprobis in quem confixerunt, rectè thronus dicitur: magnum enim solatium erit iustis, quia videbunt eum in carne in qua redemit eos: magna desolatio impijs qui ex hoc agnoscent quantum amiserunt.

In hoc throno sedet Christus iudicans orbem terræ in æquitate. Quod enim iudicabit, accipit à matre: quia sicut dicitur Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, &c. sed potestatem dedit Filio iudicium facere, quia filius hominis est. Patri attribuitur potentia, Filio sapientia: cedere autem debet potentia sapientiæ in iudicio faciendo. Iudicat Christus in æquitate, quando peccata nostra licet infinita ex vna parte, & carnem suam quam assumpsit ex matre, ex altera videns, remissio eius de iure excedit nostra commissa. Dicitur ergo Maria thronus, id est, sedes regia. Dicitur etiam thronus gratiæ: quia ibi sedet, ibi regnat gratia, quæ plenum habet in Maria dominium. Ibi etiam inuenitur gratia quam iugiter parit & emittit in lucem. Vnde & dicitur mater gratiæ. Ibi inuenitur

nitur misericordia, id est, remissio peccatorum. Ibi gratia quæ perit & educat omne bonum. Vnde Sap. 16. dicitur Domino: Omnium nutrice gratia tuæ deseruebant. Ibi inueniunt auxilium optimum contra tentationes. Ex his tribus sequitur gloria in futuro. Et his quatuor vtilius nihil in est vita hominibus. Sapient. 8. Et hoc rotum dicit Apostolus in vna auctoritate. Hebr. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Sic constituitur: Adeamus cum fiducia, id est, fiducia; licet peccatores simus: quia compatiens & misericors est & placabilis super malitiam. Ioc. 2. Non dico ad tribunal iudicis, sed ad thronum gratiæ, id est, Mariam plenam gratiæ, quæ est ille thronus in quo quieuit fons gratiæ, ut eam consequamur gratiam, id est, remissionem peccatorum præcedentium, & de reliquo inueniamus gratiam in auxilio opportuno, id est, inueniamus gratiam nos vacillantes & infirmi, per quam auxiliemur, ne tentati recidamus in peccatum, & misericordiam consequamur nos lapsi, id est, remissionem peccatorum. Accedamus ego ad hunc thronum. Dilectione: quoniam ipsa dicit Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. Qui autem à matre diligitur, diligitur & à filio, & per consequens à tota curia cælesti. Vigilia. Vnde sequitur in auctoritate. Et qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Quæ causa 7. expositionem. Affectione, ut mereamur audire ab ea: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &c. Cultu, mancipati seruitio eius: nam qui operantur in ea, non peccabunt, id est, qui opera faciunt ad cultum & gloriam eius. Deuotione: quia spiritus eius super mel dulcis. Laude: quia qui eam elucidant, dignitatem ei & prærogatiuas manifestando, vitam æternam habebunt.

Oratione: quia potens est inuocantibus se in omnibus necessitatibus subuenire. Vnde dicit: In Ierusalem superna potestas mea.

22. De hoc throno dicit Pater loquens de Filio. Thronus eius sicut sol: quia mater misericordiæ solatium est iustorum qui sunt diēs: quia solem fecit Deus in potestatem diē. In conspectu meo, qui de propē eam cerno: sed homines qui vident eam à remoris, iudicant eam stellam. Et sicut luna, vt illustret noctem, id est, peccatores, refugientes ad eam. Perfecta. Ipsa verē est luna perfecta: quia lucet in principio noctis, id est, incipientibus tentari, & in medio, id est, exstantibus in peccato, & in fine, id est, exeuntibus à peccato & euadentibus à peccatorum tentatione: tunc enim dicitur luna perfecta quando lucet tota nocte. Primus enim iuuat Maria ne succumbant, secundos vt resurgant, tertios ne recidant. In æternum: quia misericordia & pietas eius durabunt in perpetuum.

23. Alter. Thronus eius, dicit Pater de Filio, sicut sol qui splendet & ardet: in quo notatur stola gemina, quam vtramque piē creditur iam habere in conspectu Dei, vt splendet & fulgeat sicut sol, secundum stolam corporis, & amore perfecto ferueat secundum stolam animæ, & sicut luna perfecta in æternum, non sicut modo in defectu discurrēt. Innocentius Papa: Sicut rationabiliter asserunt qui de naturis rerum

edisserunt, luna frigida est & humida. Quia frigida, designat virginitatem: quia humida, humilitatem. Ignis enim de quo venit siccitas, naturaliter petit sublimia. Aqua de qua procedit humiditas, quasi grauis naturaliter petit humilia. Frigiditas ergo & humiditas lunæ, virginitas & humilitas est Mariæ: quia frigida fuit contra æstum luxuriæ, humida contra fastum superbiæ. Quia verò semper perseuerauit in virginitate & humilitate, & in gloria etiam appareret eius humilitas & virginitas, idē bene dicitur, quod est in conspectu Dei luna perfecta in æternum, quæ scilicet nunquam patitur detrimentum. Sequitur. Et testis in cælo fidelis. Ipsa enim orat ibi pro peccatoribus, & testatur, quod Filius Dei pro eis factus est homo. Ostendit enim filio peccus & vbera, sicut beatus bene. Idē dicitur Christo. Ierem. 14. Solij gloriæ tuæ recordare, &c. Beata ergo Virgo est thronus, sol, luna, & testis. Quia thronus est, continet iudicem. Quia sol, producit terræ nascencia. Quia luna, noctis tenebras discutit. Quia testis, causas absoluit. Si peccator es & times iudicem, ipsa tenet eum. Si peccatoris cupis de terrenis curis exire, hæc calorem solis producit. Si nox aduersitatis vel ignorantie te premit, luna est. Si causis vexaris à spiritibus immundis, vel desiderijs importunis, vel in morte impeteris, testis tibi erit si eam inuocasti ad videndum opera tua & vitam. Vnde in generali confessione dicitur: Confiteor Deo & beatæ Mariæ, &c. Vnde Osee 11. Iudas autem testis descendit cum Deo & cum sanctis fidelibus. Nec tantum testis est, sed testis fidelis. Videas ergo, quod habeas bonam causam: quia pro te non mentietur. Prou. 14. Testis fidelis non mentietur.

24. Signa, sedile, manus, ebur, aurum, brachia, stannum, argentum, leo, rex, purpura, pigna, gradus. Nota, quod hic simul agitur de throno & ferculo. Thronus enim solium & ferculum idē ad litteram. Ligna Libani, infra de ferculo. Hæc ligna cedri ad litteram quæ crescunt in Libano, quæ fortia sunt & impetribilia, & significant fortitudinem & perseuerantiam. Et fortē alia signa quam cedrina.

In throno qui est Maria, sunt moraliter. Sedile, pax & tranquillitas: quia in pace factus est locus eius, id est, Christi.

Manus tenentes sedile, charitas. Vnde Cant. 3. Media charitas constrauit. Charitas enim operatur ea quæ pertinent ad dilectionem Dei & proximi, ecce duæ manus. Vel duæ manus opera priuilegiata humilitatis & pietatis.

Ebur, aurum. Hæc duo materia throni grandis: quia fuit hic thronus grandis in ebore, id est, continentia, quia in ea fuit extinctus fomes: grandis in auro, id est, in sapientia & charitate.

Brachia longa, ad defectionem nostram & ad dandum longè positus, id est, peccatoribus, à quibus longè est salus. Parab. 9. Brachiola duo altriussecus, quibus Christus puer amplexabatur eam.

Stannum, id est, scabellum aureum. 2. Paral. 9. Per diuitias virtutum & aurum sapientie, quibus duobus pedes eius, id est, affectus utebantur: quia diuitias terrenas & sapientiam de terrenis conculcauit pedibus suis. Apocalyp. 12.

Mulier

Mulier amicta sole, habens lunam sub pedibus.

Argentum quoad ferculum eloquentia: quia nostra est aduocata. Cant. 3. Columnas eius fecit argenteas: quia terram tangebatur, id est, peccatores.

Leo. 14. leones erant in throno. Leo animal terribile, & ipsa est terribilis demonibus vt castrorum acies ordinata, & hominibus male uiuentibus, vt Iuliano apostataz. Quatuordecim leones. 7. virtutes eius, id est, fides, spes, charitas, iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia, & 7. dona Spiritus sancti, quorum odore terret serpentem veterem, & conterit caput suum. Ad litteram facti erant leuiculi ad appodiandum.

Rex qui solus sedet in throno, & solus Christus in Virgine gloriosa. Ezechiel. 44. Princeps ipse sedebit in ea, ipse, quasi non alius.

Purpura quoad ferculum: quia fuit martyr in anima. Quare. 10. priuilegio.

Pigna, id est, reclinatorium aureum & rotundum. Hæc est summa perfectio sine angulis & scrupulis. Vel quia purissima fuit quoad aurum & rotunda, scilicet aspirans ad gloriam æternitatis. Item ipsa est reclinatorium diuinitatis tempore Domini incarnationis facta, aureum, id est, purum coitus fœditate, & rotundum, quia compositum Spiritus sancti operatione, &c. Gradus sex quibus ad eam ascenditur. 6. partes uenerationis quæ ei debentur, scilicet reuerentia, & deuotio ex corde, saluatio & glorificatio, id est, gratiarum actio ex ore, obsequium & præstatio vt largitur tribuatur pro honore eius ex opere. Et in quolibet gradu debet federe timor qui significatur per leonem: quia timor Dei super omnia se supponit Eccli. 27. Non est factum tale opus: quia, vt dicitur Ierem. 31. Nquum fecit Dominus super terram: quia nec primam similem uisa est, &c.

25. Moraliter fecit sibi rex Salomon thronum de ebore grandem. Salomon qui interpretatur pacificus, sicut dicitur 1. Paral. 22. Christus qui pacificauit nos in cruce. Vnde Eph. 2. ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Salomon interpretatur pacificus, sicut dictum est. Vel retribuor. Vnde Eccl. 5. Altissimus patiens est redditor. Sine pacificans merentes. Vnde Isa. 57. Lugetibus eius creauit fructum laborum pacem, dicit Christus. Aut retribuens iniquis. Vnde retribuor abundanter facientibus superbiam. Quæ uidelicet eius retributio significata fuit in tribus quos occidit Salomon, scilicet Adonia, qui uoluit habere Abisach. 3. Reg. 2. Hi sunt qui uolunt satisfacere suæ sensualitati. Ioab qui interfecit Abner & Amasam applaudendo eis, & sorgebat se diligere eos. Abner. 2. Reg. 3. Amasam. 2. Reg. 20. qui scilicet Ioab interfecit est à Salomone. 3. Reg. 2. Hi sunt falsi amici adulando fraudulenter nocentes alijs, sicut detractores. Semei qui Dauid fugientem Abisalon persequeretur maledictis, impropertans ei peccata sua in domum Saülis. 2. Reg. 16. quem Salomon interfecit. 3. Reg. 2. Hi sunt blasphemii iurantes Deum membratim, egredientes de Ierusalem contra præceptum. Et sicut his nemo

poruit subuenire, sic nec talibus in iudicio poterit subueniri, &c. Er nota, quod qui uult cum Domino facere pacem, debet in se occidere peccatum uoluntatis, quod significatur in Adonia, & locutionis, quod per Semei, & operis, quod per Ioab homicidam. Peccatum autem occiditur quando finitur. Item Salomon trinominus, Christus scilicet pacificus, hoc in cruce, Ecclesiastes. sive concionator, hoc in iudicio exigens rationem, Ydida vel yd doth. 2. Reg. 12. hoc est, dilectus Domini, hoc in regno. Sic enim uocauit eum Nathan propheta. In exilio mansuetus & amabilis. In iudicio iustus & terribilis. In regno gloriosus & mirabilis.

26. Fecit ergo rex Salomon, id est, Christus Dei uirtus & Dei sapientia. Math. 12. & Luc. 11. Ecce plusquam Salomon hic. Sibi thronum de ebore. Thronus de ebore, anima uera continens. Fecit, inquam: quia nemo ex se potest continentiam habere, sed donum Dei est. Vnde Sap. 8. Vi sciui, &c. Sibi non diabolo aut idolo, vt supra. Sed multi committunt sacrilegium. Fecit sibi, & bene sibi: quia totus uult totam animam possidere, & totus ab anima possideri, quæ tantæ est amplitudinis, quod potest comprehendere incomprehensibilem, & quia ita ampla est, ab alia re quam à Deo non potest impleri. Vnde dicunt Gregorius & beatus Bernardus: Animam Dei capacem quidquid eo minus est, non implet. Alio autem respectu tam angusta est, quod in ipsa Deum cum diabolo, vel diabolus cum Deo impossibile est hospitari: quia non est conuentio Christi ad Belial. 1. Cor. 6. Ita. 28. Coangustatum est stratum, id est, anima in qua cubo & habito, ita ut alter decidat, Christus scilicet sponsus, vel diabolus adulter. Idē de sponso dicit fidelis sponsa. Cant. 8. Dilectus meus mihi, & ego illi. Quasi diceret Gallicè. Il me ueut auoir tos sens, &c. ne uel autre de lui. Augustinus de Christo & anima fidei: Idē tanti emi vt solus possideret. Fecit sibi: quia solus uult in anima hospitari ille cuius deliciae sunt esse cum filiis hominum. Prouerb. 8. Fecit sibi & hoc in plasmatione corporis & infusione animæ. Rex Salomon, sine cuius gratia nemo potest regnum suum regere, id est, seipsum, de quo regno dicitur: Regnum Dei intra uos est Luc. 17. Thronus de ebore. Ebur os elephantis, pelle carens & carnibus, durum & solidum, &c. hoc est perfecta & uera continentia ueti claustralis.

Iustus, ebur sine pelle, id est, temporalium possessione. Vnde: Turbabuntur pelles terræ Madian. Iustus ebur.

Sine etiam sine carne, id est, sine carnali affectu.

Firmum per propositum castitatis & uoti obseruandi.

Silidum contra tentamenta diaboli. Sine cure, id est, exteriori apparentia, & nitore corporeo, vel cultu superfluo.

Sine carne propria, domestica, aliena, vt sic bene exarnatus, vt in eo possint inscribi, vt in pergameno mandata Dei.

Sine pelle, scilicet ne gloriatur in pellibus, id est, in exterioribus mundi, ne fiat imitator Herodis,

Herodis, qui interpretatur gloria pellis, vel in pellibus glorians.

Sit etiam sine pilis, id est, superfluitatibus, qui sunt fatui respectus, contactus illiciti, verba otiosa, & huiusmodi.

Candidum interius per innocentiam, quæ nemini turbat pacem suam, exterius per sanctimoniam. Vnde ad Hebr. 12. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam.

Solidum per stabilitatem animi in bono: quia qui instabilis, non potest esse castus. Exemplum de Dina. Gen. 24.

Siccum per penitentiam quæ desiccet ab humoribus gula & luxuria. Gregorius: Lignum in fabrica competenter non ponitur nisi prius vitiosa eius viriditas desicceat.

Durum per patientiam & constantiam, ne valeat transformari sagittis diaboli: & quanto durius, tanto magis idoneum subtilibus operibus faciendis.

Frigidum per abstinentiam, ut in eo refrigerent carnales concupiscentiæ & incentiua victorum. Hieronymus: Ardentes diaboli sagittæ, ieiuniorum & vigiliarum frigore restringenda sunt.

Lene, quando bene politum est, & hoc per benignitatem, ne dicatur, noli me tangere. Vel lene, ne murmuret contra Deum si ipsum velit polire mittendo tribulationes. Quidam enim, quod magis intendit eos polire Dominus, murmurando per impatientiam magis fiunt serupulosi.

Fortè per patientiam aduersorum. Vnde Apostolus ad Phil. in fine: Omnia possum in eo qui me confortat. Et perpetrationem virilium operum. Vnde: Viriliter agite, &c. & illud, Estote fortes in bello, &c. Matth. 5.

Limis & ferris sculpsit. Limæ istæ obseruantia regulares, quæ poliunt serupulos vitiorum, vigiliæ somnolentiam, labor otium, & huiusmodi. Vel limæ istæ linguæ detractorum. Vel limæ tribulationes diuersæ.

Idoneum ad facienda vasa in quibus reponantur sanctuariorum, vel corpus Christi, vasa scilicet gratiarum, vasa sanctificationis.

Antiquum rubescit. Vnde Thren. 4. Rubundiores ebore antiquo. Diuturnitas enim castitatis & penitentia equipollent martyrio. Candor etiam castitatis in iuuentute. Rubor charitatis in senectute, quando senectus est in misericordia veri. Congruui colores sunt in viro iusto vel religioso. Hanc proprietatem habent illi qui etiam in principio conuersionis minus calidi sunt, semper tamen crescunt & proficiunt in feruorem, quibus contrarij sunt qui cum in principio sunt feruentes, tepidiores sunt in fine: & quia tales non sunt eburnei, non sedet in eis Christus Dominus. Prius obscurum, limis & ferris fit lucidum. Sic iustus prius obscurus per peccati rubiginem, si patienter sustineat tribulationes & agat penitentiam, lucidus fit per vitæ puritatem & boni exempli diffusionem. Vnde Matth. 5. Lucent lux vestra. Et illud, Fulgebunt iusti, &c. Sap. 3.

28.

Sequitur. Grandem. Capacitas iusti, humilis charitas vel charitatiua humilitas. Vnde: Latum mandatum tuum nimis. Charitas enim se extendit ad inimicitiam, & facit thronum

grandem. Grandem: quia Christus non est regulus, sed rex magnus super omnes deos, id est, homines & Angelos. Non facit thronum qui se non iudicat in presenti, ut in infra habebis titulo de folio. Non facit grandem, qui non moderatur in se interiora, id est, memoriam, rationem, intellectum, & tres potentias animæ, & exteriora, id est, quinque sensus. Quidam enim dominantur renibus, sed non gula. Quidam oculis, sed non auribus, & sic de aliis. Grandem ergo facit vniuersale regnum. Gen. 41. dictum est Ioseph: In tota terra Ægypti non mouebit quis pedem aut manum abique tuo imperio. Item grandem facit gaudium spiritus, quod est dilatatio cordis, sicut tristitia coangustatum.

Sequitur. Et vestitum eum auro fuluo nimis. Singuli throni Christi, singuli viri iusti, in quibus sedet Dominus: quia anima iusti sedes sapientiæ. Vestitum auro, id est, charitate, quæ est vestis nuptialis, qua quisquis in morte non fuerit vestitus inuentus, ligatis manibus & pedibus proicietur in tenebras exteriores: & si non fuerint operata peccata hæc veste quæ operit multitudinem peccatorum, singula eius peccata patebunt ad vindictam. Aurum, vir iustus, propter supra dictas auri proprietates. Homo siquidem quantum ad creationem fuit quasi aurum purissimum, scilicet fuluum nimis. Vnde Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: quia sicut aurum metallorum pretiosissimum, sic homo dignissima creaturarum: quia creatus ad imaginem & similitudinem Dei, quæ est summa dignitas. Sed peccando totum factum est fœtulentum, & ei admixta sunt multiplices immunditiæ: vnde postea nisi purgatum fuisset, impossibile erat ut inde fabricarentur vasa gloriæ. Nec potuit fieri ut inde per se purgaretur aurum enim sic purgatur vno modo, videlicet cum latere desiccato per virtutem ignis & puluerizato, & cum sale combusto & valde sicco. Opertuit ergo ut ille cœlestis faber qui fabricatus est auroram & solem, assumeret laterem & admisceret sali. Ezech. 4. dicit pater filio: Fili hominis sume tibi laterem, &c. Later propter quinque significat carnem Christi, quam sumpsit de Virgine & vniuit sibi, qui est sapientia patris quæ per sal significatur. Vnde dicitur puero: Accipe sal sapientiæ, &c.

Caro Christi later: quia fit de terra tenaci: & Christus secundum humanitatem factus est de virgine immaculata, quæ fuit tenax in proposito virginitatis conseruandæ.

Quodammodo foratur: & Christus fossus est in passione clavis & lancea. Vnde dicit, Foderunt manus meas & pedes meos, &c.

Decoquitur in fornace, vbi recipit quandam ruborem. Sic Christus in fornace passionis sanguine proprio rubricatus, quasi decoctus est.

Roboratur in fornace, & humanitas Christi in passione. Vnde dicit post resurrectionem: Atuit tanquam testa virtus mea, &c.

Domum tegit & eos qui sunt in domo, id est, Ecclesiam, & filios Ecclesiæ, & hic suspensus, ala late Gallicæ, id est, virtute suspendij sui in cruce. Vas in quo facta fuit hæc admixtio, scilicet de latere desiccato & puluerizato

29.

30.

Caro Christi later.

zato commolito & contrito, id est, humana Christi natura in feruore passionis desiccata & contrita & salē sapientie in quo diuina Christi natura, signat vnā personam ex duabus naturis.

31. *Insuper est aurum.* Iustus est aurum: quia pretiosissimum metallum: quia pretioso sanguine Christi redemptum, sicut dicitur. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus, &c.

Obrisum, in igne tribulationis non minuitur, purum intrat & exit purius, sicut dicit Hieronymus in prologo Abacuc de tribus pueris in fornacem missis. Dan. 3.

In propria natura calidum & humidum, per dilectionem scilicet, & humorem gratie.

Secundum sypheum rex metallorum sicut sol siderum, & nobilissimus omnibus metallis, nec ab aere, nec ab aqua, nec ab humore corrupti potest, nec ab igne, nec à sulphure, quod comburit alia corpora, & signat luxuriam, & in eo quatuor elementales nature completæ sunt, scilicet calidum, siccum, frigidum, & humidum: & hoc æqualiter, & ideo corrupti non potest.

Tractabile per patientem obedientiam, quæ patitur malleationem, obedientia facit tractabilem.

Ponderosum per timorem qui deprimit cor ne se erigat contra Deum, vel euascat per illicitum gaudium: & est timor cognatus humilitatis quæ demittit ipsum cor, quia omne ponderosum tendit ad centrum.

Tensionibus producit & dilatur. Vnde: In tribulatione dilatasti mihi. Tribulatio tonsio productio profectus. Cæteras autem proprietates quæ retro de beata Virgine, & adapta viro iusto.

32. Sequitur. Qui habebat sex gradus. Nota, non sit homo thronus Salomonis, id est, veri pacifici per quamlibet virtutem, sed per pacem: quia in pace factus est locus eius, ad quam quasi sex gradibus ascenditur, qui numerantur Matth. 5. ante illud verbum, Beati pacifici, quorum primus paupertas, secundus mansuetudo, &c. Vel sex gradus sex partes quæ spectant ad vitam iusti, scilicet cogitare bonum, velle bonum, desiderare bonum, loqui bonum, facere bonum, exercere se in bono. Vnde: Exerce te ad pietatem. Perseuerare in bono. Vel sex opera misericordie quibus ascenditur ad thronum celestem. Materia huius throni ebur, id est, continentia, & aurum in quo virtutes ceteræ designantur, consummatio, pax. Vnde ad Heb. 12. dicitur de his duobus: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, &c.

33. Sequitur. Et summus throni rotunda erit in parte posteriori. Pars anterior in presenti cognitione enigmatica, in futuro perfecta, quando videbimus eum sicuti est. Vel pars inferior actiua, superior contemplatiua, quæ continet lectionem, meditationem, orationem. Summus ergo rotunda oratio pro æternis.

34. Sequitur. Et duæ manus tenentes sedile hinc & inde. Hæc sunt cognitio & dilectio, quibus Dominus apprehenditur & tenetur, cognitione veritas, amore bonitas: firmior dextera quam sinistra, quia firmius adhaeremus Deo amore quam cognitione. Vnde charitas dicitur vinculum perfectionis. Ad Coloss. 3. Vel duæ manus

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

duplex operatio bona, corporalis & spiritalis, quæ tenent animam in qua Christus sedet in gratia & virtute.

35. Sequitur. Et duo leones, &c. Leo Christus, leo diabolus. Vterque timendus. Ille, ne derat: iste, ne rapiat. Vel duplex timor istorum duorum leonum. Leo à dextris diabolus, Zachar. 3. qui maxime tentat per prosperitatem virtutum interius de inani gloria, per prosperitatem rerum exterius de gula & luxuria: leo enim à sinistris Christus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, per sinistram enim aduersitas figuratur.

36. Sequitur. Et 12. leunculi, &c. Vt in omnibus sectemur doctrinam 12. Apostolorum & duodecim patriarcharum filiorum magni leonis de tribu Iuda. Vel 12. leunculi, contritio, confessio, lachrymæ, labores, ieiunia, vigilia, disciplina, meditatio, memoria mortis, ciborum vitia, vestium asperitas, pedum nuditas. Hæc omnia more leonum persequuntur feras vitiorum, & suscitant mortuos per peccatum.

CAPVT III.

Maria solium.

37. Solium. Solium & sedes regia, & dicitur Solium quasi solidum: quia de solida fieri solet materia, ad tutelam corporis regij. Vel solium dicitur quasi sedium à sedendo. Vnde & sella quasi seda, & subscella quasi subscedia. De hoc solio legitur sic 2. Paral. 9. Fecit quoque rex Salomon solium eburneum grande, & vestiuit illud auro mundissimo. Sex quoque gradus quibus ascendebatur ad solium, & scabellum aureum, & brachiola duo atrinsecus, & duo leones stantes super sex gradus ex vtraque parte. Non fuit tale solium in vniuersis regnis. Idem solium & thronus. Notandum, quod sicut per thronum, sic per & solium Maria designatur, & eisdem rationibus. Vestiuitur est solium istud auro mundissimo, vt fiat comparatio moralis. Aurum mundum dilectio amici, mundius dilectio inimici, mundissimum dilectio Dei, quæ nihil inquinatum incurrat in illam dilectionem. Et bene dicitur vestiuit: quia dilectio vel charitas vestis est nuptialis, quæ quicumque caruerit in iudicio, elicietur in tenebras exteriores. Hoc auro excellentissimè fuit vestita Maria. Vnde in vestitu deaurato à dextris Domini dicitur astrisse.

38. Dicitur autem Solium hoc habuisse scabellum, quod legitur in throno, in quo videlicet scabello notatur humanitas filij, quæ scabellum est deitatis, quia sicut scabellum subteruit Domino suo, ita Christus secundum quod homo seruiuit Domino, id est, Deo Patri, & Domini suæ matri, & reddidit & reddidit & reddet in perpetuum honorem, reuerentiam & obedientiam, sicut præceptum est Exod. 10. Honora patrem & matrem. Et hoc scabellum fuit aureum: quia sicut aurum cæteris præstaret metallis, ita Christi humanitas cunctis humanitatibus. Et nota, quod hoc scabellum scabellum quasi gradum vnum ad celsitudinem solij huius

Y attingent

attingendam : quoniam enim maior est dignitas filij, tantò maior est dignitas matris : & licet etiam secundum humanitatem præcellat filius matrem, tamen scabellum ante solium esse dicitur tanquam inferius solio, ut per hoc significetur honor & reuerentia quam exhibet matri suæ, ut supra. De hoc autem scabello dicitur. 2. Paral. 9. Fecit & scabellum aureum, & brachiola duo alteriussecus, quæ brachiola significant brachiola Christi pueri, quibus matrem amplexabatur. Est autem solium sedes iudiciaria, sicut dictum est de throno. Vnde Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum inuicium suo. Christus enim sedens in solio paradisi, & oculo misericordiam respiciens peccatorem, dissipat inuicium suo omne malum, id est, triplex malum, culpæ scilicet quam remittit, peccati à quo liberat, & malum diaboli, ne tantum nocent quantum desiderat. Similiter regina, id est, beata Virgo, ut supra titulo de protectione Mariæ, causa 25. De hoc solio dicit Ierem. 14. docens nos qualiter adiuuare orando per patrem filium debeamus. Solij gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. Quasi diceret : Quoties Domine bonitatem tuam exasperat nostra malitia, memento salutis auctori, &c. Et idem de hoc solio dicitur Isa. 16. Et præparabitur in misericordia solium eius, &c. Item Iob 26. Qui tenet vultum solij sui, & expandit illud super nebulam suam. Dominus enim solij vultum tenuit, quando matris suæ mentem prærogatiua gratiæ illustrauit : tenuit enim mentem qui tentus fuit à ventre : nebulam autem super solium suum expandit, cum eam circumdedit caligine paupertatis & solitudinis multiformis. Item de hoc solio dicitur Isa. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus maiestate eius : & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Nota, quòd Isa. non vidit Dominum nisi prius mortuo Ozia rege superbo & leproso. Nec nos videre poterimus Deum, nisi prius mortuus fuerit in nobis diabolus, qui est rex super omnes filios superbiz. Iob 41. qui tanquam leprosus eiectus est à confortio Angelorum. Item nota, quòd sicut triplex est Domini sessio, sic tria solia pro numero sessionum. Prima Domini sessio est creaturæ perfectio. Vnde Genes. 1. Requieuit ab omni opere quod patrarat. Secunda Dei habitatio in mente fideli : quia anima iusti sedes Dei. Tertia verbi incarnatio. Vnde Christus Patri : Tu cognouisti sessionem meam, &c. Huius sedes vterus virginalis. Vnde : Dominus in cælo, id est, beata Virgine, parauit sedem suam. Primum solium est excelsum propter dignitatem conditionis. Secundum eleuatum propter prærogatiuam virtutis. Tertium debet dici superexaltatum propter unionem verbi & humanitatis. De hoc tertio solio dicit Propheta : Vidi Dominum sedentem super solium excelsum eleuatum. Non enim defuit Mariæ dignitas conditionis pro qua fuit solium excelsum, non prærogatiua virtutis pro qua fuit solium per gratiam eleuatum, non filij Dei in se susceptio pro qua solium superexaltatum. Sequitur, Et plena erat domus, id est, Ecclesia, maiestate eius : quia de plenitudine eius acceperunt vni-

Triplex Dei sessio.

uersi. Ierem. 23. Cœlum & terram ego impleo. Sequitur : Et ea quæ sub ipso sedente vel solio erant, hoc est, Angelorum agmina & sanctorum animarum, replebant templum, hoc est, consummabant, intellige de illo templo ruinam passo, quod primò factum est ex 9. ordinibus Angelorum. Vel replebant templum, id est, Ecclesiam : quia ex his constat Ecclesia.

Moraliter. Solium est anima quæ solo pede necessitatis tangit terram, & dicitur solium iudicij, ut supra : in illis enim sedet Christus & quiescit, qui sunt quasi solium & thronus, eleuati scilicet & suspensi ab amore mundi, qualis erat Iob dicens 7, eiusdem : Suspendium elegit anima mea, &c. Et quorum conuersatio est in cœlis. ad Phil. 3. & in quibus sapius celebratur illud iudicium, de quo Apostolus 1. Cor. 11. Si nosmetipsos diiudicemus, &c. Titulo de confessione, & qui sunt eburnei & grandes, ut supra, & aurei per sapientiam, quæ maximè necessaria est in tali iudicio, & tractabiles per obedientiam ut obediant mandatis confessorum : & hoc ex charitate quæ per aurum signatur, ut omnia ex charitate fiant, & ut vestiti sint hoc auro : in confessione enim vestitur anima roba noua : charitas enim, quæ significatur in hoc auro, operit multitudinem peccatorum. 1. Pet. 4.

CAPVT IV.

Maria ferculum.

Ferculum quoque, id est, ferculum quod non ponitur in versu. Bene per ferculum signatur vterus virginalis : quia ferculum quandoque dicitur idem quod vehiculum, à ferro fers : quandoque idem quod cathedra : quandoque idem quod cibus. Dicitur ergo Salomon, qui interpretatur pacificus, scilicet Christus, terrena & cœlestia pacificans : Fecit, id est, præparauit sibi, id est, ad honorem suum, ferculum, id est, beatæ Virginitatis vterum, in quo quiesceret ut sponsus in thalamo, sederet iudex in solio, delectaretur ut comedens in ferculo. Vnde Ezechiel. 44. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Domino, &c.

Maria dicitur ferculum : quia regem portat. Et beata Virgo regem omnium regum, Christum scilicet, qui dicitur Rex regum & Dominus dominantium.

Regis ministris fulcitur. Et beata Virgo Angelis, qui omnes ministri sunt Saluatoris. ad Hebr. 1.

Rege inferius & ministris superius. Et ipsa superior Angelis, sed inferior Christo. Anselmus : Nihil æquale Mariæ, nihil nisi Deus mains Maria.

Qui portatur in eo, non mouetur motu proprio, sed mediante ferculo. Et Dei Filius secundum diuinitatem omnino est immobilis, sed mediante motu ferculi sui, id est, in mutabili carne quam assumpsit de Virgine, factus est mutabilis.

Quando diligenter sternitur, leniter in eo pausat.

pausat. Sic in beata Virgine virtutum superleuabile diligentissimè ornata, Filius Dei sine exturbatione peccati quieuit : quia in pace factus est locus eius.

Qui portatur in eo, eius eleuatione eleuatur, depressione deprimitur. Sic quidquid laudis vel blasphemie in beatam Virginem dicitur, vel agitur, in Saluatorem referatur. Vnde Matth. 25. Quod vni ex minimis meis, &c. Ipsa enim minima fuit inter omnes ut omnium maior esset, sicut dicit Hieronymus de Paula :

Agria & debilibus necessarium. Omne enim genus mortalium tam peccatorum quam peccatorum morbis ægrotat, & à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, & omnes indigent fulciri patrocinij Virginitatis gloriose.

De hoc ferculo dicitur Cantic. 3. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate construit propter filias Ierusalem. Ferculum dicitur à ferro fers : quia fert sedentem in eo, & est idem quod vehiculum. quod vulgò dicitur lectica, vel currus, sive thronus, aut cathedra in qua doctor aut iudex sedet & quiescit & iudicat : & signat Ecclesiam, quæ dicitur ferculum : quia Christum qui est verus Salomon, fert vbique terrarum prædicando & docendo fidem eius. Vel ad literam. Ferculum est thronus portatilis, & bene designat Mariam, cuius exemplum vbique diffunditur. Hoc ferculum fecit verus Salomon de lignis Libani, id est, de membris aridis & desiccatis igne Spiritus sancti ab omni humore nocuo, quod fuit in eius sanctificatione, quia sicut dicit Gregorius, Lignum in fabrica competenter non ponitur, nisi prius vitiosa eius viriditas desiccetur. Quod etiam erat ut ligna Libani infructuosa quoad propositum virginitatis, & excelsa per virtutum eminentiam, & hoc in se :

in Dei autem prædestinatione erat ligna Libani fortia, celsa, speciosa, odorifera, impubertibus, candidata. Fortia patientia, celsa sapientia, speciosa temperantia, odorifera fama, impubertibus perseverantia, candidata innocentia, & puritate omnimoda, vel etiam candidata quando fuit in vtero sanctificata. Aliter : Fecit sibi rex Salomon ferculum de lignis Libani. Per compositionem ferculi beatæ Virginitatis privilegia commendantur. Fecit ergo rex Salomon, id est, Christus sibi ferculum sive thronum, per quod deferretur ad notitiam hominum, cum incarnationi suæ beatam Virginitatem præparauit, & eandem sibi matrem fecit. Hoc autem ferculum fecit de lignis Libani, & interpretatur Libanus candor vel thorus quia sanctitatem Virginitatis compegit Dominus ex odore bonorum operum & candore virtutum. Columnas huius ferculi fecit argenteas. In columnis consistit fortitudo ferculi. Columnas autem istas quatuor erant & argenteas designat per proprietates argenti. Argenti scilicet dulce sonare, fulgere, candere, & pretio valere. Igitur per quatuor columnas argenteas designatur in matre Domini dulcis sonus orationis in preclibus ad Dominum, splendor sanctitatis ad illuminationem hominum, candor virginitatis in

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ

matre, pretiositas maternitatis in Virgine. Reclinatorium quoque aureum sibi fecit in ferculo : nam mentem Virginitatis perfudit plenitudine sapientie, quæ significatur in auro : & sic illustrauit cognitione diuina, ut merito dici possit, quòd caput suæ diuinitatis reclinauit in ea. Ascensum quoque purpureum fecit Dominus : nam purpura indicium est regie dignitatis. Et Christus per assumptionem carnis ascendit & intrauit in hanc sedem, & indicauit mundo se regem : nam in passione sua de sanguine carnis assumptæ scripsit in femore suo & in vestimento suo, Rex regum & Dominus dominantium. Dicitur autem ingressus eius in vterum Virginitatis ascensus, ad similitudinem verbi Isaia dicentis : Ascendet Dominus super nubem leuem. Et appellat nubem leuem, carnem sanctam Christi, nullo peccati pondere prægrauatam. Et bene ascendisse dicitur Dominus descendens in Virginitatem : nam quia descendit inclinando deitatem, inde ascendit in cordibus hominum per cognitionem. Vel ascensus Mariæ purpureus : quia per martyrium mentis ascendit in regiam dignitatem, ut sicut dicitur regina virginum, sic dici debeat regina martyrum. Quod autem sequitur, Media charitate construit propter filias Ierusalem, ubi alia translatio dicitur infra ipsum lichostrotum charitatem à filiabus Ierusalem resumere fecit, sic intelligendum est : interpretatur siquidem lichostrotus sive gabatha quod legitur in passione Domini sublime proclium, designatur etiam per media sive lichostrotum ipsa sedes in ferculo, quæ est quasi quoddam proclium respectu sublimitatis columnarum. Christus ergo faciendo sibi sedem in ferculo, quæ erat media inter sedem & ligna ipsius ferculi, charitate construit, id est, complanauit : vel construit, id est, ad insidendum parauit, sicut equus sternitur cum sedes in eo paratur. Sedem ergo ferculi ex charitate construit : quia non nisi in charitate manet, residet, aut quiescit. Hoc autem ferculum sic fecit & sic disposuit Dominus propter filias Ierusalem, id est, propter salutem fidelium animarum.

Aliter. Mariam fecit sibi ferculum rex Salomon, id est, Christus, quæ eum in vtero suo nouem mensibus portauit, de lignis Libani, id est, de membris omni puritate candidissimis quoad corpus, & altis virtutibus quoad animam. Columnas eius fecit argenteas, quæ 7. sunt, scilicet 7. dona Spiritus sancti, sicut dicitur Proverb. 9. Sapientia edificauit sibi domum & excidit columnas septem. Sed præter istas habeo quatuor formatas ab illis, quarum prima est peccati immunitas. Secunda, perfecta humilitas. Tertia, privilegiata virginitas. Quarta est virginalis fecunditas. Prima est argentum igne examinatum : quia per ignem Spiritus sancti factum est in ea peccati purgamentum. Secunda est argentum malleis contusum, quod ad cuiuscumque vasis formam suscipiendam se applicat. Tertia, est argentum candidum, quod est integre virginitatis argentum. Quarta est argentum totidemmodi humani generis pretium. Reclinatorium, id est, Virginitatis vterum, in quo se reclinauit Dei Filius, fecit aureum, id est, pretiosum : vel aureum, quia in

Y 2 69

in eo aurum sapientie se reclinauit & in eo habitauit. Ascensum purpureum: quia ipsa experta martyrii non fuit, sicut dixit Simeon. Luc. 1. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Vel ascensum eius fecit purpureum: quia eam in assumptione sua regali gloria coronauit, quæ signifiata est in purpura. Media eius, id est, cor quod est in medio pectoris, vel concupiscibilem quæ est media trium virium, construit charitate, id est, decorauit & exornauit & impleuit, propter filias Ierusalem, id est, propter debiliores qui sunt in Ecclesia, vt possint imitando charitatem beatæ Virginis cum ea ascendere & videre regem Salomonem in decore suo.

Vel sic: Ferculum fecit sibi propter filias Ierusalem, id est, ad supportanda onera mentium infirmarum. Aliter & subtilius: Ferculum fecit rex Salomon, &c. Fabrica feruli signat natiuitatem Mariæ. Quod dicitur, fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, pertinet ad eius sanctificationem. Quod dicitur reclinatorium aureum, ad eius conceptionem. Quod dicitur, ascensum purpureum, ad magnificentiam exaltationis, quando assumpta est in celum. Et nota, quod duplex est sanctificatio: à culpa, hæc signatur per ligna Libani: à pœna, hæc per columnas argenteas. De duobus sanctificatis in veteri matrum legitur, scilicet Ieremia & Ioanne, qui significant omnes Christianos à fœditate culpæ originalis liberatos, sed non à corruptione pœnalitatis, id est, fomitis, qua est pronitas ad malum, scilicet quædam manens infirmitas & debilitas. Sed hoc non remanet in Virgine sanctificata: quia sicut gratia conceptionis fuit plena, sic gratia sanctificationis plena & perfecta. Ideo non vult Augustinus, vt cum de peccatis agitur, fiat mentio de beata Virgine. Dicitur ergo ferculum istud factum de lignis Libani, qui interpretatur candor vel candidatio: quia sanctificata fuit à culpa originali, & à pœna fomitis, ex quo surgit motus venialis, sicut quædam infirmitas & languor. Et ideo dicuntur fieri columnæ argenteæ, vt ostendatur gratia supposita contra pœnalitates & debilitates originalis pœnalitatis. Et per columnas istas signatur stabilitas in bono, vt nullo modo possit peccare. Item ligna Libani sunt cedrina, & habent proprietatem impuitribilitatis, & respirationem odoris quo interficiuntur serpentes: & talis fuit gloria sanctificationis Mariæ, vt proprietatem impuitribilitatis haberet contra putredinem originalis quoad se, & suauitatem odoris quoad alios: & ita fuit eius sanctificatio singularis. Et ideo dicit, quasi cedrum in Libano exaltatum. Titulo de cedro inuenies de huiusmodi. Et propter hoc de ipsa dicitur Isa. 35. Gloria Libani data est ei. Item notandum, quod quatuor originales pœnalitates, sicut dicit Beda, sunt ignorantia, malitia, infirmitas, concupiscentia: & hæc quatuor humanum genus disponunt ad ruinam. Paulus enim peccauit per ignorantiam, Petrus per infirmitatem, Iudas proditor per malitiam, filij Israël per concupiscentiam. Vnde & concupierunt concupiscentiam in deserto: quia tales deserto Deo delectantur in alio quam in ipso. Aliquo istorum modorum peccant quotquot malè

agunt. Dicendum ergo, quod prima columna huius feruli prudentia fuit ad supportandam ignorantiam. Secunda, iusticia ad supportandam malitiam siue pronitatem ad malum. Tertia, fortitudo ad supportandam infirmitatem, ex qua est difficultas ad bonum. Quarta, temperantia ad supportandam concupiscentiam. Et hæc quatuor columnæ figuratæ fuerunt Exod. 26. vbi dictum est Moyfi. Facies velum ex hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso retorta: quod appendes super quatuor columnas de lignis Sethim, habentes aurea capita & bases argenteas. Velum istud interpretatur excellentia Virginis Mariæ: nam sicut velum istud includebat sancta sanctorum, sic Maria gremio vteri sui circumdedit illum qui est sanctus sanctorum. Dan. 9. Huius veli quatuor colores, in Virgine quatuor virtutum perfectiones. Hyacinthus qui color celestis, in ea perfectio contemplationis: purpura coloris sanguinei, perfectio charitatis: cocco bis tinctus, geminus dilectionis affectus ad Deum & proximum: bysso retorta, quæ est linum Ægyptiacum & candidissimum, quod per multas tunctiones peruenit ad candorem, perfectio virginalis castitatis. Hoc velum appendebatur quatuor columnis quæ sunt quatuor suppositiue virtutes, vt dictum est. Prudentia respondet colori hyacinthino diuinæ contemplationis, fortitudo colori purpureo, iusticia cocco charitatis, temperantia bysso virginitatis. Et nota, quod hic dicuntur columnæ esse de lignis Sethim, cum columnæ feruli dicuntur argenteæ, cum argentum possit liquefieri ad ignem, ligna verò Sethim sunt incremabilia nec cedant actioni ignis. Et hæc ne putarentur liquabiles, cum virtutes Mariæ nullius igne tentationis vel culpæ alicuius potuerunt liquefieri: & ideo mutata est metaphora de materia columnarum, vt dicantur de lignis Sethim, quæ dictæ fuerant de argento. Hoc significante Spiritu sancto ad laudem Mariæ, quod virtutes eius impossibile erat aliquo modo corrumpi, putrescere, vel cremari. Dicuntur etiam argenteæ: quia argentum dulcisonum est vt significetur materia laudis eius. Sic ergo rex Salomon Christus noster pacificus fecit sibi ferculum vterum virginalium: sibi, dico, vt illi postea insideret cum de ea carnem assumeret: de lignis Libani, vt dictum est, id est, cedris, quæ respirant suauitatem odoris ad extinguendos maxime in suis amatoribus serpentinos motus carnis: nam eius adiutorio vincuntur titillationes carnez vilitatis. Istud inuenies plene titulo, quod ipsa cedrus.

CAPVT V.

Maria sella.

Sella veri Elisei, vt dictum est, in qua resideret humilitatis obediens patri velut discipulus magistro, assumendo carnem in Virgine, in qua patri obediuit vsque ad mortem crucis. De hac sella legitur 4 Reg. 4. quod eam præparauit vero Eliseo magna illa mulier quæ signat celestem sapientiam, quæ habuit quasi quatuor pedes,

pedes, id est, quatuor cardinales. Sedile verò fuit mentis tranquillitas, vel pax: quia ibi in pace factus est locus eius.

CAPVT VI.

Maria tribunal.

Tribunal quod secundum Isidorum dicitur præcepta viuendi: & est locus in sublimi constitutus vnde vniuersi exaudire possunt. Et exempla gloriosæ Virginitatis nobis proponuntur, quasi quædam præcepta quibus instrui debemus & informari ad viuendum secundum beneplacitum diuinæ voluntatis. Vel tribunal nominatur à tribus: eo quod ad illud tribus conuocentur: tribunal enim est sedes tribuni, vel sedes iudicis, sicut dicit Glossa super Ioannem: quia Christus in ea carne quam assumpsit de Virgine, iudicabit: dedit enim ei Pater iudicium facere, quia filius hominis est. Ioan. 5. De hoc tribunali dicitur 3. Reg. 7. Fecit Salomon porticum solij, in qua tribunal erat, & texit lignis cedrinis à pavimento vsque ad summam: & domuncula in qua sedebatur ad iudicandum, erat in media porticu simili opere.

CAPVT VII.

Maria sedes.

Sedes. Secundum Isidorum sedes singulari numero proprie vel regis vel regni est, quæ Græcè thronus dicitur. Maria verò sedes est regis magni: ideo de ipsa dicitur in Psal. Dominus in celo, id est, beata Virgine. Quære titulo de celo. Parauit ministerio Spiritus sancti, sedem suam: quia in ea quasi humiliatus resedit tempore incarnationis. Vnde dicit Patri: Tu cognouisti, id est, approbasti sessionem meam, &c. Vnde prædixerat Ezech. 44. Princeps ipse sedebit in ea. Quære titulo de porta. In ea etiam quicuit sicut homo quiescit sedendo. Quære infra vbi ipsa dicitur requies. Vnde & dicit: Qui creauit me, requieuit, &c. Ideo dicit ipse de matre Isa. 67 & Act. 7. Cælum sedes mea, &c. Item in Psal. Sedes tua Deus in seculum seculi, &c. De hac sede potest exponi illud quod dicit Ioan. Apocal. 4. Fui in spiritu, & ecce sedes posita erat in celo, & supra sedem: & qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardini: & iris erat in circuitu sedis. Bene dicit, Fui in spiritu, id est, in mentis excessu. Vel quia qui videre vult, hoc est, intelligere magnalia Mariæ, de carnali necesse habet prius fieri spiritalis: ideo præmittit, fui in spiritu: & hoc in Dominica resurrectione, per quam verè speramus nos posse resurgere. Vel vt resurgat prius à culpa, qui vult instrui de dignitate Mariæ. Et nota, quod prius dixerat, Fui in spiritu: & hic dicit, Fui in spiritu, plus scilicet quam ante:

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

& in hoc notatur vtilitas visionis, quia studendo & vacando cognitioni Virginis, gratia augmentatur. Et ecce sedes, allegoricè Angeli & prælati, in quibus sedet & principaliter regnat Dominus, & alios regit & iudicat, posita erat in celo, hoc est, in Ecclesia Dei prouidentia ordinati. Vnde Ioan. 13. dicit ei Dominus: Posui vos vt eatis, &c. Vel Maria in qua resedit maiestas deitatis, posita erat in celo in assumptione ministerio Angelorum in corpore & anima, vt piè creditur. Sedes ergo Maria. Sedens Filius Dei ex ea carnem assumpsit: eius enim sessio est incarnatio, vnde & dicit Patri: Tu cognouisti, id est, approbasti, sessionem meam, id est, incarnationem meam in Virgine. Vbi autem esset hæc sedes posita, dicitur Ezech. 1. Vidi, & ecce super firmamentum quod erat imminens capiti animalium quasi similitudo throni, id est, beata Virgo, quæ est thronus, id est, sedes regia. Sequitur. Et supra sedem sedens, Christus scilicet sua virtute eam continens & maiestate præcellens, quod notatur per hoc quod dicitur supra: Christus enim omnes sanctos excedit dignitate & gratia, & dicitur sedere super eos, quia prædicit eis secundum diuinitatem auctoritate, secundum humanitatem dignitate: nam qui de celo venit, super omnes est. Ioan. 3. Sequitur. Et qui sedebat, ecce descriptio sedentis, similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardini.

Christus dicitur lapis pretiosus. Propter firmitatem per naturam immutabilitatis. Iac. 1. Apud quem non est transmutatio, &c.

Propter soliditatem immortalitatis: vnde de eo dicitur 1. Tim. 6. Qui solus habet immortalitatem, &c. Item 1. Tim. 1. Regi seculorum immortalis.

Propter potentiam & virtutem qua firmes regit omnia.

Quia fundamentum est iustificationis. Isa. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem.

Quia confringit cordis humani duritiam. Matth. 21. Qui ceciderit super lapidem istum, &c. Ipsemet malleus conterens petras. Ierem. 24.

Quia veritatem seruat suæ comminationis ad malos, & promissionis ad bonos, sicut lapis seruat imaginem sibi insculptam vel scripturam: Vnde dicit: Quæ procedunt de labiis meis, quæ sunt veri Expositores & prædicatores, non faciam irrita. Rom. 8. Deus verax: omnis autem homo mendax.

Quia omnia regit per potentiam propriæ virtutis, sicut lapis pretiosus sua virtute operatur. Vnde de iustis dicitur & maxime de Christo: Eccl. 6. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis.

Quia virtutem suam ignorantibus non apparet, nec ab eis reputatur. Sic Christus in humanitate virtutem suam occultauit, & maxime in passione vbi nec reputatus est. Isa. 53. Item ego sum vermis & non homo. Abac. 3. Ibi abscondita est fortitudo eius, &c.

Quia carus & pretiosus. Iob 28. Nescit homo pretium eius. Dicitur de sapientia. Item 1. Cor. 6. Impi enim estis pretio magno.

Quærens, imò solus. Vnde de se sepe dicit in Euangelio, Homo quidam, id est, singularis & solus.

¶ Quis

Quia modicus per summam humilitatem. Vnde dicitur in Plal. Mons modicus.

Quia virtuosus. Vnde dicitur. Luc. 8. Noui virtutem de me exisse. Et nota, quod non cuiusque lapidi comparatur hic Christus, sed specialiter lapidi & sardino maximè propter duos colores eorum. Iaspis enim viret, in quo signatur immarcescibilitas æternæ beatitudinis, quam promittit ipse iustus. Sardinus rubet, in quo signatur ignis & ardor æternæ damnationis, quam comminatur impiis. Vel iaspis pertinet ad speciem diuinitatis: quia nullius coloris aspectus sic confortat intellectum vt diuinitas: sardinus verò propter ruborem pertinet ad passam filij humanitatem.

Sequitur. Et iris erat in circuitu sedis. Hic notatur retributio tam bonorum quam malorum, idè dicitur, in circuitu sedis: quia ex omni parte mundi apparebunt coram eo homines iudicandi. Similis visio smaragdine. Smaragdus rubet, ecce ignis damnationis malorum: & viret, ecce vita delectabilis bonorum in pacis virentibus. Ezech. 33. Vbi pascuntur & accubabunt. Hi sunt colores qui apparent in arca nubium, qui fit ex repercussione solis in nube aquosa, scilicet ex comparatione conuersationis Christi & sanctorum, quæ est sol illuminans ad vitam malorum, quæ est vt nubes aquosa, tenebrosa scilicet & fluida, ex qua damnabantur fortius & iustus mali. Sap. 5. Ibunt directæ emissiones fulgurum, & tanquam à benè curuato arcu nubium exterminabuntur. Item de hac sede dicitur Christo: Parata sedes tua ex tunc, id est, ab æterno per prædestinationem. Vel ex tunc, id est, ex quo sanctificata est in vtero matris. Vel ex tunc, id est, ab initio temporis gratiæ. Parata, inquam, opere Spiritus sancti, vel sapientia filij. Vnde, Dominus in cælo, id est, in beata Virgine, parauit sedem suam, & ei insedit tempore suæ incarnationis. Item hæc est sedes de qua pater promittit filio per Prophetam: *Edificabo in generatione, præsentem per gratiam, & generationem, futuram per gloriam, sedem tuam, ô Christe, id est, beatam Virginem.* Adhuc etiam non cessat hæc sedes quodammodo ædificari: quia ad honorem eius quasi quotidie nouæ abbatie construuntur, nouæ Ecclesiæ ædificantur, noua altaria dedicantur: & quæ inueterauerant, renouantur & pulchrificantur, & ad ostendendam ipsius gloriam à modernis de ea sacræ scripturæ multipliciter exponuntur. Et idè dicit ipsa: *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Item hæc sedes potest appellari Cherubin. Vnde dicitur de Christo: *Qui sedes super Cherubin, &c. propter plenitudinem scientiæ quæ data est ei.*

4. Maria dicitur Cherubin, quod est vermiculata pictura. Quia ipsa variis donis & virtutibus picturata fuit & distincta. Vnde dicitur circumamicta varietatibus. Ezech. 40. In portis templi, id est, in Maria & sanctis prælati, per quos intratur in templum vitæ æternæ: Maria enim porta est paradisi. Erant picturæ vndique.

Scientia multiplicata, de qua Augustinus: Nouerim me, nouerim te. Hanc scientiam dedit ei Spiritus sanctus, & multiplicauit ei

filii 9. mensibus Euangelizans cordi eius, cum ipsum portaret in vtero, & postea annis multis.

Scientiæ plenitudo. Hæc est charitas quæ docet de omnibus. 1. Ioan. 2. Plenitudo enim legis dilectio. Rom. 12. Scientia enim sine charitate, &c. 1. Corinth. 8. sed cum charitate ædificat.

Diuersæ scientiæ & intellectus. Ipsa enim est sapiens mulier, quæ verbis & exemplis ædificat domum suam, id est, Ecclesiam Dei & familiares suos. Prouerb. 14. Aliter: Dominus dicitur sedere super Cherubin, quod interpretatur plenitudo scientiæ, quasi non in Cherubin, sed super, id est, vltra, hoc est, in Seraphin, quod interpretatur ardor vel incendium, id est, in ardore charitatis vbi sederet & quiescit. Vnde magis esset laborandum ad habendam charitatem quam scientiam, cum ferè omnes faciant è conuerso.

CAPVT VIII.

Maria cathedra.

ET cathedra. Et de hac cathedra dicitur. 2. Reg. 23. David sedet in cathedra sapientissimi princeps inter tres. Ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno, David Christus. David interpretatur manu fortis: quia Christus est Dei virtus & Dei sapientia. 1. Corinth. 1. Interpretatur etiam aspectu desiderabilis: quia in Christum desiderant Angeli prospicere. 1. Pet. 1. Maria cathedra in qua summus magister in incarnatione resedit, quando præcepta & consilia vitæ æternæ veniebat docere in mundo. Vnde & dicebat Apostolis Ioan. 13. Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis. Sum etenim. Cathedra siquidem doctorum est. Sedens in hac cathedra, Christus est sapientissimus: quia ipse est sapientia Patris. Ipse inter tres dicitur sedere: quia ipse vna est ex tribus increatis personis, æqualis Patri & Spiritui sancto. Sed ipse solus sedet in cathedra: quia solus incarnatur in Virgine gloriosa. Vel cathedra ista crux Dominica, in qua sedisse dicitur summus magister: quia sedere doctoris est: & ipse in cruce perfectam docuit charitatem, qua non solum mortem suam indulsit, sed etiam pro inimicis orauit. Luc. 23. Pater parce illis. Et pro eis allegauit, & ipsos excusauit dicens: *Quia nesciunt quid faciunt.*

Sequitur. Ipse est tenerrimus ligni vermiculus, quo nihil durius dum tangit, quia terebrat lignum durissimum: nihil mollius dum tangitur. David enim ille literalis quando lædebat, nihil illo mansuetius: quando lædere volebat, nihil illo ferocius. Similiter nihil Christo mollius quoad misericordiam, vnde dicitur tenerrimus: nihil fortius quoad iustitiam: vnde Ioan. 8. Si fortitudo quæritur, robustissimus est, &c. Et nota, quod non dicitur tener, sed tenerrimus propter omnimodam mansuetudinem, cuius scilicet mansuetudinis tres sunt gradus. Primus æquamis contumeliarum permissio:

Cruz Christi cathedra.

Tres gradus mansuetudinis.

permissio: hic gradus facit tenerum. Secundus, æquamis iniuriarum permissio: hic facit teneriorem. Tertius, æquamis verberum permissio: hic facit tenerrimum. Omnes istos gradus mansuetudinis habuit in se Christus. Item vermiculus dicitur Christus non solum vermis propter omnimodam humilitatem quam habuit in se: quia subdidit se maiori & pari, id est, Deo Patri, qui æqualis est secundum diuinitatem, sed minor est secundum humanitatem. Subdidit etiam se mari suæ & Ioseph ob gratiam matris, sicut dicitur Luc. 2. Et erat subditus illis, qui longè inferiores eo erant. Subdere se maiori facit humilem, & subdere se pari facit humiliorem, subdere se minori facit humillimum. Et nota, quod dicitur ligni vermiculus. Lignum significat peccatum, ibi. 1. Corinth. 3. Lignum, scilicet, stipulam, &c. Vermiculus: mollis terebrat lignum durum: & Christus in humili passione sua quantum in se fuit, totius mundi peccata terebrauit & consumpsit. Sequitur. Qui octingentos interfecit impetu vno. Quære expositionem.

3. Maria dicitur cathedra composita quasi opere tornatili, id est, subtili artificio Spiritus sancti, qui dicitur omnium artifex. Sap. 7. Rotundata per membra singula per desiderium cælestis premij. Plana, lenis & circumpolitata, & sine scrupulo alicuius peccati. Quasi peccati perforata seu terebrata ex compassione dolorum filij iuxta illud. Luc. 2. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Colorata & quasi depicta virtutum omnium colore multiplici, scilicet minio charitatis, viridi fidei immarcescibilis, sinopide patientiæ singularis, hyacinthino siue lazurino contemplationis, vel etiam paupertatis cuius est regnum cælorum. Vel etiam dici potest, quod quasi depicta & rubricata est in sanguine Dominiæ passionis, cuius compassio eidem pro martyrio reputatur. Quasi quatuor habens pedes, id est, quatuor cardinales ipsam in omni gratia & virtute sustentantes. Habens etiam sedile & quasi puluinar, id est, tranquillitatem carnis & spiritus: quia caro eius non concupiscebat aduersus spiritum, nec è conuerso: & idè tam in carne quam in spiritu ipsius pausauit quietè sapientia Dei. De materia huius cathedre assignari potest, sicut supra dictum est de arca, & throno, ferculo, & folio, &c.

CAPVT IX.

Maria scabellum.

Scabellum de quo dicitur in Psal. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Dicitur à scandendo propriè quod apponitur ad ascensum lecti: ab aliis autem dicitur suppedaneum, eò quod sub pedibus sit. Scabellum Christus, quod fecit quasi quandam gradum ad Mariæ dignitatem manifestandam, vt supra dictum est de folio. Vel scabellum crux, cui pedes Domini confixi fuerunt literaliter. Hoc quasi adoratur & veneratur, & qui crucem Dominicam glorificat, & qui ad exemplum Christi penitentiam suam reuenter exequitur,

vt penitentia Christi particeps efficiatur. Vel scabellum istud in quo pedes Domini steterunt, gloriola Virgo dignissima omni laude, reuerentia, & honore, quæ tria signantur in verbo adorandi. Sicut enim Christi diuinitas designatur per caput. Vnde. 1. Corinth. 11. caput Christi Deus: sic & eius humanitas in qua venit ad nos, sicut pedibus ambulatur, designatur per pedes. Vnde pater promittit filio: *Ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Hoc scabellum ad literam adorauerunt tres magi. Math. 2. adorantes filium sedentem in gremio matris suæ. Item in scabello quiescunt pedes. Et Christus Deus & homo requieuit in vtero virginali sine motu & strepitu contrario. De hoc scabello potest exponi illud. Exod. 24. Sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini, & quasi cælum cum serenum est. De scabello aureo habuit supra titulo de folio, quod potest congruè hic adaptari.

CAPVT X.

Maria lectulus.

LECTULUS. Vnde Cant. 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, qui sunt tenentes gladios & ad bella doctissimi. Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Hæc possunt esse verba Angelorum describentium quanto studio Angeli famulabantur in tectis Virgini gloriose. Lectus Salomonis, id est, veri pacifici, beata Virgo dicitur, in qua deitatis inclinatio capite Dei Filii requieuit velut in lectulo. Vnde ipsa dicit: *Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Cum autem sicut dicit Apostolus, omnes spiritus cælestes administratorij sint, & mittantur in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, & non solum ad ministerium hominum minores mittantur spiritus, sed etiam superiores & de ordine Seraphin, qui propter charitatis ardorem dicuntur flamma ignis, vel ignis vrens, vnde Psal. qui facit Angelos suos flammam ignis, vel ignem vrentem, ostenditur in hoc loco, quod ad custodiam & obsequium beatæ Virginis non inferioris, sed superioris dignitatis Angeli deputati sunt, cum dicitur, quod hunc lectulum ambiunt sexaginta fortes de fortissimis Israël: nam beatam Virginem ambiebant diligenti custodia & obsequiosa reuerentia, angelici spiritus, potius scilicet, fortes inter fortissimos spirituum, qui pro eo quod assidua contemplatione Deum conspiciunt, Israël nomine designantur. Et isti fortes sexaginta dicuntur, non propter numerum, sed propter numeri mysterium: nam, ille numerus ex senario constat & denario: senarius autem perfectionem significat. Denarius quoque qui regis habet imaginem & decem nummorum in se continet pretium, angelicam designat naturam, quæ ad imaginem Dei creata est expressius, & velut quendam denarium, tres habet potentias naturales, intellectum, voluntatem, & memoriam, septem donis Spiritus sancti insignitas. Huius sententiæ concordat, quod

Ad custodiam & obsequium beatæ Virginis ex superioribus Angelis deputati sunt.

per decem drachmas in Euangelio notem ordines Angelorum & humana natura signatur. Igitur per sexaginta fortes illi signantur spiritus, qui in subtilitate naturalium & abundantia spiritualium gratiarum, & expressiori Creatoris similitudine quadam perfectione cæteris præminere noscuntur. Horum autem fortitudo, prudentia, & obsequij promptitudo demonstratur, cum dicitur: Omnes tenentes gladios, & cætera quæ sequuntur. In gladiis signatur potestas debellandi malignos spiritus. Cum dicuntur ad bella doctissimi, ostenditur eorum prudentia ad obviandum contra omnes insultus dæmonum. Cum dicitur, vniuersiuisque ensis super femur suum, ostenditur quam sint expediti, quam parati ad prælium: nam homines pugnant dum expectant aduenturum, super femur suum extractum solent tenere gladium. Quare autem isti fortes hunc lectum ambiant, demonstratur cum subditur: Propter timores nocturnos, ad repellendum videlicet non solum tentationes grauiiores, sed etiam illam breuem & modicam quæ per timorem nocturnum designatur in Psal. vbi legitur: Non timebis à timore nocturno: nam per ministerium Angelorum sic à beata Virgine repulsa est omnis tentatio, quod post conceptionem filij nec etiam venialiter peccasse creditur. Item de hoc lectulo, id est, virginali vtero exponitur illud Cant. 1. Lectulus noster floridus. Lectulus hic vterus virginalis, in quo sponsum beatissimam copulam celebravit, qua humanæ naturæ dignatus est copulari. Lectulus autem dicitur & non lectus propter humilitatem: & quantum lectulus fuit humilior, tantò amplexus iocundior & societas inseparabilior: & ipsa vniuersi vniuersi, ut ita dicam, fuit. Floridus fuit lectulus iste omnium virtutum velut florum varietate, ibi rosa excellentissimæ charitatis, ibi lilium singularissimæ castitatis, ibi viola omnimodæ humilitatis, & quid dicam, ibi hortus est, & inde ortus est ille qui dicit: Ego flos campi, &c. Cant. 2. Item lectulus diminutiuum signat humilitatem Mariæ, in qua Christus requieuit sine strepitu prauorum motuum & strumis superbiæ.

Secundum beatum Bernardum, per ferculum Salomonis significatur propriè corpus Mariæ, sicut infra notabitur. Per lectulum anima eiusdem, in qua beata Trinitas requieuit. Non dicitur autem vnde factus sit lectulus: quia ineffabilis est dignitas animæ ipsius Virginis. De materia verò ferculi, id est, corporis eius, quod per bonam operationem circumferebat & exercebat aliquid amplius patet. Solet autem lectulus in thalamo sterni, & iustissimum erat, ut quia beata Virgo hic facta est thalamus, lectus, & triclinium totius Trinitatis, ibi hospitaretur in hospitio Trinitatis: idèò audacter dicimus, quod in thalamo Trinitatis collocatus est lectus ille, ut post labores quos sustinuit in præsentia cum filio, ibi quiescat in æternum. Et notandum, quod in cælesti Ierusalem quasi triplex ædificium potest assignari, scilicet atrium, palatium, thalamus. Atrium conuenit illis Angelis qui discurrunt ad nos in ministerium, palatium illis qui semper assistunt creatori, thalamus summæ Trinitati, in quo

thalamo Mariam credimus collocatam ad dexteram Filij sui. Ipsa etiam lectulus est quoad nos: quia sicut in lectulo quiescimus, ita per eam ad virtutes attingimus, in quibus anima requiescit, quæ prius in vitii laborabat.

CAPVT XI.

Maria requies.

ET requies. Vnde Isa. 11. vbi nos habemus, Erit sepulchrum eius gloriosum, dicit alia litera, Erit requies eius gloriosa, id est, gloriosa Domina erit requies eius. Vnde ipsemet dicit in Psal. Hæc requies mea in seculum seculi, &c. Ipsa etiam requies quam in omnibus quærebat Filius Dei, qui est sapientia. Eccl. 24. quam inuenit in ea sicut ipsa dicit ibidem: Qui creauit me, scilicet Deus, filius meus scilicet, per quem omnia facta sunt, requieuit secundum quod homo in tabernaculo meo, id est, in corpore nōnem mensibus & sex diebus. Et bene dicit requieuit: quia nihil sibi inuenit quod eum molestaret: non enim vagiebant ibi paruuli Babilonis, id est, praui motus. Non erant ibi fumus, aut stillicidium, aut mala vxor, quæ tria expellunt hominem à domo sua. Fumus est superbiæ vanitas. Stillicidium, diabolicarum tentationum assidua importunitas. Mala vxor, conscientie aculeus. Requieuit quia non inuenit carnem meam concupiscentem aduersus spiritum, vel è conuerso. ad Galat. 5. eò quod ingrediens dixerit, Pax huic domui. Matth. 10. In tabernaculo meo, tam carnis meæ quam spiritus mei: licet enim cor Virginis congruè dici possit tabernaculum & triclinium totius Trinitatis, tamen congruentius venter eius dicitur tabernaculum, quod propriè est peregrinantium & militantium. Qui ergo nunc requiescit in tabernaculo meo, id est, in me templo suo, ipse est qui venit peregrinari in mundo factus peregrinus etiam filius matris sue synagoga, futurus quasi colonus, & quasi viator declinans ad manendum. Ierem. 14. ut malitia esset vita hominis super terram. Iob 7. ut alligaret fortem armatum, & vasa eius diriperet, & arma auferret in quibus confidebat. Luc. 11. Palam triumphans principatus & potestates in seipso. ad Coloss. 4. Quando, inquam, sic venit peregrinus viator militarurus, fors non mansit peregrinus, sed ostium meum ipsi viatori patuit. Iob 31. Et ingressus requieuit in tabernaculo meo, vbi in pace factus est locus eius: Christus enim aggressurus pugnam contra mundum & diabolum in vtero Virginis armauit se paupertate contra diuitias, humilitate contra superbiam, carnem virginem contra luxuriam induens pro lorica. Item Maria est illa requies opulenta, quæ promittitur populo fidei. Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducie, & in requie opulenta.

Cor Virginis
triclinium
totius Trinitatis.

CAPVT

CAPVT XII.

Maria habitatio.

Habitatio, Christi scilicet, qui dicit de ea: Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Vnde canit Ecclesia: Elegit eam Deus, &c. Dicitur autem habitatio ab habendo: quia Iesus Christus habuit vterum virginalem ad inhabitandum. Vnde dicit Maria: Zach. 3. Lanza & letare filij Sion: quia ecce ego veniam, & habitabo in medio tui, ait Dominus. Item in pace factus est locus eius, id est, in Maria pacifica: & habitatio eius in Sion, id est, in speculo quod est Maria: Item Maria habitatio diuinitatis: quia Christus habitauit in ea, in quo sicut dicitur ad Col. 2. habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Item Maria habitatio filij quem in ventris suscepto hospitio, cui dicitur Isa. 62. Vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur, id est, caro tua fecundabitur Christo eam inhabitante. Item Isa. 62. Habitabit iuuenis cum virgine, id est, filius cum matre. Christus enim pro nobis factus est iuuenis secundum humanitatem, ut videlicet per eum nostrarum renouaretur ut aquilæ iuuentus animarum. Habitabit, inquam, filius cum matre quæ circumdedit eum gremio vteri sui. Ierem. 31. scilicet thalamo virginalis vteri. Vnde canit Ecclesia: Mundum pugillo continens, ventris sub arca clausus est. Et hoc est quod ipsa dicit Eccl. 24. Gyrum cæli circuiui sola, &c. Cum enim Filius Dei prius esset circulus, cuius centrum vbiq; circumferentiam nusquam, beata Virgo dedit ei circumferentiam carnis, in qua habitaret plenitudo diuinitatis corporaliter. Christus enim gyms est ingyrabilis continens omnia. Et merito panis qui de cælo descendit in arca matris sue clausus fuit, ut ipsa daret nobis panem de arca sua: quia filius datus est nobis. Isa. 9. Sed translata est arca ista ad cælum, ut deinceps dicamus: Mater nostra qui es in cælis, panem nostrum quotidianum da nobis hodie de arca tua, id est, de arca quæ tu es. Item ad literam Christus iuuenis, id est, 12. annorum, & deinceps, habitauit cum beata Virgine per filialem reuerentiam & subiectionem obedientie. Luc. 2. Et dicitur Christus iuuenis quasi iuuans nos: quoniam ad hoc venit, clamante ad eum humana natura, Exurge in adiutorium mihi. Inauit etiam matrem suam. Vnde Psal. Adiunabit eam manè dilectulo. Quare titulo de sanctificatione eius. Item hæc requies mea, ut supra, hic habitabo, scilicet nouem mensibus in ea, multis annis cum ea & sub ea habitans in ea Christus, replebat eam singulari gratia charismatum: habitans cum ea pascibat eam incomparabili suauitate morum & diuinorum desiderabili sapientia sermonum: nunc autem in ea, & cum ea, sicut interminabili æto, sic incomprehensibili modo saluat eam beatificantium gloria visionum, fors quidem gloriosæ carnis formam exhibens, intus autem formam verbi glorificantis

Filius Dei
circulus cuius
centrum
vbiq; circumferentiam
nusquam.

impetens. Item Maria habitatio omnium istorum & beatorum. Vnde dicit ei Propheta: Sicut letantium omnium habitatio est in te ô Maria. Isidorus: Ipsa est enim habitatio letantium, scilicet perseverantium in ea, quod notat nomen habitationis. Et bene dicit, letantium: quia quicumque dolens ad illam piissimam præcordialiter se ingerit, non est exors gaudiosæ spei. Item de hac habitatione dicitur Abac. 3. Sol, id est, diuinitas, & luna, id est, humanitas, steterunt in habitaculo suo, id est, in Virginis vtero. Et bene dicit steterunt: quia stare obedientis est.

CAPVT XIII.

Maria cellula.

Cellula, continens in se occultatum mel cælestis, Christum scilicet, qui dulcis est refectio Angelorum, quæ videlicet mel propinavit mundo famelico, quando peperit Saluatorem. Idèò dicitur ei Cantic. 3. Mel & lac sub lingua tua. Quare titulo de dulcedine Mariæ. Quod est dicere, Filius Dei in duabus naturis sub carne tua. Vel sub lingua: quia est verbum Patris. Vel sub lingua: quia absconditum in vtero matris. Vel sub lingua: quia quasi cito respondit, Fiat mihi, descendit in eam Filius Dei. Mel quod venit de cæli rore diuinitas, quæ est super omnia. Lac quod de carne exprimitur, humanitas quæ deorsum assumpta est. Vnde Filius Patri. Iob 10. Nonne sicut lac mulsisti me, &c.

CAPVT XIII.

Maria nidus.

Nidus, quem scilicet nidum Christus signatus per aquilam eleuatus in cælum ad præceptum Patri Iob. 39. posuit in arduis, cum matrem suam in assumptione etiam super Angelos collocavit. In Psal. Passer, id est, Christus qui dicit, Vigilauit & factus sum sicut passer, inuenit sibi domum, id est, virginalem vterum: & turtur, id est, idem Christus, de quo dicitur Cant. 2. Vox turturis, id est, prædicatio Christi, audita est in terra nostra. Nidum sibi, id est, eundem vterum.

Maria dicitur nidus, qui constituitur ex pluribus ramusculis: & corpus Mariæ ex pluribus virginalibus membris. Vnde dicit patri Iob 10. Ossibus & nervis compègisti me, &c. Asper exterior, scilicet in carne per abstinentiam & eius macerationem: mollis & suavis interior per mentis benignitatem. Concanus per humilitatem interiorum. Sphæricus per æternorum inquisitionem. Col. 3. Quæ sursum sunt, quærite, &c. Absconditus: quia Maria thortus erat mundo, & tota vita eius abscondita fuit cum Christo in Deo. Coloss. 3. Suspensus per contemplationem. Iob 8. Suspensum elegit anima mea. Leuabat enim se iugiter supra se: Thren. 3.

Thren. 3. Clausus inferius per amorem pauper-
tatis, hoc ad terrena, quæ omnia propter Chri-
stum arbitrabatur detrimenta: & ut eum lucrif-
icaret, reputabat stercorea. Phil. 3. Apertus super-
ius per desiderium supernæ beatitudinis. Qua-
si diceret cum David: Domine ante te omne
desiderium meum, &c. In eo quiescit auis, id
est, Christus. Vnde ipsa dicit: Qui creauit me,
requieuit in tabernaculo meo. Similiter iustus in
mundo pressuras, in Maria pacem inuenit &
quietem. In nido ponit & fouet auis oua sua &
pulos, id est, opera & bonos motus: sic & vir
iustus in Maria. Item Maria nidus columbarum, id
est, receptaculum Spiritus sancti, qui sicut co-
lumba descendit in Christum. Luc. 3. & Ioan. 1.
Vnde ei dictum est: Spiritus sanctus superue-
niet in te. Vel columbarum, id est, Christi, qui
dicitur columba. Ierem. 25. Facta est terra in
deolationem à facie, id est, ab instantia, iræ
columbarum, id est, Christi, qui etiam quando
punit, tranquillus est in se: & qui non conti-
net in ira sua misericordias suas. Et nota, quod
nulla auis pauperiorem facit nidum quam co-
lumba: quia pauperulam & humilem istam ele-
git Christus & præelegit, in cuius uero nouem
mensibus corporaliter, & in cuius anima in æter-
num spiritualiter habitaret.

CAPVT XV.

Maria cella.

Cella, quæ dicitur à celando: quia celauit
& occultauit nouem mensibus filium Dei.
Vnde dicit ei Isa. 45. Verè tu es Deus abscondi-
tus. Nota, quod hoc nomen, cella, æquiuo-
cum est. In cellis enim solebant antiqui religiosi
singulatim habitare, sicut adhuc patet in Car-
thusiensibus, qui habitabant singulares in sin-
gulis cellis. Et Maria singularis cella: quia singu-
lariter virgo & mater singularis fuit Christi habi-
tatio nouem mensibus, qui forma est & exemplar
totius perfectæ refectionis. Cella etiam idem est
quod cellarium: & Maria cella est uinaria, &
gratia congruè comparatur uino: quia quos re-
plet, facit audaces, fortes, obliuiosos, & insen-
sibiles, & huiusmodi. Cella etiã uinaria propter
spiritualium bonorum copiam, quæ ideo dicuntur
uina: quia reficiunt, iocundant, & inebriant,
sicut patet in Ioseph relinquenti pallium Ægy-
ptiæ. Genes. 39. Et continet hæc tot genera vi-
norum, quot uirtutum, quibus seruos suos re-
fecit copiose, dicens illis. Cant. 5. Comedite
amici, bibite, & inebriamini charissimi. De his
inuenies §. 12. de ortu, ubi Maria dicitur uitis.
Ipsa est etiam cella illa uinaria, quæ cælestis Ie-
rusalem omnis lætificat mansiones, & omnia
cæli replet cellaria: & de plenitudine eius ac-
cipiunt cælicolæ uineri: & quanto bibunt
copiosius, tanto sciunt amplius. Vnde & ipsa vi-
detur dicere: Qui bibunt me, adhuc sitient. In
hoc etiam quod dicit, Qui bibunt me, innuit
se non solum cellam, sed etiam esse uinum. Et
uide quomodo cuncta replet cæli cellaria. In
plenitudine, inquit, sanctorum detentio mea,
hoc est, omnium sanctorum plenitudo me de-

tinet quasi me sibi uolens ut propriam uendi-
care, non tamen quod aliis inuideat quod sibi
zelant. Nec solum Maria cella est omnimoda
uina continens seu pocula, sed etiam canalis,
per quam hæc uina influunt in cellarium men-
tis nostræ, & in Ecclesiam Catholicam quæ est
cellarium Domini. Ipsa est cella omnium aro-
matum, quæ sunt castitas, pietas, & huiusmodi,
omnes deliciae, sicut omnis uoluptatis. Multum
enim deliciarum sibi comparauit cella ista aro-
matica, ex eo quod Christus toto tempore cor-
poraliter & secundum deitatem inhabitauit
eam: si enim aromaticum quid ad modicum
detineatur in uase, statim ipsum uas redditur aro-
maticum. Quod enim beata Virgo omnem pa-
tientiam redoleat, quæ omnibus impleta est un-
guentis, omnibus aromaticis speciebus, quibus
sanata est infirmitas generis humani. Vnde di-
citur ei: Myrrha & gutta & casta, &c. à domi-
bus eburneis. Domus eburnæ uirgines per
munditiam, sed ipsa Virgo uirginum, plena
etiam fuit unguentis per Christi, qui interpreta-
tur unctus, præsentiam. Ipsa etiam cella pigmen-
taria designata per domum saltus. 3. Reg. 7. Ti-
tulo, quod Maria domus.

CAPVT XVI.

Maria apotheca.

Et apotheca Christi midici, qui per Mariam
& lignum crucis uenit sanare mundum lan-
guidum, qui per Euam & lignum uetutum
ægotabat. Vel potius ipsa est apotheca Spi-
ritus sancti, in quam descendit apothecarius Spi-
ritus sanctus superueniens in eam in filij
conceptione, qui de purissima eius substantia
confecit unguentum, quando Filius Dei totum
suscepit quod est hominis, & assumptæ naturæ
plenitudo diuinitatis corporaliter in se infudit,
sine quo impossibile curari vulnera generis hu-
mani. Aliter. Unguentarius Spiritus sanctus.
Eccl. 38. cuius apotheca Maria. Materia unguen-
ti flos assumptæ naturæ & adeps diuinitatis. In
hoc unguento terra, odor, dulcor, & liquor.
Odore huius unguenti homines naturalis legis
sola fidei deuotione recreati sunt, & adhuc lon-
gè positum quasi quendam odorem de longè
uenientem expectabant. Vnde propheticè dice-
bat Isaac de Christo Genes. 27. Ecce odor filij
mei, &c. Dulcore eius delectati sunt ho-
mines scriptæ legis, qui quasi in lumine Christi
nascentis positi, suauitatem promissionis in lege
& Prophetis acceperant. Vnde dicebatur Ag-
gæi 2. Ecce uenit desideratus cunctis gentibus,
& implebit domum istam gloria: & loquitur
de Ecclesia, vel potius de Maria. Liuore eius sa-
nati sunt homines gratiæ, qui sacramentis quæ
de latere Christi profluxerunt, salubriter per-
fusi sunt. Unguentum in alabastro repositum,
uermum carni unctum, quo fracto in passione,
domus, id est, Ecclesia fracta est ex odore un-
guenti. Ioan. 12. Secundum Isidorum, apotheca,
vel horrea propriè sunt reconditoria, vel re-
positoria frugum elaboratarum.

CAPVT

CAPVT XVII.

Maria gazophyl.

Gazophyl. id est, gazophylacium quod
est arca, ubi colliguntur in templo ea
quæ ad indigentiam pauperum, vel ædificatio-
nem templi mittuntur. Compositum est autem
hoc nomen lingua Persa & Græca. Lingua
enim Persarum dicitur gaza thesaurus. Græcè
uero phylacion custodia interpretatur. Bene Ma-
ria gazophylacium ueriusque Ecclesiæ: quia
quidquid boni nobis operibus dare disposuit
munificentia diuina, in ipsa uelut in quodam
gazophylacio congregauit. Vnde dicta est gra-
tia plena, ad rasum propter se, ad cumulum
propter nos. Vnde postea subdidit Angelus:
Spiritus sanctus superueniet in te.

CAPVT XVIII.

Maria bibliotheca.

Bibliotheca, id est, locus ubi reponuntur.
Libri: biblos enim Græcè liber, theca repo-
sitorium. In ipsa siquidem quasi repositi fue-
runt omnes libri Veteris Testamenti & Euan-
geliorum, quorum omnium plenam habuit
notitiam, sicut ostenditur in illo uersu cantici
sui: Sicut locutus est ad patres nostros, &c.
De Euangeliis, id est, de scientia Euange-
lica ibi. Luc. 2. Maria conseruabat omnia uerba
hæc, &c.

CAPVT XIX.

Maria ararium.

Arari. id est, ararium quod dicitur ab
Arere: quia in eo congestum est & com-
massatum pretium redemptionis nostræ: nam
in uero eius fuerunt omnes thesauri sapientiæ
& scientiæ absconditi. Coloss. 2. propter hoc
etiam appellatur uenter eius sacculus pecuniæ.
Proverb. 7. Quære titulo, Gratia plena circa
finem capituli.

CAPVT XX.

Maria genezeum.

Geneze. id est, genezeum quod dicitur à
Gene Græco quod est mulier, locus sci-
licet, ubi foeminarum fit conuentus, ad opus
sanctifici exercendum. Mulieres istæ gratiæ sunt,
quæ conuenerunt in ea ad extendendam tuni-
cam Christi inconsutilem de quadam portione
Gedeonici uelleris, id est, substantiæ uirginalis.
Et hæc sunt mulieres de quibus dicitur
Ierem. 4. Apprehendent septem mulieres, id est,

septem gratiæ Spiritus sancti vel gratia septi-
formis, uirum unum, id est, Christum in die
illa, scilicet in die conceptionis suæ, quando
scilicet foemina circumdedit uirum. Ierem. 31.

CAPVT XXI.

Maria locus.

Locus. Ipsa enim est locus uoluptatis. Gen.
1. Quære 7. 9. horti conclusi, ubi hortus
dicitur irriguus. Item de his quæ locum faciunt
deliciosum, quære 9. 6. ubi hortus dicitur den-
sus & umbrosus. Item talis locus aptus ad repe-
riendum latibulum, quære consequenter ibi-
dem. Ipsa locus electus à Domino, de quo ipse
dicit 2. Paralip. 7. Elegi & sanctificauit locum
istum, &c. Elegi prædestinando, sanctificauit
ab originali purgando, fomitem extinguendo,
vel usquequaque reprimendo, locum istum, id
est, Mariam, ut sit nomen meum, ibi, &c.
Consimilem expositionem inuenies titulo, quod
Maria domus sapientiæ, & quod hic dicitur de
loco, habetur ibi de domo. 3. Reg. 9. Item de
hoc loco. Ierem. 7. Solium gloriæ altitudinis à
principio, locus sanctificationis nostræ expe-
ctatio Israël. Quære primam particulam titulo
de folio. Ipsa enim est locus sanctificationis
nostræ: quia ipsa est templum Dei in quo di-
uina mysteria celebrantur, per quæ sanctifi-
cantur qui de peccatoribus sunt iusti: & in
ipsa celebratum fuit illud sacramentum, ex
quo nostra sanctificatio processit, de quo sacra-
mento. 1. Tim. 3. Manifestè magnum est pie-
tatis sacramentum. Et appellatur hic sacra-
mentum pietatis incarnatio Saluatoris, quod scilicet
sacramentum pietatis celebratum est in templo
ueteri uirginalis: ideo rectè ueteris Mariæ locus
dicitur sanctificationis totius humani generis:
& ipsa est expectatio Israël, id est, gloria bea-
torum. Vel ideo dicitur ipsa locus sanctifica-
tionis: quia ipsam ad hoc mundauit & sanctifi-
cavit Christus, ut posset mundare & sanctifi-
care nos. Recurre ergo ad eam quoties amiseris
peccando sanctificationem tuam. Item Num. 9.
dicitur de hoc loco: Cum ablata fuisset nubes
quæ tabernaculum protegebat, tunc proficif-
cebantur filij Israël: & in loco ubi steterat nu-
bes, castramentabantur. Locus huius nubis,
id est, Mariæ, cuiuslibet uirtutis exercitium,
quo in Dei seruitio occupabatur, scilicet mode-
stia, humilitas, patientia, & huiusmodi. Item
Ezech. 4. Benedicti gloria Domini de loco suo.
Parab. 10. Gloria patris filij sapiens. Item in
pace, id est, in Maria pacifica, quæ quia pacis
amica, signatur per oliuam & columbam: fa-
ctus est locus eius, id est, Christi, uel totius
Trinitatis, cuius ipsa est nobile triclinium. Item
in Aggæo 2. dicitur de Maria: In loco isto da-
bo pacem. Nam in uero eius facta est pax in-
ter Deum & hominem per matrimonium af-
sumptæ humanitatis. Item Iob 28. Auro locus
est in quo constituitur. Quære infra titulo, quod
Maria fornax. Item Isa. 60. dicit Christus: Lo-
cum pedum meorum glorificabo. Quære cum
prima. Item de hoc loco dicitur omnes realiter
qui

qui honorificant Mariam: Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius, id est, Christi. Item Isa. 60 dicit Christus Ecclesie: Gloria Libani ad te veniet. Abies & buxus & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meæ, & cetera. Locus sanctificationis Dei fuit beata Virgo non solum quia locum illum sanctificavit Dominus, vnde sanctificavit tabernaculum suum Altissimi. Iterum quia ipse Dominus ibi voluit sanctificari, vnde Ioan. 17. Ego pro eis sanctifico meipsum, &c. Ipse enim, vt dicit Augustinus, sanctificavit se hominem in se verbo, quando factus est sanctus sanctitate creata, qui ab æterno sanctus fuerat sanctitate increata. Vnde dixit Iudæis. Ioan. 10. Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, &c. Tunc enim pater filium sanctificavit, cum eum pro salute mundi cum sanctitate constituit incarnari. Et hoc est quod dicit, Pro eis sanctifico me. Buxus humilis arbor est & parua, abies & pinus arbores excelsum: & tunc veniunt simul hæ arbores ad ornandum locum istum, quando ad Mariæ præconia extollenda ita se extendunt humiles & parui sicut sublimes & magni. Item ipsa locus terribilis demonibus scilicet & aëreis potestibus. Vnde dixit Iacob. Gen. 28. Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli. Item ipsa locus orationis. Titulo de exoranda Maria. Ipsa locus solij Domini Ezech. 43.

CAPVT. XXII.

Maria horreum.

Horreum, id est, horreum, quod non ponitur in versu. Horreum repositorium est frumenti. Et Maria continuit in se frumentum, quo in sacramento altaris rescinduntur homines & Angeli. Vnde & ipsa designatur per horrea Ioseph quæ fecit in Ægypto, in quibus seruatum est frumentum præparatum per septem annos fami, quod nisi subuenisset, totus mundus fame periisset. Sicut autem ille Ioseph frumenta seruauit, non sibi soli, sed omni populo. Sic & Ioseph vir Mariæ panem viuam de cælo seruandum accepit tam sibi, quam toti mundo. Idem Mariæ dicitur Cantic. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici, &c. Quæ supra titulo de virginali fecunditate Mariæ. Sicut autem frumentum illud clausum fuit in horreo, sic Christus granum frumenti. Ioan. 12. in ventre virgineo. Item ipsa designata est per horrea domus Domini, in quibus reponerentur decimæ & primitiæ. 2. Paral. 31. Continuit etiam in se frumentum illud, id est, verbum Dei, quo Pascuntur columbæ, id est, fideles animæ.

Vnde dicitur Luc. 2. Maria autem conseruabat omnia verba hæc.

CAPVT XXIII.

Maria pistrinum.

Pistrinum, quod secundum Isidorum dicitur quasi pistrinum à pilo: quia antiquitus pilo tundeatur granum antequam molarum vsus esset. Vnde antiquitus non molitores sed pistores dicti sunt, quasi filiores à findendis granis frumenti. Vterus autem Virginis congruè potest dici pistrinum secundum vsum modernorum: quia ibi pistus fuit panis vite. Vnde signata est per Saram cui dixit Abraham. Gen. 18. Accelera, tria sara similia commisce, & fac subinericios panes, &c. Quære titulo, Gratia plena, prope finem capituli.

CAPVT XXIV.

Maria furnus & clibanus.

Furnus, generis masculini, qui deturatur à farre, quoniam panis ex eo factus, ibi coquitur. Assigna vt infra de clibano. Maria dicitur clibanus.

Clibanus, qui dicitur à cliuo, ab eo scilicet quod in erectione sit collectus: cliuum enim idem est quod flexuosum. In flexuositate humilitas signatur. Per clibanum intelligi potest uterus virginalis. Vnde super illud Leuit. 2. Cum obruleris sacrificium coctum in clibano, dicit Glossa. Vterus beate Virginis clibanus. Item super illud Leuit. 6. Omne sacrificium simile quod coquitur in clibano, &c. dicit Glossa, In quo signat partum Virginis. Sicut enim clibanus primo ignem, deinde panes suscipit: sic uterus Virginis primo ignem, id est, Spiritum sanctum, secundo panem vite, id est, Filium Dei suscepit. Et hic ordo designatus est ibi: Spiritus sanctus superueniet in te, hoc primo: & virtus Altissimi obumbrabit tibi, hoc secundo. Vel etiam dici potest, quod simul & semel & ignem suscepit & panem, id est, Christum, qui ignis consumens est Deut. 4. & qui panis est viuus qui de cælo descendit. Ioan. 6. Decoctus autem fuit hic panis igne charitatis ipsius, & hoc nouem mensibus, & in natiuitate educus est de clibano. Vnde filius dicit patri: Tu es qui extraxisti me de ventre, &c. Iterum autem fuit quasi recoctus in clibano, id est, in ardore passionis, vt esset panis bis coctus, qui competit tendentibus ad supernam Ierusalem in nasi ponit ventis. Comeditur autem quotidie in sacramento, sed non competit nisi veris peregrinis.

CAPVT

CAPVT XXV.

Maria fornax.

Fornaxque. Fornax dicitur ab igne: fos Græcè, ignis Latinè. In vtero siquidem virginali veluti in fornace ineffabiliter opere Spiritus sancti artificis fufum & liquefactum est aurum deitatis, vt possit quasi decurrere in figuras & modulos nostræ infirmitatis, qui sunt fames, sitis, frigus, cauma, lassitudo, ægrotudo, & mors. Et sic Christus in se recipere dignatus est characteres nostræ humanitatis. Et idem dicitur Phil. 2. quod habitu intensus est vt homo. De hac fusione dicitur Iob 28. Habet argentum venarum suarum principia. Et auro locus est in quo conflat. Argentum igne Spiritus sancti multipliciter examinarum, materia corporis Christi decisa à Spiritu sancto de purissima substantia Virginis gloriose, & adhuc amplius purgata & mundata. Principia huius argenti fuerunt patres antiqui, à quibus velut quibusdam venis secundum carnem successiue descendit, ex quibus exorta est Virgo. Vnde in natiuitate eius canitur: Natiuitas gloriose Virginis Mariæ ex semine Abraham, &c. & ex qua Christus secundum carnem. Sequitur. Auro locus est in quo conflat. Aurum deitas verbi. Vnde dicit sponsa Cantic. 5. Caput dilecti mei aurum optimum. Locus huius conflationis uterus virginalis, in quo Spiritus sanctus ineffabiliter diuinam naturam & humanam in vnâ conflatit personam. Item de hac conflatione dicit quidam eleganter in illo conducta veri floris sub figura, &c. Aurum faber suo more, ignis domans in ardore, flexu ducit leuiore: sic conflat media, ignem pium gratia, quo flecti iustitia, possit à rigore. Ex hoc igne pietatis, flos emersit claritatis, in incude castitatis, quam faber paraclitus, formatit diuinitus, infundens humanitas, aurum deitatis. Sic flos multis argumentis, sensum monet pie mentis: sceptrum regis præpotentis, signat auri pretium, rubor latus sancium, splendor verò gaudium, Christi resurgentis. Item uterus Virginis est illa fornax de qua dicitur Eccl. 43. Fornacem custodiens in operibus ardoris, &c. Virtus enim Altissimi, quæ Christus est, obumbrans Virgini in sua conceptione, custodiuit illam illam in operibus ardoris, id est, Dei Trinitatis, qui est ignis consumens. Deut. 4. Dum de substantia carnis eius sapientia sua & potentia velut duplici, manu operaretur humanitatem filij. Istud melius inueniunt titulo de primo delectabili horri conelusi.

CAPVT XXVI.

Maria caminus.

Caminus, qui dicitur à caumare secundum Isidorum. Charitas siquidem ceterorum sanctorum fuit quasi igniculus vel ignis, sed Mariæ charitas vt caminus. Vnde Isa. 31. Viuit D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Dominus, cuius ignis est in Sion, id est, in anima sancta; & caminus in Ierusalem, scilicet in Maria. Nota, quod beata caro quam Christus sibi vniuit in vtero virginali, quodammodo affata est & mundata per Spiritum sanctum antequam assumeretur à verbo. Vnde cum dixisset Angelus Mariæ de filio ex ea nascituro; Hic erit magnus, &c. quæ non videbantur homini cohærent, & ipsa respondisset, Quomodo fiet istud? ac si diceret, quomodo sic intruda erit caro, cum nemo mundus à sorde, respondisset Angelus, Spiritus sanctus, qui ignis est abstergens rubiginem, superueniet in te, vt scilicet caro assumenda de substantia tuæ carnis, ab omni concupiscentia & humore noxi deficeret.

CAPVT XXVII.

Maria palatium summi imperatoris & aula.

AVla. Est autem aula secundum Isidorum domus regia, siue spatiosum habitaculum porticibus quatuor clausum. Palatium verò dicitur à Palante principe Arcadiæ, in cuius honore Arcades regiam aulam ipsius nomine conditam palatium vocauerunt. Mariæ verò aula vel palatium est summi regis. Vnde in vigilia assumptionis eius dicitur in collecta: Deus qui virginali aulam beate Mariæ in qua habitares, eligere dignatus es; &c. Et Ambrosius in hymno: Procedens de thalamo suo pudoris aula regia, &c. De hac aula siue palatio videtur sensisse Poëta ubi dixit: Regia folis erat sublimibus alra columnis. Clara micante auro, &c. Christus sol iustitiæ. Malach. 4. Cuius regia uterus virginalis. Columnæ huius regis, virtutes Mariæ, quæ bene dicuntur sublimes, quia Angelorum & hominum vniuersas transcendunt gratias & virtutes. Infra titulo de domo sapientie inuenies de columnis. Fuit etiam clara: quia luce vera, quæ Christus est, introrsus illustrata. Fuit deaurata auro saluo nimis instar arcis, throni & solij. Et hoc est quod dicitur. Clara micante auro. Quære de piro.

CAPVT XXVIII.

Maria tabernaculum.

Tabernaculum, de quo dicitur Christo à Psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, id est, in beata Virgine? Quasi diceret: Nullus, nisi tu solus. Propter quod dicitur. Ezech. 44. Princeps ipse sedebit in ea. Princeps ipse quasi non alius. Item tabernaculum corpus Christi. Sed quis ibi habitabit per dignam passionis imitationem? Quasi diceret: Rarus aut nullus. Tamen ad hanc habitationem inuitat ipse. Cantic. 2. sponsam suam, id est, fidelem animam dicens: Veni columba mæ in foraminibus petre, in cauetna macerie. Item Isa. 2. Ingredere in petram, abscondere in fossa humo. Habet Christus multiplex tabernaculum. Vnde dicitur ei: Quem dilecti tabernacula

tua Domine virtutum, &c. Primum & dignius corpus quod sumpsit de Virgine. Secundum ipsum corpus Virginis. Tertium, Ecclesia militans. Quartum, Ecclesia triumphans. Quintum, Corpus iusti. Sextum, religio quælibet ordinata. Et de singulis prosequemur.

De primo dicit Psal. 18. In sole posuit tabernaculum suum, &c. Et hoc multipliciter exponitur, secundum quod multæ sunt proprietates solis: sol enim tempora distinguit, figurat bonam operationem. Iob 31. Si vidi solem cum fulgeret. Habet in se manifestationem: quia ipse oculus mundi. Habet etiam claritatem, habet mutabilitatem, quia oritur sol & occidit. Eccl. 1. Feruorem & exultationem. Vnde, per diem sol non vret te. Habet agilitatem, luciditatem, & incorruptibilitatem. Secundum omnes istos modos posuit Christus in sole tabernaculum suum, id est, in Virgine clara ut sol, quando de ea naturam assumpsit humanam, & virtutem verbi Dei susceptivam simul & generativam eidem indulsit, sicut dicit Damascenus. Id est, in manifestatione, quando habitu inuentus est ut homo. Phil. 2. Bar. 3. Post hæc in terris visus est, &c. Id est, in tempore, quando æternus factus est temporalis, non relinquens quod erat, sed assumens quod prius non habebat, scilicet carnem. Id est, in mutabilitate: quia estur. Matth. 4. fatigatus est. Ioan. 4. sitiit. Ioan. 9. dormiuit, &c. Id est, in exercitatione: quia exercitavit se multipliciter in bona operatione, prædicans & sanans infirmos de die, & orans de nocte. Id est, in agilitate, quando super mare ambulavit. Id est, in luciditate, quando transfiguratus est & resplenduit facies eius ut sol. Matth. 17. Id est, in passionis exultatione & fervore, quando sol in meridiano existens exurebat terram. Eccl. 43. id est, corpus proprium & ipsos Apostolos. Quære 10. prærogativa Mariæ expositionem. Id est, in incorruptibilitate, quando resurgens ex mortuis iam non moritur. Id est, in æterna claritate, quando in ascensione eleuatus est sol in cælum. Et nota, quod hic in tribus versiculis notantur multa circa Christum. Primum est incarnatio. Vnde. In sole posuit tabernaculum suum. Secundum, natiuitas ex viro. Vnde, Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Tertium, humilitas passionis. Vnde, Exultavit ut gigas ad currendam viam. Quartum, æterna eius genitura. Vnde, A summo cælo egressio eius. Quintum, ascensio. Vnde, Et occurritus eius. Sextum, æqualitas Patris & Filij. Vnde, Vique ad summum eius. Septimum, Missio Spiritus sancti. Vnde, Nec est qui se abscondat à calore eius.

2. Secundum tabernaculum vterus virginalis, qui propriissime tabernaculum dicitur sicut ipsamet dicit: Qui creavit me, requieuit in tabernaculo inuoluto. Quære expositionem paulò supra ubi ipsa dicitur requies: & de hoc tabernaculo dictum est Isa. 33. Hoc est tabernaculum quod nunquam poterit transferri, scilicet ad alios usus quam ipsius Filij Dei. Et nota, quod tabernaculum propriè est militarium & peregrinantium: sicut enim miles pugnatur armatus in tabernaculo, scilicet ut armatus exeat ad conflictum, sic Christus cum diabolo pu-

gnaturus pro sponsa sua exhereditata, scilicet Ecclesia, in vtero beate Virginis velut in tabernaculo armaturam humanæ carnis sibi adaptavit, sicut ipsum ex parte generis humani rogauerat Psal. dicens: Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi, & armatus ingrediens cum diabolo in passione dimicavit, & percussit eum manu cruci affixa, quia ibi abscondita est fortitudo eius. Abac. 3. Vnde Iob 26. Prudentia eius percussit superbum & excussit prædam quam diabolus deuorauerat, sicut canitur in tempore paschali. Et hoc est quod dicit Iob in persona Christi 39. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Item tabernacula peregrinantium sunt. Quando enim Filius Dei, qui dicit in Psal. Aduena ego sum & peregrinus sicut omnes patres mei, peregrinatus est de cælo in terram in incarnatione, ipsa eum suscepit in tabernaculo suo. Vnde dicitur per Iob 31. Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori paruit. De hoc tabernaculo dicitur Isa. 4. Erit tabernaculum in vmbra-culo dici ab æstu, & in securitatem & in absconsonem à turbine & à pluuia. Erit enim gloriosa Virgo seruentibus & amatoribus suis in die iudicij in vmbra-culo ab æstu, id est, contra æstum illum de quo dicitur 1. Pet. 1. Elementa calore soluentur. Et de quo Soph. 1. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra. Erit in securitatem à turbine, id est, contra illum turbinem, de quo Ierem. 30. Ecce turbo Domini furor egrediens, procella ruens in capite impiorum conuiescet, non auertet iram, &c. Sicut enim turbo rapit puluerem & palmam resistere impotentem, sic impius rapietur ad tormenta. Vnde Iob 17. Tolle eum ventus vrens, & velut turbo rapit eum de loco suo. Erit enim in absconsonem à pluuia, id est, contra pluiam illam, de qua Iob 20. dicit de Christo & de impio. Pluet super eum bellum suum. Item de hoc tabernaculo dicitur Leuit. 26. Ponam tabernaculum meum, id est, Mariam, in medio vestri, & non abiiciet vos ultra anima mea: quia per eam conseruamur à peccato, propter quod solum Deus abiicit peccatores. Item hoc est tabernaculum veri Moyfi, quod ornabatur, construebatur, & tegebatur de pellibus rubricatis & hyacinthinis & sagis cilicinis & cortinis pulchrificabatur retris opere pluminario, id est, actuali: quia gloriosa Virgo fuit ornata & distincta omnimoda pulchritudine virtutum. Vnde & dicitur circumamicta varietatibus. Item hoc est tabernaculum fœderis, de quo legitur Num. 10. Anno secundo, mense secundo. 20. die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis, perfectique sunt filij Israël per turmas suas de deserto Sinai, & requieuit nubes in solitudine Pharam. Maria nubes, quære titulo suo, quæ eleuata est in assumptione de tabernaculo corporis, quod hic appellatur tabernaculum fœderis: quia in eo dictum est fœdus inter Deum & hominem per matrimonium assumptæ carnis vel humanæ naturæ: ibi enim in sua incarnatione fœderauit Christus humanam naturam diuinæ. Fœderauit etiam animam & corpus in sua prædicatione. Fœderauit autem

Iudæos

Iudæos & Gentiles in sua passione: factus enim lapis angularis faciens vtraque vnum. Ad hoc autem designandum vdit in cruce sanguinem & aquam de latere suo. Ioan. 19. ut fœderaret patri Iudæos & Gentiles. Antiquitas enim in reformatione mutæ pacis inter Gentiles fundebatur sanguis porcæ, quasi hoc ipso diceretur, sic effundatur sanguis illius qui violauerit pacem istam. Ad idem. Iudæi volentes cum Domino pacificari, calicem laticis effundebant in terram: & in hac effusione signabatur, quod sicut aqua effusa ad suum vas non poterat reuerti, si nec ipsi de cætero reuertentur ad peccatum suum. Et de ista aquæ effusione legitur. 1. Reg. 7. Conuenerunt filij Israël in Maphat, &c. Fœderauit etiam naturam humanam diuinæ, cui propter peccatum Adæ offensus erat Deus. Et nota, quod post discordias duarum partium, de consilio sapientium firmari solent fœdera inter partes. Isti sapientes Pater & Filius & Spiritus sanctus. Sed hoc negotium inunctum est filio qui est sapientia patris. Amplexus & oscula fœderis istius dedit mater filio quasi ex parte naturæ humanæ, & filius suscepit quasi ex parte diuinæ. Augustinus: O felicia oscula labijs lactentis impressa, &c. Quære titulo de dulcedine labiorum Mariæ. Liganit etiam mater filio manus in cunabulis, ne posset extendere de cætero eas ad ferendum, nec manibus habere nisi ad beneplacitum nutricis, sicut patet in pueris qui colligantur in cunabulis: & tanta potestas super Filium Dei & suum tunc data est tantæ matri. De isto fœdere multa supra habuisti titulo de arca, ubi dicitur arca fœderis. Item de hoc tabernaculo dicitur in Psal. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Quære titulo de sanctificatione Mariæ. Item istud tabernaculum scilicet corpus & animam matris suæ posuit Christus, primò in sole, id est, in pulchritudine gratiæ, secundò in assumptione posuit illud in sole, id est, ad dexteram suam, ut verè credatur, in æterna claritate: sol enim pulcherrimus & clarissimus est.

Tertium tabernaculum, Ecclesia militans, quæ multipliciter figuratur per illud tabernaculum & vasa illius, quod composuit Moyses in deserto.

Quartum, Ecclesia triumphans. Vnde Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Quod potest intelligi euidenter & manifestum diuinitatis contubernium cum salutaris: quod erit, quando se nobis & nos sibi diuinitas in cælesti patria sociabit, quæ societas siue cohabitatio non erit transitoria, sed æterna: vnde ponitur verbum habitandi. Et hoc est tabernaculum quod nunquam poterit transferri. Isa. 33. quia in æterna felicitate nulla vnquam mutabilitas. Vnde. Iac. 1. Apud quem non est transmutatio, &c.

Quintum tabernaculum, corpus iusti. Vnde. 1. Pet. 1. Insuper arbitror quoad sum in hoc tabernaculo, id est, quoad in vino in corpore, suscitare vos in conuersione, certus quod velox est depositio tabernaculi mei. In hoc tabernaculo iustus pugnandum est contra triplicem hostem. Et nota, quod tabernaculum, scilicet pællon Gallicè extensum torquatur: quia caro extensa per mortificationem

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

& præsentiam, ad vitam æternam præparatur. Item tabernaculum plicatum onus est, sed quando extenditur, tunc in eo manet & quiescit: sic & caro est extendenda ut spiritus pauset in ea. Quando autem deferendum est tabernaculum, tunc complicatur: quia si caro modo fuerit complicata cum vitii & concupiscentiis, nec extensa spiritualibus exercitiis, diabolus summarius suus deferet eam in infernum.

Sextum tabernaculum, quælibet ordinata religio. In tabernaculo Virginis habitauit Christus miles fortissimus, in claustris ut in tabernaculis habitant spirituales milites fortes & expediti, qui à diabolo fortius impugnantur. Num. 24. dicitur de religionibus: Quam pulchra sunt tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israël, ut valles nemorosæ, & ut horti iuxta fluuios irrigui, ut tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. Nota, quod primò in hac auctoritate ponitur Iacob, post quod notantur incipientes quibus lucta opus est, & post ponitur Israël quod nomen signat contemplationem. Assigna bene istud. Et comparat tales quatuor rebus, scilicet vallibus nemorosæ primò, hortis irriguis secundo, tertio tabernaculis fixis à Domino, quartò cedris prope aquas. Et de duobus habitaculis hit tangitur. Primò de tabernaculis in quibus pugnatur. Secundò de tentoriis in quibus in pace quiescitur: quia non nisi per bellum venitur ad pacem. Et hoc est quod David bellicosus genuit Salomonem, qui interpretatur pacificus. Per palatium enim in thalamum intratur. Et hæc duo in claustris sunt summè necessaria, scilicet pugna & requies. Sed quia ordinatè pugnandum est, triplex est exercenda pugna. Prima pugna contra carnalem voluntatem. Hæc fit per castitatem carnis & carnis macerationem. Secunda contra proprium sensum, ne innitatur quis prudentiæ suæ. Prouerb. 3. Tertia contra propriam voluntatem per obedientiam. Iacob enim donec luctatus est, non habuit nomen Israël. De huiusmodi pugnis potest multipliciter assignari. Dicitur ergo: Ut valles nemorosæ. Vallis humilis est nemus altum. Hoc est depressio in humilitate & altitudo in conuersatione. Item nemus crescit sursum se & in directum. Sursum se, id est, super propriam sensum & propriam voluntatem eundo crescit iustus, & cælo appropinquat: & hoc est incrementum spirituale. Item crescit nemus in directum sursum non se reciprocando, ante vel retro, à dextris vel à sinistris, sed sursum se. Vnde Thren. 3. Leuabit se supra se. Item Cant. 1. Recti diligunt te. Adapta iusto proprietates, scilicet quod nemus sterile hic in sua reputatione, viride, erectum, & huiusmodi. Sequitur. Ut horti iuxta fluuios irrigui. Iusti comparantur horti propter clausuram multiplicem, scilicet præsentis sepe, multos operationis bonæ, fossata paupertatis & obseruantie regulis, plantationem multimodæ virtutis. Quære horto concluso. Sed dicuntur hi horti iuxta fluuios irrigui: nouellæ enim plantule sepiissime necesse habent irrigari. Fluuij sunt lachrymæ, sermones, deuotiones, orationes, missarum celebrationes, & huiusmodi. Et duplex

Z 2 irriguunt

irriguum quod habuit Axa. Quæ tractatu suo de horto §. 7. ubi hortus dicitur irriguus. Sequitur. Vt tabernacula quæ fixit Dominus. In fixatione constantia animi & perseverantia in bono: & hæc duo non habentur nisi à Deo: & ideo gratiæ eius attribuenda sunt: & hoc est quod dicitur, quæ fixit Dominus. Sequitur. Quasi cedri prope aquas. In cedris quæ sunt arbores proceræ & odoriferæ, celsitudo irreprehensibilis virtutis, & odor opinionis bonæ. Et talia tabernacula pulchra sunt ad intuendum & imitandum & inhabitandum: & diliguntur à Deo, Angelis, & hominibus. Vnde: Quam dilecta tabernacula tua Domine, &c.

CAPVT XXIX.

Maria thalamus.

Thalamus, de quo in Psal. Ipse, id est, Christus, tanquam sponsus procedens de thalamo suo, scilicet utero virginali, quod fuit in nativitate: non enim, sicut testatur beatus Cyrillus Alexandrinus verbi Episcopus, caro Christi vel corpus thalamus debet intelligi, sed vterus Virginis: quia non sic creatura in societate sui creatoris assumpta est, ut ille habitatoris, & illa habitaculi teneat locum, sed ut ita naturæ duæ alteri altera viderentur, & in tantam conveniant unitatē, ut utriusque diversitas unus idemque sit filius. Et huic sententiæ plenè consonat Gregorius. Nota, quod thalamus dicitur est ex eo quod cum Romani Sabinas rapuissent, una illarum admirabilis pulchritudine, iubente oraculo, data est Thalamoni duci: & quoniam hæ nuptiæ feliciter cesserant, ideo institutum est ut loca nuptiarum thalami dicerentur. Thalamos etiam nominant Ægyptij, ubi collocantur cubilia nuptiarum. Bene ergo Maria dicitur thalamus: quia in utero eius Dei Filius humanæ naturæ tanquam sponsus sponse absque fœditate & immunditia copulatus est. Ioan. 3. dicit Ioan. Baptista: Qui habet sponsam, sponsus est. Et dicitur Christus à spondendo: quia & pmissum promissus fuit in lege & prophetis. Et est hæc magna & conveniens similitudo sacramentis, id est, signi & signati: quia ad hoc de Virgine natus, ut significaret, quod Ecclesiam virginem sibi copularet. Vnde Apostolus. 1. Corinth. 11. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo, &c. Item de Christo & de utero virginali dicitur Deuter. 33. Benjamin amantissimus Domini, quasi in thalamo tota die morabitur. Benjamin interpretatur filius dierum, vel filius virtutis, seu filius amaritudinis. Quia Christus filius est Dei Patris in die æternitatis. Item filius virtutis: quia est virtus Dei & sapientia. Et in die temporis filius est amaritudinis, id est, Mariæ, quæ interpretatur mare amarum. Tota die, id est, toto tempore, debito ad pariendum. Luc. 2. dicitur de Maria: Impleti sunt dies eius ut pareret. Morabitur: Christus enim libenter in sacrario huius thalami hospitabatur: quia ibi in pace factus est locustei. Ad quod designandum in persona eius dicit Philo. Sap. 8. In ventre matris decem menses tem-

pore coagulatus sum, computato martio cum decembri, ut pars in toto vel totum intelligatur in parte. Dicitur ergo Maria thalamus. Ideo notandum, quod quando reges & magnates ædificant sibi domos & mansiones, maiori studio & cultiori schemate ædificant proprios thalamos, & ex parte melioris & purioris aëris, & à parte viridiorum ubi concidunt aëres, spirant aromata, fragrant suaviter flores, virent herbe, fructificant arbores, perflant auster, apparet prius sol quam cæteras per partes domus. Sic & Christus fecit. Vnde & de throno, qui factus est quod ille thalamus, dicitur. 3. Reg. 10. Non est factum tale opus in vniuersis regnis. Nec alium adhibuit architectum sicut ceteri magnates quam seipsum. Vnde Prou. 9. Sapientia ædificauit sibi domum, in qua constructus est hic thalamus, opere Spiritus sancti, qui est omnium artifex. Sapient. 7. Nec sunt diuersi artifices Christus & Spiritus sanctus: quia opera Trinitatis inseparabilia sunt. Et in hoc thalamo dispositus fuit lectulus floridus. Cant. 2. in quo Christus caput diuinitatis, de quo dicit sponsa. Cant. 5. Caput dilecti mei aurum optimum, reclinauit quando exinanivit se, formam serui accipiens. Phil. 2. quia ibi in pace factus est locus eius. Item notandum, quod triplex est thalamus, interior, exterior, superior. Thalamus interior mens Virginis, quam tota Trinitas inhabitauit: quia ibi lectulus floridus, ut dictum est. Vnde quædam Glossa dicit super Psal. Cæli supra se habent illum quem humiles in pectore secum habent. Thalamus exterior, de quo exiit in domum, vterus virginalis, per quem venit Deus in mundum. Thalamus superior, vita beata, in qua Maria iam amplexata à sponso dicit illud Cant. 1. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et ita in assumptione ascendit thalamus in thalamum, scilicet interior & exterior in superiorem: nam assumptam simul cum corpore credunt eam vniuersi, licet hoc non asseratur.

Maria thalamus dicitur pulchrè dispositus: quia habuit quasi duos parietes se se à regione respicientes, scilicet virginitatem & maternitatem, de quibus dicitur. Eccl. 14. de seruo Mariæ. In parietibus eius figens palum, hoc est, affectum. Habuit profundam humilitatis, longum fidei, altum spei, & latum charitatis. Habuit ostium ab Oriente, per quod ingressus est verus oriens, qui nos visitauit ex alto, de quo ostio dicit Cant. 5. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo. Quære expositionem quinta particula horti conclusi. 14. ubi Christus dicitur ros. Item de hoc ostio dicitur. Genes. 6. Ostium arcæ pones in latere deorsum. Per hoc ostium intrauit Filius Dei veniens visitare nos. Et signat virginitatem eius tam mentis quam carnis, quare dicitur fuisse in latere deorsum. Item habuit fenestram crystallinam quam Noë fecit in arca secundum quod tradunt Hebræi. Et similiter signat eius virginitatem, quæ excluderet aquam carnalium voluptatum in quantum fenestra, & suscipiebat lucem veram in quantum crystallina. Hanc autem fenestram habuit quasi ab austro, qui signat charitatem, quoniam mera charitas ipsum fecit assumere carnem nostram. Ab. 3. Deus ab occidente veniet, &c. Quære titulo de ædificiis,

ædificiis, quod Maria fenestra. Fuit etiam clausus ab Occidente: quia nunquam per peccatum occidit ei sol iustitiæ. Clausus etiam ab Aquilone à quo panditur omne malum. Ierem. 11. quia nihil coinquatum aut nocuum in ipsum potuit subintrare.

Subtiliter excogitatus: quia à Spiritu sancto qui describitur subtilis, & capiens omnes spiritus intelligibiles. Sap. 7.

Fabrè compositus, id est, artificiosus: quia eius artifex & conditor Deus. Hebr. 11. Ipsum etiam operata est sapientia Dei, quæ est omnium artifex. Sap. 7.

Venerabiliter cameratus, Gallicè, chambre, rillie. Sunt enim camere secundum Ildorum volumina introscum respicientia, appellata à curio, camur enim Græcè, cyrum Latinè. Talis autem camera testudo dicitur propter obliquitatem: sicut enim veteres templorum recta faciebant, ut imaginem cœli redderent, quod constat esse conuexum. Et secundum hunc modum fieri solent ciboria Ecclesiarum. Solet autem talis testudo habere quosdam atcus ligneos, tenues, graciles, longos, & depictos, & archa conclusionem curuatur.

Pulchrè depictus. Picturæ enim huius thalami figuratæ fuerunt. 4. Reg. 6. ubi legitur, quod rex Salomon omnes parietes templi per circuitum sculptis variis cæturis & tornis. Et fecit in eis Cherubin, & palmas, & picturas varias quasi prominentes, & quasi de pariete egredientes. Pictor autem huius thalami Spiritus sanctus, de quo dicitur Eccl. 38. quod assiduitas eius variat picturam. Cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vigilia sua perficit opus.

Variisque coloribus aptè distinctus, videlicet candidulo virginitatis, viridi perpetuæ sanctitatis, auro preciosissimæ charitatis, lazurino voluntatis paupertatis, saphirino cœlestis conuersationis, hyacinthino contemplationis, lilaceo innocentissimæ puritatis, roseo veterandæ virginalis, liuido compassionis, minio martyrij spiritualis, sinoplide patientiæ singularis, croceo angelicæ assimilationis, nigredulo humilitatis, pallidulo mortificationis, biridulo sapientiæ cœlestis, purpureo regis dignitatis, marmoreo varietatis omnium virtutum gratiarum & donorum.

Formis & imaginibus decoratus. Habuit enim quasi imagines Angelorum per concordiam, omnimodam puritatem Patriarchatum per fidem & spem, Prophetarum per scientiam de futuris, Apostolorum per zelum, Martyrum per patientiam, Confessorum per temperantiam, Virginum per humilitatem & innocenciam, omnium sanctorum per iustitiam & virtutem omnimodam.

Grandis, ad suspiciendum illum qui replet cœlum & terram. Ierem. 23. & qui est rex magnus super omnes deos. Ideo signatus est per thronum grandem, quem sibi fecit rex Salomon ex eboze & auro. Quære titulo de throno.

Et excelsus. Quis ab omni terrenitate remotissimus, & cœlo propinquissimus. Quære §. 1. horti conclusi ubi dicitur altus. Propter hoc figurata fuit Maria per illam reginam quæ venit

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

à sinibus terræ audire sapientiam Salomonis. 2. Reg. 10.

Multoque decore venustus. Non est enim factum tale opus in vniuersis regnis. 3. Reg. 10. scilicet cœlestium, terrestrium, & infernorum.

Clausus. Concluserit enim Dominus hunc thalamum tam diligenter, ut draconem perutigilem omnino lateret, & leonem rugientem longè à se excluderet: & nec vna quidem pateret rimula qua posset introspicere subtilis astutia inimici. Fuit etiam conclusus humano intellectui: quia sicut dicitur Eccl. 24. infirmior illo syge, scilicet nato de Dauid, non inuestigabit eum. Quære primo §. horti conclusi. Hunc enim thalamum clausit ille qui habet clauem Dauid, qui claudit & nemo aperit. Apoc. 3.

Signatus, sigillo vel signaculo virginitatis: quia ipse erat secretum Domini, de quo ipse prædixerat Isa. 24. Secretum meum mihi, &c. Bis autem dicit: Secretum meum mihi: quia à cogitationibus & operibus Virginis, & interna pulchritudine virtutum suarum gratiarum & donorum, mediante sigillo virginitatis exclusus est omnino diabolus, sicut per sigillum à secretis excluduntur qui non sunt amici. Quære secundo §. horti conclusi.

Firmatus fortiter clauo, clauo, & pessulo. De clauo & clauo quære primo §. horti conclusi. De pessulo quære quinta particula horti conclusi, ubi agitur de tore. Firmavit enim thalamum tota beata Trinitas: quia Patris potentia minuit eum contra diaboli violentiam, sapientia Filij contra diaboli fraudulentiam, bonitas Spiritus sancti contra eiusdem diaboli nequitiam. Quære titulo de conclusionibus horti.

Armis septus & armatus. In eo siquidem continebatur lectulus floridus veri Salomonis, de quo legitur Cant. 3. Quære titulo de lectulo. Ibidem etiam inuenies de armaturis Angelorum. Infra titulo de domo salus Libani, cuius pars superior dicebatur armaria, de eodem reperies.

Clarissimus. Non enim poterat non esse clarissimus, cum totum fontem luminis, totum solem iustitiæ intra se contineret. Iosue 10. Stetit sol, id est, Christus, in medio cœli, id est, virginalis vteri: Deus enim qui ipsum seipso vsquequaque repleuerat, lux est, & tenebræ in eo non sunt vllz. 1. Ioan. 1.

Immaculatus. Vnde dicitur Mariæ Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Sapient. 7. Nihil inquinatum incurrit per illam. Apocal. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquans in cogitatione, & faciens abominacionem in operatione, & mendacium in locutione.

Pacificus: quia in suo ingressu dixerat Dominus, Pax huic domui. Et Aggæi 2. In loco isto dabo pacem. Et ideo ibi in pace factus est locus, scilicet Christi: nihil enim ibi fuit contradictionis, aut rebellionis in carnem & spiritum, rationem & sensum: quod præsignatum fuerat in arca Noë, ubi omnia animalia pacifica. Et huic thalamo videtur prædixisse Psal. de Christo: Qui posuit fines tuos pacem, &c. Propter hoc dictum est Deut. 33. de Benjamin

Z 3 Benjamin

Beniamin in figura Christi: Benjamin amantissimus Domini, quasi in thalamo tota die morabitur, vt supra.

Redolens. Quia continebat omnes aromaticas species, & vniuersa prima vnguenta, & vniuersum puluerem pigmentarij, veluti Spiritus sancti specialissima apotheca. Aliter. Redolentia huius thalami virginalis humilitas quoad mentem, humillima virginitas quoad carnem, & per ista duo ad se attraxit vnguentum Dei, qui & in vtero eius odorem virginitatis, & in mente eius odorem humilitatis reperiens: & his odoribus odorem suæ diuinitatis admiscens, hunc thalamum ineffabiliter pigmentauit.

Fragrans. Singulæ enim virtutes singulas reddebant fragrantias. Propter hoc de ipsa quærent Angeli. Cant. 3. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumii ex aromaticibus myrrha & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij. Quære 3. particula horti conclusi primo capitulo, & bene expositum inuenies. Item ratione tantæ fragrantiz comparat ipsa se Eccl. 24. Aromaticis arboribus, cedro, cypro, cinnamomo, balsamo, myrrha electa, storaci, galbano, balsamo, & huiusmodi. Item hac eadem ratione comparatur domus salus Libani. 3. Reg. 7. cuius pars inferior dicebatur pigmentaria: quia pigmenta regia continebat.

Et deliciosus. Vnde dicitur & deliciis affluens. Cant. 8. Quære hanc proprietatem. 11. §. horti conclusi. Propter hoc etiam decantat Ecclesia beatæ Mariæ. Speciosa facta es & suavis in deliciis tuis, &c.

Nobilis: ex eo enim summè nobilitatus est hic thalamus, quod ad hoc præparatus est, vt filius summi regis requiesceret ibi, qui dicit de eo, Hæc requies mea, &c.

Et diues: quia in eo fuerunt omnes thesauri sapientiz & scientiz absconditi. Col. 2. Quære titulo de diuinitis Mariæ. Propter hoc venter eius appellatur sacculus pecuniarum. Prou. 7. quem videlicet sacculus Dominus secum tulit in cælum in assumptione matris suæ.

Mirabilis, ratione peccatorum quæ facta sunt in eo. Ibi enim in beatissima illa copula diuinæ naturæ & humanæ factus est leo aghus, Deus homo, æternus temporalis, antiquus dierum puer, verbum infans, immortalis mortalis, immensus paruulus, creator creatura, qui fecit hoc quod factum est. Ioan. 1. Verbum caro factum est. Vel ex eo dici potest summè mirabilis: quia qui prius fecerat hunc thalamum, postea factus est in eodem thalamo. Vnde, Homo natus est, & ipse fundauit eam Altissimus. Idem exclamat Isa. 66. Quis audiuit vnquam tale? Quære expositionem titulo de ciuitate circa principium secundi folij.

Appropriatus sponso cælesti. Vnde Psal. de Christo nascente: Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, id est, sibi proprio quia nullus alius eum inhabitauit.

Canctisque bonis cumulatus. In thalamo enim solent custodienda reponi. Quidquid enim supra dictum est de arca testamenti, & his quæ in ea reposita fuerunt, potest huic thalamo conuenienter attribui.

A quo fundatus, ab eodem sanctificatus

De primò: Ipse fundauit eam Altissimus. De secundo: Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Item vestiarum huius thalami, Gallicè, lagardrobe, vtetus propriè virginalis, in quo summus pontifex induit vestes mundissimæ carnis. Idem Mariæ figurata fuit per Rebeccam. Gen. 27. quæ vestes Esau valde bonas apud se notabiliter dicitur habuisse, quibus induit Iacob, id est, Christus Iudæorum nostrum. Hoc habuisti supra expositum de arca post medium capituli, vbi dicitur, quod in arca vestimenta complentur. Benedictus sit à tota Trinitate, qui subtilia aliqua adhuc superaddit de huius thalami dignitate.

CAPVT XXX.

MARIA DOMUS.

Domus sapientiz, de qua Prouerb. 9. Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, &c. Hordè erectum est hoc ædificium, quod commendatur primò ab artifice, vbi dicitur sapientia quæ est omnium artifex, sicut dicitur Sap. 7. Secundo à rasan vel sine, vbi dicitur, edificauit, scilicet vt ibi habitaret. Tertio à forma, vel specie, vel architectura, vbi dicitur, domum. Quarto à studioitate vel diligentia, vbi dicitur, excidit. Quinto à robore ædificij vel distinctione. Vnde, columnas septem. Igitur artifex sapientia quæ commendatur à tribus, scilicet quod omnia fecit. Vnde Sap. 7. Omnium est enim artifex. Omnia portat. Vnde sequitur, Omnem habens virtutem. Omnia videt. Vnde sequitur, Omnia prospiciens. Inter omnia huius artificis opera Maria speciale est opus, de quo dicitur Eccl. 42. Gloria Domini plenum est opus eius. Quam ad hoc fecit, vt quod de priori artificio fuerat deformatum, per eam reformaretur. Hic enim artifex primò condiderat angelicam naturam, quæ in parte ceciderat, & humanam, quæ corrupta erat, & corpoream inferiorem, quæ peccato hominis fuerat peiorata. Sed ad hæc omnia fecit Deus Mariam, cuius fructu angelica natura repararetur, iuxta illud Psal. implebitur ruinas. Humana renouaretur: vnde Apoc. 21. Ecce noua facio omnia. Inferior à seruitute liberaretur: vnde Rom. 8. Ipsa creatura liberatur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Edificauit igitur, sed sibi: nam eam solus habuit, qui construxit eam & edificauit. Vnde dicit Cantic. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Et Cantic. 7. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Sed nunquid tantum sibi? Ad hoc notandum, quod prius edificauerat Angelis cælum, & hoc est domus gloriæ. Luc. 2. Gloria in altissimis Deo. Dæmonibus & damnatis hominibus infernum, & hic domus iustitiz. Hominibus lapsis mundum, qui est carcer miseriz. Genes. 3. Emitit Dominus Adam de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est. Idem tamen carcer patria est bestiarum. Pisces etiam posuerat in aquis, aues in aëre, stellas in firmamento: quia prius hospitatus fuerat cætera, nunc proprio sibi intendit

dit hospitio. Idem dicitur: Sapientia edificauit sibi domum. Et nunquid tantum sibi? Verè domum sibi soli in qua solus habitaret, sed tamen Angelis data est in reparationem, hominibus & naturæ nostræ in reparationem, inferiori creaturæ in liberationem, sibi in matrem, dæmonibus in hostem, detentis in limbo in eraptionem. Siquidem dum à principio ceciderant Angeli, natura erat corrupta, Deus offensus, diabolus victor. Sed per eam innocentia reparatur, vita angelica adducitur, Deus homini pacificatur & vnitur, diabolus vincitur & conteritur. Genes. 3. Ipsa conteret caput tuum, &c. Sapientia igitur edificauit sibi domum. Siquidem amittit erant animæ, quæ ob nihil aliud factæ erant, nisi vt essent habitatio sapientiz: & hoc si manerent sanctæ. Vnde de sapientia dicitur Sapient. 7. Per nationes in animas sanctas se transfert. Sed quia diruxerant & omnes peccando vacillauerant, vnde. Rom. 3. omnes enim peccauerunt, &c. idem domum istam tam solidam edificauit & fortem, quod nullo modo potuit vacillare.

Idem sequitur. Excidit columnas septem, scilicet ad eam sustentandam. Vnde dicit alibi: Ego confirmaui columnas eius. Excidit, id est, de lapidina vel massa totius humanæ naturæ abstractit & separauit. Vel excidit, id est, apertè parauit & quasi dolauit. Vel excidit per virginitatem, paupertatem, & humilitatem. A concupiscentia carnis per primam quod est virginitas. A concupiscentia oculorum per secundum quod est paupertas. A superbia vitæ per tertium quod est humilitas. Omne enim quod est in mundo, &c. 1. Ioan. 11. Vel excidit, id est, ab amore mundi separauit: quia virtutes eius purissimæ omnimoda puritate. Columnas septem. Hoc potest exponi de septem generibus columnarum in bono positarum, de quibus legitur in scriptura. Inuenitur columna ferrea. Ierem. 1. Item columna marmorea. Cant. 5. Item columna ærea quas finxit Hiram. 4. Reg. 7. Item columna aurea, super bases argenteas. Eccl. 26. Item columna argentea. Cant. 3. de ferculo Salomonis. Item columna nubis. Exod. 13. & Eccl. 24. Item columna ignis. Exod. 13. Quære auctoritates integras in dictis capitulis. In his 7. generibus columnarum ostenduntur 7. genera virtutum, quibus fulciuit domum istam Christus sapientissimus architectus.

Columnæ ferrea, fortitudo. Vnde de Maria dicitur: Accinxit fortitudine lumbos suos. Ferrum domat omnia metalla, sicut dicitur Dan. 2. Videbat Salomon primum mulierem nimis fuisse debilem, quæ ad primam statum serpentis corruerat, & conquerebatur, dicens: Mulierem fortem quis inueniet? Et attendens ad Mariam dicebat: Accinxit fortitudine lumbos suos. Item fortitudo & decor indumentum eius.

Marmorea, castitas, quæ est alabastrum frigidum & candidum, frigidum à concupiscentia, candidum à virginitate. Et hæc columna dicitur duæ propter duplicem castitatem. Sed ferrea ponitur singulariter, vt intelligatur spiritalis fortitudo Domini, & excludatur carnalis fortitudo dissimilis priori. Ierem. 23. Factus est cunctis eorum malus, & fortitudo dissimilis. Sed

Maria fuit casta mente & corpore, & fortis in spiritu.

Ærea, humilitas: quia æs vile metallum factis, & verus humilis amat vilipendi, non humilis prædicari. Et est æs durable metallum, & vix vnquam corrumpitur. Si primus Angelus humilitatem habuisset, nunquam corruptus fuisset. Hæc fuerunt duæ propter duplicem humilitatem, & erant ante templum ita vt ante ipsas ingrederetur in templum. Sic humilitate introducit in cælum, & superbia deicitur à cælo. Vnde dicitur lucifero. Isa. 13. Corruisti in terram, &c. Vnde cum Luc. 10. gloriantur discipuli de subiectione dæmoniorum, respondit Christus: Videbam sathanam sicut fulgur de cælo cadentem.

Argentea, fides, hæc plures erant non tantum duæ, propter multos fidei articulos. Argentea: quia fides sumitur ex sacra Scriptura, quæ est argentum igne exanimatum. Et Maria dicitur Beata quæ credidisti, &c. Luc. 1.

Aurea, sapientia Virginis, qua in Deo delectabatur. Et hæc duæ: vnde dicuntur pedes firmi, quia sapientia speculatur & delectatur: idem dicitur deliciis affluens. Cant. 8. inuixa super dilectum suum.

Nubis & ignis. Prima, paupertas à terra eleuata & obscura, tamen rore gratiz plena. Isa. vlt. Ad quem respiciam nisi ad pauperulum? Idem eleuata, vt Dei Filio vniretur. Et hæc protegēbat à sole: quia humilis Maria à superbia defendit oratione & exemplo, de qua superbia dicitur: Si vidi solem, Iob 22. Sed diuinitas parit superbiā: vnde dicuntur superbiæ ab effectu. Ignis, charitas. Ignem veni mittere in terram, &c. Luc. 12. Hic protegēbat in nocte: quia charitas in aduersitate defendit, quoniam patiens est & benigna. Cant. 8. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, &c. Et iunguntur columna ignis & nubis: quia rectè coniungitur paupertas charitati, & è conuerso: quia quanto amantur æterna, tanto minus terrena, & è conuerso. Similiter fides & sapientia quæ sunt columna argentea & aurea eandem sequuntur regulam, scilicet Scripturam. Vnde dicitur argentea & fundatæ super bases aureas. Similiter marmorea, & ærea, castitas & humilitas. Pulcherrima coniunctio horum duorum, sicut dicit beatus Bernardus: Fortitudo stat solitaria tanquam omnium fulcimentum. Isa. 52. Consurge, consurge, induere fortitudinē tua Sion.

Aliter totum. Sapientia edificauit sibi domum, &c. Filius Dei dicitur sapientia quasi sapida scientia: quia ipse solus scitur cum sapore, nec vnquam verè scitur absque sapore: nam Deum non nouit cui Deus non sapit. Idem dicitur: Gustate & videte, &c. Quasi dicatur: Accedite ad gustum, & illuminabimini ad visum. In gustu eius sapor dulcedinis æternæ, in visu splendor scientiz, & in his duobus consistit sapientia, id est, sapida scientia, quæ non potest esse sapida nisi circa ipsum, nec insipida circa ipsum. De hac sapientia dicitur Patri: Omnia in sapientia fecisti, quia omnia per ipsum facta sunt. Ioan. 1. Sequitur: Edificauit sibi domum, domum sibi vbi solus habitaret, sed nobis promptuarium siue cellarium plenum

bonis operibus, quæ spectant ad gratiam in præsentem, & euctans ex hoc vase in illud vas. Vnde dicitur Christo: Replebimus in bonis domus tua, &c. Sicut dicit Philosophus, domus est defensio in caumatibus & pluuiis. Per caumata tentationes diaboli inuisibiles & spirituales, per pluuias tentationes carnis continuè spiritum impugnant. Ab his defendimur quasi sub tegmine huius domus. Vnde de amatore Mariae dicitur Eccli. 14. Protegeretur sub tegmine illius à seruore, quasi à caumate, & in gloria illius requiescet, quasi à pluuiis. Gloria Mariae uirginitas illius. Isa. 4. Et tabernaculum in uentaculo, &c. ut supra, de tabernaculo. Circa hoc ædificium tria principaliter sunt attendenda, scilicet materia, forma, & ornatus. Materia, aurum, & ebur, ligna Libani cedrina, & lapides de Libano, aurum & ligna cedrina & lapides allati de Libano fuerunt materia templi. Reg. in fine legitur de domo Achab eburnea.

4. In domo quæ est Maria, sunt fundamenta per quadrum, scilicet quatuor cardinales. Vel adapta de fundamentis huius domus, ut supra de fundamentis ciuitatis. Muri similiter per quadrum. Vnde Ezech. 40. Vidi & ecce murus fornicatus in circuitu domus vnd. que. Quære de muris, titulo quod ipsa ciuitas & turris. Vel muri angelica custodia. Parietes uirginitas & maternitas. Eccli. 14. de seruo Mariae. Requiescet iuxta domum illius, & in parietibus eius figens palmam, id est, affectum. Quadratura, timor & desiderium, dolor & gaudium. De primo Luc. 1. Ne timeas Maria. De secundo, Fiat mihi, &c. Dolor in passione. Vnde Luc. 2. Tuam ipsius animam, &c. Gaudium de filij resurrectione. Dimensiones, profundum humilitatis, longum fides vel perseverans sanctitas, latum charitas, altum spei proceritas, vel excessus contemplationis. Tigna & laquearia. Cant. 2. Tigna domorum nostrarum cedrina. Hæc tigna sunt membra corporalia beatæ Virginis, ex quibus connexa est domus sapientie, quæ uelut cædrus fuerunt peccatis incombustibilia. Sequitur. Laquearia nostra cypressina. Laquearia sunt thalami ornamenta, & designant interiora bona spiritualia, quæ ad modum cypressi nulla uetustate peccati comam uirtutum disposuerunt. Tigna enim sunt ad fortitudinem domus, laquearia ad decorem. Tigna ergo domorum pluraliter, scilicet corporis Christi & corporis beatæ Virginis cedrina: quia corpora eorum uel corporum membra non uermescebant, uel aliquo peccato, uel aliquo motu prauo. Laquearia cypressina: quia etsi dilatabantur & gressiebant inferiorius ad exemplum aliorum, tendeb. n. tamen in acutum ut cypressus, hoc est, ad illud unum quod est necessarium. Luc. 10. Tectum, patientia contra aëris intemperiem. Multæ mansuetudinæ & diuersorum multiplicia receptacula ad se confugientium. Dicit enim cum filio Ioan. 6. Et cum qui uenit ad me, non eiciam foras, Idcirco de ipsa dicit filius Ioan. 14. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Hæc sunt mansuetudinæ quas de præcepto Patris fecit uerus Noë in arca, quæ figurabat Mariam. Pauimentum, de quo dicitur 2. Paralip. 3. Struuit

Salomon pauimentum templi pretiosissimo marmore decore multo. Per hoc pauimentum signatur humilitas Virginis semper se inclinans deorsum instar pauimenti, quæ receptiua fuit uirtutis & omnis specialis decoris. In hoc autem quod pauimentum factum est de marmore, signatur stabilitas humilitatis mentis uirginæ, & coniunctio harum duarum uirtutum pretiosissima & pulcherrima est coram Deo: & ideo dicitur pretiosissimo marmore decore multo. Sculpturæ huius pauimenti uel picturæ, exempla Patriarcharum & Prophetarum, quæ omnia in se transformauit, quæ fuerunt, iustitia Noë, fides Abraham, obedientia Isaac, uictoria Iob, castitas Ioseph, mansuetudo Moysi, patientia Iob, humilitas Dauid, sapientia Salomonis, zelus Elizæ, & huiusmodi, qui omnes quasi pauimentum fuerunt respectu huius excellentissimi ædificij. Porta, fides qua Christus intrauit, quæ semper clausa fuit principi, id est, diabolo, qui dicitur princeps mundi. Ioan. 14. De hac porta dicitur Ezechiel. 46. Erit porta clausa sex diebus in quibus opus fit. Die autem sabbati aperietur: quia clausa fuit ad humanam peccati consuetudinem, sed aperta est ad induendum nos in requiem.

5. Sequitur. Excidit columnas septem. Excidit, ut supra expositum est, columnas septem, quibus semper firma stetit hæc domus. Hæc septem columnæ, septem dona Spiritus sancti, quæ requiescerunt in Christo quiescente in Maria, & quam nunquam deseruerunt, per quæ stetit firmiter & perseveranter in omni iustitia & uirtute. Vel septem uirtutes, tres theologice & quatuor cardinales. Vel septem uirtutes quæ possunt elici ex septem uerbis eius, de quibus legitur in Euangelio. Prima prudentia, ibi, Quomodo fiet istud, &c. Secunda uoti firmitas, ibi, Quoniam uirum non cognosco. Tertia humilitas, ibi, Ecce ancilla Domini. Quarta oratio uel obedientia, ibi, Fiat mihi secundum uerbum tuum. Vel septem columnæ, septem illæ uirtutes quas Iacobus attribuit sapientie, quæ desursum est. Iacob. 3. quæ congruentissime possunt adaptari Mariæ & cuiuslibet perfectæ animæ, & fulciunt domum sapientie contra septem criminalia.

6. Sapientia est pudica contra luxuriam, uel contra prudentiam carnis, quæ immunda est & sordidans animam. Pacifica contra iram. Iacob. 3. Fructus iustitiae in pace seminatur. Vel contra prudentiam mundi quæ tumultuosa. Modesta contra gulam, quæ quærit superflua, nec scit stare in modo. Vel modesta contra superbiam. Modestia Mariæ in hoc apparuit, quod fabro uoluit desponsari cum esset de stirpe regia. Item apparuit in responsione sua ad Angelum: ipsa enim erat uirgo prudentissima & nouerat dixisse sapientem. Prouerb. 17. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est, &c. Item in hoc apparuit, quod uolens loqui cum filio die quadam, domum in qua filius prædicabat, intrare uel sermonem eius interrompere non præsumpsit, sed foris stans, reuerenter expectauit, sicut legitur Marc. 3. in fine. Item in hoc apparuit, quod cum filium uideret crucifigi, audiret blasphemari, cerneret conspui, colaphizari, configi, & lanceari, non

remurmurauit, non contradixit, non maledixit, licet ipsius animam gladius filij pertranstret. Et ita reliquit nobis exemplum totius modestie. Iuxta quod præcepturus erat Apostolus. Phil. 4. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus, &c. Suadibilis contra pigrum & accediam, quæ non acquiescit consilio Apostoli dicentis. Gal. 6. Dum tempus habemus, operemur ad omnes. Suadibilis est facile recipere correptiones & consilia, sicut & ipsa fecit, non statim respondens Angelo, sed præcogitans qualis esset ista saluatio. Bonis consentiens contra munditiam, quæ bona in mala conuertens infidiatur. Eccli. 11. Et ipsa audiens bonam promissionem Angeli, statim respondit, Fiat mihi secundum uerbum tuum. Plena misericordia & fructibus bonis, misericordia in effectu contra auiditiam. Et ipsa conceptio Saluatore statim misericorditer uisitauit Elizabeth grauidam & prægnatam. Iudicaps sine simulatione contra superbiam, quæ se excusat, sicut patet in paratibus primis. Et ipsa humiliter respondit, Ecce ancilla Domini, &c.

7. De hac domo quæ est promissionem Domini, dicit Psal. 64. Christo. Replebimur in bonis domus tua. Nota quod Dominus triplicem habet domum, cælum, beatam Virginem, æternam beatitudinem. De prima recipimus bona naturæ, de secunda bona gratiæ, de tertia bona gloriæ. Cælum enim est quasi quædam domus uel officina seu cellarium, à qua nobis effundantur bonitates naturales, scilicet calor uitalis quo diuersæ rerum species propagantur, & potest dici domus naturæ, sed quantum ad hanc effusionem non est distinctio. Matth. 3. Qui solem suum facit ortiri, &c. Et pluit, &c. Est enim cælum larga illa manus de qua dicitur. Aperis tu manum tuam, &c. Cum autem hæc non sufficeret inopia nostræ, excogitauit Dominus facere aliam.

8. Vnde sapientia ædificauit non solum sibi, sed & nobis domum, de qua nobis spirituales effunderet bonitates, scilicet dona gratiarum, uirtutum, medicamentorum morborum, & huiusmodi, quæ nobis eò propinquior esset & magis ad manum quam ipsum cælum, de quo nobis effluunt bona naturæ, quod magis indigentibus bonis gratiæ quam bonis naturæ. Dominus ista uerus uirginis, qui nobis est horreum frumenti, cellarium uini & olei, apotheca uariæ medicinalis uirtutis & omnis aromatis speciei, & huiusmodi. Ideo dicitur Christo in persona omnium fidelium: Replebimur in bonis domus tuæ. Istud replebimur, uidentur dicere inanes & famelicæ. Siquidem ante aduentum Saluatoris in carnem, erat inopia & famis & carstitia in Ægypto, id est, in mundo, donec uerus Ioseph in beatâ uirginis quasi in granario suo frumenta congerisset ad satiam famem Ægypti. Genes. 41. Et bene dicitur: Replebimur: quia tanta est domus abundantia, quod nostram sufficienter replete potest inopia. Ideo dicitur pluraliter in bonis domus tuæ. Nostra autem inopia uel miseria consistit in tribus principaliter, quæ sunt, naturæ corruptio, uirtutum defectus, & abundantia uiciorum. De hoc triplici defectu Ierem. 4. Aspexi

terram, & ecce uacua erat & quasi nihili. Non dixit, aspexi hominem Dei signaculum, de quo Iob 38. Restituetur in lutum signaculum. Nec dixit, aspexi terram plenam, sed dixit, Aspexi terram, & ecce uacua erat. Et subdit, & quasi nihili: quia terra plena uepribus & spinis obstita, quasi nihil est in valore. Sic peccator uacuus uirtutibus & plenus uitiis & peccatis. Et bene dicit, Quasi nihili, & non omnino nihili: quia quando uiuit peccator, restat scintilla rationis, qua mediante potest per gratiam aliquid fieri. Beata autem Virgo supplet nostros defectus: quia impetrat ueniam de peccatis, ne simus quasi nihili: acquirit nobis gratiam, ne simus uacui, reparat naturam, ne remaneamus quasi lutum. Et non solum semel hoc facit, sed etiam quoties uerè penitentes ad ipsam confugimus. Et ideo forte non dixit Psal. implebimur, sed significantius dixit, Replebimur: quia non tantum semel replet nos, sed multoties nos reparat peccando exinanitos. Ideo dicit, replebimur, id est, iterum & iterum implebimur. Vel primo per eam replebimur animæ glorificatione. Secundo replebimur corporis immortalitate. Item primus defectus noster & prima paupertas nostra quæ est carere Deo, quæ repleta est & ditata, quando ipsa mediante paruulus natus est nobis, & filius Dei datus est nobis. Isa. 9. Ut habeamus pretium nostræ redemptionis, ad quam nullius opes sufficiebant. Secunda paupertas uel secundus defectus repletus est, quando repleti sunt omnes Spiritu sancto. Act. 2. Etsi enim aperta esset ianua paradisi in passione, tamen deerat nobis dux, qui nos regeret & duceret ad cælum: & datus est Spiritus sanctus in ducem. Sed quia sæpè facimus contumeliam Spiritui sancto peccando, & ita sæpè deserit nos, & deserti ab eo labimur à uia, ne lapsi deesset adiutorium quo mediane resurgerent, assumpta est Maria in cælum, ut lapsos erigat, cæcos illuminet, & soluat compeditos. Dicimus ergo filio Mariæ: Replebimur in bonis domus tuæ. In bonis pluraliter: nam tanta est ibi totius ueri boni abundantia, quod excedit inopiam totius creaturæ. Ideo de Christo dicitur: Gloria & diuitia, id est, gloriæ diuitiæ, in domo eius quæ est Maria. Hanc repletionem desiderabat qui dicebat filio uel etiam matri: Situi in te anima mea, ô Maria quæ es cella uinaria. Hanc etiam repletionem desiderat ipsa caro nostra, quæ multipliciter sitit, quia esuriendo, sitiendo, lassando non inuenit remedium in hoc mundo. Sitit ergo anima glorificationem, & caro immortalitatem, quæ utraque speramus nos habituros per eam. Ideo dicimus: Replebimur, &c. Si autem, queratur, quando, uel quomodo, uel à quo uel per quem diffusa est huic domui tanta plenitudo totius ueri boni, respondendum quod in filij conceptione de præcepto Dei Patris: & hoc designatum est Genes. 6. ubi dixisse legitur Deus pater uero Noë, id est, filio carnem sumpturo de Maria, quæ figuratur per arcam: Tolles tecum ex omnibus escis quæ mandata possunt, & conportabis apud te, & erunt tibi tibi quam illis in cibum. Istud inuenies plenè expositum. 1. 2. 3. de horto, ubi assignatur quomodo Maria nascit & potat suos con-

Supra nota
contra sibi
principaliter
in tri-

9. De tertia domo quæ est beatitudo æterna, dicit Dominus Ioan. 14. In domo Patris mei mansiones multe sunt. Item in Psal. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Item Baruch 3. O Israël quam magna est domus Dei & ingens, & cætera multa. Item de domo supercælesti exponitur istud: Replebitur in bonis domus tua. Item domum tuam Domine decet sanctitudo, &c. quia non intrabit in illam aliquid coinquinatum. Apocal. 21. Item de domo supercælesti dicit Psal. Beati qui habitant in domo tua Domine, &c. Igitur sapientia ædificauit sibi domum. Et hoc est quod legitur 3. Reg. 6. *Ædificauit Salomon domum, & consummavit eam.* Et nota, quod Salomon non solemnizauit de fundatione domus, sed de dedicatione. Fundatio domus Virginis, de qua non est solemnizandum: quia concepta fuit cum originali. *Dedicatio domus, sanctificatio Virginis in utero matris cito, vt creditur, post conceptionem; de hac solemnizandum.* Quæ sanctificatio fuit quasi quædam spiritalis dedicatio: quia tunc & ex tunc tota fuit Deo dicata, id est, data & appropriata: dedicare enim domum est ipsam Deo dicare, id est, dare & appropriare. Item 3. Reg. 9. Verba Patris ad Filium: Sanctificauit, dicit Pater vero Salomoni, id est, Filio, domum istam quam ædificauit: quia sapientia ædificauit sibi domum, vt supra, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum: & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Nomen Patris & verbum Patris, Filius Dei est. Hanc autem domum quasi ter sanctificauit Deus Pater. Magna sanctificatione, quando in utero sanctificauit eam. Magni in gratiæ repletionem, quando dicta est gratia plena. Maxima in Spiritus sancti superuentione & Filij Dei conceptione: quia maxime tunc Spiritus sanctus in ea fomitem ita penitus extinxit, quod nec etiam venialiter postea peccare potuit, sicut dicit Augustinus.

10. Sequitur: Et erunt oculi mei: quia vbi amor, ibi oculus. Et cor meum ibi: quia vbi est thesaurus hominis, ibi est & cor eius. Marth. 7. Maria verò thesaurus Domini est. Dicitur enim thesaurus & illud quod reponitur, scilicet virtutes & dona gratiarum & ipsum repositorium. Propter hanc sanctificationem vel dedicationem prædixit Dauid de Maria: Domum tuam decet sanctitudo Domine, ducens in longitudinem dierum. Et nota, quod primò ædificata est domus de lapidibus quadratis. Secundò textit eam Salomon totam ab interiori lignis cedrinis: & sic ædificauit quasi parietes ligneos intra parietes lapideos, & quasi domum ligneam intra lapideam. Tertiò autem ab intimo omnia cooperuit auro mundissimo, vbiq; lignis cedrinis laminas aureas affigens clauis aureis: & ita fecit parietes aureos intra cedrinos, & velut domum auream intra cedrinam: & sic tanquam domum vnam in tribus, & tanquam in vna tres. Et tale esse decebat triclinium Trinitatis. Exterior domus fuit lapidea, interior cedrina, intima verò fuit aurea. Hæc est domus salus Libani. 3. Reg. 7. quæ diuisa erat in duas partes, sicut dicit Magister in historia. Pars infe-

rior appellabatur Netota, id est, pigmentaria, quæ corinebat pigmenta & aromata Salomonis ad vsum templi & domus regis, quibus scilicet pigmentis & aromatibus designatur virginalis odor Mariæ. Pars superior dicebatur armaria, quæ continebat arma ad tuitionem regis & decorem domus, quibus armis designantur virtutes quibus Maria protegit Ecclesiam & bene regentes seipfos. Ab exteriori dicebatur domus saltus: quia vallata viridariis consitis arboribus, in quibus modulabantur aues quasi in saltu. Ecce orationes beate Virginis secretæ & mundæ, sine obstaculo directæ ad Dominum. Libanus candor vel candidatio, hoc est, virgo tota candida intus & exterius. Hanc domum fecit sibi rex Salomon, id est, Christus. Et hæc domus continet medicinam, scilicet Christus contra morbos peccatorum, & arma virtutum contra carnem & diabolum. Hæc arma, virginitas, paupertas, humilitas. Singula singulis. De hac domo plura habuisti titulo, Gratia plena circa finem capituli. Item lapidis materia sumpta de Libano est, id est, de candore, scilicet Virginis purissima carne, hoc quoad templum corporis Christi. Vel idem materia corporis Christi comparatur lapidibus Libani: quia virgo fuit quasi lapidea, id est, dura & insensibilis & impenetrabilis omnibus iaculis, id est, insidiis inimici tanquam lapis.

Item de hac domo dicit Psal. 25. Domine dilexi decorem domus tuæ, &c. Decor huius domus maxime in duobus consistit. In carentia omnis mali, & ornatu omnis boni. Vel in ornatu omnis virtutis interioris, & omnis boni operationis exterioris. Sequitur. Et locum habitationis gloriæ tuæ, id est, filij: quia gloria patris filius sapiens. Prouerb. 10. secundum aliam translationem. Moraliter. Decor domus Domini est pulchritudo fidelis animæ, quam Deus delectatur inhabitare. Vnde dicit Prou. 8. deliciae meæ esse cum filiis hominum. Et consistit iste decor in duobus supra dictis, vt dictum est. Sequitur. Et locum habitationis gloriæ tuæ. Quasi diceret: Ad hoc diligo animam meam vt inhabitet ibi gloria. Hæc est domus cui Dominus volens in ea multo tempore pacifice habitare, dixit in suo ingressu Marth. 10. Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea, potest suppleri, vt hoc intelligatur de motibus sensualitatis.

Hæc domus orationis actiue & passiue, de qua Dominus dicit Isa. 56. Domus mea, id est, Maria, quam ego nouem mensibus corporaliter inhabitavi, domus orationis vocabitur cunctis populis, quibus dicit Ecclesia: Omnis homo omni hora ipsam ora, &c. Actiue: quia assidue orat pro populo Christiano, & maxime pro amicis suis exemplo Ieremiz de quo 2. Machab. 15. dicitur: Hic est qui multum orat pro populo & pro ciuitate ista. Ideo Eccli. 1. In magna domo, hoc est, in Maria, audis est sonus suspirantis plenus: quia orationes eius aromaticæ sunt filio & tori Trinitati. Passiue: quia iugiter a nobis est exoranda. Hæc est de qua Isa. 6. Domus impleta est fumo, id est, Maria gratia contemplationis. Hæc est de qua dicit Dominus Isa. 66. Domum maiestatis

meæ

meæ glorificabo. Qui ergo cum Domino Mariam pro posse suo non glorificat, erit ignobilis. Vnde ipsa dicit cum filio. 1. Reg. 2. Qui contemnunt me, erunt ignobiles.

13. De hac domo dicitur Aggæi 2. Veniet desideratus Christus cunctis gentibus, & implebit domum istam: quia gloria patris filius sapiens. Item ibidem: Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quam primæ. Et in loco isto dabo pacem. Prima domus Eua, secunda Maria. Gloria Eua, quod manu Domini formata est in paradiso de substantia Adæ. Gloria Mariæ in infinitum maior: quia de purissima substantia eius formata est caro Christi, cuius pretio redemptus est mundus, & quod per partum ipsius per Euam perditus nobis restitutus est paradisos. Itē Psal. In multiudine misericordiarum tuarum introibo in domum tuam, o Christe, per fidem scilicet & dilectionem. Maxima siquidem misericordia Dei est infundere alicui gratiam diligendi matrem suam. Item de hac domo dicitur. Luc. 10. Mulier, id est, Maria mollis misericordia & benignitate, quædam, id est, singularis, Martha nomine, quæ Syriacè interpretatur dominans, & signat Mariam, quæ interpretatur domina, excepte illum, scilicet Iesum, qui est vera salus, in domum istam, id est, in vterum virginalem, &c. Moraliter. Martha corpus cuius est ministrare, Maria spiritus cuius est sabbatizare. Iesus loquitur & libenter auditur, cuius est euangelizare. In tali domo Iesus, id est, vera salus libenter hospitatur, & totam spiritualiter spiritualem procurat familiam. Aliter. Mulier, id est, anima mollis & tractabilis per pietatem & obedientiam, si sit quædam, id est, singularis diligens contemplationis secretum & à se remouens vitorum strepitum, si sit etiam Martha, id est, dominans vt dominetur suæ sensualitati, excipiet per hospitalitatem Iesum, id est, veram salutem in domum suam materialem, vel in domum cordis & corporis sui, &c. Item de hac domo Ioel. in fine: Fons, id est, Christus, egredietur per carnalem natiuitatem, de domo Domini, id est, Maria, & irrigabit, sua prædicatione, vel in sua passione vbi fudit de suo corpore sanguinem & aquam ad ablutionem nostram. Vnde Apoc. 1. Dilixit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo cum quo exiuit aqua, torrentem spinarum, id est, conscientias peccatorum quæ velut torrens fluunt in mare mortuum.

14. Ecclesia domus sapientiæ, de qua istud exponitur. Sapientia ædificauit sibi domum. Huius domus septem columnæ, septem Ecclesiastica sacramenta, quibus Ecclesia fulcitur & sustentatur in gratia & virtute. Porta huius domus baptismus his qui nunquam ingressi sunt, penitentia his qui semel ingressi postea qui facti exierunt. Vel septem columnæ septem virtutes, tres theologice & quatuor cardinales. Fundamentum fides Catholica, quæ totum supportat ædificium virtutum, & sine qua non consurgunt: quia sine fide impossibile est aliquid placere Deo. Hebr. 11. Porta baptismus sine quo in Ecclesiam non intratur, scilicet sine baptismo fluminis, vel fluminis, vel sanguinis.

15. Religio domus sapientiæ, de qua domo dicitur: Deus qui inhabitare facit vnus moris in

domo. Item, Domum tuam decet sanctitudo, &c. Item, Elegi abiectus esse in domo Dei, &c. Fundamentum huius domus paupertas: quæ immobiler stetit hoc fundamentum, tandiu stetit firmiter religio: sed sicut necesse habet domus corruere, vacillante fundamento, sic corruit religio in oculis Dei, quidquid appareat exterius, paupertate fugata. Ideo dixit quidam sanctus, quod religio suffocauit matrem suam, id est, paupertatem. Vel aliter, scilicet quod diuitiæ suffocauerunt matrem suam, id est, religionem. Sed ad nihil aliud student modo multi qui religiosi apparent, nisi vt destruant hoc fundamentum, volentes ædificare sine fundamento quod est impossibile. Quadratura huius domus sicut domus religiosa debet esse quasi quadrata, quatuor illa quæ signanda sunt his qui subintrant religionem, vt sic fiant quadrati, vel quadri, vel quadranguli. Primum, carnalia desideria. Secundum, mundi concupiscibilia. Tertium, voluntas propria. Et quartum, carnalium parentum carnalis amicitia: quia spiritualiter debent eos diligere, sed non carnaliter. Vel quadratura illa quam docet ipsa sapientia Sap. 8. Sobrietatem enim & prudentiam docet & iustitiam & virtutem, quibus vitilius nihil est in vita hominibus. Sobrietatem appellat temperantiã, virtutem verò fortitudinem, prudentiam & iustitiam nominibus suis. Bona profectò quadratura qua vitilius nihil est in vita hominibus: quia ipsa vita est in hominibus, vita scilicet non carnis, sed spiritus, vita vitilis & multo vitilior quam vita carnis. Ostitium quo verè intratur, potest dici obedientia, per quam quisquis non introierit, quidquid ei videatur, semper tamen foris est merito, etsi sit intus numero. Asseres huius ostij, proprietates obedientiæ. Duo ostiola, obedire in aduersis & prosperis. Superliminare & limen quod est inferius obedire pro honore Dei & utilitate propria. Ferratura firmum propositum tenendi vortum obedientiæ. In castratura asserum charitas fraterna. Ianitor sollicitus timidus & præcauens sibi, timor mortis, timor iudicij & gehennæ. Clauis eius assidua recogitatio gehennalium, vbi sunt mallei percipientes parati stultorum corporibus. Paries orientalis, spes æternæ beatitudinis: occidentalis, timor æternæ damnationis: meridionalis, temperantia in prosperis: & aquilonaris, patientia in aduersis. Hæc quatuor instar parietum nociua excludunt, nec sua contraria permittunt ingredi, quæ sunt desperatio, præsumptio, superfluitas, & impatientia. Fulcitur hæc domus septem columnis: Primæ duæ, obedientia & reuerentia superioribus. Tertia & quarta, consilium & auxilium coequalibus. Quinta & sexta, correctio & disciplina subiectis. Septima, indicium veræ confessionis ad seipsum. Huius domus ostium discretio, quæ admittenda quæ repellenda. Fenestæ, pietas & misericordia, quæ ferunt nos extra ad proximos. Tectum, patientia vel contemplatio quæ ascendit superius. Thren. 3. Leuabit se super se. Profundum timor, superius spes, latum dilectio, id est, charitas; longum perseverantia in bono sine qua mo saluatur.

Sapientiæ quarta domus, quælibet fidelis anima quam Christus ædificat sibi in plasmatione

16.

Anima fide-

In domus
sapiencia

tione corporis & infusione animæ: sed nondum inhabitat fordes originalis, donec deducatur in baptismo. Hæc est dignitas hominis super alias creaturas, quod ipse ad hoc ædificatur & fit, vt sit trichinium totius Trinitatis. Vnde Dominus dicit Prouerb. 8. Deliciaz meæ esse cum filiis hominum. Væ autem homini illi qui tantum habitatorem à se eiecerit. Væ qui eiecerit peccando iterum in domum suam non reuocauerit penitendo. Certè melius illi erat si natus non fuisset homo ille. Huius ergo domus materia corpus & anima. Vel quasi quædam spiritalis materia ligna Libani, & Sethim, aurum & ebur, & lapides, & cætera de quibus supra. Septem columnæ, septem gratiæ Spiritus sancti, quas recipit baptizatus. Vel septem virtutes theologicæ & cardinales. Vel septem illæ quas Iacobus enumerat, de quibus dictum est supra. Vel aliæ septem quæ conueniunt penitenti & fundantur super bonam tristitiam, de quibus legitur 2. Corinth. 7. Prima, sollicitudo emendandi delictum. Secunda, timor recidendi. Tertia, indignari sibi, quia Deum offendit, & defendere se ab aduersario. Iacob. 4. Resistite diabolo. Quinta, desiderium proficiendi. Sexta, æmulatio melioris vitæ. Et septima, vindicta, vt scilicet homo vindictam de carne accipiat, per quam deliquit, & dicat cum Iudic. 11. filiz suæ, id est, carni. Heu me filia mea decepisti me, & decepta es. Item sciens Dominus domum nostram esse debilem & pronam ad lapsum, mittit nobis iterum fulciendam. Vel aliæ septem columnæ quæ fulciunt eam & quasi releuant, sunt contritio quæ releuat a parte cordis, confessio, oratio, & ieiunium quæ à parte oris, satisfactio & elemosyna à parte manuum, lachrymarum effusio à parte oculorum, auditus verbi Dei & clamoris pauperum à parte aurium, disciplina à parte rerum, & ire ad Ecclesiam & visitare miseros à parte pedum.

17.

Tectum quod dicitur a regendo: quia Filius Dei ibi tectus veste carnis cum prius esset quasi nudus, id est, purus Deus. De tertio dicit Psal. in figura Christi: Factus sum sicut passer solitarius in tecto, id est, in vtero virginali, quem solus inhabitauit. Quare titulo de aibus, quare Christus comparatur passeri. Leuit. 14.

Ades quæ dicitur ab edendo. Vnde Plautus: Si vocassem vos etiam edere ad prandium. Ibi enim comedit Christus fauam suam cum melle suo. Cant. 5. Vnde Ezech. 44. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino.

Trichini, id est, trichinium quod non ponitur in versu. Isidorus dicit quod trichinium est cœnaculum à tribus lectulis discumbentium, apud virtutes enim vbi conuiuij apparatus exponebatur, tres lectuli strati erant in quibus discumbentes epulabantur.

Clinum enim Græcè, lectus vel accubitus Latine, & à tribus clinum componitur trichinium.

CAPVT XXXI

Maria templum.

Templum. Vnde in Psal. Replebimur in bonis domus tua. Et sanctum est templum tuum mirabile in æquitate. Domus propriè hominis est templum Dei. Idè beata Virgo dicitur domus & templum: quia fuit habitatio Dei & hominis. Hoc templum dedicatum fuit & sanctificatum in sanctificatione beate Virginis. Vnde dicitur: Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Dicitur autem templum quasi tectum amplum: & ipsa est ampla charitate, præsidio, pietate. De hoc templo dicit Psal. ad Christum: Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Maria templum: quia per eam preces portigimus ad Christum. Sanctum, sicut habes titulo de sanctitate eius. Mirabile in æquitate, id est, in incarnatione. Quod dicitur æquitas: quia iustum fuit vt qui fecerat, reficeret. Item vt qui occasione ruinæ dederat, damnum solueret. Idè dicit Ionas in persona Christi quasi loquens Patri & Spiritui sancto: Si propter me orta est tempestas, mitte me in mare. Item vt sicut per hominem vnum mors, ita per vnum hominem vita. Item vt sicut filius medius erat in personis, sic esset medius in naturis. Quomodo hoc templum mirabile, quare titulo, quod Mariæ debemus benedictionem.

In hoc templo Domino offertur. Et in vtero beate Virginis obtulit Filius Patri humilitatem qua hominis superbiam expiauit. Et idè hoc templum dicitur mirabile in æquitate. Mira æquitas: quia imus superbe aspirauit ad summum, idè summus se humiliavit ad infimum.

Dominus adoratur. Et matre adoratur filius. Vnde: Adorabo ad templum sanctum tuum. Et iterum: Adorant Dominum in aula sancta eius. Hoc ascenderunt tres magi Matth. 2. adorantes matrem cum filio quem tenebat in gremio, sicut creditur ea hora.

Domus exoratur. Quod fit quando dicimus ei: Memento salutis auctoris, &c. Item cum dicimus ei illud Ierem. 14. Solij gloriæ tuæ recordare, &c. Quare supra titulo de throno & solio. Moraliter. Matth. 6. Cum oraueris, intra in cubiculum tuum.

Domino sacrificatur. Quod maximè fuit, quando mater in filio martyrisabatur. Idè & quoties pro mundi salute Dominum exorabat in spiritu humilitatis & in animo contrito. Dan. 3. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. quod repellat diaboli tentamenta Iob 2. Amici Iob, id est, demones qui se fingunt amicos vt decipiant, non audent tentare quos vident dolere & contritari pro peccatis. Vnde ibi dicitur: Nemo loquebatur ei verbum, videbant enim dolorem eius esse vehementem.

Intus & exterius crucibus insignitur. Interius per memoriam passionis, exterius per eius imitationem. Vnde dicit ei filius Cant. 8. Pone me vt signaculum, &c. Exod. 12. Pone de sanguine agni in superliminari, & super vtrumque postem.

In hoc templo reliquæ reponantur, id est, exempla sanctorum ad imitationem. Vnde Ioseph, id est, Christus, percipit fratribus suis. Vnde in fine, vt tolleret ossa eius, id est, facta membra ad imitationem: quod constat per ostentum scilicet beate Virginis. Vel pretiosa reliquia, que fuerunt repositæ in hoc templo. Pater Dei clausus in vtero virginali. Vel etiam charitatis omnium gratiarum. Propter hoc etiam preceptum est Exod. 28. vt in eadem sacris locis portarent nomina duodecim filiorum Israel in rationali, quod erat supra pedus per memoriam, & in superhumerali per operis imitationem.

Aqua benedicta aspergitur. Aqua gratia. Vnde gratia plena. Vel aqua Scriptura sapientie salutaris quam Maria habuit super omnes. Habuit etiam aquam lachrymarum, maximè tempore Dominicæ passionis, & æquam deuotionis omni tempore vitæ suæ. Moraliter. Aqua lachrymarum quæ benedicta est, quia beati qui lugent Matth. 5. fugent diabolum. Quod significatum fuit, 3. Reg. 18. vbi Elias mandauit Achab: Iunge currum te occupet te pluuia, scilicet lachrymarum. Et statim fugit Achab, id est, diabolus. Et nota, quod in aqua benedicta ponendum est sal, vt discretè pleret quis & ex debita causa. Alligata istud licet habeatur ibi, beati qui lugent. Et hæc salis appositio signata est, 4. Reg. 5. in facto Elisei qui saluit aquas Iericho.

Erant mensa propositionis, altare thymiama-tis, & candelabrum cum septem lucernis, vt in anima sit scripturæ reflectio quæ per mensam. Ierem. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.

Altare thymiama-tis fides, quod erat de lignis Sethim. Exod. 30. quia articuli fidei incorruptibiles sicut ligna Sethim. Candelabrum luminis ductile, cor scilicet, quod est quasi sol in microcosmo, ductile per obedientiam & patientiam. Septem lucernæ, septem dote illuminata templum istud. Hæc omnia superexcellenter faciunt in templo Domini, id est, in Virgine gloriosa.

Cantatur & psallitur. Vnde: In templo eius omnes dicunt gloriam, ad honorem filij glorificando Mariam. Ipsa etiam cum sit regina & dux chori virginæ, non cessat Domino canticum illud nouum decantare, de quo dicitur Apocal. 14. Nemo poterat dicere canticum, &c. Sacerdos huius templi Christus Dominus. Vnde: Dominus in templo sancto suo, sicut sacerdos. In medio huius templi suscipimus misericordiam Dei, id est, filium de pura misericordia nobis datum à Patre. Vnde dicitur Pater: Suscepimus Deum misericordiam tuam in medio templi tui, quod fuit vterus virginæ. Vel misericordiam, quæ est, remissionem peccatorum nostrorum: quæ est hæc venit filius Dei in hoc templo, vt saluaret faceret populum suum à peccatis eorum, sicut dicitur Matth. 1.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Templum Domini dignoscitur multiplici signo. Primum ex eo quod habet capitium, id est, lecteuer ad Orientem. Caput cor. Qui ad Deum habet cor, ad Orientem respicit duplici oculo, intellectu & affectu, vel cogitatione & dilectione. Qui ad Occidentem, id est, ad mandatum habet cor, & hunc Orientem adorauit, scilicet Christum, templum diaboli est. Secundum si habet crucem fidei vel disciplinæ vel ordinatæ correctionis morum: alioquin domus potius diaboli quam Dei. Tertium imago Crucifixi. Anima tua imago Dei est: sed debet affigi cruci spirituali per obedientiam. Et ipsa caro per mortificationem cruci penitentia. Hæc est crux gemina similis cruci Christi. Post hæc scribendum de templo Dei est: sed debet affigi cruci spirituali per obedientiam. Et ipsa caro per mortificationem cruci penitentia. Hæc est crux gemina similis cruci Christi. Post hæc scribendum de templo Dei est: sed debet affigi cruci spirituali per obedientiam. Et ipsa caro per mortificationem cruci penitentia. Hæc est crux gemina similis cruci Christi.

Basilica. Dicit Isidorus, quod antiquius regiz habitationes dicebantur basilicæ à basileos quod est rex. Nunc autem ideo templum basilica nominatur: quia ibi regi omnium seculorum cultus & sacrificia offeruntur. Maria verò habitatio regis celestis qui de ipsa dixit in Psal. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, &c. ipsa enim significata est per basilicam regis Aethiopiæ, de qua legitur Esther.

Sanctorum sancta. Sancta iuxta veteres exteriora templi sunt. Sancta verò sanctorum locus templi secretior, ad quem nullius erat accessus nisi tantum sacerdotis. Dicta autem sancta sanctorum: quia exteriori oraculo sanctiora, sicut Cantica canticorum, quia canticis vniuersa præcellunt. Mariæ verò rectè dicitur sancta sanctorum Dan. 9. solum in se suscepit. Vel corpus Virginis potest signari per sancta, anima eius per sancta sanctorum. Super illud Luc. 1. quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei, dicit Augustinus: Vere sanctum & sanctum sanctorum. Vnde & illa loca sancta sanctorum dicuntur, quæ illa seruabant quibus ille figurabatur, qui velociter solus sanctus sanctorum dicitur.

Sacrari, id est, sacrarium quod non ponitur in versu. Er est propriè sacrarium locus templi in quo sacra reponuntur, sicut donaria dicuntur illa loca templi in quibus reponuntur quæ offeruntur in templo. A ferendis ergo & deponendis sacris nuncupatur sacrarium: in hoc enim sacratio, id est, beata. Virgine repositi fuerunt sacri libri per scientiam vtriusque Testamenti. Ibi sacra vestimenta: quia vestitus fuit & ornata virtutibus vniuersis. Vnde dicitur circumstantia varietatibus. Vel qui sanctissima & mundissima humanitate vestitus vniuersum Dei. Ibi reliquiæ, scilicet bestiantia membra Christi. Ibi sacra vasa ministerij diuini.

Propitiatori, id est, propitiatorium dicitur, quasi propitiatiois oraculum. Propitiatio enim placatio est. Oraculum autem dicitur ab ore, id quod inde responsa redduntur & oracula. Penetrans secreta sunt oracula dicta ab eo quod est penetrare, hoc est, penetrare. Exod. 27. Fecit Iacob propitiatorium, id est, oraculum de auro mundissimo: adhibuit tabulam & dimidij in longitudine, & cubiti, ac semis in latitudine.

As

latitudine;

latitudine. Duos etiam Cherub ex auro ductili, quos posuit ex utraque parte propitiatorij. Cherub unum in summitate vnius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius. Duos Cherub in singulis summitatibus propitiatorij, extendentes alas & regentes propitiatorium, sese mutuo & illud respicientes. Expone diligenter de beata Virgine. Super 8. ad Hebr. dicit Glossa, quod in tabernaculo erat super arcam propitiatorium, scilicet tabula eiusdem longitudinis & latitudinis cuius arca, & erat de auro purissimo: & dicebatur propitiatorium vel oraculum, quia Angelus Domini ibi Moyse apparebat loquens quod propitiaturus erat Deus filiis Israël. Et super propitiatorium erant illi Cherub, id est, imagines gloriosissimæ decoratæ ac sese contuentes versis vultibus in propitiatorium. Per hoc autem propitiatorium signatur Maria, cui datum est à tota Trinitate ut sit nostra propitiatrix ad filium ostensum, pro peccatis nostris ipsum pro nobis orando, & eiventrem in quo portavit & vbera quæ fuxit representando.

7. Porticus, id est, vestibulum. Secundum Isidorum porticus dicitur, quod transitus sit magis quam ibi standum, sicut porta: sed porticus semper aperta est, porta quandoque clauditur. Vestibulum dicitur ex eo quod ibi vestiuntur fores, aut quod auditum tecto vestiatur aut stando. Maria figurata est per porticum templi Salomonis. 3. Reg. 6. ubi sic legitur: Porticus erat ante templum. 20. cubitorum longitudine iuxta mensuram latitudinis templi, & habebat. 10. cubitos latitudinis ante faciem templi. Sicut enim ingredientibus templum patebat iugiter hæc porticus, & per illam intrabatur in templum & primitus occurrebat: sic Mariæ misericordia semper patet existentibus in hac vita, & per illam intratur in Ecclesiam militantem merito, & in triumphantem premio: & prima omnium sanctorum occurrit ad adiutorium nostrum, & ad suscipiendum amplexum pietatis ad filium suum per penitentiam revertentes, sicut apparet in Theophilo.

8. Porta. Secundum Isidorum porta dicitur à deportando: antiqui enim volentes facere civitatem signabant strato muros: & ubi portam volebant facere, aratrum sustollebant & portabant, & portam vocabant. Idem verò dicit, quod porta est qua potest aliquid vel importari vel exportari, & est propriè porta urbis vel castri. Maria siquidem porta est Ierusalem civitatis supernæ, de qua dicit Ezech. 44. Converti me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad Orientem, & erat clausa. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, & non aperietur: & vir non transibit per eam: eritque clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Domino. Per viam vestibuli portæ ingredietur, & per viam eius ingredietur. Ostendit Propheta in principio, quod qui ad viam portæ conversus non fuerit, portam sibi non meretur ostendi: non enim dictum est Ezechieli: Porta hæc antequam ad viam portæ se converteret. Porta hæc beata Virgo, quæ bene porta sanctuarij exterioris, id est, Ecclesie militantis dicitur: nam sanctuarium interius sanctum est, cuius porta

patet à quo Christus exiit, & per portam sanctuarij exterioris, scilicet Mariam intravit in mundum. Bene etiam porta, per quam & Deus ad nos & nos accessum habemus ad Deum: nam antequam ipsa fieret porta, erat quasi murus continuus dividens inter nos & Deum: & idè pauca aut nulla celebrabantur commercia Angelorum & hominum. Facta est autem porta, & factum est admirabile commercium, & deinceps terrena cœlestibus sociata. Via huius portæ humilitas est, per quam Christus venit ad eam, quando rege existente in accubitu suo nardus Mariæ dedit odorem suum. Titulus de humilitate. Per hanc etiam viam solam nobis ipsi ad Virginem patet accessus. Eius quoque propriè hæc via dicitur: quia per eam singulariter ambulavit illa, quæ in humilitate nec primam similem habuit, nec sequentem habitura est. Bene autem non solum porta, sed & via respicere dicitur ad Orientem: quia illa sola via, id est, humilitas commendabilis est & ad Virginem ducit, quæ propter Deum est. Oriens enim Christus est. Zachar. 6. ad quem illa humilitas respicit, quæ propter Deum est, ipsum & exemplar habens & expectans in primum: illa enim humilitas quæ propter Deum non est, potius ignobilitas dici debet. Est enim qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Eccli. 19. Non respicit ad Orientem ambitiosa humilitas, quæ ut dominetur aliis, prius servit. Vnde diabolus tentans Christum de inani gloria Marth. 4. dicit illi: Mitte te deorsum. Aliqui siquidem se faciunt inferiores & mittunt se deorsum, ut de ipsa sua humilitate interius gloriantur.

9. Sequitur. Et erit clausa. Et nota, quod hæc porta ter clausa dicitur: quia Maria Virgo ante partum, & in partu, & post partum. Sequitur. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, &c. Ecce testimonium totius Trinitatis de æterna virginitate beatæ Mariæ. Vnus enim Dominus, una fides. In eo etiam quod dicitur, Vir non transibit per eam, perfecta commendatur carnis eius integritas, quam non attingit vir eius Ioseph. In hoc quod sequitur, eritque clausa principi, ostenditur quod mens eius nulli patuit tentationi diaboli qui dicitur princeps mundi, Ioan. 14. sicut caro eius virilem nefciuit attractum. In hoc ergo quod dicitur, Vir non transibit per eam, carnis integritas. In hoc quod sequitur, eritque clausa principi, perfecta mentis munditia commendatur. A qua duplici integritate propriè & singulariter virgo dicitur illibata. Vel principi clausa dicitur, id est, ad honorem principis, id est, Christi, cui clausa dicitur: quia ad hoc ut solus sederet in ea, sicut ibidem dicitur, omnibus aliis clausa fuit. Vel principi, id est, ipsi Archangelo Gabrieli. Vnde non dicitur: Ingressus in eam, sed ad eam. Luc. 1. licet in quosdam alios boni Angeli disungunt ingressi. Vnde Ezech. 1. Ingressus est in me spiritus. Et Zach. 2. Angelus qui loquebatur in me. In hanc verò portam soli Domino debebatur ingressus. Vel principi, id est, peccato quod principatur quibusdam, contra quos Apostolus ad Rom. 6. Non peccatum regnat in nostro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius. Sequitur.

10. Sequitur. Princeps ipse sedebit in ea. Princeps ipse, quæ non alius, sedebit in ea, per assumptionis carnis humilitatem. Nota. Qui sedebit, in parte prostratus est & in parte erectus. Sic Dei Filius in natura humana prostratus, in divinitate fuit erectus. Vnde in Psal. Si non Moyses electus eius fuerit in constitutione. Christus enim signatus per Moysen, in passione dicitur ut Deus, contractus est ut homo, ut comedat panem coram Domino. Panis enim fieri voluit tam panem. Ioan. 4. Manifestus est facere voluntatem Patris mei. Quis panem vel cibum non comedit, nisi carnis assumptione. Nota enim laborare vel pati potest, nisi carnis assumptione. Vel sic: ut comedat panem coram Domino: quia ab instanti sui conceptionis illa beata anima Dei virtute fruebatur. Vnde dicit: Protidebam Dominum in conspectu meo semper. Et hoc est quod dicit, totam Dominum.

11. Sequitur. Per viam vestibuli portæ. Beate ergo Maria porta orientalis: quia per eam ingressus est in mundum verus Oriens, id est, Christus, & per eam orient in nobis gratia, & patet accessus ad verum Orientem, qui verus est ex ea. Ipsa etiam principium ortus nostri ad vitam. Porta verò occidentalis fuit nobis Eua, quæ fuit principium ortus nostri ad occasum & mortem. Vnde dicitur Eccl. 17. A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes moriuntur.

12. Item hæc porta illa de qua dicitur Ezech. 46. Porta arrij interioris, quæ respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus in quibus opus sit. Die autem sabbati aperietur, &c. quia Maria clausa fuit ad humanam peccandi consuetudinem, aperta verò ad introducendos nos in requiem & pacem peccatorum in presenti, & in futuro in æternam requiem, & in illam pacem quæ semper est duratura. Et paulo post dicitur de porta illa: Porta autem non claudetur usque ad vesperam: quia usque ad finem vite nostræ semper possumus invenire misericordiam apud matrem misericordie, & usque ad finem mundi. Vnde dicit: Usque ad futurum seculum non desinam, scilicet miseris misereri & pro peccatoribus advocare. Sequitur. Et adorabit populus terre ad ostium portæ illius, etiam sabbatis & in Kalendis castam Domino Deo. Num sabbatum specialis est dies eius.

13. Item Maria porta cœli. Vnde Genes. 28. Terribilis est locus iste, non est aliud nisi domus Dei & porta cœli. Idè etiam canitur de ea. Felix cœli porta. Ipsa porta qua cœli rex venit in mundum. Vnde canitur ei: Tu regis aki ianuam. Ipsa porta lucis: quia per eam verus sol iustitiam totam illustravit & illustravit Ecclesiam & sollem animam rutilis gratiarum. Vnde dicitur: Et porta lucis fulgida. Eua siquidem fuit porta tenebrarum: quia per eam intraverunt in mundum tenebre culpe peccati & totius miserie. Nobis etiam porta lucis est: quia per eam egredimur ab illis triplicibus tenebris, & ingredimur ad lucem quæ Christus est, & ad locum gratie virtutum & meritorum & beatitudinis glorie. Et hoc est quod Maria dicitur in ipsa luce lucis ianuam, portarum precipuam, patens regi glorie. Qui servavit veniens, nec confre-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ

git exiens, seras pudicitie. Vnde. Quoniam confortavit seras portarum tuarum, &c.

Item ipsa designatur per portam templi, quæ dicebatur speciosa Act. 3. ad quam debemus sedere & mendicare, exemplo illius claudi quem sanavit ibi Petrus dicens ei: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Hæc enim duo summè nobis sunt necessaria, scilicet surgere à peccato, & ambulare de virtute in virtutem passibus fidei & bonorum operum, qui claudicamus à feminis nostris.

Item in illa liberali Ierusalem erant antiquitas novem porte. Et qualibet illarum figurabat Virginem, quæ est porta cœli, ut dictum est, propter aliquam virtutem specialem.

Figurabat porta grecæ innocentiam Virginis. Vel porta grecis dicitur: quia innocentibus præcipue patet.

Vallis humilitatem. Vel porta vallis quia humiles in paradysum introducitur.

Fontis quidem vel virginitatem: quia ipsa est fons signatus, vel quia fidelibus & pacis maximo patet.

Serquilinij paupertatem: quia Virgo recedit à se quicquid in mundo videbatur pretiosum, & omnia reputavit ut stercorea ut lucrificeret Christum. Vel quia etiam fortes peccatores admittit, si ipsos inveniat penitentes.

Piscium, qui tondantur fluctibus, & ibi impugnantur, patientes persecutionem, Et quis recipit tales.

Aquarum pluraliter abundantiam gratiarum & donorum. Vnde, Gratia plena. Vel multitudine lacrymarum filio patiente.

Verus, charitatem, quæ est verus mandatum 1. Ioan. 1.

Iudicij, discretionem.

Equorum, predicationem & doctrinam quam docuit Apostolus, qui fuerunt equi Domini. Vnde Abac. 3. Viam fortis in mari equis tuis, id est, in mundo, &c.

16. Fenestra, quæ secundum Isidorum dicitur ex eo quod sonaret lucem, quæ Græcè dicitur for. Vel ex eo quod homo intravit foris videretur. Vel ex eo quod donum lucem ministraret. Vel sicut alij dicunt, fenestra quasi fetens nos extra. Maria siquidem peccibus suis, meritis, & exemplis educit ab angustia & tenebris peccatorum in latitudinem & lucem virtutum, servientes sibi & suos amatores. Et sicut mediante aperture fenestras illustratur solari iubare domus interior. Sic aperiente Maria os suum ad orandum pro nobis, illustratur conscientia nostræ gratioso lumine Salvatoris. Vnde & dicitur illuminatrix. Ipsa enim figurata est per fenestram crystallinam secundum quod tradunt Hebræi, quam fecit Noë in arca, quæ signabat Ecclesiam, quæ scilicet fenestra excluderet aquam inquantum fenestra, & per hoc quod crystallina, illuminabat arcam. Et bene Maria fenestra crystallina: quia sicut crystallus rore cœlesti humectatur, & soli subiecta incorrupta patet igniculum, sic rore cœlesti madefacta Maria, sicut floret, peperit Christum Iuxta Ecclesiam. Vnde eleganter dicit quidam propheta: Si crystallus sit humectus, & rore soli sit subiectus, scintilla igniculum. Nec crystallus rumpitur, nec in partu solitur pudoris signaculum. Vel

Per hanc fenestram transitum habuit columba, quæ cœlestium diluuij indicauit, & salutem attulit. Item ipsa fenestra vitrea, illuminans totam Ecclesiam exemplo suæ puritatis, quæ notatur in vitro. Quæ etiam instar fenestræ vitreæ, sine suæ integritatis læsione suscepta in conceptu, & emittit in partu solem iustitiæ. Vnde quidam ex verbis Augustini: Vt solis radius intrat innoxius fenestram vitream, sic Dei Filius imò subtilius aulam virginæ. Item ipsa figurata est. 3. Reg. 6. per fenestras templi obliquas, id est, arcuatas desuper, quarum exterioritas angustior, propter tempestatum repulsionem, interioritas diffusior, propter luminis ministracionem. Item ipsa est fenestra, de qua canit Ecclesia: Intrent vt astra stebiles, cœli fenestra facta es. Quære causa 25.

17. Scala Iacob, de qua legitur Genes. 28. Vidit Iacob in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cœlum, Angelos quoque ascendentes & descendentes per scalam, & Dominum innixum scalæ. Nota, quod dignitas Mariæ, quæ signatur per hanc scalam, non ostenditur nisi in somnis: quia oportet animam sopitam esse à curis secularibus & occupationibus exterioribus, quæ videre appetit, id est, intelligere dignitatem & altitudinem eius. Vnde Num. 12. Si fuerit inter vos Propheta, in visione apparebo ei, vt scilicet sensus exteriores ab illicitis consopiantur. Nec ostenditur eius excellentia, nisi lucantibus contra vitia & peccata, qui designantur per Iacob. Hæc omnia habes titulo de scala religionis. Maria scala, cuius latera sibi apposita, virginitas & maternitas, quæ non facerent scalam, nisi coniungerentur. Scallones gradus templi Salomonis, vel illi qui notantur ibi, Missus est Gabriel. Pes huius scalæ paupertas, qua contempsit omnia carnalia & mundana. Vnde describitur Apoc. 12. lunam habens sub pedibus. Quære in illo sermone: Signum magnum apparuit, &c. Cacumen humilitatis qua attigit vique ad cœlum, non solum æreum, vel sydereum, sed empyreum, scilicet vsque ad sedentem in throno Dominum maiestatis. Vel pes huius scalæ virginitas carnis, quæ inferius est, cacumen humilitatis mentis. Pars etiam huius scalæ superior, contemplatio Mariæ in Deum, pars inferior compassio & pietas eius ad hominem. Ipsa enim velut quidam aqueductus seu canalis haurit superius per orationem aquam viuam de fonte viuo, qui apud Deum est quam refundit inferius, sicut ostenditur titulo, quod ipsa dicitur aqueductus. Item mediante scala ab alto descenditur ad imum, & ab imo conscenditur ad summum: & ipsa mediante descendit Filius Dei ad nos, illectus humilitate ipsius. Vnde dicit Augustinus: Facta est certè humilitas Mariæ scala cœlestis, per quam Deus descendit ad terras, per ipsam nihilominus conscendimus in cœlum, qui per Euam cecidimus in miseriam huius mundi. Dicitur ergo hæc scala stare super terram, & cacumen eius tangere cœlum: quia mediante Maria terrena cœlestibus vniuntur, sicut scala illa quodammodo cœlum tertæ coniungere videbatur.

18. Sequitur. Angelos quoque ascendentes & descendentes per scalam, id est, propter scalam.

Angeli siquidem descendebant ad ipsam visitandam, vnde Missus est ad eam Gabriel: & ascendebant sancta eius desideria, sanctas orationes & piæ lachrymas Domino nuntiantes, quod est officium Angelorum. Et hoc est quod ipsa efflagitabat ab Angelis. Cant. 5. dicens: Filie Ierusalem nuntiate dilecto, quia amore langueo. Aliter Angelos quoque ascendentes & descendentes per scalam. Angeli enim viri qui Angelos imitantur in illis virtutibus quæ Angelis attribuantur. Quære titulo de saluatione Mariæ. 8. capitulo. Per hanc scalam, id est, per preces Mariæ merita & exempla ascendunt contemplantando, descendunt ærenouè operando. Et qui imitantur eam in presentia, in morte incurunt in amplexus Domini, qui videbatur innixus scalæ, quasi tenens eis scalam per gratiam, ne à seruitio vel dilectione Mariæ temptatione aliqua vel impulsu corruerent. Et hoc est quod sequitur. Et Dominum innixum scalæ, vt scilicet qui finaliter ascendet per scalam, in morte incurret in amplexum Dominicum. Aliter Angelos quoque ascendentes & descendentes, &c. quasi paratos ad manus eos trahere, qui optarent ascendere per hanc scalam, & succurrere imbecillitati eorum. Aliter. Et Dominum innixum scalæ. Hieronymus in vita Pauli: Ascendentibus porriges manum, negligentes verò de sublimi præcipitabis. Iuuat enim seruientes matri suæ & ipsius amatoris Filii Dei. Contemptores vero eius & parupendentes seruitium eius permittit cadere prius in peccatum, deinde in infernum.

Item in hoc quod Dominus scalæ innitebatur, possunt notari plura. Primum, quod sicut ipsa in annuntiatione innixa fuit super dilectum suum per fidem, quia credere non est nisi firmiter inniti veritati, vnde Cant. 8. dicitur innixa super dilectum suum: sic & ipse in incarnatione innixus est ei. Vnde Prouerb. 11. Confidit in ea cor viri sui. Quære titulo de aromatis horti conclusi. Secundum, quod Dominus continet in bono amatores matris suæ. Item notandum, quod qui vult ascendere per scalam, appendit se ei manibus, pedibus & genibus. Pedibus, id est, affectibus, vt ipsam diligat, ita quod ex redundantia illius dilectionis resonet in ore eius gratiarum actio & vox laudis. Manibus, vt quandiu viuat, ad honorem ipsius Virginis, omni instantia operetur quicquid beatæ Virgini crediderit complacere. Genibus, vt ante ipsius imagines siue altaria, & cum recitatur nomen eius, humiliter ea flectat. Hæc omnia multò melius habuisti in illo capitulo, vbi docuimus quomodo de membris singulis sit ei seruendum.

Coclea templi figurata est enim per cocleam templi, per quam ascendebatur in medium cocnaculum, & à medio in tertium, sicut legitur 3. Reg. 6. Est autem coclea secundum Iudorum alta & rotunda turris, dicta coclea quasi ciclea, eò quod in eam tanquam per circulum orbemque conscendatur, qualis est Romæ 176. pedum. Apud nos autem dicitur coclea rotunda turrellula, adhaerens alicuius angulo magnæ turris vel parietis Ecclesiæ seu alicuius magnæ domus: & talis coclea arcta & plena gradibus, & innitens quasi columnæ erectæ, cui etiam columnæ

columnæ innituntur per ipsam cocleam ascendentes. Hæc coclea beata Virgo quasi rotunda ad summum interitus per appetitum cœlestium, habens in hoc gradus diversarum virtutum: quia de virtute in virtutem continue procedebat, habens quasi columnam cui innitebatur, id est, Christum: & cui inniti debent volentes procedere de bono in melius per exempla Mariæ. Habens etiam quasi quoddam ciborium arcuatum.

21. Vas speciale Dei, de quo dicitur Eccl. 4. Vas admirabile, opus Exceli. Et de quo dicit verus Elifus. 4. Reg. 2. Afferre mihi vas nouum, & mittre in illud sal. Dicitur ergo Maria vas admirabile, & vas nouum: quia nouum tale inuentum est, in quo scilicet reperitur multi mirabilia & multe nouitates.

Maria vas admirabile propter continentiam: continebat enim suum continentem: nullum enim aliud vas potuit maius se continere, sed Maria illum continuit quem totus non capit orbis, & à quo ipsa continebatur.

Continendi modum: quis cum Deus sit in omni creatura per essentiam, in solis iustis per gratiam, his duobus modis in ea fuit, & nouo & admirabili modo per rationem.

Contrariorum concordantia contrarietatem, scilicet mortalitatis & immortalitatis, virginitatis & fecunditatis, & quod inuicem suis rationis & fidei, quæ multum sunt contraria. Vnde Maria potuit dicere post partum: Sum quod eram, id est, virgo, nec enim quod sum, id est, mater, modo dico vtrunque, id est, mater & virgo.

Conformitatem: contentum enim in vase accipit formam vasis, non è conuerso, sicut videre est in aqua vel lacte congelatis in vase, vel in campana que formam accipit moduli. E contrario modo fuit hic: quia continens mutatum fuit secundum exigentiam contenti: assimilata est enim humana natura deitati.

Operositatem, que superabat materiam: fuerunt enim in hoc vase omnes varietates & virtutes & donorum omnes sculpturæ sanctorum desideriorum, omnes picture sanctorum cogitationum. Ideo dicitur vas admirabile, opus Exceli.

Omnimodam sufficientiam: quia quod plus ex eo hauritur, eò plus in eo inuenitur. Vnde dicitur Maria Cant. 7. Vmbilicus tuus crater cornutis; nunquam indigent poculis.

Recipiendi & emittendi modum ineffabilem & singularitatem: quis contra motum alioquin vasorum nec fractum nec apertum est in recipiendo vel emittendo: nec perit cum integritate vt oculus & vitrum, talem, tamen eam integritate vt stella radium & lux adocum.

Pretium & vtilitatem que incalculabilia sunt. Prouerb. in fin. Procul & de vltima habes pretium eius.

22. Dicitur ergo Maria vas admirabile, opus Exceli. Opus illius sanctificis, qui operatur est in rotam & solem. Vnde Cant. 7. In manus sanctificis opera laudabuntur. Item Eccl. 25. dicitur de hoc opere Gloria Domini plenum est opus eius. Opus perceptum in toto mundo, & consummatum in fine seculorum. Vas profundissimum per humilitatem, solidissimum per potentiam, in-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

tegenimum per virginitatem, amplissimum per charitatem, mundissimum per omnimodam puritatem, & capacissimum per desiderium. Et ideo balsamum diuinæ gratiæ dignum & congruum continere. Vas adeo capax gratiæ, & maxime per humilitatem, quæ sola meretur impleri, vt sibi & toti mundo sufficeret copiose. Vas quod seipsa impleuit corporata Dei sapientia, & ob valis inestimabilem pulchritudinem in ipso nouem mensibus corporaliter habitauit.

Vas admirabile, de quo in Psal. A Domino factum est vas istud, & est mirabile in oculis nostris. In Maria siquidem conuenerunt tres admirabiles coniunctiones quasi contrariorum, quæ fide sunt non secundum naturam, sed supra naturam. Quæ sunt, Deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum. Vas admirabile, quod cœlestis auri faber, sapientia sua de luto fecit aurum, formauit de luto humanæ nature, non tamen luteum, sed verè aurum: de quo etiam vase manente integro ineffabiliter, formatur postea vas corporis sui: & in hoc opere sapientia Dei vicit malitiam diaboli, qui in primis parentibus aurum humanæ nature redegebat in lutum. Vnde 41. Job dicitur de Beemoth: Scerret sibi aurum quasi lutum. Item Thren. 4. dicitur de primis parentibus. Filij Sion inchoyti & amici auro primo, quomodo reputati sunt in vase testæ, opus manuum figulit.

Vas admirabile, in quo reperite est 12. principalia mirabilia, scilicet 12. privilegia de quibus dictum est supra. Item vas admirabile Christus homo, vel corpus Christi, opus Exceli, id est, Dei Trinitatis: mirabile, nam contentum maius continente, quid enim mirabilius quam lux diuinitatis in testæ humanitatis? nam mulier circumdedit virum. Vel vas admirabile Christus homo. Vas dico plenum gratiæ & veritatis: Opus Exceli. 16. 45. Ego Dominus creauit eum hominem. Item vas admirabile beatus Paulus: quia immediatè à Domino Deo sine ministerio hominis conuersus: & ideo opus Exceli, de quo vase Act. 9. Vas electionis mihi est iste.

Item Maria vas nouum de quo 4. Reg. 2. dicit Elifus: Afferre mihi vas nouum, & mittre in illud sal. Maria siquidem vas nouum per gratiam sine alicuius vetustate peccati, in quo vase omnia noua fecit Dominus: vnde dicit Apocal. 21. Ecce noua facio omnia. Cui vasi immisum est à tota Trinitate in incarnatione, sal, id est, Christus, qui est sapientia Patris: & sic factæ sunt aquæ lictio, id est, populi mundant: quia aqua multa populi multa. Apoc. 17. vt non esset vitæ in eis mors, neque stultitas. Sal ergo in nouo vase. Sapientia Dei in vitro virginali: mors enim & stultitas necesse erant in his aquis: quis enim inchoabant in peccato Adæ, & stultitiam eam à bono operacione. Vel per puras istas intellige foraliter scientias, quæ sine salo vitæ sapientiam amantibus sunt & stultas turbabunt.

Item ipsa est citius vas vitæ, id est, singulari, in quo repositum est mens. Exod. 17. id est, in hoc vaso diuinitatis, quæ dicitur & est panis Angelorum, & hoc in Domini incarnatione, fuit autem hoc vas singulari quod animam per fidem. Vnde Luc. 11. Vasa que credidisti.

De

& quoad carnem, cuius portionem quandam assumpsit sapientia Dei: per manna enim intelligitur verbum Patris, quod de carne Mariæ caro factum est. Ioan. 1. vnde, Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Luc. 1. Dicit ergo Moyses Aaron, id est, Pater Spiritui sancto, cuius opere incarnatus est Filius. Sume vas vnum, id est, virginalem vterum, qui fuit vas singulariter gloriosum: & mitte in illud manna, id est, filium. Man interpretatur quid, vel quomodo. Manna quod est hoc, vel quomodo est istud, id est, quam profundum, quam inscrutabile, quam mirabile: & per hoc mysterium Dominicæ incarnationis in Virginem, de qua possunt omnes admirari. Vnde Is. 60. Quis audiuit unquam tale? aut quis vidit huic simile? Vel dulcedo mannae gaudium cordis virginis, quod habuit de suo conceptu. Vnde dicit Luc. 1. Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

25.

Item ipsa est etiam vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso. Eccl. 50. Vas aureum regi regum conueniens: quia aurum regibus conuenit. Designata per omnia vasa Domini, id est, Ecclesie, quæ fecit verus Salomon de auro purissimo, sicut legitur 2. Paral. 4. & 3. Reg. 7. Designata etiam per omnia vasa de quibus rex Salomon potabat, & per vniuersam suppellectilem domus sacris Libani: quæ omnia erant de auro purissimo. Ipsa est enim vas solidum per constantiam & omnimodam patientiam. Quod omnibus promissis Angeli à virginis propositio inclinari non potuit aut plerari. Quod nulla tribulatione, nullo metu mortis potuit conquassari, sicut manifestè apparuit, quando fugientibus discipulis stetit imperturbata iuxta filij crucem. Ipsa vas ornatum omni lapide pretioso, id est, omnimoda virtute, vt illud Ezech. 28. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, ei multo melius attribui debeat quam lucifero ante occasum. Sequitur. Ornatum omni lapide pretioso. Lapidis pretiosi qui vas istud orauerunt, virtutes scilicet quibus decorata est Maria, ibidem describuntur sub appellationibus rerum diuersarum.

Lapis primus humilitas. Vnde quasi stella matutina, quæ parua apparet cum sit magna, in medio nebulae, id est, in hac vita caliginosa. Secundus, compassio peccatorum. Vnde quasi luna plena, rore gratiæ & misericordie: luna enim roriflua est & proxima terræ, id est, peccatoribus terrenis pietate & compassione, in diebus suis luget, ad illuminandam noctem in qua sunt peccatores, quibus dicitur: Eratis aliquando tenebræ, id est, tenebrosi, nunc autem lux, id est, illuminati per gratiam Mariæ. Tertius, verecundia virginis. Vnde & quasi sol, qui rubens est. Vel in seruore solis charitas Mariæ: in rubore calor faciei virginis ad literam, resurgens coram Domino qui decorem eius concupiat. Vel resurgens hominibus exemplis virtutum suarum. Quartus, obedientia. Vnde quasi arcus resurgens, arcus plucibilis est, inter nebulas gloriæ. Quintus, odor sanctæ opinionis eius & fame. Vnde quasi flos rosarum in diebus veris: flos enim rosæ aromaticus est, & capitis confortatus, titulo de rosa. Sextus, duplex virginitas, carnis & spi-

ritus. Vnde quasi lilia in transitu aquæ, id est, carnalium & mundalium voluptatum, quæ citò transeunt velut aqua decurrent. Septimus, oratio aromatica. Vnde quasi thus redolens in diebus æstatis, id est, in seruore charitatis. Octauus, charitas qua in se ardebat, & proximis illustrabat. Vnde quasi ignis effulgens ipsa enim erat rubus ardens charitate, manens incombustus ab omni carnea voluptate. Nonus, oratio pro his qui comburuntur in camino purgatorio. Vnde & thus ardens in igne. Decimus, pietas & misericordia indeficiens & semper crescens. Vnde quasi oliua pullulans. Vnde quasi oliua speciosa in campis. Vndecimus, medicinalitas, recta intentio, contemplatio celestium. Vnde & cyperus in altitudinem se tollens.

26.

Potest etiam dici, quod ipsa erat vas crystallinum, vas saphirinum, vas smaragdinum, vas eburneum, vas aureum, vas argenteum ad reponendum Domini corporis sacramentum & omnium reliquiarum, id est, virtutum impretriabilem thesaurum, vas electrum, scilicet de auro sapientiæ & argenteo eloquentiæ. Christus etiam electrum. Ezech. 1. propter aurum diuinitatis & argenteum humanitatis. Ipsa est enim vas illud ineffabile, in quo Filius Dei comedit fauam suam cum melle suo, bibit vinum suum cum lacte suo. Cant. 5. Ipsa est vas electionis, quod Deus elegit & prælegit: imò & prælectionis, sicut de Paulo dicitur Act. 9. Ipsa vas plenum gratiæ, & hoc primo, & veritatis, id est, Christi qui est via, veritas, & vita. Ioan. 14. hoc secundo. Ipsa omne vas paruulum per humilitatem, vas craterarum & omne vas multorum. Is. 22. Ipsa vas castrorum. Eccl. 43. Vas castrorum in excelsis in firmamento caeli resplendens. Hoc dicitur de luna quæ est vas vniuersale ab omnibus planetis dispositionem recipiens, qui dicuntur castra: & idè vas castrorum. Similiter Maria quæ pulchra dicitur vt luna. Vas est vniuersale habens perfectè vniuersaliter quidquid boni alij sancti habent particulariter. Vnde & dicitur: Multæ filie congregauerunt diuitias, &c. Ipsa vas electionis & perfectæ bonitatis, quæ principaliter consistit in tribus, vt scilicet vas sit de bona materia, de bono odore, & de bono sono. In sono percipitur veritas integritatis, vt patet in campanis: in odore sapor bonitatis, vt patet in doliis: in materia effectus virtutis. Sonus nostri vasis humilitas, quando respondit, Ecce ancilla Domini. Odor virginis. Vnde, quoniam virum non cognosco. Cant. 1. Dum effex rex, vsque, nardus mea, &c. Triplex odor Mariæ. Carnis per virginitatem, mentis per humilitatem & deuotionem, animæ per deitatis & inhabitationem. Materia aurum, id est, charitas, quæ operatur magna si est. Vel electrum compositum ex argento candidæ virginis & auro splendide & pretiose maternitatis, quæ peperit filium qui figura est & splendor gloriæ patris. Item vas istud mundum seruauit virginis, profundum humilitatis, solidum charitatis, & tale vas, scilicet mundum, profundum, & solidum necessarium erat tam sublimi electuario continendo.

Crater, vas scilicet potatorium. Cant. 7. Umbiculus

Umbiculus tuus crater tomatis, &c. Titulo de umbilico Mariæ. Sed ibi agitur de cratre higneo, hic de argenteo vel aureo. Omnia enim vasa de quibus Salomon potabat, aurea erant. 3. Reg. 10. & 2. Paral. 9. & de auro purissimo.

Fuit ille crater integer per virginitatem. Est autem virginitas portæ genialis integritas.

Et solidus per fortitudinem & constantiam animi in bono. Eccl. 50. quasi vas auri solidum.

Tenuis per paupertatem.

Catus, id est, concavus per humilitatem. Nota nouem versus de proprietatibus crateris.

Rotundus per omnimodam perfectionem: scyphus enim figuram habet sphericam: quidquid autem in rotundum formatur, à Græcis sphaera dicitur.

Fabrè compositus, id est, subtiliter & artificiosè: quia opus sapientiæ Dei vel Spiritus sancti, qui est omnium artifex. Sap. 7.

Multique modis pretiosus: quia de pretiosa materia, scilicet auro, argento, & lapidibus pretiosis. Propter hoc dicitur vas ornatum omni lapide pretioso, id est, omnimoda virtute, vt supra. Pretiosior enim est cunctis opibus. Par. 8. Quia procul & de vltimis finibus pretium eius. Item pretiosus in forma, pretiosus in valore. Iob 28. Nescit homo pretium eius, &c.

Geminis ornatus. Eccl. 32. Gemmula carbunculi in ornamento auri.

Aspectu deliciosus. Eccl. 42. Gloria Domini plenum est opus eius.

In summo parulus, ad recipiendos liquores & refundendos gratiarum & donorum, hoc est, ad recipiendum & refundendum.

Et honorificè cooperatus, ne scilicet in eo deciderit aliquæ immunditiæ. Num. 19. Vas quod non habuit operculum aut ligaturam desuper, immundum erit. Istud operculum fuit in Virgine custodia quinque sensuum, qui sunt in capite: quia nunquam fatuè respexit, vel delectabiliter malum audiuit, vel verbum malum protulit, vel illicitum comedit, & huiusmodi.

In medio striculus, id est, in corde per paupertatem & humilitatem.

Infra clausus, nihil terrenum appetendo per desiderium.

Pede latus, id est, charitativo affectu dicens cum David: Anbulabam in latitudine, scilicet charitatis.

Clarus. Vnde & faciem reddidit bene deauratus. Quære titulo de fonte, vbi dicitur, quod reddidit imaginem intuenti.

Odoniferus, ratione specificati poculi.

Splendens, maxime si sit aureus vel bene deauratus & à sole illustratus. Maximus enim splendor Mariæ ex eo quod amicta sole insitit. Apocal. 12.

Græuis, aurea gravitate, non plumbea: habuit enim vas istud iustum pondus, scilicet charitatem & animi constantiam, per quam nunquam leui motu dilaberet, sed mature se semper haberet.

Sonorus, per tinnulum laudis dinare &

gratiarum actionis de sibi impensis beneficiis.

Anaglifum vas, id est, sculptum superius. Ana Græcè sursum Latine, glisse sculptura.

Recipit quemcunque liquorem, scilicet vinum deuotionis, lac benignitatis, oleum misericordie, mel diuinitatis in incarnatione, aquam lachrymarum in filij passione & huiusmodi, & propter hoc dicitur nunquam indigens poculis. Et omnes liquores quos à Deo suscepit, largè propinat hominibus.

Sensus delectat, scilicet visum, olfactum & gustum, adiuncta musica in conuiuio vini, quæ delectat auditum. Eccl. 50.

Dextera portatur.

In igne formatur: nam propter nimiam charitatem suam quia dilexit nos Deus, fabricatus est Deus pater auroram & solem, id est, Mariam & Christum hominem.

Laus est & honor & gloria fabri. De laude dicitur Eccl. 9. In manu artificis opera laudabuntur. De gloria Eccl. 42. Gloria Domini plenum opus eius.

Cratera, & est cratera calix habens duas ansas. Nomen Græcum, sed Græcè declinatur hic crater, Latine hæc cratera. Comparatur autem Maria vasis craterarum & vasis musicorum suspensis à paxillo, id est, Christo. Is. 22. Vasis craterarum: quia suos inebriat amatores celestis potus abundantia & deuotione, quibus dicit Cant. 5. Bibite & inebriamini charissimi. Et vasis musicorum quæ sanctam delectationem eisdem infundit, & erat suspensa: quia ab omni terrenitate eleuata, à paxillo, id est, Christo cuius dilectio eam sursum tenebat. Vnde dicebat cum Iob 7. Suspendium elegit anima mea, &c.

28.

Lechyrtus, vas scilicet olei. Ipsa est enim vas indeficientis & semper abundantis misericordie, signatum per lechyrtum olei qui non est, imminutus. 3. Reg. 17. de quo pastus est Elias, id est, Christus sugens eius vbera, & quo pascitur in sacramento filij & in verbis eius & exemplis, vidua Sareptena cum tota domo sua, id est, Ecclesia cum fidelibus vniuersis.

29.

Pyxis, quæ est vas vnguentarium factum ex buxo, quam scilicet buxum Græci pyxum vocant. Sed modo fiunt pyxides de ebore, auro, & argento, & ære. Vnde de sponso dicitur Cant. 5. secundum aliam litteram: Venter eius sicut pyxis eburnea super lapidem saphirum. Et potest exponi de ventre Virginis, cuius virginis puritas quæ signatur in ebore, purior fuit angelica puritate, quæ notatur in saphiro. Et hoc est quod dicitur super lapidem saphirum. In hac autem pyxide transmittit nobis pater illud vnguentum medicinale, quo sanatus est mundus, qui prius omnimoda infirmitate laborabat, scilicet filium suum.

30.

Maria dicitur lenticula, quæ est vas olearium factum est ære vel argento secundum Isidorum, & dicitur à liniendo: quia inde reges & sacerdotes liniebantur. Vterus autem Virginis congruè per tale vas designatur, in quo filium factum hominem vixit Deus pater oleo lenticæ præ participibus suis, hoc est, aliis sanctis. Ad hoc designandum dicitur de Simeone, qui tunc optimus erat vir. 1. Reg. 10. Tulit Samuel lenticulam olei & effudit super caput eius, &c.

31.

As 4 Cyathus,

32. Cyathus, vas portatorium quod alio nomine dicitur cymbia, quæ est naus ex cuius similitudine fiunt quedam vâcula argentea ad deportandum incensum. Ipsa quidem potat nos vino multiplici, sicut habes §. 12. horti conclusi. Ipsa est naus quæ seruos suos deducit in portum voluntatis eorum. Ipsa vâculum quod orationes nostras coram Domino repræsentat, sicut infra de phiala inuenies.
33. Syphon, vas sic dictum, quia aquas susflando fundit, quo scilicet vase vtuntur Orientales: nam vbi senserint domum ardere, currunt cum syphonibus plenis aquis, & extinguunt incendia. Sed & cameras expressis ad superiora aquis emundant. Similiter & Maria aquas gratiarum nobis subministrando extinguit in nobis vitiorum incendia, & per ipsam emundamur ab inquinamento spiritus & carnis nostræ.
34. Alabastrum, vas vnguentarium cognominatum à quodam genere marmoris, quod dicitur alabastrum, & est lapis candidus & intermixtus variis coloribus: cauatur enim ille lapis ad vasa vnguentaria faciendâ, quoniam vnguenta seruare dicitur incorrupta, & nascitur circa Thebas Aegyptias & Damascum Syriæ, & est cæteris marmoribus candidior, sed pobatissimus nascitur in India. De tali marmore fuisse dicitur vas illius vnguenti, de quo legitur. Ioan. 12.
- Enoform, vas scilicet ferens vinum. Eno enim Græcè vinum: & ipsa nobis attulit gratiam quæ signatur in vino. Vnde & nuptiantibus vinum procurauit. Ioan. 2. Situla quæ dicitur à sitiendo. Quære titulo de receptaculis aquarum.
36. Discus, quasi dans escas. Cuiusmodi autem escas ipsa tribuat conatus suis, habes notatum §. 12. horti conclusi. A disco autem dicuntur discubentes.
37. Maria dicitur scutella: quia antiquitus habebat quodammodo formam scuti. Vnde & scutella à scuto per diminutionem. Ipsa enim & pacificæ & defendit nos, pacificæ vt scutella, defendit vt scutum.
38. Salinum, quod est vas aptum salii, id est, sapientie Dei recipiendæ. Quære supra titulo de vase, vbi ipsa dicitur vas nouum.
- Vna.
39. Calix, vas in quo bibitur, quod antiquitus fiebat de ligno, & inde nomen accepit, quia Græci omne lignum cala divedant, sicut dicit Isidorus.
40. Phiala sic dicta: quia de vitro solet fieri, quod Græcè hialin dicitur. Modo autem phialæ & de vitro & de auto sunt vel argento. Vnde Apoc. 5. describuntur 24. seniores habentes phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Maria verò rectè phialæ comparatur propter amplitudinem charitatis qua diligit nos: quia phiala inferius ampla, superius stricta propter virtutem taciturnitatis. Vitrea propter puritatem Virginitatis. Vitrum enim de cinere ferri fit: & omnis caro fœnum. Isa. 40. Transparens est propter confessionem diuinæ laudis. Vitrum enim colorem non celat contenti in se liquoris. Lucida & propter honestatem conuersatio-

nis. Matth. 5. Luceat lux vestra, &c. Aurea etiam est propter plenitudinem sapientie celestis & cæteras auri proprietates. Odorifera etiam, quia plena odoramentis, id est, orationibus sanctis, quibus sanctam delectat Trinitatem & totam curiam cælestem, sic odoramenta suam circumquaque diffundunt suauitatem. Quæ odoramenta, id est, præces sentire desiderat fluius suus dicens ei. Cantic. 2. Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis ad audiendum & odorandum. Hæc est phiala principum impleta butyro, de qua legitur. 5. Iudic. in Cantico Deborah, principes Apostoli & Euangelistæ, quibus propinavit butyrum, docens eos incarnationis Dominicæ venerabile Sacramentum. Et nota, quod ex transfusione lactis procedit pinguedo butyri, quod medicinat & vngit, & ex transfusione carnis Christi quæ ex lacte virgineo coagulata est, processerunt tam vnctio charismatum, quam nostrorum medicina peccaminum, &c.

Mulchrum, scilicet vas in quo mulcetur lac. In ea siquidem & per ipsam mulgimus lac consolationis & diuinæ dulcedinis. Filius etiam Dei ex ea mulsus est homo. Vnde dicit Patri Iob 10. Nonne sicut lac mulsisti me, &c.

Scyphus, vas secundum Isidorum in quo manus abluimus: quia ipsa mediatrice mala opera nostra penitendo purgamus.

Vrceus, cuius diminutiuum vrceolus, vasa scilicet in quibus deportatur aqua benedicta. In hoc enim vase transmittit nobis pater aquam illam gratiæ, quam nobis promiserat. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini, &c. Aliter enim non poteramus habere benedictionem Dei.

Vter, vas sic dictum ab vtero: quia totum est quasi in ventre, & in vtero Mariæ statuit Dominus aquas gratiarum quasi in vtre, sicut dicit Psal. Et de illa plenitudine iugiter recipimus gratiam pro gratia, nisi steterit per nos.

Peluis, sic vocata, eo quod ibi pedes lauentur. Ioan. 13. dicitur de Domino: Misit aquam in peluim, id est, impleuit Mariam gratia, & cepit lauare pedes discipulorum: hoc enim officium exemplo filij implet in nobis humilis Virgo, quæ se semper ancillam exhibet, cuius est hoc officium. Vnde signatur per Abigail. 1. Reg. 26. quæ respondit nuntiis David volentis eam ducere vxorem. Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruatorum Domini mei, &c.

Ampulla, quæ dicitur quasi ampla bulla: similis enim rotunditate bullis quæ ex spumis aquarum sunt & vento inflantur. Dicuntur autem apud nos quedam vâcula argentea vel stagnæ ampullæ, in quibus reponitur charisma, oleum sanctum, & oleum infirmorum. Et in beata Virgine reposuit Christus pontifex futurorum bonorum oleum infirmorum, id est, misericordiam quæ significat peccatores, & sacramentum christi, id est, spiritualem vnctionem spiritualium regum, sacerdotum, & pugilum, sine qua non sanctificantur nec possunt effici vero nomine Christiani.

Notula, post hoc scribendum de omnibus vasis tabernaculi & templi Salomonis, quæ possent signare Mariam, & quomodo ipsa petra & funda David.

LIBER

LIBER VNDECIMVS.

De munitionibus & nauigijs, quæ possunt signare Mariam.

CAPVT I.

Maria ciuitas Dei.

1. **R**es, id est, ciuitas. Isidorus: Ciuitas est conuersio hominum multitudo, societatis vinculo adunata, dicta est à ciuibus, id est, ab ipsis incolis vrbs pro eo quod plurimorum copulatur & continetur vitas. Nam vrbs ipsa moenia sunt: ciuitas autem non saxa, sed habitatores vocantur. Vrbs autem vocatur ab orbe: quia antiquè ciuitates fiebant in orbe. Hæc omnia beate Virgini possunt adaptari, quæ est illa ciuitas de qua in Psal. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Hæc gloriosa sunt, quod beatam eam dicunt omnes generationes. Titulo de humilitate Mariæ, Maria ciuitas, quæ dicitur quasi ciuitas vnitas, id est, sensualitatis & rationis plena concordia. Cuiusmodi ciuitatis sanctæ cogitationes, deuotæ affectiones, seruetia desideria, & humilitati, quæ omnia tendebant ad illud vnum quod est necessarium. Luc. 10. Regebantur etiam ciuites isti consilio Spiritus sancti: quia ciuites consilio sunt regendi, & aduersarij fugandi & fugiendi. Bene etiam ciuitum vnitas: quia nec ibi caro concupiscebat aduersus spiritum, nec spiritus aduersus carnem, nec aliquid rebellione, aut contradictionis in corpore eius vel animæ, cum esset etiam arca Noë, in qua omnia animalia, id est, motus sensualitatis fuerunt pacifica: & ideo summus habitator ibi pacificè hospitatus est, & ibi in pace factus locus eius. Ciuitas Dei. Hoc dicitur ad differentiam ciuitatis Babylonice, quæ diaboli est, in quam Dominus non ingreditur. Osee 11. Bone ciuitas Dei, quæ tota fuit Dei & nullius nisi Dei: quia nihil in ea habuit pars aduersa, ideo dicitur Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Ideo etiam dilectus toties vocat eam suam in Canticis, dicens: Amica mea, columba mea, soror mea, sponsa mea, & huiusmodi. Hæc ciuitas Dei: quia sola digna tanto regente potestate, tanto fundatore, tanto inhabitatore, & huiusmodi. Ideo dicitur in Psal. Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, &c. Quære 4. causa.

2. Commendatur autem ciuitas hæc à multis, & ante omnia à fundamentis. Vnde fundamenta eius in montibus sanctis. Et nota, quod Propheta promittens in spiritu dignitatem & excellentiam huius ciuitatis, scilicet Virginis glo-

riose quasi vehementer admirans gloriam ipsius, ex improposito profilit in hæc verba: Fundamenta eius in montibus sanctis. Et cum nihil præcesserit ad quod respicit hoc relatiuum, eius, referuntur ad mentem Prophetæ. Dicit ergo, fundamenta eius sunt in montibus sanctis, id est, in Patriarchis, Regibus & Prophetis, ex quibus originem traxit, sicut patet in genealogia Christi. Matth. 1. Vel intransiuit. Fundamenta eius sunt montes sancti, scilicet Abraham, Isaac, Iacob, David, & cæteri, ex quibus Maria, & ex qua Christus. Vel fundamentum ipse Christus. Vnde Isa. 28. Ecce ego mittam, dicit pater fundator, in fundamentis Sion, id est, Mariæ, quæ paulò post appellatur Sion, lapidem angularem probatum pretiosum in fundamento fundatum, id est, Christum. Erat enim ciuitas hæc fundata super firmam petram quæ est Christus, Matth. 7. Item 1. Corinth. 3. Fundamentum aliud, &c. Dicitur autem Christus fundamentum multis de causis, quæ notantur verbis his:

Sustentans, scilicet, sine vento, luce, ruina,
Odit aquas, pondus non sentit: forte, latens,
stans.

Fundamentum enim sustentat totum edificium. Sic & Christus Ecclesiam. Matth. 26. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Sustentat etiam & gloriosam Virginem in omni gratia & virtute. Vnde Cant. 8. dicitur: Innixa super dilectum suum. De saxo fit, id est, doctrinis impositis. 1. Corinth. 2. Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humane sapientie verbis. Ideo præceptum est Deuter. 27. Edificabis mihi altare, &c. Sine vento inanis gloriæ. Ioan. 5. Claritatem ab hominibus non accipio, &c. Sine luce aperta visionis. 1. Tim. 6. Lucem habitat inaccessibilem. Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam. Sine ruina: quia nouissimus virorum Isaac 53. per humilitatem non habet quod cadat. Odit aquas deliciarum & diuitiarum. Vnde dicit: Ego sum pauper, contra diuitias, & dolens contra delicias: & ideo salus tua Deus suscepit me. Sic debet dicere iustus. Pondus non sentit: quia labores non reputat propter nos quando volumus conuerti ad ipsum. Vnde vocat nos inuentionem ibi, Inueni David, &c. Matth. 13. dicit se inuenisse pretiosam margaritam, sicut ibi dicitur, quod dedit omnia sua & comparauit eam. Forte est. Vnde Iob 9. Si fortitudo queritur, robustissimus. Latens. Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus in humanitate. Stans, id est, stabile. Boëtius: Stabilisque mansens dat cuncta moueri.

Item

3. Item de fundamentis templi, quo Maria similiter figuratur, ita legitur. 3. Reg. 5. Præcepit rex Salomon ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos, quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & cæmentarij Hiram, &c. Et hoc necesse fuit: quia non homini parabatur habitatio, sed Deo, sicut dicitur. 1. Paral. 19. Lapidem grandes eminentissimæ virtutes, scilicet humilitas, fides, charitas, virginitas, patientia, paupertas, & hauiusmodi, quæ velut fundamentum totius boni sustinent & supportant ædificium. Et dicuntur hi lapides pretiosi ab effectu: quia virtutum vniuersitas Mariam reddidit pretiosam. Dicuntur etiam quadrati propter quatuor cardinales, quæ gloriosam Virginem quasi quadratam & stabilem reddiderunt contra omnem aduersitatem & imperum inimici. Et per has & vniuersas alius virtutes confurrexit hoc ædificium, ut ipsa fieret ciuitas pauperum magni. Per cæmentarios Salomonis & Hiram possunt designari charitatis Spiritus sancti, quæ Mariam spiritualiter dolauerunt, & totius peccati serupulum separauerunt ab ea in sanctificatione. Vel cæmentarij Salomonis patres Veteris Testamenti, qui figuris & ænigmatibus ipsam talem futuram præuiderunt & præsignauerunt. Per cæmentarios Hiram, Apostoli & ceteri sancti, qui qualem prophetæ præuiderant, talem fuisse prædicauerunt. Item huic fundamento possunt adaptari illi 12. lapides de quibus Apoc. 21. Fundamentum primum isapsis, &c. Item illud Isa. 54. Fundabo te in saphiris, &c.

4. A portis. Vnde sequitur. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Dicitur beata Virgo Sion: quia sicut Sion erat locus eminentissimus in Ierusalem, sic beata Virgo in vtraque Ecclesia. Portæ huius Sion fuerunt quinque sensus beatæ Virginis, qui clausi semper fuerunt contra omne noxium & inhonestum. Vnde dici potest de quolibet sensuum eius illud Ezech. 44. Porta hæc clausa erit principi, id est, diabolo, qui non habuit in ea quidquam. Ioan. 14. Vel principi, id est, peccato quod regnat in quibusdam, contra quod Apost. Rom. 6. Non regnet peccatum in nostro mortali corpore. Vel principi, id est, ad honorem principis, scilicet Christi. Apertæ autem fuerunt portæ istæ ad omne bonum. Vnde aures eius quæ clausæ erant contra mundi strepitum, quando ingressus est Angelus ad eam, aperte sunt salutationi eius. Porta cordis quæ contra consensum viri clausa erat, aperta est diuine voluntati, quando dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Ideo dicitur Ezech. 44. Dominus Deus Israël ingressus est per eam. Et sic potest de aliis sensibus assignari. Diligit ergo Dominus portas Sion, id est, sensus beatæ Virginis, super omnia tabernacula Iacob, id est, pluraquam omnia corpora aliarum virginum. Quod corpus tabernaculum dicitur. 1. Pet. 2. Velox est dispositio tabernaculi mei. Item beata Virgo. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, id est, in corpore. Virgines autem dicuntur Iacob: quia luctantur sunt contra carnem suam, & supplantauerunt fomitem, qui in beata Virgine omnino fuit extinctus.

5. Aliter etiam potest dici de portis, id est, de

sensibus Virginis, iuxta illud Isa. 60. Aperientur portæ tuæ iugiter, die & nocte non claudentur. Apoc. 21. Portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erat in ea. Nunquam enim deuotè clamantibus ad beatam Virginem, clauditur respectus misericordiæ eius: nam sicut oculi Domini super iustos, sic oculi Mariæ super peccatores. Similiter nec auditus eius: quia præparationem cordis eorum, id est, fideliter, feruenter, & deuotè clamantium ad eam audit auris tua, ô Christus, id est, Maria, qua mediante tu exaudis peccatores, sicut homo audit mediante aure sua. Nunquam clauditur lingua vel loquela illius, quin vellet orare pro miseris ut surgant, & pro tentatis ne succumbant. Vnde Apoc. 12. Terra, id est, Maria, aperuit os suum, ad orandum pro muliere, id est, anima quam serpens, id est, diabolus infestabat. Nunquam clauditur manus eius: quia manum semper aperit inopi, & palmas ad pauperem extendit, & sic de aliis. Propter hæc & multa alia diligit Dominus portas Sion, &c. Sed nota, quod non patent hæc portæ nisi iustis & iustificatis & uolentibus iustificari. Ideo Isa. 26. dicit Dominus: Aperite portas, & ingredietur gens iusta custodiens veritatem.

6. Aliter. Portæ per quas in hanc ciuitatem ingressus est rex gloriæ, quatuor, æterna virginitas, incomparabilis tanta sublimitate humilitas, obedientia qua respondit, Ecce ancilla: fides qua concepit dicens, Fiat mihi, &c. Iudocus: Harum portarum si quælibet defuisset, in hanc ciuitatem rex gloriæ non intrasset. Has portas diligit Dominus super omnia tabernacula Iacob. Tabernacula sunt militantium. Iacob supplantator. Quasi diceret: Licet Dominus diligat militantes in actiua, & supplantatores vitiorum: plus tamen omnibus his diligit in matre prædictas virtutes, quibus inerat ad contemplatiuam. De his portis dici potest illud Apocal. 21. quod singulæ portæ erant ex singulis margaritis. Singulæ enim eius virtutes erant singulæ margaritæ: quia singuli sensus Virginis singulis sibi congruè virtutibus splendebant. Oculi columbina simplicitate, aures cita & perfecta obedientia, olfactus discretionem, gustus sobrietate, tactus castitate, incessus maturitate, & sic de aliis.

7. Hæc ciuitas commendatur à fama. Vnde: Gloriosa dicta sunt de te. Per Patriarchas sub obscuritatibus figurarum. Per Prophetas sub ænigmatibus verborum, ut est illud Isa. 7. Ecce virgo concipiet. Item eodem 11. Egredietur virga, &c. Item Ierem. 31. Edificatur Domino ciuitas à turre Ananeel, &c. Num. 24. Orietur stella ex Iacob, &c. Item Cant. 6. Viderunt eam filie Sion, & beatissimam prædicauerunt, reginæ & concubinae laudauerunt eam.

8. Ab utilitate quæ consistit in conuersione peccantium, in remissione peccatorum, in collatione gratiarum. Vnde sequitur: Memor ero, ad miserendum, non ad puniendum. Neem. 5. Memento mei Deus in bonum. Raab & Babylonis, id est, peccatorum. Per Raab enim meretricem intelligitur anima more meretricio carnis voluptatibus seruans & vitis proficitata, quæ vadit per latam viam quæ ducit ad mortem. Matth. 7. quia Raab interpretatur latitudo, cui consulit

consulit Isa. 23. Sume cytharam, &c. vsque, meretrix obliuioni tradita. Et Babylonis, id est, illorum qui in confusione malorum prius positi operibus se probabant ciues æternæ confusionis, & de ciuitate diaboli quæ est Babylon. Memor, inquam, ero eorum si confundantur bona confusione, quæ adducit gloriam. Eccli. 4. & ad sinum matris misericordiæ toto corde confugiant: quæ est ciuitas refugij. Num. 35. ut ipsa mediatoris in silio suo fatigent reconciliari. Sed quibus ero memor, scientibus me, ut scilicet ab illis qui me noverunt, inde glorificet & collander: quia hanc gloriam meam alteri non dabo. Isa. 40. Quidam libri habent, scientium me: sed falsa est litera & corrupta. Augustinus dicit, scientibus me.

9. A ciuium multitudine, qui cum prius fuerint ciues Babylonis, per eam sunt ciues Ierusalem. Vnde sequitur: Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopiæ, hi fuerunt illi. Quod dicitur, ecce, scilicet aduerbium demonstrandi est, ac si diceretur. In paratulo est quomodo Mariæ charitas omnes recolligit in sinu maternæ pietatis refugientes ad se, & facit ciues vtriusque Ecclesiæ: quia alienigenæ. Remigius, id est, alieni prius à Deo, sed postea vim sibi facientes hac auxiliatrice recipiunt regnum celorum, quod vim patiunt. Matth. 21. Et Tyrus, quæ interpretatur angustia, id est, illi qui angustiantur per dolorem contritionis & penitentia, qui prius erant in angustia vitiorum. Et populus Æthiopiæ, id est, illi qui prius nigrescebant fuligine peccatorum, & erant deformes per amissam Dei similitudinem, de quibus dicitur Thren. 4. Denigrata est super carbones facies eorum, &c. Sed conuersi modo denigrantur per exustionem tribulationum & penitentia, exemplo Iob dicitur 30. Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate, id est, tribulatione. Hi fuerunt illi, ex quo scilicet per fidem incarnationis, cuius ipsa fuit ministra, ponitendo confugerunt ad eam, & tales inhabitant hanc ciuitatem per fidem & dilectionem. Alia litera dicit: Palestina, Tyrus, cum Æthiopia. Palestina interpretatur os malleatoris, & signat detractores qui sugit malleum super bonos: vnde, supra dorsum meum supponebant peccatores, &c. quos castigas quantum in se est exemplo sue taciturnitatis. Tyrus angustia. Hi sunt cupidi, quibus omnis locus angustus, quos dilatat exemplo sue paupertatis & charitatis, ut dicitur talis: Et eduxit me Maria in latitudinem. Æthiopia, caligo; ecce superbia quæ excaecat. Isa. 13. Super montem caliginosum leuare signum: Mons enim de caligo bene conuincitur: quia ex caliditate sequitur caligo, sicut ex deiectione illuminatio. Num. 24. Cadit, & sic aperitur oculi eius: Et tales illuminat ipsa exemplo sue humilitatis. Et ita per ipsam fit Dominus in membris peccatorum, & ipsi peccatores per hanc ciuitatem: sed dicitur tam matris quam filie Sap. 11. Misericordia tua inuincit, quoniam omnia potes.

10. A miraculi nouitate. Vnde sequitur: Nunquid stultus dicit homo, & homo natus est in ea, si ipse fundauit eam. Augustinus. In hoc enim

consistit nouitas miraculi indicibilis. Et hæc sunt gloriosa quæ dicuntur de hac ciuitate Dei, scilicet quod Altissimus in quantum Deus fundauit eam prius, & post eius fundationem natus est in ea in quantum homo. Idem cum loquitur Propheta de fundatione, ponit præteritum, scilicet fundauit: cum subiungit de natiuitate in vtero, ponit præsens tempus, scilicet est, ad ostendendum, quod postquam eam fundauerat ut Deus, homo natus est ex ea: quod esset impossibile in puro homine: nusquam enim auditum est, quod architector prius domum fabricauerit, & postea in eadem domo nasceretur: sed Christus hoc fecit ad innuendum, quod eius natiuitas omnes alias præcelleret. Vnde Proverb. 9. Sapientia edificauit sibi domum: Propter hoc dicebat Salomon Prou. 30. se ignorare viam viri, id est, Christi in adolescentia sua, id est, in beata Virgine. Aliter. Tria Virginis priuilegia hic notantur, quæ contrahit ei filius suus. Primum, quod Altissimus Virginem sanctificauit: solius enim Dei est iustificare. Vnde Christus videtur dicere matri illud Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas, id est, originale & fomitem, propter me, &c. Quasi diceret: Propter me scilicet ut digna efficiaris inhabitatione mea. Secundum, quia gratia ipsam impleuit & virtutibus ornauit. Tertium, quod spiritus gratia obumbrante ipsam fecundauit. In duobus primis designatur fundatio ciuitatis, in tertio, quod homo natus est in ea. Item de primo dicitur alibi in Psal. Visitasti terram, id est, Mariam, eam sanctificando, & inebriasti eam, virtutes ei & gratias infundendo: multiplicasti locupletare eam, id est, multipliciter locupletasti eam, partu Filij Dei fecundando. Istud enim super omnem gratiam est. Sed nunquid homo dicit, id est, persuadere poterit, Sion, id est, synagoga, istud, scilicet quod Altissimus qui prius fundauit eam, postea homo natus sit in ea? Quasi diceret: hoc relictis incredula synagoga.

11. A scripturarum auctoritate. Vnde sequitur. Dominus narrabit in scripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea. Quasi diceret Propheta. Vnde hæc omnia nosti? & ipse respondet. Dominus, inquit, narrabit in scripturis populorum, &c. Quasi diceret: In multis prædicitur & narratur dignitas beatæ Mariæ & vtriusque Ecclesiæ, in scripturis scilicet populorum & principum. Populos vocat pauperes Prophetas, qualis fuit Amos: principes ditiores & nobiles, quales fuerunt David & Isa. Vel populos vocat Gentiles: vnde, Sibilinis verbis hæc prædicta. Iob etiam fuit Gentilis, principes vocat Iudeos. Vel principes sunt editores scripturarum, scilicet Propheta, Apostoli & Euangelistæ, populi sacri expositores. Vel populi alij sancti ab Apostolis, principes ipsi Apostoli: vnde, Constitues eos principes. In scripturis populorum, id est, ad populos missis, & in scripturis principum, non Platone, Aristotile, aut Socrate, sed horum qui fuerunt in ea ciuitate, scilicet Ecclesiæ: quia illi extranei fuerunt à fide: sed Propheta qui prædixit, & Apostoli qui prædicauerunt, fuerunt in ea per fidem conuersi. Propheta & Apostoli concorditer fuerunt in laude beatæ Virginis.

Virginis. In ea, non contra eam, vt hæretici, nec extra eam, vt Philosophi.

12. Ab inhabitantium continua exultatione. Vnde sequitur. Sicut lætantium omnium habitatio est in te, o superna Ierusalem. Quasi diceret: Omnes qui habitant in te, iocundi sunt & lætantes. Isa. 51. Venient in Sion cum laude & læticia sempiterna super capita eorum. Aliter. De beata Virgine cantatur hic versus: Sicut lætantium omnium habitatio est in te, sancta Dei genitrix. In fortissima munitione habitant homines securi & læti, in infirma tristes & timidi. Item in magna & opulenta multi, in infirma paucissimi. Maria siquidem refugium est & spes omnium fidelium: quia fortissima est & inexpugnabilis, & terribilis vt castrorum acies ordinata, demonibus inimicis. Opulenta est etiam gratiarum & virtutum abundantia: quia gratia & gloria plena. Magna est etiam & amplitudine charitatis, qua omnes amplectitur. Vnde canit ei Ecclesia: Sub tuum præsidium confugimus Dei genitrix, &c. Ipsa est enim ciuitas munita, sicut dicitur alibi in Psal. & ei competit quod dicitur de filio Deut. 33. Dilexit populos omnes, sancti in manu illius sunt. Ideo bene dicit: Sicut lætantium, & cætera: quia ex his omnibus multa est læticia his qui ad eam confugiunt. Isa. ultimo: Lætamini cum Ierusalem, &c. Et ipsi dicendum est illud Iudith 15. Tu gloria Ierusalem, tu læticia Israël, &c. Miseriam omnium hominum sunt illi, qui nesciunt ad hanc urbem confugere in omni necessitate. Vnde Eccli. 10. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere, id est, ad Mariam refugere pedibus, scilicet fidei & amoris. Quia verò in hanc ciuitatem Dei nolunt ascendere miseri peccatores ad adorandum Dominum, ideo tantum defectum gratiæ patiuntur. Vnde Zachar. vlt. Et erit, qui non ascenderit de familiis terræ ad Ierusalem vt adorent Dominum exercituum, non erit super eos imber, id est, gratiæ stillicidium. Item propter hæc omnia dicit Dauid quasi magnum Dei beneficium describens: Deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis. Item de illis qui non seruiunt Mariæ vel qui male sentiunt de ea, dicitur in Psal. Errauerunt in solitudine, id est, in mundo, iniquo, quia non habent aquam gratiæ, ex quo non curant de plena gratia, id est, Maria, viam ciuitatis habitaculi non inueniunt, scilicet triplicem viam, humilitatis, paupertatis, & charitatis. Hæc triplex via ducit ad ciuitatem habitaculi, id est, Mariam cui dicitur: Sicut lætantium, &c. Et ibi sumitur via ducens ad ciuitatem & habitaculum regni cælestis. Et ideo contingit illud quod sequitur, scilicet quod sunt esurientes & sitientes: quia nec habent solidum cibum operationis bonæ, nec lac simplicis doctrinæ quod nutriatur eorum infantia. Item nec dignè manducant panem vitæ, nec dignè bibunt sanguinem Christi, qui verè est potus. Item nec habent cibum bonæ operationis, nec potum gratiæ salutaris. Ideo sequitur, quod anima eorum in ipsis deficit: quia nec pasti, nec potati hoc triplici cibo & potu.

13. Viso quomodo hæc ciuitas in Psal. commendatur à multis, videndum de aliis commenda-

tionibus eius quas scripturæ sacræ multipliciter manifestant. Commendatur ciuitas hæc à fundatore qui fuit Deus trinitas. Vnde in Psal. Deus fundauit eam in æternum. Item ipse fundauit eam Altissimus. Vnde etiam ipse dicit Ecclesiæ & huic ciuitati: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris. Isa. 54. Vel fundator sapientia, id est, Filius Dei. Vnde Prou. 9. Sapientia edificauit sibi domum. Nec habitura est finem hæc ciuitas: quia Deus fundauit eam in æternum.

14. Ab artifice & conditore. Vnde de antiquis sanctis Hebr. 11. dicitur, quod expectabant fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Hæc ciuitas beata Virgo, per cuius partum sperabant se redimendos & extrahendos ab inferno. Vnde dicebat Iacob iam proximus morti. Genes. 49. Salutare tuum expectabo Domine. Et paulò post: Donec veniat desiderium collium æternorum. Sequitur. Cuius, scilicet ciuitatis artifex & conditor Deus. Vnde Isa. 45. dicit Pater de Filio: Ipse edificauit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet.

15. A rectore & rege iustitiæ. Vox enim huius ciuitatis est, Dominus regit me. Sequitur, Et nihil mihi deerit, &c. quia gratia plena & omni bono referta. Propter hoc autem omnes habitatores huius ciuitatis, id est, omnes motus & affectus Virginis fuerunt iusti: quia sicut dicitur Eccli. 10. Qualis rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Ipsa est enim Salem, cuius rex fuit Melchisedech. Genes. 14. qui interpretatur rex iustitiæ, vel rex iustus, vel rex pacis. Hic est Rex regum & Dominus dominantium. 1. ad Timoth. 6. & Apocal. 19. Hic est rex iustus. Vnde Mariæ dicitur Isa. 1. Vocaberis ciuitas iusti, &c.

16. A situ loci: quia fundata supra firmam petram, quæ Christus est. Math. 7. tanquam super rupem nauiam: quia Christus est firma petra & saxum durissimum. Deut. 32. Et 1. Corinth. 10. Petra autem erat Christus. Fundata est etiam super montem, id est, Christum, qui est mons in vertice montium. Isa. 2. & Michæa 4. & super illum lapidem qui factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Dan. 2. & ideo vox eius est Eccli. 24. Ego in altissimis habitavi, &c. Item fundamenta eius in montibus sanctis, id est, in eminentia omnium virtutum. Vel sita fuit supra firmam petram, id est, super firmitatem fidei, à qua nec in filij sepultura vacillauit, quando à fide defecit omnis sanctus. Aliter à situ loci. Quia fundata super humilitatem quæ est stabilitas fidelis animæ, quam non potest mouere diabolus. Et hoc est quod dicitur in Psal. Qui fundasti terram, id est, Mariam, super stabilitatem suam, quæ fuit humilitas: non inclinabitur in seculum seculi, ad peccandum. Item de situ huius ciuitatis potest exponi quod de cælesti Ierusalem dicitur Apoc. 21. vbi sic legitur: Suscepit me Angelus in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de caelo, à Deo paratam, habentem claritatem Dei, &c. Et sunt verba beati Ioannis. Suscepit, id est, factam tulit, me in spiritu, id est, in mentis excessu, in montem magnum &

& altum. Mons iste Christus est, qui est magnus in humanitate, & altus in diuinitate: quia insuperabilis potentia, sicut Glossa. Et ostendit mihi super montem illum fundatam ciuitatem, id est, Mariam, vel Ecclesiam, sanctam, id est, firmam in proposito virginis, Ierusalem ad visionem æternæ pacis plenè intendentem, descendentem de caelo, id est, recipientem in sua sanctificatione infusionem gratiæ missæ sibi de caelo, à Deo paratam, qui ipsam omni gratia adornauit. Vel descendentem de caelo, id est, quidquid boni habebat, bonitati diuinæ accipientem, vnde dicebat: Fecit mihi magna qui potens est, &c. Habentem claritatem Dei. Quare paulò infra.

17. Et nota, quod ciuitas, villa vel habitatio in monte sita, tria habet, scilicet quod est clarissima, sanctissima, & mundissima. Clarissima: quia prius & copiosius recipit solis illuminationem. Sic Maria prius & copiosius claritatem excepit filij sui solis iustitiæ, vt perspicue cognosceret mundum se & Deum. In cognitione mundi quem contempsit, fuit clara, in cognitione sui clarior, sed in cognitione Dei clarissima: & ideo coram eo tantum se humiliat. Et hoc prædixerat illi Isa. 60. Erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Ipsa etenim est Ierusalem, cui multò ante promiserat Tob. 13. Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te. Item huic ciuitati competit illud quod de superna Ierusalem dicitur Apocal. 21. scilicet quod habebat claritatem Dei, & lumen eius simile erat lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum. Claritas Dei est vera de Deo cognitio, quam beata Virgo habuit super omnes. Vnde verè potuit dicere illud Baruch 4. Beati sumus Israel: quoniam quæ Deo placent, nobis manifesta sunt. Sequitur. Et lumen eius, id est, opera eius luminosa lucentia coram hominibus ad exemplum, simile lapidi pretioso, id est, Christo, quem imitabatur in operibus suis, qui fuit lapis pretiosus firmus in proposito, & lucens in virtutibus, tanquam lapidi iaspidis, in quo figuratur firmitas & viros fidei quoad Virginem, vel perseverantia sanctitatis quoad utrumque. Sicut crystallum, quæ transparentis & lucens est, & signat puram confessionem diuinæ laudis quoad Virginem, sed peccatorum quoad nos. Item de claritate huius ciuitatis subiungitur ibidem paulò post: Et ciuitas non eget sole, neque luna, vt luceant in ea: quia Maria non indiguit maiori vel minori aliorum doctrina: nam claritas Dei, id est, totius Trinitatis, illuminauit eam, dando intellectui eius cognitionem plenissimam, & ab omni nubilo phantasmarum semotam: & lucerna eius erat agnus, id est, Christus, quem portabat in ventre & in mente secundum quod Deus homo, qui notem mensibus prius quam aliis ciuitatibus euangelizauit cordi eius. Deinde natus ex ea euangelizauit & aliis ciuitatibus regnum Dei. Luc. 4. propter quod & ipse se appellabat lucem mundi. Ioan. 8. Sequitur. Et ambulabunt gentes in lumine eius. Ambulabunt de virtute in virtutem gressibus scilicet fidei & bonorum operum, in lumine eius, id est, ad illuminationem exemplorum eius. Vel ad lumen cognitionis, quæ ipsi ab ea desuper

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

infunditur, sicut quandoque accidit, quod in excelsis turribus ponuntur quædam lucernæ, ad quarum illuminationem nauæ & viatores dirigunt cursum & viam suam. Fuit etiã ciuitas hæc sanctissima sicut villa sita in monte: quia Maria sancta fuit, quando in sua sanctificatione ablata fuit ab ea fomitis incensio: sanior, quia in bonis eius conseruatione adhuc fuit amplius diminutus: sed sanctissima, quia in Filij Dei conceptione omnino fuit extinctus. Quare de his titulo de sanctificatione eius. Fuit etiam hæc ciuitas mundissima: quia Maria munda fuit in cogitatione, mundior in affectione, sed mundissima in intentione: & propter hoc illi conuenit quod de cælesti Ierusalem dicitur Apoc. 21. Ipsa ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. Aurum propter fulgorem charitatis, mundum per gratiam virginis. Vel aurum mundum, propter soliditatem fidei: aurum enim solidum est metallum. Fides verò dicitur munda ab effectu: quia mundificat animam: vnde Act. 25. Fide purificans corda eorum. Vel dicitur aurum mundum propter sapientiam, qua plena erat. Sed quia non sufficit fides cordis, nisi adsit confessio fidei, iuxta illud Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Sequitur. Simile vitro mundo: per vitrum enim signatur confessio, quia vitrum non celat colorem eius quod continet, maxime si fuerit mundum & purum. Vel per vitrum mundum potest caro virginea designari. Item de munditia ciuitatis sequitur paulò post: Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, per consensum in cogitatione, & faciens abominationem, in actione, & mendacium in locutione: & per hoc ostenditur, quod ipsa nec peccauit cogitando, nec loquendo, nec operando, nec corruptione sui quod est coinquinatio, nec contemptu Dei quod est abominatio, nec deceptione proximi, scilicet mendacio. Ecce quod hæc tria habuit in se ciuitas nostra: quæ solet habere ciuitas in monte sita, videlicet claritatem, munditiam, & sanitatem.

18. Commendatur hæc ciuitas à materia. Vnde Apocal. 21. Ipsa ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. Quia ex auro mundo constructa est, vt aurum referatur quasi ad materiam animæ, & vitrum quasi ad materiam carnis, quæ cum esset scenum, quia Isa. 40. omnis caro scenum, multipliciter fuit decocta, & quasi colata igne Spiritus sancti, & sic conuersa est in splendorem vitri. Dicitur autem vitrum secundum Isidorum visus perspicuitate, eò quod luceat: in alijs enim metallis quidquid continetur, absconditur, in vitro verò liquor vel species qualis est interior, talis exterior declaratur, & quodammodo clausus patet. Sic & Maria clausa omni homini, patet soli Deo. Vnde Ezech. 44. Vir non transibit per eam: quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam, erique clausa, &c.

19. A magnitudine quæ describitur Zach. 14. vbi sic legitur: Edificabitur Domino ciuitas à turri Ananec, vsque ad torcularia regis. Ananec interpretatur gratia Dei. Turris Ananec est superius gratiæ celsitudo, cuius fuit in Maria singularis plenitudo. Turris ergo Ananec est alta fortitudo, siue fortis altitudo gratiæ Dei, à qua hæc ciuitas incepit edificari, & extensa est

B b vsque

vsque ad torcularia regis, id est, Christi, cuius passio torcular fuit: sed Propheta posuit torcularia pluraliter, quia multimodè passus est, & in singulis membris passus est, & multæ fuerunt circumstantiæ passionis. Inchoatio ergo huius ciuitatis fuit altitudo gratiæ infusæ, à qua incepit in sanctificatione, consummatio verò, quòd mente compassa est filio patienti: vnde fructum martyrij promeruit & habuit excellenter. Item de quantitate huius vrbs dicitur Ierem. 31. in fine: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & edificabitur Domino ciuitas à turre Ananeel vsque ad portam anguli, & erit ibi norma mensuræ in conspectu eius super collem Gareb, & circuibit Goatha & omnem vallem cadauerum, & cineres & vniuersam regionem mortis vsque ad torrentem Cedron, & vsque ad angulum portæ equorum Orientalis. Ecce immensa magnitudo ciuitatis. Sic exponit: Ananeel gratia Dei, sicut supra expositum est. Porta oblatio fidei, qua Filium Dei in te suscepit, de qua porta legitur Ezechiel. 44. Angulus secretissima conuersatio eius. Angulum faciunt duo parietes simul ex diverso concurrentes. Hi sunt virginitas & maternitas, quæ tanquam parietes vel muri conseruauerunt in ea possessionem virtutum. Aliter. Turris Ananeel, id est, turris gratiæ Dei, est ipsa beata Virgo, quæ velut quadrata virtutibus omnibus ædificata Spiritus sancti præcellit prærogatiua gratiarum, sicut turris supereminet toti castris, & multorum bonorum operum velut lapidum structuris in altum conseruauerunt omnibus fugitiuis præstat refugium & munimen: & ipsa à suo exordio velut turris munia Dei gratia inexpugnabilis fuit omnibus intuleribus inimicis, & processit hæc ciuitas vsque ad portam anguli, id est, eo vsque ut ipsa fieret porta anguli, duo enim parietes è diverso venientes faciunt angulum: vnde enim è diverso veniebant virginitas & maternitas, si quis attendat naturam, sed per Dei gratiam quæ signatur in turre Ananeel, in ipsa concurrentes vnitæ sunt, & in occurru virginitatis & maternitatis ipsa facta est porta anguli & ianua paradisi, sicut canit ei Ecclesia: Tu regis alti ianua, &c. Per quam portam ille ingrediens est in regionem nostram, qui est angulus duorum populorum. Et nota, quòd vbi porta in angulo est, non toti concurrunt parietes, sed partes parietum. Sic in ipsa non totæ concurrunt virginitas & maternitas: quia quasi pars virginitatis est sterilitas, quasi pars maternitatis corruptio, quæ non concurrerunt in Virgine nostra, sed de virginitate integritas, de maternitate fecunditas: quia optimam partem elegit. Luc. 10. Hæc est descriptio huius ciuitatis, quam sic edificauit Spiritus sanctus, ut ab exordio esset turris Ananeel, & in partu filij esset porta anguli. Sequitur. Et erit ibi norma mensuræ in conspectu eius. In quo signatur, quòd nec primam similem visam est nec habere sequentem, & quòd supergressa est vniuersas creaturas. In conspectu eius, id est, Domini, qui solus sufficit matris comprehendere dignitatem, sicut ab ipsa sola comprehensus est, quando mulier circumdedit virum. Ierem. 31. Et necessaria erat huic ciuitati quasi infinita magnitudo, cum

esser ciuitas regis magni, qui non est regulus, sed rex magnus super omnes deos. De hac etiam magnitudine dicitur Baruch 3. O Israël quam magna est domus Dei, & ingens, id est, domus & ciuitas, locus possessionis eius magnus, & non habet consummationem excelsus & immensus.

A murorum suorum lata extensione. Vnde sequitur in auctoritate Ierem. Et erit ibi norma mensuræ, extendens scilicet patrocinia & beneficia sua ad illos qui sunt extra normam mensuræ, id est, qui transgressi sunt regulam Euangelicæ doctrinæ, in conspectu eius, id est, secundum Dei beneplacitum, qui ad hoc fundauit hanc ciuitatem ut esset refugium peccatorum, & tutela, videlicet super collem Gareb, quod interpretatur scabies, id est, super collem scabiosum, quo signantur superbi. Iob 18. Deuoret pulchritudinem cutis eius, id est, superbi primogenita mors, id est, superbia quæ fuit primum peccatum, & interfecit diabolum: & ipsa sicut mors consumit si quid forte est in homine: & sicut scabies deuorat pulchritudinem cutis, sic & ipsa quidquid in exteriori conuersatione relucet. Et circuibit Goatha. Goatha interpretatur oculus peccatorum. Hæc est illa avaritia, quæ est illa amphora, de qua Zach. 5. Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Interpretatur etiam gyrys, & signat cupiditatem quæ est ignis flammæ deuorantis in gyro. Thren. 2. Quæ in circuitu impij ambulat. Et omnem vallem cadauerum. Cadauera ferent & vermibus quos generant, consumuntur. Sic & luxuriosi. Isa. 34. De cadaueribus eorum ascendet fetor, scilicet oram Deo & Angelis. Ierem. 16. In sterquilium super faciem terræ erunt, & erunt cadauera eorum eorum volatilibus cæli, &c. Ecce quod vermibus quos generant, & desiderijs & delectationibus consumuntur. Et nota, quòd dicit, omnem vallem cadauerum: quia alia est vallis fornicatorum, alia adulterorum, alia sodomitarum, & sic de alijs. Sed ad omnes se extendit huius ciuitatis: nam superbis proponit exemplum suæ humilitatis, auaritis & cupidis suæ paupertatis, luxuriosis suæ virginitatis. Sequitur. Et cineres, &c. ut supra in textu. Cineres impij, aridi steriles, & cinibus diaboli. Isa. 65. Serpentis puluis panis eius. Sed ipsa hos cineres aufert de facibus diaboli conterendo molas eius. Iob 29. antequam ipsos omnino deglutiat, sicut patet in Theophilo, & ipsis immiscet aquas gratiarum calidas ab effectu: quia calefaciunt cor per deuotionem. Vel etiam aquas calidas lachrymarum, & sic ex his cineribus facit lixiuium quo ipsos abluat, & etiam alios exemplo eorum. Istis etiam pulueribus qui prius erant panis serpentis, impetrat rorem gratiæ, & fecundat eos ad bonum, & ipsos compingit ut gratiam valeant continere. Perringit etiam ad vniuersam regionem mortis. Regio mortis incolatus vitæ presentis, in qua tanquam stella matris nos consolarur & dirigit. Regio mortis, malitia prauæ conuersationis, quam ipsa potenter immutat in quibus vult. Item regio mortis certitudo damnationis: quia multos aufert diabolo de sua damnatione iam certos, sicut sæpè legitur in miraculis eius. Perringit etiam vsque ad torrentem

tem Cedron, quod interpretatur tenebræ, quæ velut torrens rapiunt hominem peccatorem ut ab interioribus tenebris defluat ad tenebras exteriores: quoniam occurrit illuminatrix, & eos ad lucem restituit. Perringit etiam vsque ad angulum portæ Orientalis equorum. Equi peccatores portantes sefellum diabolum, quibus dicitur: Nolite fieri sicut equus & mulus, & cætera, qui Deum & diabolum sefellum non discernunt. Porta Orientalis penitentia per quam nobis oritur sol iustitiæ. In hac porta est angulus & angulus ingressus, per quam ut intrare valeant peccatores, adfuit eis beneficia beate Virginis, quæ in hora passionis Filij sui ad Aquilonem posuit, ne diabolus possit impedire penitentes venientes ad extensa brachia Crucifixi.

21. Commendatur hæc ciuitas à patriæ defensione. Isa. 26. Vrbis fortitudinis. Quare paulò infra. Et quidquid supra dictum est de muro- rum extensione, totam conuenit huic commendationi. Patria in qua sita est hæc ciuitas, terra promissionis est, sicut infra inuenies de terrena Ierusalem, qua signatur Ecclesia militans, quam ipsa defendit ab incurribus demonum & vitiorum, maxime quoad eos qui de ipsa confidunt, & ad eam refugunt. Vnde fidelibus Ecclesiæ qui habitant spiritualiter in conspectu eius, promittit Dominus Isa. in fine, secundum aliam litteram: De Ierusalem ciuitate quam elegi, veniet vobis auxilium. Ipsa enim est vna & precipua ciuitatum refugij, de quibus legitur Num. 35. & Iosue 20. Separate vrbes fugitiuorum, quæ sunt Maria & sancti, sed ipsa metropolis istarum ciuitatum. Propter quod dicitur Iob 5. ex verbis Elyphar. Voca, id est, inuoca auxilium contra instantiam demonum & tentationum, si est qui tibi respondeat, subueniendo precibus suis, & ad aliquem sanctorum conuolare. Sic fideles solent inuocare sanctum Nicolaum, sanctum Iacobum, sanctum Egidium, & alios quibus seruiunt in aliquo. Sed in nullo inuenietur tam festinum vel tam potens adiutorium sicut in Maria. De ciuitatibus refugij inuenies causa 25.

22. A quadratura, vel dispositione. Vnde Apoc. 21. Ciuitas in quadro posita est. Cuius quadratura fuit fides, spes, charitas & operatio bona: quia, ut dicit Glossa, hæc ciuitas robusta fide, longanimis spe, ampla charitate, efficaci operatione. Sequitur. Et longitudo eius, id est, fides, tanta est, quanta & latitudo, id est, charitas: quia quantum credidit, tantum amauit. Glossa: Quantum credit quis, tantum sperat: quantum sperat, tantum diligit: quantum diligit, tantum operatur. Vel hanc quadraturam faciunt quatuor cardinales, quoniam vna non dicitur aliam excedere. Prudentia appetendi boni & vitandi mali præcedit. Hanc sequitur temperantia quæ retrahit à voluptatibus. Hanc fortitudo ut quod intelligitur, operetur. Inde iustitia, ut sic suos actus temperet ne nimis iustus vel superbus sibi videatur. Eccl. 7. Noli esse nimis iustus, &c.

23. A turris altitudine. Maria enim ciuitas est in Bethaniam, cuius portas posuit Ananias in circuitu turris, sicut dicitur Ierem. 2. Ananias interpretatur sanctorum, vel sanctorum depolarionem. Hic est Christus, qui hanc ciuitatem edificauit, qui sanauit genus humanum, & sonuit, id est, prædicauit depopulationem peccatorum. Egbarhanis interpretatur solenne mandatum humilis viri. Hæc est Maria quæ solenniter adimpleuit præcepta Christi. Huius ciuitatis prima turris, celsitudo humilitatis, quæ attingit vsque ad sedentem in throno Dominum maiestatis. Sicut dicit beatus Bernardus, ista turris defendit simplices, timoratos, & mansuetos, & huiusmodi. Secunda turris, nomen Virginis. Prou. 18. Turris fortissima, nomen Domini: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. Hoc nomen inuocatur in hac ciuitate. Vnde Tob. 13. Adorabunt Dominum in te, & nomen magnum inuocabunt in te. Beatus Bernardus sic dicit: Turris fortissima nomen Domini: ad ipsam fugiet peccator, & liberabitur. Hæc defendit quoslibet & quantumlibet peccatores. Tertia turris, virginitas, à qua defenduntur à concupiscentia carnis quotquot diligunt castitatem. Quarta turris, martyrii cordis virginalis, quæ specialiter recepat & protegit tribulatos. Dispositæ autem spirituales sunt hæc turres quasi in angulis quadraturæ: & à qualibet illarum turrellulæ multiplices ceterarum virtutum disponuntur ordinabiliter quasi per latera ciuitatis, & possunt appellari turrellulæ filiz vel collateralis prædictarum virtutum. Item in Psal. Circundate Sion, id est, Mariam per iugem orationem, sicut quando aliquis ab aliquo vult aliquid impetrare, dicitur de eo, ipse vadit ei circa, Gallicè il y va entor. Et completimini eam, quasi ducibus brachijs fidei & dilectionis. Narrate, quid sit narrandum, dicitur alibi in Psal. Narrate omnia mirabilia eius. Item narrantes laudes Domine & virtutes eius, &c. Vos dico existentes in turribus eius, id est, firmi in quatuor virtutibus quas appellauimus turres, humilitate, nominis inuocatione, castitate, compassione vel presentia. Et hoc quod dicit, Narrate in turribus eius, vos dico existentes in his turribus supra dictis. Et hoc est quod dicitur vel subditur: Ponite corda vestra in virtute eius, non in virtute propria. Quia maledictus homo qui confidit in homine, se scilicet, vel alio. Ierem. 17. Et nota, quòd per turres ciuitatis inueniuntur, hostes prædicantur: & de turribus his qui extra sunt loquimur.

Commendatur hæc ciuitas à murorum in- dissolubili firmitate, & robusto munimine. Apoc. 21. Habebat ciuitas magnam murum & altum, &c. Christum videlicet defensorem matris magnæ apud homines secundum humanitatem, altum apud Patrem secundum diuinitatem. Vel sic: Magnus est Christus incomprehensibilitate & eternitate, altus sapientia & potentia, maiestatis sublimitate, & humanitatis exaltatione. De hoc modo dicitur Isa. 26. Vrbis fortitudinis nostra Sion. Saluator ponetur in ea murus & circumvallatio. Sit expositio. O Sion, &c. in Ecclesia, annuntio tibi, quòd vrbis fortitudinis erit nobis, & quæ sit vrbis illa, declarat per illud quod sequitur, Saluator ponetur in ea murus. Et nota, quòd si Saluator ponetur in ea, intra eam concluditur: & firmus ponitur, concludit eam. Hæc ergo descriptio

gloria sua. De hac Sion orabat Eccl. 36. Reple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis, dicit Pater ad Spiritum sanctum de Maria, & conuenit hoc sanctificationi Virginis. Interpretatur enim Sion Hebraicè speculatio, eò quod in sublimi constructa sit, & delongè venientia contempletur. Item ipsa est ciuitas Nazareth, in qua concepit filium & nutriuit, quæ est ciuitas Galilææ, quod interpretatur transmigratio facta, vel reuelatio, vel rota: quia per ipsam transmigramus à vitis ad virtutes, de malo ad bonum, de bono ad melius, de meliori ad optimum. Item ipsa quæ illuminatrix est, reuelat oculos nostros interiores, vt videre, id est, cognoscere valeamus mundi vanitatem, nostram vilitatem, & Dei bonitatem. Reuelat etiam nobis mytheria Scripturarum, rectificat etiam quosdam qui rotabantur ambulantes in circuitu post temporalia exemplo suæ paupertatis. Nazareth autem interpretatur flos, virginitas, sanctitas, consecratio, vnctio, munditia, custodiens, separatio, quod totum eadem pulcherrimè potest adaptari.

30. Ipsa est etiam ciuitas Bethleem, quod interpretatur domus pacis, vel domus refectionis, vbi ipsa peperit panem viuum qui de celo descendit, quo refectur in altari, & qui nostra resectio in æternitate. In hac enim ciuitate inuentus est panis viræ quem nobis attulit de celo. Prouerb. in fine: Delongè portans panem suum. Quem quæsierunt & inuenerunt pastores dicentes Luc. 2. Transeamus vsque Bethleem, id est, beatam Virginem. Et loquuntur more peregrinorum, qui nolentes hospitari in paupere villa vel inopi, dicunt, Transeamus vsque ad bonam villam, vbi inueniemus omnia necessaria & ad bonum mercatum, & securè dormiemus ibi. Et hoc est quod etiam ipsa consilium omnibus Eccl. 24. dicens: Transte ad me omnes & à generationibus meis implemini. Quasi diceret: Sicut ceteræ hospite. Nusquam alibi inuenietis tam bonum hospitium aut securum, nusquam tam bonum mercatum omnium necessarium: sed ceteræ bene possunt mentiri, hæc autem non: quia verax est & mater veritatis. Item Isa. 55. dicit ipsa cum filio: Omnes sitientes per desiderium, venite ad aquas gratiarum: & qui non habetis argentum, propestate, emite, & comedite. Venite, emite absque argento, &c. vsque, vinum & lac. Beatus Bernardus: Mirabilis hæc emptio, apud amatores seculi talis esse non potest, apud auctorem seculi alia esse non potest, supple, nec apud matrem eius. Curialiter etiam hospitatur illos quos recipit, dolens quod non omnes ad ipsam transeant: & ipsos infortiat dicens. Cantic. 5. Comedite amici & inebriamini charissimi. Quibus ferculis ipsa pascit suos coniuuas, quibus pigmentis & vinis ipsa eos inebriat & lætificat. Habes. 12. §. de horro. Item in hac Bethleem quæsierunt & inuenerunt tres Magi qui peregrini erant, verum panem Matth. 2. & sicut legitur in quodam apocrypho adhuc perdatur mensa in qua ad literam comedisse dicuntur cum beata Maria, quod non assensimus.

31. Item ipsa ciuitas Iericho, quod interpretatur luna vel odor eius: nam ipsa est palchra vt

luna, & tota odorifera singularum aromatibus virtutum, de qua scilicet Iericho dixerunt & iugiter dicunt agendo gratias Eliseo: id est, Christo, viri ciuitatis illius, familiares scilicet beate Mariæ. 4. Reg. 2. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est sicut tu ipse Domine perspicias, &c. Et bene optima: vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: sed maxime ea quæ fecit in Virgine, erant optima valde. Item ipsa ciuitas Capharnaum, quod interpretatur ager pinguedinis, vel villa consolationis. De hac Capharnaum inuenies infra titulo, quod Maria villa. Item ipsa ciuitas Bethuliz. Iudith 6. quod interpretatur virgo Domini, vel casta Domino, vel domus perturiens Dominum. De hac inuenies, quod Maria dicitur aqueductus. Ipsa ciuitas Thanis habens campum adiacentem, vbi Deus posuit prodigia, sicut dicitur in Psal. Thanis interpretatur humile mandatum: & ipsa his quæ Deus ei mandauerat per Angelum, humiliter obediuit, dicens: Ecce ancilla Domini, cuius obedire. Per campum huius Thaneos latitudo charitatis Mariæ, in quo scilicet campo facta sunt prodigia, quando ibi Deus factus est homo, verbum caro, mater virgo, magnus paruus, leo agnus, antiquus dierum puer, & huiusmodi. In campo Thaneos, ad literam in planitie illius ciuitatis. Est autem Thanis metropolis Egypti ciuitas, scilicet illa in qua Pharaon mansit, & Moyses fecit signa. Thanis interpretatur mandatum humile, vel mandatum humilitatis: quia ipsa suo exemplo manifestè mandat omnibus humilitatem dicens cum filio Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Item ipsa ciuitas Lachis de qua legitur Iudith. 8. in qua erat populus habitans absque vilo timore, securus & quietus, nullo ei ponitur resistente, magnarum opum, & procul à Sidone atque à cunctis hominibus separatus. Ciuitas dico sita in terra opulenta & vberis, & in regione latissima, in qua nullius rei penuria est eorum quæ gignuntur in terra. Descriptioni huius ciuitatis consonat quod dicit beatus Bernardus, de celesti Ierusalem, & congruè potest intelligi de Maria. O ciuitas celestis, mansio securi, patria totum continens quod delectat, populus sine murmure, incolæ quiescenti, homines nullam penuriam habentes. O quam gloriosa dicta sunt de se ciuitas Dei.

32. Commendatur hæc ciuitas à neminis nouitate. Vnde Mariæ dicitur Isa. 60. Vocabunt te in ciuitatem Domini Sion sancti Israël. Isa. 62. Vocabitur tibi nomen nouum, scilicet gratia plena: vel nomen nouum, scilicet mater misericordie. Quare titulo de saluatione, capitulo 2. Similiter semis & amantibus, ciuibus scilicet huius ciuitatis vocabitur in futuro nouum nomen, quia sicut modo dicuntur à Christo Christiani, sic in futuro dicuntur à Iesu Iesuani, id est, à Salvatore salutis, & à Redemptore redempti. Vnde Isa. 62. Vocabunt eos populus sanctus redempti à Domino. Item Isa. 65. Seruos suos vocabit nomen alio. Et hoc est nomen Christianum, honorabile coram Domino, licet quædamque apud aliquos despicibile sit. Vnde Almachin vocabatur Verbum cruciatum, & Iulianus vocabatur Christum

stum Galileum pannosum. Vel hoc nomen honorabile nomen pauperum est, de quibus hoc ad literam dicitur, quorum nomen in celo honorabile est coram Deo. Vel hoc est nomen diligentium pacem, qui filij Dei vocabuntur. Matth. 5.

33. A platearum latitudine, de quibus plateis dicitur Apoc. 21. Plateæ ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum. Platea dicitur à platos quod est latitudo, & designat latitudinem charitatis Mariæ, qua prout est omnes illos hilariter recipere, qui prius ambulabant per latam viam quæ ducit ad perditionem. Matth. 7. Et qui Deo erant incogniti: quia versabantur in plateis, sicut dicitur Thren. 4. si ad ipsam refugerint, sicut platea communis est omnibus ingredientibus ciuitatem. Ponitur autem plateæ pluraliter propter dilectionem Dei & proximi. Dicitur ergo qui ciuismodi est desiderio & re illud Cant. 3. Surgam & circuibō ciuitatem, id est, Mariam, per vias & plateas quærens quem diligit anima mea, qui in Maria & per Mariam inuenitur. Comparatur autem hæc platea auro mundo: quia aurum signat sapientiam propter suam pretiositatem, obedientiam propter suam tractabilitatem, constantiam mentis propter suam ponderositatem, munditiam quia non contrahit rubiginem, charitatem quæ formam dat virtutibus sicut aurum ceteris metallis. Sed dicitur aurum mundum, vt virtutes custodiantur ab inanibus gloriæ foridibus, sicut fuerunt in beata Virgine: ideo plateæ eius comparatur auro & vitro propter purissimam ipsius puritatem: vel etiam ideo auro & vitro, quia vitrumque suo modo reddit imaginem intuenti, vt in eius vita velat in speculo possint suorum criminum maculas deprehendere peccatores: quia sicut dicit Hieronymus, in Maria velut speculo totius virtutis forma resulget.

34. A securitate & pace. Vnde dicitur ei: Qui posuit fines tuos pacem. Nam extincto peccato in ea fouente in conceptu Saluatoris, non fuit in ea guerra inter carnem & spiritum, & ita non habuit bellum intestinum, nec discordiam inter ciues, id est, motus interiores. Fuit enim circa Noë, vbi omnia animalia. Nec timebat hostes exteriores, quia saluator erat ei murus, & Angelica custodia erat auremurale, vt supra dictum est. Est etiam nobis pax & securitas. Vnde promittit ei filius Isa. 54. Dabo multitudinem pacis filiis tuis, &c. Item Isa. 60. Non audietur iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis. Defendit enim à malo suos habitatores. Vnde dicit Cantic. 8. Ego mutui de vberis matris: terra propter hoc dicitur Apoc. 21. Portæ eius non claudentur per noctem. Hæc est vera terra: Quasi dicitur: Terra enim hæc securitas, quod nocte quando solent fieri incursus & male bestie, non clauduntur portæ: quia nullus hostis ibi recipitur & hoc prout est ad personam Mariæ. Vel tacite conuenit hæc ciuitas in terra quæ in his omnibus sanctis est. Aliqui ibi habent portam, non clauduntur per noctem: sed per noctem debent claudere, quia non possunt. Vnde sequitur. Non enim quæritur hæc terra: sed terra sine interfectione & afflictione, quibus homines ad amorem boni & ad gloriam veniunt, non

claudentur per noctem ignorantie vel peccati in beatis. Gregorius. Quid est quod non vident, qui videntem omnia vident? Nec ista portæ clausæ fuerunt in Virgine per noctem ignorantie: quia non creditur, quod aliquid ignorauerit pertinens ad salutem post filij conceptionem. Quod dicitur Matth. 25. clausa est ianua, hoc est, quod mali non habebunt accessum ibi, nec patebit tunc ingressus ad viam poenitentiae, sed ipsi claudentur in carcere inferni.

35. A transitu eorum qui volunt ad filium peruenire: non enim patet via veniendi ad Deum, nisi transeat per hanc urbem. Vnde Isa. 48. De ciuitate sancta vocati sunt, & super Deum Israël constabunt. Vnde promittit ei Dominus Isa. 54. Ecce accola veniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi. Item Isa. 55. Ecce gentem quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum & secundum Israël: quia glorificauit te. Quod quasi exponitur capitulo sequenti, vbi dicit Dominus: Omnem custodientem sabbatum ne polluat illud, & tenentem sabbatum meum, adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ. Ecce de custodia sabbati ad honorem Virginis gloriose.

36. Ab eo quod quicumque saluari desiderat, necesse habet ipsam querere adiutricem. Vnde dicit ei filius Isa. 62. Tu vocaberis ciuitas quæ sita & non derelicta. Propterea cum anxietate & desiderio videbatur querere Propheta. Quis deducet me in ciuitatem munitam, &c.

37. Ab eo quod per eam redificatum est quod per Euam fuerat dissipatum. Vnde Isa. 58. Edificabuntur in deserta seculorum: fundamenta generationis & generationis fuscitabis. Et hæc est vna de precipuis rationibus quare summopere benedicendus est Deus: quia fundauit hanc ciuitatem per quam reducitur ad primam de exilio mundi. Vnde dicitur ei Tob. 13. Benedicisti erunt qui edificauerunt te, scilicet Pater & Filius & Spiritus sanctus. Aliter. Hanc ciuitatem quodammodo edificauit, qui doctrina verbi & exempli faciunt adamari Mariam ab illis qui prius nesciebant eam.

38. Ab immanitate peccati. Isa. 60. Non audietur iniquitas in terra tua. Vastitas & contritio in terminis tuis. Psal. Qui posuit fines tuos pacem. Item Isa. 42. Non audietur pertransire incircumcisus & immundus.

39. Ab eo quod in ipsa & per ipsam magnificatur Dominus & laudatur. Vnde, Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Et ideo tanta est, quod non potest abscondi. Matth. 7. Mons iste Christus Dominus. Isa. 2. & Michæ 4.

40. Ab eo quod fundus est exultationis vniuersæ terre, id est, per eam exulcet vniuersa terra, id est, triplex terra, scilicet terra viuorum quæ inde exultat, quæ noster Angelorum diuinorum per eam laudat, per ipsam est reparatur terra morientium, id est, mundos qui per eam saluati est & gloria illustratus: terra mortuorum, scilicet infernus quæ de seorsis in limbo, quæ per eam inde extrahi sunt & in paradysum introducti: & hoc est quod Dominus dicit

Ita. 65. Ecce ego creo Ierusalem exultationem & populum eius gaudium.

41. Ab eo quod rectores animarum attribuunt ei & eius gratia, tam conuersionem animarum, quam gloriam propriam conscientie. Vnde dicitur Apocal. 21. Reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam. Reges terræ, boni prælati solliciti de salute animarum, vnde merentur coronam gloriæ sempiternæ: & qui regunt & iuste disponunt terram propriam, id est, motus carnis habitatores eius, & dissipant omne malum vitis tentantis intuitu suo. Proverb. 20. Hi, inquam, reges afferunt gloriam suam, scilicet eos quos conuertunt & in bono enutriunt. 1. Tim. 2. Vos estis gloria nostra, &c. totum attribuunt gratiæ matris & filij: sed quia non sufficit prodesse alijs nisi seipsum seruet quis immaculatum, idè subdit, Et honorem, id est, propriam conscientie puritatem.
42. A xenodochijs & missocomijs quæ nos hospitalia & infirmarias nominamus. Est autem xenodochium Græcè, peregrinorum susceptio Latine. Vbi autem ægrotantes de plateis colliguntur, missocomium Græcè dicitur: quia in eo consumpta languoribus & medijs miserorum membra fouentur.
43. A templis, Ecclesijs, & oratorijs. Est autem oratorium dictum ab oratione cui consecratum est, in quo nihil fieri debet nisi ad quod factum est & institutum.
44. A cœnobijs & monasterijs. Dicitur cœnobium à coinos non quod est commune, & est habitatio plurimorum in commune viuendum. Monos autem Græcè, solus, sterion stario, inde monasterium, quasi solitarij habitatio.
45. Item hæc ciuitas commendatur ex eo quod omnia reperiuntur in ea excellenter quæ solent in nobilissimis verbis reperiri, quorum pars notatur his verbis. Rex, præsul, populus, defensio, templa, domus, lex, fons, scola, ludus, opes, commercia, pax, cibus, arma. In hac ciuitate est rex iustitiz, vt supra de Melchisedech. Ipse enim est ciuitas regis magni, Christi scilicet, qui est Rex regum & Dominus dominantium. Apoc. 19. Præsul, ipse Christus pontifex futurorum bonorum dator, scilicet præbendarum cœlestium, ad Hebr. 11. quarum scilicet præbendarum multas creditur multis dedisse ad preces & consilium matris suæ. Creditur etiam beata Virgo multis procurasse præbendas & dignitates Ecclesiæ militantis, qui ei aliquantulum seruierant in præsentem, cum ipsos sciret indignos cœlestibus præbendis. Multis etiam de gratia & beneplacito, vt ipsi subueniret, & hic in futuro procurasse creditur beneficia & honores. Christus etiam sacerdos est huius ciuitatis habens in cura omnes ciues & habitatores ciuitatis istius. Populus. Vnde: Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum, &c. vt supra. Et quia populus ciuitatis debet consistere proprio sacerdoti, dicit Psal. Constituant tibi populi Deus, &c. Populus autem huius ciuitatis sunt omnes veri fideles. Vnde dicitur huic ciuitati Isa. 60. Populus tuus omnes iustum in perpetuum hæreditabunt terram, Item Tob. 13. Lataberis in filiis uis: quoniam omnes benedicentur & congregabuntur ad

Dominum. Visceribus enim charitatis tanquam capacitate murorum continet ipsa populum suum, vnde & dicitur mare misericordiz, sicut Paulus continebat in se populum suum, dicens Phil. 1. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eò quod habeam vos in corde meo, &c. & Galat. 4. Filij mei quos iterum parturio. Ergo eos habebat in ventre, quos se dicebat parturire. Defessio, vt supra. Templa, Christus. Apocal. 21. Dominus Deus omnipotens templum illius est & agnus, illum enim interius habebat, quem mente & spiritu iugiter exorabat, cui mente & spiritu iugiter psallebat, cui sacrificium contriti & humiliati spiritus iugiter immolabat, cui gratiarum actiones & voces laudum assidue decantabat. Habet etiam templa vbique terrarum. Quid ergo est quod ibidem dicit Ioan. Templum non vidi in ea, &c. Quod sic potest intelligi de Virgine. Templum locus orationis est, & oratio maxime fit pro duobus, pro malis amouendis & bonis adipiscendis: sed quia non oportebat ipsam orare pro istis duobus cum nullum malum inesset ei quod posset amoueri, & nullum bonum desset ei, cum esset gratia plena, idè forte dici potest: Templum non vidi in ea. Sed istud magis propriè conuenit Ierusalem cœlesti: credimus enim beatam Virginem filium & patrem sine intermissione orasse & orare, etsi non pro se, tamen pro fidelibus vniuersis quos multos plus diligit quam aliqua alia mater filios vteri sui. Vnde dicit Isaias 49. Nunquid potest obliuisci mater, &c. Domus, aula virginalis in qua Christus habitauit, imò palatium regis gloriæ. Proverb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum. Vel domus huius vrbis iusti sunt quos ipsa inhabitat. Nam delicia eius esse per gratiam cum filiis hominum. Proverb. 8. idè dicitur: Deus in domibus eius cognoscitur. Ad hanc enim ciuitatem pertinent domus religiosorum, & domus hospitalium, in quibus si vera sit ibi religio & charitas, Deus verè cognoscitur, & dicitur illud Genes. 28. Verè Dominus est in loco isto. Item hæc est domus Dei & porta cœli Gen. 28. Lex clementiz & benignitatis. Proverb. in fine: Lex clementiz in lingua eius. Item lex Dei eius in corde ipsius. Lex huius ciuitatis: Non facias alij quod tibi non vis fieri. Tob. 4. Item omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Marth.

In hac ciuitate est fons misericordiz. Zachar. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, &c. Cantic. 4. Fons horrorem, &c. Ioel. vltim. Fons egredietur de domo Domini. Item fons Iacob. Ioan. 4. Ipsa enim est fons ille qui ascendebat de terra. Genes. 21. Quære titulo, vbi ipsa dicitur fons, puteus, flumen, & huiusmodi. Ex aqueductibus. Vnde dicit Eccl. 24. Quasi aqueductus exiit à paradiso, &c. Huiusmodi enim artificia valde sunt ciuitatibus necessaria: quia per aqueductus adducuntur ad ciuitates & bonas villas fontes à superioribus locis. Sic & ad istam ciuitatem fontes gratiarum de cœlestibus merito sine humilitate quæ significatur per concubinationem aqueductus lacus in terra: humilitas enim dicitur quasi humiliter. Quære titulo, quod Maria dicitur aqueductus.

46.

Puteus, viuens & videns. Gen. 16. Puteus quem principes fouerunt. Num. 21. Puteus aquarum viuentium. Cantic. 4. Puteus altus plenus profunda misericordia. Ioan. 4. Contra profunditatem cordis peccatoria. Ierem. 17. Cisterna multiplex ad recipiendas aquas pluuiales, sicut necesse est ciuitati sitæ in alto monte: ipsa enim, si fuerimus ciues eius, velut cisterna nobis recipit stillicidia gratiarum, quæ descendunt à patre luminum, & nobis ea distribuit vnicuique secundam propriam virtutem, id est, humilitatis capacitatem. Ipsa enim est cisterna vetus in solitudine Gen. 37. Ipsa cisterna sita ad portam Bethleem. 1. Reg. 23. Quære titulo de receptaculis aquarum. Canalis & fistula multiplex, Gallicè guttur. 1. Reg. 5. legitur de fistulis domatum in Ierusalem. Doma domatis superior pars domus. Flumina, id est, donorum & gratiarum multitudo, quæ omnia huic ciuitati necessaria subministrabat, sicut videre est in quibusdam ciuitatibus nobilissimis, sicut est Parisius, Roma, Rothomagus. Spiritus enim sanctus loco fluminis ab hac ciuitate omnia superflua exportauit in sua sanctificatione, omnia necessaria sibi & ciuibus suis apportauit in gratia adimpletione, quando dictum est ei, Ave gratia plena, Dominus tecum, qui est plenitudo totius veri boni, fontem ex toto extinxit in ea in conceptione Filij Dei. Idè dicitur in Psal. Fluminis impetus, Gallicè laxade cretine, scilicet inundans abundantia gratia, laudificat ciuitatem Dei, id est, Mariam. Quære titulo, quod Maria dicitur flumen. Piscina. Cantic. 7. Oculi tui sicut piscina in Helebon, &c. Quære titulo, quod Maria piscina. Ibi enim est piscina probatica, quæ sanat languidos. Ioan. 5. Fontes, id est, scaturiones fluuiorum & riuorum: quis circa pedem montis sperant fontes frigidi, lapidi, & perspicui scaturire, quibus refocillantur pauperes, animalia, & transeuntes: qui etiam fontes faciunt fluuios, Piscina, stagna, & per conuallosa multipliciter se extendunt. Er bene dicuntur fontes circa pedem montis, in quo sita est hæc ciuitas, scaturire: quia ex affectu misericordiz & pietatis eius procedit iugiter in amatores suos irrigatio gratiarum. Vnde Deuter. 8. appellatur ipsa terra riuorum, aquarum & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi. Ipsa etiam est mons Libanus, ex quo oriuntur huiusmodi fontes ad literam, quibus irrigatur terra promissionis: Vnde & dicitur Cant. 4. Fons horrorem, puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de Libano. Et quæ se extendunt spiritualiter per vniuersum mundum. Item de istis fontibus dicitur Christo fundatori huius ciuitatis: Tu diripisti & aperuisti fontes & torrentes, &c. Et per aquas, id est, gratias horum fontium sicet Dominus fluuios Ethan, id est, illos qui defluunt per luxuriam, vnde & flumij debent dici riuales sunt fluuij Ethan, quod interpretatur fortis: quia per luxuriosos malum coecit in terra vitris diaboli. Vnde Tob. 40. Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo eius in umbilico ventris eius.

47. In hac ciuitate sunt vitaria, quæ dicuntur à viuendo, quia ibi viuunt & multiplicentur

piscæ, id est, iusti multitudine gratiarum, velut aquarum abundantia nutriti. Stagna. Pisceæ multimodi, id est, marini & fluuiales, iusti videlicet, quorum quidam tribulationibus velut aquis marinis impinguntur, quibus ipsa patientiam subministrat: alij deuotione & gustu gratiarum eius velut omnimoda dulcedine nutriuntur. Fluxus maris atque refluxus. Soph. 2. Erit funiculus maris requies pastorum, & caule pecorum, &c. Portus: ibi enim est portus salutis, vbi figenda est anchora nostræ spei, id est, mândi firmiter teneatur. Dominus enim per eam illos retinuit, qui antequam ipsa nasceretur, in æternas amaritudines descendebant velut in fundum maris. Item nauigantes mare viso portu vehementer gaudent: & de ipsa canitur, Nariuitas tua Dei genitrix Virgo gaudium annuntiauit vniuerso mundo. Item ab omni portu iter nauigantium inchoat quia per fidem Dominicæ incarnationis, cuius fuit ministra, inchoatur iter Christiani versus cœlestem Ierusalem: inde enim est motio veniendi ad Deum. Item portus à mari corroditur: & Mariæ detrahunt Iudæi, pagani, hæretici, & blasphemij, qui pleni sunt amaritudinibus vitiorum. Item portus dicitur à deportandis commercis: veniens enim Dei Filius saluare mundum, apportauit secum ad hunc portum quidquid erat nobis necessarium. Vnde Gen. 6. dicit pater filio carnem sumpturo: Tolles tecum ex omnibus escis quæ mandî possunt, &c. Nauigia. Vnde Isa. 60. promittit ei filius: Me insulas expectabunt & naues maris in principio, vt adducam filios tuos delonge. Argentum eorum & aurum eorum, id est, eloquentia & sapientia, cum eis nomini Domini Dei tui. Et paulò post: Afferretur ad te fortitudo gentium, & reges eorum addacentur. Fœnum. Vnde de ipsa dicitur: Producent fœnum iumentis, &c. Fœnum, id est, carnem filij sui. Isa. 40. Omnis caro fœnum. Hoc fœnum fuit quasi herba vitens quando pollulauit & viruit in terra vteri virginalis, quod produxit terra illa in natiuitate, iuxta illud Gen. 1. Protulit terra herbam virentem, &c. Creuit hæc herba in profectu vitæ, excisa est à terra passionis falcis, excitata & conuersa in fœnum in ipsius passionis feruore. Sed comeditur à fidelibus animalibus in sacramento Domini susceptione. Idè hoc fœnum positum est in præsepio quò signatur atarè, Er bene dicit iumentis, id est, illis & illis tantum qui fœnum & filij sui deserunt onera mandatorum.

In hac ciuitate sunt prata. Proverb. 29. Aperta sunt prata, & appaerunt herbe virentes, & collectæ sunt fœna de montibus. Et dicitur pratum quasi protinas paratum, quia non querit magnum laborem culture. Virentes herbe. Vnde de iustis qui sunt oues pascuæ Domini Ezech. 34. Ibi requiescent in herbis virentibus. Virent herba simplex doctrina: vel herbe virentes bonorum operum insipita multitudo, vnde promittitur Job. 5. Progenies tua, id est, spirituales filij, erunt vt herba terræ, id est, multi numero & virentes virtute. Pascua pinguis: & hoc promiserat Dominus dicens de ouibus suis: Pascua erit in montibus Israël.

Israel. Et cætera multa Ezech. 34. Item Is. 49. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascentur eorum. Istud enim promittitur his qui simpliciter seruiunt Virgini gloriosæ Mariæ: quia in omnibus simplicitas figuratur. Propter hoc dicit habitator huius ciuitatis. In loco pascentur, ibi me collocavit. Arbores omne genus fructuum facientes. Oliuæ. Vnde Deuter. 8. dicit, quod ibi est terra in qua ficus & malograna & oliueta nascuntur. Vites. Ibi enim inuenitur omne genus bonæ vitis, ibi vitis vino suo lætificans Deum & homines Iudic. 9. Vineæ Engaddi Cant. 1. Vineæ purpureæ Cant. 2. Vineæ florentis & odoriferæ Cant. 2. Vineæ pacificæ Cant. 8. Vineæ dilectæ Is. 7. Vineæ electa seu vinea Sotuth. Ierem. 2. Vineæ sub qua securè quiescitur. 3. Reg. 4. & Mich. 4. Vineæ crescens ex aquis multis. Ezech. 19. Vineæ plantata in montibus Sumeria. id est, in eminentia Ecclesiæ. Ierem. 31. Vineæ plantata dextera Dei patris. In Psal. Vineæ plantata. Mar. 11. Vineæ habens septem, torcular, & turrim. Matth. 21. Palmæ. Hæ sunt palmæ 70. repetitæ in Helim. Exod. 15. Palmæ exaltatæ in Cades Eccl. 24. Palma sub qua verè iudicatur. Iudic. 7. Ficus, non illa maledicta folia habens sine fructu quæ aruit. Matth. 21. & Marc. 11. & quæ iussa est abscindi, quasi frustra terram occupans. Luc. 13. sed illa quæ noluit desistere dulcedinem suam fructusque suauissimi vt promoueretur inter ligna. Item illa quæ genuit ficus bonas valde. Ierem. 24. Item Ioel. 2. Ficus & vinea dederunt virtutem suam. Punica mala, id est, malipunicæ, scilicet arbores pretiosissimæ & fructiferæ, quarum flores rubicundi signant desiderium Dominicam passionem imitandi. Terra ferax. Vnde hæc ciuitas dicit: Pulchritudo agri necum est, id est, mihi feruit. Pulchritudo agri est gignentium & generatorum vbertas. Hæc est terra de qua dicitur. Deuter. 8. & quæ promittitur amatori Mariæ. Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam terram riuorum aquarumque & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuioꝝ abyssi, terram frumenti, hordei ac vinearum, in qua ficus & malograna & oliueta nascuntur. Terram olei ac mellis, vbi absque penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfructis, cuius lapides ferrum sunt: & de montibus eius æris metalla fodiuntur: vt cum comederis & saturatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima quam dedit tibi, &c. Horti irrigui, verus enim Salomon fecit ibi hortos & pomæria sibi, id est, ad honorem suum, & ea consecuit cuncti generis arboribus, & extruxit ibi piscinas aquarum ad irrigandam syluam lignorum germinantium Eccl. 2. de quibus, scilicet hortus dicit Balaam Num. 24. quasi præcipue loquens illis religiosus qui deuotè seruiunt Mariæ. Quam pulchra sunt tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel, vt valles numerosæ, & vt horri iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas, &c. Quære expositionem titulo, quod Maria tabernaculum. Item de ciuitibus huius ciuitatis dicitur Ierem. 31. Venient & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini super frumento, vino, & oleo, & fetu pecorum & armen-

torum, eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & vltra non esuriunt. Valles memorosæ. Genes. 21. in fine: Plantauit Abraham nemus in Bersabee, & inuocavit ibi nomen Domini Dei æterni. Et dicuntur nemora à numinibus: quia ibi pagani idola sua consecrabant: sunt enim nemora arbores maiores vmbrosæ frondibus. Arborei montes in quibus crescunt ligna quæ congruunt ædificiis. Vnde Is. 35. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron. Item in quibus abundant venationes ceruorum, caprearum, bubalorum, & huiusmodi. Syluæ venatibus aptæ. Vnde ipsa dicit cum filio: Mæ sunt omnes feræ syluarum. Saltus condens, vbi apes mellificæ. Vnde 1. Reg. 13. Venit populus in salutem, & apparuit fluens mel, &c. Volucrum genus omne. Vnde hæc ciuitas dicit cum filio: Cognoui omnia volatilia cæli, &c. Lacunæ gurgitibus plenis. Ezech. 47. Plurimæ species erunt piscium eius sicut pisces maris magni multitudinis nimis. Animalia pingua quæque. Quære. 3. Reg. 4. vbi agitur de cibo Salomonis & populi Israel. Terra metallorum, de qua Deut. 8. Cuius lapides ferrum sunt: & de montibus eius æris metalla fodiuntur. Is. 60. Pro re afferam stagnum, &c. 1. Paral. 1. Præbuit rex Salomon argentum, & aurum in Ierusalè quasi lapides, &c. Per aurum sapientia, per argentum eloquentia, per electrum coniunctio deitatis & humanitatis, per æs perseverantia propter sonoritatem, vel gratiarum actio propter sonoritatem: per ferrum abstinencia, quæ sicut ferrum metalla, sic domat carnis desideria. Aurichalcum & stannum, imitatores bonorum qui sunt aurum & argentum. Plumbum, qui attendunt fortitates suas & ponderositatem, vt inde liquefiant per lachrymarum effusionem. Is. 41. Confortabit faber ærius percutientem malleo.

In hac ciuitate est quæuis pretiosa moneta. Moneta huius ciuitatis similitudo Dei, drachma scilicet regis habens imaginem & superscriptio nem: quia Christianus à Christo. De Maria enim potest exponi illud Luc. 15. Quæ mulier habens drachmas 10. &c. Genes. 23. Appendit Abraham Ephron 400. siclos argenti probatæ monetæ & publicæ. Electi lapides. Vnde promittitur seruo Mariæ vel incolæ huius ciuitatis 1. Job. Cum lapidibus regionum erit pactum tuum. Hos lapides appellat Glossa electos regionum, id est, qui de omni regione sunt electi & congregati, de quibus Psal. De regionibus congregauit eos. Vnde Dominus Marth. Multi ab Oriente & Occidente venient, &c. Promittit etiam ei Is. 43. Ab Oriente adducam semen tuum, &c. Hi sunt rationibus pressoris expoliti lapides, de quibus dicitur Zach. 9. Lapidés sancti eleuabuntur super terram. 1. Petr. 2. Ipsi tanquam lapides viui, &c. Sequitur. Erit pactum tuum firmum & æternum. Cum talibus est pactum sanctorum: quia mortuè se diligunt, & orant pro inuicem, vt saluentur. Lapidicines pretiosæ. Ex quibus scilicet ad opus omnis spiritualis ædificiæ sumuntur membra & lapides gipsei & porphireici. Agricole, vitatores, pecorumque magistri, id est, pastores. Ideo Dominus promittit incolis & quibus illius ciuitatis

49.

ciuitatis Is. Stabant alieni & pascent pecora nostra, & filij peregrinorum agricolæ & vitatores nostri erunt. Ierem. 6. Speciosæ & delicate assimilauit filiam Sion, id est, Mariam. Ad eam venient pastores & greges eorum fixerunt in ea tentoria in circuitu, &c. Architecti. Is. 61. Edificauit deserta à seculo, & ruinas antiquas erigent, &c. quæ scilicet acciderunt à peccato primæ mulieris. Ibi aschireti, dona Spiritus sancti, vel prædicatores sancti. Mercatores. Ezechiel. 26. quære multa de huiusmodi. Luc. 19. Negotiamini dum venio, id est, date temporalia pro æternis. Ibi sunt illi inuitores de quibus Ezech. 26. Iuda & terra Israel, inuitores tui in frumento primo. Ibi inuitores Propheta, quorum filij Apostoli. Frumentum primum doctrina prophetica, quasi ratione temporis vel dignitatis apostolicæ: vel inuitores Apostoli, quorum filij sequentes. Prædicatores, quibus dicitur: Negotiamini dum venio. Luc. 19. id est, date temporalia pro æternis. Vel inuitores huius ciuitatis ipse Christus, cuius natis Maria. Vnde facta est natis inuitores, &c. Medicique. Vnde Ierem. 8. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Ibi medici incantantes sapienter. Omnimodæ species. Vnde dicitur Eccl. 24. Ego quasi floræ & galbanus & vngula & gutta, &c. Aromata. Vnde dicit: Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans, &c. Item Cant. 6. dicit ipsa: Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam, aromatum. Medicinæ. Vnde Eccl. 38. Altissimus de terra creauit medicinam, & vir sapiens non abhorrebit illam. Altissimus, id est, Deus Pater, de terra terra virginali, creauit medicinam, id est, Christum hominem, vel carnem Christi in qua tulit peccata nostra, sicut dicit Petrus. 1. Canon. 2. Qui peccata nostra tulit in corpore suo super lignum. Et hoc necesse erat: quia à planta pedis usque ad verticem. Is. 1. non erat sanitas in mundanis. Ergo qui infirmus est, curat ad hanc ciuitatem, nec in sua infirmitate despiciat seipsum. Eccl. 28. sed oret Dominam, & curabitur. Vnde & ipsa dicit: Ego quasi fluuius Dorix, quod interpretatur medicamentum generationis. Ipsa autem medicamentum est generationis humanæ. Et cum hoc medicamentum sit tam efficax, miratur. Ierem. 8. dicens: Nunquid resina non est in Galaad, aut medicos non est ibi? Galaad, acerbis testimonij, Maria cui testimonium perhibent Patriarchæ, Propheta, Angeli. Resina, Filius Dei, quem quasi offert omnibus, sicut figurat eius imago. Sed propter hoc non sanantur multi, quia nolunt accedere ad Mariam, nec meditari, nec de exemplis, verbis, & operibus eius. Quibus autem ipsa medeatur, offenditur. Is. 61. vbi dicitur de matre & filio: Spiritus Domini super me, &c. vt mederer contritis corde, &c. Simile in Psal. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Potest dici: Qui sanat, &c. Sicut fecit Theophilum penitentem, &c. Omne genus vestis, id est, omnimodæ vestes & omnia indumenta necessaria sibi & familiaribus suis. Vnde & ei dicitur Is. 62. Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalèm ciuitas sancti, &c. Pro. in fine: Sindonem fecit. Ibidem: Byssus & purpura indumentum eius. Ibidem: Stragu-

latam vestem, &c. Quære causa 14. Ideo dicit venienti ad seruitium suum. Zach. 3. Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mitatoris. Omnia subtilia texens, id est, omnis rector subtilium. Is. 19. De habitatoribus huius urbis operabantur linum pectentes & textentes subtilia, &c. Item 1. Paralip. 4. Hæ cogitationes domus operantium byssum in domo iuramenti. Item Exod. 35. Mulieres doctæ dederunt quæ venerunt, hyacinthum & purpuram, & vermiculum, ac byssum, & pilos caprarum, &c.

CAPVT II.

Maria castrium.

Castrium vel castellum, de quo Luc. 10. Intrauit Iesus in quoddam castellum, &c. Maria dicitur castellum triplici ratione: quia castellum principaliter tria significat. Primum est humilitas ratione diminutiu: quia sicut à flagro flagellum, sic per diminutionem venit à castro castellum. Castrium quidem quoddam, id est, singulare & privilegiatum fuit, & est verus virginalis, vel ipsa beata Virgo: sed tamen magis appellatur castellum quam castrium, quia virtus humilitatis fuit huius castri specialissimum, potissimum, & firmissimum munimentum. Secundum est charitas: quia in communi acceptatione castrium significat fortitudinem, & fortis est vt mors dilectio. Cant. 8. Tertium est castitas: castrium enim dicitur, eò quod castrati, id est, casti in eis, scilicet in castris soleant conuerti. Mulieres enim solent à castris sequestrari, ne per earum contubernium mollesceret animus bellatorum. Bene ergo Maria castellum, quia casta & humilis & in charitate fundata & firmata.

Item Maria castellum propter veri virginalis diuersorium angustissimum, contra impetus inimicitie & tyrannidis munissimum; fundatum supra firmam petram quæ est Christus. Vnde Cant. 8. dicitur: Innixa super dilectum suum. Et ita est castellum quoad se. Castrium etiam quoad nos: quia omnibus impugnat à triplici concupiscentia, vel ab hoste multiplici fidele est & inexpugnabile refugium, si ad ipsam refugerint sapienter. Castellum etiam fuit ipsi Christo, in quod ipse se recepit propugnator veniens ad saluandum. Is. 63. & ad depellendum fortem qui custodiebat arrium suum Luc. 11. Consuetudo enim guerratorum est, quod quando aliquis cupit inuadere regnum alienum, vel sibi ablatum regnum acquirere, primo sibi quærit vel præparat refugium opportunum. Sic & Christus Virginem gloriosam, de cuius securitate dicit Salomon: Confidit in ea cor viri sui, &c. & hoc est quod Psal. dicit Christo: Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum, &c. Ipsa etiam dicit: Ego in altissimis habitavi, &c. Eccl. 24. Rogauerat enim Propheta quasi ex persona Ecclesiæ antiquorum propugnatores caelestem: Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Et extendita est ab eo in ingressu huius castelli: apprehendit enim totam

arma

arma & scutum, id est, animam & carnem, ut contra diabolum nobis exurgeret ad adiutorium. Et hoc est quod dicitur Isa. 59. Indutus est iustitia lorica, & galea salutis in capite eius. Induit enim quasi pro lorica sanctæ conuersationis iustitiam: & sicut caput desuper armatur galea, sic & mentem suam quæ figuratur per caput, armavit desuper salutari munimine spirituum charismatum: quia spiritus sapientiæ & ceteri requiescerunt super eum. Isa. 11. De cuius etiam armatura statim subiungitur: Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. Zelus amor, zelus indignationis: & sub utroque tenit Dominus zelo dilectionis zelabat animas seductas & sibi ablatas à diabolo. Zelo quoque indignationis zelabat & indignabatur contra diabolum, quod hominem Dei creaturam fraudulenter seduxerat, & rem aliam detinebat in iustè. Vt quoque igitur modo zelo succensus Dominus carnis accepit pallium, quæ ratione prædicta dicitur pallium zeli. Alia etiam ratione dicitur caro eius pallium zeli: quia sicut vir zelotes sub alieno pallio explorat fidem, vel adulterium vxoris: sic scilicet Christus fidem vel adulterium animarum, et etiam ad hoc velat se in sacramento speciebus panis & vini. Opertus est autem hoc pallio ut serpentis altitiam per prudentiam superiret: quia incarnationem suam prudenter occultauit diabolo: & per hoc prudentia eius percussit superbum. Job 26. Indutus est vestimentis vltionis: quia carnem & animam ad hoc sumpsit, ut se de diabolo vindicaret. Vnde sequitur in textu Isa. Quasi ad vindictam, quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem iniuriis suis. Armavit enim se Dominus sicut ad vindictam faciendam, & vindictam accepit in hunc modum. Retribuit enim indignationem pro indignatione, & vicem reddidit pro vice: nam sicut diabolus indignatus, quod homo locum haberet à quo ceciderat, duxit ipsum in perditionem. Sic Dominus indignatus, quod homo locum haberet ad quem ceciderat diabolus, ipsum à perditione reduxit ad salutem, vicem quoque pro vice reddidit, quia deprædatus est diabolus, hominem de potestate eius eripiendo, sicut diabolus ipsum fuerat deprædatus. Vnde Isa. 33. Vx qui prædatis, nonne & ipse prædaberis, &c. Sic igitur Christus in Virgine gloriosa velut in castello tabernaculum suum posuit contra diabolum pugnaturus, cum ex eius substantia carnem gloriosam assumpsit, in qua diabolum expugnauit. Et bene dicitur castrum quoddam, castellum quoddam, id est, singulare: quia singulariter mater & virgo est. Vnde canitur ei, Virgo singularis. Castellum propter vniuersarum munitionem virtutum. Dicunt autem quidam, quod castellum dictum est Magdalum à quo Magdalena, quod bene competit: quoniam Magdalum interpretatur turris, & significat humilitatem.

3. Beatus Antelmus Cantuariensis in huius Euangelij explanatione: Castellum dicitur quælibet turris & murus in circuitu eius: quæ duo sese invicem defendunt, ita vt hostes per murum ab arce, & à muro per arcem arceantur. Tale castellum beata Virgo quam virginitas corporis & mentis quasi murus ita vallauit

vndique, ut nullus vnquam esset libidini accessus, nec sensus eius aliqua corrumperetur illecebra. Et quia virginitatem cum libido non possit, solet impugnare superbiam, fuit in eadem Virgine turris humilitatis, quæ à muro virginitatis omnem repellebat superbiam. Et quia humilitatem cum superbia non possit, solet impugnare libido, murus virginitatis à turri humilitatis omnem repellebat libidinem. Itaque hæc duo, murus videlicet virginitatis, & turris humilitatis ab alterutro muniantur, ut nunquam in humili Virgine fuerit aut superba virginitas, aut humilitas inquinata, sed semper in ea permanerit & humilis virginitas & virginitas humilitas. In hoc ergo castellum intrauit Iesus, id est, saluator in sua incarnatione. Et bene cum hoc narratur, apponitur hoc nomen, Iesus, quod interpretatur saluator, vel salus, vel salutaris, id est, medicus, aut salutare, id est, medicina: quia ad hoc venit in sanctam Virginem in sua incarnatione, ut populum suum saluaret à peccatis eorum, sicut dicitur Matth. 1. & esset salus populi, sicut dicit: Salus populi ego sum, &c. Et quasi medicus sanaret mundum languidum, in quo à planta pedis, vsque ad verticem non erat sanitas. Isa. 1. Et de singulis membris suis veluti ex herbis medicinalibus, cum distemperamento liquoris sanguinis sui, in mortariolo omnimodæ tribulationis patienter perpeffæ, singula faceret emplastra singulis nostris morbis. De modo intrandi inuenies titulo, quod Maria dicitur porta clausa. Ezech. 44. qui scilicet modus ineffabilis est. Vnde sic ibi legitur: Porta hæc clausa erit & non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam: eritque clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, &c. Ecce ineffabilis intrandi modus.

4. Aliter. Intrauit Iesus, &c. sed modum intrandi nemo explicat: quia ipsum dicit se Salomon penitus ignorare. Vnde dicit Prou. 30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, &c. & de illo quarto dicit, Viam viri, id est, Christi in adolescentia sua, id est, in beata Virgine quæ tunc erat, ut creditur quasi 14. annorum, & tota erat sua. Item de hac via dicit Psal. In mari via tua o Christe, & semitæ tuæ in aquis multas. Sed subdit, Et vestigia tua non cognoscuntur. Mare Maria, quæ interpretatur mare amarum, ad quam venit Gabriel tanquam præcursor Domini sui, adducens eum ad melius hospitium quod posset in mundo inueniri, & honestius tanto principi, & dominam hospitij prius pacificè salutauit dicens: Aue gratia plena. Et subiunxit, Dominus tecum, scilicet hospitabitur. Quæ de prauitate domus suæ sibi conscia respectu excellentiæ tanti hospitis, respondit: Quomodo fiet istud, &c. Sed tandem audiens multiplex beneficium huius hospitis, confortata respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Quasi diceret: Nolo esse vt Domina, sed volo ei ministrare vt ancilla. Quo concessio rex gloriæ velut de prope subsequens camerarium suum, de altitudine suæ maiestatis descendit in domum veteri virginalis, non relinquens quod erat, sed assumpturus quod non habebat, scilicet carnem. Ideo sequitur.

sequitur. Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Item intrauit Iesus, &c. Sed quomodo intrauit? sicut radius solaris fenestram vitream, ut dicit Augustinus, sicut lux solis oculum sanum quem non excæcat, sed magis illuminat, sicut verbum aurem, sicut vox locum conclusum, sicut facies intrauit speculum.

5. Sequitur. Et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et quodlibet verbum pondus habet proprium. Maria mulier: quia Deum molliuit, nec cessat adhuc emolliere. Et bene cum Euangelista tractat de incarnatione Dominica, appellat Mariam mulierem: quia tunc Dominus prius durus emollitus est per eam. Quare titulo, quod Maria mulier. Quædam, id est, singularis pare carens & simili: quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Martha nomine. Martha secundum Isidorum interpretatur irritans vel prouocans. Syro autem sermone interpretatur dominans, & signat Mariam quæ Syriacè interpretatur Domina, quæ cum filio suo dominatur in celo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Interpretatur etiam prouocans: quia merito humilitatis & voto virginitatis prouocauit, id est, porro, hoc est, certè vocauit specie sua & pulchritudine diuinos aspectus, quando videlicet altissimus Dominus respexit humilitatem ancillæ suæ. Vnde dicit ei Isa. 62. Complacuit Domino in te. Vel idèd prouocans: quia merito humilitatis suæ prouocauit Deum ad carnis assumptionem, quando visus est ei dixisse: Tu mihi sola places. Prouocauit etiam Angelos ad admirationem. Vnde dicebant videntes eam ascendentem Cant. 8. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, &c. Prouocat etiam homines ad imitationem virginitatis, humilitatis, paupertatis, & ceterarum virtutum. Interpretatur etiam irritans, & est irritare idem quod euacuare: suis enim orationibus & meritis euacuat, & euerit iram Dei à creaturis suis. Est etiam irritare idem quod prouocare ad iram sub alia verbi significantia: quia beneficiis quæ nobis impendit, demones prouocat ad latratum & rictum sicut canes: nam ipsa ille fons est, qui per aqueductum fluebat in ciuitatem Bethulæ, id est, Ecclesiam & fidelium animam, quem Holofernes præcepit incidere. Iudith. 7. Hoc melius inuenies titulo, quod Maria aqueductus. Merito siquidem haram virtutum elegit eam Deus & prælegit, & in ea posuit tabernaculum suum. Excepit illum, eo modo quod ante excepit verbum, vitrum vel aer solem, locus conclusus vocem, & oculus sanus solis radium & claritatem. Excepit, inquam, illum venientem de supernis in domum suam, id est, in vterum virginalem, qui est illa domus quam sapientia edificauit sibi Prou. 9. & hoc quando femina circumdedit vitrum. Ierem. 31. & quando Maria gyrum cæli sola circuiuit. Eccl. 34.

Et nota, quod literatè dicitur domus fuisse Marthæ: quia Martha magis erat operosa & vicinis utilior & magis nota. Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius, & audiendo

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

verbum vitæ æternæ Christum recipiebat in corde quem Martha receperat in domo. Martha autem satagebat, id est, omnem curam adhibebat. Ipsa dico, frequens, id est, assidua, circa ministerium, ut scilicet ministraret & præpararet necessaria hospitibus suis, Christo scilicet, & sociis suis. Aliter. Martha autem satagebat circa frequens ministerium, id est, circa assiduum & consuetum domus officium, quæ stetit. Attende, quod Maria sedere dicitur; Martha stare. Qui sedet, à renibus & infra quiescit, & supra erigitur, & laborat, quia contemplatiuus à cura secularium & vitis per sanctum quiescit otium, mente tamen laborat, quam erigit ad contemplationem celestium. Qui stat, totus ad pugnam erigitur & laborat. Martha ergo stat: quia vita actiua in laboribus defudat & certamine. Et ait: Dominus non est tibi curæ, quod foror mea reliquit me solam ministrare. Dic ergo illi vt me adiuuet. De superflua familia nos arguunt sorores istæ, quæ nec seruum nec ancillam habebant, sed sola Martha seruiebat. Dominus quoque nec coquum nec seruentem alium secum adduxerat. In his figurat eos Martha qui non experti dulcedinem contemplationis diuinæ Deo magis placere æstimant officia fraternæ dilectionis. Et respondens dixit illi Dominus. Dominus respondet pro Maria: & qui iudex fuerat, interpellatus à Martha, factus est aduocatus pro Maria. Martha Martha, repetitio nominis indicium est dilectionis. Solicita es & turbata erga plurima. Non enim est sine turbatione sollicitudo quæ versatur erga plurima. Et qui circa plurima sollicitus est, diuinus est. Porro vnquam, scilicet Deo iugiter inhaerere, est necessarium, Maria optimam partem elegit. Ecce sententia iudicis. Nec reprehenditur pars Marthæ, sed laudatur pars Mariæ. Et quare pars Mariæ optima dicatur, declaratur cum subditur, Quæ non auferetur ab ea. Hic enim incipit contemplatiua & perficitur in celesti patria: quæ enim nunc contemplatiua speculatur per fidem, tunc videbit per speciem: opera enim actiua necessaria non erunt in patria. Actiua ergo quam elegit Martha, in futuro auferetur ab ea quando actiua cessauerit opera: sed contemplatiua nunquam auferetur à Maria.

Intrauit Iesus in quoddam castellum, quoniam beata Virgo perfecta fuit in actiua & contemplatiua, quæ signatur per has duas sorores: idèd hoc Euangelium legitur in sua assumptione quando Filius Dei recepit eam in castro suo, de quo dicit ei Psal. Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum, &c. quæ cum in incarnatione receperat, ut dictum est, in castello suo. Alia ratio. Quoniam in hoc Euangelio beata Virgo multipliciter & à multis commendatur, & quæ in fine canitur: idèd in fine eius hoc Euangelium legitur, quando gloria ipsius perfecta est consummata. Alia ratio. Quoniam Maria vtriusque optimam partem elegit, scilicet de actu virginum puritatem, relinquens sterilitatem, de statu sponfarum fecunditatem, relinquens corruptionem. Gratia huius clausule, Maria optimam partem elegit quæ non auferetur

ea legitur de ea hoc Euangelium. Expositionem inuenies titulo, Benedicta tu, &c. ante medium capituli.

CAPVT III.

MARIA CASTRUM.

1. **I**tem castrum Domini Ecclesia vel religio quæ debet esse locus munitus. Vnde Esto mihi in Deum protectorem & in locum munitum vt saluum me facias. Cuius scilicet munitio principaliter consistit in 13. quæ notantur his versibus. Turris, kerneli, muri, vigiles, tuba, senta, mons, aqua, fossa, cibus, machina, saxa, viri. Munitio huius castri sunt turris, humilitas, vel duplex turris, doctrina & prouidentia. De doctrina Cantic. 8. Vbera mea turris. De discretis prouisoribus. Cantic. 7. Natus tuus sicut turris Libani, &c. Kerneli vel dentales, auctoritates Scripturæ. Cantic. 8. Si murus est, & sificamus super eum propugnacula argentea, id est, de sacro eloquio. Cantic. 4. Turris David edificata est cum propugnaculis. Muri. Assigna de muris, sicut habuisti supra titulo de ciuitate. Vigiles. Prælati Hebr. vlt. Obediunt præpositis vestris, &c. ipsi enim perugilant, &c. Tuba. Prædicatio contra hostes spirituales. Num. 10. Fac tibi duas tabulas argenteas, duas propter promissionem & comminationem. Scuta orationum, quæ opponenda sunt telis hostium, id est, tentationibus demonum. Sapient. 18. Proferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans testitur iræ. Mons, Christus, super quem fundata fuit, vel eminentia & arduitas vitæ. Aqua lachrymarum, quibus plantæ virtutum sæpe rigentur, scilicet duplex irriguum. Vel aqua sapientie salutaris. Sed modò magis queritur sapientia secularis, scilicet vendendi & emendi, ne dicam, vsurandi, vt in venditione lanarum, & huiusmodi. Fossa, id est, duplex fossatum, scilicet confessio & paupertas. Confessio detegit & eiicit terrenitatem peccati, paupertas distribuit & eiicit temporalia. 4. Reg. 3. Facite iuxta alueum torrentis fossas. Torrentis gratia, aluens humilitas cordis. Cibus multiplex, lectio, meditatio, deuotio, contemplatio, quibus velut cibus anima pascitur Prou. 23. Multi cibi in noualibus patrum.

2. De hoc castro vel de hac munitioe potest

istud exponi quod dicit Balaam. Num. 24 loquens ad Cyneum. Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petra, id est, in Christo posueris nidum tuum, id est, fidem, vel cor tuum: sed quia non ponunt n. l. i. Assur, id est, superbia capiet te. Vnde Eccl. 21. Domus quæ nimis locuplex est, annihilabitur superbia. Cyneus interpretatur lugens, vel possidens, & significat religiosos, qui venerant ad lugendum sua & aliorum peccata, pro quo datur sunt eis elemosynæ terræ & nemora, sed facti diuites in multis possessionibus cessant lugere: & Cain, id est, possessio in ipsis interficit Abel, id est, luctum. Sed sanguinis Abel, id est, illorum quorum peccata debebant diluere, clamat ad Deum de terra. Beatus Bernardus: Venient venient ante tribunal iudicis, audietur pupillorum accusatio grauis, allegatio dura, quorum vixere stipendiis, nec diluere peccata. Istud dixit de clericis secularibus, sed modo bene conuenit multis religiosis & etiam quibusdam prædicatoribus, de quibus Gregorius: Fortè idèd contemptum temporalium prædicant, vt ea soli habeant: nam paupertatem prædicant vt medicamentum, sed eam fugiunt vt venenum.

CAPVT IV.

MARIA VILLA.

Villa designata per Capharnaum, quod interpretatur villa consolationis. Nam sicut Deus & pater Domini nostri IESV CHRISTI est pater minarum, & Deus totius consolationis: sicut & ipsa, non tamen sicutissimè est mater misericordiarum, & totius consolationis, quæ consolatur nos in omni tribulatione nostra, &c. 2. Cor. 1. Interpretatur etiam Capharnaum villa pulchritudinis, vel villa pinguedinis. Expone quomodo hæc villa sita est in monte virtutum: quia virtutes eius excellunt virtutes omnium sapientum. Vnde dicit Eccl. 24. Ego in altissimis, scilicet virtutibus, habitauit: virtutes enim aliorum altæ sunt, sed virtutes eius altissimæ. Et habet hæc villa tria in se quæ habent villæ sitæ in montibus, scilicet quod est mundissima, clarissima, & sanissima, vt supra dictum est de ciuitate: & fere quidquid dictum est de ciuitate, potest huic villæ competenter attribui. In hac autem villa habuit Dominus quasi duplicem villicum, scilicet Ioseph & IESV: sed vterque iniuste diffamatus est, quasi de dissipatione bonorum huius villæ. Ioseph vnus villicus, cui desponsata est vt custodiret eam quod & legitime fecit. Nec debet quemquam mouere illud. Matth. 1. Accepit Ioseph Mariam coniugem, & non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum: & dicit Hieronymus, quoddam istud, donec, tenetur exclusiue, sicut illud. 1. Reg. 1. Non poterat Heli videre lucernam, donec extingueretur, certè nec postea videbat. Diffamatus est ergo hic villicus à Iudæo dicente, quoddam cognouerat eam. Sed erubescat Iudæus infelix qui dicit Christum ex Ioseph femine esse natum.

Alius

Alius villicus IESVS filius eius, qui optime custodiuit eam sicut filius matrem charissimam, vnde dicit Isa. 27. Nocte aduersitatis ne frangatur, & die prosperitatis ne vratur, seruo eam, dicens ei: Per diem sol prosperitatis, non vreret te, neque luna, id est, aduersitas, per noctem: solent enim velle de nocte frangi ab hostibus ad depraedationem, & de die exuri ad destructionem, quod peius est. Hunc diffamauit hæreticus dicens, quoddam nascendo corruerat eam: contra quod dicit Ansel. IESVS namque saluat, non violat, disuncta solidat, non confringit solida: sanctum nomen eius, ita & opus eius. Quæ retro castello. Fuerunt ergo bona huius villæ conceptus Virginis saluo pudore, & partus sine dolore, hoc est, sine naturalium latione.

CAPVT V.

MARIA TURRIS.

1. **T**urris. Turris secundum Isidorum dicitur quasi terre, id est, rotunda cum proceritate: nam quamuis quandoque quadrata sit, procul tamen videntibus rotunda existimatur: quia vniuersiusque anguli simulachrum per longum æris spatium euanescent atque consumitur, & rotundum videtur. Cant. 4. dicit sponsus Ecclesie: Sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Collum Ecclesie beata Virgo multis rationibus. Quæ titulo de pulchritudine eius, vbi agitur de collo. Vbi nos habemus collum tuum, dicit alia litera, ceruix tua. Ceruix enim, id est, eminentia sublimitatis Mariæ, est sicut turris David, quam scilicet turrim versus David, id est, Christum in Ierusalem, id est, in Ecclesia sua edificauit & erexit, vt esset peccatoribus refugium & munimen.

2. Maria turris propter altissimum, id est, profundissimum fundamentum, quod turri necessarium est. Fundamentum huius turris, profundissima humilitas, quasi de lapidibus rudibus & impolitis: quia humilitas læt in profundo cordis, sicut fundamentum læt in terra: nec querit apparentiam vel ornatum mundanum, quod signatur in hoc quod lapides fundamenti nec dolari sunt, nec poliri, sed multo cemento vel bitumine compacti, quo charitas Virginis figuratur. Vel fides quæ fundamentum & principium est totius spiritualis boni, sicut fundamentum principium edificij. Vel rapes natua & firma, Christus scilicet, quæ est firma petra Matth. 7. Quæ supra titulo de ciuitate. Vel eminentissima & præcipua virtutes vel lapides pergrandes, qui idones sunt fundamentum.

Altitudinem & eminentiam vniuersæ vitæ, scilicet actiue & contemplatiue. Vel propter contemplationem celestium. Vel etiam propter eminentiam scientie de æternis. Vel quia in celo mente conuersabatur cum Angelis, dicens cum Apostolo Phil. 3. Mea conuersatio in caelis est. Cæles enim attingebat in terra. Sap. 18. Vel turris propter excellentiam suæ humilitatis:

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

in his enim omnibus & multis aliis supereminet hæc turris toti castro Ecclesie.

Rectitudinem & directionem seu directionem intentionis, iuxta illud Psal. orantis: Dirige Domine, Deus meus in conspectu tuo viam meam. Item dirige me Domine in veritate tua, & doce me, &c. Rectus est enim coram Deo, cuius intentio ad Deum propter Deum dirigitur. Vel etiam propter rectitudinem iustitiæ: quia nunquam ad sinistram per aduersa, nunquam ad dexteram declinauit per prospera, nunquam retrò se reflexit ad mundana, nunquam antè aliqua tentationis instantia. Vel recta per paupertatem: quia nudus egreditur homo de vtero matris suæ, & nudus reuertitur illuc. Ergo si medium paupertatis sit rectitudo, perpendicularum igitur ad quod erigi & dirigi debet turris, paupertas est.

Fortitudinem nam ipsa est mulier fortis, cui tota inniritur Ecclesia militans, cuius fortitudo maximè apparuit sepulcro Domino, quando defecit omnis sanctus vel turbauit in fide. Vnde Christus dicit Patri: Elongasti à me amicum & proximum. Et tunc ipsa per fortitudinem fidei, spei, & charitatis totam sustentauit Ecclesiam. Ipsa est etiam quæ suis orationibus dat lassæ virtutem & his qui fortes sunt, fortitudinem & robur multiplicat Isa. 40. Sicut turris munxit & roborat existentes in ea.

Quadraturam quatuor cardinalium, vt supra dictum est de ciuitate in quadro posita Apoc. 21. Vel quadratura, fides integra, spes firma, charitas feruens, bona operatio perseverans: & hæc latera æqualia, quia quantum credit quis, tantum sperat: quantum sperat, tantum diligit: quantum diligit, tantum operatur, sicut dicit ibi Glossa. Vel rotunditatem: quia quædam turres solent edificari in quadro, quædam autè in rotundo. Mysterium rotunditatis quære titulo de cælo, vbi cælum rotundum describitur.

Præsidium & defensionem habitantem in castro vel in ciuitate Ecclesie, qui in cunctis necessitatibus & angustiis suis necesse habent per orationem refugere ad hanc turrim: quia turris fortissima nomen eius, sicut dicit beatus Bernardus. Dicat ergo qui à carne, mundo, diabolo qualitercumque tentatur: Esto mihi Domina turris fortitudinis à facie inimici.

Portus ostensionem: dicit enim Isidorus, quoddam pharum est turris maxima, quam Græci & Latini in commune ex ipsius rei vsu pharum appellauerunt, eò quod flammæ indicio longè videatur à nauigantibus, ad præuidendos portuum introitus, & præcauenda pericula scopulorum, ne decepti tenebris male applicent. Et dicitur pharum à phos quod est lux, vel ignis, & oros quod est visio. Talem turrim Ptolemæus iuxta Alexandriam, dicit, talis constructa esse dicitur. Tali turri congruè signatur Maria illuminatrix: quia per eam populus qui ambulabat in tenebris per mare mundi, vidit lucem magnam, id est, Christum. Ipsa etiam lumine extemploque suum ad nos nobis viam ostendit & portum salutis aperuit. Conservat etiam seruos suos à scopulis periculis, si prouiderint Dominam in conspectu suo semper. Vnde Eccl. 6. Quis inuenit illum, per marebit confidentem.

Speculationem: quia per speculatores solent de turribus aduentantium hostium insidias prævideri, & vitis hostibus solent clamare speculatores, ad arma, ad arma. Isa. 52. Vox speculatores tuorum, id est, speculatores tui vociferantes leuauerunt vocem. Propter hoc dicitur Cant. 8. Natus tuus, id est, beata Virgo sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Damascus sanguinem bibens, significat diabolum, contra cuius insidias opponitur nasus, id est, discretio beatæ Virginis, quæ præsentit & quasi odoratur maliciam diaboli & ipsius insidias à longè prævidet quasi de specula, & pro nobis misericorditer se ei opponit. Istud melius inueniens titulo de pulchritudine Mariæ, vbi agitur de nato.

Cocleatam ascensionem: sunt enim cocleæ altæ & rotundæ turrellulæ ad aliquo angulo magnæ turris, dictæ cocleæ quasi cicleæ, eò quod in eis tanquam per circulum orbemque concendatur. Quære de coclea templi Salomonis post titulum, vbi Maria dicitur scala Iacob.

Circuitioem fossati, vacui, concaui, hiantis, lati, profundi, perrati, vel in rupe excisi. Circuitus defensionem, vacuitas paupertatem, concauitas superne hians desiderij capacitatem, latitudo charitatem, profunditas sanctam timorationem, quod perratum est patientiæ firmitatem quæ non timet imitatores diaboli, excisio in rupe, id est, in corde firmo designat proprij sensus & propriæ voluntatis depauperationem.

Assumpti propositi de virginitate seruanda firmitatem nunquam vacillantem, sicut firma turris vacillare non potest.

Filij Dei qui est verus David inhabitationem. Vnde 2. Reg. 5. Habitauit David in arce Sion, & vocauit eam ciuitatem David ad literam. Arces sunt partes vrbis excelssæ atque munitæ: quæcunque enim loca vrbium tutissima sunt, dicuntur arces ab arcendo, id est, à repellendo hostes.

1. Sequitur. Quæ ædificata est cum propugnaculis, de quibus dicit ei Dominus Isa. 54. Ponam iaspidem propugnacula tua. Iaspis fides propter virorem, vel incemerata virginitas, vel sanctitas vitæ nunquam marcescens Iaspis sanat febrem luxuriæ, hydropsim auaritiæ, fugat phantasmata gloriæ mundanæ, quæ nocte videntur, id est, in caligine præsentis vitæ.

Aliter. Quæ ædificata est cum propugnaculis, id est, vallata virtutibus aliis: quia virtutes sese concomitantur: & vbi vna, ibi omnes. Vnde Augustinus ad Hieronymum: Clarissima tua dispersione satis nobis innotuit, non placuisse nostris auctoribus imò nec ipsi veritati, id est, Christo, quod qui habet vnum peccatum, habeat omnia, quamuis de virtutibus hoc sit verum.

Propugnacula sunt kernella, per quæ arcantur hostes à muro, & protegentur pugnantem de muro, & absconduntur à iaculis hostium: & inter ipsa kernella sunt quedam interstitia quæ pandunt viam ad hostes percutiendos. Propugnacula ista sunt virtutes & gratiæ, dignitates & prærogatiuæ, intentionum puritas & operum sanctitas, virtus orationum & merita ope-

rum, per quæ beata Virgo penitentes protegit, maximè si propugnare voluerint pro regno cælorum, per quæ debellat hostes vel inimicos.

Sequitur. Mille clypei pendent ex ea. In milenario clypeorum, perfectio protectionis signatur. Pendent, inquam, quasi de eminentia vitæ eius exemplo, auxilio & documento: quia exempla Virginis quæ nobis insinuantur per Scripturam, & adiutoria quæ suis exhibet veneratoribus & ad se confugientibus, sicut patet in Theophilo, & documenta verborum ipsius, nos incitant & instruunt ad pugnam.

Omnis armatura fortium. Istud expositum est eius quod dicitur, Mille clypei. Vel dicit: Omnis armatura fortium innuens duplicem armaturam, scilicet protectionis & in pugnationis. Lorica, galea, ocreæ & clypeus sunt armatura protectionis. Clypei sunt virtutes quæ repellunt iacula diaboli, vt est prudentia contra insidias diaboli, temperantia contra ignita iacula carnalis concupiscentiæ, & huiusmodi. Item sermo Dei clypeus ignitus est Prouerb. 30. Item fides clypeus. Vnde Eph. 5. In omnibus sumentes scutum fidei, &c. Armatura impugnationis, lancea, gladius, iaculum, claua, & huiusmodi, scilicet opera virtuosa iustitiæ, misericordiæ, pietatis, orationis, quæ fortes defendunt, & diabolus confundunt. Clamandum est igitur iugiter ad Mariam: Esto mihi ò Domina turris fortitudinis à facie inimici. Item expugna impugnantem me. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi.

3. Hæc est turris gregis nebulosa Mich. 4. Et dicitur turris gregis: quia defendit humiles pauperes & amatores pacis, & concordie, & pro amore suo & filij sui largè dantes lanam suorum temporalium & ceteras proprietates ouium. Nebulosa propter suam altitudinem, scilicet contemplationis qua nubes transcendit. Vel quia in mundo afflictæ & despectæ. Vnde Iob 26. Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam. Quære expositionem titulo de folio circa medium capituli. Huic turri dicitur Mich. 4. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion. Vsq; ad te veniet portus prima regnum filij Ierusalem, id est, Christus qui est rex Ecclesiæ. Expone.

Hæc est turris fortitudinis. Quod apparuit in filij passione, vbi in nullo excessit, licet mente compassa filio, ostendens mentem suam turrim fortitudinis, quia sciebat mortem filij omnibus profuturam. Et hæc eius fortitudo ex fide quæ montes transfert, & dilectione quæ est fortis vt mors Cantic. 8. indubitanter procedebat.

Hæc est turris Thebes. Iudic. 9. de muliere, id est, Ecclesia, emisso lapide, id est, Christo, confregit cerebrum Abimelech, id est, diaboli, capiti eius molæ fragmentum illidens.

Hæc est turris eburnea, de qua dicit sponsus Cant. 7. loquens ad Ecclesiam: Collum tuum sicut turris eburnea. Turris propter specialem conuersationis eius eminentiam. Eburnea propter virtutem castitatis. Et quia elephas, cuius ossa sunt ebur, naturales habet inimicitias ad draconem. Sic & ipsa pugnam habet cum hoste nostro diabolo perpetuam, vt nobis præstet defensionis auxilium.

Hæc

Hæc est turris Libani. Cant. 7. quasi in Libano monte sita, qui interpretatur candor, vt per hoc ostendatur, quod candore virginitatis tanquam pede valeat conterere caput serpentis quod est concupiscentia: idè dicitur hæc turris respicere contra Damascum. Quære titulo de pulchritudine eius, vbi agitur de naso.

Hæc etiam turris est nominis eius deuota invocatio. Hæc inuenies plenè expositum capitulo secundo saluatoris suæ, post distinctionem de oleo.

Hæc est turris Ananæ, quod interpretatur gratificatio regia, hoc est, gratia virginitatis, quæ regi grata est. Vnde concupiscet rex decorem tuum, id est, virginitatem tuam.

Hæc est turris quam ædificauit Dominus in medio vineæ suæ. Isa. 5. ad tuitionem & defensionem totius Ecclesiæ Catholice, ne diripiantur taceat eius, id est, fideles vel fructus bonorum operum. In hac etiam turri habitauit verus David, & iugiter inhabitat ad custodiendam Ecclesiam.

CAPVT VI

Maria munitio.

MVnicio signata. 2. Mach. 5. per munitionem Darthemam, quod interpretatur donum sufficientiam accipiens, & significat Mariam quæ à diuina munitione tantam recepit sufficientiam gratiæ, quod sibi & toti huic mundo copiosissimè sufficit. Ad hanc munitionem resurgendum in omni tribulatione, sicut Iherosolimitæ ad illam munitionem resurgunt in tempore Iude Machabæi. Indas confesso vel confitens fratri Iudæ, Machabæus interpretatur protegens, vel protectio, vel peccatorem, aut ingratum.

CAPVT VII

Maria nauis.

Maria. Gloria Virgo dicit seclæ murum Cant. 8. vbi dicit: Ego murus, & vbera mea murus. Et notandum, quod murus dicitur murus, quia murus & murus interiora ciuitatis, & de hostibus diripiant possessiones ciuitatis: & murus, quia munitur multipliciter contra hostium. Bene ergo Maria murus, quia munit charitatem Dei, id est, Ecclesiam, contra hostes, ne bona interiora eius, scilicet bona gratiæ & virtutes diripiantur à diabolo, vel de fideles Ecclesiæ diripiant à diabolo, capiti in peccatum vel in infirmitatem, vt non spolentur armis & vestimentis virtutum.

1. Murus murus inexpugnabilis: quia non potest inuadi, perfodi, aut transcendere. Non potest inuadi: quia fundatus est supra firmam petram, id est, Christum, non super arenam, hoc est, super amorem terrenorum. Non potest perfodi propter patientiæ firmitatem.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Non potest transcendere propter humilitatis altitudinem cælos attingentem: & idè inexpugnabilis. Et propter hoc orare debent assidue fideles Ecclesiæ. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine Dicit ergo Maria: Ego murus & vbera mea turris. Et vocat se murum propter propositi seruandæ virginitatis firmitatem, & vbera sua vocat turrim propter diuinæ prolis supereminentem fecunditatem. De hoc muro multa inuenies titulo de vberibus Mariæ circa medium capituli.

3. Hic est murus aqueus propter abundantiam gratiarum, de quo legitur Exod. 14. quod filij Israël transcurrentibus mare rubrum aquæ erant pro muro à dextris & à sinistris. Per has aquas signantur gratiæ quas habemus per Mariam, quæ veros Israëlitas, id est, veros Christianos videntes filium & matrem fide & dilectione quasi duplici oculo, muniunt contra Egyptios, id est, demones, & peccata, & ipsos Egyptios interficiunt & submergunt.

4. Hic est murus igneus in circuitu Ierusalem, id est, Ecclesiæ. Vnde ipsa videtur dicere cum filio illud Zach. 2. Ero murus ignis in circuitu eius, & in gloria ero in medio eius. Et bene Maria dicitur ignis: quia illuminat cæcos, calefacit frigidos, decoquit carnosos, purgat fetulentos, incinerat duros, quia cinis mollis resoluatur de dura materia, denigrat candidos, desiccatur humidus, restringit fluidos, dissoluit solidos, patitur pinguedine, id est, deuotione, conseruatur sub cinere, id est, sub humilitate, alta facit desuere, solida tabescere.

CAPVT VIII.

Maria nauis.

NAuis. Nauis secundum quosdam dicitur, Neò quod gnauum rectorem requirit, id est, peritum, sapientem & strenuum, qui continere & gubernare nouerit eam inter casus & marina pericula. Idè dicitur Parab. 1. Intelligens gubernacula possidebit. Maria igitur rectè appellatur nauis, cuius gubernator & rector Christus sapientia Patris, & ei conuenit illud Psal. Dominus regit me, &c. De hac autem naui dicitur Prouerb. in fine: Facta est quasi nauis infortioris de longè portans panem suum. Versiculus iste continetur sub litera, he, quod interpretatur esse, vel viuere, vel suscipiens, aut susceptio, quod totum bene conuenit huic naui. Maria siquidem per panem vitæ quem de celo suscepit & in vtero portauit, habuit quoad se esse verum in vita præsentis, & modo habet viuere sempiternum, & ab illo suscepta est in æternum in gloria, quem de cælestibus venientem suscepit in hospicio glorioso. Nos etiam per filium eius qui dixit Exod. 3. Ego sum qui sum. Et qui est, misit me ad vos, habemus verum esse quandiu sumus in eo vt membrum sanum in corpore. Et ab illo sumus habituri viuere sempiternum: quia ipse est vita Ioan. 14. si perseuerauerimus in seruitio eius. Augustinus: Qui recedit ab eo qui dicit, ego sum, nihil est. Item Augustinus super Ioan.

C o 3 Peccatum

Peccatum nihil est, & nihil sunt homines cum peccant. Boetius: Mali homines non sunt. Propter hoc Ezech. 18. dicitur principi Tyri. Nihil factus es, non eris in perpetuum. Omnes autem tales sicut sunt illius qui non est, Job. 18. id est, diaboli, qui dicitur non esse, quia à vero esse recessit per superbiam: vox enim peccatoris ignorantis peccata sua hæc est, Ad nihilum redactus sum & nescivi. Item auctoritas: Qui ab illo qui vivere est, recedit, necesse est ut non sit: quia ad nihilum tendit. Hæc etiam litera, he, interpretatur ipsa, vel ista, esse, vel vivere, vel suscipiens, aut susceptio, ut dictum est. Coniungimus ergo & dicamus, Ipsa vel ista demonstratio scilicet notabilis persona quam debent omnes agnoscere & amare: qui prima suscepit de celo panem illum qui est esse & vivere, à quo suscipimur, & quem suscipimus, ipsa mediante facta est, quasi navis instituta, &c. Ipsa enim suscepit, id est, defuram cepit Filium Dei, qui solus verè est & vivit, & à quo omne quod est, & vivit, esse & vivere movetur. Ipsa etiam beata Maria nostra est susceptio: nam in mari mundi submerguntur omnes illi quos non suscepit navis ista, & quos non sollevat à naufragio peccatorum. Vnde Sap. 14. Transientes mare, id est, mundum, per ratem, id est, Mariam, liberati sunt. Ideò Dominus dixisse videtur huic navis illud It. 43. Asser filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ, & omnem qui invocet nomen meum. Ideò quoties videmus insurgentes super nos fluctus eius maris, clamare debemus ad Mariam. Eripe me & libera me de aquis maris, & emitte ad me manum tuam de alto. Item illud: Domina salva nos, perimus. Nam litus optatum non capit sine te fluctuans in hoc mari. Dicitur ergo: Facta est quasi navis. Maria siquidem se comparat navi Eccl. 24. ubi dicit: In fluctibus maris ambulavi Et viam istius navis in mari huius mundi dicit se Salomon ignorare. Prou. 30.

2. Commendatur autem navis ista principaliter à septem. Primò ab artifice. Vnde dicitur, Facta est, supple, à Deo Trinitate: eius enim artifex & conditor Deus. Ad Hebr. 11. Eccl. 9. In manu artificis opera laudabuntur. Ipse enim fecit nos, & non ipsi nos. Ipsa est enim vas admirabile, opus Excel. Eccl. 43. de quo scilicet opere dicitur in Psal. A Domino factum est opus, vel vas istud, & est mirabile in oculis nostris. Item de hoc opere dicitur Eccl. 42. Gloria Domini plenum est opus eius. Vel artifex, sapientia Dei, scilicet filius: quia sapientia ædificavit sibi domum Prouerb. 9. Idem domus & navis. Sap. 8. Quis horum quæ sunt magis quam illa est artifex. Vel artifex Spiritus sanctus de quo dicitur Sap. 7. Omnium est enim artifex, virtutem omnem habens, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus intelligibiles. Vel artifices Bezeleel & Ooliab, ut supra de arca.

Secundò ab omnium virtutum compage: quia cum sit specialissimum opus Dei, compaginata est virtutum omnium firmitate. Vnde sequitur: Quasi navis. Ipsa enim velut arca Noè, & velut arca testamenti, ad præceptum Dei facta est de lignis Sethim, quæ fortia sunt

& imputribilia. Quære titulo de arca. Propter hoc dicitur Isa. 40. Forte lignum & imputribile elegit sibi artifex sapiens, scilicet Christus sapientia Patris, qui Mariam ædificavit sibi domum & navem.

Tertiò à plenitudine omnium gratiarum & omnium bonorum operum. Vnde sequitur: In-stitoris, qui videlicet institor omni instantia qua potest navem suam mercibus onerat pretiosis, sicut assignabimus infra.

Quartò ab utilitate. Vnde sequitur: Dò longè portans, id est, de celo apportans, panem suum, qui non fuit de terra, sed de celo. Ioan. 6. respirans ad vitam cœlestem, non terrenam. Hoc adimpletum est ad literam, quando Christus qui vivus panis est, in eius vtero quasi navigio virginali de Nazareth venit in Bethleem, domum panis, quasi per tres dietas, facta est igitur quasi navis, &c.

Quintò à materia: potest enim dici, quòd facta est de lignis Sethim sicut arca Noè & arca testamenti. Vel membra Virginis tam animæ eius quam corporis possunt dici materia huius navis, quæ desiccata fuerunt ab omni humore nocivo calore Spiritus sancti quoad corpus, dolata etiam prudentia summi artificis & quasi complanata, ut essent sine pondere peccati mortalis: quia ligna Sethim lævia sunt, & sine scrupulo venialis. Propter hoc dictum est Noè Gen. 6. Fac tibi arcam de lignis lævigatis. Possunt ergo dici ligna ista. Cor humile spiritus mansuetus, mens tranquilla, verecunda frons, demissa supercilia, oculi columbini, auditus obediens, discretus olfactus, os taciturnum, dentes absconditi, labia sine rifu, lingua veridica, gustus moderatus & abstinentis, velata facies capitegio, tactus promptus ad bona opera, modestus incessus, lumbi accincti fortitudine, pedes prohibiti ab omni via mala, sensualitas ex toto subiecta rationi. Nam in arca Noè omnia animalia pacifica fuerunt, quibus motus sensualitatis eius congruè figurantur. Membra etiam spiritualia beatæ Virginis, id est, virtutum omnium congeries, quasi materia fuerunt huius navis. Nam ipsa est ferculum veri Salomonis, quod compositum est de lingnis Libani. Cantic. 3. id est, de virtutibus puris.

Sextò à fine. Finis qui secundum Philo. primus in ratione ad mentem pertinet architecti, ut scilicet per hanc navem Angelorum panis deferretur ad homines, ut ipsum gustando fierent Angeli: quia per Mariam panem Angelorum manducavit homo, & per ipsam celi cibaria misit hominibus in abundantia Deus Pater. Congruè igitur comparatur navi: quia suos amatores deducit in portum voluntatis eorum.

Septimò à forma, quæ consistit in multis. In navi literali sunt quasi quatuor partes principales, quæ notantur his versibus.

Prora prior navis pars est, pars ultima puppis. Dic lassu esse ratem, ventrem dic esse carinam.

Et possunt hæc quatuor partes adaptari quatuor cardinalibus, quas perfectissimè habuit in se Maria. Prora prima pars navis, & dicitur à protruendo, quia semper proruit & in anteriora

se extendit, designat prudentiam quæ præcave à periculis, quia futura & rerum exitus metitur: vnde & providentia species est huius virtutis. In hac parte cauetur navis in loca aspera incidat per plumbum quoddam alligatum filo quod bolis vocatur, de quo legitur Aq. 27. & sicut in prora via prætentatur & circumspicitur, & sic navi cauetur: ita circumspectio & cautio prudentiæ pro partibus ascribuntur: non enim scienter se committit discrimini, qui habet hanc virtutem. Vel per proram quæ est anterior pars navis, signatur fides, quæ prima petit campum, & signifera est aliarum virtutum, qua mediante concepit.

Ratis dicitur quasi fortis: quia ratum idem est quod firmum. Hæc sunt latera navis quæ fortia debent esse, ne procellarum ictibus dissolvantur. Ideò per ratem signatur fortitudo, quæ maximè tunc apparuit in ea quando sola filio astixit patienti cum fugerent vnicersu Prouerb. 17. Accinxit fortitudine lumbos suos. Ibi dem, fortitudo & decora indumentum eius.

Carina quæ est venter navis, signat sobrietatem & temperantiam, & dicitur carina quasi carina, id est, carens rima, vel quasi currina: illa enim pars semper currit in aqua. Vnde necesse est, quòd maximè integra sit & rima careat, ne subintrantibus aquis navis submergatur. Per hanc enim virtutem gloriosa Virgo caruit omni rima: quia nunquam in ipsam ingredi potuit vel gutta vnicæ carnalis illecebæ seu mundanæ voluptatis.

Puppiis ultima pars est navis & dicitur à pus quod est custodia: & per hanc partem iustitia designatur: quia ab hac parte navis solicitius custoditur, sicut iustitia custodia est reipublicæ. Ibi etiam sit iustitia de costis quæ sunt in navi, quis ibi sedet iudex navis, & illa est pars eminentior & munitior, ubi castrum navis constructur, & ipsa navis defenditur à piratis. Ibi etiam nauclerus in alto sedens explorat ventos & tempestates, & ibi est regimen totius navis. Vnde Ambrosius victimo de virginitate: Iustitia in alto quodam excessu locata videt exploratque omnia, quæ aliis potius nata quam sibi, non tam suas utilitates quam publicas & emolumenta omnia simatur.

4. Igitur beata Virgo fuit quasi navis ex quatuor virtutibus istis quæ dicuntur cardinales, velut ex quatuor principalibus partibus composita & compacta. Quas etiam partes seu virtutes indicat manifestissimè suis interpretationibus nomen eius. Maria enim illuminata, vel illuminatrix, vel mare amarum, vel Domina, vel stella maris interpretatur. Illuminata enim à Deo illuminat animam prudentia ad præcavendas inimicorum insidias & ad futura bona & mala. Mare amarum tempestiva est, quæ voluptatum daleas illecebæ male non admittit, quæ quatuor corpori, quòd habet gustum porcinum, dulcedinem, tantum misere animæ amaritum. Vnde Apocal. 18. de anima reproba. Quisquam glorificavit se & in deliciis fuit, tantum quæ illi tormentum & iustum. Quoniam igitur prora & carina & continens fuit Virgo nostra, ne de aquis hereticis & marinis huiusmodi voluptatis, vel guttulam vnicam nunquam gustare voluit, excellentem proram & compa-

tissimam carinam habuit, quæ caruit omni rima. Fuit etiam Maria fortis illa mulier quæ sita à Salomone & à sanctis patribus, sed tandem inuenta à Christo, quæ omnia aspera & adversa per fortitudinem subiugavit. Vnde & bene Domina interpretatur, & ratis dicitur, propter constantiam animi nunquam dissoluti per prospera vel adversa. Quarta interpretatio, stella maris, quæ licet magna sit, apparet minima, nec unquam occidit, quia signatur humilitas sive iustitia secundum quod Dominus dixit Ioanni Baptistæ se sub manum eius humiliavit ad baptismum Matth. 3. Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam, id est, perfectam humilitatem. Hæc siquidem virtus velut iustitia reipublicæ deseruiens, veritatis viam ad regnum ostendit per paupertatem spiritus. Vnde reprobi dicunt Sapient. 5. Erravimus à via veritatis, & lumen iustitiæ quæ est Maria, non illuxit nobis, vel lumen iustitiæ, id est, humilitas.

Alta in capitibus quasi primum caput huius navis sancti patriarchæ & reges, scilicet Abraham, Isaac, Iacob, David, & Salomon, de quorum stirpe descendit secundum carnem. Vnde canitur in eius natiuitate: Regali ex progenie Maria, &c. Item, Nativitas gloriosæ Virginis Mariæ ex semine Abraham, Item Isa. 11. Egredietur virga de radice Jesse, &c. Item mater facta est regis cœlestis. Propter hoc dicitur de hac navi Osee 10. In cacumine eius vidi patres, &c. Vel primum caput potest dici sanctificatio eius in vtero matris, quasi ultimum caput eius assumptio quando etiam super Angelos exaltata est ad dexteram maiestatis. Et ita quasi altissima fuit in primo capite secundum dignitatem seculi, altissima in ultimo iuxta dignitatem cœli. Clausa ab inferiori ad aquas mundialium vanitatum & carnalium voluptatum quæ transeunt velut aqua, & ad perpetuam amaritudinem suos rapiunt amatores.

Aperta à superiori ad pluvias gratiarum & charismata donorum, quæ sursum veniunt à patre luminum. Iac. 1. Lata in medio, scilicet in corde per capacitatem desiderij, ut mercimoniis bonorum omnium impletur, cui datum est à Deo secundum capacitatem desiderij sui. Vnde dicta gratia plena Prouerb. 10. Desiderium suum iustus dabitur, scilicet desiderium iusti & omne bonum Parab. 11. ergo omne bonum iustus dabitur.

Immense magnitudinis. Vnde Genes. 6. 300. cubitorum erit longitudo arce, &c. Et hoc oportebat: quia ad hoc facta est à Deo, ut omnes electos contineat, iuxta illud: Sicut lætissimum omnium habitatio est in se. Et omnes quodam modo ferat ad portum vite. Vnde dicitur et Isa. 43. Asser filios meos de longinquo, &c. ut supra.

Concava interior per humilitatem veram, ideo capax effecta est veri panis.

Opera superius quasi quoddam velamine patientia forti, quæ passiones acrias, id est, tribulationes quas procurant acrie potestates constanti animo repellat. Exod. 26. Facies signa ciliciana. 11. ad operiendum tectum tabernaculi, &c. Idem figurant & tabernaculum & navis, scilicet beatam Mariam.

Linata bitumine castitatis carnis & spiritus
Cc 4 velut

velut arca Noë, cui dictum est Genes. 6. Bitumine linies arcam intrinsecus & extrinsecus, &c. Et ideo forte se comparat asphaltum quod quidam dicunt esse bitumen Iudaicum, quod solo mentruo potest dissolui. Eccl. 24. Vbi nos habemus. Scut cinnamomum & balsamum? dicit alia litera, Sicut cinnamomum & asphaltum. Vel per bitumen hoc, ipsius charitas designatur. Aquæ enim multæ, id est, tribulationes, non poterant extinguere charitatem eius, nec intrare per desolationem usque ad animam eius. Similiter fiscella Moy si linita dicitur bitumine ac pice forte propter duo præcepta charitatis, interior ad Deum, exterius ad proximum. Exod. 2.

Distincta mansionibus diuersis. Vnde dictum est Noë Genes. 6. Mansionulas in arca facies. Ioan. 14. In domo Patris mei, quæ est paradysus & ipsa Maria, mansiones multæ sunt.

Vas sumptuosissimum. Quia procul & de vltimis finibus pretium eius. Quare titulo de muliere forti.

5. Malum excellentissimæ humilitatis, cuius odor ascendit usque in summum cælum, & inde attraxit Filium Dei, & cum attraxit de sinu Dei Patris, quasi à summo cælo, id est, à Patre fuit egressio eius. Vnde ipse filius dicit Ioan. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum, id est, in Virginitatem uerum. Ideo dicit ipsa Cant. 1. Dum esset rex, &c. Quare titulo, Dominus tecum, circa medium capituli. Est autem malus arbor nauis, quæ uela sustinetur, & dicitur malus secundum Isid. quia instar mallei in summitate. Vel quia quasi quibusdam malleolis ligneis cingitur, quorum uolubilitate uela facilius eleuantur. Solet autem fieri malum de abiete, quæ est abor proceræ & alta, recta, leuis & sine humore, & tantæ altitudinis, quod caput suum quasi collocat inter nubes. Dicitur autem abies ab abeundo, eò quod præ cæteris arboribus abeat longè, & in excelsum promineat, cuius natura exars est terreni humoris: & ideo leuis est & non nodosa. Quæ proprietates bene conueniunt humilitati eius. Auxilio etiam mali transitur mare seculi. Adapta. Solet etiam de cedro fieri malus. Vnde Ezech. 26. Cedrum de Libano tulerunt ut facerent tibi malum. Adapta proprietates. Vel per malum potest designari altitudo contemplationis eius, vel conuersationis eius, quæ erat in cælis, quia cælos attingebat sans in terra Sap. 18. Aliter. Malus est lignum speciosissimum & altissimum totius nautæ. Apparet etiam quasi sit turris ipsius nauis: & hoc lignum specialiter desiderant peregrini nautæ & nauigaturi, scilicet si sit integram & sanam, & tota nauis pro eo commendabilior reputatur. Dominus autem uenturus de cælo in terram per hanc nauem, hanc malum specialiter considerauit, respiciens humilitatem ancillæ suæ, & inuicem ei complacuit pretiositas, speciositas, & sublimitas mali, quod quasi inhaerens hanc malo, descendit per eam de sublimitate cæli in nauem uari uirginalis. Adapta duarum candelarum exemplum, unius fumigantis, & alterius accensæ.

Galliculum supra malum, id est, discretionem spirituum, quod bene apparuit ad intro-

tum Gabrielis, quando non dubitauit quin uerus esset Angelus Dei. Hanc discretionem præcipit Ioan. 1. Canon. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex Deo sunt.

Virgam ex transfuerso ante malum in figura crucis, quæ designat memoriam Dominicæ passionis, de qua passione dicitur Mich. 5. In uirga percussit maxillam iudicis Israël.

6. Aliter. Quod supra appellauimus uirgam, à quibusdam appellatur antenna, & signat charitatem: nam sicut antenna componitur ex duobus lignis, & se extendit ad dexteram & sinistram, sic charitas consistit in dilectione Dei & proximi, amicos in Deo & inimicos diligens propter Deum. Et quia pulchra est casta generatio cum charitate Sap. 4. ideo uelut uirginitatis dependebat ab antenna charitatis: ex uehementia enim eximie dilectionis emise prima gloriosissima Virgo nostra uotum perpetuæ castitatis. Vel per uelum congruè designatur sanctum desiderium eius quod inspirabat & inflammabat Spiritus sanctus, intra illud Cant. 7. Veni auster, perfla, &c. Ideo uelut ex uehementia desiderij responderet, Ecce ancilla Domini, fiat mihi, uenit auster, id est, Spiritus sanctus, & flauit & uelum intumuit, quia in momento quo uerbum illud protulit, scilicet fiat mihi Dei, filium de Spiritu sancto, id est, operatione Spiritus sancti conceptus: & sic nauis ista uersus portum uitæ per portum ingiter mouebatur. Dicitur autem uelum à uolatu iuxta illud poeticum, uelorum pandimus alas. Bene autem uelum signat desideria uirginis, quæ exuentia à corde ipsius statim uolabant in cælum. Vnde & ipsi propius conuenit illud Psal. Domine ante te omne desiderium meum. Vel uelum charitatis uirginis uotum gratiarum perfusa continet, eamque in ueriora appetitu æternorum, ad finitum & deteratam compatiendo miseris, & congratulando deuotis.

Diuersitatem chordarum, id est, ceterarum uirtutum à malo humilitatis dependentium, cui scilicet uirtuti sicut malo inniuntur chordæ, sic innitebantur uirtutes uirginis: nam ipsa eius humilitas quasi quedam suppositio, id est, sursum portatio erat ceterarum uirtutum.

7. Anchora timoris filialis & casti, quæ firmius stabiliebat inter omnes procellas fluctuum nauis ista. Vnde in Psal. Christo dicitur: Pofuisti firmamentum eius formidinem, id est, timorem. Gergorius: Anchora castitatis, pondus timoris. Eccl. 34. Qui timet Deum, trepidabit. Vel secundum Apolloniam ad Hebr. 2. anchora spes est, ubi dicitur, Firmamentum habemus solatium qui confitemur ad nosmetipsos, peruersam spem, quæ sicut anchora habet in interiora uelaminis. Chorda quæ in nauibus hæc anchora non sicut, charitas uirginis, quæ est uinculum perfectissimum, & ideo scilicet uinculum nec secum potest esse, & eius charitas fuit triplex, scilicet ad seipsum, ad proximum, de conscientia bene ad Deum, & hinc non ficta ad Deum, sed per charitatem designatur longanimitas hinc uocatur portus castitatis.

8. Castrum: potest enim hæc nauis designari per nauem Alexandrinam. Act. vlt. cui erat insigne castrorum. Hoc castrum signat quatuor cardinales, quibus Virgo pugnauit, scilicet contra carnem per temperantiam, contra diabolum per iustitiam, per prudentiam contra prosperitatem, per fortitudinem contra aduersitatem.

Armaturam uirtutum quam describit Apostolus. 6. Eph. Accipite armaturam Dei, &c. Hæc est succinctio castitatis, lorica iustitiæ, scutum fidei, galea salutis, gladius spiritus, scilicet uerbum Dei, calceamenta sanctorum exemplorum, oratio, obsecratio, uigilia, omnis instantia bona, & huiusmodi. Ipsa est enim turris Dauid ædificata cum propugnaculis. Cantic. 4. à qua dependent mille clypei, & omnis armatura fortium. Quare titulo, quod ipsa dicitur turris.

Remos, id est, bona opera, qui remi demittuntur à nauis, quia de corde exeunt opera meritoria, & ad aquas, id est, proximos se extendunt. Apocalyp. 17. Aquæ multæ populi multi.

Gubernaculum, id est, prudentiam matrem discretionis. Parab. 2. Prudentia seruabit te. Vel gubernaculum siges.

Gubernatorem prouidentiam Dei Patris. Sapient. 14. Tu autem Pater gubernas prouidentia: quoniam dedisti in mari uiam. Ideo dicit ei Maria: Propter nomen tuum Domine deduces me. Item Dominus regit me, &c. Dicitur autem gubernator quasi cohibernator, eò quod cohibet prouidentia sua hiberna, id est, tempestates maris.

Nautas & remiges sanctos Angelos assistentes Christo nautero: quia omnes administratores spiritus sunt. Ad Hebr. 1. Nauticus Dominus nautis, eò quod in eius sorte sit nauis. Cælesti autem in contributione sunt. Naura uero à nauis designatur. Remex dicitur, eò quod remum regat.

Onerabatur mercimoniis humanæ salutis in gratiarum plenitudine. Vnde gratia plena in Spiritu sancti superuentione, in Filij Dei, qui est omne bonum, & à quo est sufficientia nostra. 2. Corinth. 3. admirabili conceptione: ipse enim oneravit nauem istam omnibus mercibus pretiosis, & charismatibus omnium donorum, quibus copiosissime pauperiem ditauit humanam, quando diuitias totius ueri boni nobis conferte uoluit per Mariam.

9. Partim auris, partim remis mouebatur, hoc est, per gratiam à superiori, & per industriam ab inferiori. Tanto securus ferebatur, quanto magis distabat à terra, hoc est, ab amore & desiderio terrenorum. Cum piratis & latronibus percellabatur, id est, cum aëris potentatibus, & adhuc pugnat assidue pro salute famulantium sibi. Vnde & dicitur terribilis ipsis demonibus, ut castrorum acies ordinata. Cant. 6. Tribulationibus & pressuris quas patiebatur in filio, in sublime ferebatur. Vnde Gen. 7. Factum est diluuium & multiplicatae sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Sed quæ tunc in mundo granis depressa, tunc nunc in cælo sublimis exaltata. Fluctibus & undis uehementer quatiebatur in uirgeniti

passione. Vnde Matth. 13. Vespere facta nauicula in medio mari iactabatur fluctibus. Tunc factum est uespere, quando occubuit sol iustitiæ, mare mundus, medium maris Ierusalem quæ est in medio mundi, sicut dicit Psal. Operatus est salutem in medio terra. Ezech. 5. Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras. Et tunc uerè potuit dicere filio sicut filius patri: Omnia excelsa tua & fluctus tui, fili mi, super me transferunt, per compassionem. Item illud Ionæ 2. Omnes gurgites tui, &c. Sed excelsa ista fluctus & gurgites fregit ipsa & compressit uirtute patientiæ, sicut nauis currens super aquam fluctus premit & frangit. Aliter dormiente Domino in nauicula crucis, motus magnus factus est in mari, ita ut nauicula Ecclesiæ operiretur fluctibus, sicut legitur Matth. 8. Ipsa uerò sicut mulier fortis tunc sola gubernaculum fidei conitanter tenuit: quia tota nauis Ecclesiæ tunc eius fidei innixa est, scilicet in uespere sextæ feriæ, & in sabbato paschali: propter quod uniuersæ fideles Ecclesiæ in omni sabbato ipsam specialiter uenerantur, & propter hoc in illo sabbato canticum eius in Missa decantatum.

Ad litus optatum peruenit in filij resurrectione, ad portum ueræ salutis in sua assumptione: & quæ tunc in mundo pressuras passa est cum filio, nunc cum ipso pacem possidet & quietem.

Facta est igitur Maria quasi nauis institoris. Hic institor Christus est, qui de cælo per eam uenit in mundum ad negotiandum, uendendum, & emendum. De patria sua institor transit ad alienam spe lucri & desiderio acquirendi: sic & Christus uenit in sua incarnatione de cælo in terram ad emendum & redimendum animas nostras. Vnde dicit Ierem. 12. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam, &c. Ecce moneta de qua negotiatus est.

Christus est institor: quia uadit festinanter de die & nocte ad nundinas. Vnde in Psal. Exultauit ut gigas ad currendum uiam. Item uox huius institoris est: Cucurri igitur siti, id est, in desiderio quod habui de salute generis humani. Item Exod. 11. Media nocte ingrediatur Ægyptum. Item Sapient. 18. Cum enim quietum silentium continerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine exiliens de cælo à regalibus sedibus uenit, &c. Quem prospiciens à longè uenientem gratulans, & exultans ait Ecclesia. Cant. 2. Ecce iste uenit saliens in montibus, transiliens colles, &c. Hic est ille mercator de quo dicit poeta.

Impiger extremas curris mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Illam scilicet pauperiem, id est, illam defectum qui prius erat in cælo, ubi deessent paupertas & animæ iustæ.

Deportat secum pecuniam suam. Vnde Proverb. 7. Non est uir in domo sua, absit uia longissima, sacculum pecuniæ secum talis. Quo fuerit hæc pecunia, docet beatus Bernardus. Sacculum plenum misericordia misit pater in terram: & ille sacculus concisus est in passione clauis

10.

11. Christus in stitor.

clavis & lancea, & effusum æs, id est, anima, & sanguis, vt fieret pagamentum. Vnde Filius Patris: Confidit in lacum meum, corpus in passione, & crucem dediti me læticia in resurrectione.

Apportat se, ut merces patriæ suæ, & secum reuocet merces de partibus alienis. Quid exponit beatus Bernardus. In cælis honorum omnium copia suppetebat, sed paupertas ibi non inueniebatur. Porro in terra abundabat hæc species, sed nesciebat homo pretium eius. Hanc autem venit querere Filius Dei, vt sua æstimatione nobis eam redderet pretiosam. Ante hoc etenim nunquam intrauerat paupertas in cælum, sed modo nisi per eam in cælum non intratur. Matth. 5. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Vendit merces patriæ suæ, & suadet hominibus vt emant. Vnde dicit Episcopo Laodicæ Apoc. 3. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples, & vestimentis albis induaris: & non appareat confusio nuditatis tuæ: & collyrio omunge oculos tuos, vt videas, &c. Sic exponit. Suadeo tibi, id est, ad utilitatem tuam, e me, per consensum liberi arbitrij. Vel emere, id est, multo labore corporis & animæ acquirere, à me, non à populo, aurum, id est, sapientiam pretiosiore cunctis opibus. Vel aurum, id est, charitatem: ignitum quoad se, & fulgens quoad proximum, probatum fornace tribulationis: vt locuples fias, quia sine charitate omnis homo pauper est, & cum ea omnis homo diues est. Et vestimentis albis induaris, id est, operibus mundis, sine quibus omnis homo nudus est. Ecclesiastes 9. Omni tempore vestimenta tua sine candida. Vel vestimenta candida, caro munda per castitatem: vt non appareat in iudicio confusio tua, id est, fœditas vitæ tuæ, vnde sequitur æterna confusio. Et collyrio inunge oculos tuos. Quære titulo, vbi charitas dicitur collyrium. Ecce tria emenda à Christo, aurum contra paupertatem, vestimenta alba contra nuditatem, collyrium contra cæcitatem. Vel aurum ignitum, id est, verbum Dei, quod ignit charitas, probatum per veritatis simplicitatem, non fuscum per mundanæ sapientiæ venustatem, probatum, vt non phantasticum, quale sapientia mundi, sed verum quod emittitur per studium & iugem meditationem scripturarum. Vel aurum, id est, vitam æternam, vbi sancti splendent & ardent charitate. Et dicit emere contra illos qui pro nihilo volunt habere omne bonum, cum non sint condignæ passionis, &c. Vel emere pretio penitentia. Vestimenta pluraliter, diuersæ virtutes: vt non appareat confusio tua, modo Angelis, & aliquibus hominibus, sed in iudicio toti mundo. Moraliter. Aurum fides propter rutilantiam, id est, lucem: quia diuinam indicat sapientiam Thren. 4. Quomodo obscuratum est aurum. Fides enim obscuratur, quando amor terrenorum permiscetur. Sed hoc aurum debet esse ignitum per charitatem, probatum per tribulationem: & hoc aurum emittitur à Domino desiderio & bonorum operum exercitio.

Emittit merces patriæ alienæ. Emittit enim animas nostras pretio sanguinis sui. 1. Corinth. 6. Empti estis pretio magno. Redemisti etiam quas-

dam merces fatuè pignoras eodem pretio de quo supra 1. Petr. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, &c. sed pretioso sanguine quasi agni immaculati. Huic mercatori dicit Augustinus. O bone mercator gratias tibi agimus quod emisti nos, sanguinem tuum bibimus, Euangelium tuum legimus instrumentum nostrum, creaturæ sumus tuæ, serui tui sumus, fecisti nos, redemisti nos. Emere potest quis seruum, creare non potest. Dominus autem seruos suos creauit vt essent, & redemit ne semper captiui essent.

Hic est verus institor, qui creaturam suam instituit vt esset, & proprio sanguine suo emit & redemit vt libera & beata esset. Debet ergo homo agnoscere se non esse sui iuris, sed eius qui se redemit. Quod naturæ lex exigit & iuris positui. 1. Corinth. 7. Qui in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini: & qui liber vocatus est, seruus est Christi. Et idè tantum emit vt homo se de cætero carior habere, & pro vili pretio se non exponeret: & si non propter se, saltem propter pretium magnum. Debet autem dicere diabolo qui tentatur. Iam emptus sum, non possum de cætero exhibere me venalem. Augustinus: Idè tantum emit vt solus possideret. Beatus Matth. Carum animal est homo Deo si seipsum vilem non fecerit, negligendo. Ne vilescas tibi ò homo, appende te in pretio. Beatus Bernardus: Tanti emit vt amittere non velit. Sed multi se subtrahunt à possessione Domini, & se faciunt possessione diaboli. Vnde quidam dicunt Isa. 26. Domine Deus noster, Domini possederunt nos absque te, &c. Et hoc maxime fit per malam societatem: quia cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Quibus imprecatur Dauid. Redde vicinis nostris, qui nos ad peccatum traxerunt, septuplum, id est, perfectam penam, scilicet punitionem corporis & animæ. Eccl. 7. Non semines mala in sulcis iustitiæ, & non metes ea in septuplum. Sulci iustitiæ tres vires animæ & sensus corporis quod ex quatuor elementis. Genes. 4. Qui occiderit Cain, septuplum punietur. Et infra: Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies. Peccatum enim septem inducit penas. Prima, hebetatio intellectus in vi rationabili. Secunda, corruptio affectus in vi concupiscibili. Tertia, obduratio in vi irascibili. Hæ tres sunt interioris in anima. Exterioris autem sunt quatuor. Prima, paupertas. Secunda, molestia. Tertia, ignominia. Quarta, mors sine temporalis siue æternæ: vtraque enim ex peccato.

Plus diligit merces quas emit quam pretium quod pro eis impendit, & magis vult defraudari in pretio quod impenditur, quam in mercibus quas mercatur. Sic & Christus. De primo dicit beatus Bernardus: Quid ego infelix, quò me veram, qui pretiosum depositum quod Christus proprio sanguine pretiosius indicauit seruandum, accepi. Ex cætera multa. De secundo dicit ipse Christus in Psal. de illis qui fraudant etiam animabus quas emit tanto pretio. Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Mercatur quandiu stant nundinæ, quibus finitis facit pagamentum suum. In presentem enim proponit & offert nobis pretium passionis suæ,

suæ, & exempla vitæ suæ ad imitandum, vt suas faciat animas nostras & corpora. Vnde dicit ei quidam: Tuus sum ego, saluum me fac, quod via iudicio implebitur.

Butat etiam & dat merces pro mercibus. Accepit enim naturam nostram quando verbum caro factum est, & nobis largitus est suam deitatem. Item eleuatus est in cælum, scilicet cum carne nostra, vt nos diuinitatis suæ tribueret esse participes. Idè canit Ecclesia: O admirabile commercium, &c.

Habet sub se mercatores suos quibus tradit pecuniam suam ad negotiandum. Luc. 19. Dedit illis decem mnas dicens: Negotiamini dum venio, id est, date temporalia pro æternis. Institores eius primi Apostoli & Prædicatores. Ezech. 28. Negotiatores tui Tyre, &c.

Computat cum seruis suis. Matth. 25. Venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis:

Gaudet si fegerint lucrum. Matth. 25. Euge serue bone. Et eos bene remunerat, dicens illi qui acquisierat decem mnas. Luc. 19. Esto potestatem habens supra decem ciuitates.

Dolent nisi fecerint, & eos grauius punit. Matth. 26. Seruum inutilem proiicite in tenebras exteriores, &c. Parab. 14. Accepit regi minister intelligens, itacundiam eius inutilem sustinebit.

Institor dicitur ab instando vel ab institendo, vt quidam volunt: quia omnia quæ sunt, instituit. Vnde Eccl. 18. Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Sed quod pro hominis utilitate institutum est, per peccatum hominis destitutum est. Ad hoc autem per hanc nauem venit Christus in terram, vt mediante Maria totum restitueretur quod peccato primæ mulieris fuerat destitutum. Vel institor ab instando: quia in acquirendis caris mercibus sedulus instat, iuxta illud Ecclesiastes 9. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare, &c. Et bene institor Christus Dominus, qui cum tanta instantia negotiationem suam ab humano genere redimendo executus est: quæ enim maior instantia quam quod pro nobis emendis vendi voluit & occidi: quod ostendebat dicens Luc. 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor, desiderio scilicet, donec perficiam illud: Et notat possessionem baptismum, id est, iuncturam: quia tunc fuit proprio sanguine rubricatus. Item Luc. 12. Desiderio desiderauit, &c. Item ad hoc innuendum dixit Iudæ machinanti traditionem suam. Ioan. 13. Quod facis, hoc fac citius. Ibi dicit Hilarius: Non præcipit facinus, sed prædicat dans in se potestatem. Vere autem prædicat institor: quia tota vita sua instabat orando, prædicando, demones eiciendo, languores curando, & huiusmodi preciosis mercibus, id est, animabus acquirendis.

Nec solum mercator sed admirabilis institor fuit Christus. Institor fuit: quia merces suas nobis dedit & nostra accepit. August. Omnis mercator dat & accipit. Mirabile autem fuit: quia dedit suam deitatem, & accepit nostram humanitatem. Vnde ò admirabile commercium, &c. Item mirabilis quia dedit illud quod maximi erat pretij, imò quod erat inpretabile, & accepit à nobis quod nullius erat pretij, cum

cæteri mercatores faciant è conuerso. Accepit quod hic abundabat, dedit quod deerat. Accepit nasci, laborare, & mori: dedit renasci, resurgere, & regnare.

Item alio modo mirabilis: quia sine pretio vendit, & postulat vt sine pretio ematur ab eo. Vnde clamat Isa. 55. Qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Emite, id est, acquirite fide & opere sapientiam vel secundam gratiam, credendo scilicet & bene operando: & ita pretium sapientiæ fides & operatio. Proverb. 18. Quid prodest habere stulto diuitias, cum sapientiam emere non possit? Sequitur. Venite, emite absque argento, &c. ibi dicit beatus Bernardus. Mirabilis hæc emptio, apud amatores seculi talis esse non potest, apud auctorem verò seculi alia esse non potest. Clemens enim venditor Deus, qui honorum nostrorum non eget, nulli debet esse suspectus, quia nostræ salutis tantum cupidus est, sed non pretij temporalis. Mirabilis etiam, vt iam tetigimus, cambiando merces suas, quod Gallicè dicitur buter: quia diuitias dedit pro paupertate, & hoc per gratiam suam. 2. Cor. 8. Satis gratiam, &c. Nec solum mirabilis, sed & diues mercator, qui totum emit & redemit mundum quasi vna palmata, non quam feruit, sed quam recepit. Matth. 22. Alij palmas ei in faciem dederunt.

Sequitur. De longè portans panem suum, de longè, hoc est, de cælo, portans, id est, apportans toti mundo fame preuenti, panem scilicet viuum qui de cælo descendit. Ioan. 6. quem scilicet panem fecit suum, & illum quodammodo emit à patre pretio virginitatis & humilitatis & cæterarum virtutum, quando scilicet sydonem fecit, id est, virginitatem vouit, & vendidit quasi pretio Filij Dei, & de cælo venit ad nos panis iste per hanc nauem, qui se debamus in tenebris & vmbra mortis, & vincti eramus in mendicitate & ferro, ad innuendum, quod veniebat reparare nos qui fame moriebamur, ad vitam celestem, non terrenam: & cum esset panis Angelorum, dari voluit hominibus, vt ipsum gustando fierent Angeli.

Aliter. Si dixisset Salomon panem nostrum, bene dixisset: sed notabiliter maluit dicere suum, & hoc multiplici ratione. Totus enim fuit suus, proprius scilicet, non communis sibi & viro: quia in se & de se sola factus est, scilicet de purissima substantia carnis suæ. Vnde Galat. 4. dicit Apostolus: Misit Deus filium suum factum ex muliere, &c. Et multum reprehendit eos Beda, qui volunt ibi legere natum ex muliere: de ipsa enim factus est homo, & ipsa per consensum fecit eum & panem & hominem. Vnde designatur per Saram, quæ de præcepto Abraham, id est, Dei Patris miscuit tria sata farinæ, scilicet diuinitatem, animam & carnem. Fermentum etiam huius panis fuit fides Virginis. Et coctus fuit iste panis in clipeo vteri virginis calefacto igne Spiritus sancti. Ipso etiam in die fuit decoctus in ara crucis triginta tribus annis, vt creditur, reuoluit: vt sic esset panis bis coctus, qui competit nauigantibus per mare huius mundi. Inducit etiam iste panis per ignem passionis. Vnde dicit post passionem: Aruit tanquam testa vitæ tua. Vnde cum multa violentia mediantibus clauis

clavis & lancea contractus est in cruce. Et tunc exaudita est oratio generis humani Iſa. 58. postulantis: Frange esurienti panem tuum, &c. permittite animam tuam & corpus abinuicem separari pro refectione famelicorum. De hoc pane hæc & alia habuisti titulo, Gratia plena, ubi Christus dicitur panis refectionis.

Aliter. Panem suum, quo scilicet ipsa dignus, laprosius, & ineffabilis fruebatur in præenti omni creatura. Vel sic: Panem suum, qui totus fuit ius, de quo ipsa dicit Prouerb. 9. Comedite panem meum, &c. & quoniam non possumus habere nisi ab ea & per eam. Vnde & dicendum est ei tota deuotione & desiderio mentis, sicut dicimus Deo Patri: Mater nostra quæ es in cælis, panem nostrum super substantialiam vel quotidianam da nobis hodie. August. & Ambrosius hunc panem appellant epinſion, id est, super substantialiam: quia caro Christi omnibus creatis substantiis dignior & maior existit.

11. Facta est quasi nauis, &c. de Christo potest exponi qui censetur genere feminino: quia est sapientia Patris: & est hic prophetia, quæd Christus subuenturus & supportaturus esset velut nauis omne genus humanum cælestem Ierusalem per mare mundi huius: ipse enim se comparat nauis Iob 9. Dies mari transferunt, sicut naues poma portantes. Et reuera hæc nauis omnes electos in se portat per mare mundi: & in hac fuerunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi velut merces venales. Vnde dicit Apoc. 4. Suadeo tibi emere aurum à me, vt supra. Et ipse nos emit velut institor merces pretio sanguinis sui.

Facta est nauis institoris. Ecclesia nauis secundum proprietates Mariæ superius assignatas. Et hic versiculus continetur sub litera he, quod interpretatur esse, vel viuere, vel suscipiens, aut suscepio, quia per panem viuum quem Ecclesia suscepit in incarnatione filij, habent fideles Ecclesie verum esse & verum viuere per gratiam hic, per gloriam in futuro. Ipsa etiam bene dicitur susceptio: quia quidquid non suscipit per baptismum per fidem & sacramenta, perit in hoc mari: & illos solos quos suscipit, ad hereditatem æternam perducit.

Hæc nauis arcta fuit tempore martyrij, scilicet in principio suo, arcta erit tempore Antichristi, lara fuit tempore Confessorum, modo incipit coarctari. Vnde patet, quod finis instat. In tempore etiam persecutionis sanctorum martyrum facta inundatione tribulationum elenata est in sublime à terra: & idem tot martyres tunc transmisit ad cælum. Vnde de arca quæ signat Ecclesiam Dei, dicitur Gen. 7. Factum est diluuium, &c. vt supra. Matth. 24. Vespere facta nauicula in medio mari iactabatur fluctibus.

Facta est quasi nauis institoris, onerata mercibus pretiosis bonorum operum, tentationum, persecutionum, miseriarum, & huiusmodi, quibus gaudet onustari, quibus maiora gratiarum dona meretur: & hæc sunt merces pretiosæ. Transit etiam desiderio fluctus huius seculi properans ad patriam: & panem doctrinæ, doloris, laboris portat secum, quo vesci-

tur dum est in via. De huiusmodi panibus dicitur Eccl. 31. Splendidum in panibus benedictum labia multorum, &c. Maxime verò pane doctrinæ & virtutis reficitur quando est in itinere peregrinationis suæ.

Item de longè dicitur portare panem suum quasi viaticus: quia in omnibus quæ agit solam æternam retributionem expectat, & solam veri panis refectionem desiderat. Sic construe: De longè portans panem suum, id est, qui est de longè, hoc est, de cælo, qui est panis Angelorum, qui datus est hominibus ad comedendum vt sicut Angeli, vt supra. Et nota, quod merces quas portat hæc nauis, dicitur panis, in quibus mercibus notantur quatuor, scilicet quod de longè, id est, non de visibilibus, sed inuisibilibus. 2. Corinth. 4. Non contemplantibus quæ videntur, sed quæ non videntur, &c. Item habentur cum labore & portantur cum pondere. Ibi portans. 1. Corinth. 6. Portate Deum in corpore vestro. Item hæc merces dicitur panis: quia idem est animæ refectionio. Vnde panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Item additur suum. Nota, quod curioſitates & solatia mundi sunt panis adulterinus, in quibus adulterant ratio & intellectus. De longè tollit visibilia, portans tollit oria, panem inutilia, suum adulterina solatia.

Item hæc nauis significatur per classem Salomonis 3. Reg. 10. quæ afferebat de Tharsis aurum sapientie, argentum eloquentie, dentes elephatorum, id est, verba & exempla sanctorum, simias, id est, irrisores malorum, pavos, id est, illos qui à posteriori ponunt gloriam mundi, panem scripturæ, vt hic, poma, id est, fructus bonorum operum Iob 9. Aliter. Classis Ecclesia, quæ congregat aurum & argentum, id est, sapientes & eloquentes. Eccl. 28. Argentum tuum & aurum tuum conſila, & verbis tuis facito stateram. Quæ duo conſilare est vitam doctrinæ permiscere. Dentes elephatorum, expositores casti Scripturarum. Simias proprie sunt illi qui bonos imitantur quoad quosdam actus in exteriori apparentia, sed tamen bestie sunt. Apoc. 3. Ecclesie Sardis. Nomen habes, quod viuas, & mortuus es. Pani spirituales viri. Quære proprietates titulo de aquila. Facta est quasi nauis, &c.

Moraliter. Fidelis anima nauis. Et nota bene singula verba. Facta est quasi non à se, sed à Deo: quia ipse fecit nos & non ipsi nos. Ipse enim fecit quod sumus per naturam & gratiam, facturus tandem quod futuri sumus per gloriam. Ipse enim operatur in nobis velle & perficere in bona voluntate. Philip. 2. Ipse operatur in nobis omnia nostra opera bona. Iſa. 26. Exod. 34. dicit Moyses ad Dominum: Nullus apud te per se innocens est. Ipse inspirat nobis gratiam reuertendi ad eam & peccandi post lapsum. Vnde super illud Luc. 15. ubi dicit prodigus, Surgam & ibo ad patrem meum, &c. dicit Glossa quod nec voluntatem surgendi habuisset, nisi cum prius Pater inspirasset. Dicit ergo fidelis anima: Gratia Dei sum id quod sum. 1. Cor. 15.

Quali nauis institoris. Nota, quod vita hominis

hominis ordinanda est velut nauis, sicut infra dicitur. Spiritus quasi institor ab instando secundum proprietates Christo superius assignatas. De hoc institore. 2. Timoth. 4. Instat opportunè importunè. Ecclesiastes 9. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare. Ad Hebr. 4. Festinamus ingredi in illam requiem, id est, operari ea quæ faciunt ad ingressum. Spiritus penitentis institor instanter querendo bonas merces vbicumque possunt inueniri, ad deportandum ubi venduntur caro pretio. Hæc merces sunt ieiunia, vigilia, disciplina, & omnia huiusmodi bona exercitia quæ hic habentur pretio satis paruo. Vnde pro nihilo, id est, pro paruo pretio habuerunt terram desiderabilem. Et in paradiso venduntur carissimè. Et quando talis institor arripit ad portum vite, scilicet in morte, tunc eas cambiat & butabit, & pro dolore contritionis dabitur gaudium ineffabile, pro rubore confessionis æterna Dei laudatio, pro labore satisfactionis requies sempiterna, fami succedet satietas, siti dulcis ebrietas, ægritudini sanitas; cibo arido & insipido conuiuium pinguium, ignominie gloria, cilicio purpura, nuditati vestitus quadruplex qui notatur in sole, obedientie omnia succedent ad beneplacitum, vigiliis dormitio in pace in idipsum, & sic de aliis. Et cum merita fuerint transitoria, præmia durabunt in æternum. De huiusmodi negotiatoribus dicitur Iſa. 23. Erunt negotiationes eius huiusmodi, scilicet institoris, & merces eius sanctificare Domino. Et loquitur de Tyro quæ interpretatur angustia, quæ designat verum penitentem in angustia duplici mentis & corporis constitutum. Gregorius; Vita nostra naviganti similis est: is enim qui nauigat, ster, sedeat, iaceat, semper vadit: quia impulsu nauis ducitur. Ita & nos. Siue enim nauigantes, siue dormientes, siue loquentes, siue tacentes, siue nolentes, siue volentes, semper ad finem tendimus.

13. In hac nauis est proa stricta, ingressus vite presentis omni vallatus miseria. Nascitur enim miser homo de matre impotens sui, nudus corpore, coquinatus & sordibus, peccatis onustus, diaboli possessio, & generaliter omni miseria cumulatus. Iob 1. Nudus egressus sum, &c. & 1. Timoth. 6. Nihil inulimus in hunc mundum. Puppis strictissima, egressus à mundo haud dissimilis ingressui. Beatus Andreas ad Egæam loquens de peccatoribus: Tandiu deludit eos diabolus, donec rei & nudi de corporibus exeant, nihil sepe præter peccata portantes.

Carina lata, medium vite nostre, in quo nos dilatamus in voluptatibus mundi, cui subest sentina multiplicium viciorum.

16. In hac nauis est proa, id est, inchoatio ipsius penitentie stricta valde in repressione sensualitatis, in confusione & dolore contritionis, in erubescencia confessionum, in fuga occasionum quæ perturbant ad peccatum, in refectione omnium superfluorum, in dediscendo consueta, in addiscendo & assuefaciendo quæ carni videtur amara. Propter hæc omnia dicitur Matth. 7. Quam angusta porta, &c. Ad hanc tamen Dominus nos inuitat. Luc. 13. Contendite intrare per angustam portam.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Carina lata, dilatio penitentie in bona operatione, progrediendo ingiter de virtute in virtutem, de bono semper in melius proficere: in via Dei stare, quasi resiliere est: & hanc dilationem non nobis, sed Deo attribueret. Vnde: Eduxit me in latitudinem.

Sentina, iugis recordatio vilitatis vite præterite, vt sibi fecerit, qui Deo vult redolere: nam sicut dicit Philolophus, qui sibi displicet, se bene vitur. Ezech. 25. de veris penitentibus: Displacere sibi super malis quæ fecerunt.

Puppis huius nauis, consideratio finis nostre, scilicet quam subitus, quam improuisus, quam periculosus, quando præparati erunt tortores infernales sugientes præparati ad escam, crudeliter vsurarij qui plus exigunt in pœna quam commissum sit in culpa. Ad hoc autem quod penitens bene regat & dirigat nauem suam, id est, vitam, debet instat gubernatoris in puppi quæ finis est nauis, sedere, quod est in recogitatione finis sui moram facere, & ad proram lumen dirigere, vt nauem suam rectè dirigat ad portum, vt dicat illud Iob 16. Ad Deum stillat oculus meus, id est, intentio cordis mei. Eccl. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

Hæc nauis, vas fragile: quia tentationibus quas paritur à carne, à mundo, à malis hominibus, & à diabolo, facillè dissoluitur. Iob 14. Egredietur, conteritur, fugit velut umbra, &c.

Clauis inferius, aperta superius, concava interius, aperta superius, onusta mercibus supra dictis, fertur super aquas, vt supra de Maria.

Acuta in capitibus paupertate vt supra, tota ferè in aqua mergitur, quia multæ tribulationes instorum.

Tantò securior, quantò longius distat à terra, id est, ab appetitu terrenorum.

In litore stans, semper in partem alteram inclinatur.

Vndis quatitur. Ioan. 16. In mundo pressuras, in me pacem habebitis. Pugnat cum piratis. Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantum scilicet, sed aduersus rectores mundi tenebrarum harum contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Ideo dicitur Eccl. 4. Agonizare pro anima tua.

Fluctus premit & frangit, id est, tribulationes mundi & carnis. Vnde Apostolus. 2. Cor. 11. Cum infirmos, tunc potens sum, &c. Ecce contractio fluctuum.

Vento gratie & tractu bonæ operationis ducitur: quia cooperatores Dei sumus.

Vento etiam Aquilonis, id est, aduersitatis impellitur versus cælestem Ierusalem, sed Austro prosperitatis sepe repellitur à terra promissionis. Iſa. 43. Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Nolli prohibere.

Quandoque sabburra oneratur, vt debitum pondus habeat, id est, infirmitatis proprie recogitationem. Vnde Ambrosius instituit virginem, Contemplationem corporis tui velut nauis sabburam suscipe, ne te in eantis mundi fluctibus iactantis alicuius apra circumferat.

D d Hæc

18.

Hæc nauis debet habere malum spei ut erigatur ad desiderium cælestium, & dicere possit: Domine ante te desiderium meum, &c. Vel malum humilitatis qua exaltatur in oculis Domini. Vel malus qui fit de abiete, sunt exempla sanctorum, qui velut abietes fuerunt sine humore carnalis voluptatis, recti iustitia, erecti ad cælestia, non reflexi ad temporalia, procul vitæ tanthumonia, leues sine peccatorum macula, contemplatione cælestium verus nubes collocantes & eleuantes capita, id est, mentes: & istæ virtutes summè iuuant ad portum salutis arripe volentes.

Virgam, id est, memoriam Crucifixi, à qua dependet velum desiderij. Itæ, dicunt sancti de Christo: Desiderium eius despectum & non desiderium virorum, virorum dolorum, &c. Vel velum charitatis expantia circumquaque, vt supra.

Gubernaculum, id est, discretionem spirituum. 1. Tim. 2. Nolite omni spiritui credere, sed probare si prout an ex Deo sint.

Canas vitæ, id est, quæ malo sanctorum spei innumerant, & ab ea dependent. Vel malo humilitatis.

Anchoram timoris quæ in statu iustitiæ stabilitatem mentis. Gregorius: Anchora cordis portus amoris. Vel secundum Apostolum: Anchora spes ad Heb. 6. vt supra, quæ scilicet spes velut anchora multas tribulationum velut malicorum ictibus fabricatur. Hæc enim spes à gratia infunditur, sed tribulationibus firmatur, quia et balneo patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò spem, spes autem ad est, anchora si fabricata non confidit. R. 1. 4. Est autem spes certa expectatio futurorum bonorum ex gratia & meritis proueniens, sicut dicit August. Gratia Dei facit anchoram, spes firmam, sed merita tutam. Nec solum vitæ anchora nauis vitæ nostræ necessaria est, sed quatuor, quæ sunt spes veniæ, gratiæ, perseverantiæ, & gloriæ. Act. 2. Timentes ne in opera loca in ideremus, de puppe mittentes anchoras quatuor optabant diem fieri. Loca aspera loca pœnarum æternarum, puppis, finis vitæ. Quatuor anchoræ, vt supra, scilicet spes quatuor prædictorum. Dicit ergo Apostolus, quod spem habemus quasi anchoram anime tutam ac firmam, sicut dictum est, incedentem usque ad interiora velaminis, id est, incedere nos facientem usque ad interioram & adhuc velatum nobis beatitudinem, quam in hac vita nemo vidit, sicut est. Vbi, id est, in quæ interiora præcurfor Iesvs pro nobis introiit introducendis. Et ita patet nos posse sequi. Ad hoc enim ipse præcurrit, vt nos sequamur: & hoc alludit Apostolus consuetudini nauigantium. Qui enim nauigant in magna nauis, si ante portum inuenierint ventum contrarium, ita quod velificando nequeant intrare portum: præmittunt aliquos qui in nauis parua anchoram ad litus portant, & ibi firmiter figunt, postea qui in nauis sunt, chordam à nauis protentam ad anchoram arripiunt, & se suis manibus etiam ventis contrariis ad portum in quo fixa est anchora, introducunt. Chorda hæc longanimitas desideriorum cælestium, cui si accedant manus bonorum ope-

rum, quantumcumque aduersantur venti tribulationum, cælestis patriæ intrant portum, vbi anchora spei firmiter fixa erat. Figenda est igitur anchora spei in terra æternæ stabilitatis, vt contra furorrem fluctuum, hoc est, tentationum firmam teneat nauem mentis. Chorda qua nauis colliganda est anchora, timor mortis iudicij & gehennæ, triplex scilicet funiculus, qui difficile rumpitur. Ecclesiastes 4. Timor enim non est separandus à spe. Prouerb. 14. In timore Domini fiducia fortitudinis. Gregorius: In via Domini timor operatur fortitudinem, in via seculi debilitatem. Item Eccl. 27. Nisi in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua, nauis scilicet tuæ mentis.

De remis, vt supra. Gubernaculum, verbum Dei, quod in mari mundi inter prospera & aduersa dirigit nauem vitæ nostræ. Sed cum peccator à te verbum Dei repulerit, tunc ventis & procellis vndique irruentibus, quasi fracto gubernaculo periclitatur tempestate vitiorum.

Castrum huius nauis, quatuor cardinales, vt supra: armatur contra piratas, vt supra.

Victualia, panis Eucharistiæ & sacramentorum, panis verbi Dei & bonorum operum, ignis charitatis, vinum compunctionis, aqua confessionis, sal discretionis, oleum pietatis, &c. vt supra. De mercimoniis, vt supra.

Gubernatores, consilium & prudentia. Prouerb. 2. Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te.

Ligna huius nauis: & hanc nauem dolat & erudit tribulatio, esuries dolat strumam gulæ, vigiliæ strumam somnolentiæ, disciplina strumam luxuriæ. Gen. 6. Fac tibi arcam de lignis læuigatis.

Desiccat carnis maceratio. Greg. Lignum in fabrica competenter non ponitur, nisi prius vitiosa eius viriditas desiccetur.

Dirigit sanctorum virorum imitatio. Nisi ad regulam praua non cortiges.

Complanat manufactudo, perforat iuge mentis scrutinium. Ezech. 9. Fili homini fode parietem.

Coaptat obedientia, connectit dilectio duos ligans, confirmat patientia.

Configunt timor Dei & doctrina sanctorum. De primo: Confige timore tuo carnes meas. De secundo Ecclesiastes in fine: Verba sapientum quasi stimuli, & quasi clauis in altum defixi. Clauis, qui retinent à malo & stabiliunt in bono. Stimuli, quia incitant ad bonum.

Compaginat charitas. 1. Cor. in fine: Omnia opera nostra in charitate fiant.

Obstruit ruinas. Gallicè naie, timor Dei qui nihil negligit. Ecclesiastes 7. Qui obrurat rimulas sensuum, ne furtiuè subintrent ad animam aquæ malarum delectationum.

Bituminat velut arcam Noë continentia vel dilectio Dei, & proximi, vt supra. Continentia siquidem non patitur scissuram in carne, nec vera dilectio scissuram spiritualem in mente.

Exonerat onere peccatorum vera pœnitentia, onere diuitiarum elemosyna. ad Hebr. 12. Deponentes omne pondus temporalium,

per elemosynam, & circumstans nos peccatum, id est, omnem peccati circumstantiam, par confessionem & pœnitentiam, &c. Non enim posset onerari mercibus Dei nisi prius exonerata mercibus diaboli. Et hæc exoneratio maximè faciendâ est, imminente tempestate mortis Act. 27. Satiati cibo scilicet verbo Dei, alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare, id est, ad existentes in amaritudine paupertatis.

Exhauriunt hauritorio humilitatis confessio & oratio: onerari mercibus supra dictis bona operatio.

Gubernant consilium & prudentia vt supra, quæ duo maximè præcauent huic nauis à periculis huius mundi qui est mare.

Dirigit ad portum salutis, qui Christus est recta intentio, quæ operi nomen imponit.

Aliter. Caro nostra nauis est animæ, in qua transmigrat mare seculi in nauis. Quæ scilicet nauis si scissa fuerit per luxuriam, vel gulam, vnde submergatur iugiter recipit & emittit, nec est apta, sed valde perniciofa nauigio spiritali. Sed caro integra per abstinentiam quasi firma nauis, apta est nauigari.

Aliter. Vita humana nauis, quæ debet onerari bonis mercibus, tendens ad litus futuri iudicij, cuius gubernaculum, vt dictum est, verbum Dei. Hanc nauem impugnant quasi quatuor principales venti tentationum. Ab Oriente superbia, ab Occidente ignorantia, ab Austro prosperitas, ab Aquilone aduersitas. Nec patet multoties sic impugnato nisi euasione vnica via, vt scilicet tunica carnis pœnitentiæ exemplo Petri. Ioan. 21. scilicet per paupertatem & continentiam mittat se deorsum, & capiat terram quæ est Christus homo, quæ montuosa est per eminentiam virtutum & miraculorum, vt illic ascendens non timeat impetum procellarum. Vnde dictum est Loth. Gen. 19. In monte saluum te fac. Item vallofa est, vt in ea delitescens non timeas flatum ventorum. Valles sunt humilia & infirma humanitatis Christi. Isa. 4. Erit tabernaculum, id est, humana Christi natura, in vtabaculum diei ab æstu, & in securitatem & in absconditionem à turbine & à pluuia. Item caueruosa est, vt ibi abscondaris propter timorem hostium. Isa. 2. Ingredere in petram, id est, Christum, abscondere in fossa humo, id est, in cauerua pedum læteris & manuum, sicut columba à facie accipitris.

Sequitur. De longè portans panem suum. Quia posita adhuc in terra, rectè credendo & bene operando acquirit sibi victum & vestitum de cælo, à quo descendit omne datum optimum. Iac. 1. illam scilicet refectioem de qua Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Vel de vita hac panem bonorum operum transfert in cælum, vbi ipsa thesaurizat Matth. 6. Theaurizate vobis thesauros, &c. Portat scilicet merita pro præmiis, & acquirit inde vnde viuat in æternum. Panem suum, pœnitentiæ, laboris, sudoris, & doloris. Et nota de longè. Quidam enim de bonis quæ faciunt, non querunt nisi retributionem temporalem: sed tales de prope Matth. 6. receperunt mercedem suam, id est, quam inquirebant. Item notabiliter dicitur pa-

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

nem suum: Christus enim verè panis noster est. Vnde Matth. 6. Panem nostrum superfluitantiam da nobis hodie: quia isto pane viuunt anima in præfenti per gratiam, & illum suscipit in fide sacramenti, & hunc portat panem qui operatur ex gratia in præfenti. Vnde Hebr. 12. Contemplantur ne quis desit gratiæ Dei. Item 2. Corinth. 5. Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Panis autem qui crescit de terra, panis corporis est.

Vilo multipliciter de naue multiplici, restat videre de periculis maris istius mundi, quæ sunt quinque principalia. Eccl. 43. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius. Syrtis, scylla, charybdis, acroceraunia, syrenæ. Syrtis congregatio est arenarum, quod periculum quandoque est in ostiis fluuiorum, vbi fluij intrant mare, & in huiusmodi arenis sæpè rumpitur nauis. Hæc est auaritia quæ steriles & onerosas & falsas congregat diuitias, quæ sicut non sedant, sed prouocant. Hoc periculum declinat prudentia, quæ non bona præfentia, sed futura concupiscit.

Scylla quoddam periculum est inter Siciliam & Barbariam, scilicet quidam scopulus magnus in illo mari parum super se aquæ habens, scilicet quasi cubitos duos, vel cubitum & dimidium, quo naues rumpuntur non, habentes aquam profundam. Hoc periculum Græci Scyllam, Saraceni & quidam nauis nominant kelp, quod vtrumque sonat canis Latinè, quia ibi lacerantur naues quibusdam petris acutis quasi dentibus caninis: & hoc periculum signat luxuriam quæ blandam faciem præterdit desuper, & desubter lacerat appropinquantes. Prou. 5. Fauus distillans, &c. vltimè, nonissima eius amara quasi absinthium, &c. Et sicut hoc periculum cauere fugiendo, sic & luxuria. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Vnde sequitur Prou. 5. Longè fac ab ea viam tuam, &c. Irascuntur etiam nauis si hoc periculum nominetur in nauis: & hoc est quod dicitur Eph. Fornicatio & omnis immunditia nec nominetur in vobis, &c. Contra hoc periculum necesse est habere caritatem quæ rima careat. Vel si subintret aliquantulum aquæ, id est, noxiæ delectationis, semper debet per confessionem exhauriri.

Acroceraunia sunt montes cornuti: acros enim sonat mons, teras cornu: & signat aduersitatem & detractionem, contra quæ nauis debet habere fortitudinem, ne aduersitate vel detractione ad impatientiam moueatur. Vel per montes cornutos cornuta superbia figuratur.

Syrenæ quæ cantu mortifero nauas attrahunt & attractos lacerant, voluptas, prosperitas, vel adulatio est. Vnde: Molliti sunt sermone eius super oleum, &c. Hoc periculum declinat puppis, iustitia scilicet, quæ nec blandis seducitur per prosperitatem, nec adulationibus malè demulcetur querendo mundanum fauorem.

Charybdis est vorago circumuolgens naues & absorbens. Vnde charybdis quasi carinas abdens, & frequens est hoc periculum iuxta Siciliam, & maximè in brachio maris quod Farus dicitur, & diuidit Siciliam & Calabriam: & hoc periculum signat gulam

D d 2 lam

lam quæ absorbet rationem. Vnde Isa. 28. Absorpti sunt à vino.

CAPVT IX.

Maria arca Noë.

1. **E**T arca Noë, de qua præceptum est ipsi Noë. Genes. 6. Fac tibi arcam de lignis læuigatis. Mansiuiculas in ea facies, & bitumine lines intrinsecus. Et sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta latitudo, & 30. cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis summam illius. Ostium autem arcæ pones in latere deorsum. Cœnacula & trilega facies in ea. Commendatur autem beata Virgo sub typo huius arcæ maxime quantum ad quinque. Primò quantum ad dignitatem suæ natiuitatis. Et ostenditur dignitas ortus eius quantum ad auctorem. Vnde dicit pater filio, Fac tibi: sibi enim fecit eam Christus principaliter, id est, ad honorem suum, nec solum sibi, sed & hominibus & Angelis & toti Trinitati, iuxta illud beati Bernardi. Denique omnibus omnia facta est, &c. Quare titulo de benignitate eius. Ostenditur etiam dignitas ortus eius quantum ad sanctificationem ex parte matris, cum dicitur, arcam, in qua videlicet reconditi fuerunt thesauri sapientie cœlestis, thesauri desiderabiles virtutum charismata: fuit enim anima eius citò, vt creditur, post infusionem à peccato originali purgata, & omni decore virtutum ornata: decebat enim, vt dicit Anselm. vt ea puritate niteret, qua sub Deo maior nequit intelligi, quam Deus Pater Filio suo eligebat in matrem. Ostenditur etiam dignitas ortus eius quantum ad progenitorum sanctitatem, cum dicitur, de lignis læuigatis, id est, politis, vel bituminatis secundum aliam litteram, siue quadratis secundum aliam: patres enim de quibus ipsa orta est, politis fuerunt per honestatem conuersationis, quia nihil in eis erat quod offenderet oculos intuentium: conuersabantur enim in medio nationis prauæ & peruersæ sine querela: nam aspectu & auditu iusti erant. 1. Petr. 3. & erant quasi lilium inter spinas. Cant. 2. Bituminati etiam fuerunt per feruorem charitatis, quadrati verò per iustitiam à parte posteriori ad corrigendum errata, ab anteriori per prudentiam ad præuidendum futura, à dextris per temperantiam contra prospera, à sinistris per fortitudinem contra aduersa. De lignis læuigatis aliter inuenies supra titulo de nauis.
2. Secundò commendatur quantum ad statum vite præsentis, cum dicitur. Mansiuiculas in ea facies. In Ecclesia sunt tres ordines siue status, virginum, coniugarum, & presbiterorum: & ipsa fuit virgo, coniugata, & habuit quodammodo supra filium suum officium presbiterii. Luc. 2. Et erat subditus illis. De triplici eius statu multa habuisti supra titulo. Ostenditur etiam fuisse charitate ordinata, cum dicitur: Et bitumine lines eam intrinsecus, & extrinsecus, scilicet quoad Deum & proximum, id est, charitate feruentissima & indissolubili: nam digeritas & vniuersitas status triplicis prætaxati requirit

vnionem & ordinem charitatis. Vel duplex initio, charitas in affectu & effectu. Vnde dicitur mater pulchra dilectionis, per quam dedit vnigenitum suum pro scelere nostro, & fructum ventris sui pro peccatis animarum nostrarum. Michæ 6. Ideò dicitur Cant. 6. & 7. Pulchra es interius in mente per charitatem in affectu, decora exterius per charitatem in affectu.

3. Tertio commendatur quantum ad decorem virtutum, cum dicitur: Trecentorum cubitorum erit longitudo. Fuit enim in ea fides quæ longitudo dicitur, quia ei succedit longitudo dierum, id est, claritas visionis diuinæ. Prouerb. Longitudo dierum in dextera eius. Luc. 1. Beata quæ credidisti, &c. Fuit in ea latitudo charitatis, quæ extendebatur vsque ad inimicos. Et altitudo spei quæ vsque ad interiora velaminis pertingebat. Sed quia fides præcipue refertur ad mysterium Trinitatis ex parte ipsius crediti, per centenarium verò perfectio ex parte credentis intelligatur. Quoniam verò charitas operit multitudinem peccatorum. 1. Petr. 4. & vniuersa delicta operit charitas. Prouerb. 14. idcirco dicitur latitudo quingentorum cubitorum, quia quinquagenarius numerus est remissionis. Quia verò ex fide operante per dilectionem habetur certitudo spei, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis præcedentibus proueniens, propterea dicitur altitudo 30. cubitorum, vt in ternario fidei perfectione, in denario decalogi intelligatur impletio.

4. Quarto commendatur à perfectione vite duplicis, scilicet contemplatiuæ & actiuæ. Contemplatiua per fenestram, nam per arcum contemplationis dirigimus aciem oculorum nostrorum ad solem iustitiæ, id est, Christum, & illuminatur ab eo domus conscientie nostræ. Actiua notatur per cubitum quo exercentur opera.

5. Quintò commendatur à pudore virginitalis, cum dicitur. Ostium arcæ pones in latere deorsum. Per hoc ostium intrauit in eam Filius Dei & venit ad nos, & fuit in latere arcæ deorsum, quia Virgo fuit non solum mente, sed etiam carne. Vel ostium in latere arcæ filius in ventre, qui dicit Ioan. 10. Ego sum ostium.

6. Sextò commendatur à conceptione Salvatoris & merito intercessionis, cum dicit Pater Filio: Ingredere arcam, carnem de Virgine assumendo, tu & vxor tua, scilicet cœlestis sapientia Sap. 8. Quæsiui mihi sponsam illam assumere. Et filij tui, dona Spiritus sancti, & vxores filiorum tuorum, scilicet septem illæ virtutes de quibus Luc. 3. de sapientia quæ sursum descendit, quod primum pudica, deinde pacifica. Noë Christus qui interpretatur requies: quia sicut tempore Noë quieuerunt per diluuium omnia retro opera, ita per Christum omnes qui antea laborabant. Item Noë congregauit in arca cibos omnes hominibus & iumentis seu bestiis necessarios. Vnde dictum est ei: Tollens tecum ex omnibus escis quæ mandati possunt & comportabis apud te. Et Christus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, &c. Math. 11. Sed inuicem quibus daturus sit requiem, scilicet his qui discunt ab eo humilitatem & mansuetudinem. Dicit ergo Pater Filio: Tollens tecum ex omnibus escis quæ mandati possunt. Filius enim Dei descendens in uterum Virginis, secum congregauit

congregauit omnia quibus Angeli & homines fruuntur: unde potest dicere beata Virgo, Veniunt mihi omnia bona, &c. Vnde ipse est thesaurus argenti & auri & cella omnium aromatum.

6. Hæ sunt 50. proprietates horti conclusi. Hortus conclusus, firmatus, elase seratus, & custoditus, signatus, discoopertus, confusus, excultus, plantatus, & agricolatus, & pastinatus, fossus, satus, areolatus, planus & extensus, secretus, amoenus, & altus, sanus, aromaticus, recreans, bibulus, sicibundus, humidus, irriguus, completus, iustificatus, distillans, rotans, nebulosus, tenuis vaporans, densus & vmbrosus, abscondens, & latibrosus, mundus, & emundans, mirabilis, immolatus, securus, stabilis, fecundus, deliciosus, lar-

gus, inexhaustus, satians, potansque, ioculosus.

Nota lector, quòd hic hortus distinctus est in septem particulas. In prima agitur de proprietatibus horti quæ sunt 50. faciunt. 12. 9. & quilibet 9. habetur pro vno capitulo. In secunda agitur de delectabilibus quæ multa sunt, & de areolis. In tertia de aromatibus, & habet duo capitula. In quarta de floribus & herbis. In quinta de his quæ in incarnatione Filij Dei à superiori descenderunt in hortum conclusum, quia ab inferiori nihil potuit subintrare. In sexta de arboribus quæ soleat in hortis nobilibus repetiri, & de arboribus etiam quæ hortis non competunt, sed possunt signare Mariam. In septima de arboribus quæ possunt Christum & Mariam designare.





LIBER XII.

De horto concluso, cui sponsus comparat Mariam, in Canticis.

CAPVT I.

De proprietatibus horti.

I. **HORTVS.** Vnde Cantic. 4. Hortus conclusus, soror mea sponsa, &c. Eod. 5. Surge Aquilo & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Idem: Veni in hortum meum soror mea sponsa, &c. Eod. 5. Dilectus meus descendit in hortum suum, &c. Ibidem: Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, &c. Isa. 58. dicitur Maria: Eris quasi hortus irriguus, &c. Ioel. 2. Quasi hortus voluptatis terra, id est, Maria, coram eo, id est, coram Christo. Item Ezech. 36. Terra inculta facta est vt hortus voluptatis. Hic hortus designatur per paradysum voluptatis Genes. 2. vbi sic legitur: Plantauerat autem Dominus paradysum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Hoc inuenies expositum infra. Possunt autem assignari causæ multiplices quare gloriosa Virgo per terrestrem paradysum designetur.

2. Maria paradysus terrestris dicitur: quia tertio die seculi plantatur. Et beata Virgo post tempus ante legem & tempus sub lege tertio tempore seculi, quod est gratiæ, virtutum plenitudine ornatur. Vnde gratia plena.

Ibi crescunt lignum vitæ & lignum scientiæ boni & mali. Et in beatæ Virginis vtero paulatim secundum carnem adoleuit Christus, lignum plantatum secus decursus aquarum, qui est lignum scientiæ, in quo sunt omnes thesauri scientiæ & scientiæ absconditi. ad Col. 2. Et lignum vitæ. Vnde Ioan. 12. Ego sum veritas & vita. Et de hoc ligno multum loquitur. Ioan. in apocalypsi versus finem.

Aquis diluuij non contingitur. Et beatæ Virginis sublimem conuersationem quæ vera erat in cælis, non attigit illud diluuium de quo dicitur Osee 4. Maledictum & mendacium, &c. inundauerunt.

Recipit Eliam & Enoch. Secundum regimen interpretatur dedicans vel cum Deo ambulans, & signat eos qui nudum Christum nudum sequuntur, & tam corpus quam animam per vitam contemplatiuam diuinis obsequiis dedicant, vt solliciti sint quæ Dei sunt. 1. Corinth. 7. & sollicitè ambulat cum Deo suo. Mich. 6. & sequuntur agnum quocumque ierit Apocal. 14. Elias qui interpretatur robustus dominator,

signat bonos actiuos, qui licet temporalia possideant, non eis seruiunt, sed viriliter subiciunt sibi, & eis dominantur. Hæc duo hominum genera beata Virgo in statu virtutis continet & fouet, & meritis reficit & exemplis; sed & vtramque vitam in seipsa & super omnes puros homines exhibuit, sicut ostendit Anselmus ibi, Intrauit Iesus in quoddam castellum.

Terra est superior & cælo inferior. Et beata Virgo omni puro homine qui de terra est Ioan. 4. superior, Deo qui ambitu potestatis suæ omnia continet, inferior. Vnde beatus Anselmus: Nihil æquale Mariæ, nihil nisi Deus maior Maria.

Fluuius de eo egrediens quatuor fluuiis totam terram irrigat. Et Christus Dei sapientia qui aquæ sapientiæ salutaris se comparat. Eccl. 15. Et dicit Eccl. 24. Ego quasi fluuius Dorix, &c. egrediens per carnalem natiuitatem de beata Virgine, quatuor fluminibus Euangeliorum totam terram Ecclesiæ copiosè irrigat & fecundat.

Totum genus nostrum in gaudio enutrisset, nisi peccatum primi hominis impedisset. Et beata Virgo omnes homines sine personarum discretionè glorioso fructu ventris sui in gaudio æterno reficeret, nisi eorum peccata impedirent.

In eo non est homo carnaliter genitus, sed diuina virtute positus, sicut legitur Gen. 2. Tulit Deus hominem, & posuit in paradiso voluptatis, qui est forma futuri, &c. ad Rom. 5. Secundus Adam de cælo cælestis. 1. Cor. 15. non generatione carnali in beatam Virginem venit, sed solo opere Trinitatis: in hoc enim paradiso, id est, beata Virgine positus est Christus homo, vt operaretur in ea fecunditatem, vt custodiret in ea illibatam virginitatem. Operatus est. Vnde ipsa dicit: Quia fecit mihi magna, &c. Custodiuit, cum integram conseruauit. Operatus est, dum fecundauit: custodiuit, cum florem non abstulit.

Custodia angelica munitur, sicut legitur Gen. 3. Et beatam Virginem Angeli sollicitè custodiebant. Vnde Can. 3. Lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt. Et ei dicit Psal. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te, &c.

Iugiter viret. Et beata Virgo creditur non emarcuisse putredine, sed assumpta in carne in immarcescibilem immortalitatem. Sed notandum, quod vterus virginalis in infinitum melior est paradysus quam ille literalis. Ibi enim de viro facta est mulier in signum futuræ corruptionis.

est, Filius Dei, qui se comparat fluuiio, dicens: Ego quasi fluuius Dorix. Dorix interpretatur medicamentum generationis: nam partus virgineus medicamentum fuit generationis humanæ in peccato primi hominis lethaliter vulneratæ. Cuius scilicet fluuij quasi quatuor capita, quatuor illi liquores qui de Dominico corpore manauerunt, lacrymæ scilicet & sudor in vita, sanguis in circuncisione, in sudore sanguineo, & in crucifixione, & post mortem sanguis & aqua. Item Ekebertus abbas ad Mariam. Vere paradysus Dei tu es qui lignum vitæ mundo protulisti, de quo qui manducauerit, viuet in æternum. Fons vitæ qui ex ore Altissimi prodiit, de medio ventris tui exiit, atque in quatuor capita sese dispersiens ad irrigandam faciem arenis mundi emanauit, lætificans ciuitatem Dei. Omnis enim qui biberit ex eo, non sitiet in æternum. Et plusquam paradysus es: de illius enim aqua si quis biberit, sitiet iterum. O quantum mundo contulisti, quæ aquæ tam salubris aquæ ductus esse meruisti.

Item de emissionibus huius horti dicit Cantic. 4. Emissiones tuæ paradysus malorum punitorum, cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum vniuersis primis vnguentis, fons hortorum, puteus aquarum viuientium quæ fluunt impetu de Libano. In arboribus, herbis, floribus, aromatibus, fonte & puteo quæ hic enumerantur, Virginis virtutes & charismata quibus non solum plena est in se, sed & eidem implet humiles. Vnde dicitur Eccl. 24. A generationibus meis implemini. Dicuntur etiam emissiones, quia ab ipsa fluunt velut à fonte, & in alios emittuntur. Et nota, quod in hac serie hæc 12. quæ enumerata sunt, quasi per sex contignationes copulantur. Vnde Cant. 1. Tigna domorum nostrarum cedrina, &c.

3. Dicit ergo, quod Dominus, id est, Deus Pater, cuius Maria opus est speciale: & ipse specialis eius est hortulanus. Plantauerat, id est, plantis, herbis, & arboribus, per quæ designantur virtutes Mariæ, aptauerat, cuius carni & animæ inseruit omne genus virtutis. Vnde ipsa dicit: In me omnis gratia quasi omnis spiritualis iocunditas & voluptas. Paradysum voluptatis, id est, animam vel vterum Virginis. Alia translatio dicit paradysum in Eden ad Orientem. Eden Hebraicè, Latinè delicia. Ergo idem est paradysus voluptatis quod paradysus in Eden, id est, delicias. A principio creationis, scilicet cum apparuit arida, & Dominus germinare terram fecit. Vel à principio, id est, à prima orbis parte. Est ergo à principio idem quod ad Orientem, quod habet alia translatio. Vel à principio restorationis humanæ quæ incepit à sanctificatione Mariæ & gratiarum infusione: tunc enim propriè fuit vitæ principium: ante enim non fuit nisi vitæ desitio. Ideo aurora dicitur quæ est principium diei & finis noctis. Propter huiusmodi plantas appellatur Maria hortus plantationum Eccl. 24. Dixi, Rigabo hortum plantationum, &c. Item Eccl. 24. appellat filius paradysum matris suæ vterum, dicens: Ego quasi aquæ ductus exiui à paradiso, id est, vtero virginali. Bene paradysus Virginis vterus, quem Spiritus imò tota Trinitas, cuius opera inseparabilia tanta creaturarum vberitate perfudit, quod Dei Filio factus est paradysus deliciarum & hortus voluptatis. Inestimabili etiam Trinitati complacuit habitare in ipsa. Vnde dicit beata Trinitas: In omnibus requiem quæ suæ, & in hereditate Domini morabor, id est, in Maria.

4. Exiit etiam de hoc paradiso fluuius Dorix, id

est, Filius Dei, qui se comparat fluuiio, dicens: Ego quasi fluuius Dorix. Dorix interpretatur medicamentum generationis: nam partus virgineus medicamentum fuit generationis humanæ in peccato primi hominis lethaliter vulneratæ. Cuius scilicet fluuij quasi quatuor capita, quatuor illi liquores qui de Dominico corpore manauerunt, lacrymæ scilicet & sudor in vita, sanguis in circuncisione, in sudore sanguineo, & in crucifixione, & post mortem sanguis & aqua. Item Ekebertus abbas ad Mariam. Vere paradysus Dei tu es qui lignum vitæ mundo protulisti, de quo qui manducauerit, viuet in æternum. Fons vitæ qui ex ore Altissimi prodiit, de medio ventris tui exiit, atque in quatuor capita sese dispersiens ad irrigandam faciem arenis mundi emanauit, lætificans ciuitatem Dei. Omnis enim qui biberit ex eo, non sitiet in æternum. Et plusquam paradysus es: de illius enim aqua si quis biberit, sitiet iterum. O quantum mundo contulisti, quæ aquæ tam salubris aquæ ductus esse meruisti.

Item de emissionibus huius horti dicit Cantic. 4. Emissiones tuæ paradysus malorum punitorum, cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum vniuersis primis vnguentis, fons hortorum, puteus aquarum viuientium quæ fluunt impetu de Libano. In arboribus, herbis, floribus, aromatibus, fonte & puteo quæ hic enumerantur, Virginis virtutes & charismata quibus non solum plena est in se, sed & eidem implet humiles. Vnde dicitur Eccl. 24. A generationibus meis implemini. Dicuntur etiam emissiones, quia ab ipsa fluunt velut à fonte, & in alios emittuntur. Et nota, quod in hac serie hæc 12. quæ enumerata sunt, quasi per sex contignationes copulantur. Vnde Cant. 1. Tigna domorum nostrarum cedrina, &c.

Primò autem contignantur mala punicæ cum pomis cõmunibus. Per mala in quibus sunt multa grana ordinata sub vno cortice, notatur desiderium intrus ordinatæ & ardens charitate: charitas enim oportorium est. Vnde 1. Petr. 4. Charitas operit, &c. Per poma quæ non habent huiusmodi corticem, notantur bona opera exteriora. Et his duobus plena est Maria, misericordia scilicet in affectu, & fructibus bonis in effectu, Iacob. 3.

Secundò coniungit Cyprum cum nardo. In Cypro quæ habet semèn candidum, notatur castitas, in nardo quæ est arbor calida, charitas, De quibus duobus Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cum charitate.

Tertiò coniungit nardum cum croco, & merito: quia in nardo quæ est arbor parua, notatur humilitas de qua dicitur Cant. 1. Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. In croco qui habet crines aureos, notatur sapientia. De his duobus Parab. 11. Vbi humilitas, ibi sapientia.

Quartò fistulam & cinnamomum, & meritò, in fistula, quæ habet in medulla totam vim & purgat suaviter interius, notatur pietas. In cinnamomo, cuius virtus est exterius in cortice, notatur electio syna. De his duobus Isa. 58. Cum effuderis esurienti animam tuam, per pietatem

scilicet & compassionem, & animam afflictam repleueris per beneficij corporalis exhibitionem, orietur in tenebris lux tua.

Quintò coniungit myrrham & aloë. In myrrha quæ corpus conseruat; notatur abstinencia cibi & potus. In aloë quæ purgat intus, patientia per quam anima possidetur. Vnde, in patientia vestra possidebitis animas vestras Vnde 2. Pet. 1. Ministrare in abstinencia patientiam, &c. Vltimò copulat fontem hortorum & puteum aquarum viuientium, & meritò. In fonte sapientia de diuinis: in puteo notatur scientia de humanis. De his duobus Isa. 33. Diuitia salutis sapientia & scientia, &c. Dicitur etiam Maria fons hortorum, rigando Angelos, puteus aquarum viuientium, rigando nos sua gratia. Vnde & alibi nobis dicitur fons signatus. Facile enim habetur aqua à fonte, magno labore extrahitur à puteo. Sic & Angeli facile implentur gratia Virginis, nos nisi cum magno labore.

6. Alter exponitur auctoritas supra dicta. Emissiones tuz, &c. Et in verbis istis huiusmodi horri fecunditas designatur: nam emissiones & productiones Virginis dicuntur esse paradisi cum omnibus fructibus & arboribus, herbis, aromaticis, & vnguentis. Et designatur per paradysum Ecclesia. Per herbas & arbores fileles in Ecclesia & animarum virtutes signantur. Quæ omnia emitti vel procedere dicuntur ex hoc horro: quia omnes virtutes fidelium non aliter flores aut fructus proferunt. Sacramentorum quoque vnguenta non proficiunt, nisi rad x omnium figatur in incarnationis mysterio, per quam & Deus factus est filius mulieris, & mulier Dei genitrix est effecta. Igitur per fructus in aliorum puniceorum in quibus sub vno cortice grana clauduntur fructus collegiorum vel congregationum in Ecclesia figurantur. Per fructus pomorum signantur merita singularum personarum. Per cyprum quæ est arbor candida & odorifera, castitas. Per nardum humilitas. Per crocum qui in colorem suum res quibus admiscetur, conuertit, sicut fermentum farinam conspersam in suum trahit saporem, charitas quæ est forma omnium virtutum. Fistula quæ purpurei coloris est, & sanguinem Dominice passionis repræsentat, compassio quæ hominem similitudini mortis Christi configurat. Per cinnamomum coloris cinerei, mortis recogitatio. Per myrrham & aloë maior & minor carnis mortificatio. Habemus igitur in herbis, vel ipsas virtutes, vel ipsas virtutes insignitos. In herbis etiam minores. In lignis Libani & cæteris arboribus illos qui virtutibus & meritis ad altiora conscendunt. Per prima verò vnguenta virtutes præcipue designantur, scilicet charitas, misericordia, benignitas, & huiusmodi, quæ inter omnes virtutes & fructu & merito, id est, efficacia merendi præcellunt.

Prima Mariæ vnguenta, præcipua dona & charismata Spiritus sancti. Præcipua misericordie opera animæ suæ præcipue medicinalia, quæ præcipuo pauperi, scilicet Filio Dei præcipua dilectione exhibuit, de propria & præcipua substantia sua, scilicet de purissimis sanguinibus secundum Damascenum, vel de carne

propria vestimentum, & de lacte proprio nutrimentum. De quo scilicet paupere dicit Psal. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, id est, Christum. Et dicuntur hæc vnguenta prima per dignitatem.

Maria hortus. Quoad se, sicut consolationes quas de duro & arido tribulationum velut mel de petra & oleum de saxo durissimo exugebat. Vel etiam nobis quandoque exprimit de eisdem.

Quoad nos, spiritualia dona quibus interius consolatur & quasi perungitur. Quasi ante nouissima quæ in hac serie non nominantur, sunt vel corporalia vel temporalia quibus nobis subuenit exterius, quæ nominabilia non sunt respectu spiritualium: quantum enim præstat corpori spiritus, tantò magis spiritualibus quam corporalibus indigemus: quod nullo modo crederent amatores mundi.

Arboris vitæ continentiam. Hic etenim hortus paradysus est voluptatis, cuius principalis arbor lignum vitæ, scilicet Christus Dominus, qui bene dicitur lignum vitæ, quia mortis defectum fugat immortalitate fructus sui, scilicet Eucharistie quoad digne accedentes, & quoad bonos æterna sui contemplatione. Vnde dicit Ioan. 6. Qui manducat me, viuet propter me. Sed non competit hic fructus nisi victoribus vitiorum. Vnde Apocalyp. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Paradysus Ecclesia Catholica. Vel paradysus Maria, vt supra dictum est.

Deliciarum abundantiam. Vnde Cant. 8. dicitur deliciis affluens. De quibus deliciis satis inuenies infra.

Aromatum & herbarum, florum & fructuum, specierum & arborum redolentiam. Vnde dicitur Cant. 4. Emissiones tuz paradysus, vt supra dictum est.

Vel vt alludatur vocabulo: quia hortus potest dici ab exhortando: sua enim amœnitate hortatur nos intrare ad videndam virtutem & gloriam suam. Vnde dicit: Transite ad me omnes, &c. Nec solum ad videndam gloriam suam, sed & ad gustandum quoniam dulcis est & suavis. Vnde subdit: Et à generationibus meis implemini.

Vel quia in hoc horro creuerunt flores lilij per virginitatem, violæ per humilitatem, rosæ per charitatem, frumenti per maternitatem, creuit crocus qui est coloris aurei per angelicam assimilationem. Et propter hoc regina virginum, exemplar humilium, martyr martyrum bonorum, & gloria martyrum, princeps & Domina Angelorum, quorum ordines vniuersos transcendit in omni gratia, gloria, & virtute.

Vel quia hic hortus dici potest ab orior oriis: quia ibi flores & gramina, aromaticæ species & fructifera arbores orientur. Ex hoc enim horro hortus est Filius Dei, qui omne bonum est & summum bonum, & qui in futuro erit omnia in omnibus, id est, sufficientia omnium. Inde etiam cum Filio Dei ortum est & iugiter oritur omne bonum: quia hortus iste nunquam desinit facere fructum. Ierem. 17. & idem Sap. 7. dicit humana natura: Venerunt mihi omnia

omnia bona pariter cum illa, scilicet cum sapientia incarnata, vel Virgine gloriota.

Vel quia hortus iste habitat in hortis. Ideò dicit ei sponsus Cantic. 8. Qui habitas in hortis, amici, id est, Angeli auscultant te, &c. Hortus enim iste inhabitat hortum multiplicem. Primus, propria conscientia, quam inhabitauit per sui discussionem. Secundus, cælestis patria, quam inhabitabat per cælestium contemplationem: nam conuersatio eius in cælis. Tertius, militans Ecclesia, quam inhabitat per custodiam fidem. Quartus est paradysus deliciarum, quam inhabitat per gloriam iminarcensibilem. Quintus, fidelis anima, quam inhabitat si munda sit & ornata per delectationem: nam delicia eius esse cum filiis hominum. Parab. 8. Sextus, ordinata religio, cui subministrat gratiam spiritualem: nam ipsa est quæ facit inhabitare homines vnius moris in domo.

S. I.

1. Hortus conclusus, quasi duplici clausura corporalis & spiritualis virginitatis. Augustinus. Virginitas est in carne corruptibili perpetua incorruptionis propositum. Ideò bis appellatur Maria hortus conclusus, conclusus in concipiendo, conclusus in pariendo, & post partum retinens integritatis signaculum. Vnde & ter dicitur porta clausa. Eze. h. 44. vbi Cantic. 4. bis dicitur hortus conclusus, quia hortus hic beata Virgo fructum fecit actiuz & contemplatiuz, vel præceptorum & consiliorum, vel quia ibi est spiritualis habitatio secularium & contemplatiuorum, vel prælatorum & subditorum, vel ludæorum & gentilium conuersorum ad fidem. Vnde si dicitur: Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

2. Item hortus conclusus. Plântauerat quidè Dominus hortu voluptatis à principio, sicut dicitur Genes. 2. scilicet paradysum, in quo posuerat lignum vitæ, cuius vsum amisimus, quia conclusus non fuerat hortus ille. Vnde Iob 3. dicitur de sathana: Non conclusit ostia ventris qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis. Quasi diceret: Aperuit sathana ostia paradysus, de quo quia fetus de ventre genus humanum exiuit: quæ ostia si non aperuisset, ablata essent mala ab oculis meis. Sed ad remedium huius mali fecit Dominus alium paradysum, scilicet Virginis vterum, in quo plantauit aliud lignum vitæ, scilicet Christum, & ita conclusit hunc hortum, vt nulli hosti, nulli maligno eius pateret ingressus. Nec semel tantum, sed iterum dicitur hic hortus conclusus, & ipsa iteratio veritatis confirmatio est.

3. Alter. Venter in quo nobis data est prima vita, fuit paradysus terrestris, cuius introitum diabolus non clausit nobis, id est, ad vtilitatem nostram, sed per peccatum aperuit, & inde nos eiecit. Et hoc est quod dicit diabolus. Quia non conclusit ostia ventris, qui portauit me in statu innocentie, nec abstulit mala ab oculis meis, sed potius intulit per delectationem in hanc miseriam. Conclusit autem hunc hortum beata Trinitas: quia potentia Patris munuit Virginitatem contra diaboli violentiam, sapientia Filij contra fraudulentiam diaboli, bonitas Spiritus

sancti contra eisdem malitiam. Item Pater potens contra extollentiam superbie, Filius sapiens contra insipientiam gulae & luxurie, Spiritus sanctus benignus contra crudelitatem auaritie. Nec solum hortus conclusus, sed & fons signatus appellatur hic hortus qui designatur per terrestrem paradysum, in quo posuit est secundus Adam, scilicet Christus velut in horro fecundo ne esuriret, & in fonte gratiam ne sitiret. Conclusit autem Dominus hunc hortum tam fortiter, & hunc fontem signauit tam firmiter, vt draconem peruigilem omnino lateret, & leonem rugientem longè à se excluderet, & nec vna quidem pateret simula qua posset introspicere subtilis astutia inimici. Conclusus est etiam hortus iste humano intellectu: quia sicut dicitur Eccl. 24. Infirmior illo rege, scilicet nato de David, non inuestigabit eam.

Quinque sunt clausuræ in Maria. Prima ab exteriori diligentissima suorum quinque sensuum custodia. Siquidè iuxta sententiam illam Eccl. 28. sepiuerat Virgo aures suas spiritibus, ne audiret linguam nequam. Et sordus perigerat cum oculis suis. Iob 31. vt nec cogitaret de homine. Ori suo fecerat ostia, ne caperetur in verbo indisiplinato, & sic de aliis sensibus. Vel sepes hæc angelica custodia. Isa. 5. Vinea facta est dilectio, & sepiuit eam. Vinea hæc beata Virgo, cui dicitur: Angelis suis Deus mandauit de te, &c. & contrario dicitur de anima reproba paulò post: Auferam sepe eius. Glossa, id est, Angelorum custodiam. Vel sepes hæc lex diuina, quam dum dissipat, mordebit eum coluber, id est, diabolus.

Secunda clausura ab inferiori, scilicet fossatum voluntarie paupertatis. Fossatum vacuum à terra per contemptum mundanæ prosperitatis, & largam erogationem substantiæ temporalis. Vnde, Manum suam aperuit inopi. Profundum per demissionem timorosis humilitatis; quia intantum profunda & dilatata est, vt magni Dei capax efficeretur. Sancta enim timoratio sensum proprium depauperat, quod bene apparuit in ea quando quæsiuit. Quomodo fiet istud? nolens inmiti proprio sensui, quamuis bene sciret virginem perituram. Dilatarum per amplitudinem eximie charitatis: exhibuit enim Filio Dei. 7. opera misericordie de propria substantia, implens illud Prouerb. 3. Honora Dominum de tua substantia. Petrarum per soliditatem patientiæ singularis. Vnde dicit ei sapientia Dei Isa. 54. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. Mundissimum per amorem & vorum perpetuæ virginitatis, quæ ab ea omnem sordem exclusit immunditiæ carnalis. Aquosum per inexhaustam multitudinem pietatis, & abundantiam lachrymarum, maxime tempore Dominice passionis.

Tertia clausura murus multiplex. Protectio diuina. Si enim Dominus in circuitu populi sui, multò fortius in circuito matris suæ. Vnde de ea dicitur. Isa. 26. Saluator ponetur in ea murus, &c. Virtus omnimoda. Prouerb. 25. Sicut vrbis patens & absque murorum, id est, virtutum ambitu. Multitudo gratiarum quasi aquarum, Exod. 14. Aquæ erant pro muro, &c. Aquæ maris gratia Mariæ. Naum. vii. Aquæ in circuitu eius, aquæ muri eius. Murus alius quasi duplex, scilicet

scilicet innocentia mentis, & puritas virginalis. Vel murus firmitas sancti propositi, vel obduratio rectæ consuetudinis, vel iustitiæ munimentum, vel murus fidei fundatus super fundamentum charitatis. Operatio bona muniens animam contra omne genus peccati, & ipsa omnia misericordiarum opera exhibuit filio suo egeno & mendico.

Quarta clausura, aqua circumquaque currentes, ipsam vndique muniens, plenitudinis gratiæ. Naum vlt. Aquæ in circuitu eius.

Quinta, discreti censura silentij, quæ velut quædam clausura possessiones virtutum suarum conseruabat. Isa. 32. Custos siue cultus iustitiæ silentium. Et vbi non est spes hæc, facile decipitur possessio virtutum & meritum. Eccl. 36. Idem etiam comparatur ipsa fluuio Phison, quod interpretatur os papilæ, titulo, quod Maria fluuius, & est optima concordantia.

5. Fuit hic hortus conclusus. Vt laterent ipsius interiora pulcherrima. Vnde in Cant. toties dicitur de Virgine, Absque eo quod intrinsecus lateret.

Ne transire per eum adliscerent incircumcisus & immundus. Isa. 52. nulla enim astutia serpentis antiqui irrumperere potuit in hunc hortum, sicut fecerat in paradysum terrestrem.

Ne ad ipsum deslorandum præsumeret manum apponere diabolus vt adulter.

Ne viror ipsius posset à bestiis conculcari vel depasci. Isa. 35. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eum.

Vt ab horro deliciarum arcerentur mundi concupiscentiæ, fœtores carnalitarum, venenata malitiæ, quorum nullum admittit cogitari, desiderio, vel consensu. In hoc etiam notatur, quod beata Virgo verè fuit solitaria, & non vagabunda.

Ne secreta quiete vacuaretur: quia ad hoc præparabatur vt filius summi regis requiesceret ibi, qui dicit de eo: Hæc requies mea, &c.

6. Firmatus clauæ, illa scilicet clauæ viri Dauid, quæ claudit & nemo aperit, & è conuerso, de qua legitur Isa. 22. & Apoc. 3. Clauis enim tria habet officia: quia claudit, aperit, & conseruat. Clauis Dauid, gratia sapientiæ spiritualis, vel potestas claudendi & aperiendi Scripturas. Idem dicitur clauis Dauid, qui fuit vir propheta, & multa scripsit. Hac etenim clauæ Christus ineffabiliter & sibi referuauit in Virgine genitale secretum, ad condendum in ea mirabile sacramentum, & Virgini seruauit integrum virginalis signaculum, sicut dicit beatus Bernardus. Hac etiam clauæ firmavit cor eius contra omnem concupiscentiam, quando inspirauit ei votum & desiderium perpetuæ virginitatis. Aperuit autem intellectum eius ad credendum, & affectum ad diligendum. De primo dictum est ei Luc. 1. Beata quæ credidisti. &c. De secundo Cant. 8. Fortis vt mors dilectio eius. Aperuit autem eius, quando verba angelica diligenter audiuit & prudenter discussit cogitans qualis, id est, quam noua, quam inaudita, quam perutilis, quam admirabilis, quam suauis, & quam dulcis esset illa saluatio. Vnde

& ipsa cum filio suo dicit Isa. 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem. Ego autem non contradico, &c. Aperuit cor eius ad credendum & consentiendum verbis angelicis. Vnde dicit ei Elizabeth Luc. 1. Beata quæ credidisti, &c. Aperuit os ad consensum suum exprimendum & humiliter exorandum, vt fieret quod ei promittebatur. Vnde dicit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Item aperuit os eius ad gratias agendum de perceptis beneficiis. Vnde dicit, Magnificat anima mea Dominum. Item ad totum attribuendum creatori. Vnde, Fecit mihi magna qui potens est, &c. Referauit etiam cor & mentem eius ad omnia memoriter retinenda, quæ de filio dicebantur. Vnde Luc. 2. bis dicitur de ea quod conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Nec solum hæc sed & sensum eius hac clauæ aperuit ad intelligentiam omnium Scripturarum & omnia mysteria sapientiæ. Aperuit etiam os eius in medio Ecclesiæ primitiæ, quando docuit Apostolos tanquam in gratia Noui Testamenti. Item hac clauæ Dominus aperit corda ad intelligentiam fidei, ora ad prædicationem verbi, intellectus scripturarum, naturas rerum, sensum ad cognitionem, affectum ad deuotionem, linguas Doctorum ad docendum, corda populorum ad credendum. Item de hac clauæ Apoc. 3. Hæc dicit sanctus & verus qui habet clauem Dauid, &c. Item hæc clauis crux, per quam aperta sunt sacramenta Ecclesiæ: quod signatum est in scissione veli. Quod dicit sanctus, refertur ad patrem qui dicit Levit. 11. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Verus ad Filium qui dicit Ioan. 14. Ego sum veritas. Qui verus est in soluendo promissa. 2. Cor. 1. Quotquot enim promissiones Dei sunt, &c. Qui habet clauem Dauid, quoad Spiritum sanctum, cuius benignitate aperiuntur scripturæ, & habetur vsus clauium.

7. Seratus, id est, munitus sera virginitatis, quæ nunquam fuit referata à Deo vel homine, nec transiit per eam pollutus siue pollutio. Isa. 35. Idem dicitur Mariæ in Psal. Confortauit Dominus seras portarum tuarum. Vnde etiam profaice quidam: Aue lucis ianna, portarum præcipua, patens regi gloriæ. Qui seruauit veniens, nec confregit exiens, seras pudicitie. Figurata fuit hæc sera Iudic. 5. vbi dicitur, quod Iahel quæ designabat Mariam, clauo tabernaculi sui & malleo Sisaram interfecit. Et appellatur clauo tabernaculi cauilla, qua firmabatur tabernaculum, quod signatur vterus virginalis, cuius sera fuit virginitas. Malleus verò habens figuram thau, figurabat crucem. Et his duobus interfecit Sisara, qui interpretatur exclusio gaudij, & designat diabolum, clauo scilicet fœcundæ virginitatis, & malleo crucis: ad hoc enim tota inuigilat intentio diaboli, vt nos à gaudio æterno excludat, & gaudium æternum à nobis.

S. III.

1. ET custoditis protectione diuina. Vnde dicit ei Pater: Ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam dicensque tibi, Ne timeas, quia ego adiui te. Imò etiam dicunt ei Pater & Filius & Spiritus sanctus Quasi singulariter

S. III.

2. gulariter quilibet persona Isa. 42. Apprehendi manum tuam & seruaui te. Istud quære titulo de conclusionibus huius horri. Item sub appellatione vineæ. Isa. 27. Nocte ac die seruo eam. In hoc enim hortus positus est Christus custos tempore incarnationis, vt operaretur ibi fœcunditatem, & custodiret illam virginitatem. Genes. 2. Ipse enim in quantum Deus circumduxit eam & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui Deut. 32. Item custoditus fuit hortus iste ab Angelis. Vnde dicitur ei in Psal. Angelis suis mandauit de te, &c. Item sub appellatione Ierusalem dicitur Mariæ & fidelium Isa. 62. Super muros tuos constitui custodes, id est, Angelos. Beatus Bernardus: Bonus es Domine, qui non es contentus nostrorum debilitate murorum, sed insuper apponis custodiam Angelorum. Item Cant. 3. Lectulum Salomonis, id est, Mariam 60. sortes ambiunt. Quære titulo, quod Maria lectulus. Vel principales post Christum huius horri custodes, Gabriel, id est, fortitudo Dei, & Ioannes, id est, gratia Dei. Quære titulo de throno, de duobus leonibus. Hic enim hortus paradysus est deliciarum. Christus nouus Adam hic positus est diuina virtute quando mulier circumdedit virum, scilicet quando verbum caro factum est. Ad quid positus, scilicet vt operaretur: in quo notatur profectus matris in bono per gratiam filij. Et custodiret illum: in quo notatur perseuerantia matris in bono.

3. Signatus sigillo virginitatis: quia ipsa secretum Domini est. Bis dicit, secretum meum: quia à cogitationibus & operibus eius mediante sigillo virginitatis omnino exclusus est diabolus, sicut per sigillum à secretis excluduntur qui non sunt amici: res enim signata vel sigillata amicis exhibetur, inimicis occultatur. Idem etiam dicitur Maria fons signatus Cant. 4. Quære titulo de fonte. Item matre sua positus est Christus in signum cui contradicitur à Iudeis, paganis & hæreticis. Vel in signum, id est, in sigillum: & in eo impressum est cor matris per meditationem, & brachium per operis imitationem. Idem etiam dicit ei Filius qui est signaculum Patris Aggæ in fine. Dicit, inquam, ei Cant. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum, id est, cogitationes. Ad hoc enim vt laterent ipsius interiora pulcherrima ante partum & in partu & post partum, retinuit illibatum integritatis signaculum. Vnde dicit ei sponsus Cant. 8. Quam pulchra es amica mea, &c. absque eo, id est, præter illud quod intrinsecus lateret, soli Deo cognitum, nemini manifestum. Vel absque eo quod intrinsecus lateret, id est, absque interna virtutum pulchritudine, quæ omnes homines latuit etiam seipsam. Per internam enim pulchritudinem alia pulchra & commendabilia sunt.

3. Discoopertus à superiori, vt rorem, solem, pluuiam, æterem, & huiusmodi susciperet quæ veniunt de supernis: quia omne datum optimum deforsum est. Iacob. 1. Quibus fœcundatus est hortus iste: quia nullius peccati nubem oppositam habuit inierit se & solem iustitiæ, id est, Christum.

1. Conditus tempore Dominicæ incarnationis, quando nobilis ille surculus, scilicet verbum caro factum, insertus est trunco nostræ humilitatis in horro vteri virginalis. De institutione dicitur Iacob. 1. Cum mansuetudine suscipite insertum verbum, quod potest saluare animas vestras. Illud scilicet verbum quod erat in principio apud Patrem, & per quod omnia facta sunt. Ioan. 1. Sicut enim in surculo consistit tota spes & floris & fructus, & non in trunco: sic in verbo assumente, non in homine assumpto, nisi ratione assumente. Vnde dicit Eccl. 24. In me omnis gratia viæ & veritatis: in me omnis spes viæ & virtutis. Et hoc est quod dicit Iacob. de verbo inserto, quod potest saluare animas vestras. Et nota, quod insertio dicitur, cum trunco surculus fœcundæ arboris sterili insertur. Bene autem dicit insertum verbum: quia iam insertus & suam seruat naturam, & ad se trahit laporem trunci. Quod patet si pyrus oleæ insertur, non tamen mutat naturam fructus, sed oleæ laporem ad se trahit. Sic & Christus diuinam naturam seruaui assumens humanam, sed ab infirmitate naturæ mortalis laporem traxit, scilicet famem, sitim, fatigationem, & huiusmodi. Conditus etiam fuit hortus iste omni arbore fructifera, id est, virtute omnimoda. Vnde specialiter dicit de eo verus Salomon Ecclesiastes 2. Feci hortos & pomæria, id est, Mariam & sanctos, & conserui omnis generis arboribus. Item Cant. 6. Genes illius sicut areolæ aromatum consistat à pigmentariis, scilicet Patre & Filio & Spiritu sancto. Ipsa enim designatur Esther 1. per hortum illum & nemus, qui de regio cultu & manu conseruit erat, in cuius vestibulo verus Assuerus conuiuium per magnificum præparauit.

2. Excultus, cuius cultores Pater & Filius & Spiritus sanctus, id est, tota Trinitas cuius opera inseparabilia. Vel speciales huius horri cultores, inspiratio diuina, Filij sapientia, Spiritus sancti disciplina, propria diligentia, patris & matris doctrina, monitio angelica, & huiusmodi. Sic autem potest dici hortus iste excultus spiritualiter opere diuino, & incultus opere humano. Vnde Ezech. 36. dicitur: Terra inculta facta est vt hortus voluptatis. Excultus etiam per virtutem silentij quod est cultus iustitiæ. Isa. 32.

3. Plantatus. Plantauit in eo Pater lignum vitæ, id est, Christum in incarnatione, secus decursus aquarum mortalitatis nostræ. Hortus enim iste ille est paradysus de quo Gen. 2. legitur: Plantauerat autem Dominus paradysum voluptatis à principio. Plantauerat, id est, plantis aprauerat, herbis, & arboribus, paradysum voluptatis, id est, beatam Virginem. Alia translatio dicit paradysum in Eden, id est, deliciis. Dominus cuius Maria est opus speciale, cuius carni & animæ inseruit omne genus virtutis. A principio creationis, scilicet cum apparuit arida & germinare terram fecit. Vel à principio, id est, à prima orbis parte. Est ergo à principio idem quod ad Orientem, quod habet alia translatio. Vel à principio restorationis humanæ, quæ incepit à sanctificatione Mariæ. Quære cetera

cætera titulo de paradiso. Propter huiusmodi plantas appellat filius matrem hortum plantationum, &c. Ipsa etiam est plantatio Domini ad glorificandum Isa. 61. Ad gloriam enim suam planavit Dominus hortum istum: quia ab omni fidei incessanter inde glorificatur.

4. Er agricolarius. Cum enim omnes iusti agricultura Di sint, vnde 1 Corinth. 3. Dei agricultura estis, & Ioan. 15. Pater meus agricola est, Maria spiritali prerogativa ipsius agricultura est. Vnde dicit: Fecit mihi Dominus magna qui potens est. Et specialius omni creatura potest dicere illud 1. Corinth. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Christus etiam cui dicitur Ier. 14. Quare colonus futurus es in terra? specialis agricola existit huius horri, qui tentus in horro & sepultus in horro, non immerito à Magdalena reputatus est hortulanus. Ioan. 22. Exeruit enim in quantum Deus hortulani officium, in Virgine pessimam radicem originalis extirpando in sanctificatione, pinas & vitas auellendo in fornicis extinctione, plantas virtutum inferendo in gratiarum collatione, abundantiori gratia rigando in Spiritu sancti superuentione, incrementum subministrando in virtutis Altissimi obumbratione. Vnde, Virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

S. IV.

1. **E**T pastinatus. Pastinare dicitur à pastu, & est idem quod impinguare. Vnde Matth. 12. Vineam pastinavit homo, &c. Quia Christus matrem suam impinguavit pinguedine gratiarum, charitatis, & deuotionis, & omni generalitate charismatum. Vnde & ipsa dicit filio, quidquid boni habet, ei attribuens: Impinguasti in oleo misericordiarum, caput meum, id est, mentem, vel humilitatem meam quæ est caput virtutum mearum, & cuius merito cumulata sum omni bono.

2. Fossus per timorem castum vel filialem. Vel fossus per filij patientis compassionem, quando ipsa contemplante foderunt manus & pedes ipsius lignonibus clauorum, & quando mucrone diræ lanceæ ipsa præsentem idem est in viscera eius. Potest dici, quod quasi ter specialiter fossus est hortus iste. Primò quando eum tentam, cæsum & illusum indoluit. Secundò quando suspensum ingemuit. Tertiò quando ipsum emisisse spiritum deplorauit. Sic enim dicit beatus Bernardus: Non potuit videre filium crucifigi sine affectu materni doloris, etiam si speraret resurrecturum & mortem superaturum.

3. Satus non ex virili semine, sed mystico spiramine, sicut dicit Ambrosius. Satus autem fuit illo semine benedicto de quo dicitur Isa. 1. & ad Roman. 10. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, &c. id est, Christum, quia semen est verbum Dei, id est, Filius Dei. Semen denique non carnale, sed spirituale, non culpæ, sed gratiæ, non viri, sed verbi, non corruptionis, sed tranquillitatis. Semen quo Dominus dedit benignitatem, & terra nostra, id est, Maria dedit fructum suum. Semen quod in incarnatione cecidit in terram bonam, Virginem dico

Mariam, & attulit quidem in aliis fructum trigessimum, in aliis sexagesimum, & in aliis centesimum, in ipsa vero singulari privilegio simul trigessimum, sexagesimum & centesimum. Trigessimum, siquidem fructum semen hoc attulit, quando Christus præsentia sua & mutatione aquæ in vinum nuptias consecrauit. Sexagesimum, quando continentiam prædicauit, & continendi gratiam multis indulxit. Centesimum, quando virginem matrem virgini discipulo commendauit. Quomodo autem beata Virgo hunc triplicem fructum obtinuit, habuisti titulo, Benedicta tu in mulieribus, &c. Item de hoc semine dicitur Isa. 6. Semen sanctum erit quod steterit in ea, &c. Vel satus seminibus omnium virtutum, quæ semina sunt in præsentia, & fructificant vitam æternam cultoribus suis: omnia enim opera nostra tam bona quam mala dicuntur semen, quia sicut ex vno grano multa grana, sic ex vno peccato vel ex vno bono opere multæ retributiones: & est semen istud temporale, sed retributio æterna.

4. Areolatus, id est, distinctus per areolas, vt singula quæque locum teneant sortita deceret, de quibus areolis dicit Ecclesia Cantic. 6. Dilectus meus, id est, Christus descendit in incarnatione in hortum suum, id est, in beatam Virginem, ad areolam aromatum. Areola omnium aromatum, id est, virtutum, gratiarum, & donorum. Vnde dicit pluraliter aromatum, mens, anima, voluntas, & caro Mariæ. Et per hæc odorifera est Christo, Angelis, omnibus sanctis & cuilibet animæ fidei. Ad hoc etiam descendit ibi vt pascatur in hortis: quia delicia eius esse cum filiis hominum. Parab. 8. Et lilia colligat: quia flores mundarum cogitationum quæ designantur per lilia, ei summè placent, & eos reseruat ad remunerationem, & in ipsis requiescit, delectatur, & pascitur: & ideo dicitur colligere lilia: flores enim sunt bonæ cogitationes, quæ floridam faciunt mentem & iocundam, & habent spem fructus & bonorum operum in præsentia, & remunerationis æternæ in futuro. Propter hoc enim circa altaria qua designant mentes fidelium, ponuntur lilia & rosæ. Sordidæ verò cogitationes ei fetent, cum ipse sit apis quam fugat fetor. Vnde Eccl. 11. Breuis in volatilibus apis. Ideò dicitur Eccl. 39. Florete flores quasi liliam, id est, mundas cogitationes. De istis areolis infra inuenies post tractatum de delectabilibus huius horri.

S. V.

1. **P**lanus, id est, æqualis, vt facilius infundi possit & irrigari. Planus, quia sine scrupulis & obicibus peccatorum. Vel planus per mansuetam humilitatem & simplicem benignitatem, quarum virtutum merito fluentis omnium gratiarum rigata est & infusa. Ezech. 47. Aquæ quæ descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, id est, Mariam. Vel planus per æquitatem iustitiæ quam in omnibus conseruauit. Vnde signatur. 1. Reg. 1. per Annam cuius vultus non sinit in diuersa mutari, Anna gratia, & signat Mariam plenam gratia. Vel etiam planus: quia benignissimam Mariam non inueniunt peccatores scrupulosam. Et nota, quod tunc dicitur

dicitur planities inesse alicui rei, quando pars non supereminet parti, quod est in via Dei quando abundantia diuinitatis supplet inopiam pauperum. Ideò dicimus planum fuisse hunc hortum: quia abundantia Mariæ suppleuit inopiam generis humani: nam de plenitudine eius omnes accepimus, & iugiter accipimus quantum in ipsa est.

2. Et extensus per pietatem & charitatem, cuius amplitudo omnes, quantum in se est, recipit sine personarum acceptione. Sapient. 6. Æqualiter est illi cura de omnibus, id est, communicatiue. Quasi dicat cum Apostolo ad Phil. 3. Testis mihi est Deus, &c. De hac extensione dicitur Ierem. 31. vbi Maria appellatur ciuitas. Et exhibit ultra normam mensuræ super collem Gareb, & circuibit Goatha, & omnem vallem cadauerum, & cineres, & vniuersam regionem mortis vsque ad torrentem Cedron. Quære expositionem titulo, quod Maria ciuitas.

3. Secretus: vnde signatur per paradisum terrestrem, qui est locus amenissimus longo maris & terræ tractu à nostra habitabili secretus, adeò altus vt vsque ad lunarem globum attingat: vnde & aquæ diluuij illuc non peruenerunt. Ita dicit Magister in historiis, &c. Secretus enim fuit hortus iste & solitarius ab humana frequentia. Vnde & Angelus inuenit eam clausam in thalamo, quod innuitur ex illo verbo Luc. 1. Et ingressus Angelus ad eam, &c. Beatus Bernardus: Quò ingressus ad eam? Puto in secretarium pudici cubiculi, vbi illa fortassis clauso super se ostio orabat in abscondito patrem suum. Solent Angeli astare orantibus, & delectari in his quos vident leuare puras manus in oratione, holocaustum sanctæ deuotionis gaudere se offerre diuino conspectui in odorem suauitatis. Mariæ autem orationes quantum placuerint in conspectu Altissimi, Angelus indicauit, qui ingressus ad eam, reuerenter salutauit. Nec fuit difficile Angelo per clausum ostium penetrare ad abdita Mariæ Virginis, qui vtique ex sublimitate substantiæ suæ hoc habet in natura, vt nec feris ferreis eius arceatur ingressus. Et paulò post. Suspiciendum non est, quod apertum inueniret Angelus ostium Virginis, cui nimirum in proposito erat hominum fugere frequentias, vitare colloquia: ne vel orantis perturbaretur silentium, vel continentis castitas tentaretur. Claustrat itaque etiam illa hora super se habitaculum suum prudentissima Virgo, sed hominibus, non Angelis. Proinde et si poruit ad illam intrare Angelus: sed nulli vitorum facilis patebat accessus.

4. Amœnus, id est, delectabilis vt supra de paradiso. De delectabilibus huius horri multa inuenies infra.

5. Et altus, vt supra de paradiso. Ipsa enim omnibus creaturis verius potuit dicere: Mea conuersatio in cælis est. Ad Eph. 3. Vnde & sublimem eius conuersationem non attigit illud diluuium de quo dicitur Osee 4. Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt, &c. Sicut & aquæ materialis diluuij illum terrestrem paradisum, quo designatur Maria, non attingerunt. Ideò cum

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

cum dixisset ei Dominus Isa. 58. Eris quasi hortus irriguus, &c. paulò post subiunxit, Sustollam te super altitudinem terræ, &c. Erat enim paradysus ille tora terra altior, sed cælo inferior. Sic Maria omnibus terrigenis dignior, solo autem Christo filio suo inferior. Vnde beatus Anselmus: Nichil æquale Mariæ, nihil nisi Deus maius Maria.

S. VI.

1. **S**anus, id est, sanarius & medicinalis ratione herbarum, aromatum, specierum, & arborum medicinalium quæ ibi crescut, quæ singula singulas habent virtutes. Viola humilis medicinalis malum superbiz, liliam virginitatis adustionem luxuriæ, & sic de aliis, &c. Item aliter: quia inde natus est Christus, qui medicus & medicina est omnis morbi. Eccl. 38. Altissimus creauit de terra medicinam, id est, de Virgine Christum. Item aliter. In horro voluptatis lethaliter infectum & vulneratum est genus humanum. In hoc horro inuentum est salutis remedium. Euz enim & Mariæ conuenit ille dialogus Deut. 32. Ego occidam, dicit Eua: & ego viuere faciam, dicit Maria, &c. Vnde autem proueniat hæc virtus sanatiua, ostenditur Ezech. 47. Aquæ eius, quibus scilicet irrigatur hic hortus, id est, dona gratiarum, egredientur de sanctuario, id est, de cælo, vel ab ipso Patre, vel etiam ab ipso Filio. Et erunt fructus eius in cibum, scilicet in sacramento filij, qui est fructus huius horri, & folia, id est, verba & exempla in medicinam languentium animarum, & obumbrationem peccatorum.

2. Aromaticus. Iugiter enim ibi perflante eum Austro, iugiter fluunt ad nos aromata illius. Vnde Cantic. 5. dicit Filius Spiritui sancto. Veni Auster, perfla hortum meum, &c. Quasi diceret: O Auster, id est, inspiratio Spiritus sancti, perfla hortum meum, id est, matri mee perseveranter insuffla gratiarum abundantiam, vt abundanter & indelicenter defluant beneficiorum remedia ad infirmos. Spiritus sanctus designatur per Austrum, qui dicitur quasi austeritatem sternens, scilicet Aquilonis oppositi, ne scilicet hic Aquilo hortum conclusum perturbaret. Dicitur etiam quasi auras temperans, vt si fortè Virgo tentaretur, se eidem adiutorem exhiberet. Dicitur etiam quasi augens femina terræ, vt quidquid gratiæ & virtutis in hoc horro Deus Trinitas seminauerat, ad perfectum incrementum perduceret.

3. Recreans: quia ibi acris purior quam in villis, aura serenior, ventus tranquillior, lux temperantior, odor fragrantior, viror vernantior, umbra iocundior, quies suauior, somnus quietior, esus sapidior, potus frigidior, sermo secretior, cantus placidior, fons perspicuor, arbor frondosior, vbertas largior, flos gratiosior, fructus maturior, & cætera huiusmodi, quam in cæteris sanctis, qui omnes, vt ita loquar, fuerunt quasi de villa, id est, de mundo: sed Mariæ conuersatio tota fuit in ciuitate paradisi, & tota paradisiata, quia ipsa est paradysus & hortus totius voluptatis, De

E e ipsa

ipla enim verissime potest dici sicut de filio suo. Ita. 40. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram ei, & quasi nihilum inane reputat sunt ei, id est, ad comparationem eius. Item ibidem: Omnes gentes quasi stilla stillarum, & quasi momentum stateræ reputat sunt, &c. Job 25. Luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.

4. Bibulus. Vnde comparatur velleri & spongiæ quæ in magna quantitate bibunt aquam, & bibulam facillima compressione refundunt. Ipsa est enim terra illa de qua loquitur Apostolus ad Hebræos. 6. quæ sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam optimam illius à quibus colitur, scilicet Patri & Filio & Spiritui in ætæ, accipit benedictionem à Domino. Vnde dicitur ei: Benedicta tu in mulieribus. Ad hoc enim ut multum fructum afferat, fuit multum bibulus hortus iste.

5. Stribundus, iugi desiderio gratiarum. Vnde dicit: Stetit anima mea ad Deum fontem vivum, &c. Ipsa est enim area sitiens imbrem. Joel. in fine. Et quia sribundus, promittit ei Pater Ita. 44. Effundam aquas super sitiens, & fluentia super aridam. Verbum effundendi signat iugitatem: & per hoc quod dicit pluraliter, aquas & fluentia, notatur abundantia gratiarum. Item, soli sit entes inuitantur ad aquas gratiarum. Ita. 55. Omnes sitiens venite ad aquas. Ioan. 7. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Maria vero: quia plus omnibus sitiit & desideravit gratiam & gloriam, filij incarnationem & mundi redemptionem, & ampliorem gloriam in futuro: quia sicut dicitur Prover. 10. Desiderium suum iustus dabitur. Beatus Bernardus: Qui esurit, esuriat amplius: & qui desiderat, adhuc amplius desideret: quia quantumcumque desiderare potuerit, tantum est accepturus. Data sunt igitur Mariæ gratia & gloria secundum intentionem sitis & desiderij sui. Vnde Prover. 11. Mulier gratiosa inueniet gloriam, &c. Hæc enim verba primò & singulariter exponuntur de plena gratiarum, quæ in sua assumptione inuenit gloriam æternitatis: quia gratiam & gloriam dabit Dominus. Constat enim, quòd nulla gratiosior illa quæ gratiam inuenit. Luc. 1. Inuenisti gratiam apud Dominum: & de inuenta assumptione quantum potuit, & potuit quantum voluit. Fuit enim summè humilis post Christum: & ideo maxime capax gratiæ, quia humilitas vas est gratiarum. Vnde quanto profundius vas, tanto capacius. Ideo fons vitæ qui in ea inuenit maiorem profunditatem quam in aliqua alia creatura, ibi magis infudit de aquis gratiarum suarum. Sicut enim auarus non impletur pecunia Ecclesiastes 5. sic nec humilis gratia: semper enim clamat, Affer, affer. Prover. 30. Est ergo humilitas vorago gratiæ nunquam satiabilis: humilitas enim defectus suos attendit, & impetrata à Deo suppletionem vnius defectus se statim transfert ad aliam impetrandam, iuxta illud poeticum.

Quinque sicut sedare cupit, sitis altera creuit.

Et ille verè humilis est, qui quanto plus habet in virtutibus, magis inhiat ad virtutes.

Item de hac sibi moraliter dicitur Apocal. in

sine: Qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Qui sitit, id est, qui conuersionis habet voluntatem: istud enim sitire est bona spiritualia totis præcordiis concupiscere. Veniat per conuersionem, subaudi, securus de venia accipiat sacramenta, & gratis remittentur ei peccata. Et qui vult, accipiat aquam vitæ, id est, gratiam viuificantem, gratis, id est, absque meritis humanis. In gratia enim quæ prima datur, meritum accipientis non operatur: sed in gratia quæ iam bene operanti ut melius operetur, confertur, meritum operantis & accipientis non excludit. Humana enim actio sicut absque gratia inutilis est, sic cum gratia semper prodest. Prima igitur gratia gratis nobis datur, quæ deinceps merito nostro vicumque cooperante nobis multiplicatur. Nam si quis per gratiam ad conuersionem inspiciatur, si ipsam gratiam perfectò corde conceperit, quamuis morte præuentus, sacramentis, ut baptismo, vel sacra communione participare non possit, saluus est: quia cum gratia perire non potest: in fide enim iam accepta virtus sacramentorum iam continetur, & in bona voluntate quæ intrinsecus fidem veram inseparabiliter semper comitatur, meritum bonorum operum completur. Gratis ergo aqua vitæ tribuitur: quia etiam absque omni merito operis pro sola bona voluntate salus credenti confertur. Qui ergo vult, accipiat aquam vitæ gratis. O quam pretiosa sunt ista supernæ dignationis oracula, omni pretio præferenda, omni acceptione digna, omni deuotione accipienda, omni memoria retinenda, omni virtute promerenda. Vnusquisque ergo videat quantum qualique auditu illa percipiat, percepta custodiat ac perficiat.

§. VII.

1. **H**umidus, id est, humectatus & madefactus omnium liquoribus gratiarum. Ipsa enim fuit quasi lignum transplantatum super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus. Jerem. 17. & sicut granum madefactum ex se germen emittit à quo est totus fructus sine contactu alterius grani, sic Maria madefacta gratia Spiritus sancti sine contactu virili germinauit Christum, qui est fructus benedictus, qui & dicitur germen propter humilitatem. Ita. 45. Aperiat terra & germinet Saluatorem.

2. Irriguus. Vnde dicitur ei Isa. 58. Eris quasi hortus irriguus, &c. Eccl. 24. dicit filius de matre: Rigabo hortum plantationum & inebriabo partus mei fructum. Ecclesiastes 2. dicit verus Salomon: Extruxi mihi piscinas aquarum ad irrigandam syluam lignorum germinantium. Christus fons est & fluuius, Maria paradisus. Genes. 2. Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ. Fons iste ad literam abyssus, id est, matrix omnium aquarum. Vel fons ponitur pro fontes per syllepsim. Irrigare autem ponitur pro ministrare humorem. Dicitur autem terra circumiacens humectari à fluminibus per tracones, id est, vias subterraneas, vel meatus. 14. stadiis aut. 16. Mystice fons iste Christum designat, qui bene dicitur ascendere

de

de terra: quia nascens de Virgine, ascendit, non descendit quemadmodum peccatores descendunt. Et bene dicitur Christus fons: quia corda fidelium suorum 7. donis Spiritus sancti non cessat irrigare, sed superexcellenter conscientiam matris suæ. Vnde ibidem sequitur: Fluuius, id est, Christus, egrediebatur in sua incarnatione. Vnde dicitur Ioan. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum de loco voluptatis; id est, de vtero virginali ad irrigandum paradisum, id est, Ecclesiam quam irrigauit predicando fluentis quatuor Euangeliorum, quæ designantur per quatuor flumina in quæ diuidebatur fluuius ille. Vel etiam irrigauit sanguine & aqua quæ fluxerunt de corpore eius.

3. Item nota, quòd hortus hic, id est, Maria habuit in se vtrumque irriguum, inferius scilicet & superius. Irriguus inferius complectitur triplicem sterum, scilicet pro peccatis propriis, sed hunc non habuit, quia nunquam peccauit. Item pro miseris alienis, quæ sunt præcipue culpa & poena: hunc habuit communicans per compassionem transgressionibus generis humani. Quasi diceret: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam, o fili mi. Communicans etiam passionibus vniuersi sui, pro quo abundanter creditur lachrymata. Vnde & ei dicitur Cantic. 7. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, &c. Item pro huius miseria incolatu, dicens illud Psal. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Irriguus superius habuit post ascensionem filij, lugens pro desiderio patriæ & absentia sponsi. Vnde dicit Cantic. 5. Filiz Ierusalem, id est, o vos virtutes angelicæ, nuntiate dilecto, quia amore languo. Propter hoc etiam videtur ipsa dixisse filio ascendenti illud Cantic. 1. Trahe me post te, quasi toto desiderio ipsam prosequens ascendentem. Si enim spirituali doloris affectu comitata creditur patientem, & cum ignominia descendentem de mundo, cum quanto putas desiderio profecta est ascendentem de mundo cum gloria? Quantitatem enim desiderij eius probat gaudium quod præ cæteris in cælis creditur assecuta: pro mensura gaudij cumulat. Prover. 10. Desiderium suum iustus dabitur. Cum ergo toto desiderio sequi desideraret ascendentem in cælum, dilatatum est ad consolationem Apostolorum & sanctorum mulierum, cum quibus in oratione perseverans adhuc in odore filij cuterebat. Vnde & dilationis patiens magis quam repulsa, statim subdit. Curremus in odore vnguentorum tuorum, id est, in memoria beneficiorum Dei. Sed quia breuis est cursus huius vitæ, & quasi dicto citius terminatur, & succedit brauium sempiternum, statim postquam ait, curremus, nulla de cursu ipso facta alia mentione subdit: Introduxit me rex in cellaria sua. Item ratione huius duplicis irrigui designata est Maria Io. 19. & Iudic. 1. per Axam sedentem super alinum: quia peroptimè rexit corpus suum & omnem conculcauit prauam humani corporis voluptatem. Quod dixisse videtur Deo Patri designato per Caleph qui interpretatur omne cor: quia Deo Patri omne cor patet. Pater dedisti mihi terram arenam, id est, virginitatem sterilem per naturam, iunge obsecro &

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

irriguam aquis, id est, fecunditatem. Et dedit ei Pater irriguum superius, id est, diuinitatem filij, qua irrigantur Angeli & beati in patria. Et irriguum inferius, id est, filij humanitatem, quando verbum caro factum est in ea, cuius prædicatione, exemplis & miraculis fecundata est militans Ecclesia quasi quoddam irriguum, ut posset afferre fructum vitæ. Et bene per Axam quæ interpretatur futibunda, figuratur Maria, quæ fortè quasi futibunda reputata est à domesticis suis & pontificibus templi, cognitio quod contra consuetudinem omnium præcedentium mulierum prima emisisset votum perpetuæ virginitatis: & hoc tangitur in apochrypho de infancia Saluatoris. Nec solum irriguus in se, sed & irrigans nos fuit hic hortus quasi duplici irriguo. Superiori quod est caritas quæ materiam habet desuper: quod fit quando exemplo charitatis eius ad amorem inflammmamur. Inferiori quod est humilitas, quæ materiam habet de inferius, quando exemplo eius humiliamur.

4. Complutus: quia Christus descendit in eam sicut pluuia in vellus. Hoc inuenies infra. Ipsa enim fuit terra promissionis de cælo expectans pluias. Deuter. 11. Quære titulo de terra. Item de hac terra dicitur Ezech. 34. Deducam imbrem in tempore suo, & pluuia benedictionis erunt. Nota, quod in pluuia magna est aquarum abundantia & guttarum innumeritas, & multò maior in pluuia pluribus. Et ideo dicitur, quòd pluuia benedictionis erunt, ut ostendatur, quod innumerabilis & immensa descendit in Virgine plenitudo gratiarum, in sanctificatione, in Spiritus sancti obumbratione, in Filij Dei conceptione, qui descendit tanquam imber & nix de cælo. Isa. 55. Et inebriabit mentem, & infudit terram carnis virginæ. Sequitur. Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum. Per lignum & terram Mariam, per agrum mundum, per fructum & germen intellige Christum.

5. Rosificatus, id est, rosatus passivè: quia Filium Dei suscepit in incarnatione quasi rorem. Vnde ipse dicit Osee in fine: Ero quasi ros. Et Israël, id est, Maria germinabit quasi lilium. Quære titulo de his quæ à superiori descendunt in hunc hortum, ubi Christus dicitur ros.

§. VIII.

1. **D**istillans, inferius leuissimo à tactu frigidum & herbarum suarum guttas roris & pluiæ susceptas à superiori. Vnde dicitur ei Cantic. 3. Fauus distillans labia tua. Item in Psal. In stillicidiis eius letabitur germinans. Christo enim sicut pluuia descendente in vellus, descendunt à vellere ipso larga gratiarum stillicidia super terram cordis humani: quia de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia Ioan. 1. Ideo comparatur ipsa fauo, velleri, & spongiæ. Titulo de misericordia eius.

2. Rosans, actiue, id est, rosificans. Ab ipso enim fonte gratiarum affluit iugiter ad ipsam, & ab ipsa ad nos ros gratiæ, quem subministrat hic hortus pedibus, id est, affectibus deambulantium in eo.

3. Nebulosus, & hoc maxime tempore incarnationis

E e a tionis

tionis quando sol iustitiæ descendens in illum, inde assumpsit nebulam carnis humanæ. Vnde 3. Reg. 8. Dixit Dominus ut habitaret in nebula. Et quasi seipsum exponens, subiungit paulo post. Ergo putandum est, quod Deus habitet super terram. De hac nebula dicitur Eccl. 43. Medicina omnium in festinatione nebulæ: obuians ros ab ardore vententi humilem efficit eum. Et loquitur de diabolo. Medicina omnium, sanabilium scilicet. Nota, quod Angeli cælestes non ægrotabant in aduentu Christi. Diabolus qui superbia erat, totus erat mortuus, & idem insanabilis. Vnde dicitur ei Ierem. 30. Insanabilis est fractura tua, pessima plaga tua. Homo quasi participans his & illis sanabilis erat: quia demones ipsum reliquerant semiuivum. Luc. 10. vivebat enim quoad corpus per naturam, sed mortuus erat quoad animam per gratiæ subtractionem. Idem dicitur Sap. 1. Sanabiles enim fuerunt orbis terrarum. Item idem dicitur: A pleniens à longè ecce video nebulam totam terram regentem. Non dixit cælum: quia non pertinet benefici in incarnationis ad angelicam creaturam. Fuit ergo incarnatio medicina omnium hominum, vel omnium infirmitatum: quia humilitas incarnationis curavit superbiam, charitas invidiam, benignitas iram, acceleratio pigritiam, & sic de aliis. Vel omnium, id est, culpæ & pœnæ. Prima enim infirmitas in quam cecidit homo, fuit culpa: ex hac in aliam quæ est pœna. Sed plerumque accidit, quod per unam conualescit de alia. Medicus autem noster Christus non poterat: quia non decebat assumere culpam nostram, & assumpsit pœnalitatem per quam nos liberavit à culpa, etsi nondum à pœna, & obligavit se, quod quandoque & à pœna: & de hoc reliquit nobis pignus contra morem aliorum medicorum, scilicet corpus suum & Spiritum sanctum. Medicina ergo omnium, id est, salus humani generis, in festinatione nebulæ, id est, incarnationis Dominicæ. Idem autem dicit in festinatione nebulæ: quia nebula, id est, caro quam sumpsit de Virgine in momento quo Virgo respondit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. operatione Spiritus sancti qui nascitur tarda rerum molimina, fuit in corpus formata. Residuum huius auctoritatis quære infra, ubi Christus dicitur ros.

Item per nebulam istam congruè potest designari Mariam, quæ bene dicitur nebula: quia à terrenis eleuata, quæ festinauit quando ex abundantia cordis fidelis eructavit illud verbum bonum. Luc. 1. Fiat mihi, &c. & per hoc verbum medicinalem curationem contulit nobis, id est, Christum, qui languores nostros portauit. Isa. 53. Sed exemplo contulit medicinam conseruatiam: quia imitatio eius gratiam conseruat & accumulatur. Vnde dicit: Qui edunt me, id est, sibi incorporant imitando, adhuc esurient accumulationem gratiæ.

4. Caro Christi nebula. Quia nebula tegit solem. Idem Christus dicit Eccl. 24. Sicut nebula, id est, carne assumpta texti omnem carnem, id est, ab omni homine carnali lumen diuinitatis abscondi. Carnales enim lumen diuinitatis sub

nebulam carnis non viderunt, id est, non intellexerunt: quia sicut posuit Dominus tenebras latibulum suum.

Quia descensus nebulæ signum est serenitatis, & incarnatio Christi causa fuit nostræ reconciliationis cum patre, & nostræ illuminationis & æternæ claritatis.

Quia sicut nebula claritatem solis temperat, qui nisi nube interposito videri non potest: sic Christus nebulam humanæ carnis induit ut inaccessibilem suæ claritatis lucem nobis faceret accessibilem Iob 22. Nubes latibulum eius.

Quia sicut nebula solis ardorem temperat & refrigerium præstat terrenis, ut flores herbas & arbores præferret ab ardore ipsius solis: sic Christi humanitas patris seueritatem temperauit, & in seruire passionis combusta est hæc nebula, ut præstaret nobis refrigerium contra incentiuam vitiorum, & præferret ab ardoribus inferni.

Quia sicut nebula terræ immunditiam tegit & abscondit ab oculis solis huius: sic Christus nebulam carnis suæ inter nos & Deum patrem interposuit in cruce, & peccata nostra misericorditer operuit pallio carnis suæ. Vnde dicit Eccl. 24. Sicut nebula texti omnem carnem: quia exaltatus in cruce, scapulis suis obumbravit Ecclesiæ.

Quia nebula terram rigat & suo humore quasi quodam rore impingit & imprægnat ad fructus generandos: sic Christus in carne apprensus rore gratiæ mentes instructuofas impinguit pinguedine charitatis ut facerent fructum vitæ.

Quia nebula dissoluit gelicidium Aquilonis, & Christus qui vapor virtutis Dei Sap. 7. illud gelu de quo dicitur Eccl. 13. Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallum ab aqua. Quære infra titulo de his quæ descenderunt in hortum à superiori.

Quia vrit flores, sicut pater in floribus vitis, & oliuæ, & Christus verbo & exemplo delectabilia mundi. Iob 15. Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiciens florem suum, & loquitur de mundo vel mundi amatore.

Quia prope terram, per compassiorem peccantium & pronitatem exaudiendi clamantes ad se ipse dicit Marth. 9. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et de eo dicitur: Prope est Dominus omnibus innocantibus eum in veritate.

Quia latè extenditur ut obumbret & protegat. Sic & caro Christi extensa in cruce. Vnde dicit Ezech. 16. Expandit amictum suum, nebulam carnis suæ. Et hoc est quod dicit Psal. Expandit nubem in protectionem eorum, &c.

Quia diem turbat ut solem ostendat. Quando enim tempus nebulosum est, tunc solem bene sustinemus visu. Sic Christus incarnatus cõtemporauit se lippiensibus oculis mortalium, & in aduentu suo humanam, id est, mundanam prosperitatem ipsam contemnendo nolens fieri rex. Ioan 6. & mundi contemptum docendo turbauit, ut postea clarior & benignior amicis suis appareat, sicut postquam nebula diem turbauit,

turbauit, sol ipsa discussa feruentius & clarius micat.

Quia diuisa nebula sol apparet, & diuisa carne Christi ab anima sol diuinitatis in resurrectione apparuit per cognitionem.

5. Et nota, quod non solum nebula dicitur caro Christi, sed etiam nubecula siue nubes. Vnde 3. Reg. 18. Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Et loquitur ibi quia non pluerat per tres annos. Isti anni spiritaliter tempus sub lege, tempus Prophetarum in quibus non distillauit super terram pluuiam gratiæ: sed in tempore gratiæ apparuit nubecula gratiæ, id est, Christus. Quasi vestigium hominis, & non dicit vestigium simpliciter, sed quasi vestigium, quia non opere viri, sed opere Spiritus sancti conceptus est & natus. Ascendit de mari, id est, de utero Mariæ, ascendit quia in excellentissimo statu vitæ humanæ fuit.

Item Elias dicitur pater: puer missus ad matrem, Gabriel missus ad Mariam. Primum genus, salutatio. Vnde, Ave Maria. Secundum, triplex commendatio, ad se, gratia plena: ad Deum, Dominus tecum: ad nos, benedicta tu in mulieribus. Tertium, confortatio. Vnde: Ne timeas Maria, &c. Quartum, Filij Dei annuntiatio. Vnde, Ecce concipies, &c. Quæ conceptio commendatur à quinque. A nominis sublimitate. Vnde, Vocabis nomen eius Iesus. A potestate. Vnde, Hic erit magnus. A nobilitate. Vnde, Altissimi Filius vocabitur. A dignitate. Vnde, Dabit ei Dominus sedem Dauid, &c. A dignitatis æternitate. Vnde, Regni eius non erit finis. Quintum, modi expressio. Vnde, Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Sextum, exempli additio. Vnde, Et ecce Elizabeth, &c. Septimum, omnis hesitationis amotio. Vnde, Non erit impossibile, &c.

In hoc autem, quod caro Christi dicitur nubecula parua, notatur duplex humilitas, exterior & interior. Item hæc nubes media inter cælum & terram, & Christus homo mediator Dei & hominum. 1. ad Tim. 2. Hæc etiam nubes aquosa, descendens sicut pluuia in vellus reconciliationis serenitatem fecit, ascendens in cælum pluuiam sancti Spiritus misit. Vnde dicit Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam. Tempestatem factura est veniens ad iudicium, quando in circuitu eius erit tempestas valida.

Pulchrè autem corpus Dominicum dicitur nubes: quod de purissimis sanguinibus beatæ Virginis formatum, quos scilicet sanguines tanquam nutritiuos cælestis suæ caliditatis, id est, charitatis humores, ad nutrimentum sui de oceano huius seculi traxit ad se radius solis iustitiæ, id est, benignitatis pietatis supernæ. Hæc fuit nubes habens in se vestigium hominis, & afferens secum pluuiam copiosæ salutis, id est, humanæ redemptionis. Ferè autem eandem proprietatem habet nubes cum nebula.

6. Fuit hæc nubes in natiuitate candida per peccati immunitatem & omnimodam puritatem. Vnde Apoc. 14. Vidi, & ecce nubem candidam, & supra nubem sedentem, &c. Nubes candida, munda Christi humanitas. Quære D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

titulo, quod Maria nubes. Tunc enim nubecula ascendit de mari, id est, Christus puer paruulus de Maria.

In conuersatione lucida per boni exempli diffusionem. Vnde in transfiguratione nubes lucida obumbravit eos, id est, Apostolos. Ezech. 1. Vidi, & ecce nubes magna, & ignis inuoluens & splendor in circuitu, &c.

In passione rubea per sanguinis proprii rubricationem. Vnde dicitur ei Isa. 63. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? In passione enim fuit nubes ubi toti generi humano refrigerium dedit, ubi sub umbra alarum suarum protexit genus humanum: sed in resurrectione fuit leuis, quando omni mortalitate deposita & passibilitate surrexit.

In sepultura nigra & obscura, cum non fuit ei species, neque decore.

In ascensione fortè hyacinthina per cælestis coloris induitionem. Vnde tunc nubes lucida & fortè hyacinthina suscepit eum ab oculis inuentum.

In iudicio ardens erit & ignea, quando ignis ante ipsum præcedet, &c.

7. Item de nube dicitur Isa. 19. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, &c. Expone istud, Ecce, sicut inuenies titulo de conceptu Virginis. Nubes ista caro Christi, quæ bene dicitur leuis: quia sine pondere peccati. Quæ idem dicitur nubes: quia nos rigauit pluuiis doctrinarum, exterruit tonitruis cominationum, perustrauit quasi quibusdam fulgoribus coruscationibus miraculorum, & sua nos obumbratione protexit. Vnde Christus homo dicit Eccl. 24. Sicut nebula texti omnem carnem. Sed videtur, quod dixisse debuerat Propheta, Descendet Dominus ad nubem leuem, sicut dicit ibi infra Isa. 64. Vtquam dirumperes cælos & descenderes. Et non ascendet super nubem leuem: quia non se exaltauit, sed multum humiliavit assumendo carnem, sicut dicit Apostolus Phil. 2. Sed quia descendens in carnem qui antea ignotus erat mundo, sic ascendit in notitiam & honorificentiam hominum: idem dicitur super nubem ascendisse.

8. Vel aliter, Incarnatio Domini dicitur ascensus: quia tunc visibilis mundo apparuit, sicut nubes nobis melius apparet ascendendo quam descendendo. Vel idem ascensus dicitur super nubem: quia caro in ipso omnino subdita fuit spiritui, nec aliquid aduersus spiritum concupuit. Vel idem quia sic in notitiam venit, ut dictum est, cum prius esset Deus absconditus. Isa. 45. Vel ab effectu: quia naturam humanam quam assumpsit, ascendere fecit. Vnde qui portauit nubem ascensum suum, &c.

Hæc est enim nubecula quæ Christo nascente ascendit de mari, id est, de Maria. Et fuit hæc nubes quasi sex colorum, ut dictum est supra. Et nota, quod Propheta loquens de incarnatione, vocat eum Dominum, ut notet Dei Filium, qui est Rex regum & Dominus dominantium. 1. Tim. 6. & Apoc. 19. Vel quia tunc veniebat distrariocinare hominem seruum suum contra diabolum, quod factum est in cruce.

Sequitur. Et ingredietur Ægyptum, id est, mundum nascens de Virgine. Vel Ægyptum

ad literam. Matth. 2. Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Surge & accipe puerum, &c. Vel Ægyptum, id est, cor humanum illud illustrando lumine gratiæ: quia prius erat tenebrosum. Quare titulo de aurora. Et hoc est quod dicit Zach. Luc. 1. Visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, &c. Sequitur. Et mouebantur simulachra Ægypti: quia ipso intrante Ægyptum, corruerunt simulachra eius. Vel demones obtinuerunt in eis. Vel mouebantur simulachra Ægypti, id est, destruetur idololatria. Ad quod magi à dæmonibus edocti, vel iuxta prophetiam Balaam intelligentes narum Filium Dei, qui magicam artem destrueret, uenerunt ipsum in Bethleem adorare. A facie eius, id est, à præsentia eius. Et cor Ægypti tabescet in medio eius, id est, sapientes mundi obstupescunt: quia sapientia eius destruetur. Isa. 29. Perbit sapientia, &c. Abdias: Perdam sapientes, &c. Psal. Omnis sapientia eorum deuotum est.

Moraliter. Ingrediente Domino per gratiam Ægyptum cordis humani, statim corruerunt simulachra uitiorum. Si uero adhuc stant in corde tuo huiusmodi simulachra argumentum, quod Dominus nondum ingressus est in cor tuum. Quare de idolis, titulo. Et nota, quod hæc auctoritas habetur Isa. 19. In onere Ægypti, id est, mundi tenebris peccatorum & caligine ignorantæ oboluti, multimodæ miseræ mœrore confecti. Rectè enim dicitur Christi incarnatio onus Ægypti: quia Ægyptus interpretatur tenebræ, vel mœror.

9. Incarnatio Dominica fuit tenebrarum euacuatio contra erroneos: quia ipsa est lux mundi. Isa. 9. Habitantibus in regione umbræ mortis, &c. Mœroris consolatio contra acediosos: quia ipsa gaudium mundi. Luc. 2. Annuntio uobis gaudium magnum, &c. Angustiarum exterminatio contra inuidos & auaros: quia Christus charitas est. 1. Ioan. 4. Item Psal. Ambulabam in latitudine. Glossa Ambrosii. In charitate patulum cor oportet esse ad suscipiendum illum qui replet cælum & terram. Ierem. 23.

10. Sicut uaporans. Vnde beata Virgo dicit Eccles. 24. Quasi Libanus non incisus uaporauit habitationem meam, &c. Quare in serie arboribus, ubi agitur de Libano, & optimè expostum inuenies.

§. IX.

1. **D**ensus, id est, condensus propter multitudinem uirtutum, quæ designantur per innumerabilem multitudinem herbarum & arborum, radicum & aromatum, de quibus infra inuenies de herbis & aromatis. Cant. 4. Cypri cum nardo, &c. Ipsa est enim arbor seu lignum densarum frondium; habens ramos, qui rami iubentur sumi. Leuit. 23. Densus enim frondes magis tenent virotem & difficilius corumpuntur. Hæc est condensatio bonorum operum & meritum in Virgine cum virore fidei & perseverantia, quæ sumi debent per exemplum, & cum quibus Christo occurrunt. In ipsa enim quasi consistit creuerunt omnes uirtutes in superlatiuo gradu, & in his

condensis debemus constituere diem solemnem solemnizandæ eius uirtutes. Item hæc condensitas notatur Ezech. 47. Conuertere me ad ripam torrentis, &c. & paulo post: Ex omni parte omne lignum pomiferum, &c. Apocal. 22. Ex utraque parte fluminis lignum uitæ, &c. Item Eccl. 24. Quasi cedrus exaltata sum, &c.

Item de hac condensitate dicitur Isa. 41. ubi Maria appellatur solitudo & desertum, ubi sic legitur: Dabo in solitudine cedrum & spinam & mirtum, & lignum oliuæ. Ponam in deserto abietem, ut uinum, & buxum simul. Per cedrum quæ est arbor alta & procera, altitudo cælestium desideriorum & contemplationis eius, quibus duobus cælos attingebat stans in terra. Sapient. 17. Per spinam multiplicis tribulationis punctio, quibus in filio cum filio & pro filio per compassionem pungebatur amaritudo uitæ præsentis. Per mirtum omnimoda incorruptio carnis & spiritus, tam ab omni peccato, quam à uirginitatis læsione, & corporis putrefactione. Per lignum oliuæ opera charitatis & misericordiæ, quæ utraque tanta fuit in ea, quod filium suum unigenitum in mortem tradidit pro salute humani generis, sicut dicitur Michæ 6. Per abietem quæ est plana lenis & sine scrupulis, mansuetudo & lenitas cordis. Per uinum quæ uites sustentat, orationum suarum deuota sinceritas, qua fructificantes in Ecclesia Dei sustinet & supportat. Per buxum semper uirentem fides ipsius Virginis, quæ nec etiam in filij passione defecit: & idèd fortè crux buxatur in tempore Dominicæ passionis: quia per fidem beatæ Virginis ipsa crux honoratur.

Item moraliter septem arbores hæc nominantur, quæ designant septem uirtutes principales, quæ opponuntur septem criminalibus. Cedrus impubibilis, castitas contra luxuriam. Spina pungitiua & excitatiua, uigilantia contra acediam. Oliua lenitiua, misericordia contra auaritiam. Mirtus mitigatiua, temperantia contra iram. Abies altitudine cæteras arbores transcendens, & cuius auxilio mare transit, & in terram promissionis peruenit, & charitas contra inuidiam. Ulnus quæ uitem fructuosam sustentat, patientia contra impatientiam. Buxus humilis & semper uirens, humilitas contra superbiam.

Aliter. Per abietem altitudo cælestium desideriorum. Ulnus ponitur hic loco uitis: quia idem erit præmium pauperis & pauperem sustentantis. Vnde Matth. 10. qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Aliter & moraliter. Per solitudinem signatur religio. Primò ponitur cedrus impubibilis & boni odoris, hoc est, castitas vel incorruptio: hoc ipso enim quod continet quis à putredine luxuriæ, odoriferus efficitur Deo & hominibus: ex putredine enim fætor ex incorruptione bonus odor. Hæc est prima uirtus necessaria omni iusto. Sequitur spina, id est, compunctio de peccatis propriis: aliquando confixa fuit spina peccati, debet conuerti quis in ærumna. Vel spina correptio quæ debet esse alba, ut correptio procedat de dulcedine mentis & mansuetudine. Non nigra, quod est quando ex malitia accusat quis fratrem suum.

Ad

Ad Theff. in fine: Corripite inquietos, ecce spina: consolamini pusillanimes, ecce alba. Et hæc consolatio designatur per mirtum quæ ponitur consequenter: quia mirtus confortat membra debilia. Vnde Isa. 35. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Eccl. 3. Non desit plorantibus, &c. Sed quia parum est consolari uerbo si desit opus, sequitur & lignum oliuæ, id est, misericordia actualis.

4. Et ymbrosus. In Maria enim uelut in horto condensato & ymbroso inuenitur umbra propitiationis. Ad hoc enim obumbrant ei uirtus Altissimi in filij conceptione, sicut dicitur infra, ut & ipsa precibus suis, meritis & exemplis obumbraret peccatoribus contra feruorem diuinæ iracundiæ & ætum cuiuslibet præuæ concupiscentiæ. Ipsa est enim arbor ramosa & frondosa, cuius pulchritudo delectabilis ad inueniendum, umbra desiderabilis ad quiescendum, fructus appetibilis ad edendum. Tria enim sunt quæ præcipuè uirtutes ad arborum protectionem compellunt fugere, ætus, turbo, & pluuia. Et hæc tria designant tria quæ tendentes ad patriam per uiam huius exilij principaliter infestant. Concupiscentia quæ per ætum, superbia quæ per turbem, importunitas assidua tentationum, quæ per pluuiam designatur. Obumbrat autem nobis Maria contra ætum concupiscentiæ exemplo castitatis, contra turbem superbiæ exemplo humilitatis, contra importunitatem tentationis diabolicæ uirtute assidua orationis. Nec patitur summa eius benignitas supra id quod possumus nos tentari: sed cum ipsis tentationibus dat prouentum. Idèd de ipsa dicitur Isa. 4. Erit tabernaculum in umbraculo diei ab æstu, &c. Quare titulo, quod Maria tabernaculum. Obumbrat autem præcipuè super capita bellatorum, qui ad imitationem ipsius pugnant contra tria uitia supra dicta, scilicet contra superbiam per humilitatem, contra auaritiam per largitatem, contra luxuriam per temperantiam & castitatem, & sic de aliis: ut dicere ualeat qui sic pugnat, Obumbrasti Maria supra caput meum in die belli. Item obumbrat Maria peccatoribus: quia ipsa designatur per propitiatorium Exod. 37. quod obumbrabant duo Cherubini sese respicientes mutuo uersis uultibus in propitiatorium. Hæc duo Cherubini sunt in ipsa uirginitas & maternitas, quæ quasi solebant habere uultus auersos: nunc autem sese respiciunt, quia & uirgo est fecunda. De hoc elegantissimè dicit quidam:

*Parrus & integritas discordes tempore longo,
Virginitas in gremio fœdera pacis habent.*

Et bene hæc duo uocantur Cherubini, quod interpretatur plenitudo scientiæ: quia solius Dei sapientia sciuit & potuit uirginitati fœderanditatem coniungere in Maria. Vnde ad Rom. 11. exclamat Apostolus: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, &c.

5. Abscondens. In eo siquidem absconditus latuit Christus nouem mensibus. Vnde dicitur ei Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus. Et inde assumpti nubilum nostræ carnis, in qua celaretur diabolo & seculi principibus: qui si eum cognouissent, nunquam Dominum gloriæ cru-

cifixissent. 1. Cor. 2. & ita non essemus redempti. Ipsa etiam abscondit peccatores, quasi sub frondibus & ramis pietatis & misericordiæ suæ, à facie sedentis in throno iudicij. Vnde designatur per hortum uoluptatis, in quo absconditi sunt Adam & Eua post peccatum Gen. 3.

6. Et larebrosus in bono sensu, id est, opportunus ad inueniendum latibulum: densitas enim arborum latitudo & multitudo foliorum umbram faciunt: & hæc tria, scilicet multæ arbores; lata & multa folia, & ymbrositas proueniens ex his duobus, præbent latibulum. Et idèd Maria signatur per Esther reginam quæ interpretatur abscondens: in hoc enim horto posuit Christus tenebras latibulum suum. Hæc tenebræ, sicut dicit Glossa, signant incarnationis mysterium, quod nobis profundum est & obscurum. Latibulum suum dicit, id est, secretum maiestatis suæ, quæ nibe carnis tegebatur. Et hoc nobis erat necessarium quatenus fides sic haberet meritum. Vnde August. Domine absconde te ut credamus. Et fortè propter hoc dixit Deus, ut habitaret in nebula. 3. Reg. 8. Hoc autem latibulum tunc aperietur, quando uidebitur cum sicut est. Propter huiusmodi larebrositatem dicit filius matri Isa. 16. Pone quasi noctem umbram tuam in meridie, id est, in manifesta diaboli persecutione & tentationum feruore. Absconde fugientes, & uagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei. Moab esto latibulum eorum à facie uastatoris. Umbram suam ponit quasi noctem in meridie Maria: quia ab æstu tentationis securè defendit afflictos, refrigerat patientes. Ipsa enim abscondit fugientes mundum, carnem, & diabolum: quia pusillanimes & timentes Dei iudicium recipit & recepat. Vagos non prodit: quia tentatos peccato non exponit: nec uagantes post uarios errores quantum in se est, deserit inconsultos. Sed eos ad salutem abscondit orationibus & exemplis reuocans ab errore peccantes. Profugos Domini recipit: quia fugientes à terrore iudicij misericorditer consolatur, spem ueniæ tribuens desperatis. Idèd de ipsa dicit Psal. Petra, id est, Maria refugium hereticis & leporibus. Titolo, quod Maria petra. Et appellatur hic Maria Moab: quia descendit secundum historiam de genere Moabitarum per Ruth. Vnde & dicitur petra deserti Isa. 21. Ratione etiam huius absconditi designata est per Raab Ierichuntinam: nam sicut illa Raab Iudæos exploratores recepit & abscondit Iosue 2. sic Maria Iudæos, id est, uerè confidentes se & filium suum, & exploratores ueræ terræ promissionis ad possidendum eam. Sicut enim pia mater abscondit filium suum sub pallio quando pater uult uerberare: sic Maria fugientes ad se Christi iustitiam formidantes. Sed nota, quod res grossa & grandis non ita de facili potest abscondi: necesse ergo tibi est ad hoc ut possis abscondi sub pallio, id est, sub latitudine misericordiæ eius, ut sis parus in oculis tuis per humilitatem, non turgidus per elationem: ut sis mundus per castitatem, quia cum fæore luxuriæ non posses ad eam propinquare; ut sis misericors, alioquin apud misericordiæ matrem refugium non haberes.

1. **M**undus in se: quia nihil inquinatum in-
currit in illum. Sap. 7. Apoc. 21. Non in-
trabit in eum aliquid coinquinatum & faciens
abominationem.
2. Et emundans. Emundat enim suo rore &
stillicidiis pedes, id est, deambulantium in
eo per meditationem, & manus, id est, ope-
ra per operum eius imitationem. Ad rorem
enim solemus abluere sordes pedum & ma-
nuum.
3. Mirabilis, præcipue in tribus, in seipso, in
flore, in fructu. In seipso: quia hortus iste, id
est, Maria supra naturam, supra rationem, su-
pra consuetudinem, supra humanæ conditionis
meritum tuum peperit hortolanum. Supra na-
turam: quia virgo peperit Deum: ad hoc enim
intelligendum ratio humana non sufficit. Vnde
exclamat Isa. 66. Quis audiuit vnquam tale, aut
quis vidit huic simile? Supra consuetudinem,
quia de Spiritu sancto caro Christi concepta est:
quod enim caro de carne aut spiritus de spiritu
oriatur, bene consuetum est. Ioan. 3. Quod
natum est ex carne, caro est: & quod natum
est ex spiritu, spiritus est. Sed quod caro de
spiritu, omnino nouum & inauditum & mi-
rabile est. Supra humanæ conditionis meritum:
quod virgo sine dolore pareret, meritum huma-
num non exigebat, sed potius oppositum. Vnde
dictum erat primæ matri post peccatum. In do-
lore paries filios, &c. Ideo exclamat Propheta:
Venite & videte opera Domini, quæ posuit
prodigia super terram. Item alio modo mirabi-
lis in se: quia in vtero virginali, qui proprie
per hunc hortum designatur, tria mirabilia fa-
cta sunt. Primum mirabile, quia ibi Deus fa-
ctus est homo, antiquus dierum puer, verbum
infans, æternus temporalis, immortalis morta-
lis, immensus paruulus, leo agnus, creator
creatura. Qui fecit hoc quod factum est Ioan. 1.
Verbum caro factum est. Ierem. 31. Creauit Do-
minus nouum super terram, mulier circumdabit
virum perfectum scientia & virtute. Secundum
mirabile, quia qui fecit ventrem, factus est in
eodem ventre. Hoc est magnum mirabile, sicut
si quis faceret domum, & postea nasceretur in
eadem domo. Ideo dicitur in Psal. Gloriosa dicta
sunt de te ciuitas Dei. Homo natus est in ea, &
ipse fecit eam Altissimus. Isa. 66. Quis audiuit
vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Tertium
mirabile, quia venter ille maius se continuit,
id est, Deum, quem totus non capit orbis.
Isa. 45. Vere tu es Deus absconditus, in vtero
virginali. De magnitudine enim illius dicitur
Iob 11. Excelsior cælo est, diuinitate, quia
Deus verus. Inferno profundior, humilitate,
quia verus homo. Longior terra mensura eius,
per longanimitatem. Latior mari, per charita-
tem. Augustinus: Super omnia non elatus, sub-
ter omnia non depressus, intra omnia non in-
clusus, extra omnia non exclusus.
4. Mirabilis in flore: quia in singulis herbis &
arboribus suis florem retinens & fructum pro-
ferens, nec propter fructus flores amittens. Ve-
rè mirabilis hortus, in quo fructus sic veniunt,
vt tamen flores non recedant: sic fructus ma-
turefcunt, vt tamen flores non maturefcant.

Ideo de floribus suis & fructibus dicit Maria
Eccl. 34. Flores mei fructus honoris & bone-
statis.

Mirabilis in fructu, cuius fructus Christus
I e s v s, vel præcipue caro Christi, quæ in
sola ex sola muliere concepta est sine pruritu &
fætere coitus, quod nulla alia. Vnde designa-
tur per lapidem excisum de monte, id est, de
Maria, id est, sine opere nuptiali, sicut glo-
sar Augustinus. Dan. 3. Vel de monte, id est, de
altitudine humanæ naturæ, in qua fuit ante
peccatum: talem enim quoad peccati immuni-
tatem assumpsit Christus humanam naturam,
qualis fuit ante peccatum. Quatuor enim sunt
status hominis. Primus ante peccatum, secun-
dus post peccatum ante gratiam, tertius sub
gratia, quartus in gloria. De singulis statibus
istis aliquid accepit Christus, de primo peccati
immunitatem, de secundo pœnalitatem, de ter-
tio gratiæ plenitudinem, de quarto peccandi
possibilitatem & omnimodam veritatis contem-
plationem.

Caro Christi mirabilis. Quia in ipsa conce-
ptione formata in corpus, ita tamen, sicut dicit
Archiepiscopus Cantua. quod tunc visibus hu-
manis non possent lineamenta distingui. Eccl. 43.
Medicina omnium in festinatione nebulæ. Nota
in festinatione, vt supra, vbi hortus dicitur ne-
bulosus.

Quia caro illa non infecit animam infusam.
Vnde de Christo dicitur: Qui ingreditur sine
macula. Ideo dicitur Ierem. 33. Suscitabo Dauid
germen iustum, id est, Christum iustum in
germine, id est, in conceptione: quia conce-
ptus fuit sine originali. Vnde dictum est Mariæ
Luc. 1. Quod nasceretur ex te sanctum, nasceretur
in natiuitate in vtero & ex vtero. Propter hæc
mirabilia & has dignitates dicitur caro Christi
vnica, ibi, A leonibus vnica meam. Dicitur
etiam gloria, ibi, Exurge gloria mea, &c. quia
in ea diabolus vicit, & nos ab eius tyrannide
liberauit. Caro Christi vnica propter singularem
conceptionem, in qua statim habuit animam,
Singularem natiuitatem: quia de Virgine na-
tus est porta clausa. Peccati immunitatem: quia
ipsa est nubes leuis, id est, sine pondere peccati.
Vnionem cum verbo: quia verbum caro factum
est. Beatitudinem singularem. Vnde dicit ei
Pater: Sede à dextris meis, id est, in potioribus
bonis meis.

Alio etiam modo mirabilis est fructus iste
vel hortus iste in fructu: quia Christus statim
in sua conceptione omnimoda fruebatur diu-
nitatis contemplatione secundum mentem, quæ
deitari personaliter erat vnica & immediatè con-
iuncta, & quodammodo à gloria Dei absor-
pta, cui ineffabiliter adhaerens vnus spiritus,
vna persona, vnus Deus est effecta omnimoda,
habens eandem potentiam, sapientiam, boni-
tatem per gratiam, quam & verbum habet vel
habuit ab eterno per naturam: totum enim &
secundum plenitudinem se præbuit illi diuini-
tas ad participandum, nihilque reseruauit quod
homini assumpto non dederit. Vnde Propheta
Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in
eo. Etenim Dominus habitabit in sinem, id est,
sine fine, sine termino, sine mensura. Nec hoc
dicit quasi in eo finis vel terminus vel mensura
sit,

fit, sed vt ostendat plenitudinem diuinitatis in
ipso habitare. Vnde Apostolus manifestè pro-
clamat. In quo habitauit omnis plenitudo diuini-
tatis corporaliter, dicens omnis, arguit eos qui
dicunt hominem assumptum omnem scientiam
sed non omnipotentiam habere. Plenitudo dicit
contra eos qui dicunt nec tantam potentiam, nec
sapientiam, vel bonitatem habere, quantum ha-
bet ipsum verbum. Et quis hoc totum de
verbo & non de homine assumpto exponat, sub-
iungit, corporaliter, id est, in homine assum-
pto qui est corpus. Sicut igitur homo vnus
quæ sunt Dei, participat secundum plenitudi-
nem: ita Deus omnibus quæ sunt hominis præ-
ter peccatum: talis enim fuit vnio hominis &
Dei, quæ Deum hominem faceret, & homi-
nem Deum. Vnde, Beatus quem elegisti & as-
sumpsisti, inhabitabit in artibus tuis, id est, com-
municabit tecum in proprietatibus. Sicut enim
Deus omnia sua homini dedit, ita omnia homi-
nis in se suscepit. Et veluti Filius dicit Patri,
Omnia tua mea sunt, & omnia mea tua sunt: ita
homo assumptus dicere potest verbo assumpti,
Omnia tua per naturam, mea sunt per gratiam:
& omnia mea per naturam, tua sunt per digna-
tionem. Propter hanc igitur ineffabilem vnio-
nem deitatis & humanitatis Deus dicitur verè
& est homo, & homo dicitur verè & est Deus.
Vnde Augustinus dicit: Si distinctionem natu-
rarum attendas, aliud est Deus, aliud homo,
vel duo sunt Deus & homo. Si autem perso-
nalem vnionem, non duo, sed vnum, non in
natura, sed in persona. Pater enim & Filius
vnum sunt, non in persona, sed in natura: ho-
mo assumptus & verbum assumens vnum sunt,
non in natura, sed in persona. Et quilibet san-
ctorum Deo adhaerens per fidem & dilectionem,
vnum est cum Deo, non in natura, vel in per-
sona, sed in iustitia vel gloria. Propter hanc ita-
que inestimabilem adhaerentiam mens Christi
immobilitas & inconcussa etiam in ipsa morte
permanet. Nec tunc minus habuit gloriæ vel
beatitudinis quantum ad principale mentis per-
tinet. In spiritu verò & in anima & in carne fuit
variatio & mutatio ante ipsam passionem in die-
bus carnis suæ, id est, mortalitatis. De spiritu
mutabilitate dicitur. Et infremuit I e s v s spiritu.
De animæ mutabilitate scriptum est: Anima
mea tristis est vsque ad mortem. Secundum car-
nem esuriuit, sitiuit, fatigatus est, & huius-
modi.

6. Inuolutus: quia non transiit per eum incir-
cuncisus & immundus. Isa. 52. De ipso enim
prædixerat Isa. 35. Non erit ibi leo, & mala be-
stia non ascendet per eum. Leo superbia: quæ
locum non habuit in Virgine humillima. Mala
bestia, auaritia, vel luxuria, quæ non violauit
Virginem misericordæ genitricem. Tria
enim principalia mala faciunt bestia in orto.
Pedibus enim conculcant, vitorem eius deuo-
rant, stercorebus commaculant. Hæc tria simi-
liter faciunt demones in anima peccatrice. Ster-
cus luxuria: conculcatio auaritia: superbia, si-
cut dicit Gregorius, totum corpus depascit vir-
tutum. Eckebertus abbas ad Mariam: Hortus
conclusus tu es Dei genitrix, ad quem deso-
randum manus adulecti nunquam introiuit.

Securus: quia non patet malignantibus, id
est, demonibus & vitiis vt inde violentè
possint abstrahere eos qui ad ipsum confuge-
runt. Non est enim qui de manu tua possit erue-
re. Iob 10. Idcirco de Maria dicitur Isa. 4. Erit
in vmbraculo diei ab æstu, & in securita-
tem, &c. Cant. 6. super illud, Terribilis vt ca-
strorum acies ordinata, dicit beatus Bernardus.
Non sit timens hostes visibiles. Quæ su pra ti-
tulo de nomine, Maria.

Stabilis in plenitudine virtutum suarum &
deliciarum, quæ non marcescunt, non cor-
rumpuntur, non deficiunt, non veterascunt.
Ezech. 47. Non defluet folium ex eo, & non
deficiet fructus eius: quia aquæ eius de sanctua-
rio egredietur, &c. Ibidem: Per singulos men-
ses affert primitiua, &c. Apoc. 22. Per singu-
los menses reddens suos. Et in Isa. 58. dicitur
Mariæ: Eris quasi hortus irriguus, & quasi fons
aquarum, cuius non deficiunt aquæ.

Fœcundus: quia flante austro, id est, Spiritu
sancto aspirante fœcundatus, per quem fructum
reddit multiplicem. Fœcundus, inquam, in vi-
rore herbarum, in pulchritudine foliorum, in
diuersitate fructuum, in redolentia aromatum,
in vmbrositate fondium, in melodia auium, in
decurfu fontium, & huiusmodi. Et de hæc fœ-
cunditate habetur Cantic. 4. Emissiones tuæ pa-
radisus malorum puniceorum cum pomorum
fructibus. In verbis istis huius horri fœcunditas
demonstratur: nam emissiones & productiones
Virginis dicuntur esse paradisi cum omnibus
fructibus & arboribus herbis & aromaticis &
vnguentis: & per paradysum signatur Ecclesia,
maximè autem per mala punice vnuerfa san-
ctorum collectio totusque paradysus designa-
tur: nam sicut in malogranato singulis granis
singulæ cellulæ deputantur, & nihilominus in
vna cella ordinantur grana plurima, & tandem
sub vno cortice omnia continentur: sic in æter-
na felicitate, cum dispar sit claritas sanctorum,
& dispar præmium quorundam, tamen vna est
dignitas & omnium vnum est gaudium. Bene
ergo dicitur Mariæ: Emissiones tuæ, &c. quia
ex ipsa totus paradysus processisse dicitur, sicut
fructus de flore: quia ipsa initium præstitit salu-
ris & gratiæ. Item tria beneficia quasi triplicem
fructum nobis exhibuit fœcunditas huius horri.
Primum, quod iugum antiquæ captiuitatis
amouit. Secundum, quod diuinæ indignationis
iram pacificauit. Tertium, quod notam huma-
næ iniquitatis deleuit. Captiuus enim tenebaris
ô homo, per Mariam liberatus es. Offensam
Dei incureras, per Mariam reconciliatus. Ini-
quus & peccator extiteras, & per illam iustifica-
tus es. Quid enim dulcius libertate post capti-
uitatem, & iustificatione post impietatem, re-
conciliatione post offensam? Ad Mariam ergo
tota iustorum vita, deuota desideria, sanctæ
meditationes, iustæ operationes, crebræ gratia-
rum actiones, & cætera huiusmodi respicere
debet, vt ex his omnibus præcipue honoretur
quæ præ cæteris sanctis omnibus causam æter-
næ salutis operata est nobis. Age ergo tu qui
in tantis Mariæ respicias beneficiis, & ad ipsam
vota tua & desideria conuerte, & dulce tibi sit
habere

hanc fecunditatem semper inquirere, & in horri huius umbra quiescere, qui bonorum spiritualium longa tabefectus inedia, & longo tædio prauitineris hæctenus laborasti. Accedat ad eam qui adhuc longè est, qui iam apprehendit eam, amore & seruitio spirituali teneat, nec dimittat.

Deliciosus, affluens scilicet & abundans omnibus spiritualibus imò & corporalibus deliciis. Vnde Cantic. 8. dicitur deliciis affluens. Beatus Bernardus: Quid nisi delicias dixerim virginitatis decus cum fecunditatis munere, humilitatis insignis ditillantem charitatis fauam, misericordiarum viscera, plenitudinem gratiæ, prærogatiuum gloriæ singularis. Propter huiusmodi delicias cantat ei Ecclesia: Spectiosa facta es & suavis in deliciis tuis, id est, tibi soli conuenientibus. Quia multæ filiarum congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersitas. Item deliciae Mariæ virtutes & priuilegia quæ ipsi soli conueniunt, quorum merito à deliciis omnium sanctorum translata est ad delicias regis & Domini Angelorum. Et bene virtutes eius deliciae sunt: quia non solum homines & Angelos, sed etiam diuinos prouocabant aspectus. Vnde & dicitur de ea Ierem. 6. Spectiosa & delicatæ assimilauit filiam Sion, id est, Mariam. Aliter. Deliciae sunt cibi & potus delicati: & ipsa delicatissimo fauo charitatis suæ, delicatissimo lacte vtrorum suorum nutriti Filium Dei & suum. Vnde & filius suus Cant. 5. gloriatur dicens: Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo. Quære paulò infra vbi hortus iste dicitur satians.

§ XII.

1. **L** Argus, quod patet ex eo quod liberalissime inuitat omnes ad delicias suas dicens cum filio suo Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos glorioso fructu meo qui est Christus. Vel fructibus meis, id est, generationibus meis, de quibus ipsa dicit Eccl. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini.
2. **I**nerhaustus. Idèd super illud, Aue gratia plena, dicit Magister Hugo de sancto Victore ad Mariam: Rectè dicta es gratia plena, de qua ortus est fons gratiæ. Quære titulo, Gratia plena circa finem capituli. Idèd dicit ipsa Eccl. 24. Vsq̄ ad futurum seculum non desinam, scilicet miseris misericordiam exhibere. Propter hoc dicitur illi Isa. 58. Eris quasi hortus irriguus & quasi fons aquarum, cuius non deficient aquæ, scilicet misericordia, compassio, pietas, & huiusmodi.
3. **S**atians. Vnde dicit: A generationibus meis implemini, vt supra. Largitas enim Mariæ quæ est hic hortus ad suam fecunditatem & plenitudinem Christum inuitat & amicos Cantic. 5. vbi dicit: Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Audierat enim mater hortum se vocari in superiori auctoritate, vbi dixerat Christus: Surge Aquilo, id est, ô tu sathana ne incumbas Ecclesiæ vt eam deprimas: sed recede & da locum Spiritui sancto, & veni Auster, id est, inspiratio Spiritus

sancti: perfla hortum meum, id est, matri meæ perseueranter insuffla gratiarum abundantiam, vt ab ipsa abundanter & indeficienter defluant beneficiorum remedia ad infirmos. Hæc autem verba videntur dicta fuisse Spiritui maligno, & Spiritui sancto in sanctificatione Mariæ ab originali peccato. Auditis autem huiusmodi verbis beata Virgo & memor illius ficulnæ quæ maledicta est, quia Christum fructum quærentem in ea non paui, statim inuitat dilectum ad delicias suas, dicens: Veniat dilectus meus in hortum suum, id est, in me descendat per incarnationis mysterium, & comedat fructum, id est, deleatur in fructu pomorum suorum, id est, in operibus virtutum quas in me plantauit. Et nota, quod beata Virgo ad fructum inuitat filium suum tanquam puerum: quia paruulus natus est nobis Isa. 19. & mitit ad eum quasi quatuor nuntios, vt veniat citò ad prandium nobiscum. Hi quatuor nuntij sunt meditatio quæ Dominum quærit, contemplatio quæ quæsitum inuenit, oratio quæ inuentum inuitat, humilitas quæ inuitatum adducit. Vnde dicit Cantic. 1. Dum es rex in accubitu tuo, nardus mea dedit odorem suum, id est, humilitas effudit orationem suam, vt vocaret & adduceret sponsum ad conuiuandum nobiscum in terris, qui cum Patre & Angelis conuiuabatur in caelis. Et nota, quod fercula libentissime comedit sponsum iste, quæ sunt vitæ munditia, & vera penitentia. De primo Cantic. 3. Qui pascitur inter lilia. Et hoc ferculum præuenire debet omnia alia fercula, sine quo cætera non sapient. De secundo dicit Rebecca filio suo Iacob. Genes. 27. Affer mihi duos hædos optimos, vsque, quibus libenter vescitur. Quod autem hæc duo fercula Christo præparauit in presenti, quibus alijs ab ipso cibabitur, scilicet gratia in presenti, & gloria in futuro.

Dilectus autem Mariæ gaudens se inuitari tanquam famelicus statim adest, & de bona refectione se commendat, dicens: Veni in hortum meum foror mea sponsa. Et paucis interpositis describit suam refectionem dicens: Comedi fauum cum melle meo, &c. Quasi diceret ad similitudinem venientis in hortum suum, vt ibi iocundetur post labores. Sic ego ab illis qui labores mihi præbent iniquitatibus suis, vt iocundarer in meritis & virtutibus beatæ Virginis, veni in hortum meum, id est, in ipsam per mysterium incarnationis meæ.

Cibus Christi, adimpletio paternæ voluptatis. Vnde dicit Ioan. 4. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, &c.

Quoad animam contemplatio diuinitatis, à quo cibo nunquam ieiunauit. Vnde dicit: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Mens enim hominis assumpti statim à sua origine plenè & perfectè Dei visione fruebatur, ipsam veritatem videndo immediatè in semetipso.

Sacra scriptura, ab hoc etiam nunquam ieiunauit. Matth. 4. Non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Conuersio peccatorum, ad hoc ieiunauit in

in cruce: quia ibi non incorporauit nisi vnicum latronem. Vnde dicit: Er operui in ieiunio animam meam, id est, non exercui potentiam meam, vindicando me de crucifixoribus meis.

Corporalis, à quo ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, sicut Matth. 4. Delectatio quam habuit in virtutibus matris, scilicet in actiua & contemplatiua, de quibus hic dicit: Comedi fauum cum melle meo, &c. Vbi in vtraque vita matrem sibi complacuisse demonstrat: nam mel eliquarum puræ contemplationis designat dulcedinem: fauus qui rudem ceram demonstrat exterius, & in suis cellulis mel occultat, vitam figurat actiuam, quæ licet in operibus rudis appareat, per singulas famen operum cellulas dulcedinem continet præmiorum. Aliter. Comedi fauum cum melle meo. Mel quod descendit ab aère, signat contemplatiuæ dulcedinem. Fauus verò est quoddam elaboratum ab apibus habens dulcedinem in melle & lumen in cera, & signat actiuam quæ est in labore, & habet dulcedinem mellis in conscientia quantum ad Deum, & lumen in exteriori conuersatione quantum ad proximum. Vnde Matth. 5. Luceat lux vestra, &c. Ministrauit ergo Maria Filio Dei fauum cum melle: quia primatum habuit in vtraque vita.

Sequitur. Bibi vinum meum cum lacte meo. Et coniungit vinum in quo ebrietatis, lacti in quo est dulcedo: quia ebrietatem bibit in lacte materno. Qui enim antequam bibisset lac matris, distinctè iudicans cum severitate puniebat, postquam carnem sumpsit de Virgine, & bibit de eius lacte, seueritatem sic in misericordiam commutauit, quod velut lacte materno deebriatus, peccatorum nostrorum videatur oblitus.

Potansque. Quod autem biberit Christus in hac refectione, consequenter ostendit, dicens: Bibi vinum cum lacte meo. Quod est dicere, passus sum in merito meo & virgineis lactibus vberibus, de quorum neutro alicui nunquam contigit gloriari. Idèd licet de Maria dicatur, Oleum effusum nomen tuum, non tamen dicitur, quod vbera sint effusa: eò quod solus Filius Dei ex eis lactatus est: non tamen nominis ad omnes effunditur. Et cætera vt supra exposita sunt. Qui enim propter iniquitates & peccata mundi sic tactus erat dolore cordis infamefecus, vt æterni supplicij mundo diluuium præpararet, postquam lac bibit de Virgine, quasi de vino potatus & lactificatus corde, tanquam oblitus tristitiæ quam induxerant mundi malitiæ, à supplicijs ad misericordiarum beneficia se conuertit. Hæc melius notata inuenies titulo de vberibus Mariæ.

Item de hac inebriatione dicit ipsa Eccl. 24. Dixi, Rigabo hortum plantationum. Hoc habes expositum, quod Maria aqua ductus. Sequitur. Et inebriabo partus mei fructum. Fructus partus est filius, qui dicitur fructus, quia reficit: & quia toto se cibatur animam, quia totus est desiderabilis. Cant. 5. Est enim manna de cælo veniens. Exod. 16. Panis omnis delectamenti. Sap. 16. Fructum dicit partus, vt notetur singularis partus Virginis: quia partus

Virginis fructum habuit, non damnum, delectationem, non dolorem. Eva enim peperit cum dolore & damno propriæ substantiæ: dolor enim est sensus diuisionis continuorum, & talis non potest esse sine deperditione substantiæ. Ipsa autem beata Virgo peperit sine dolore: & in hoc singularitas partus ostenditur. Dicitur enim Euz, In dolore paries. Sed partus beatæ Virginis fuit fructus: quia sine dolore, id est, sine naturalium læsione. Propter quod dicitur ei: Aue, id est, sine vz. Hunc fructum inebriat ipsas quasi vino triplici, vt obliuiscatur iniurias sibi illatas à peccatoribus. Et de facili potest inebriari: quia paruulus est Isa. 9. Inebriat autem primo vino compassionis peccatoribus compatiendo. Secundo vino deuotæ orationis pro eis orando. Tertio vino lætitiæ & exultationis, proficientibus congruendo. Primum vinum est de vineis Engaddi. Cantic. 1. quod interpretatur oculus tentationis: nam ex eo quod oculum habet ad vitam humanam quæ non nisi tentatio est. Vnde Iob 6. dicit alia litera: Tentatio est vita hominis super terram. Ex hoc necesse habet compati. Secundum vinum est vinum Libani. Osee vlt. Memorabile eius sicut vinum Libani: quia deuota oratio nascitur ex candore & munditia mentis, & ex eo quod mundissimam habet mentem, potest deuotè orare mouente compassione. Tertium vinum est quod lætificat Deum & homines. Iudic. 9. Primo vino ostendit se inebriari Cantic. 2. Ostendè mihi faciem tuam. Et post: Sonet vox deuotæ orationis in auribus meis. Et hoc: quia dulcis est, id est, inebrians me. Vnde quasi inebriatus dicit. 3. Reg. 2. Pete mater mi, &c. Tertio vino dicit se inebriatum, congratulationi beatæ Virginis magis congruendo, & gratiam multiplicando. Item Cantic. 8. ostendit mater cuiusmodi poculo dilectum suum potauerit, vbi dicit filio: Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malagranatorum meorum. Vinum conditum dicit charitatem conditam melle deuotionis & aromatibus bonorum operum. Malagranata vocat contubernia bonorum operum contenta sub cellulis singularum virtutum, & ex eis procedens suauitas dicitur mustum malagranatorum. Et signanter additur meorum: quia malagranatis ipsius nulla aia comparantur.

Viso quomodo Deus refectus & potatus est in hoc horto, videndum est quomodo ipse satius alios satiare vult ex eodem. Dicit ergo familiaribus suis & amicis matris suæ: Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi Cant. 5. Videri siquidem poterat, quod Christus sibi appropriasset omnia quæ delectare poterant in hoc horto, cum pronomen appropriationem significans singulis adiecerit, dicens: Fauum meum, vinum meum, & huiusmodi. Sed licet ipse quasdam habeat delicias speciales in Virgine, vt pote qui eius prærogatiuas nouit, quas mens humana non capit, nihilominus tamen quilibet fidelis secundum mensuram acceptam inuenit in beata Virgine quid comedat & quid bibat. Inuenit vnde pascatur & confirmetur in bonum, inuenit vt lætificetur cor suum, inuenit vnde inebriari valeat, vt quæ prius in mundo dilexerat, de cætero ad memoriam non redu-

cat. Dicit ergo: Comedite amici, id est, delectamini in fructibus huius horti, bibite & inebriamini charissimi, de vino quod vobis propinat vitis illa quæ dicit: Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris. Quæ etiam dicit: A generationibus meis implemini. Imò quæ expressius dicit: Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Quasi diceret: Qui dulcedinem meam gustauerit in præfenti, adhuc plus de ea desiderabit experiri.

7. Pascit Maria suos conuiuas. Primò & digniori modo glorioso fructu suo qui est Christus, quem sumimus in sacramento, qui fructus fructuum dulcis super mel & fauum, in quo plena est & vera refectio quantum ad militantes, vera & æterna fruitio quantum ad triumphantes, & propter utrosque dicit Christus. Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, &c.

Secundò carne sua virginali. Vnde dicit: Qui edunt me, adhuc esurient, &c. Similiter in sacramento ubi sumitur caro Christi: quia caro Christi & caro Mariæ, sicut caro matris & filij vna caro. Vnde Apostolus loquens de matre & filio. 1. Corinth. 6. Erunt, inquit, duo, id est, Christus & Virgo in carne vna. Simile dixit Adam Genes. 2. Delicatissimum ferculum carnem Virgineam manducare.

Tertio verbis suis positus in Euangelio, quæ verba Dei sunt, & quæ docuit eam Spiritus veritatis: quia non in solo pane viuit homo, &c. Matth. 4. Propter hoc de ea dicitur Eccl. 15. Cibavit illum, id est, amatorem suum pane vitæ & intellectus, id est, doctrina verbi Dei, quæ dat intellectum credentibus, & hoc in præfenti, & in futuro pane Angelorum, id est, Dei fruitione. De quo pane dicitur Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Vel pane vitæ, id est, filij sacramento, qui est panis viuus qui de cælo descendit. Ioan. 6. conferens hic vitam gratiæ, in futuro vitam gloriæ. Ipsa enim procurat amatoribus suis gratiam dignè celebrandi & communicandi. Et statim subditur de effectu illius panis: Et firmabitur, scilicet dignè communicans in illo pane, quia hic est panis confirmans cor hominis in gratia & virtute. Et non flectetur, id est, non cedit tentationi, vel tribulationi, vel hæreticæ prauitatis. Et continebit illum, id est, in vnitare Ecclesiæ cum aliis fidelibus tenebit. Et non confundetur, id est, non frustrabitur à desiderio suo. Vel non confundetur in die iudicij cum impiis. Et exaltabit illum apud proximos suos, scilicet Angelos & homines beatos.

Quartò quasi quibusdam delicatissimis ferculis exemplis suæ sanctissimæ & virtuosissimæ conuersationis. Vnde dicit: Qui edunt me, id est, qui meam conuersationem sibi incorporant, adhuc esurient: quia non parit fastidium, sed desiderium. Conuersatio enim sancta cuiuscumque quæ trahitur in exemplum, cibus est spiritualis reficiens & saginans. Vnde dictum est Petro Ioan. in fine: Pasce oues meas, exemplo scilicet honestæ conuersationis. Multò fortius ergo pascit & reficit conuersatio Virginis, cum

ipsa sit panis omne delectamentum in se habens & omnis saporis suauitatem Sapient. 16. Ideò dicit ipsa Cantic. 5. Comedite, & eritis amici: bibite, & inebriamini, & eritis charissimi. Imitatio autem operum illius duplex est. Vel exemplo eius bene operari, & hoc est edere: quia masticando laboratur. Vel exemplo eius in se extinguere prauas concupiscentias, & hoc est bibere in quo sitis extinguitur.

Quinto modo pascit seipsa quasi totaliter. Ipsam enim comedere est amore & deuotione ipsam spiritualiter reficere. Ipsam enim comedit quasi fauum mellis, qui in eius eloquiis delectatur, dicens illi: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, &c. Item qui virtutes eius & beneficia sæpissimè ad mentem reuocans prorumpit in vocem confessionis & laudis, vt in voce exultationis & confessionis sit locus taliter epulantis. Propter hoc ei competit illud quod dicitur de superna Ierusalem Isa. 51. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, ab illis scilicet qui eam comedunt: gratiarum actio & vox laudis. Propter hoc etiam dicitur Eccl. 49. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & quasi musca in conuiuio vini.

Sextò pascit omni edulio delicato & sapido: quia esca vniuersorum in ea. Daniel. 4. Nam ipsa est arca, de qua dixit Deus Pater vero Noè, id est, filio carnem sumpturo Genes. 6. Tolles tecum ex omnibus escis quæ mandari possunt, & comportabis apud te. Ipsa siquidem pane vitæ nos reficit, vt dictum est, carnis agni immaculati. Exod. 12. frumento primo si fuerimus columbini. Ezech. 26. pisce fidei, ouo spei, pane charitatis, pomis odoriferis sanctæ opinionis, vna passa, id est, memoria passionis, malogranatis in quibus sub vno cortice multa grana ordinabiliter disponuntur, faciens nos conseruare & diligere vnitatem fraternitatis. Nam ipsa est quæ precibus suis facit inhabitare vnius moris in domo Ecclesiæ vel religionis, pisce asso subministrans nobis gratiam fraternæ compassionis. Piscis enim assatur quando pius affectus aliena miseria vratur. Sic assatus erat Apostolus cum dicebat. 2. Corinth. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Propter hoc Dominus piscem assum comedit Luc. 24. quia miserantium pius affectus dulciter sapit ei. Pascit etiam nos melle deuotionis, & exhilarat facies nostras oleo lætitiæ spiritualis.

8. Item cum ipsa sit dispensatrix & pincerna gratiarum, imò vitis & cella vinaria. Vnde dicit Cantic. 2. Introduxit me rex in cellam vinariam, vel in cellaria sua, vbi non solum potatur à dilecto suo quin & amicis suis hauriens refundit, qui de eius plenitudine omnes recipiunt gratiam pro gratia, dilectores suos & conuiuas potat vino & potu multiplici, & largitur differentias potuum secundum differentias potatorum. Et quod ipsa sit pincerna sanctorum, ostendit Proverb. 9. dicens: Bibite vinum quod miscui vobis. Et Cantic. 5. dicit conuiuiis suis: Bibite & inebriamini charissimi. Quod etiam sit pincerna Domini, dicit Cantic. 8. vbi loquitur dilecto: Dabo tibi poculum ex vino condito, &c. vt supra.

Propinat

Propinat hæc pincerna mustum forte & calidum spirituales gratiam primò gustantibus, quo calefacti & à se alienati in amorem matris & filij dulciter inardescunt, potando siquidem pauper cornua sumit, quæ sunt Christi dilectio & Mariæ, vel dilectio Dei & proximi. Isidorus dicit, quod mustum vinum est statim è lacu sublatum. Dicitur autem creditur mustum, quia limum & terram quæ dicitur mus, unde humus, habeat in se commixta. Vinum autem dicitur, eò quod potus eius venas sanguinis citò repleat: veteres enim vinum venenum appellauerunt, sed postquam inuentum est virus lethifesi succi, hoc vinum vocatum est, illud venenum. Unde Hieronymus in libro de virginitate: Virgo Christi vinum fugiat vt venenum, ne pro ætatis calore feruenti vinum bibat & pereat.

Vinum compunctionis pœnitendo lugentibus, qui dicere ei possunt: Potasti nos ô Maria vino compunctionis.

Vinum lætitiæ spiritualis de impetranda verba per eius adiutorium spem concipientibus: de quo dicitur, Vinum lætificet cor hominis.

Vinum mixtum deuotionis ipsam ex corde inuocantibus. Hoc non debet bibi sine aqua lachrymarum, ne reddat hominem presumptuosum: & de hoc dixit ipsa filio, Vinum non habent. Et hoc bibitur in nuptiis Christi & animæ pœnitentis ad ipsum redeuntis: & talibus dicit ipsa Prouerb. 9. Bibite vinum quod miscui vobis.

Vinum defæcatum aduersus vitia reluctantibus. Siquidem mustum semper in motu est, donec putum ab impuro separatur, & donec impurum infra, ita quod subint fæces. Sic debet ratio superponere se sensualitati & carni & quibuslibet vitiis & peccatis. Ideò dixit Dominus ad Cain Gen. 4. Sub te erit appetitus eius, id est, sensualitatis vel peccati, & tu dominaberis illius.

Vinum doctrinæ spiritualis sapientiam filij, quæ vera est, libenter addiscentibus. Hoc est vinum germinans virgines, hoc est, teuirginans corruptas prius mentes. Zach. 9. Hoc vinum propinat ipsa reuelans quibus vult occulta mysteria Scripturarum.

Vinum duræ increpationis quibusdam horribiliter delinquentibus. Hoc vinum propinavit ipsa Theophilo quem de impietate sua austerè coarguit, sed addidit oleum consolationis, ne de filij misericordiam desperaret, & sic vulneribus eius spiritualibus infudit oleum & vinum Luc. 10.

Vinum amineum, id est, album ab à quod est sine, & minio, castitati studentibus. Et hoc est vinum germinans virgines. Zach. 9. id est, virgines cogitationes & affectiones. Germen principium est rei crescentis: & humilitas semper dicit, Nunc cepi. Ideò in germine accurrit humilitas.

Vinum roseum, quod scilicet rubet vt rosa, charitate feruentibus. Et hoc est vinum vel sanguis ille in quo ludas lauat stolam suam & palium Gen. 49.

Vinum humanæ redemptionis, super salutis patientibus. Ad hoc vinum inuitat ipsa cum

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

filio Isaïæ 55. dicens: Omnes sitientes, &c. Venite, emite absque argento vinum & lac, vt possit dicere redemptus illud Cant. 5. Bibi vinum meum cum lacte meo.

Vinum meracissimum, sacramentum filij sui dignè recipientibus, de quo Deuter. 32. Ecce sanguinem vuz biberent meracissimum. Hoc vinum propriè dicitur vinum passum: quia de vuz passa exprimitur; id est, de corpore IESV CHRISTI.

Floratum natiuitatis sibi & filio seruire incipientibus.

Rasparum humilitatis fæces peccatorum concalcantibus. Vel fæces suas, id est, peccata per oculos cordis habentibus. Qui dicunt cum Psal. Peccatum meum coram me est semper.

Ferratum ad honorem suum & filij sui vitam suam arctantibus.

Gariophilatum aromatizans saporosè & dulciter se & filium laudantibus.

Pigmentum conditum speciebus cœlestibus dulciter & suauiter de se cogitantibus. Et dicitur pigmentum quasi purus gustus mentis.

Claretum lapidissimum, filij passionem & suam compassionem deuotè recolentibus, & tam filio quam matri ex toto affectu compatiuntibus. Conficitur autem claretum ex pretiosissimis speciebus & vino optimo quod studiosè colatur per eas. Duo ad hoc colatoria dedit nobis Deus Pater. Vnum fuit corpus Christi IESV, aliud cor Mariæ. Vinum huius clareti. Vel sanguis Christi qui est vuz, de quo dicitur Sanguinem vuz biberent meracissimum. Vel doctrina de Dominica passione, de quo vino Prouerb. 31. Date vinum his qui amaro sunt animo, scilicet ex compassione Christi patientis. Species aromaticæ huius clareti singulæ & vniuersæ circumstantiæ passionis, scilicet tristitia, mœstitia, paupor, tardium, sudor sanguineus, Iudæ proditio, manuum ligatio, faciei velatio, colaphi & palmate, sputa, flagella, minæ, probæ, clauis, lanceæ, spine, lachrymæ, fel, & acerum, & vinum myrrharum, & cætera huiusmodi. Quidquid autem poenæ & doloris transiit per corpus filij, per matris animam pertransiit iuxta sententiam Simeonis. Luc. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, &c. Propter hoc corpus filij & anima matris rectè possunt duo colatoria nominari. Nec solum colatoria, imò & apothecæ omnium specierum aromaticarum, id est, omnium virtutum generum & donorum. Atque enim fuerunt hæc species & minutim contrite in stomacho humilitatis passionis, tribulationibus dicitur, vel quibusdam pillulis, quando Christus attritus est & commolitus propter scelera nostra. Isa. 53. Et hic fuit vniuersus palus pigmentum, id est, Christi, de quo mentio fit Cant. 3. & Exod. 30. Quare infra de hac matris, titulo de aromatibus horti conclus.

Propinat hæc pincerna vinum vetus & suauis oleum, in amoris ipsos persecutantibus. De hoc vino dicitur: Vinum novum amicum novus veterascet, & cum gaudio bibes illud.

Rosatum aromaticum perfectis, dissolui & esse

esse cum ipsa desiderantibus. Siquidem ex feruentissima charitate quæ figuratur in rosa, quæ intermissum ruboris est, procedit tale desiderium.

9. Vinum honorarium in nuptiis Assueri & Esther, id est, Christi & Ecclesiæ discumbentibus. Hoc est vinum præcipuum & abundans, de quo legitur Esther 1. Et dicitur honorarium: quia & principibus & potentibus honoris gratia præferuntur: & hoc vinum Isa. 25. appellatur vindemia defæcata: quia commixtione alicuius contrarij bibitur. In his nuptiis ministrat beata Virgo, cui conuenit illud Luc. 12. Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis: & ipsos incitat ad comedendum & bibendum, dicens illud Cant. 5. Comedite a me, & bibite, & inebriamini charissimi.

Quod beata Virgo sit pincerna ipsius filij, ostendit ipsa Cant. 8. ubi promittit dilecto suo, dicens: Dabo tibi poculum ex vino condito, & muntum malgranatorum meorum, sicut supra expositum. Item quod sit pincerna iustorum, ostendit Prou. 9. dicens: Bibite vinum quod dicitur vobis. Ideo designatur per Rebeccam Gen. 24. quæ de hydria sua potauit Eliezer & camelos, id est, Christum & iustos. Item quod sit pincerna beatorum, ostendit Cant. 5. vbi dicit quati loquens ipsis beatis: Bibite & inebriamini charissimi. Potest etiam dici pincerna illorum qui sunt in purgatorio, & illorum qui puniuntur in inferno. Potest etiam dici de matre illud quod dicitur de filio in Psal. 74. Calix in manu Domini, vini meri, plenus mixto. Et inclinavit ex hoc in hoc, &c. Calix dicitur à calon Græco quod est lignum Latine: quia antiquitus habent calices de ligno non de metallo. Potest dici calix iste quidquid à matre & filio unicuique iuste retribuitur. Vel calix iste communiter quidquid ab ipsis propinatur. Dicitur calix in manu Domini vel Dominæ, id est, in potestate vini meri æternæ iocunditatis quoad beatos ubi nihil tristitiæ admisceatur. Prou. 14. Cor quod nouit, &c. vsque, in gaudio eius non miscebitur alienus, id est, alicuius tristitiæ metus vel motus. Hoc vino mero inebriantur ipsa comedentes in mensa Domini, qui inebriantur ab vbertate domus Dei, quæ est ipsa: & torrente voluptatis potantur ab ea. Ibi enim apponit conuiuuium vinum præcipuum & abundans in nuptiis Esther & Assueri qui interpretatur beatus, scilicet Christi & Ecclesiæ, sicut Esther 1. dicitur de conuiuio quod fecit Assuerus. Calix ergo iste vini meri est quoad sanctos, qui sunt in patria. Plenus autem mixto dicitur calix iste quoad sanctos qui adhuc sunt in via, & quoad eos qui adhuc puniuntur in purgatorio, quibus ipsa miscuit vinum: quia licet sperent, tamen affliguntur expectando: nam spes quæ differtur, affligit animam. Prou. 14. & risus spei dolori vexationis miscetur. Prou. 14. Ideo calix hic dicitur plenus mixto. Vel ideo plenus mixto: quia tribulatio præsens potest conuerti ad præmium, & ad tormentum. Sed quomodo miscetur, subiungit Psal. cum dicit: Et inclinavit ex hoc in hoc, scilicet ex vno vase in aliud vas. Sed quandoque vas continens vnum vinum vel vnum liquorem, inclinatur in vas continens aliud vinum. Sic enim

filii & mater seruiantibus suis in calicem tribulationis inclinant calicem æternæ iocunditatis, ubi sunt multæ bonæ species tribulatis consolationis infundendo de consideratione retributionis. Et hoc sæpe experti sunt qui Mariæ deuotè seruiunt. Illos etiam qui studiosè seruiant in hac vita, creditur ipsa misericorditer in purgatorio visitare, & aut verbum solatij, aut iocunditatem suæ visionis, aut aliquod spiramentum iocundis odoris, aut aliquid huiusmodi quo refocillentur & leuius ferant, ipsis pie creditur impartiri. Illi verò miserissimi potatores qui non possunt modo separari à calice aureo Babylonis, de quo legitur Ierem. 51. & qui nolunt modo de mixto bibere penitentiam faciendæ, toto ebibito quod delectabile est, tandem in inferno bibiturus sunt in æternum solas fæces. Ideo sequitur: Verumtamen fæx eius non ex exinanita. Fæx huius calicis pena est inferni, quæ non potest exinaniri, quia perpetua est. Et hoc est quod sequitur. Bibent ex eo calice, omnes peccatores terræ. Hoc nomen, peccator, sæpe sonat in quandam antonomasiam: & ideo illi qui directè peccant in Mariam, vt hæretici, Iudæi, blasphemi, & quilibet malè sentientes de ea, dici debent antonomastice peccatores, cum de facili non possit quis peccare grauius quam in matrem Saluatoris. Sed tales potabit ipsa prædictis fæcibus, quod de Iuliano apostata manifestè apparuit, quem filio eius blasphemantem & beato Basilio seruo suo comminantem Mercurius miles ad præceptum eius suscitatus, lancea interfecit. Sic igitur ex isto calice illi qui sunt supra, scilicet beati, bibunt quod est supra, id est, purum & merum. Illi qui in medio, id est, iusti, & hi qui purgantur, id quod est in medio, id est, mixtum. Et ita damnatis qui inferius sunt, non restant nisi fæces quæ descendunt inferius in calice sæpe dicto.

Locosus, vt huic horto videatur conuenire in bono illud quod dicitur. 1. Cor. 10. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Ipsa enim designatur per arcam testamenti, de qua legitur. 2. Reg. 6. quod David inducens eam in Ierusalem saltabat totis viribus ante Dominum, accinctus ephor lineo, vel stola byssina, sicut dicitur 1. Paral. 15. Similiter saltandum est & tripudiandum coram beata Virgine sine fictione. Quod notatur per hoc quod dicitur, quod David saltabat totis viribus. Quod etiam notatur in exultatione Ioannis in utero matris Luc. 1. Et hoc ab accinctis ephor & lineo & stola byssina, quibus signatur munditia carnis & spiritus, sine qua mater & filius nequeunt honorari. Et percutiendum est in organis armigatis, id est, ab armo dependentibus, quibus figuratur operatio bona, & sacrificetur bos & aries, id est, lasciuia & pigritia. Ludit igitur in hoc horto vel ante hanc arcam, qui attendens magnalia quæ facta sunt in Maria, præ gaudio congratulationis prorumpit in vocem exultationis. Isa. 51. Gaudium & lætitia inueniuntur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Bene autem laudat, qui potest dicere cum David: Ludam & villor fiam, id est, humiliabor in oculis meis. Et qui se discooperuit per confessionem cum scurtis, & cum illis quos mundus

mundus irridet. Item in hoc horto vel ante hanc arcam tot saltus facimus, quot salutes ei flexis genibus dicimus, vel quot venias ante altaria seu imagines eius accipimus.

CAPVT II.

De delectabilibus huius horti.

1. Hortus conclusus foror mea sponsa, &c. Quoniam in horto concluso & fecundo multa solent delectabilia reperiri, quibus singulis membris & sensibus potest fidelis anima recreari: idè sub breuiloquio collegimus non in toto, sed in parte delectabilia huius horti, quæ subscriptis versibus melius poterunt memoriam commendari.

Fons, odor, herba, viror, folium, flos, ramus, & arbor,

Vmbra, refrigerium, modulatio, delicia, ros,

Fructus, temperies, vbertas, potus, & esca,

Secretum, requies, somnus, clausura, serenum,

Mundicia, latebra, tutum, medicina, iocosum.

Hæc omnia sunt Filio Dei gloriosa Virgo, & hæc omnia est ipsa nobis: quia omnibus omnia facta est vt lucrificat vniuersos. Horum autem delectabilium partem petstrinximus in versibus supra dictis, & partem aliam in hoc capitulo perstringemus.

2. Primum igitur & vnum de maximis delectabilibus fuit vmbra refrigerans: quia virtus Altissimi obumbravit Mariæ, & per carnem assumptam ex ea ipsam in vmbraclum Ecclesiæ præparauit, vt & obumbrata obumbrans merito dici possit, cui ab Angelo filium nuntiantem dictum est Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Spiritus sanctus superueniet in te: quia de Spiritu sancto concipies. Tu qui audis, quod Maria de Spiritu sancto concepit, fideliter sic intellige. Sicut verbum Dei imago Patris est, sic anima Christi imago est Spiritus sancti. Nec loquor modo de illa imagine pro qua homo ad imaginem Dei factus esse dicitur. In rebus corporalibus imago alicuius esse dicitur, quod expresse formam illius cuius est imago, habet. Sicut autem corporalia formas suas habent ita, & spiritualia. Forma autem Spiritus sancti gratia septiformis est, non forma quæ sit in spiritu, sed quæ de Spiritu sancto: sicut claritas quæ est in pariete, dicitur claritas solis, non quæ sit in sole, sed quæ est de sole. Homo ergo Christus de Spiritu sancto conceptus est: quia formam Spiritus sancti excellenter accepit, hoc est, gratiam septiformem. Vt ergo non sit materiale, sed formale Christus de Spiritu sancto conceptus est, non cui Spiritus sanctus materiam feminis attulit, sed cui formam sanctitatis inter omnes creaturas elegantius impressit.

3. Item Spiritus sanctus superueniet in te. Vt dicitur D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

nit Spiritus sanctus ad Virginem per electionem, fecit autem per sanctificationem, appropriavit per allocutionem, superueniens tandem, hoc est, super vā iens per illam ineffabilem incarnationis operationem. Triplex enim vā inflicta fuerat cunctis filiabus Euz ob demeritum transgressionis eius. Primum, corruptio carnis. Secundum, priuatio animi. Tertium, pena damnationis, donec Spiritus sanctus scilicet in Maria superueniens, hoc est, super vā iens, ab ipsa totum illud vā abstulit, vt nec carnis corruptio impuram, nec præuatiatio mentis ream, nec damnatio miseram constitueret. Et nota, quod in natura humana erat antea duplex infirmitas. Vna procedens ex superabundantia humorum, id est, carnalium desideriorum. Altera ex frigiditate quæ erat desperatio cælestium promissorum. Has duas infirmitates sanauit Spiritus sanctus medicus suis contrariis, scilicet calido frigidum, & humidum sicco. Calidum in beata Virgine fuit ardor & desiderium cælestium, quo curatum est frigidum desperationis. Siccum fuit propositum continentie & virginitatis, quo curatum est humidum rotius concupiscentie carnalis. Ideo sequitur. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi, quod est, ab ætate carnalium desideriorum, quem extinguit, in te prestat refrigerium. Sed cum virtus Altissimi, id est, Filius Patris sit lux inaccessibilis. 1. ad Tim. 6. & sol iustitie & lucifer suæ stella matutina, videtur potius debuisse dicere, illucebit, quam obumbrabit: cum ea quæ lucida sunt, magis claritatem quam vmbra solent ministrare. Quod forte verum esset, nisi iuxta formam rerum naturalium etiam Dei miracula pensare possemus. Omne siquidem vmbrosus corpus in natura rerum suam vmbra iacit in illud quod oppositum est ei à quo claritas procedit. A simili attende hic de hæc obumbratione. Res à quo claritas processit, fuit diuinitas verbi. Oppositum huic splendori, fragilitas nostre mortalitatis. Christi verò humanitas in conceptione vnicò verbo suscepit in se splendorem diuinitatis, sicque diuinitati & nostre fragilitati interposito non solum Mariæ, sed & toti mundo: vmbrauit, vt obumbrationem intelligas assumptæ carnis meditationem. Et sicut radius solaris iubarum vmbra oppositorum sibi corporum ad diuersa loca transmittit, sic Christus sol iustitie suæ humanitatis obumbratione extendit ad diuersas partes Ecclesiæ diuersis temporibus. Ad Orientem vmbra iecit, cum in suæ conceptione de cælo descendens & formam serui assumens, dedit humilitatis exemplum. Ad Occidentem, cum in passione contrulit peccati remedium. Ad Aquilonem, cum descendens ad infernum, ipsum momordit. Ad Meridiem, cum ascendens testes glorie suæ transiit in cælum.

4. Item Spiritus sanctus superueniet in te. Primum veniet per sanctificationem Virginis, superueniet per sanctificationem conceptus virginis. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Intellige de illa virtute de qua in Psal. Notam fecisti in populis virtutem tuam, &c. Et de qua dicit Apostolus. 1. Corin. 1. Christus est Dei virtus & Dei sapientia. Hæc virtus obumbravit

Manu. Vnde dicit ei Pater Iſa. 51. In vmbra manus mee protexi te. Manus Patris per quam operatus est Filius. Et hæc vmbra fuit infirmitas carnis aſſumptæ, quæ ſplendor diuinitatis ita temperatus pariter & obumbratus eſt, vt in hac obſcuritate caperet eum vterus Virginis, quæ non ſua diuinitate omnium rerum capere non potuit amplitudo. De hac vmbra dicitur Cant. 2. ex perſona Mariæ: Sub vmbra illius quem deſideraueram, ſedi. Vmbra autem quæ obumbrat nobis, fuit ignominia paſſionis, quando factus in humilitate, ſpecioſitas in deformitate, potentia mutata apparuit in infirmitate, quando ſpecioſus forma deformis factus eſt, & vmbroſus, & quali abſconditus vultus eius. Iſa. 53. vt eſſet luidus plagis, illitus ſputis, morte pallidus, & omnimodis opprobriis ſarcinatus. Hæc enim circa ipſum mutatio, noſtra fuit obumbratio. Et cum multæ mutationes circa ipſum fuerint, ſola hæc nobis obumbrat. Mutata enim fuerat ſublimitas eius in humilitatem, quando formam ſerui accepit: infirmitas in diuinitatem, quando in tranſfiguratione gloria adatas apparuit: mutabilitas in æternitatem, quando à mortuis reſurrexit.

Item ſuper illud verbum Angeli Luc. 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, dicit beatus Bernardus. Superius dicta eſt fuiſſe gratia plena, & nunc quo modo dicitur: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te? Nihil quid potuit repleri gratia, & nihil habere Spiritum ſanctum, cum ipſe ſit dator gratiarum? Si autem iam Spiritus ſanctus in ea erat, quomodo adhuc tanquam nouitæ ſuperuenire potuit? An forte idem non dixit ſimpliciter, venit in te, ſed addidit & r, quia & prius quidem in ea fuit per multam gratiam, ſed nunc ſuperuenire nuntiatur, propter abundantioris gratiæ plenitudinem quam effuſurus eſt ſuper illam? An verò cum plena iam ſit, illud amplius quomodo capere poterit? Si autem plus aliquid capere poteſt, quomodo & antè plena fuiſſe intelligenda? An prior quidem gratia eius tantum replèrat mentem, ſequens vero etiam ventrem perſuadeere debet, quatenus ſcilicet plenitudo diuinitatis, quæ antè in illa, ſicut & in multis ſanctorum ſpiritualiter habitabat, etiam ſicut in nullo ſanctorum corporaliter in ipſa habitare incipiat? An namque: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiffimi obumbrabit tibi? Quid eſt, & virtus Altiffimi obumbrabit tibi? Qui poteſt capere, capiat. Quis enim, excepta fortis illa quæ hoc ſola in ſe feliciffimè meruit experiri, intell. & capere, ratione diſcernere poſſit, qualiter ſplendor ille inacceſſibilis viginis ſeſe viſceribus infuderit, & vt illa inacceſſibilem accedere ad ſe ferre poſſiſſet, dum de portiuicula eiufdem corporis qui ſe animatè contemporauit, reliquæ maſſæ vmbra-culum fecerit? Et fortis propter hoc dictum eſt, Obumbrabit tibi, quia res nimirum in ſacramento erat, & quod ſola per ſe Trinitas in ſola & cum ſola Virgine voluit operari, ſoli datum eſt noſce cui ſoli datum eſt experiri. Dicitur ergo: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, qui vtrique ſua potentia fecundabit te. Et virtus Altiffimi obumbrabit tibi, hoc eſt, illum

modum quo de Spiritu ſancto concipies, Dei virtus, Dei ſapientia Chriſtus, ſic in ſuo ſecreſiſſimo conſilio obumbrando conteget & occultabit, quatenus ſibi tantum notus habeatur & tibi. Ac ſi Angelus reſpondeat ad Virginem. Quid à me requiris, quod in te mox experieris? Scies ſcies & feliciter ſcies, ſed illo doctore quo & auctore. Ego autem miſſus ſum nunciare virginalem conceptum, non creare. Nec poteſt doceri niſi à donante, non poteſt addiſci niſi à ſuſcipiente.

Aliter. Obumbrabit tibi. Miſcuit autem Dominus aquam vino, ſicut dicitur Prouerb. 9. id eſt, diuinitatem humanitati vnuit in ſua perſona, & fulgorem diuinitatis nube humanitatis temperauit, aliter tantum fulgorem humanus aſpectus ferre non poſſet. Vnde beatus Bernardus: Claritatem ſolis æterni nec illius ſingularis aquilæ, id eſt, beatæ Virginis ſuſtinere poſſiſſet aſpectus, niſi nube carnis obumbraretur. Iſa. 33. Quis poterit habitare cum igne deuorante, &c. Deut. 4. & ad Hebr. 13. Deus noſter ignis conſumens eſt. Ideo Matth. 13. Pater in nube apparuit, quæ habet vmbra contra ſplendorem, refrigerium contra ardorem. Item, Obumbrabit tibi contra omnem tribulationem protegendo: quia ſicut vmbra-culo tegitur quis à calore ſolis ne noccat: ſic gratia Spiritus ſancti Virginem protegit ab omni infeſtatione. Vnde interli. Dabo tibi vmbra contra omnem tribulationem. Item, Obumbrabit tibi, non lædendo, ſicut vmbra nec lædit, nec grauatur, ſed refrigerium præſtat. Beda: Virtus vegetans vmbra refrigerans, Spiritus ſanctus eam fecundauit, virtus à corruptione ſeruauit. Item obumbrabit tibi, id eſt, de carne tua corpus quali vmbra-culum ſibi contemperabit. Item obumbrabit tibi, id eſt, ſecretam hanc generationem te ſola conſcia operabitur. Beatus Bernardus: Illi ſoli datum eſt noſce, vt ſupra. Item obumbrabit tibi, id eſt, te per carnem ſumptam in te in vmbra-culum Eccleſiæ præparabit.

Item Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Beda: Superueniens in Virginem Spiritus ſanctus duobus modis in ea diuinæ ſuæ potentie efficaciam oſtendit. Quia & mentem illius adeo, quantum humana fragilitas patitur, ab omni vitiorum ſorde caſtificauit, vt caeleſti eſſet digna partu, & vtero illius ſanctum ac venerabile redemptoris noſtri corpus ſola ſui operatione creauit, id eſt, nullo virili interuenienti attractu carnem de carne Virginis ſacroſanctam de intemerata formauit. Quem enim prius aperte Spiritum ſanctum dixit, hunc ipſum denuò virtutem Altiffimi nominauit. De quo Luc. 24. Sedere in ciuitate quoaduſque induamini virtute ex alto. Obumbravit autem beatæ Dei genitrici virtus Altiffimi: quia Spiritus ſanctus cor illius cum impleuit, æſtum concupiſcentiæ carnis temperauit, emundauit à deſideriis temporalibus, ac donis caeleſtibus mentem ſimul illius conſecrauit & corpus. Et virtus Altiffimi obumbrabit tibi. Beda: Vmbra à lumine & corpore obiecto ſolet formari. Virtus ergo Altiffimi obumbrabit tibi Mariæ, dum incorporea lux deitatis corpus in ea ſuſcepit humanitatis. Ex his patet, quòd ideò beatæ Virgini Spiritus

Spiritus ſanctus dicitur obumbrare: quia in eius virtute vnita eſt deitas formæ ſeruili, tanquam res obſcura lumini ſit obiecta, vt obſcuritas ad formam ſerui & ad alacritatem deitas reſeratur.

Item Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. Magiſter Hugo de ſancto Victore: Concepit Maria de Spiritu ſancto, non quod de ſubſtantia Spiritus ſancti ſemen partus accepit, ſed quia per amorem & operationem Spiritus ſancti ex carne Virginis diuino partui natura ſubſtantiam miniſtrauit. Nam quia in corde eius amor Spiritus ſancti ſingulariter ardebat, ideò in carne eius virtus Spiritus ſancti mirabilia faciebat. Et cuius dilectio in corde illius non ſuſcepit ſocium, id eſt, amorem alium, eius operatio in carne eius non habebat exemplum. Ideò dictum eſt: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiffimi obumbrabit tibi. Spiritus nanque ſanctus Virgini ſuperuenit, vt per eius operationem caro Chriſti de carne Virginis formaretur. Et virtus Altiffimi obumbravit ei, ne ſubſtantiam carnis miniſtrans carnali concupiſcentia yeretur. Et ſic intelligendum videtur, quòd de Spiritu ſancto Maria dicitur concepiſſe.

Item quia redemptio mundi ex benignitate fuit. Benignitas autem attribuitur Spiritui ſancto. Ideò venturus in mundum Filius Dei de Spiritu ſancto dicitur incarnatus. Vel de Spiritu ſancto, id eſt, de bonitate Dei. Vel ſic. Superueniet, id eſt, ſuper omnes mortales veniet in te. Item ſuperueniet, id eſt, ſuper meritum veniet. Vel ſuperueniet, id eſt, ſuper alias veniet: quia Virgo concipies. Vnde ſuperueniet in te, vt totum quod carnale eſt, abſorbeat in te, & te totam faciat ſpiritualem. Vnde & ipſa appellatur anima, non caro. Parab. 25. Aqua frigida animæ ſitienti, id eſt, Mariæ, &c. Vel ſuperueniet, quia deſuper. Vel ſuperueniet, quia ſuper meritam, ſuper cogitatum, ſuper ſperatum, ſuper deſideratum, & ſuper petitum. Non enim poſſiſſet promereri, non audire cogitare, non ſperare, non deſiderare, non petere, vt Filius Dei incarnaretur in ea. Et virtus Altiffimi obumbrabit tibi: quia vmbra in te accipiet, id eſt, carnem leuem & à peccato immunem. Vmbra enim figuram habet corporis, ſed non corruptionis. Vel obumbrabit tibi, id eſt, vmbra tibi faciet, fomitem in te penitus extinguendo. Fuit enim Dominus in conceptione protector potentie, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, vmbra-culum meridiani. Eccl. 34. Fuit enim ei Dominus protector potentie per Spiritum ſanctum, & propter hoc ſpecialiter miſſus eſt ad eam Gabriel, qui interpretatur fortitudo Dei. Fuit ei tegimen ardoris in conceptu, quia concepit ſine culpa, nam per obumbrationem Spiritus ſancti extinctus eſt in ea ignis totius libidinis, imò & cineres, id eſt, fomes peccati, ſopiti ſunt, vt nullus in ea poſſet excitari puritatis. Fuit etiam firmamentum virtutis in partu: quia non laborauit pariendo. Fuit ei vmbra-culum meridiani in paſſione. Quære iſtud, 10. priuilegio eius, vbi agitur de martyrio eius.

Item Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, id eſt, deſuper à patre luminum veniet in te. Et ſicut D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

ſit in oſculo, ſuum ad te ſpiritum ſpirabit Pater, ſicut poſtulaueras dicens de Patre: Oſculetur me oſculo oris ſui. Et virtus Altiffimi obumbrabit tibi, quali tibi, id eſt, ad honorem tuum, vt te matris Dei honoret nomine. Virtus Altiffimi, id eſt, Filius Dei Patris qui dicitur virtus Patris & brachium, obumbrabit tibi, id eſt, vmbra-culum faciet: nam de carne Virginis carnem aſſumendo diuinæ naturæ fecit vmbra-culum, & ſub vmbra carnis ſplendorem diuinitatis obtegit.

Item Spiritus ſanctus, id eſt, amor Patris & Filij in Virgine ſuperuenit, vt præuenta in benedictionibus dulcedinis ſuauiſſimam diuinæ voluntatis deguſtaret. Et virtus Altiffimi obumbrabit ei, vt femina & virgo pauida, eontra annos teneræ ætatis, contra fragilitatem feminei ſexus, in theſauros ſapientiæ & ſcientiæ recipi non timeret. Spiritus ſanctus in eam ſuperuenit, vt eius fructiſſimo illapſu experiretur, quòd ſuauiſſimus eſt Dominus vniverſis, ſed ſibi ſuperexcellenter, quodque miſerationes eius ſuper omnia opera eius, ſed ſuper ſe incomparabiliter. Et virtus Altiffimi obumbrabit ei, vt aſſumptæ carnis velamine interiecto ſuſceptrix & conceptrix maieſtatis effecta nequaquam opprimeretur à gloria. Et ideò dixit ipſa Can. 2. Sub vmbra illius quem deſideraueram, ſedi. Propter fructiferam autem & ſuauem ſuperuentionem Spiritus ſancti ſubiungit: Et fructus eius dulcis gutturi meo.

Item Spiritus ſanctus in Virginem primò veniet, vt prima ſub lege contra legis maledictum immarcidum virginitatis ſtorem Deo voueret. Secundò in eandem ſuperuenit, vt ſola omnium ſeminarum virgo conciperet & pareret Deum & hominem, & virgo permaneret. Virtus quoque Altiffimi obumbravit ei, vt omnem nitorem temporalis gloriæ, omnem fauorem blandientis fortunæ, ab affectu & aſpectu eius præ amore caeleſtium intercluderet. Obumbravit iterum ei, vt eam ab omni incentiuo carnalis illecebræ, non dico temperaret, ſed ſupra anteriorem ſtatum ſupra humanum modum inſtar Angelicæ puritatis inſenſibilem redderet. In ſuperuentione ergo Spiritus ſancti guſtauit & vidit quoniam ſuauiſſimus eſt Dominus, id eſt, Spiritus ſanctus quo concipiebat, in obumbratione virtutis Altiffimi intellexit Dei virtutem & ſapientiam, id eſt, ipſum verbum quod concipiebat: alioquin quomodo de Spiritu ſancto corporaliter conciperet, niſi eiufdem amore ſpiritualiter prius & ſuauiſſime tangeretur? aut quomodo verbum in vterum virginis deſcenderet, niſi & ipſa virgo ad intelligentiam verbi mente taperetur? Prius ergo facta eſt ei ſapientia in mente, quam caro fieret in eius & de eius carne: prius & ipſa ſpiritum conceperat in ſpiritu ſuo, quam de ipſo conciperet in vtero ſuo.

Aliud delectabile eſt lux temperatè illuminans. Iſa. 19. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, id eſt, carnem aſſumet ſolem lucis æternæ inſtar nubis regentem & lippientibus mortalium oculis temperantem. Leuem, id eſt, ſine pondere illo de quo dicitur ad Hebr. 12. Depoſcentes omne pondus: peccatum enim talentum plumbi eſt, de quo Zach. 5. Talentum quod delectat plumbi: quia animam demergit

pondere suo in gehennam. Quod autem Isa. nubem, Salomon vocat nebulam. 3. Reg. 8. Dixit Dominus ut habitaret in nebula. Et quasi seipsum exponens, subiungit pauld post: Ergo putandum est, quod verè Deus habitet super terram. Item Luc. 1. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Virtus hæc Christus est, Dei virtus & Dei sapientia. 1. Cor. 1. De qua virtute dicitur in Psal. Notam fecisti in populis virtutem tuam. Hæc virtus obumbravit Mariæ, & hæc umbra fuit infirmitas carnis assumptæ, qua splendor diuinitatis ita temperatus patitur & obumbratus est, vt in hac obsecratione caperet eum vterus Virginis, quem in sua claritate rerum omnium & capere non potuit amplitudo. Item dicitur ex persona Mariæ Can. 2. Sub umbra illius quem desideraueram, sedi, &c. Umbra hæc refrigerium gratiæ Dei. Aliter. Umbra obscura est, & mysterium Dominicæ incarnationis tantæ obscuritatis est, quod nullus humanus intuitus ipsum præua et per intelligentiam penetrare, nec ipse Ioannes Baptista dicens: Non sum dignus soluere corrigiam calcamenti eius.

11. Aliud delectabile, decursus aquarum & irrigatio fontium. id est, sacrarum fluentia scripturarum. Vnde Luc. 1. Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde. Et pauld post dicitur ibidem: Et mater eius conseruabat omnia verba hæc. Ipsa enim erat armarium scripturarum. Hæc plenè inuenies titulo de sapientia Mariæ. His fluentis tota adhuc irrigatur Ecclesia quæ est hortus Domini. Imò & quælibet fidelis conscientia in doctrina Euangelistarum & aliorum sanctorum, cum quibus ipsa familiariter contulit de incarnatione, gestis & miraculis Saluatoris.

12. Aliud delectabile sunt boni odores virtutum Mariæ, qui confortant spiritus interiores amatorum suorum, & in quibus currunt adolescentulæ post reginam dicentes Can. 1. Trahe me post te, curemus in odore vnguentorum tuorum. A Maria enim trahi exoptat fidelis anima maximè propter tria. Aut quia eam retinet propria ponderositas: aut quia eam retrahit mundi huius suauitas: vel vt ei ageatur perueniendi celeritas. Vel idè trahi petit à Maria fidelis anima: quia sicut dicit Filius de Patre Ioan. 6. Nemo venit ad Patrem nisi per me: sic quodammodo dicere videtur de matre, Nemo potest venire ad me, nisi mater mea suis precibus traxerit eum. Vel sic: Trahe me post te, id est, vim infer carni meæ, vt licet repugnet, tamen desiderio mentis sequat te. Vel sic: Trahe me post te. Trahe inuitam, vt facias voluntariam. Trahe torpentem, vt reddas currentem. Vel sic: Trahe me post te, aut retrendo minis, aut exercendo flagellis, aut blandiendo beneficiis. Vel sic: Trahe me post te, vt per infusionem gratiæ sequatur te liberum arbitrium. Sequitur. Currerem in odore vnguentorum tuorum. Currerem pluraliter, ego scilicet, & alij quos pro posse meo ad amorem tuum inflammaro. Non est enim cortina tabernaculi, id est, Ecclesiæ Dei, qui pro posse suo non attrahit alios ad cultum Dei & Mariæ. Vnde Apoc. in fine sponsus & sponsa dicunt: Veni, & qui audit, dicat, Veni. Odores Mariæ, fragrantia virtutum eius scilicet, umbra, id est, imitatio

eius: vel opera eius & mores, quæ velut vnguenta redolent & fragrant, dolores mitigant, vulnera sanant, & sunt quasi odorifera sequentibus. Item virtutes eius vnguenta eius, quæ debemus esurire per desiderium. De huiusmodi vnguentis dicitur iterum Mariæ Can. 4. Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Ibidem: Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Vnguenta medicinalia sunt & odorifera. Thus signat orationem: nihil enim animæ infirmæ medicinalius, nihil animæ delicate odoratius, quàm quod beata Virgo tam pro iustis quàm pro peccatoribus filium interpellat. Idè dicitur ipsa coronari de cubilibus leonum Can. 4. Leones isti sunt demones, quorum cubilia sunt peccatores, pro quibus orat assidue, & inde glorificatur ab omni rationali creatura. Item odores Mariæ, eius virginis, & humilis virginitas, cuius votum prima emittit, quo odore suauissimo Dei Filium & illexit & torum rapuit, qui illectus & totus raptus de sinu Patris salit in vterum matris. Nec solum in ventre eius odorem virginitatis, sed & in mente eius humilitatis odorem repertis, & his odoribus odorem suæ deitatis admiscens, de ancilla fecit sponsam, & de creatura genitricem. Item vnguenta fragrantissima Mariæ tria principalia sunt. Primum, cælestis sapientia. Secundum, spiritualis gratia. Tertium, immarcescibilis gloria. Verbis enim suis & exemplis docet suos veram sapientiam: quia doctrix est sapientiæ Dei Sap. 8. Peccatoribus impetrat gratiam, vt patet in Theophilo: honorantibus se promittit gloriam. Vnde dicit 1. Reg. 2. Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum. Propter hoc triplex commodum currendum est in odore suorum vnguentorum. Item etiam sic exorandus est à nobis Spiritus sanctus. Veni Auster, perfla hortum Christi, id est, Mariam, vt fluant aromata illius Can. 5.

13. Aliud delectabile spiritualibus oculis. Viror confortans, temperata lux visum non disgregans, florum pulchritudo respectum iocundans, fructuum diuersitas appetitum excitans, & huiusmodi. Item de horto hoc dixit Christus Can. 6. Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, &c. Et nos in hunc hortum, humiliando nos, debemus sæpè descendere per recogitationem virtutum Mariæ, vt ex eis nofter pascatur affectus & illuminetur intellectus.

14. Aliud delectabile. Contentus & harmonia volucrum, qui fuerunt Apostoli & Prophetæ, qui voce consona locuti sunt & de pariete & de partu virginico: nam quod Prophetæ futurum prædixerunt, hoc Apostoli completum prædicauerunt. Cum de his auide in Scripturis inquirimus, & ea prædicantibus deuotè intendimus, nostro spiritali auditui delectationem qua viuificamur, elicimus ex hoc horto. Psal. 55. Audite & viuet anima vestra. Idè etiam promittit ipsa auditoribus suis Eccli. 24. Qui audit me, non confundetur, &c. Beati enim qui scrutantur testimonia eius quæ de ea scilicet, possunt elici ex Scripturis, & beati qui ex toto corde exquirunt ea. Sap. 8. Hanc amaui & exquisiui, &c.

15. Aliud delectabile. Suauolentia aromatum &

& herbarum, florum & fructuum, arborum & radicum, quæ omnia olfactum animæ & delectant & ipsam animam animant ad currendum, vt supra.

16. Aliud delectabile. Gustus & sapor fructuum, & dulcis potus fontium. De quibus dicit Maria. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Idè etiam dicit Cant. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Principalis imò singularis fructus huius horti corpus est filij sui quod sumitur in sacramento, qui dicit Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, Item nominis deuota inuocatio, & crebra recordatio, sedula imitatio, & dulcis saluatio sunt quasi quedam ferula, quasi quedam delicia carnales, sed spirituales, quasi quedam aromaticæ species quibus reficimur in hoc horto. Horum autem sapor perfectè non perpenditur, nisi diutius masticentur, sicut patet in aromaticis speciebus. Idè quod si quidem huius nominis, Maria, media longa est, vt in eius nominatione diutius immoretur. Sed nota, quod dum aromaticum quid masticatur, os debet concludi, ne incautè amittatur dulcedo aromatici. Similiter si plenè desideras istarum deliciarum degustare dulcedinem, os clausum habes ad turpia, & per regulare silentium pone custodiam ori tuo. Eccli. 28. Ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Ibidem: Aurum tuum & argentum tuum constra, & verbis tuis facito stateram, &c. Item Eccli. 21. Verba sapientum statera ponderabuntur. Item os, id est, desiderium cordis. Vnde: Os meum apparatus, & attraxi spiritum. Delectat gustus fontium huius horti, quo signatur prægustatio gratiarum Mariæ.

17. Aliud delectabile. Tactus florum mollis & aromaticus, quorum fragrantia & suauitas odoris suavis reddit tactum. Quod fit præcipuè quando ad Mariæ laudem & gloriam quidquid boni potes, omni instantia operaris. Eccli. 24. Qui operantur in me, non peccabunt.

18. Aliud delectabile. Ad rorem nudis pedibus de ambulatione per hunc hortum. Quod fit cum nudatis affectibus & concupiscentiis prauis rorem suæ misericordie ab ea exoptulas. Vel cum ad monasteria vel ad altaria eius discurrens sedulus ob rorem gratiæ eius impetrandum ab ea.

19. Aliud delectabile. Requiescere super herbam virentem: quod fit, cum flexis genibus per humilitatem coram matris imagine ipsius patrocinium ad filium interpellas, & beneficio precum eius requiescis à laboribus peccatorum. Propter hoc de iustis qui sunt oues, Christi, dicitur Ezech. 34. Ibi requiescent in herbis virentibus.

20. Item de huiusmodi delectabilibus dicit Eckebertus abbas ad Mariam: Hortus deliciarum nobis est vterus tuus sacratissimus o Maria: quia ex eo multiplicis gaudij flores colligimus, quoties mente recolimus, quam magna multitudo dulcedinis tibi vniuerso inde profuixerit. Cum igitur tanta plenitudine deliciarum abundet hortus iste & omnibus exponatur, imò etiam, quod plus est, ad suam inuiter plenitudinem, dicens Cantic. 5. Comedite amici,

&c. miser est qui non esurit, æger qui fastidit, fetidus aut mortuus qui eius odores non sentit, fastidicus cui non sapit, vt qui eiusmodi sunt, videantur dicere cum miseris Hebræis. Num. 11. & 21. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Nihil vident oculi nostri in man. Similes etiam illi miserimo duci de quo legitur. 4. Reg. 7. qui fertilitatem quam prædicauit Eliseus crastino secuturam, audiuit, nec credidit. Similiter multi sunt qui fertilitatem & copiam beneficiorum Mariæ audiunt, sed non credunt: & idè nec inde comedunt. Samaria quæ custodia interpretatur, Ecclesia est, quæ custodit Christianos, cuius porta beata Virgo: eius enim meritis, precibus & exemplis intramus non Ecclesiam non solum numero, sed & merito. Ad hanc portam modius similes, id est, Christus datur pro stare vno, id est, pro minimo. Dux ille miser qui hanc fertilitatem audiuit prius, sed non credit, postea vidit, sed inde non comedit, incredulos designat & mundi diuites, quos mundanæ sollicitudines conculcant in præsentem, & per consequens conculcantur & à demoniis, & aternaliter moriuntur. De huiusmodi incredulis dicitur Eccli. 2. Vt dissolutis corde, qui non credunt Deo: & idè non protegentur ab eo.

CAPVT III.

De aromatibus huius horti, & pauca sunt hic capitula.

1. Hortus conclusus soror mea sponsa, &c. De aromatibus & aromaticis speciebus horti conclusi dicitur Cantic. 3. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula sumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij? Verba sunt Salomonis in persona vniuersitatis Angelorum & hominum beatorum. Potest etiam esse vox celestium virtutum stupentium de tam solenni & admirabili assumptione generis humani in beata Virgine, cum totum ferè genus humanum descenderat in infernum: quia ignis inferni deuorauit ferè omnia speciosa deserti, id est, mundi, sicut dicitur Ioel. 1. Hæc speciosa sunt clerici, monachi, milites, Dominæ, & huiusmodi. Dicunt ergo admiratiuè. Quæ est ista, &c. Nota, quod ter fit hæc questio in Cantic. Quæ est ista quæ ascendit, &c. Primò Cantic. 3. vt hic. Et ponitur hic questio admiratiua de sua sanctificatione. Vnde sequitur. Ex aromatibus myrrhæ & thuris, &c. Et hæc prima eius ascensio fuit in natiuitate. Secunda fit de conuersione in progressu vitæ. Cantic. 6. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurore consurgens in natiuitate, pulchra vt luna in progressu vitæ, electa vt sol in glorificatione. Tertia fit Cantic. 8. de eius glorificatione, vbi dicunt Angeli admirantes. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicias affluens, innixa super dilectum suum? Prima de magnificentia gratiæ. Secunda de magnificentia meriti. Tertia de magnificentia gloriæ.

2. Vel sic. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, hoc est, per mundum per supereminentiam gratiæ. progreditur per profectum vitæ, ascendit de deserto, id est, mundo per excellentiam gloriæ. Dicitur ergo: Quæ est ista? Admirando fit hæc quæstio, non dubitando. Quæ est ista, id est, quam admirabilis, quam dilecta, quam præcellens omnes creaturas, quantis præconiis attolenda, quanta admiratione dignissima, quod non solum totum mundum, sed & totum cælum circumquaque suauitatis inestimabilis odore perfundit. Quæ est ista? Glossa prima, quam digna, vel quam admirabilis. Et admirantur quatuor in Virgine qui hoc querunt. Primum est puritas innocentie, quam tantam habuerit, quod nec concupiscentiam tenuit, quod est supra consuetudinem. Secundum, superabundans gratia quam tantam habuerit, ut ubi & toti mundo sufficeret copiosè. Vnde dicta est gratia plena, & hoc supra meritum. Tertium, fructus ventris sui: quia natura mirante suum genuit genitorem, Deum scilicet, quod fuit supra naturam. Quartum, gloria ascendens, quod fuit supra omnem rationem. Quis enim capere posset delicias ascendens? Vnde Cant. 8. dicitur delicias affluens: Aut delicias ad quas ascendit, quas nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Quæ ascendit. Notandum, quod Eva descendit, sed Maria ascendit. Vnde & competenter verbum attribuitur ascendendi. Eva enim descendit tripliciter. Primum per culpam inobediencie magis obediens serpenti quam Deo. Secundò per maledictionem. Vnde dictum est ei: Multiplicabo zrumnas tuas, & in dolore paries filios. Tertio per subiectionem. Vnde: Sub viri potestate eris, &c. Maria autem ascendit contra culpam per gratiam, contra maledictionem per fructus benedictionem, contra seruitutem per integerrimam libertatem. Effecta est enim regina Angelorum. Quæ ascendit quasi per quinque gradus. Primus attenditur in hoc quod in utero matris sanctificabatur. Vnde: Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Secundus, quod sanctificata gratia replebatur. Vnde: Gratia plena. Batus Bernardus: Quid mirum si gratia plena, cum qua Deus erat? Tertius, quod repleta gratia de virtute in virtutem progrediebatur, id est, de actiua ad contemplatiuam, & è conuerso, ut verè posset dicere, Gratia Dei in me vacua non fuit. Quartus, quod progrediens fecundabatur: quia enim illius opera & maxime votum virginitalis plus omnibus aliorum operibus Domino placuerunt, idè descendit in eam Filius Dei, & eam fecundauit opere Spiritus sancti. Quintus, quod fecundata exaltabatur super omnes choros Angelorum.

3. Aliter. Quæ ascendit de originali ad sanctificationem. Item, Quæ ascendit: quia ascensiones in corde suo in valle lachrymarum disponens. Item quæ ascendit quasi gradatim de virtute in virtutem se promouens, singulos sanctorum ordines beatitudine & gratia transcendens, continuè de bono in melius proficiens, intus contemplatione & sanctis desideriis, foris bona operatione & virtutum exemplis. Item, Quæ ascendit de gratia ad meritum, ad præmium. Vel melius: Quæ ascendit de gratia virginitalis ad gloriam genitricis, nec cuiuslibet, sed Dei. Item quæ ascendit de humilitate ancillæ ad virginitalitatem reginæ. Vel: Quæ ascendit de sterilitate virginitalis, ad fecunditatem genitricis, virgo purissima perseuerans.

4. Sequitur. Per desertum, id est, per mundum, qui dicitur desertum propter abundantiam duplicis mali, scilicet culpæ & pœnæ, & propter inopiam spiritualis boni. Vel per desertum, id est, discretionem mundi quem habuit pro deserto, cuius contemnens concupiscentias & delectabilia, spiritualibus adhæsit deliciis, designata per vitem, ficum, & oliuam. Iudic. 9. quæ noluerunt prouehi inter ligna, id est, per ipsum cælum quod deseruerunt peccantes Angeli. Vnde & appellatur desertum Luc. 15. per quod ascendit in sua assumptione; Angelorum & sanctorum transgrediens ordines vniuersos, ascendens vsque ad dexteram sedentis in throno. Vnde designatur per Bersabee, cui positus est thronus iuxta filium suum regem Salomonem, & sedit ad dexteram eius. 3. Reg. 2. Vel per desertum, sicut quidam volunt, & per hoc quod ipsa fuit desertum secundum multas deserti proprietates. Quare titulo de terra, vbi Maria appellatur desertum. In sequenti sermone inuenies multa alia de hoc deserto.

5. Ascendit, inquam, sicut virgula fumi, id est, ad instar virgulæ & fumi. Vel ad instar fumi ascendens in altum gracilis & recti, habentis figuram virgulæ. Est autem virgula fumi euaporatio odorifera ascendens à speciebus, & ipsa fuit virgula fumi per vaporem vbi que diffusum, myrrhæ, id est, castitatis suæ. Vnde dicit: Sicut myrrha electa dedi suauitatem odoris & thuris, id est, charitatis suæ. Vnde & dicitur Cant. 4. Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Item sicut virgula fumi, fumi, dico, editi ex aromatibus myrrhæ & thuris accensis. Aromata ista virtutes sunt redolentes in se, & animam in qua continentur, quasi pyxidem continentem aromata facientes boni odoris, sicut videre est in vasis apothecariorum. Vel ex aromatibus myrrhæ & thuris intransitiuè, hoc est, ex myrrhæ & thure, quæ sunt aromata, id est, ex carnis mortificatione, quæ per myrrham, & orationis deuotione quæ per thus designatur. Fumi etiam editi ex aromatibus vniuersi pulueris pigmentarij, id est, contriti vel confecti à pigmentario, id est, à spiritu sancto, de quo dicitur Eccl. 18. Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis & vnctiones conficiet sanitatis. Per myrrham quæ vermes necat & corpora mortua à putredine conseruat, designatur pœnitentia quæ prauos motus mortificat, & mentes pœnitentium præseruat à corruptione peccati, & consistit in duobus, in carnis castigatione, & bonorum operum exercitatione. Vtroque enim modo carnalis affectus in nobis mortificatur. Vel per myrrham quæ amaritatis est, multitudo amaritudinum, quas passa est mentaliter in filij passionem. Per thus virginæ mentis deuotio suspirans ad filium & desiderans ipsum sequi. Vnde & dicebat Cantic. 5. Filie Ierusalem, id est, o vos virtutes angelicæ supernam Ierusalem inhabitantes, nuntiate

tiatè dilecto, id est, filio meo, quia amore languo. Per vniuersum puluerem pigmentarij, aliarum virtutum vniuersitas. Per hoc quod dicit vniuersi, innuitur, quod beatæ Virginis nulla defuit virtus, nec puritas Angelorum, nec fides Patriarcharum, nec scientia Prophetarum, nec zelus Apostolorum, nec patientia martyrum, nec sobrietas Confessorum, nec innocentia aut humilitas virginum. Vel per myrrham designatur actio, in qua Maria non habuit similem: quia omnia pietatis opera quæ solent aliis pauperibus exhiberi, ipsa filio suo pauperi exhibuit. De quibus inuenies ibi, Intravit Iesus in quoddam castellum, &c. Per thus deuotio. Per vniuersam puluerem pigmentarij contemplatio figuratur. Et in tribus istis virtutibus, scilicet actione, deuotione, contemplatione, omnes alias intellige, quarum omnium omnimoda plenitudo fuit in Virgine gloriosa. Nec dicitur ex aromatibus myrrhæ & thuris & aliorum aromatum, sed vniuersi pulueris pigmentarij quasi ipsa aromata sint in puluerem quandam per humilitatem redacta. Vniuersi igitur dicitur propter multitudinem eorum de quibus surgit contemplatio, quæ multò plura sunt quam ea in quibus consistunt actio & deuotio. Vel etiam idè dicit vniuersi pulueris pigmentarij quia sicut aromaticæ species & pigmenta redacta in puluerem valent ad confectionem, & reddunt spiramentum boni odoris: sic virtutes cum animam non extollunt, sed quasi in puluerem & quasi in nihilum rediguntur respectu habentis, perducunt ad perfectionem, & reddunt famam bonæ opinionis. Vel idè dicitur vniuersi pulueris pigmentarij: quia Maria confecit claream de vino & aromaticis speciebus, quo filium potat & cælestes conuiuas. Vnde & pincerna gloriæ congruè appellatur. Vnde Cant. 7. dicit ei sponsus: Guttur tuum sicut vinum optimum. Et ipsa respondet: Dignum dilecto meo ad potandum, labijsque & dentibus illius ad ruminandum. Item Cantic. 8. dicit ipsa dilecto: Dabo tibi poculum ex vino condito, &c. Ipsa etiam cælestes lactificans conuiuas, dicit eis Cant. 5. Comedite amici, & inebriamini charissimi. Pigmentarius Christus est, qui largitur virtutes, & cuius gratia acquiritur. Vel iuxta sensum morale pigmentarius est homo qui operam dat virtutibus acquirendis, conseruandis, exercendis. Dicitur autem Christus pigmentarius vniuersi pulueris, id est, peractæ humilitatis: quia verbo & exemplo docuit nos omnem humilitatis gradum, scilicet subdere se maiori, pari, & minori. Subditus enim fuit patri cui par est secundum diuinitatem, sed eo minor est secundum humanitatem. Subditus etiam fuit Mariæ & Ioseph, qui longè inferiores eo erant. Idè dicit Matth. 3. beato Ioanni: Decet nos implere omnem iustitiam, id est, omnem gradum humilitatis in nobis exhibere. Idè dicit Matth. 11. Discite à me, &c. Item vniuersus puluis huius pigmentarij, virtutum vniuersitas; quæ omnes per humilitatem in minutissimum puluerem redigende sunt. Vnde dicitur Exod. 30. Cum in tenuissimum puluerem vniuersa confuderis, &c. Et quanto subtilius teruntur & comminuantur per omnimodam humilitatem, de qua dicitur Eccl. 7. Humilia

valdè spiritum tuum, &c. tantò in naribus Domini suauiores reddunt odoris fragrantiam, & sic contunduntur patientia quæ per contusionem, & humilitate quæ notatur per puluerizationem. Sic puluerizatus erat Abraham vocans se puluerem & cinerem Gen. 18. Similiter David dicens: Humiliatus sum vsquequaque, Domine viuifica me, &c. Sicut ipse Christus dicens: Ego sum vermis & non homo. Sic & beata Virgo, sicut patet.

6. Moraliter hæc interrogatio, quæ est ista, &c. est ipsius Prophetæ, scilicet Salomonis vel Angelorum admirantium profectum animæ pœnitentis. Nec querunt qualis est ista, vel quanta, sed quæ: quia de qualitate & quantitate ipsius quoad gloriam ad quam ascendit ipse visus quo datum est illis eam videre, certos efficit. Sed quod creatura tam vilis ut est homo qui creatorem suum negauerat & diabolo se subdiderat, & abiectis ornamentis virtutum, sordibus peccatorum se inquinauerat, ad tantam gloriam assumatur, admirantur, & dicunt: Quæ est ista quæ ascendit per desertum, id est, per pœnitentiam. Sicut enim filij Israël per desertum de Egypto venerunt in Ierusalem, sic de mundo per pœnitentiam ascenditur in cælum. Postea vidè modum ascendendi determinant, cum dicunt: Sicut virgula fumi, id est, paupertate gracillima, intentione rectissima, leuis sine pondere peccatorum, erecta desiderio æternorum, procedens ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij, id est, ex carnis mortificatione, orationis deuotione, humilitatis perfectione. Hæc tria animam pœnitentem habilem faciunt ad ascendendum, & remouent omne impedimentum. Nam per primum sanantur pestes corporis, per secundum pestes mentis, ut dicit Hieronymus. Tertium alia duo conducit ante Deum. Vnde Eccl. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet donec Altissimus inspiciat.

7. Maria dicitur fumus: quia gracilis & subtilis per innocentie puritatem, & seipsam semper gracilliam per summam humilitatem. Vnde cum eligeretur in matrem Domini, se obtulit ancillam. Gracilis etiam per paupertatem: quia omnia temporalia contemnebat: vel si ea aliquando habuit, largiret erogabat. Gracilis etiam per carnis extenuationem: quia licet nunquam peccauerit, semper in pœnitentia mansit. Fuit etiam gracilis: quia cælestibus extenuata disciplinis & subtilis in vita contemplatiua. Gracilis etiam ut sine obstaculo transiret per arctam viam, & intraret portam quæ ducit ad vitam Matth. 7.

Quia liberè alta petens per subtilitatem contemplationis & rectitudinem intentionis, Cælos enim attingebat stans in terra. Sapient. 18.

Quia agilis: leui enim cursu, leui saltu velut Idithum, id est, transiens omnes vitiorum spinas, lutulenta & foueas transiit. Agilis etiam per officiositatem quando se transtulit ad beatam Elizabeth visitandam. Agilis etiam per obedientiam deferens filium ad templum & fugiens cum eo in Egyptum.

Quia leuis, id est, sine ponderositate peccati:

c. et: & idē sursum continuē ferebatur desiderio eternorum.

Quia flexibilis per humilitatem quoad se, per obedientiam quoad Deum, per compassionem & pietatem quoad proximum.

Quia virgula per humilitatis diminutionem, quæ maxime cooperatur ad ascensionem: quia quæ se humiliat, exaltabitur. Luc. 14.

Quia obscura per tribulationum multitudinem quæ patiebatur amore filij sui. Vnde dicit Cant. 1. Nolite considerare me, quod fusca sum, quia decolorauit me sol, id est, filius meus. Quare titulo de pulchritudine eius.

Quia aromatica per bonam opinionem & deuotionis fragrantiam. Vnde sequitur. Sicut virgula fumit ex aromatibus, &c.

Quia calida per dilectionem. Vnde & dicitur virgula fumit, qui de igne procedit: quia desiderium ex amore venit. Ipla enim ardore Spiritus sancti accensa, sic ascendendo proficit in gratia, sic ascendit in gloria, quod omnem cognitionem humanam excedit. Idē dicitur virgula fumit, qui naturaliter ascendit, & quasi occulte: quia visibiliter ascendens disparat in momento. Similiter & ipsa disparuit, quia quantum ascenderit, ratio humana non capit, sapit. Modus etiam ascensionis suæ occultus fuit: quia virtus in sola anima, an in anima simul & corpore ascenderit, prælegit Ecclesia piæ nescire, quam tenere aliquid diffinire.

Quia quanto magis ascendit, tanto amplius extollitur & subleuatur. Sic etiam fidelis anima quod magis proficit in virtute, tanto magis humiliatur in se, sicut pater in Maria, quæ cum pepererit in matrem Domini, quod erat ei summa dignitas, se obtulit in ancillam, quod erat summa humilitas. Exemplum de Abigail. 1. Reg. 25. Similiter quanto magis ascendit in cognitione Dei, tanto magis nihil efficitur in oculis suis. Quod patet in Abraham, qui postquam apparuit ei Dominus, se puluerem & cinerem appellauit. Gen. 18. Iob 42. Nunc oculus meus videt te, idcirco me reprehendo, &c.

Quia fumus prouocat lachrymas, & pia Matris recordatio lachrymas deuotionis. Vnde dicunt fideles animæ in Psal. Fleuimus, dum recordaremur Sion, id est, Matris. Item fumus ascendens de aromatibus incensis est gratiarum actio de virtutibus sibi datis, quæ incensæ erant igne charitatis, quas non sibi, sed Dei gratiæ ascribebat. Vel in ascensu fumi versus cælum potest eius recta intentio figurari. Et nota, quod non dicitur hic virgula fuisse ligni insensibilis & duri, sed fumi, qui speciem habet, sed substantiam non habet. Cum enim cernitur, aliquid esse videtur: cum manus apponitur, nihil inuenitur. Sic beata Virgo videbatur hic esse per carnis speciem, sed hic non erat per dilectionem. Similiter nec vir iustus: quia conuersatio eius in cælis est. ad Phil. 3. Item Cant. 8 dicunt Angeli: Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Et admirantur de tribus quæ attendebant in Virgine, scilicet de ascensu, de deliciarum affluentia, & quod innixa dilecto. Primum mirabile, secundum mirabilius, tertium mirabilissimum. Ascensus mirabilis: quia pauci ascendunt. Vnde, Quis ascendet in

montem Domini, &c. & notat quis raritatem: pauci enim sunt electi. Matth. 20. Sed ferè omnes descendunt. Vnde Isa. 5. vbi loquitur de inferno: Descendant fortes & sublimes gloriosique ad eum, &c. Secundum mirabilius: quia pauciores ascendunt affluentes deliciis: quia ferè omnes pedibus, id est, affectibus lustralentis descendunt ad minus in purgatorium. Tertium mirabilissimum, scilicet quod innixa super dilectum: quod nulli alij datum est creaturæ, qui scilicet filius est super omnem Principatum & Potestatem Ephes. 1. & sub cuius pedibus omnia subiecit Pater. In hac autem innixione tria notantur, reuerentia matris, excellentia filij, familiaritas vtriusque. Sicut si rex innitatur alicui militi, miles inlestat humerum, & sic ex parte eius impenditur regi reuerentia, & ex parte regis excellentia, ex parte vtriusque familiaritas: quia rex non nisi valde familiari innititur.

Innixa super dilectum. Et nota super quasi superior dilecto: facit enim filius quiddam præcipit mater. Vnde & dicimus ei: Ora patrem, iube natum. Et in hoc concordat omnes Scripturæ, licet quidam mali obloquantur. Item per hoc quod dicitur, innixa super dilectum, innuitur quod filius præsens erat, alioquin non videretur implere illud Exod. 20. Honora patrem & matrem, &c. Ipse autem cœpit facere & docere. Act. 1. Innixa super dilectum: vices enim rependit filius matri: Dei enim Filius matri innixus, descendit in terram in incarnatione. Vnde Isa. 19. Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingreditur Ægyptum, &c. Et mater innixa filio, ascendit in cælum in assumptione sua. Vel sic: Innixus est dilectus super eam, quando assumpsit in ea carnem in eius utero formatus & coalescens: ipsa verò super dilectum, quando dixit concepto filio, Fecit mihi magna qui potens est, &c.

Primam autem huius auctoritatis particulam, scilicet quæ est ista quæ ascendit de deserto, habes sufficienter expositam in superiori sermone. Item nota, quod prius dicitur, Deliciis affluens: & post, Innixa super dilectum. Nam ne perderet deliciis affluentes, non suis meritis, sed ipsius innitebatur gratiæ, qui gratiam & meritum tribuit in præsentibus, & in futuro præmium superaddet. Aliter. Quæ est ista, &c. Et quinque admirantur in hac Virgine. Primum dignitatem eius. Vnde: Quæ est ista. Glossa, id est, quam digna. Secundò ascendentis gloriam, ibi, quæ ascendit. Tertio locum vel statum vnde ascendit, ibi, de deserto. Quarto delicias ascendentis, ibi, deliciis affluens. Quintò amoris plenitudinem per quam subleuatur, ibi, innixa super dilectum suum. Quæ est ista? potest responderi, trichlinium Trinitatis. Quare titulo de ædificiis, vbi ipsa dicitur trichlinium. Quæ ascendit, exponit sicut in superiori sermone notatum est de deserto. Desertum potest dici genus humanum, horribile, & oblitum spinis & tribulis peccatorum. Vel propriè desertum est status paupertatis, qui ab omnibus deseritur. Paupertas enim est comes indiuidua omni homini in ingressu & egressu: quia nihil inultimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferte quid possumus. 1. Tim. 6. sed ab omnibus

omnibus deseritur ipsa paupertas in progressu: ipsa est enim bonum odibile, &c. In deserto tamen paupertatis fabricatur scala humilitatis, quæ se extendit usque ad excelsum charitatis, & peruenit ad altitudinem maiestatis. Ab hoc deserto per hanc scalam ascendit gloriosa Virgo. Aliter. Duò in nomine deserti possunt intelligi, mundus scilicet, vel conuersatio, id est, status, sanctorum, quæ est terra deserta & inuia, &c. quæ scilicet conuersatio dicitur desertum propter quatuor virtutes quæ ab omnibus deseruntur. Prima, humilitas quam deseruerunt apostata Angeli, id est, demones. Secunda, obedientia quam primi parentes. Tertia, paupertas quam maximè clerici ambitiosi. Vnde Hieronymus: Clericum de ignobili gloriosum, de paupere diuitem quasi pestem fuge. Quarta, patientia quam religiosi: iniuriati sunt enim nobis martyres, qui totam patientiam in celum detulerunt, ut vix inueniatur quis in terra, qui si inhonoretur in aliquo, statim non moueatur ad iram. Has quatuor virtutes habuit gloriosa Virgo, in qua fuit vera humilitas quam respexit Deus, id est, approbavit. Item plena obedientia: quia legem impleuit in sua desponsatione, in filij circumcissione, in legali purificatione, in filij ad templum cum oblationibus deportatione. Pauperrima etiam fuit quæ nec hospitiū habuit quando peperit. Vnde lactata est regnum Dei quod pauperum est. Luc. 6. Patientissima fuit: quia ouis erat & mater agni, quæ videns filium crucifigi, patienter sustinuit: nec remurmuravit aut contradixit, licet ipsius animam gladius filij pertransiret.

Item in nomine deserti potest intelligi mundus, in quo erat corpore, licet in caelis esset mente: quia caelos attingebat stans in terra. Sap. 18. de quo sicut creditur, ascendit corporaliter in sua assumptione. Vel mundus potest dici desertum propter paucitatem hominum rationalium, & abundantiam irrationalium. Vnde Eccl. 1. Scultorum infinitus est numerus. Paucissimi enim sunt, qui vtantur ratione & sint spirituales, multi carnales & brutales. Item propter spiritualium ciborum defectum & inopiam: quia nec fides est in multis, nec doctrina veritatis, nec passus bonæ operationis. Sequitur. Deliciis affluens. Verbum affluendi notat abundantiam deliciarum. Vnde Eccl. 1. Omnia flumina spiritualium deliciarum intrant in mare, id est, in Mariam. Iste deliciae sunt dona spiritualium charismatum, vel spirituales Spiritus sancti consolationes, quibus Virgo reficiebatur, vel privilegiata misericordie opera quibus reficit Dominum, & quæ ei exhibuit de propria substantia sua. Vel iste deliciae sunt illa prima unguenta de quibus dictum est, ut supra prope principium horti conclusi. Sequitur. In nixa super dilectum suum. Nota, quod Enoch placuit Deo, & translatus est in caelum, Elias per turbinem ascendit in caelum, Paulus quasi violentus raptus est in caelum, Maria vero ascendit innixa super dilectum. His quatuor signatur quatuor conditiones charitatis, quibus in caelum transferimur. In primo signatur charitas fraterna. Vnde 1. Ioan. 3. Sciamus, quoniam translati sumus de morte ad vitam; quoniam diligimus fratres. In secundo charitas fer-

uens ad increpandum peccata. Vnde Elias dicit. 4. Reg. 9. zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, &c. Ipse enim fuit zelator legis. In tertio amor ardens in desiderio æternorum, qualis erat Paulus dicens: Cupio dissolui, &c. In quarto amor suavis innitens super dilectum per contemplationem, talis postponit omnia & adhæret soli dilecto. Primus status incipientium, secundus proficientium, tertius perfectorum, quartus perfectissimorum.

CAPVT IV.

De floribus & herbis huius horti.

Hortus conclusus foror mea sponsa, &c. Viso de aromatibus huius horti, restat videre de floribus, quibus vniuersis & singulis Christus Dominus figuratur, & non solum Christus, sed & Maria & quilibet iustus, sed principaliter ipse Christus. Videndum igitur de proprietatibus florum & de generibus & diuersitatibus florum, quæ videlicet florum proprietates subscriptis versibus facilius poterunt memorie commendari. Sicut dicit Petrus manducator, flos septemplex habet proprietatem. Quia tenuis, tener, lenis, pulcher, leuis, fragrans, & utilis valde. Nihil enim flore tenuius, cum stringitur: nihil tenerius, cum teritur: nihil lenius, cum portatur: nihil lenius, cum attrahitur: nihil pulchrius, cum cernitur: nihil fragrantius, cum odoratur: nihil utilius, cum fructus attenditur. Sic & Christus tenuis in flagellis, tener in miseris, lenis in preceptis, lenis in tolerantis, pulcher in exemplis, fragrans in promissis, utilis in præmiis. Item tenuis ad severitatem, tener ad miserationem, lenis ad dominationem, lenis ad mansuetudinem, pulcher ad speciem & iocunditatem, fragrans ad promissionem, utilis ad retributionem.

Flos Christus, floruit in natiuitate. Vnde Isa. 21. Flos de radice eius ascendet. Desloruit in passione, quando non fuit ei species neque decor Isa. 53. Ideò dicitur, flos Libani elanguit. Natum 1. Maria Libanum. Vnde se comparat Libano non inciso. Eccl. 24. Refloruit in resurrectione secundum humanam naturam, in qua desloruerat. Vnde dicit: Et refloruit caro mea.

Christus flos.

Mundus, aromaticus, tenuis, tener, & speciosus.

Concans, annular, vernalis, lenis, aquosus.

Frutifer, inclinis, lenis, expositus, medicinalis.

Et delicatam, & habens matrem sine patre.

Pneuma sacrum recipit: non confusum spiritu alio.

Matrem non videt, caput eras, stampla quæstus.

Pescis: aqua, & ut erant cum nullo mixtura.

Mundus peccati immunitate. Vnde dicit: Ego autem in innocentia ingressus sum. Item Ioan. 10.

Ioan. 1. v. Quem pater sanctificauit & misit in mundum, &c. Simile in Psal. Qui ingredietur sine macula, &c. Item Mariæ dictum est Luc. 1. Quod nascetur ex te sanctum. Nascetur natiuitate in vtero, & natiuitate ex vtero. Quare supra vbi horus dicitur mirabilis. Ad hanc munditiam designandam conceptus est in Nazareth, quod interpretatur sanctus vel munditia. Congruum enim fuit vt in ea conciperetur ille de quo dicitur Dan. 9. Cum venerit sanctus sanctus, &c. Et quod in munditia conciperetur ille qui solus sine immunditia conceptus est, vt nostri conceptus immunditiam emundaret. Beatus Bernardus: Voluit Dominus Virginem esse matrem suam, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus.

4. Aromaticus bonæ & sanctæ opinionis fragrantia & odore. Luc. 4. Fama exiit per vniuersam regionem de illo, & magnificabatur ab omnibus, &c. Cant. 1. dicunt adolescentulæ: Curremus in odore vnguentorum tuorum. Vel aromaticus in promissione: quia odore spei in via nos reficit, sed in patria fructu satiabit. Vnde dicit ei Psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Vel aromaticus, sicut quidam flores qui magis attriti fragrant suauius. Sic & fracto alabastro corporis Domini in cruce, domus, id est, Ecclesia impleta est ex odore vnguenti. Ioan. 12.

5. Tenuis in triplici substantia. Spiritus & animæ per humilitatem: quia exinanivit se, formam serui accipiens. ad Phil. 2. Beatæ carnis, in qua pro nobis fecit penitentiam in cruce, vbi ita macilentus & exilis apparuit, quod dinumerabilia facta sunt omnia ossa eius, sicut dicit ipse in Psal. Dinumerauerunt, id est, dinumerabilia fecerunt, omnia ossa mea. Nec poterat extensio corporis eius in ligno melius describi, sicut dicit Magister in Glossa. Terrena: quia non habuit vbi caput reclinaret. Matth. 8. Vulpes foueas habent, &c.

6. Tener ad literam, quod apparuit in verberis scissione, quando attritus est propter scelera nostra. Isa. 53. Flos iste tener propter dilectionem: quia diligens nos tenerrimè, vt dicere videatur de quolibet fidei, sicut Dauid de Ionatha. 2. Reg. 1. Sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam. Quod patet: quia pro amore nostro dignatus est mori. Vnde te comparat zoloti qui facillè offenditur & læditur. Exod. 20. Ego sum Deus zelotes, &c. Glossa: Non ferens animam mihi desponsatam aliqua suspitione notari. Item Sap. 1. Auris zeli, id est, Dei zelantis & castitatem exigentis, audit omnia: quia zelus excitat eum ad audiendum. Per pietatem & compassionem peccantium exemplo pueri læso socio compatientis. Vnde dicit de peccatoribus. Ierem. 13. Si non audieritis in abscondito, plorabit anima mea à facie superbia. Ideo enim videns Ierusalem fleuit super illam. Luc. 19. quam præsciebat ruituram, quæ signat animam in æternum damnandam. Per mansuetudinem. Vnde significatur per Dauid. 2. Reg. 23. Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus. Quare supra 4. 12.

7. Et speciosus sanctæ conuersationis honestate, in quem desiderant Angeli prospicere. 1. Pet. 1.

& cuius pulchritudinem sol & luna mirantur. Et in Psal. Dominus regnauit, decorem indutus est, id est, immunitatem à peccato. Etiam quantum ad formam corporis fuit speciosus forma præ filiis hominum, quem scilicet decorem ostendit tribus amicis suis in transfiguratione. Matth. 17. De pulchritudine Dominicæ faciei dicit Acliedus. Credo in illo speciosissimo vultu tantam gratiæ cœlestis elegantiam refulsiisse, vt omnium in se conuerteret aspectum, auditum erigeret, excitaret affectum. Species autem seu pulchritudo huius floris maximè consistit in duobus, scilicet in candore & rubore. Natiuus enim color huius floris & quasi candidus, sancta eius conceptio. Vnde Iob 9. Quem pater sanctificauit & misit in mundum, &c. Tuoc enim pater filium sanctificauit, cum eum pro salute mundi cum sanctitate constituit incarnari. Et propter hoc dictum est Mariæ Luc. 1. Quod nascetur ex te sanctum, &c. Bene dicit sanctificauit, & misit: quia misso non præcessit sanctificationem. Et de isto flore dicitur Sap. 7. Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula, &c. Vel quasi natiuus color eius virginitas & innocentia, quæ duo signantur in candore. Vnde vocat se lilium Cantic. 1. Sed huic candori accreuit rubor rosæ, id est, martyrij in passione. Et hoc patet in floribus quarundam arborum & herbarum, qui primò candidi apparent, & tandem vertuntur in ruborem. Candidus enim in natura diuinitatis permansit, licet secundum naturam humanam in passione rubuerit. Ab hac duplici specie commendat Ecclesia sponsum suum Cantic. 5. Amicus meus candidus & rubicundus. Candidus secundum deitatem: quia candor est lucis æternæ, & emanatio quædam claritatis Dei syncera. Sapient. 7. quod est dicere, luminosissimus & mundissimus. Rubicundus verò, id est, flammeus & rutilantissimus: quia filius charitatis ipsius patris: & sicut Deus de Deo, sic charitas de charitate. 1. Ioan. 4. Deus charitas est. Quod tam de Patre quam de Filio potest intelligi. Vel candidus mundissimo sanctissimoque ingressu in mundum, rubicundus in egressu de mundo: quia tunc proprio sanguine rubricatus. Vnde Apocal. 19. Qui sedebat super equum album, vestitus erat veste sanguine aspersa, id est, carne proprio sanguine rubricata. Vnde Isa. 63. Quare rubrum est indumentum tuum, &c. Vel candidus puritate sanctimonie & innocentie, rubicundus feruentissima charitate. Et sunt hi duo colores amantibus gratissimi. Vel candidus quantum ad munditiam humanitatis, rubicundus quoad splendorem diuinitatis quæ signatur in auro quod splendet & rutilat. Cant. 5. Caput dilecti mei aurum optimum. Caput autem Christi Deus. 1. Corinth. 11. Hanc duplicem pulchritudinem ostendit in transfiguratione Matth. 17. Vnde ibidem dicitur, quod resplenduit facies eius sicut sol, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Per faciem deitas de qua dictum est Moyse Exod. 33. Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo & viuet. Per vestimenta signatur humanitas: quia habitu inuentus est vt homo. Phil. 2. Item à gemino decore commendatur flos iste Cant. 1. quo signatur dilectus Ecclesiæ, vbi dicit ei sponsa:

eius in auribus Domini, cum duxit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et hoc verbo concepit. In hac autem melliflua responsione inestimabiliter delectatus est Deus: & ideo ibi sequitur. Vox enim tua dulcis, &c. Conceptus est etiam flos iste & nutritus in Nazareth, quod interpretatur flos. Congruum autem erat florem cum flore concipi, & de flore nasci, & in flore nutriti, & in tempore florum, hoc est, in vere nuntiari. Ab illis etiam spiritualiter concipitur, in quibus reperit tres floris proprietates, scilicet speciem, id est, honestatem conuersationis, fragrantiam, id est, odorem bonæ opinionis, spem fructus, id est, intentionem æternæ retributionis. Beatus Bernardus: Amat florigeram partem flos de radice lesse: florem te reputat, & ad te dicitur sicut ad Nazareth, si tibi vel honestas conuersationis tanquam floris species, vel odor bonæ opinionis tanquam fragrantia floris, vel intentio æternæ retributionis tanquam spes fructus non desit. Item flos iste vernalis: quia conceptus in vere quod est tempus renouationis, quando quodammodo iuuenescunt & renouantur omnia terræ nascencia, pariunt & educant aues & animalia, florent & germinant arbores & virgulta. Conueniens omnino tempus renouationi humanæ naturæ, ut quando florent ceteræ virgæ, floret etiam virga de radice lesse: & inde ascenderet Iasus Nazarenus, qui simul est flos & fructus. Vnde de ea dicit mater: Flores mei fructus honoris & honestatis. Et bene dicit flores mei pluraliter, non flos meus, licet vnicum florem protulerit: quia ipse est lilium per castitatem, viola per humilitatem, crocus per charitatem, rosa per patientiam singularem, & huiusmodi. Er nota, quod spes fructus non habetur sine hoc flore, nec flos iste habitus est sine virga ista: ergo sine virga ista nec flos habetur, id est, spes, nec fructus vitæ æternæ.

11. Lenis, id est, suavis ad tangendum benignitate & mansuetudine, quæ maximè patet in peccantium iustificatione & peccatorum remissione. Reuocat auersos à se dulciter. Ita. 30. Erunt aures tuæ audientes vocem post tergum momentis, &c. expectat eos patienter. Ita. 18. Ego quiescam & considerabo in loco meo, qui est misericordia, &c. Suscipit reuertentes hilariter. Exemplum de filio prodigo Luc. 15. & patre suscipiente. Peccata condonat liberaliter. Beatus Bernardus: Quod non damnat in viciscendo, non confundit improperando, non minus diligit imputando. De primo Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, &c. De secundo Iac. 1. Dat omnibus assuenter, id est, plusquam scient petere, remissionem scilicet, gratiam & gloriam. De tertio: Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum.

12. Aquosus, id est, succosus. cuius succus pietas, compassio, & lachrymæ. Vnde Luc. 19. Videns civitatem Ierusalem fleuit super illam, &c. ut supra. Similiter in passione oceanis & allegans pro crucifixoribus. Ad Hebr. 1. Qui in diebus carnis suæ, &c.

13. Fructifer. In flore habetur spes fructus: & in Christo spes omnis bonæ præsentis & futuri. Vnde dicit Eccl. 14. In me omnis spes, antiquo-

rum scilicet, & modernorum. Vnde dicitur in Psal. Sperate in eo omnis congregatio populi. Bene dicit, In me: quia maledictus homo qui confidit in homine. Ierem. 17. Vitæ æternæ & virtutis. Vitæ qua pugnatur contra vitia. Item sine flore non habetur fructus, nec sine gratia Christi boni aliquid sperandum est: quia pessima esset præsumptio.

Sperandum est in Christo. Quia largissimus est. Esther 2. Dedit Assuerus munera secundum magnificentiam principalem. Quia dare potest temporalia & æterna. Prou. 3. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Quia hortatur nos ad petendum, Matth. 10. Petite & accipietis. Ioan. 16. Vtique modo non petistis quicquam. Quia consuevit dare plura quam petantur, sicut patet in latrone crucifixo. Ideo dicit ei Psal. Reminiscere miserationum tuarum Domine.

Inclinis, in quo signatur humilis obedientia Christi, qui humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Ephes. 2. Flores enim rosæ lilij & violæ semper in partem alteram inclinantur. Hanc obedientiam innuebat Christus, cum inclinato capite tradidit spiritum. Ioan. 19.

Leuis peccati immunitate, quod pondere suo animam deprimit in gehennam. Cuius caro dicitur nubes leuis Isa. 19. Qui peccatum non fecit, &c. 1. Pet. 2. Vel leuis prædicationis diffusionem. Vel leuis obedientiæ adimpletionem. Quia exultauit ut gigas ad currendam viam mandatorum Patris. Per hanc leuitatem sursum continuè ferebatur diuinitatis contemplatione.

Expositus. Vnde appellat se florem campi, non horti Cant. 2. Hoc inuenies infra. Omnibus enim volentibus expositus est ad delectabiliter inuendum, ad suauiter odorandum, ad utiliter colligendum.

Medicinans, id est, medicinalis. In ipso enim inuenta est medicina generis humani, in quo à planta pedis usque ad verticem antequam flos iste appareret, nulla sanitas erat: sed medicatum est floris huius succo, specie, & odore, scilicet succo aquæ & sanguinis, specie conuersationis, & odore opinionis.

Et delicatus. Vnde dicit David de Salomone, id est, Deus Pater de Christo 1. Paral. 22. Salomon filius meus puer paruulus.

Et habens matrem sine patre. Mater floris est terra, vel arbor, seu herba, de qua flos oritur sine coitu, sine masculo, sine femine. Sic & Christus secundum humanitatem habuit matrem sine patre, sicut secundum deitatem patrem habebat sine matre.

Pascit apes, & eis ceram cum melle ministrat. Flos enim licet sterilis appareat, fructum tamen habet benedictum, sed secretum dulcem salubrem, ab immundis pigris & pinguibus absconditum. Notunt enim apes agiles virgines & secundæ, ubi querant, quid eligant, quid gutturi, quid cruribus committant: norunt quid ceræ conueniat, quid liquori, quid aptum sit ut luceat omnibus qui in domo sunt, quid ut transferatur in cellam pigmentariam, &c. Esto ergo & tu apis, assame pennas virtutum, vola à terra per contemptum temporalium. Elige

Elige & collige in isto & ex isto flore quo mellifices, quod condas æstiuo tempore, quo vias hiemali donec hiems transeat, imber abeat & recedat. Item ex isto flore mellificatio, fructificatio, cibus, potus, & medicina. Ex illo siquidem mel & cera. Ex melle potus inebrians æternæ securitatis. Ex melle enim quædam pocula conficiuntur. Ex melle refectio internæ satietatis: quia mel implet & reficit quando comeditur. Ex hac medicina sanitas sempiternæ incorruptionis. De eius cetera splendor æternæ claritatis, & in eius melle dulcor indeficientis felicitatis.

21. Pneuma sacrum recipit. Vnde, Egredietur virga de radice lesse. Isa. 11. Et flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Spiritus Domini transiit vel intransiit, id est, spiritus qui est Dominus, in quo est libertas. 1. Cor. 13. quia spiritus est Deus. Ioan. 4. Qui in solo Christo plenissime requiescit: quia mansit & nunquam recessit Ioan. 1. Super quem videris, &c. Item quia in eo gratia nec crescere nec decrecere potuit: quia non ad mensuram dedit ei Dominus spiritum. Ioan. 3. Requiescit etiam in eo: quia Christus fuit sine molestia cuiuscumque peccati. Isa. 53. Qui peccatum non fecit, &c. In ipso etiam requiescit: quia in ipso solo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. ad Coloss. 2. In nobis autem fumus & stercus & mala vxor sæpè expellunt spiritum de domo sua, vel molestant. Prover. 27.

22. Non visus spargit odorem. Odor enim floris sentitur, licet flos non videatur. Odorem siquidem huius floris multis intermediis nationibus præsentit magnus ille patriarcha Isaac in filio suo Iacob cui benedicebat. Vnde & cum admiratione prorumpit in hæc verba Genes. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus. Hanc auctoritatem inuenies expositam titulo, quod Maria ager. Noster enim Iacob, id est, Christus noster Iucharor filius est Isaac, de cuius stirpe descendit Maria. Er ipsa est ager plenus omni suauolentia virtutum quasi flosculorum, cuius odori comparatur odor filij, qui natus est de mundissima totus mundus, & de dulcissima totus dulcis.

23. Matrem non violat, sed magis insignit, nobilitat, & venustat, & commendabilem reddit. Matrem, id est, terram vel herbam aut arborem de qua oritur. Similiter Christus conceptus est absque matris defloratione, portatus & natus absque materni vteri læsione, & ex eius conceptione, partu, & maternitate totus honor & gloria Mariæ. Vnde Osee 9. dicitur de Christo & de Maria: Gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu, ordiæ præpostero. A conceptu sine virginitatis læsione, ab vtero sine ventris grauatione, à partu sine parientis dolore.

24. Caput ornat: quia de floribus sunt sarta & coronæ quæ deferuntur in capite. Et dicitur serratim ab inferendo: quia ibi flores inferuntur. Christus enim corona est electorum suorum, quæ sine certamine non habetur. 2. Tim. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, id est, perseverauerit & debito fine. Isa. 28. In die illa erit Dominus exercituum corona

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

gloriæ, & serratim exultationis residuo populi sui, &c.

25. Templum venustat. Vnde circa altaria solent apponi rosæ & lilia. Vnde canitur de beata Virgine quæ est Christi templum speciale. Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum & lilia conuallium. Singuli etiam iusti singula etiam templa Christi, quibus dicitur 1. Cor. 4. Templum Dei sanctum est, quod estis vos, quorum tota spiritualis vel interior pulchritudo ex isto flore est.

26. Cant. 2. dicit sponsus ad sponsam: Ego flos campi, qui proprie est viola, &c. Superius inuitauerat sponsa sponsum ad quietem & amplexus, lectuli viriditate dicens, Lectulus noster floridus, & domus pulchritudine arque magnificentia dicens, Tigna domorum nostrarum cedrina, &c. Sed sponsus vocat eam ad strenuitatem certaminis, & laborem agriculturæ spiritualis, dicens: Ego flos campi. Quasi diceret: O sponsa tu delectaris in quiete, secretis vis florere virtutibus, & hanc pulchritudinem amas: ego verò aliam quero, scilicet pulchritudinem pietatis & salutem multorum. Odorem meum toti mundo innotescere cupio, quod fieri non potest nisi postposita quiete qua delectaris, ad prædicationis officium artingas: quod libenter facere debes, quia ego flos campi.

Ego flos campi, id est, decor & gloria mundi, in quo pugnandum est. Ego qui naturaliter sum Deus, sum flos campi, id est, Virginis filius. Campus enim incultus est, & tamen florem producit: sic & beata Virgo intacta & illibata Christum peperit.

Omni suauitate odoris, aspectu decorus, gustu dulcis, tactu suavis, olfactu delectabilis, sed non lectuli vel horti, imò campi.

Per victoriam certaminis obtinendus: quia sum brauium in stadio currentibus, corona proposita in campo certantibus. Isa. 28. In die illa erit Dominus corona gloriæ, & serratim exultationis residuo populi sui. 2. Tim. 2. Non coronabitur quis, &c. 1. Corinth. 9. Vnus accipit brauium.

Ut qui me habere desiderat, campum certaminis non fugiat.

Non lectuli, id est, vernans indeficienter & mundus naturaliter adhærens radicibus originis meæ: quia à patre procedens non sum ab eo diuisus, sed flos lectuli marcidus est, quia à radice separatus.

Illis fragrans suauis, vernans iocundius, qui pro me certant fortius, & laborant fructuosius.

Id est, eorum qui per charitatem sunt extensi ad alios, & per iustitiam secundum vtramque sui partem expositi. In illis enim salua pace contemplatiuorum floret sponsum fructuosus, fragrat suauis & latus, vernat propensius fide, spe, & charitate currentibus, in futuro erit fructus lectuli peruenientibus. Sic ergo currite ut comprehendatis. 1. Cor. 9.

Per certamen obtinendus, per laborem colligendus, tandem maturatus in fructum, in æterna requie quæ est lectulus spatiosissimus, semper sine fastidio comedendus.

Non horti: quia omnibus volentibus ad delecta

delectabiliter intuentium, ad suauiter odorandum expositus, non in lecto vel in domo singulariter possidendus inclusus. Hoc dicitur contra illos qui in solo otio contemplationis, non in labore actionis, vel in sollicitudine prælationis optinantur esse salutes, quasi solus lectus contemplationis sit floridus, & totus campus conuersionis actionis sit fordus.

Laborantibus spem fructus promittens: in flore enim fructus speratur. Nec dicit, sum, vel fui, vel ero, sed sine tempore, ego flos campi, ad inuendum, quod semper est cum laborantibus. Matth. in fine: Ego vobiscum sum omnibus diebus, &c. Quasi dicat sponsa: Non in abscondito cubiculi, vel in arcto lectuli me quaerere: quia palam me exhibeo omnibus ad cognoscendum, inueniendum, obtinendum, ut flos campi, quo nihil magis expositum.

Id est, ego solus campo Ecclesie vernantiam, florido, em & odorem tribuo, quæ est campus propter æqualitatem iustitiae, propter latitudinem & extensionem charitatis. Sed quomodo est flos campi: sicut aromatica species est odor nati, sicut aurum & lapides pre iosi sunt diuitiæ valis continentis illa. Ecclesia dicitur campus propter duo. Primum quia est locus ceteraminis. Secundum quia locus laboris, sicut agerulus, vinea. Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, &c.

Id est, ego qui sum fructus cæli ut Deus, sum flos campi, id est, mundi ut homo. Quasi diceret: Qui vult satiari fructu per fructuionem, redoleat fletem per imitationem.

Id est, virgo de virgine natus. Alij virgines sunt flores horti, id est, de corrupta matre nati: quia hortus excolitur humano exercitio quod non Maria. Vel hoc dicit contra illorum præsumptionem, qui præminent altitudine scientiæ vel vitæ sanctitate. Quasi diceret: Ego sum flos campi, non solum montium, id est, sanctorum vita & scientia sublimium, sed & campi, id est, simplicium. Vel ego sum flos campi, non solius montis iudææ quæ velut mons primò recepit radios fidei, sed & campi, id est, gentilitatis, in qua velut in campo diabolus liberè & absque offendiculo discurrebat.

26. Et liliū conuallium, id est, decus & gloria humilium, qui parati sunt ad patiendum, quibus reuelo humilitatis mez claritatem quam gessi in humanitate nascens & moriens, quibus etiam reuelo æternæ deitatis splendorem magis quam montibus, id est, sapientibus huius mundi, ut habetur Matth. 11. & Iacob. 3. Deus superbis resistit, &c.

Christus liliū conuallium, id est, natum in conuallibus. Quasi diceret: Sicut liliū nascitur in conuallibus, sic ego natus sum de humilibus, id est, decus & decor gentium & omnium qui fordes vitiorum velut valles in se excipiebant: non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Matth. 9. Vel conualles Domini plebes humiles. Conualles enim dicuntur valles quæ montes coniungunt, vel montibus coniunctæ sunt. Ita plebes humilium laicorum velut in medio duorum montium, sunt inter claustrales & clericos seculares, ab altero

lucem doctrinæ, ab altero lucem exempli, velut radios suscipientes. Ex utroque etiam monte doctrinis quasi fluuiis descendentes irrigantur. Vnde inter medium montium pertransibunt aquæ. Specialiter ergo liliū istarum conuallium se dicit sponsus, & tacet de montibus, ut castitas coniugalis etiam liliij particeps reputetur. Idem ergo secundum vnam expositionem sunt campus & conualles, scilicet cætus simplicium, sed campus dicitur ex planitie iustitiæ vel extensione charitatis: conualles autem ex montium circumstantium supereminetia. Possunt intelligi etiam conualles omnes electi sicut & campus: nam campus propter planitiem iustitiæ & latitudinem charitatis, conualles propter humilitatem qua salubriter se supprimunt & inuicem se alter alteri subiiciunt. Rom. 12. Honore inuicem præuenientes. Placet ergo Christo in electis, quod campus sint, sed specialiter placet, quod conualles duplici humilitate humiles, interiori & exteriori: & idè generali nomine floris campum laudat dicens, Ego flos campi, sed speciali nomine liliij conualles attollit, dicens: Et liliū conuallium. Quasi diceret: Mihi iustitia placet & charitas, sed specialiter humilitas. Vnde non Mariæ charitatem, sed humilitatem dicitur respexisse. De qua etiam specialiter rexit in terris. Matth. 11. Discite à me, &c. Liliū autem idè se nominat sponsus: quia in lilio ipse flos est fructus. Sic Christus flos & fructus est idem. Sed flos spectantibus, fructus fruentibus. Vnde dicit: Flores mei fructus honoris & honestatis.

Maria flos ferè secundum omnes proprietates, flori suo qui Christus est, superius assignatas.

Mundus per virginitatem & omnimodam innocentiam: quia nihil inquinatum incurrit in illum florem. Sap. 7. ex quo mundatus est in sua sanctificatione.

Aromaticus per suaueolentem opinionem. Vnde dicitur ei Cant. 1. Curremus in odore unguentorum tuorum, cuius odor maximè in tribus consistit, in virginitate quoad carnem, in humilitate & deuotione quoad animam, in utroque quoad deitatis inhabitationem. Propter hunc triplicem odorem dicit ipsa de se Eccl. 24. Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans, &c. Tenuis in triplici substantia, corporali per temperantiam & carnis macerationem, spirituali scilicet in anima per summam humilitatem, terrena per voluntariam paupertatem, vel temporalium, si ea vnquam habuit, largam erogationem. Vnde de ea specialiter intelligitur illud Prou. in fine: Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.

Tener per mansuetudinem, per pietatem, per peccantium compassionem, per dilectionem tenerrimè diligens corpus & membra filij sui, id est, Ecclesiam & vniuersos fideles. Quære titulo de dilectione Mariæ ad proximos.

Et speciosus, id est, omnimoda specie dilectionis plenus: quia superlatiue participat pulchritudini omnium sanctorum. Vnde Cant. 6. dicitur pulchra ut luna, id est, vniuersalis Ecclesia:

Ecclesia: quia quidquid puritatis habent ceteri sancti in parte, habet ista in toto. Quære titulo de puritate eius.

Concauus, per humilitatem. In hac autem concauitate, id est, merito humilitatis suæ quam respexit Deus, id est, approbanit, attulit nobis ipsa mel diuinitatis. Per humilitatem autem & votum virginittatis placuit ipsa Domino, sed per fidem concepit. Vnde per aurem dicitur concepit, id est, per fidem dictorum: quia fides ex auditu. Ad Rom. 10. Ideo ei dicitur: Mel & lac sub lingua tua. Cant. 3. Quære titulo de dulcedine eius.

Omnicolor. Vnde & inter lapides specialiter comparatur topasio, qui dicitur quasi topandion, id est, omnicolor, & est omnium gemmarum pretiosissima.

Leuis per mansuetudinem & benignitatem. Vnde ei canit Ecclesia: Virgo singularis inter omnes mitis, &c. Ipsam enim non inueniunt peccatores scrupulosam, Quære titulo de benignitate & mansuetudine eius.

Leuis, id est, sine pondere peccati. Vnde & dicitur nubes leuis. Isa. 19. Leuis etiam per virtutum multitudinem, quæ igne nature sunt.

Et medicinans. In flore enim Mariæ qui est Christus, inuenta est humani generis medicina. Vnde Eccl. 38. Altissimus creauit medicinam de terra carnis virginæ.

Fructifer. Vnde dictum est ei Luc. 1. Benedictus fructus ventris tui. Quære retrò.

Inclinis per obedientiam iuxta doctrinam spiritus qui ei dixerat, Inclina aurem tuam, &c. Omnes enim flores vel ferè omnes in partem alteram inclinantur, sicut patet in lilio, rosa, & viola.

Recreans pulchritudine & odore caput, id est, principale mentis, deuotè de ea meditantibus.

Subtilis, sicut patet in floribus vitis & cori: tam subtilis enim fuit eius fecunda virginitas, quod eam diabolus non potuit explorare, nec homo comprehendere.

Aquosus, id est, succosus, cuius succus, pietas, & compassio cordis eius, vel abundantia gratiarum, vel lachrymæ tempore Dominicæ passionis & post filij ascensionem.

Et delicatus. Vnde significatur per Susannam quæ interpretatur liliu. De qua dicitur Dan. 13. quod erat delicata nimis & pulchra specie. Ierem. 6. Speciosæ & delicatæ assimilauit filiam Sion, id est, Mariam.

Communis: quia expositus omni tempore volenti capere ad delectabiliter inueniendum, ad suauiter odorandum, ad vtiliter colligendum. Vnde sicut filius gloriatur & se appellat florem campi. Cant. 2. sicut supra dictum est, sic & ipsa potest singulariter gloriari & dicere: ego flos campi: quia in mundo florem non perdidit, cum nec monialis fuerit, nec reclusa, gloriosius reputans flores in mundo qui hæc designatur per campum, quam in horro, vel deserto.

Rorificatus: suscepit enim Filium Dei in incarnatione quasi rorem mellum: & ideo tota facta est rorifica & mellita.

Pascit apes, id est, contemplatiuos & sibi

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

deuotos deuotione quasi quadam mellea dulcedine, vt supra de Christo. Et eis ceram cum melle ministrat, id est, humanam Christi naturam cum melle deitatis.

Patrem glorificat, id est, herbam vel arborum vel terram de qua nascitur. Et beata Virgo gloria, laus & honor est & lætitia matris suæ. Vnde Cant. 6. Vna est matris suæ electa genitricis suæ.

Non visus spargit odorem: licet enim ipsam non videant fideles animæ in præsentia intuitu corporali, tamen adolescentulæ currunt in odore ipsius Cant. 1.

Pneuma sacrum recipit: merito enim humilitatis & virginittatis superuenit in eam Spiritus sanctus. Capar ornar: quia Christum caput nostrum vestiuit & induit gloriosa humanitate. Vnde Cant. 3. Videte regem Salomonem in diademate, &c. Tempa venustat. Vnde de ipsa canitur: Cuius vira inclya cunctas illustrat Ecclesias, militantem scilicet, & triumphantem.

Maria coloris candidi vt liliu per virginittatem & innocentiam & immunitatem peccati. Quære infra de lilio. Vel etiam candor gloriam designat immortalitatis.

Rubei vt rosa, per pulchritudinem naturalem, per verecundiam virginalem, per eximiam charitatem, per patientiam singularem & affectum martyrij. Quære infra titulo de rosa.

Purpurei vt viola: quia regi regum conueniens: purpura enim regibus conuenit. Vel purpurei per martyriam animæ: quia sanguis quo signatur martyrium, purpurei coloris est. Quære infra de viola.

Hyacinthini qui color cælestis est: quia conuersatio eius erat in cælis. Phil. 3.

Aerei ratione suæ contemplationis: cælos enim attingebat stans in terra. Sap. 18.

Liuidi: quia mente compassa est filio patienti. Vnde dicit Cant. 1. Fusca sum: quia decolorauit me sol, id est, filius meus mortis eclipsim patienti.

Crocei per sapientiam & charitatem quæ notantur in auro: crocus enim crines habet aureos, Quære infra de croco.

Lazurini per voluntariam paupertatem: quia similiter est color cælestis: quia regnum cælorum præmium est paupertatis. Matth. 5. Nisi enim fuerit voluntaria, non est cælestis coloris, sed terreni: & sicut lazuri color pulcher est & pretiosissimus, sic & paupertas coram Deo.

Viridis per virorem fidei, quæ non ematuit in ea tempore Dominicæ passionis sicut in omnibus aliis, sicut dicit Ambrosius. Ideo dicitur de ea Proverb. in fine: Non extinguetur in nocte Dominicæ passionis lucerna eius, id est, fides.

Cant. 2. Sicut liliu inter spinas sic amica mea inter filias. Verba sunt Christi de Mariæ, vel fidei anima. Liliu ratione candoris signat innocentiam & peccati immunitatem: quia Maria ex quo sanctificata est ab originali, creditur non peccasse. Dicitur autem liliu quasi lacteum propter colorem lacteum.

Maria dicitur liliu. Quia sicut liliu spinis inter

inter quas nascitur, præstantius est absque comparatione, sic Maria Iudæis de quibus nata est. Unde sicut spina rosam genuit Iudæa Mariam. Imò in eius compatione spinæ reputantur & animæ sanctæ & virtutes angelicæ: quia sicut dicitur Job 31. Luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quantum magis homo putredo, &c.

Quia sicut liliū candorem suum retinet inter spinas, & quantum magis ab illis pungitur, maiorem emittit odoris fragrantiam: sic Maria dum à nequam Iudæis in filio pungeretur, semper retinuit mentis innocentiam, non reddens malum pro malo, nec pro maledicto retribuens maledictum, imò cum ipsius mentem pertraheret gladius passionis, ubi tota compuncta est, ut diceret cum Susanna, quæ interpretatur liliū, Angustia mihi sunt vndique. Dan. 13. tunc verissime dixisse visa est illud Cant. 1. Cum esset rex in accubitu suo, id est, in humilatione crucis, nardus mea dedit odorem suum. Inde etiam candori huius lilij accrevit rubor rosæ: quia compassio cordis virginei pro summo martyrio Virginitatis reputatur. Et secundum hoc huius auctoritatis, sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias, potest hic esse sensus, ut dicat filius: Sicut ego qui sum liliū, id est, innocens, inter spinas, id est, inter Iudæos qui circumdederunt me sicut apes, & exarserunt igne iræ & odij adversum me sicut ignis in spinis: sic amica mea, id est, Maria inter filias, id est, inter synagogam & gentilitatem quæ me crucifixerunt, synagoga scilicet auctoritate, gentilitas ministerio, & animam matris meæ confixerunt, dilaceraverunt, & compunxerunt.

Quia sicut liliū totum quod habet odoris & decoris fructus & amœnitatis, transmittit ad summum, & collocat in capite suo: sic Maria Deo Trinitati quicquid boni habet, attribuit, dicens: Fecit mihi magna qui potens est, &c. Quasi diceret cum Apostolo illud. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Et hoc facit exemplo filij sui patri à quo habet originem, totum attribuens: vnde dicit Ioan. 17. Pater omnia mea tua sunt.

Quia sicut liliū dolores mitigat & ardores extinguit, sic Maria precibus suis & exemplis in nobis peccatoribus & in seruis suis quam maxime noxias refrænat & extinguit concupiscentias & mitigat dolores animæ, consolationem gratiæ transfundendo in eam, ut ei verissime possit dici. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuas o Maria lætificaverunt animam meam.

Quia liliū in medio floris grana habet crocea & quasi aurea, quæ septem hastalis supportantur, in quo septiformis gratia gratia designatur, quæ florem Mariæ, id est, Christum super omnes implevit. Isa. 11. Designantur etiam in granis aureis initia bonorum operum, & thesauri sapientiæ & scientiæ qui fuerunt absconditi in hoc flore Col. 2. Vel grana aurea in medio floris Filius Dei Deus & homo in vtero Virginis.

Item in lilio flos fructus est. Sic & in Virgine flos eius, id est, Christus fructus eius. Vnde

& ipsa dicit Eccl. 24. Flores mei fructus honoris & honestatis. Christus enim flos est expectantibus, fructus fruuentibus, flos in via, fructus in patria. Liliū etiam Mariæ, id est, virginitas eius fructificavit sola supra naturam.

Item radix lilij quæ latet sub terra, signat fidem Virginis, quia fides est de occultis: hastile quod in altum surgit, spem Virginis de celestibus, flos candidus intus & extra innocentiam virginalem, grana aurea charitatem, quia sicut concavitas floris hæc grana continet, sic & humilis innocentia & innocens humilitas cordis Mariæ plena extitit Dei & proximi dilectione: clava supportans grana illa significat timorem, qui si sit filialis vel castus, contiguus est charitati.

Moraliter. Clava ista manubrium habet candidum, malleolum croceum vel quasi aureum. A parte enim percipientis debet esse candor innocentia, ne scilicet grauet alium per iram, vel odium, aut alia de causa iniusta, vel ne reus sit illius peccati de quo alium corripit. A parte autem percussit debet esse croceitas charitatis, ne odio corripientem se habeat, aut dicat, magister meus malitiosè grauat me, sed sibi attribuat culpam, Deo autem flagellanti qui iuste flagellat omnem filium quem recipit, vel magistro corripienti iustitiam. Sed modo omnes religiosi faciunt è conuerso.

Item in lilio isto quatuor consideranda sunt quæ faciunt ipsum commendabile, scilicet radix, id est, Mariæ generatio præclara ex semine Abraham, ortæ de tribu Iudæ, clara ex stirpe Danid. Ex radice stylus in quo quatuor, gracilitas surgens temperantia: sic enim oportet ad hoc ut eam inhabitaret sapientia illa quæ non inuenitur in terra suauiter viuentium. Job 28. Item æqualis est per iustitiam: reddit enim quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo: reddidit enim Deum mundo, & mundum, id est, amatores mundi non cessat Deo reddere quantum in se est. Per eam autem specialius factus est & Deus mundi & mundus Dei. Item solidus. In hoc fortitudo: quia ipsa illum portauit sub quo curuantur qui portant orbem. Job 9. Item sublimis. In hoc prudentia, hanc enim laudans miratur plenitudo scientiæ Cherubin. In hoc stylo multiplex folium. Primum, patientia quod patienter audiuit Angelum salutantem. Vnde cogitabat qualis esset ista saluatio. Secundum, prudentia interrogando quomodo fieri istud, &c. Tertium, humilitas cum respondit, Ecce ancilla Domini. Quartum, magnitudo fidei, fiat mihi secundum verbum tuum. Et sic de verbis eius per ordinem. Item ex stylo flos in summo, in quo candor castitatis quæ surgit de temperantia, rubor charitatis quæ de iustitia, rigor perseverantiæ quæ de fortitudine, odor suauitatis qui de prudentia. Hæc enim virtus odorat quæ longè sunt in presentibus futura, in terrenis celestia, in infirmis sublimia, in dolore gaudium, & præmium in labore. Redolet enim flos iste: quia fama eius fragrantia latè diffunditur, dum in cælis & in terris & in mari cantatur: Sicut myrrha electa odorem dedit suauitatis, &c.

Item flos lilij, quod plus mirabile est, quatuor

tuor supradictis reparandis lingulis suam respicit ad radicem, & infima sui non obliuiscitur in altum euadens. Hæc est humilitas Mariæ, quæ nec de radice nobili, nec de tribu regia vel sacerdotali, nec de cardinalibus virtutibus, nec de charitate, nec de castitate vel commendabili opinione, vel corporali pulchritudine, vel gratiæ plenitudine, vel angelica saluatione, aut ministerio Angelorum, vel Domini conceptione inasiter exultauit: sed quia humilitatem eius Omnipotens respexit, iuxta illud Eccl. 3. Quantum magnus es, humilia te in omnibus. Item licet flos iste sterilis videatur, fecundus est. Quære istud supra ubi Christus dicitur flos qui pascit. Item generaliter in lilio totali flore & stipite notantur hæc in candore puritas & innocentia, in odore deuotio & bona fama, in virore immacrascibilitas designatur.

Item moraliter flos lilij sex folia candida habet. Sex folia, castitas cordis, & quinque sensum: & sex sunt quæ præcipue incorruptam custodiunt castitatem, videlicet sobrietas, operatio, cultus asperitas, custodia sensuum, verecundia sermorum, vitatio opportunitatis peccandi, scilicet loci, temporis, & personæ. De primo 1. Pet. 5. Sobrius estote & vigilate. Hoc folium lacerat spina gulositatis, ut patet in Luth. Genes. 19. qui ebrius commisit incestum. Ideo Rom. 13. Non in commensationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis. De secundo Ioan. 9. Me oportet operari, &c. Hoc folium lacerat spina otiositatis, ut patet in Sodomitis. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas, &c. Otiositas enim via est ad luxuriam. Ideo dicitur Eccl. 33. Mitte seruum, id est, corpus in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docuit otiositas. De tertio Matth. 6. Nolite solliciti, &c. vsque, induamini. Item habentes alimenta, & cætera. Nimia enim compositio vestium via est ad luxuriam. De quarto Isa. 33. Qui ambulat in iustitia, & loquitur veritatem, &c. Hoc folium lacerat curiositas videndi vana, audiendi noua, & huiusmodi: & hæc via ad luxuriam, ut patet in Dina Genes. 34. Ierem. 9. Docere filias vestras lamentum: quia mors intrat per fenestras. De quinto Eccl. 22. Quis dabit ori meo custodiam, &c. Item debet dicere puella: Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Hoc folium lacerat loquacitas: quia est via ad luxuriam. Vnde Prou. 7. Irreptiuit eum multis sermonibus, &c. statim eam sequitur, &c. 1. Cor. 5. Corruptum bonos mores colloquia mala, vel confabulationes pessimæ. De sexto. 1. ad Tim. 5. Adolescentiores viduas deuota. Opportunitas autem loci via est ad luxuriam. Vnde Thamar corrupta est ab Amon: quia sola cum solo. 1. Reg. 13. Ideo Luth dicitur est Gen. 19. Ne stes in omni circa regione Sodomæ.

Item intra florem lilij sex sunt grana aurea quæ figurant charitatem, qua tribus modis diligitur Deus, scilicet dulciter, sapienter, fortiter: & tribus de causis, propter temporalia quæ tribuit, propter spiritualia quæ infundit, propter celestia quæ promittit. De primo Ierem. 5. Metuamus Dominum qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo & plenitudinem annuæ messis. De secundo dicitur:

Aperi os tuum, scilicet os cordis ad desiderandum, & os corporis ad orandum: & implebo illud charismatibus gratiarum. De tertio. 1. ad Corinth. 2. Oculus non vidit, &c. & sumptum est de Isa. 64. secundum aliam editionem.

Sicut liliū inter spinas, &c. Nota, quod triplex est liliū, liliū inter spinas, liliū infra spinas, liliū supra spinas. Liliū inter spinas, virginitas impugnata tentationibus, quæ sunt spinæ valde pungentes. Liliū infra spinas, virginitas subiecta criminibus, quæ sunt pessimæ spinæ. Liliū super spinas, virginitas supra tentationem & impugnationem, qualis est virginitas Mariæ. De primis Thren. 1. Sacerdotes eius gementes, virgines eius squalidæ. De secundis Deut. 32. Foris vastabit eos gladius & intus pauor, iuuenem simul ac virginem. De tertiis Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt, &c. Primum liliū sunt fatuæ virgines habentes lampades sine oleo, id est, corpora integra sine charitate. Secundum sunt prudentes virgines, quæ cum lampade virginitatis, accepto oleo charitatis fatigatæ tentationibus dormitauerunt. Matth. 25. Tertium eadem virgines, quando omni dormitione superata intrauerunt cum eo ad nuptias. Item primum liliū, filia Herodiadis saltatrix. Marc. 11. Secundum, beata Agnes quæ passionem sustinuit, ne seruiret copulæ coniugali. Tertium beata Virgo, quæ nullum vnquam sensit aculeum libidinis.

Item triplex genus spinarum. Primæ, concupiscentiæ carnales. Vnde Genes. 3. Terra tua, id est, caro, spinas & tribulos germinabit tibi. Secundæ, mudanæ sollicitudines. Vnde Matth. 13. Semen cecidit in spinas. Tertæ, mali cohabitantes. 2. Reg. 33. Præuaricatores quasi spinæ euellentur. Item Michæ 7. Quo optimus est quasi spina de sepe. Sancta igitur anima, fide pura, spe sancta, charitate solida, inter aculeos carnalium concupiscentiarum integra, inter pungentes sollicitudines illæsa, inter malignantes bona, inter discordantes pacifica, quid aliud est quam liliū inter spinas? Item sicut liliū inter spinas. Sentit liliū spinarum istarum, id est, tentationum punctiōnem quando sub se, quando tentatur de diuitiis quæ verbum Dei suffocant. Matth. 13. Semen cecidit, &c. Circa se peruersi fratres qui pacem turbant. Naum 1. Sicut spinæ seinuicem complectuntur, &c. Iuxta se carnales voluptates. Genes. 3. Terra tua spinas, & tribulos germinabit tibi. Intra se male cogitationes & praua desideria. Prouerb. 24. Per agtum pigri, &c. Supra se, demonum suggestiones. Isa. 7. Vepres & spinæ in vniuersa terra & omnes montes, &c. Item de primis spinis dicit Psal. Conuersus sum in ærumna mea, id est, in iugum primæ seruitutis quod abieceram in baptismo, dum configitur spina carnalis concupiscentiæ vsque ad consensum. Quasi diceret: Dum carnalis concupiscentia vsque ad consensum infigitur, in primam redigor seruitutem, quasi viribus hosti redditis, ut dicit Augustinus super 7. ad Rom. Vel conuersus sum in ærumna, id est, in dolorem & lamentationem penitentialem, dum spina carnalis concupiscentiæ infigitur vsque ad

consensum. De secundis exemplum in luna vbi videtur homo falce spinarum oneratus, nullo tamen vulnere lauciat. Sic est anima sancta sub sollicitudine actiua, à quibus spinis multas punctiones accipit. non tamen aliqua vitia culpæ. De tertijs Phil. 2. Omnia facite sine murmuracionibus, &c. inter quos lucetis, &c. id est, sicut lilia candida & illæsa inter spinas. Item his spinis pungitur liliam in radice, quando tentatur quis de hie: in stipite, quando volunt spem frangere: in flore, quando castitatem violare: in granis, quando charitatem cotrumpere per dissensionem inter fratres: in claua, dum timorem eliminare, Dei misericordiam asserendo, vitam longam promittendo, peccata attenuando. Hæ sunt tres lanceæ quas Ioab, id est, diabolus infixit in corde Absalon. 2. Reg. 18. Item est liliam conuallium castitatis virginalis, spineti coniugalis, agri vidualis. De primo. Ego liliam conuallium. De secundo. Sicut liliam inter spinas. De tertio Matth. 6. Considerate lilia agri.

31. Sicut liliam inter spinas. Non dicit inter lilia, hoc est contra eos qui cohabitationem peccatorum abominantur, sicut Pharisei dicentes de Domino Luc. 15. Quia hic peccatores recipit & manducat cum eis. Bene viuere inter bonos bonum est: sed inter malos bene viuere, & innocentiam retinere, & cum odientibus pacem esse pacificum, perfectum est. Item hoc est contra quosdam qui spernunt infirmos, qui spinas tentationum pariuntur, cum ipsi talia non sentiant, sicut legitur in vitis patrum de quodam eremita. Sed audiant ipsi, quod anima non amica sponsi, nisi fuerit liliam inter spinas. Ideo ne minus amari in medio spinarum quam in molli lectulo se timeret sponsa, contubernio spinarum coniunxit nomen amicæ. Et ne minus decoram se crederet ex punctiõibus spinarum, idem nominat illam liliam inter spinas. Quasi diceret: Nec amoris gratia, nec odoris fragrantia, nec decoris vernantia, minuitur in sponsa vicinitate spinarum, aut compunctiõne, sed potius augmentatur.

Item non dicit: Sicut liliam inter spinas, sic dilecta mea inter filias, sed amica, quasi apertè dicat per hoc: anima quæ spinas tentationum, tribulationum, sollicitudinum, propter me sustinet, amicam meam se comprobat euidenter: & sic amor sponsæ notatur hic erga sponsum, & amor sponsi erga sponsam. Qui enim liliam inter spinas colligere vult, spinarum aculeos necessariò patitur, sicut patet hoc in sponso: nam istud liliam de medio spinarum, id est, reproborum colligens, aculeos passus est multiplices, cum electos colligeret per se, & alios prædicando, & peccatorum multimodas moriones. Ecclesiast. 10. Qui dissipat seipem, mordebit eum coluber. Sepes hæc synagoga peccatorum: fecit enim Dominus sicut canis venaticus, qui feram insequens, caput & corpus suum in spinas immittit, non timens vulnera vt capiat prædam: fera latrans inter spinas, Ecclesia inter reprobos, quam vt extraheret, multas à reprobis qui spinæ sunt, sustinuit punctiones vsque ad sanguinis effusio-

nem. Vnde & ad hoc significandum caput suum spinis sustinuit coronati. Vnde 2. Reg. 23. Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus, sed siquis tangere eas voluerit, armabitur ferro & ligno lanceato, id est, in patientia inuincibili & longanimitate inflexibili. Notatur etiam in hoc verbo, sponsæ compassio ad infirmos: liliam enim inter spinas facillè vulnerabile & penetrabile est: & membra Ecclesiæ inter infirmos fratres penetrabilia debent esse per compassionem. Vnde hæc est vox liliæ inter spinas: Quis infirmatur, &c. 2. Corinth. 11. Item in hoc verbo notantur tria, scilicet ordinabilitas, sociabilitas, & humilitas sponsæ. Non dicitur sicut liliam supra spinas, sic amica mea inter filias, sed inter spinas & inter filias. Ecce ordinabilitas & sociabilitas. Item non dicit: Sicut liliam inter spinas, sic amica mea inter filios, sed inter filias, ecce humilitas. Hæc enim tria fideli animæ vt sit sponsa Christi, sunt necessaria, & ad hoc vt vocetur amica, ordinabilitas quoad se, sociabilitas quoad proximum, humilitas quoad Deum.

32. Viso de lilio videndum est de rosa. Et nota, quod Christus rosa, Maria rosa, Ecclesia rosa, fidelis anima rosa. De hac rosa dicitur Eccl. 24. Quasi plantatio rosæ in Iericho, id est, quædam planta rosæ. Iericho interpretatur luna, vel, vt quidam dicunt, odor eius: quia os cuiuslibet Christiani debet esse aromaticum, laudes Mariæ resonando, sicut os aromaticum redditur, species aromatics ruminando. Luna candida est, rosa rubicunda: rosa in luna, rubor in candore. Plantatio ergo rosæ in Iericho, est in candore virginitatis plantata affectio martyrii & passionis. Ideò Luc. 1. dictum est eleganter: Et nomen Virginis Maria. Istud plenius inuenies titulo de martyrio Mariæ. Dicitur, quod in Iericho crescunt rosæ speciosissimæ habentes centum quinquaginta folia. Dicitur ergo Maria quasi rosa, non qualibet, sed Ierichuntina, id est, speciosissima, & maximè habito respectu ad filij passionem, cui mente compassa est. Color enim roseus quasi sanguineus est, & sanguis signat martyrium. Et bene quasi rosa: Christus enim vera fuit rosa, sanguine proprio rubricatus. Ipsa vero non suo sanguine, sed sanguine filij rubricata: & idem quasi rosa: quantum enim filius passus est corporaliter, tantum ipsa compassa est præcordialiter. Ipsa enim fuit rosa in Iericho, quod sonat defectus, quia compassa est filio, quando fides in omnibus defecerat præter ipsam. Aliter. Plantata fuit Maria & firmiter radicata in defectu & aculeis paupertatis. Vnde tanquam pauperima non habuit vnde filium natum sufficienter operiret, vel vbi honestè reclinaret: & ex hoc defectu & his aculeis in odorem & decorem ascendit speciosissimæ rosæ. Aliter. Christus rosa, Iericho defectus: ipse enim plantatus fuit secus decursus aquarum in die passionis, id est, secus nostræ mortalitatis defectus. Vel Iericho odor eius: quia fracto alabastro corporis eius in cruce, repleta est domus, id est, Ecclesia ex odore vnguenti, odore scilicet spei & gratiæ. Rosa enim cum plantatur in botro, minimè apparet, sed post exerscit & floret. Sic Christus

Christus in passione cum radicatus adhæsit terræ, id est, Ecclesiæ. Isa. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus. Tunc enim fuit ipse Deus absconditus. Isa. 45: sed post floruit hæc rosa, id est, resoruit caro eius in resurrectione, quæ roseo eius cruore perfusa fuerat in passione.

33. Maria rosa. Quia rosa inclinis & humilis in statura, per humilem obedientiam iuxta doctrinam Spiritus sancti dicentis ad eam: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, &c. Aromaticam. Vnde Cant. 4. Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

Maria rosa propter pulchritudinem naturalem. Vnde Cant. 3. dicit ei sponsus: Tota pulchra es amica mea, &c.

Verecundiam virginalem. Vnde dicitur ei Cant. 4. Sicut fragmen malipunicæ, ita genæ tuæ, &c. Titulo de pulchritudine eius.

Patientiam singularem: purpurei enim vel sanguinei coloris est, & in sanguine signatur martyrium, quia mente compassa est filio: & intensio illius doloris signatur in rosa per intensiõnem ruboris.

Dei & proximi charitatem. Rosa enim coloris est ignei, & per ignem charitas designatur. Luc. 12. Ignem veni mittere in terram. Est etiam rosa intensissimi ruboris, in quo summa perfectio amoris. Est & frigida, in quo notatur exclusio totius prauis amoris, quod bene competit beatæ Virgini, quæ dicit Cant. 2. Dilectus meus mihi. Hunc perfectum amorem habuit ipsa in Iericho, id est, in creatione mortali.

Iericho defectus.

Frigida folia eius, verba eius. Vnde protelata est. Quoniam virum non cognosco. Frigida etiam in foliis ab effectu: quia orationibus suis, meritis & exemplis malum concupiscentiarum feroces refrigerat, & maximè in familiaribus suis.

Copiosa, maximè rosa Ierichuntina: quia multiplex mysterium sive intelligentia vel doctrina latet in verbis ipsius. Quare titulo de sapientia Mariæ.

Calida: quia semen eius Christus Dominus charitas est.

Amara & hoc ab effectu: quia semen eius, id est, verba & exempla in suis imitatoribus amarant mundi noxias voluptates: ipsa enim designatur per librum quem deuorauit Ioan. Apocal. 10. qui erat dulcis gustu, & amarus effectu.

Crocea: in quo designantur affectus intimæ charitatis suæ. Ei enim cura est de omnibus Sap. 6. Quasi diceret illud Phil. 1. Testis mihi est Deus, quomodo vos omnes cupiam in visceribus Christi filij mei.

Terrena per voluntariam paupertatem, vel temporalium, si vnquam habuit, largam erogationem.

Spiritualis, scilicet in anima per summam humilitatem.

Corporalis per temperantiam & carnis macerationem.

Stiptica; id est, fluxus capitis restrictiua: quo designatur verbositas. Ipsa est enim mulier sensata & tacita. Eccl. 25. & suo exemplo in suis imitatoribus fluxum restringit supra di-

ctum. Quasi diceret: Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Restringit etiam suis orationibus & exemplis fluxum vitii cuiuslibet, maximè in amatoribus suis: & dicitur vitia coccinea.

Capitis confortatiua. Per caput mentem intellige. Confortauit enim Basilium Iulianum apostatam formidantem, & Theophilum iam ferè desperantem, quando locuta est ad cor eius. Ideò dicitur rosa in Iericho, quod interpretatur defectus: quia sæpè nisi confortaret peccatores, deficerent.

Oculorum clarificatiua: de tosis enim efficitur aqua rosea.

Doloris mitigatiua.

More gariophili porrum conditiua: de rosæ enim conficitur vinum rosatum: quantum enim dignitas Virginis subtilius exponitur, tanto vinum prædicationis sapidius & odoratus redditur.

Regina: purpurei enim coloris est, & purpura regibus conuenit. Alij enim pulchri flores, aliæ bonæ mulieres. Ipsa verò regina virginum & decus mulierum sicut rosa florum.

Pulcherrima ad inuendum. Ipsa est enim pulcherrima mulierum. Cant. 5. sicut rosa florum, cui dicit filius Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam, &c. quia facies tua decora. Item Cant. 6. dicit ei tota Trinitas: Reuertere, reuertere Sunamitis, &c. vt intueamur te. Et in hoc verbo, vt intueamur te, ostenditur, quod tota Trinitas ipsius speciem desiderat inueniri.

Suauissima ad tangendum. Rosa enim de spina nascitur, non de spinosa. Et Maria de ludæis qui erant quasi spinæ. Vnde: Sicut spina rosam, &c. Sed ipsam non inueniunt peccatores spinosam aut scrupulosam: quia suavis est vniuersis. Beatus Bernardus: Quid ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas? nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suavis est, omnibus offerens lac & lanam.

Delicatissima ad olfaciendum. Vnde dicunt adolescentulæ Cant. 1. Curremus in odore vnguentorum tuorum. Et propter pulchritudinem & hanc suauitatem dicit ei Ecclesia: Speciosa facta es ad inuendum, & suavis ad tangendum & olfaciendum.

Spinis adhæret, licet omnino eis dissimilis. Et Maria peccatoribus qui sunt spinæ, pietate adhæret, & compassione, licet à peccato omnino immunis.

Prius clausa, ad solis radium aperitur. Cum enim vouendo virginitatem consensum animi conceptione clausisset & generationi, soli tamen aperuit iustitiæ, cum intellexisset se Dei Filium posse concipere & parere manens virgo. Vnde dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Vnde & dicit Cant. 5. Surrexi vt aperirem dilectio meo, &c.

Cum perfectè creuerit, sursum patula, decorum vndique fleat: quia nec ad perfectum crementum exultationis celestis sublimata, & ad diuini luminis susceptionem tota virtute expanditur, & ad mortalium suffragia per compassionem vndique sine personarum acceptione fleat, & æqualiter, id est, communicatiue est illi cura de omnibus Sap. 6.

Antequam

Antequam marcescat, carpitur: quia antequam beatissima caro eius putredine marcesceret, ad vtriusque stolæ immortalitatem de mundo assumpta creditur: non enim dedit Dominus sanctam suam videre corruptionem. Augustinus: Credimus, quod nunquam caro computruerit in terris, cuius pars glorificata est in cælis.

34. Maria Viola.

Maria viola. Vnde dicit cum filio Cantic. 2. Ego flos campi, &c. qui propriè est viola, sicut quidam dicunt. Secundum Isidorum dicitur à vi odoris, cuius flos ante omnes alios flores apparens, serenitatem temporis venientem designat: quia nascitur incipiente tempore vernali. Similiter Maria quæ prima votum emisit perpetuæ virginittatis, quasi in principio nascentis Ecclesiæ apparuit, & in tempore vernali quando omnia terræ nascencia quodammodo innouantur. Nam ab ipsa incepit reparatio mundi, & postea ipsa quasi purpurata est in filij passione, cuius dolor ei pro martyrio computatur, quod in purpura figuratur.

Maria viola: quia viola flos paruulus per humilitatem.

Inclinis per obedientiam.

Terræ adherens, id est, terrenis peccatoribus per compassionem, pietatem, & affectum misericordie.

Subtilis & suavis odoris per suauolentem opinionem Deum, Angelos, & homines delectantem. Ideo propter vim odoris dicitur viola.

Temperatæ complexionis per omnimodam modestiam, quando regebatur omni moderamine rationis.

Purpurei, ærei & hyacinthipi coloris & etiam liuidi. Hoc totum habuisti supra, ubi Maria dicitur flos omnicolor.

Ardores febrium reprimit, id est, vitiorum tentantium maxime in familiaribus suis. Ardor tentatio carnis, vel irascenda mentis, frigus auaritia, pigritia, ignauia, torpor & desperatio.

Noxios & corruptos purgat humores: quia orationibus & exemplis suis malos eliminat & egregios format mores.

Deficcata & arida membra humectat: quia amatoribus suis deuotionis & charitatis pinguedinem subministrat.

Ex ea componitur syrupus violacius: quia singulari egritudinibus peccatorum medicinalis est intercessio eius.

Propriè appellatur flos campi. Cant. 2. quia de terra inclita nascitur, & propter communitatem & ceteras proprietates quæ paulò superior assignamus Christo: qui flos campi specialiter se appellat, ipsi etiam para est de herbe incultis & squalentibus per vitam & peccata.

35. Maria crocus.

Crocus crines habet aureos. Et Maria aurea per sapientiam de diuinis. Cantic. 4. Nascitur & crocus, &c. Secundum Isidorum nascitur de Corithio oppido Cilicia, ubi melior crocus nascitur, & à corithio nomen trahit. Albertus enim dicitur crocus quam in Cilicia, submersam equè bonus. Optimus ille est qui dicitur, boni odoris, albedine paria, porrecta longitudinis,

integer non comminutus in fragmenta, bonæ inspirationis leniter acce, manus inficiens si carpatur. Sine his proprietatibus aut vetustum aut adulteratum.

Maria crocus: quia crocus habet solidam radicem, & nihil aliud habens durum. Radix Virginis humilitas vel fides eius, cuius solidissima constantia apparuit in passione filij.

Crines gramineos longos graciles & aureos. Crines isti virgineæ cogitationes videntes fide: quia gramen solet virere, gracilitas paupertas, longitudo perseverantiæ longanimitas, aureus color sapientia de diuinis.

Florem speciosissimum aureum rubeumque decorum & pretiosum fragrantem & odoris optimi. Et Christus flos Mariæ aureus quoad deitatem, rubeus quoad sanguinis effusionem, decorus quoad vtramque naturam, odoris præcipui: vnde se comparat balsamo, myrrhæ, & cianamomo.

Cibus nobilium colorat & sapidus reddit. Nobiles sunt illi qui faciunt voluntatem Dei Patris, sicut dicitur in Euangelio, quorum cibi verba Domini, quos cibos beata Virgo colorat & insignit & sapidiores reddit.

Solsequium dicitur ex eo quod solem sequitur, quasi ei inclinans: vel quia cum sole se inclinante semetipsam inclinat. Hi sunt Maria & viri iusti, qui exemplo Christi dicentis Marth. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde, se humiliant & inclinant.

Solsequium tritum & vulnere superpositum vel comestum, contra venenum valet & mortuum animalis venenati.

Cochium in aqua dicitur verrucas tollere, si aqua illa poterit. Vel si herba in cataplasmate ponatur & verrucis superponitur.

Æstiuo floret solstitio, solis motibus folia circumacta conuertit, oriente sole flores suos aperit: cum sol occubuerit, se recludit. Adapta Mariæ & fidei animæ.

Hyacinthus herba est florem habens purpureum, & traxit nomen à quodam puero nobili, qui in quodam saltu inter flores purpureos repertus est interfectus. Flos & radice violæ similis. In hoc flore designari possunt compassio & contemplatio Mariæ: quia purpura compassionem, color hyacinthinus signat contemplationem.

Color lilij perfectam innocentiam significat Mariæ quando in vtero sanctificata, quam innocentiam iugiter conseruauit dicena cum Job: Domine desiccam, morte scilicet, non recedam ab innocentia mea, &c. Vel quando virginittatis prima votum emisit. Vnde de ea dicit Christus: Sicut lilius inter spinas, sic amata mea inter filias. Nam quædam flos lilij flores spinarum, tantum præcedit spinas, & castitates virginittatis & castitates omnium mulierum.

Maria dicitur Rosa. Rosa quando ingresso aëre Angelo in forma virij, verè incarnata est, & in hoc roso carnalis claritas facies superflua. Vel maxime rubuit in rosa, quia de rose carnalis est filio patris, & comparat rosæ plantæ in Iericho. Rosa quæ flor rosarum in diebus vernis. Eccl. 30. quando scilicet filius passus est in vere pro mundi renouatione.

36.

37.

38.

Violæ

Violæ qui humilis est & inclinis, quando intellectu quod posset concipere & parere manens virgo, humillimè & capite inclinato respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Fruuenti quoad fructum maternitatis suæ: flos enim frumenti generat granum frumenti. Et ipsa genuit illud granum quod de se testatur Ioan. 12. Nisi granum frumenti, &c. quod videlicet grano pascitur in filij sacramento.

Vux quoad priuilegijs speciale fugandi serpentes de vinea Domini, id est, Ecclesiæ, vel fidei anima. Vel aliter flos vitis vel vux virginittatis Mariæ: quia sicut flos vitis generat vnam, sic Mariæ virginittas genuit vnam illam in cuius vino vel sanguine lauat Iudas, id est, verè confitens stolam suam vel pallium: quia per sanguinem Christi quo sanctificatur penitentia hostra, lauatur habitus noster interior qui per stolam, & exterior qui per pallium designatur.

Maligranati, qui præteadunt munditiam & innocentiam in quantum candidi, charitatem & patientiam in quantum rosei, compassionem proximorum & desiderium patiendi pro Christo in quantum purpurei. Generant etiam flores isti maligranati in quibus sub vno cortice multa grana continentur ordinatè disposita. Huiusmodi flores habuit beata Virgo, quando cum filij sui discipulis & mulieribus perseverabat vnanimiter in oratione, sicut legitur Act. 1.

De herbis horti conclusi. Hortus conclusus foror mea sponsa, &c. Quoniam in hortis fecundis & solitariis multæ solent herbe medicinales virtuosæ & aromaticæ reperiri, videndum est de virtute huius horti.

Maria myrtus. Quia à mari dicitur: quia litorea est arbor vel herba. Vnde poeta: Et amaret litorea myrtus. Græcè autem dicitur myrena: crecit enim libenter in litoreis maris. Maria verò quæ interpretatur mareamarum, peruenit ad gloriam spiritualis martyrij, quando amarè compassa est filio patenti, & ita creuit iuxta mare.

Secundum phycos idonea multis necessitatibus mulierum. Et beata Virgo cunctis necessitatibus fidelium animarum.

Restringit vomitum: quia orationibus, meritis & exemplis coëctet homines, & maxime sibi deuotos, ne ad vomitum redeant, id est, ne peccata reiterent quæ confitendo euomerant: quia sic euomeret eos Christus ex ore suo, Apoc. 3.

Restringit fluxum concupiscentiarum, & desiderium temporalium, & vomitum gulositatis qui sequitur intemperantiam.

Membra fessa vel paralytica reparat & consolidat, iuxta præceptum filij. Isa. 35. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate, &c.

Dicitur habere virtutes reprobis libidinibus, & propter hoc fabulatur poeta myrtum esse arborem venerè dicantem. Ideo beata Maria & sancti designantur per myrtum, quæ virtutes reprobis luxuriant peccatis se & postea ab eis sequuntur.

Facit dormire laborantes fere tota: quia

astuantes carnalibus desideriis vel terrenis concupiscentiis refrigerat, eidem indulgentiam somnum, id est, quietem pectoris, virtutem castitatis, contemptum rei temporalis, sabbatum vel otium contemplationis.

Temperatæ complexionis, & ex ea fit potus myrtinus qui valet ad frangendum calculum: quia per partum ipsius contracta est idololatria: propter quod ei canitur, Gaude Maria Virgo, cuncta hæreses sola interemisti. Et hoc significatum est quando ipsa ingrediente Aegyptum cum filio, corruerunt simulachra Aegypti. Isa. 19.

Breuis staturæ per humilitatem, frigidæ naturæ per virginittatem.

Aromatica est. Nam ipsa in his qui salui fiunt, est odor vitæ in vitam. 1. Cor. 2.

Imputribilis, sicut dicunt: quia sine inuidia & cupiditate temporalium, quæ putrefaciunt corda amatorum suorum.

Radicalur & crescit in profundo humilitatis, vilitatis, & abiectionis. De hoc profundo dicitur Zach. 1. Vidi noctem, id est, non bene manifesta visione quæ erit in futuro. Et ecce vir, id est, Christus, ascendens super equum rufum. Equus caro Christi, quam bene rexit coëctens eam freno temperantiæ, & vrgens quasi calcaribus quæ signant duos aduentus. Equus autem iste fuit rufus: quia proprio sanguine in cruce rubricatus. Qui visus est stare inter myrteta, id est, inter viros iustos, paratus eos iuuare, sicut Stephanus vidit eum stantem, id est, iuuare paratum, qui similes sunt myrto, id est, tranquilli in in conscientia. Et ceteras proprietates eis assigna. Et hi sunt consolatores Ecclesiæ. Vel inter consolatores Ecclesiæ stat Christus: quia talium confortio delectatur, & tales consolatur. Quæ erant in profundo humilitatis & vilitatis & abiectionis, vnde dicitur est. Et post eum per imitationem equi rufi, id est, martyres qui expressius eius imitantur vestigia. Varij per virtutes & bona opera decorati, & quoad tales dicitur Ecclesiæ circumdata varietatibus, vel propter varietatem tormentorum. Et albi per innocentiam & castitatem.

40.

Maudragota herba est aromatica frigida & sicca, profundissimè radicitur in terra, & terræ parum supereminet, cuius radix formam habet humani corporis, excepto capite, poma habet rubra & odorifera & pomis punicis similis, diligitur à medicis, quia talis virtutis est vt ægris laborantibus in commodo vigilarem somnum indulget: cum profundum etiam soporem inducit, vt si contra eam vino autus ad bibendum dederit, & sic potest esse sine dolore. Sicut dicitur in Galieno, quæ est in montibus Libanum, & habet virtutes multas, & sic capere delectatur. Quod dicitur in Galieno, & cetera apparet.

Maria mandragora. Quia figurat se herba per virginittatem, &c.

Opprobria & amara & vitiosa quæ sunt aromatica Dea, & cetera. Et cetera. Vnde et dicitur Cantic. 4. Quæ sunt virtutes quoniam & sancti designantur per myrtum, quæ virtutes reprobis luxuriant peccatis se & postea ab eis sequuntur.

Facit dormire laborantes fere tota: quia

III

Illi terræ supereminens quoad Angelos & animas sanctas, sed non quantum Christus homo qui caput est totius creaturæ.

Christo homini humanato ex ea similis per humilitatem, quæ fuit radix eius, sed non per diuinitatem: caput enim Christi Deus, id est, diuinitas.

Pomum eius, id est, Christus, rubeum proprii sanguinis effusione, & odoriferum: quia fracto corporis eius alabastro, domus, id est, Ecclesia repleta est ex odore vnguenti.

Simile etiam malopunico: quia fractum in cruce apparuit candidum per innocentiam, & rubicundum per charitatem & patientiam, & plenum granulibus, id est, virtutibus vniuersis.

Diligitur à medicis, id est, prædicatoribus, & ipsi peccatoribus qui sanari desiderant à languoribus vitiorum: quia sicut dictum est de myrto, suis orationibus meritis, & exemplis eis formam indulget, de quibus antea dicebatur Prouerb. 4. Non dormiunt nisi malefecerint, & non rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint.

Cortex eius, id est, exemplum suæ conuersionis vino prædicationis admixtus, & ab auribus deuotè susceptus, tam profundè forporat hominem per contemplationem & sui imitationem, vt nec læsionem proprii corporis, nec damna sentiat rei familiaris: per gratiam ipsorum cordibus inspirans, quod non sunt condignæ passionis temporis huius ad futuram gloriam quæ reuelabitur in eis. ad Rom. 8.

Nauseantibus per fastidium verbum Dei medium præstat.

CAPVT V.

De his qua in incarnatione Filij Dei à superiori descenderunt in hortum conclusum.

Sol verbum Patris, lux, splendor, venus, & sacra, Nix, imber, pluuia, vapor, ignis, manna, mel, & rus, Angelus, ala, apis.

Hortus conclusus foror mea sponsa, &c. Recitè beata Virgo dicitur hortus conclusus: quia sicut in horto concluso nihil infimum subintrare potest, aut terrenum, sed ea tantummodo quæ veniunt de superis: sic factam est in Maria. In hunc enim hortum non intrauit homo purus, cum ipsa sit terra per quam non ambulant vii. Ierem. 1. & cum ipsa sit clausa porta per quam vii non transiunt. Eccl. 4. nec beata auribus, quibus parua & spiritalia vitia delignantur. Superius autem verbis posuit ea quæ sunt in mundo communi, quæ in eius horto non sunt. In gratia aduersione, in Spiritu sancto impetitione, in Filij Dei incarnatione, in eius horto non sunt, sed in mundo communi sunt. Quibus omnibus charitatem Spiritus sancti, vel ipsius Filij, vel omne carnis operationem designant. Patre luminis abscidit. De quibus videndum est singulis.

§. I.

Christus sol.

Sol Christus multiplici ratione. Dicitur enim sol quasi solus lucens, vel quasi sua omnibus largiens, vel quia sursum leuans: quia ad se trahit aquas maris & humores terræ, id est, humiles constitutos inferius quos gratia sua humectat, illos sursum trahit & elongat à mundo, Magister Hugo de sancto Victore: Solus sol propriam habet lucem, & solus de igne factus est. Cæteræ stellæ omnes sicut & luna de area materia facta sunt, & tantum relucunt, & non lucent. Ipse etiam dicit, quod de illa luce primaria quæ creata creditur in loco illo vbi sol oritur, siue de igne, meliorando eum forma & splendore fecit Deus solem. Est autem sol iste visibilis oculus mundi, lux creaturarum, speculum creatoris, quo nulla creatura pulchrior, nulla utilior, quo lucente cætera luminaria sic sunt quasi non sunt, & videri non possunt. Vnde Iob 25. Luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, &c. Et nota, quod Christus appellatur sol iustitiæ. Mal. vii. Quæ scilicet iustitia vocatur in Glossa charitas hac ratione: quoniam quemcumque diligit, flagellat & castigat. Vel ideo sol iustitiæ: quia non luget nisi conferuantibus iustitiam. Notandum ergo, quod sol in quinque privilegijs præeminet vniuersis luminarijs cæli. Sic & Christus Dominus sanctorum ordinibus vniuersis: quia non est sanctus vt est Dominus. Primò in magnitudine. Aegyptij dicunt, quod octies est maior terra. Plato, Macrobius, & Aristoteles, quod vigies septies. Hæc magnitudo solis designat humilitatem Christi, cui nulla alicuius sancti potest humilitas comparari, quæ est magistra totius humilitatis sanctorum. Vnde dicit Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Secundum enim virtutem humilitatis Dominus vniuersam animæ quantitatem mensurat. Vnde Matth. 18. Quicumque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum. Beatus Bernardus dicit, quod seipsum paruulum appellabat. Secundò in calore: calidior enim terra, si tota esset ignea: quantumcumque enim sit sol, nihil est nisi ignis, & ideo fons caloris. Ad Hebræ. in fine: Deus noster ignis consumens est. Hic calor est charitas Christi, quæ fecit eum incarnari, mori, & crucifigi. Vnde dicit Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, &c. Charitas enim ignis est quem venit Dominus mittere in terram. Luc. 12. In terram scilicet cordis humani, volens eam vehementer accendi, vt de cætero terra non esset, sed amore Dei succensa sursum tenderet velut ignis cuius deorsum locus non est. Tertio in claritate: clarior est enim sol quam luna & omnia sidera. Tullius: Sol quasi solus lucens, id est, præ cæteris cæli luminarijs. Hæc solis claritas est Christi puritas, qui peccatum non fecit, &c. qui est speculum sine macula. Sap. 7. Quando in potestate. Vnde: Fecit Deus solem in potestatem diei. Quia sol temperat annum, etiam facit diem, occidit noctem, appropriat quæ sunt in potestate, omnibus herbis & arboribus vitam facit & vegetationem. Vnde

Vnde Tullius appellat eum mentem mundi. Quintò in utilitate: sol enim utilior est omnibus creaturis quæ sub cælo sunt: ab ipso enim habet terra germinare herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum, & humilimodi. Solis ergo utilitas est Christi misericordia, quæ nihil vilius esse potest.

Item per solem sapiens interpretatur Pater, per radium vel splendorem solis Filius qui est splendor gloriæ & figura Patris. ad Hebræ. 1. per calorem Spiritus sanctus, de quo dicitur: Nec est qui se abscondat à calore eius. Spiritus enim sanctus est amor Patris & Filij. Sic autem radius vel splendor solis, ex quo sol fuit, processit à sole & procedit semper procedit: sic Filius eternaliter procedit à Patre. Et sicut calor eternaliter procedit tam à sole quam à radio: sic Spiritus sanctus ab vtroque, id est, Filio & Patre. Vnde Iohannes dicit Ioan. 15. in fine: Cum venerit paracletus quem ego misit vobis à Patre, spiritum veritatis qui à Patre procedit. Aliter. In sole quia circumferuntur machinam, signatur Patris potentia: in splendore qui totum illuminat, Filij sapientia: in feruore qui totum calefacit, Spiritus sancti beneuolentia. Ratione patris dicitur sol quasi solus: quia solus Deus dicitur vere potens. Ratione secundæ dicitur sol à solon vel à falon, quod est commune: quia illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ratione tertij dicitur sol quasi solus: quia solus est qui cuncta illuminat & vegetat beneuolentia. Eccl. 1. Lustrans vniuersa in circuitu per spiritum, &c.

Item in Christo vero sole rotunditas est diuinitatis eternitas, claritas anime puritas, caliditas charitas, quæ tantum dilexit nos, vt supra.

Item Christus sol: quia sicut sol materialis replet mundum radijs claritatis suæ: sic Christus vtrumque mundum radijs misericordiarum suarum. Vnde: Domine in cælo misericordia tua, &c. Item misericordia Domini plena est terra. Et hunc mundum radijs exemplorum & doctrine, cuius solis duodecim radij duodecim Apostoli.

Item sol iste latuit & abscondit se sub nube carnis in vtero Virginis. Vnde dicit ei Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus. Et illud: Sol sub nube latuit. Ortus est in natiuitate, eclipsim passus in cruce. Item ortus in resurrectione. Vnde Mar. 15. Venerunt ad monumentum orto iam sole, id est, Christo resuscitato. Nec occider amplius. Isa. 60. Ideo de hoc sole dicitur. Eccl. 1. Oritur sol, id est, Christus in natiuitate, & occidit in passione. Vnde Amos 8. In die illa occidet sol in Meridie, id est, in charitatis suæ feruore, quæ facit eum pati. Et ad locum suum reuertitur, in ascensione, id est, ad dexteram Patris. Ibi que renascens, id est, de cælo veniens in iudicio. Gyrat per Meridiam, id est, considerat bona opera. Et seclitur ad Aquilonem, id est, considerat mala opera. Lustrans vniuersa: quia nihil absconditum quod ibi non reuelatur, quando ipse est lustrans corda, id est, quid quisque cogitauerit, & renes, id est, in quibus quilibet in presenti fuerit. D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

rit delectatus. Aliter. Oritur sol inferis, & occidit superis: & hoc quando corpus positum fuit in sepulchro, & anima descendit ad inferna: tunc enim sanctis patribus habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est. Isa. 9. Deinde ad locum suum reuertitur, triumphator magnificus; crepta præda suorum, ad locum, scilicet paterni solij & gloriæ, vt sedeat ad dexteram Patris sui. Aliter. Oritur sol, id est, Christus in natiuitate. Vnde Zach. 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. Et ad locum suum reuertitur, id est, sicut expositum est. Ibi que renascens, supple, effectus: quia nos facit renasci per gratiam & Spiritum sanctum. Gyrat per Meridiam, id est, lustrans, per quos bene dicitur gyrare quasi per circulum: quia ab ipso incepit, & ab eis translatus est ad gentes, & tandem reuertetur ad eos. Et seclitur ad Aquilonem, id est, ad Gentiles, ad quos bene dicitur seclit: quia ad ipsos non fuit principaliter missus. Vnde dicit Matth. 15. Non sum missus, &c. Lustrans vniuersa: quia omnia conuoluit in infidelitate, vt omnium miseretur, &c. Rom. 11.

Item Christus sol: quia sicut ex vno eodemque sole alia illuminantur, vt oculi: alia matutinantur, vt fructus: alia erumpunt à terra, vt herbe: alia liquefcunt, vt cera, glacies, & nix: alia desiccantur & indurantur, vt vasa terrea: alia excecantur, vt quædam aues nocturnæ: alia nigrescunt, & alia rubent, alia pallent, & alia candescunt, vt quidam fructus: & hoc secundum actum & effectum solis. Sic ex illuminatione huius solis, quæ est gratia, alius producit herbam, vt penitens: alius crescit & pullulat, vt in bono proficiens: alius maturatur & consummatur, vt perfectus: alius liquefcit per lachrymarum abundantiam, alius desiccatur per abstinentiam, alius nigrescit per humilitatem, alius candet per castitatem, alius pallent per dilectionem vel penitentiam, alius rubet per sanguinis effusionem, alius illuminatur per sapientiam & fidem, alius hac luce excecatur, vt hereticus, & caligat in hoc sole. Et ita sol iste multis positus est in resurrectionem, aliquibus in ruinam.

Item iste sol facit nobis diem triplicem. Diem naturæ qui communis est bonis & malis: diem gratiæ qui solis iustis qui conuertuntur ad ipsum, diem gloriæ qui solis beatis. Et quando lucet sol super terram, durat nobis dies. Similiter quando lucebit ille sol super terram viuientium, durabit beatis dies eternitatis. Isa. 60. Non occidet ultra sol tuus, dicitur Ecclesiæ triumphanti.

Item dies est sol lucens super terram. Si ergo sol, id est, amor Dei feruet & licet in corde tuo super terram, id est, super amorem terrenorum, id est, si amor Dei superat in te omnem transitoriam dilectionem, tunc est dies gratiæ in anima tua. Si autem dilectio terrenorum superat in te dilectionem Dei, tunc est nox in anima tua: & hoc tibi certum signum. Item si habes solem ante oculos tuos qui sine intellectu & affectu, vt firmes credes & diligas, vt verè possis dicere illud. 1. Mach. 7. Domine Deus ad te sunt oculi nostri, ne potentes, sedes enim & dilectio sunt salus animæ, tunc habes vultum, id est, tunc vultum, Hæc

ales, scilicet temporalia à tergo, & è conuer-
fo. Item si habes vmbra temporalium ante
oculos, nihil aliud diligens nisi temporalia,
vel plus diligens temporalia quam æterna, &
speciem tuam ponens in incerto diuitiarum,
tunc solem, id est, Christum à tergo posuisti,
sicut ipse conqueritur de quibusdam Ierem. 2.
Vertebant ad me tergum & non faciem. Et
de talibus dicit ei Psal. Quoniam pones eos
dorsum in reliquiis tuis, id est, in tempora-
libus.

Item sicut sole amoto totus mundus obtene-
brescit, sic amisso lumine veri solis, quod est
amissa gratia per peccatum, totus homo inter-
rior obsolescit, & hoc est quod dicunt damnati
Sap. 5. Erramus à via veritatis, & iustitiæ lu-
men non luxit nobis, & sol intelligentiæ non
est ortus nobis.

4. Item sol, ex quo surrexit manè, tota die stat
ante ostium, paratus intrare: si ei aperias, in-
trabit: & secundum quod ei aperueris, plus
vel minus intrabit claritatis. Si ei non aperue-
ris, non intrabit, nec inde vituperandus est:
quia per eum non iterit: fecit enim quod suum
erat. Si verò non aperueris ei antequam fuerit
reconfusus, & post solis occubitum, scilicet
veniente nocte, tunc primò aperias, pro nihi-
lo facis, non recuperabis claritatem eius quan-
diu durabit nox. Sol stans ad ostium nostrum
Christus, ad pœnitentiam misericorditer nos
expectans. Vnde dicit Apo. 3. Ego sto ad ostium
& pulso: si quis mihi aperuerit, intrabo ad il-
lum, &c. Sicut enim radius solis omnibus re-
bus se offert paratus eis seruire, nec per eum
stat quis illuminetur, imò per ostaculum quod
opponitur: sic gratia diuina nisi impediatur
ceteris peccati. Ostium tuum os tuum. Per hoc
ostium si male aperueris illud, intrat diabolus.
Contra quod ostium: Pone Domine custo-
diam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis
meis. Non declines cor meum in verba mali-
tiæ, &c. Cum detrahis fratri, cum iudicas fra-
trem, cum murmuras contra Deum, cum excu-
sas peccatum tuum, & huiusmodi, tunc clau-
dis Deo & aperis diabolo. E conuerso cum ape-
ris os tuum ad veraciter confitendum, ad ve-
niam postulandum, ad creatorem laudandum,
ad pauperem consolandum, ad ignorantem in-
struendum, & huiusmodi, & concludis illud
ad peccatum, tunc intrat lux solis, id est, gra-
tia Dei ad animam tuam, & illuminat mentem
tuam. Et secundum quod dilatas magis os tuum
his & aliis bonis modis, & etiam os cordis tui,
id est, desiderium tuum, maiori gratia illustrat
Dominus mentem tuam. Vnde dicit Psal. Di-
lata os tuum, dupliciter vt dictum est, & im-
plebo illud. Largiter ergo desideranda sunt gra-
tia & misericordia redemptoris: quia quantum-
cumque desideraueris, tantum es accepturus.
Vnde: Desiderium suum iustis dabitur. Pro-
verb. 10. Et hoc est quod dicit: Dilata & im-
plebo. Sed vbi vasa vacua defunt, id est, cor-
da hyantia per desiderium, & vacuata ab amo-
re temporalium, oleum gratiæ stare necesse est,
sicut dicit beatus Bernardus. Item de apertione
ostij & fenestrarum seu portarum domus no-
stræ dicit sponsus ad sponsam Cantic. 5. Aperi
mihi soror mea sponsa, &c. Principale ostium

animæ, vt dictum est, lingua est, qua abun-
dantius intrant ad animam mors & vita. Vnde
Prouerb. 18. Mors & vita in manibus linguæ,
id est, in operationibus eius. Fenestæ seu por-
tæ sunt alij sensus nostri. Fenestæ. Vnde Ie-
rem. 9. Ascendit mors, id est, peccatum & dia-
bolus per fenestras, id est, sensus in domos no-
stras, id est, conscientias. Portæ. Vnde dictum
est Abrahæ Gen. 22. Semen tuum, id est, viri
iusti, possidebit, id est, diligenter custodiet,
portas inimicorum suorum, id est, quinque
sensus, per quos, vt dictum est, ingrediuntur
dæmones & peccata. Fenestæ igitur, id est,
sensus, aperiendæ sunt vero soli: quod fit
quando pie respicis pauperes, quando luges
peccata tua vel aliena, quod plus est, quando
auertis oculos tuos ne videant vanitatem. Item
aures aperiuntur huic soli quando obturas eas
ne audias malum, quando libenter auscultas
verbum Dei & clamorem pauperis imò Christi
in paupere, & sic de cæteris sensibus. Qui igitur
huic soli omnes sensus exteriores aperiret,
claritate pietatis & gratiæ suæ domum eius sol
iustitiæ abundanter illustraret. Et hoc est quod
dicit: Siquis mihi aperuerit, intrabo ad illum.
Aperitur ei cum aperitur os ad confitendum,
orandum, & huiusmodi. Inerat ad illos quos
gratia sua dignos facit, cœnat cum illis in quo-
tum obsequiis delectatur. Et sic Dominus stat
post parietem. Cantic. 2. Quandiu facimus ei
surdam aurem, in domos conscientiarum mi-
sericorditer respicit per cancellos, id est, per
fenestras sensuum. Sed nota, quòd nisi ape-
rueris huic soli quandiu durat tibi dies vitæ
præsentis, in morte tua occidet tibi sol, id est,
gratia Dei. Vnde Gregorius: Nequaquam mi-
sericordia redemptoris post mortem liberat,
quos ante mortem gratia ad veniam non re-
format. Quandiu durabit nox æterna, non re-
cuperabis claritatem eius. Et si postea cum fa-
tuis virginibus clamaueris, Domine Domine
aperi nobis, respondebit tibi: Amen dico tibi,
nescio te. Ideò de peccatore qui non aperuit
soli stanti ad ostium suum, dicitur in Psal. Us-
que in æternum non videbit lumen. Sed adhuc
notandum, quòd si à parte solis aperias ostium
vel fenestram, aut aliquod foramen, vt dictum
est, statim intrabit sol & illuminabit domum
conscientiæ. Partem solis appello negotia spi-
ritualia, negotia animæ. Si aperias in oppo-
sitam partem sensus tuos, id est, ad terrena &
carnalia, non intrat sol, nec illuminat te gra-
tia Saluatoris. Et nota, quòd dicit, qui sum
gigas geminæ substantiæ, qui sum rex regum
& summus imperator, cui non sufficit apertio
ostiolii, nisi aperiatur porta per dilatationem
charitatis. Et nota, quòd prius aperitur ostio-
lum per compassionem peccatorum, postmo-
dum porta vt introducatur princeps. Aliter.
Ego sto ad ostium & pulso. In verbis istis mo-
net Dominus ad pœnitentiam, & dat fiduciam
veniæ consequendæ illis qui pœniterint, &
promittit eis auxilium suum dicens: Ego sto
paratus adiuuare. Act. 7. Vidit Stephanus Ie-
sus vultu stantem, &c. Ad ostium cordis, & pulso
verbo prædicationis, & manu largitionis. Can.
5. Vox dilecti mei pulsantis, cui ideò maximè
aperiendum est, quia aperuit nobis ostium
corporis

corporis sui in cruce, vt ibi posset columba refugere à facie accipitris, id est, diaboli Ioan. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit. Siquis audierit vocem meam, id est, receperit prædicationem quam non audit qui non recipit, & aperuerit mihi ianuam cordis per consensum liberi arbitrij, vel per fidem, intrabo ad illum, id est, intus ibo per gratiæ illustrationem, & auxilium præstabo, & prouentum gratiæ faciam. Vel aperuerit se præparando. Et cenabo, id est, delectabor cum illo per eius iustificationem. Prouerb. 8. Deliciaz meæ, &c. Ipse mecum cenabit, id est, delectabiliter per conscientiaz mundæ iocunditatem & securitatem. Prou. 14. Secura meus, &c. Et quia pauci sunt, idè dicit: Si quis mihi aperuerit. Ierem. 8. Attendi & auscultauit, &c. Nec dicit, prandebo iterum recessurus, sed iterum cum eo permanens: & in hoc innuit, quòd bonum quod in mundo incipitur per charitatem, in cælo perficitur per beatitudinem, semper perseverat per æternitatem: nec ei alius succedit per temporis mutabilitatem.

Item solis radius intrans domum, minutus atomos visibiles & perceptibiles reddit, quæ sine solis lumine imperceptibiles sunt. Similiter si conscientiam nostram illustrat radius gratiæ, tunc omissiones nostras & imperfectiones, defectus & debilitates velut atomos perpendimus. Vnde Iob 12. dicitur de Christo: Ipse enim scuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis.

Item sol lucens super terram, diem nobis facit. Et Christus in carne apprensus diem nobis æternitatis nuntiavit. Et sicut sole absente nunquam dicitur, sic nisi Christus in carne apparuisset, nunquam dies æternitatis fidelibus illustraret.

Item sol pulcherrima creaturarum Dei, quæ sub cælo sunt, non dedignatur seruire vilissimo elemento quod est terra, ecce humilitas Saluatoris qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ patris, vsque ad abluionem pedum seruire dignatus est discipulis, imò quantumlibet vilissimis peccatoribus, pro quibus redimendis venditus, relaxandis ligatus, liberandis tentus, vestiendis nudatus, absoluendis crucifixus, viuificandis mortuus est & sepultus: & idè tanti emit vt solus possideret, sicut dicit August. Item sol quidquid habet quantum in se est, communicat. Ecce largitas Saluatoris. Vnde Matth. 5. dicit Filius de Patre: Qui solem suum facit oriri super bonos & malos, &c. Quia Christus tam bonis quam malis communis est: malis enim gratiam largitur, iustis gratiam conferat & auget, tandem post gratiam gloriam collaturus: & idè dicitur quasi sua omnibus largiens. Propter hanc largitatem dicit Dionysius de Christo: Ipse est substantiale bonum ad omnia extendens bonitatem suam, sicut sol lumen, per ipsum illuminans omnia. Item quando puluis sine solis radio volat per desertum, non apparet, sed in radio solis quantum nigrescit apparent atomi: sic sine gratia Christi non perpendimus mala conscientiarum nostrarum, quia delicta quis intelligit? Idè de hoc sole dicitur alibi: Sol illuminans per omnia respexit, id est, lumine suo omnia respicibilia fecit. Item Eccl. 1.

D. Ab. Mag. de laudibus B. Mariæ.

In sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit.

Item sol in æstate desiccet humida, in hieme dissoluit congelata. Et Christus Magdalenam dissolutam vitis consolidauit, vt ministrante Martha secus pedes Domini sederet, & recedentibus à monumento discipulis non recederet, Zachzum verò tanquam gelu avaritiæ constrictum dissoluit, & quasi fluere fecit, vt bonorum suorum dimidium pauperibus largiretur, & in quadruplum redderet si aliquem defraudasset. Item sol in seruore suo minutas guttas maris salas attrahit, & dulcoratas super terram in pluuiam dulcem effundit, & ipsis terram fecundam facit. Aquæ istæ mariniæ fortes & salte, mundani sunt peccatores, qui si cognouerint factorem & salcedinem vitæ suæ, & se per humilitatem guttas maris, id est, vile inspidum & modicum quid reputauerint, per charitatem & misericordiam Dei ad ipsius cultum facile attrahentur, & eorum exemplo alij ad penitentiam fecundabuntur.

Item sol per immunda loca transiens, nullas inde contrahit immunditias. Sic nec Christus per os peccatoris sacramentaliter transiens, aliquatenus maculatur.

Item sol multò maior terra, parua nubecula velatur, & nobis inuisibilis redditur. Similiter Christus breuissima formula hostiæ in sacramento operitur. Vnde dicit ei Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus.

Item sol licet illuminet & pascat oculos ab initio mundi, non tamen minuitur. Sic enim Christus qui cibatur animas in sacramento. Vnde Augustinus: Luce solis pascuntur oculi, & sol non minuitur: carne Christi pascuntur fideles, & nec ipsa minuitur.

Item sol in sui claritatem vitrum conuertit & ærem. Vitrum dico sine aliqua tinctura nisi ea quam facit ipse sol, quæ propriè est albedo quæ signat castitatem, sed non ita eos qui rubescunt per crudelitatem sine luxuriam, vel nigrescunt per odium aut avaritiam, vel pallent per hypocritism & inuidiam. Item sol precibus sisti potest, sicut legitur Iosue 10. & Eccl. 45. & sic vnus dies factus est dies duo sine nocte media: quia gratiam & gloriam dabit Dominus. Quod innuit Dominus dicens Ierem. 7. Noli orare pro populo isto, & non obstitas mihi, &c. & talis violentia multum ei placet. Vnde plangit se Isa. 64. Non est qui conseruet & teneat me. Item Ezech. 21. Quisquis vitrum qui staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam. Item ad quascumque partes applicetur sol materialis, radios suos superfundere non dedignatur. Sic nec Christus vilissimo peccatori. Vnde leprosum cecidit Matth. 1. dicens: Volo. Mundare. Nec quatenus quis pretiosus sit res per diuitias aut honores aut sapientiam iradiabit eam, nisi ei subiecta fuerit: quod fit cum humiliter sub potestate manû Dei, & penentes misericordiam instat illius leprosi. Matth. 8. per confessionem & obedientiam manifestamus ei absconditis cordis nostri.

Item sol ægris oculis nocuus non ex vicio suo, sed ex vicio oculorum. Vnde Luc. 11. Ecce posuit est in ruinam, &c. Vnde Augustinus

Hh 1 Agris

Ægris oculis odiosa lux, sicut pater Scribis & Phariseis: sanis autem & non lippientibus oculis lux eius gloriosa est. Vnde Ecclesiast. 11. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem. Et hoc est quod dicit Gregorius de Domino: Ipse incommutabilis in se permanens, aliter atque aliter sentitur in cogitatione hominum pro qualitate vitiorum, sicut lux ægris oculis odiosa, sanis autem gratiosa, eorum videlicet mutatione non sua. Et hoc est quod dicit auctoritas: Deus pro diuersitate gustantium, quibusdam sapit iustitiam, quibusdam verò misericordiam.

Item sol per vitrum transiens, illud illuminat & de claro efficit clarius, sed nec ingressu suo illud dissipat nec egressu. Sic Dei Filius in ingressu suo beatam Virginem illustrauit gratia plenior, & de pura reddidit puriorem, & pudoris signaculum intrans aut exiens non confregit. Vnde beatus Ansel. super illud Luc. 10. Intrauit Iesus in quoddam castellum, &c. Iesus enim saluat, non violat, contracta solidat, non confingit solida, secundum quod nomen eius ita & opus eius. Vnde etiam profane dicit quidam: Ut solis radius intrat innocuius fenestram vitream, sic Dei Filius imò subtilius aulam virgineam. Et tumitur de verbis Augustini.

Item sol transiens per vitrum recenter depictum, & puris coloribus insignitum, in se coloris speciem quam inuenit, repræsentat. Similiter Christus qui talem fecit Virginem, qualis ex Virgine voluit fieri, purus natus est de pura, humilis de humillima, mansuetus de mansueta, dulcis de dulcissima, & de Virgine Virgo. Per colores virtutes intellige quibus anima picturatur. Verè enim quasi vitreum fuit Virginis corpus: quia quamuis de cinere humanæ naturæ, tamen cinis ille multipliciter colatus per ignem Spiritus sancti transit quasi in splendorem & puritatem vitri, maxime ex quo solem iustitiz suscepit in incarnatione. Ipsa est enim illa ciuitas de qua dicitur Apocal. 21. Ipsa ciuitas aurum mundum simile vitro mundo.

Item Christus sol sub cuius radiis, id est, illustratione misericordiz crystallus humectata scintillat. Per crystallum humectatam intellige perfusum lachrymis aut gratia peccatorem, qui prius Aquilone flante, id est, diabolo tentante fuerat congelatus. Vnde Eccli. 43. Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Ad respectum autem solis iustitiz prius dura & frigida scintillat crystallus, cum compunctionis perfusus lachrymis velut micantes scintillas quibus ad simile inuitat alios, producit peccator opera pietatis lucida & ignita.

Item sol nisi prius oculos nostros illuminet, nullo modo videri potest à nobis. Vnde orat Augustinus: Domine nouerim me, nouerim te.

Item sol humida desiccet, scilicet ritos concupiscentiarum, sicut dictum est de Magdalena: vel duos ritos qui nati sunt in peccato Adæ, quod redundauit in totam posteritatem, & fuit fons totius perditionis. Vnus ritus fuit iniquitatis, & alius infirmitatis. Rituum iniquitatis

exiccavit & consumpsit ex eo non bibens, sed præ feruore nitio charitatis pro nostris iniquitatibus patiens: de rituo autem infirmitatis transitoriz bibit. Vnde de torrente, non de torrentibus, in via bibit. De his duobus torrentibus dicit Psal. Torrentes iniquitatis conurbauerunt me.

Item sol rex syderum. Et Christus omnium sanctorum, qui sunt stellæ illæ de quibus Apostolus 1. Cor. 15. Stella differt à stella in claritate. Item illud Eccl. 43. Species cæli, id est, Ecclesiæ, gloria stellarum, id est, differentiaz sanctorum.

Item de hoc sole dicitur Eccl. 43. de Christo: Fornacem custodiens in operibus ardoris, id est, ignem gehennæ parans peccatoribus pro peccatis. Tripliciter sol exurens montes: quia semper pro peccato cogitationis, locutionis, & operis punit: aut inflammando igne penitentiz, contritionis, confessionis, satisfactionis: aut in purgatorio vel gehenna. Radios igneos exulfans, id est, emittens verba prædicationis suæ lucentia & inflammantia ad amorem, sicut flatus follium fabri accendit ignem. Et resurgens radiis suis, id est, miraculis & doctrinis, obcæcat oculos Iudeorum non credentium. Vnde dicit Ioan. 9. In mundum veni, vt qui non vident, videant. Et è conuerso. Vel sic: Sol fuit Christus in natiuitate quando purus à peccato natus de Virgine illuminauit pastores. Vnde Luc. 2. Claritas Dei circumfulsit illos. Et quando stella præuia adduxit magos Matth. 2. Lucens fuit in progressu vitæ: in miraculorum operatione velut radiorum effusione, & in transfiguratione. Sed in virtute sua fuit Apoc. 1. in passione sua, vbi diabolus deuicit, & lucens in virtute, quando occasionaliter Iudeos exccauit. Ideo Eccl. 43. dicitur tripliciter sol exurens modo, vt supra. Item sol ad literam lucet in virtute in Meridie, vbi non obtenebratur nubium caligine: in quo notatur, quòd Ecclesiæ purgatur in tribulatione. In sole etiam lucente in virtute sua in Meridie signantur quatuor dotes corporum beatorum. Tunc enim habet plenitudinem lucis & caloris, ecce claritas & agilitas. Item nubes penetrat & dissoluit, ecce subtilitas. Per hoc quod fixus est in æternum, sicut dicit Glossa, impassibilitas.

§. II.

Christus verbum Patris.

Christus verbum Patris. Vnde Ioan. 1. In principio erat verbum, &c. Nomine verbi signatur Filius Dei, qui in sua incarnatione descendit in hunc hortum. Et nota, quòd duplex est verbum, mentale & vocale. Verbum mentale erat Filius ante incarnationem: quia sicut verbum mentale latet interius, nec potest depromi nisi per vocem: sic Filius qui prius latuit apud Patrem, mundo paruit per incarnationem. Dicitur autem Filius Dei verbum multiplici ratione.

Prima ratio: quia sicut verbum mentem quam in se inuisibilis est, indicat: sic Filius Patrem qui in se inuisibilis est, mundo manifestauit. Vnde Exod. 33. dicit Pater: Non videbit me homo,

homo, & videt. i. Can. Ioan. 4. & Ioan. 1. Deū nemo vidit vnquam. De qua manifestatione dicit Christus Ioan. 17. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi, &c.

Secunda ratio: quia sicut de corde vel mente visibiliter procedit verbum, sic Filius incomprehensibiliter de Patre. Vnde beatus Bernardus, loquens de Christo: Venit de corde Patris in vterum Virginis matris. Et nota, quod cor superius est, vterus inferius: & in hoc notari potest descensus incarnationis. Vnde & dicit Pater: Eructauit cor meum verbum bonum. Cor hic appellari potest secretum diuinitatis. Vnde Filio dicit Pater: Ex vtero, id est, diuinitatis secreto, ante luciferum genui te. Item hoc est quod canit Ecclesia. Corde natus ex parentis, &c. Processit ergo verbum de mente vel corde, & absque oris latione venit in os in incarnatione, id est, beatam Virginem, que dicitur os Ecclesie: quia pro Ecclesia Catholica exorat assidue & allegat.

Tertia ratio: quia sicut verbum ad hoc quod mentem indicet, vocem induit: sic Filius Dei ad hoc quod Patrem indicaret, carnem assumpsit. Induit autem verbum de corde vel mente exiens humanam vocem in ore, & Christus à Patre procedens carnem humanam in Virgine que est os Ecclesie, vt supra. Bene autem caro Christi dicitur vox: quia quidquid fecit in carne, predicat nobis & docet nos quid debeamus facere. Augustinus: Omnis Christi actio, Christiani est lectio. De hac voce dicit Ioan. Apoc. 1. Conuersus sum vt viderem vocem que loquebatur mecum.

Quarta ratio: quia sicut verbum vocem induit mediante officio lingue, sic Filius carnem mediante Spiritus sancti operatione, qui in linguis igneis apparuit vehementer. Vnde dicitur: Conceptus de Spiritu sancto, id est, opere Spiritus sancti. Item lingua mea calamus scriba.

Quinta ratio: quia sicut verbum in ore, voce assumpta, ab ipso ore procedit absque ipsius oris latione, & si bonum fuerit verbum ipsum, os reddit commendabile: sic Filius Dei carnem sumens ex Virgine, ex ea processit absque corruptione & dolore in sua natalitate. Vnde dicitur: Tanquam sponsus, procedens de thalamo suo. Vnde & Virgo beata propter hoc predicatur ab omni generatione. Et sicut bona species que diu moram fecit in ore, os ipsum reddit aromaticum: sic Christus qui se spellat cinnamomum & balsamum aromaticum, odoriferam reddidit matrem suam. Vnde & dicitur ipsa rosa plantata in Iericho, quod interpretatur odor oris, vel odor eius. Item sicut vox vel verbum intrat locum conclusum & exit ab eo, sic Dei Filius Virginis vterum. Item sicut voce transiente manet verbum, sic carne filij transiente per motum diuinitas mansit impassibilis.

Sexta ratio. Sicut tria exiguntur ad vocis formationem, palatum scilicet, lingua, & dentes: ita tria ad Filij incarnationem, Pater & Spiritus sanctus cum ipso Filio, operati sunt incarnationem, sed soli Filio, quia inseparabilia opera Trinitatis sunt. Per palatum potest intelligi Pater: quia sicut de palato tam lingua

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

quam dentes procedunt, sic à Patre Filius procedit per generationem, Spiritus sanctus per processionem. Per linguam Spiritus sanctus qui in linguis apparuit, & quos replet, facit eloquentes. Per dentes Filius: quia sicut dentes radicem habent in carne, nec tamen caro sunt & carnem excedunt: ita Filius radicem habens in carne, carnis nesciuit vitia & excedit omnem carnem, id est, omnem hominem. Et sicut duo sunt ordines dentium, superiores immobiles, inferiores mobiles: sic dux in Christo natura. Superior, id est, diuina immobilis. Vnde Boëtius: Stabilisque manens dat cuncta moueri. Inferior mobilis & mortalis.

Verbum caro factum est multiplici ratione. Prima ratio quam assignat Ambrosius dicens: Verbum, id est, Filius Dei, caro factum est, vt caro fieret Deus. Vnde Ioan. 1. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his quis credunt in nomine eius. Recipiendo enim Filium Dei per fidem, nos carnales effici-mur filij Dei.

Secunda ratio: quia homo factus est ad imaginem & similitudinem Dei secundum animam. Vnitus est Filius Dei carni nostræ. Vnde dicit Apostolus ad Ephes. 2. In similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo: vt homo similis esset creatori tam in carne quam in anima, & saluaretur in vitroque.

Tertia ratio: quia imago deformata erat & deleta in homine per peccatum Adæ, qui cum esset in honore, quia videlicet creatus ad imaginem & similitudinem Dei, & cuius in paradiso, non intellexit: & ideo comparatus est iumentis, &c. oportuit, quod cera humane nature calefacta ex consideratione beneficiorum Dei. Vnde 1. Reg. 11. dicitur, Cras eris nobis salus cum caluerit sol: iterum sigillo Patris, id est, Filio reimprimeretur, de quo sigillo dicit Pater ad Filium in fine Aggæi, Posui te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus. Sigillum ergo diuinitas, cera humanitas. Beatus Ambrosius: Venit imago, id est, Christus ad eum qui ad imaginem factus est: & quodammodo eum imago qui erat ad similitudinem sui, vt iterum signet, vt iterum conformet. Ad hoc autem quod perfecte informeris huic sigillo, oportet quod sis purus per innocentiam, vel purificatus per penitentiam, mollificatus per dilectionem & benignitatem, malaxatus per tribulationem & patientiam, ex toto sigillo applicatus per integram iustitiam, quam designant sancti de quibus celebrat Ecclesia post natiuitatem Dominicam.

Quarta ratio: quia carnales sumus & carnem diligimus, factum est verbum caro: quia quodlibet simile naturaliter appetit suum simile: & ideo factus est nobis similis secundum carnem, vt ipsum appetereamus & diligereamus.

Quinta ratio. Factus est Christus caro tenera, vt esset cibus infantium, qui in diuinitate erat refectio Angelorum. Vnde beatus Bernardus: Cibus hominis mutauit se in cibum pecoris, homine mutato in pecus, Adam videlicet & suis. Vnde: Homo cum in honore esset, &c. vt supra. Et ideo dicitur, quod panem Angelorum manducauit homo.

ritus ergo sanctus in eo quod virens, ipsam desiccavit prius, & desiccata ardore perfectæ charitatis replevit. Nota, quoddam Eua discredidit Deo mortem comminanti. Gen. 3. Quicumque die comedentis, morte moriemini: & credidit diabolo vitam promittenti, Nequaquam moriemini. Et ab istis duabus venis fluxit omne peccatum, quas Christus homo factus in Maria desiccavit in nobis. Non enim potuisset inflammar, id est, Deo nostro qui ignis consumens est, ad Hebræ. in fine, gravidari, nisi prius per gratiam Spiritus sancti fuisset exsiccata. Isa. 51. Nunquid non tu siccasti mare, id est, Mariam, aquam abyssi vehementis? Per ardorem autem seu incendium perfectæ charitatis digna fuit illum concipere qui est ignis. Vnde beatus Bernardus: Maria quia plus omnibus dilexit, singulare miraculum Deus Pater in ea perpetravit. De deserto, id est, cælo quod deseruerunt peccantes Angeli, quod appellatur desertum. Luc. 15. Vnde dictum est Mariæ: Spiritus sanctus superuenit, id est, de supernis venit in te. Omne enim datum optimum desursum est. Iacob 1. Ascendentem ab effectu, id est, ascendere facientem ipsam beatam Virginem per cocleam humilitatis & gradus meritum, usque ad sedentem in throno Dominum maiestatis. Et sicabit venas eius, id est, mortis, de qua agitur supra: O mors ero mors tua. Triplicem enim venam peccati siccauit Spiritus sanctus in Virgine in sua sanctificatione. Venam superbiz infundens gratiam eximie humilitatis, venam avaritiz infundendo perfectum contemptum mundanæ prosperitatis & amorem paupertatis, venam carnalis concupiscentiz infundens desiderium & amorem perpetuæ virginitatis. Et hæc tria radices sunt & initia omnium malorum. 1. Ioan. 2. Et desolabit fontem eius, id est, fomitem originalis, quod est fons omnium peccatorum. Alio. Filius Dei dicitur ventus vrens, quem Pater adduxit in mundum, quando ipsum constituit incarnari de deserto, id est, de Virginis utero, sicut glossat Aquila, qui videlicet vterus Virginis desertum dicitur, quia ipsa est via viris inuia, quia nullo humano opere exulta, quia nullo humano semine feminata. De hoc deserto inuenies titulo de deliciis huius horri. Ascendentem in notitiam hominum. Vel desertum appellatur synagoga deserta à Deo, de qua ascendit, id est, recessit. Vel desertum crux, ubi Apostoli deseruerunt eum, de qua ascendit in cælum. Et sicabit venas eius & desolabit fontem eius, ut supra expositum est. Ipse etiam desiccavit in nobis per gratiam suam venas mortis, id est, peccata mortalia & tres concupiscentias, & hoc in presenti: & desolabit fontem, id est, fomitem in futuro. Et ipse diripuit in suo aduentu thesaurum omnis vasis desiderabilis, scilicet Paulum qui fuit vas electionis. Act. 9. & Dionysium, & ceteros. Vnde Luc. 11. Cum fortis armatus, &c. Et hoc per doctrinam Apostolorum. Vnde: Tu siccasti fluvios Ethan, id est, diaboli: quia Ethan interpretatur fortis. Ipse etiam dicitur ventus vrens. Quæze paulo infra.

Christus ventus. Quia inuisibilis in sua maiestate. Vnde Ioan. 1. & 1. Ioan. 4. Deum nemo vidit vnquam. Exod. 33. Non videbit me homo,

& viuet. Iob. 9. Si venerit ad me, non videbo eum.

Quia leuis in sua humanitate, id est, sine pondere peccati. Vnde caro eius dicitur nubes leuis Isa. 19.

Quia refrigerans & extinguens incendium peccati & fomitis in primo aduentu, sicut patet in beata Virgine, ut supra. Vnde: Virtus Altissimi obumbrabit tibi. In nobis etiam per gratiam suam refrigerat & extinguit feruores iracundiz, & zelus luxuriz & gulz.

Quia vehemens in secundo aduentu, quando superbos qui sunt quasi turres, deiicit in infernum, quando franget Deus omne superbium. Iob. 1. Ventus vehemens irruit. Apocal. 18. Sustulit vnus Angelus fortis lapidem molarem.

Quia naues submergit in mari, quod erit in iudicio, quando in spiritu vehementi conteret naues Tharsis, deiiciens eas in amaritudines æternas.

Quia valde mobilis ab effectu, sicut patet in Maria, quæ ipso concepto, statim abiit in montana cum festinatione, &c.

Quia modica deiicitur pluuia. Sic & ira Christi modico imbre lachrymarum. Vnde & dicitur ei: Cum iratus fueris, misericordiz recordaberis.

Vrens qui dicitur ascendere de deserto: quia nihil aded deberet in nobis vrere carnales concupiscentias sicut memoria passionis, vbi omnes excepta Virgine deseruerunt eum. Ideo petit iustus, Vre renes meos & cor meum.

§. V.

Aër.

ET aër. Aër est gratia Spiritus sancti ei obumbrans. Vel Christus aër. Iob 37. Subitò aër, id est, Christus secundum diuinitatem cogitur in nubes. In hoc quod dicit subitò, notatur acceleratio incarnationis. Eccl. 43. Medicina omnium in festinatione nebulæ. In hoc quod dicit cogitur, notatur quoddam pura charitas, mera pietas, superabundans misericordia, Christum quasi coegerunt assumere nubem carnis, de qua dicitur Isa. 19. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, &c.

Christus aër. Quia sicut aër vita corporis, sic Christus vita animæ. Et sicut non viuit corpus sine aère, sic nec anima sine gratia Christi. Ideo dicitur Thren. 4. Spiritus oris nostri Christus Dominus, &c. Act. 7. Ipse est in quo viuimus, mouemur & sumus.

Quia cum attrahitur, non videtur: quia in nobis assumit vnde videatur. Similiter Christus inuisibiliter intravit in Virginem, ex qua carnem assumpsit, in qua visibilis apparuit. Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, &c.

Quia si fuerit purus, sine corruptione attrahitur, sine pondere retinetur, sine corruptione emittitur. Sic Christus conceptus est à Virgine sine læsione castitatis, portatus absque onere ventris, natus absque dolore patientis: & hoc quia purus, id est, sine peccato.

Quia receptaculum auium, id est, contemplatiuorum,

platiuorum, qui volant pennis virtutum: in eo enim viuimus, mouemur, & sumus, vt supra.

Quia omnia loca ei non peruia scetida & corripita sunt: Sic omnes animæ festent sine gratia Dei.

Quia in æstate suæ prædicationis delectabilis & lenis. Vnde Ioan. 6. dicit ei Petrus: Ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes.

Quia in hieme passionis suæ obscurus. Isa. 52. In gloriosus erit inter viros aspectus eius, &c. Eodem 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, &c.

Quia nubilofus pluuiam signat. Assumpturus enim nubilum carnis nostræ descendit sicut pluuia in vellus.

Quia licet nubilofus ex se & obscurus, tamen illustratus à sole totus efficitur splendidus vt sol. Istud intellige de homine assumpto in vnâ personam cum verbo assumente. Homo assumptus aër nubilofus, Verbum assumens, sol hunc aërem in sui claritatem & colorem conuertens.

§. VI.

Nix.

Nix. Isa. 55. Quomodo descendit imber & nix, &c. sic erit verbum meum, id est, Filius, dicit Pater. Eccl. 43. Imperio suo acceleravit niuem, id est, in electis suis refrigerium contra feruorem vitiorum tentantium.

Christus nix. Quia natium & purissimum habet candorem. Eccl. 43. dicitur de niue ad literam: Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Sapient. 7. Ipse est candor lucis æternæ, &c. Cant. 5. Amicus meus candidus & rubicundus. Natus est enim de purissima Virgine totus candidus & purus. Isa. 35. Gloria Libani dæa est ei, qui interpretatur candor.

Quia desursum venit. Ioan. 3. Qui desursum venit, super omnes est.

Quia minuta descendit. Ad Phil. 2. Semetipsum exinanit, formam serui accipiens, &c. Item, Minuisti eum paulominus ab Angelis, qui non sunt carni nec possunt mori.

Quia terræ immunditias operuit in cruce, id est, peccata terrenorum, ne contra Patre appareat ad vindictam. Vnde Psal. Operuisti omnia peccata eorum, pallio scilicet misericordiz vel carnis crucifixæ. Vnde & dicit Eccl. 24. Sicut nebula texi omnem carnem.

Quia visum disgregat.

Quia frigida est, & tangentes se infrigidat. Beatiſſima enim caro Christi carnis humane non fuit incensum. Vnde vestimenta eius, id est, membra de quibus dicit marti sicut Iob 16. Pelle & carnibus vestisti me, appaerunt sicut nix in transfiguratione. Math. 17. Mar. 9. Luc. 9. Christus etiam tangentes se per vnum deſectum & puram orationem refrigerat ab æstate vitiorum. Vnde de Christo dicitur Eccl. 43. Imperio suo acceleravit niuem, id est, refrigerium contra vitiorum.

Quia feruore solis & tepore aquæ dulcis in aquam resoluatur. Christus enim quæ per

solem, & pietas quæ per teporem, fecerunt Christum pati, qui in sua passione effectus est sicut aqua, sicut dicit in Psal.

Quia resoluta in aquam nunquam iterum fit nix. Cera enim resoluta iterum cera est, similiter plumbum resolutum plumbum est, aqua glaciata iterum aqua: sed nix resoluta in aquam, nunquam iterum erit nix. Sic Christus in passione effusus sicut aqua, resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Secundum hanc proprietatem moraliter virginitas significatur per niuem, quæ semel amissa irreparabilis est.

§. VII.

Imber.

Imber Christus, de quo dicitur Osee 6. Veniet nobis quasi imber temporaneus & serotinus. Quæze titubò, quoddam Maria diluolum. Isa. 55. Quomodo descendit imber & nix, &c. vsque, Sic erit verbum meum, id est, filius. Christus imber. Quia ardorem temporis temperat. Ante aduentum enim Christi æstuat totus mundus caumate & incendio peccati. Ad hunc ardorem sedandum immisit Dominus primo inundationem diluuij, secundò pluuiam prædicationis prophetarum & suæ, tertio aquam & sanguinem de fontibus corporis sui. Isa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

Quia ventum sedat, ventum scilicet mundani status & diabolicæ tentationis. Et hoc doctrina sua & exemplo suæ conuersationis. Eccl. 43. In sermone eius filius ventus, id est, insidie diaboli, de quo vento dicitur Ezech. 17. Ventus turbans veniebat ab Aquilone, à quo pandetur omne malum. Ierem. 1.

Quia humanis visibus terram habitat, quæ per defectum pluuiæ quando finditur, coli se non patitur: semen iactum in ea suffocatur. Finditur per diuisiones & scissuras iræ & odij, coli se non patitur vomere, scilicet verbi Dei propter duritiam suam. Semen, id est, gratia Spiritus sancti in ea suffocatur, quia non refert debitum fructum. Christus enim qui in aduentu suo descendit sicut imber & nix de cælo, contra hæc tria incommode triplicem attulit medicinam. Vnde sequitur in autographo, quoddam imber inebriat & infundit terram cum primis, scilicet filium, generans eam contra secundam, de statem sereni contra tertiam, quæ non potest facere non exulta. Vnde sequitur: Sic erit verbum meum, id est, Filius, dicit Pater, descendens sicut imber & nix, & fiet pluuia in vellus. Ezech. 33. Dedecum imber in tempore suo & pluuia benedictionis erit, & terra dabit fructum suum. Item de hoc imbre dicitur in Psal. Descendit sicut pluuia in vellus.

§. VIII.

Pluuia.

Christus pluuia. Vnde Psal. Descendit sicut pluuia in vellus, &c. Imber dicitur in libro

& etymologiarum, quod pluuia dicitur quasi fluuia à fluendo: quia Christus à summo cælo egrediens in incarnatione, fluxit in vterum virginalem. Ideò dicitur, Descendit sicut pluuia in vellus. Nota tria. Primum quare Christus pluuia quantum ad incarnationem. Secundum quare Maria vellus. Tertium quare modus incarnationis velleri comparatur. Dicit ergo: Descendet. Verbum transcendendi innuit humilitationem: descendere enim est quasi de alto mittere se deorium: & hoc pertinet ad illius maiestatis exinanitionem. Phil. 2. Exinaniuit se, formam serui accipiens. Isa. 19. Ascendet Dominus super nubem leuem. Ascensus iste fuit descensus: quia cælum altius quam nubes. Expone, & quare titulo suo.

Item in verbo descendendi confunditur superbia diaboli, qui voluit ascendere, & ideò cecidit & non adiicit vt resurgat. Isa. Quomodo cecidisti de cælo lucifer, &c. qui dicebas in corde tuo, In cælum conscendam, &c. In hoc etiam nostra confunditur superbia, qui magis imitari volumus diabolum quam Deum. Beatus Bernardus: Age nunc, sequere ducem tuum, &c.

Descendit etiam Filius Dei, cuius omnis actio nostra est lectio, vt exemplo eius addisceremus descendere per humilitatem. Vnde Isa. 47. dicitur animæ peccatrici: Descende, sede in puluere virgo filia Babylon, &c. Istud inuenies optimè expositum in tractatu nostro de humili pœnitentia.

Item descendit vt satisfaceret petitioni Ecclesiæ, de qua Isa. 64. dicit ei propheta ex persona Ecclesiæ. Vtinam dirumperes cælos & descenderes, à facie tua montes disfluere, id est, superbi humiliarentur.

Item descendit vt compassionem nobis ostenderet qua nobis compatiebatur. Exod. 3. Videns vidi afflictionem populi mei, & descendi liberare eos de manibus Ægyptorum, id est, ægyptonum.

Item descendit ad nos: quia non poteramus ad eum, sicut medicus compatiens venit ad decubantem ægrotum. Infirmamur enim in Capharnaum, id est, in mundo per amorem terrenorum. Ideò eius incarnatio dicitur visitatio ibi Luc. 1. Visitauit nos oriens ex alto. Et Dan. 4. Ecce vigil sanctus de cælo descendit. Descendit igitur filius: quia qui vult iacentem erigere, oportet eum ab altitudine sua descendere, vt à situ suo incuruetur. Ideò Christus descendit sanus ad ægrotum, medicus ad vulneratum. Descendit sicut pluuia, &c. Notandum quis est qui descendit, profecto Filius Dei cui clamabat Ecclesia Isa. 64. Vtinam dirumperes cælos, &c. vt supra. Item Psal. Inclina cælos tuos, & descende, &c. Vnde descendit, de sinu Patris in vterum Virginis matris. Ioan. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum, id est, Virginis vterum, qui dici potest mundus emphaticè. Ad quid descendit? multiplex scilicet de causa, vt supra. Quo descendit? in vellus, id est, in virginitatem Mariæ merito suæ humilitatis. Quomodo descendit? sicut pluuia in vellus, id est, placidè in placidam, quietè in quietam, suaviter in suauem, sine strepitu in pacificam, secretè in absconditam, benignè in benignam, io-

cundè in iocundam, vtiliter in perutilem, & in fructiferam fructuosè. Non enim quocumque modo dicitur descendisse, sed sicut pluuia in vellus. Sicut pluuia: quia venit cum omni plenitudine & abundantia gratiarum. Vnde Ezech. 24. Pluuia benedictionis erunt, &c. Quare supra §. 7. vbi hortus dicitur complutus. Ideò incarnatio dicitur plenitudo temporis. ad Gal. 4. Item Ezech. 1. vbi loquitur de aduentu Filij in carnem, dicitur, quod aspectus eius erat sicut arcus, cum fuerit in nube in die pluuia. Et nota, quod pluuia hæc omnes proprietates suas in mente Virginis compleuit, quæ per vellus, & in carne eiusdem, quæ designatur per terram. Et nota, quod pluuia designat deitatem vel gratiam, stillicidia vniuersitatem vel multitudinem charismatum. Item de hac pluuia in Psal. Pluuia voluntariam segregabis Deus, &c. O Deus Pater tu segregabis, id est, purum & segregatum à malis dabis. Hebræ. 7. Talis decebat, &c. vsque, segregatus à peccatoribus. Hæreditati tuæ, id est, gentibus, de quibus dicitur. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Pluuia, id est, filium tuum: voluntariam, quia ex mera gratia fuit incarnatus, & oblatum est, quia ipse voluit Isa. 53. Et infirmata est, ipsa Iudæa: tu verò perfecisti eam, id est, perficies in fine. Et est propheta de futuro. Isa. 10. Reliquiæ conuertentur. Deut. 14. Nouissimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum.

Pluuia enim lauat lanam ad emundationem, terram rigat ad fructificationem. Sic vna aqua sapientiæ salutatis, id est, vnam eademque gratia saluatoris vno descensu mundauit Virginis mentem ad summam puritatem prius, & fecundauit ventrem ad excellentissimam prolem, & hoc posterius. Et quam beatus est fructus ventris, tam gloriosa est puritas mentis. Nec solum mundauit mentem & fecundauit carnem, sed vtrumque mundauit, vtrumque fecundauit vna eademque gratia Saluatoris. Exterit omni omnem ignorantiam mentis, extinxit omnem concupiscentiam carnis, carnem fecundauit ad prolem, & mentem ad omnem virtutem: vnam eandemque mentem reddidit vitis vacuum, virtutibus plenam: vni eidemque carni contulit fructum fecunditatis, & conseruauit florem virginitatis. Et licet dici & credi debeat, quod simul & semel operata sit Dei gratia hæc duo in Virgine, tamen secundum quod prius infudit solam mentem & fecundauit ad finem, postea solam carnem fecundauit ad prolem, fides in mente sola, proles in carne sola, prius fides, postea proles: & nisi præcessisset fides conceptionis, omnino non successisset fecunditas prolis: fides præcessit, proles accessit & fides recessit: non enim adhuc credere, sed iam scire oportuit quod tui experimento probauit. Rectè ergo dictum est, quia secundum petitionem Gedeonis iuxta aliquid prius infudit ros solum vellus virginis mentis, & item postmodum iuxta aliquid solum terram virginis carnis.

Sicut pluuia, inquit, id est, cum omni plenitudine & abundantia gratiarum, vt supra dictum est. Sicut pluuia. Cassiod. senator: Sicut pluuia cum summo silentio descendit, & vellus sibi expositum

2.

3.

expositum perfundit & replet: sic verbi diuinitas repleuit virgineum corpus, & possedit virgineam mentem, quando Virgo totam se ei exponens respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Et sicut pluuia perfundens vellus, illud integrum illibatamque conseruat, sic diuinitas integram illibatamque Virginem conseruauit æque ad ingressum similiter & egressum. Sicut enim integram inuenit, sic & integram nascendo reliquit. Mansit enim genitale secretum clausum & immaculatum: nec concussa sunt materna viscera, sicut vellus non scinditur aut corrumpitur cum impletur aut euacuatur à pluuia. Et sicut stillicidia stillantia super terram, Cassiodorus: Diuinitas enim verbi descendens in Virginem sicut stillicidia stillantia super terram, germinare eam fecit germen vitæ, scilicet delectabile germen illud, & non aliunde quam ex carne propria, scilicet per infusionem diuinæ maiestatis, sicut per stillicidia terram dicimus germinare. Quid enim aliud fuerunt Spiritus sancti obumbratio, plenitudo gratiæ, feruor fidei, castitas virginalis, quam stillicidia quædam gratiarum in ipsam descendentium, ut hæc terra produceret fructum suum? Et nota, quod per pluiam descendentem in vellus non germinandi naturam expressit de vellere, sed modum egrediendi & nascendi ex Virgine. Item huic sententiæ consonat illud Is. 55. Quomodo descendit imber, &c. Quære supra, vbi Christus dicitur imber. Sic erit verbum meum, id est, Filius meus. Si enim tanta vis & natura pluiæ tam potens est, ut hæc faciat terræ isti visibili, multo magis verbum Dei, scilicet Filius Patris repleat portum & perfundat viscera ad germinandum, ut scilicet Filius designatus in germine ex ea in fructum erumpat, terræque integritas illæsa maneat. Vnde & dicitur Is. 45. Terra germinet Saluatorem.

Sicut pluuia, non sicut ignis, sicut pluuia venit Christus in primo aduentu, ut supra, in secundo autem venit sicut ignis stupam, id est, catnales consumpturus. De quibus Eccl. 12. Stupæ collecta synagoga peccantium. Quibus dicitur Is. 1. Erit fortitudo vestra ut fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat. Ideo dicit Psal. Ignis ante ipsum præcedet, & in circuitu eius. Item in conspectu eius ignis exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.

Sicut pluuia, id est, sine strepitu & ad fertilitatem, non sicut grando quæ descendit cum strepitu & ad sterilitatem: sic enim descendet in iudicio super reprobos. Vnde Sap. 5. A petrosa ira plenæ mittentur grandines.

Sicut pluuia. Hieronymus: Cælestis planè imber in virgineum vellus placidè se infudit elapsu, & rora diuinitatis vnda se contulit in carnem, quando verbum caro factum est, ac deinde per crucis patibulum expressum terris omnibus pluiam salutarem effudit, ac stillicidia gratiæ humanis præstitit mentibus.

Sicut pluuia in vellus. In primo enim aduentu venit Christus se induturus veste nostræ humanitatis: & quia verè omne genus vestis fit ex lana & lino vel serico, ideo descendit sicut

pluuia in vellus, ut de vellere sibi tunicam mundam assumeret: & ideo necesse fuit ut Christus lana humanæ carnis induendus, ipsam prius lanam mundaret. Ouidius:

Vesta quas geris, sordida lana fuit.

Pluuia verò mundat lanam. Et sicut stillicidia stillantia super terram, ut linum quo se indueret de terra compluta germinaret. 2. Reg. 23. Sicut pluuia germinat herba de terra. Ideo dicitur de sapientia: Quæ sicut lanam & linum, &c. Item, Byssus & purpura indumentum eius. Ecce in vestimento Domini lanam & linum & sericum. Byssus enim linum est Ægyptiacum, purpura genus serici conueniens regibus. Per lanam ergo vestis exterior, id est, humanitas & humanitati coniuncta humilitas, quæ lana reciprocatur in se, per linum interior virginitas. Aliter. Vellus Mariæ virginitas, in quam Christus descendit ut pluuia, ut eam faceret fructificare. Terra eius humilitas, pluuia gratia vel deitas, stillicidia gratiarum & donorum abundantia, quæ descendit in eam merito suæ humilitatis. Ideo dicitur super terram, quæ est infimum elementum, & signat humilitatem quæ dicitur quasi humi latens.

Christus pluuia. Quia de nubibus, id est, de sanctis Patriarchis & Prophetis, de quibus Is. 60. Qui sunt isti qui ut nubes volant, venit ad nos per virginem. Is. 45. Nubes pluant iustum.

Quia per occasionem non per causam fecit rubricare Iudæos, quorum vitæ factæ sunt tenebræ & lubricum. Luc. 2. Ecce positus est hic in ruinam, &c.

Quia sordēs peccatorum lauat infundens gratiam compunctionis, ut patet in Magdalena. Is. 4. Si abierit sordem filiarum Sion, id est, Ecclesiæ, &c.

Quia terram, id est, terrenum peccatorem qui puluis est, conglutinat ut gratiam valeat continere: cor enim fatui quasi vas contractum. Eccl. 21.

Quia ardorem concupiscentiarum refrigerat. Dan. 3. Fecit medium fornacis, &c. Ante aduentum enim eius erat mundus quasi quædam fornax succensa coquente. Osæ 7. id est, à diabolo.

Quia in terra Ecclesiæ vel in conscientia fidelis animæ plantas virtutum educat, & virtutem fructificandi subministrat. Vnde: Et adiuuabit eos Dominus, &c.

Quia sitientes iustitiam potat: quod erit in consummatione. Vnde: Expectabunt onagri. Vnde Eccl. 15. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum, id est, iustum. Item Ioan. 7. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Hoc enim clamauit homo factus.

Quia solius est Dei pluere. Item quia quandoque pluit, quandoque non pluit. Iob 36. Qui affert stillas pluiæ & infundit pluias ad instar gurgitum.

Quia super quosdam pluit, super quosdam non pluit. Amos 4. dicit ipse: Plui super vnam ciuitatem, & super aliam non plui.

Ut sedaret sitim antiquorum & eorum desiderium, de quo dicitur in Psal. Expectabunt onagri in siti sua. Ideo clamauit Ioan. 7. Si quis sitit, veniat ad me & bibat.

Vt exstingueret ignem peccatorum. Dan. 3. Angelus Domini descendit cum Azaria, &c. & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.

Vt terram, id est, terrenos fructificare faceret. Isa. 55. Quomodo descendit imber, &c. vique, inebriat terram & germinare eam facit, & dat semen serenti & panem comedenti.

Vt sordes peccatorum ablueret. Vnde ad hoc pluries fudit lachrymas, sudorem, & sanguinem.

Item nota, quod quatuor mala quasi principalia sunt in nobis. Vacuitas in mente, ardor in carne, ariditas in affectione, & sterilitas in opere. Contra hæc quatuor attulit quasi quatuor antidota Christus descendens sicut pluuia vel imber. Quia quasi inundare fecit nostram vacuitatem: abundantia enim pluuie, flumina, riuos & paludes quandoque facit inundare. Refrigerauit ardorem concupiscentiarum: pluuia enim & imber præstant refrigerium. Rigauit ariditatem affectionum & orationum, scilicet subministrando deuotionem. Fecundauit sterilitatem mentium vel operationum. Vnde & dat semen serenti & panem comedenti. Isti autem quatuor effectus parent in annuntiatione Filij Dei ad Virginem. Quæ salutata refrigerabatur, cum diceretur ei: Aue, id est, sine vâ culpæ & peccati. Refrigerata satiabatur. Vnde gratia plena. Er notatur triplex plenitudo. Mentis: vnde, gratia plena. Ventris: vnde, Dominus tecum. Carnis: vnde, benedicta tu in mulieribus. Satiata confortabatur: vnde, ne timeas Maria. Confortata fecundabatur: vnde, Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Et ideo quasi introducta in cellam vinariam & inebriata ascendit nuntio dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c.

Descendit sicut pluuia in vellus. Cassiodorus: Vellus Virgo Maria exorta & deronsa ex ouibus Israël, id est, ex iustissimis parentibus, qui quasi oues erant, id est, innocui & simplices, mansueti & mites, in se benigni & alijs proficui. Lege librum de infantia Saluatoris.

7. Maria vellus. Quia vellus lana est carne decisa & de corpore sublata, ecce virgineum peccus longè remorum valdè alienum à desideriis carnalibus, & sordidis corporis passionibus. Pretiosum vellus mentis virginis mundi cogitatus, peccatoris virginis casti affectus. Vellus enim istud virtutum omnium ornatus, vestitus, iocundus. Vestiri vellere Mariæ est circumamictum esse varietate. Pili carnalibus sordidis & caprinis ignominiosè tegitur quicumque hoc vellere non vestitur. Pili huius vellere sublimes subtiles longius extensi, suaues & recurui virginis cogitatus & affectus. Ex hoc omnis ornatus virtutis, cumulus omnis gratiæ & gloriæ vniuersæ.

Quia sicut de vellere sumitur portio vt inde fiat vestimentum, sic de substantia Virginis velut de vellere lanam modicam portionem sumpsit Spiritus sanctus artifex, de qua inefabili artificio tunicam texuit, quia indutus est Filius Dei. Et ideo Christus de Spiritu sancto dicitur incarnatus. Sicut videlicet de corpore Adam dormientis sublata est portio, de qua

formata est Eua. Et nota, quod hæc vestis fuit tunica inconsutilis, scilicet quasi de vna piece Gallicè: quia de sola matris substantia. Nostræ autem tunicæ consuta quasi à partibus: quia partim de patre, partim de matre. Nota etiam, quod duplicem tunicam fecit Maria Christo, & vtraque fuit inconsutilis. Ioan. 19. Erat autem tunica inconsutilis, &c.

Quia sicut sine ouis læsione sumitur ab ea vellus vt inde fiat vestimentum, sic sine læsione suæ virginitatis concepit Maria Christum in vtero, id est, ex causa intrinseca, & ipsum sine dolore peperit, virginitatis gloria permanente.

Quia sicut dicit Hieronymus, vellus cum sit de corpore, nescit corporis passiones. Sic Mariæ virginitas cum esset in carne, vitia carnis nesciuit, nec motus carnales sensit, & ab omni labe carnali permansit immunis. Psal. Deus meus impolluta via eius: Ecce quod per vellus significatur virginitas.

Quia vellus in modico constringitur, in quo notatur humilitas, & tamen de eius quantitate nihil ideo deperit. Quia qui se humiliat, exaltabitur.

Quia lana vellere, imò ipsum vellus valdè bibulum est, & in magna quantitate de pluuia vel aqua recipit, & quod receperat, facillima compressione refundit. Sic Mariæ humilitas valdè sitibunda & bibula per desiderium gratiæ, de qua tantò amplius hausit, quantò magis se humiliavit, & sine detrimento suæ plenitudinis ipsam gratiam facillimè refundit omnibus quoties comprimitur oratione deuota. Vnde comparatur velleri vel spongiæ. Istud torum inuenies supra 5. 6. vbi hortus dicitur sitibundus, multò melius explanatum.

Quia vellus vestit & circumdat ouem. Christus ouis. Isa. 53. Sicut ouis ad occisionem ducetur, &c. qui vestitus fuit carne virginea, quando forma circumdedit virum. Ierem. 31. Vnde & dicit matri Iob 10. Pelle & carnibus vestisti me. De quo vestimento Isa. 63. dicitur Christo: Quare rubrum est indumentum tuum? Moraliter. Maria vestit virtutibus & circumdat protectione oues, id est, simplices & innocentes.

Quia suauissimum ad tangendum. Sic Maria per pietatem & benignitatem, quam non inueniunt peccatores scrupulosam. Beatus Bernardus: Quid ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas? nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suauius est omnibus offerens lac & lanam. Ecce quod ipsa est ouis quæ peperit agnum Dei.

Quia vellus reciprocatur, in se pilos habens multò longiores quam appareant, ecce virginalis humilitas, qua se nominauit ancillam.

Quia vellus quantumcumque tondeatur, semper de carne renascitur. Istud intellige moraliter: quia semper de carne nostra procedit causa humiliationis nostræ. Vnde Mich. 6. Humiliatio tua, id est, humiliationis causa in medio tui. Quare in tractatu nostro de humilitate ferè in principio.

8. Maria luna. Quia siccida, succo pietatis plena. Iudic. 5. Expresso vellere concham rore impleuit, id est, humiles.

Vellis

Vestis ouis, id est, protectio innocentium & simplicium. Vnde Prouerb. in fine: Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, stola scilicet gemina. Vel quia vestiuit Christum carne virginea, qui ouis dicitur propter innocentiam. Isa. 53. Sicut ouis ad occisionem ducitur, &c.

Non sentit. Hieronymus: Vellus cum sit de carne, nescit corporis passiones, &c. sic nec Mariâ carnales motus.

Non sonat ista. Eius enim charitas non irri- tabatur in filij passione, nec remurmurabat aut contradicebat, licet eius animam gladius filij pertransiret. 1. Cor. 13. Charitas non irritatur.

Hirca, id est, hirsuta simul se tenens: quia non erat compta, nec extrinsecus eius capilla- tura. 1. Pet. 3. Act. 1. Perseuerans cum Apostolis & mulieribus in oratione.

Pilo mollis, id est, pia cogitatione: quia cogit nobis cogitationes pacis. Ierem. 24.

Bibula verbi Dei conseruans omnia in corde suo. Luc. 2.

Tingi parata: quia fuit verecunda. Vnde turbata est in sermone. Cum enim esset candi- dissima vt lilium, rubore roseo ad visionem Angeli in specie hominis apparentis creditur superfusa.

9. Et nota, quod hæc lana pluries quasi tineta est. Primò quasi de nigro in candidum, & hoc in sanctificatione. Secundo de candido in ru- bescum Angelo ei apparente, vt dictum est supra. Sed hoc plenius inuenies titulo de genis eius, vbi agitur de coloratione genarum. Terto tineta est quasi in purpuram, Filio Dei ex ea carnem assumente. Vnde Hieronymus ibi, Co- gitis me o Paula, &c. Ad quam sanè cum ac- ccessisset Spiritus sanctus, quasi ipsa eademque lana cum inficitur sanguine conchilij vel muricis, vertitur in purpuram, versa est & ipsa sine coitu in matrem, vt non sit iam amodo quod fuerat, sed purpura verissima ad indumentum & gloriam summi regis diuinitus aptissime de- dicata, vt nulli deinceps ea vti vsu femineo licuerit nisi Deo. Hæc Hieronymus, vbi supra. Quarto tineta est pretiosissime per animæ mar- tyrium in filij passione. Similiter & filij vesti- mentum, id est, humanitas quam de hac lana sibi contexuit, candidissima fuit per virgini- tatem & innocentiam, & incepit tingi, sed non ita plenariè in circumfusione & sudore san- guineo, tandem perfecte tineta est in ipsa pas- sione habita tinetura abundanter de quinque vulneribus. Vnde & dicitur ei Isa. 63. Quare ru- brum est indumentum tuum, &c. & Cantic. 7. Purpura regis iuncta carnalibus. Et Prou. in fine de sapientia: Byssus & purpura indumentum eius. Et ad hoc signandum indutus fuit purpura. Mar. 15. Et clamidem coccineam circumdederunt ei: Matth. 27.

10. Hanc lanam peccunt bonæ ancille & car- pinant, id est, dilatant laudes eius & glo- riam, scilicet fideles animæ. Lana enim car- pinata dilaturatur. Eccl. 24. In medio populi sui gloriabitur.

Nent subtiles prædicatores. Exod. 35. Dede- runt quæ neuerant, id est, prædicauerunt quod cogitauerant, & in quibus studuerant, & quæ subtiliauerant.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Texunt prolixæ orationes. Tob. 2. Anna ibat ad textrinum opus quotidie.

Dicitur, quod frigora pellat, scilicet infideli- tatis. Vnde ei dicitur, Cunctas hæreses sola inte- remisti.

Quod ornet: ipsa enim est Dorcas, quæ pauperes vestiebat. Act. 9. Dorcas interpre- tatur capra vel damula. Hæc est beata Vir- go, cuius vbera comparantur hinnulis capræ. Cantic. 4.

Descendit ergo filius Dei sicut pluuia in vel- lus. Pluuia enim descendens in vellus mundat in eo si quid inuenit mundandum, & quoad quid inde sordidior exprimitur. Similiter Chri- stus descendens in Virginem, de pura reddidit multò puriorem, & inde assumpsit carnem pu- rissimam licet similem peccatrici. Et sicut stil- licidia stillantia super terram. Tota enim diu- nitatis vnda, tota plenitudo charismatum bea- tæ Virgini tanquam velleri se infudit. Vnde dic- ta est gratia plena. Et de hac plenitudine car- teri sancti, qui dicuntur terra, quamuis abun- danter receperint, tamen quasi stillicidia mo- dica suscepisse dicuntur respectu plenitudinis illius. Item de illis stillicidiis quæ ab hac ple- nitudine descendunt, dicitur alibi: In stillici- diis eius letabitur germinans. Moraliter. Quo- tidie descendit Christus in animas iustorum sicut pluuia in vellus, id est, latenter. Vnde Iob 9. Si venerit ad me, non videbo eum, &c. Et vultiter. Vnde Isa. 55. Quomodo descendit imber & nix, vt supra. Sed hæc pluuia gratiæ non descendit nisi in vellus ouium, id est, in animam simplicem & innocentem, non in vel- lus caprinum per luxuriam, vel leoninum per superbiam, vel vulpinum per fallaciam, vel asinum per pigrum, vel camelinum per auaritiæ strumam, vel lupinum per rapacita- tem, vel caninum per detractionem, vel vrsinum per gulam, vel vaccinum per pi- grum, vel vitulinum per lasciuam, vel equi- num per discordiam, & sic de aliis. Et sicut stillicidia stillantia super terram. Veniens sicut pluuia consolationem immittit. Veniens sicut stillicidia stillantia super terram, id est, pecca- torem, quando de peccatis immittit timorem, sed comminatur eis. Vnde Ezech. 21. Silla ad sanctuarium, id est, ad clericos. Vnde per- territi faciunt quandoque penitentiam, sed raro.

De hoc vellere Iudic. 5. dicit Gedeon ad Do- minum: Ponam vellus lane in area, si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, scio quod per manum meam liberabis Israël. Et hoc signat, quod descensus Filij Dei in Vir- ginem tanquam ros in vellus ipsam fecunda- uit, Iudæa in ariditate gratiæ permanente. Vel vellus cor beate Virginis completum pluuia diuinitatis, sed area remansit arida, quia caro eius non fuit rigata humore extrin- seco. Vel plena humore gratiæ, sicca ab humore culpe.

§. IX.

Vapor.

Vapor, id est, Filius Dei, de quo dicitur Sap. 7. Vapor est, id est, calor virtutis Dei, id est, Patris, cui attribuitur patientia. Quasi diceret: Sicut calor est ab igne, ita Filius est à Patre. Et dicitur Filius à Patre sicut calor, quia expellit frigus nostræ infidelitatis, & calefacit nos ad amorem Dei. Item quia sicut dicitur Eccl. 43. Frigidus ventus Aquilo fluit, & gelat crystallus ab aqua: quia à statu, id est, à tentatione diaboli, qua primos parentes seduxit, ab aqua gelauerat genus humanum in glaciem vel crysillum. Ideo ad hanc glaciem vel crystallum dissoluendum venit Filius Dei sicut vapor. Et emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei, id est, claritas emanans ab omnipotente Deo, id est, à Deo Patre, id est, lumen de lumine. Quidam dicit ad notandam impropriam creaturæ creatori comparatur, vel ad notandam incomprehensibilitatem illius æternæ emanationis qua Filius emanat à Patre, sicut dicit Il. 53. Generationem eius quis enarrabit? Et nota, quod subtiliter descensum Christi in mundum & ad inferos, & ascensum eius ad cælos hic ostendit Auctor: tuius enim emanans à fonte deorsum tendit, vapor verò ab igne veniens, ascendit sursum: ergo per emanationem descensum ad terras & ad inferos, per vaporem in cælum ascensum dedit Auctor intelligere. Ephes. 4. Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos, &c. Quasi diceret: Qui est emanatio, ipse est vapor. Item in vapore ignis illuminatio ignorantie, in emanatione fontis intelligitur ablutio culpæ: ipse enim descendens ad nos in sua incarnatione & tenebras nostræ ignorantie illuminavit, & maculas culpæ lauit, quæ duo notavit Psal. dicens: Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Syncera sine omni admixtione actuali, potenti, vel intellectuali. Et ideo nihil inquinatum incurrit in illam: nihil enim patitur nisi à simili vel dissimili: sed sapientie non est simile vel dissimile, cum sit omnimoda simplicitate simplex: propter quod à nullo est passibile, & ideo incoinquinatum: & ideo nihil inquinatum incurrit in illam. Et verè syncera est: candor est enim lucis æternæ, sapientia scilicet, id est, Christus, per quam videtur lux æterna, id est, Pater. Ioan. 14. Philippe qui videt me, &c. In hoc etiam quod dicitur candor lucis æternæ, notatur cœternitas Filij cum Patre: candor enim siue splendor cœternus est luci: & ideo si lux æterna, & candor æternus. Et speculum sine macula Dei maiestatis, id est, Dei Patris, & imago bonitatis illius, id est, plena representatio illius, id est, per omnia ei similis. Et nota, quod Filius dicitur & speculum & imago Patris, cum tamen in rebus inferioribus imago sit in speculo, ad notandum, quod idem est speculum & imago. Et sicut in rebus inferioribus in speculo videtur imago rei & per imaginem res, sic in Filio & per Filium videtur Pater: in Filio, quia est speculum: per Filium, quia est imago. Item Filius non speculum simpliciter, sed speculum sine macula dicitur,

ad differentiam faciendam inter hoc speculum & alia specula. Tria siquidem sunt specula Dei. Vnum est mens humana facta ad imaginem & similitudinem Dei, sed non est sine macula. Aliud est quælibet creatura in qua relucet vestigium Trinitatis totius, ut dicit Augustinus, in esse, potentia, in modo, sapientia: potentissimè siquidem ex nihilo omnia, sapientissimè, pulchrè, benignissimè, vtiliter fecit Deus, ut dicit beatus Bern. De isto speculo dicitur. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate. Tertium speculum est Christus, & istud est sine macula omnino.

§. X.

Ignis.

Ignis, id est, Filius Dei, qui dicitur ignis consumens. Deut. 4. & hoc in fine, qui proprietates suas compleuit in Virgine. Christus ignis. Quia sicus ab effectu, qui omnem humorem carnalitatatis defecavit in ea. Osee 13. Adducet Dominus ventum vrentem, ut supra de vento qui signat Spiritum sanctum.

Calidus, dum ipsam quasi frigidam per timorem accendit ad fidem, dicente Angelo: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Dominum.

Mobilis, quando ipso concepto ascendit in montana cum festinatione, & deinde cum eo fugit in Ægyptum.

Leuis, quando spretis per eius gratiam mundi sollicitudinibus, ad cœlestia eam desideria subleuauit. Sophon. 3. In igne zeli mei, id est, in seruire & vehementia dilectionis meæ, qua dilexi Mariam, deorabitur omnis terra, id est, omnis terrenitatis amor & appetitus.

Subtilis, quando amota sensus hebetatione, ipsam impleuit sapientia.

Acutus, quando ablata sensus tarditate fecit eam in corde suo conseruantem omnia verba quæ dicebantur. Luc. 2.

Inflammas: Filius enim Dei cor matris inflammasit eximia charitate. Vnde Pater Filio Ezech. 10. Ingredere in medio rotarum, id est, in cor Virginis. Cor enim in medio est. Rotarum dicitur propter scientiam duorum Testamentorum, quam ipsa habuit. Et imple manum tuam prunis, & effunde super ciuitatem.

Illuminans, qui à mente virginea fugauit nubilum totius ignorantie.

§. XI.

Manna.

Manna. Christus manna, de quo, scilicet manna dicitur Num. 11. Cum descenderet ros super castra, descendebat pariter & manna. Per castra beata Virgo, quæ terribilis est demonibus ut castrorum acies ordinata. Cant. 6. Per rorem Spiritus sanctus de quo concepit, per manna Filius Dei. Rorantibus enim ei cælis desuper, & Spiritu sancto in eam superueniente, & ei obumbrante virtute Altissimi, concepit Filium Dei qui figuratur per manna, qui de seipso dicit Apocal. 2. Vincenti dabo manna absconditum.

absconditum. Tunc enim dabit vincenti manna absconditum, quando dabit illud quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. 1. Corinth. 2. Vel manna absconditum diuinitas occulta: quia Deum nemo vidit vnquam. Ioan. 1. quod nobis daturus est, quando gloria suæ diuinitatis nos satiabit. Hoc autem manna fuit absconditum sub tunica nostræ naturæ, quando diuinitas vnita est nostræ carni. Quod manna tunc nobis dabit, quando cognoscemus vnionem verbi cum carne, & clarescet quando geniti quæ genitura fuit. Vel etiam manna absconditum corpus eius velatum formis accidentium. Et principaliter solet istud exponi de sacramento altaris, & secundum hoc prosequemur.

Christus manna. Quia de cælo dabatur. Vnde Sap. 16. Paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Et istud sacramentum est omne datum optimum. Datum: quia hic Filius Dei quotidie datur nobis, & à Patre, & à seipso, & à Spiritu sancto. Et est optimum: quia sine Christo nihil aliud valeret. Et est omne, id est, sufficientia omnium. Et descendit à Patre luminum. Ioan. 6. Pater meus dat vobis panem verum de cælo.

Quia album. Exod. 16. in quo Christi puritas & munditia, qui est candor lucis æternæ, & ingressus est mundum sine macula, quod designatur in candore hostiæ.

Quia minutum erat Exod. 16. & in hoc notatur Christi humilitas, qui se tam immensum abscondit sub tam breui forma panis & vini. Ideo dicitur Exod. 16. quod manna descendens ad superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum: quia singularis fuit eius humilitas.

Quia subtile: quia modus incomprehensibilis nobis modo & in vita præfenti: hoc enim sacramentum credere præcipitur, discutere prohibetur, sicut dicit Ambrosius.

Quia quasi pila tunsum, in quo Christi patientia, qui attritus est propter scelera nostra. Isa. 53. passibilis enim fuit & mortalis: quod signatur in tunica vel palea manne. Sed hæc palea in pila crucis amota & separata est ab eo. In quo etiam innuitur, quod hoc sacramentum competit veris patientibus, & nota, quod in tunione immittitur granum, quia in tribulatione debemus humiliari sub potenti manu Dei; ut nos exaltet, &c.

Quia in similitudinem pruinæ albe, scilicet fuit super terram. Exod. 16. Albedo signat Christi puritatem & munditiam, quæ dno summe necessaria communicare volenti. Pruinæ etiam quæ frigida est: quia in hoc sacramento dignè sumpto contra incentus libidinis & vitiorum habetur spiritalis refrigerij temperies. Contra culpam: quia hoc sacramentum dignè sumptum debilitat fomitem, & dicitur primus morsus & tentationes, ut possit dicitur talis: Transiimus per ignem & aquam, &c. Contra peccatam, caro Christi mystica, id est, vnitas Ecclesie, cuius membris competit illud: Iustus si morte præoccupatus, &c. Pruinæ etiam herbas nocuas extinguit, sic & istud sacramentum

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

concupiscentia: terram fertilem reddit, quia fecundat conscientiam in bono: lutum regit, quia charitas Christi in dignè recipiente operit multitudinem peccatorum. Aliter. Pruinæ aqua est frigore solidata, quæ candida est & terram reddit candidam. Aqua hæc fuit nostra mortalitas & defectus, fluida ante passionem: frigore autem passionis & immortalitatis gloria solidata, quæ terram mentis nostræ si in eam per considerationem ceciderit, candidam reddit & decoram.

Quia erat quasi semen coriandri album, id est, vilis oleris. Exod. 16. & coloris bdellij. Num. 11. & saporis quasi panis oleati.

Quia Christus omnimodam vilitatem & paupertatem pro nobis pati dignatus est. Vnde dicit: Ego sum opprobrium hominum, & abiectio plebis. Et propter humilitatem huius sacramenti contemnitur à multis. Item oleus est cibus infirmorum, sicut dicitur ad Rom. 14. & hoc sacramentum sustentat nostram infirmitatem.

Quia dulcedinem mellis habebat: vnde Exod. 16. dicitur, quod gustus eius erat quasi simile cum melle, in quo notatur dulcis mansuetudo patientis, quia pro crucifixoribus orauit. Simila etiam quæ est purissima & candidissima farina, Christi designat humanitatem in qua est plena refectio. Vnde Ioan. 6. Caro mea verè est cibus. Mel signat deitatem, in qua perfecta erat plenitudo dulcedinis, qua satiabitur cum apparerit gloria eius. Hoc manna habemus modo ad refectio-nem, sed in futuro ad fruitionem. Item Num. 11. dicitur, quod erat saporis quasi panis oleati, id est, fructus in oleo, & habebat saporem quasi simile cum melle, id est, puritatem humanitatis cum dulcedine diuinitatis, & quasi panis oleati propter misericordiam. Aliter. Albedo munditia carnis Christi, similitudo deitas, mel humanitas. In coniunctione mellis cum similitudo humanitatis ad deitatem. Bdellium in terra Euilath inuenitur, & interpretatur à principio, & signat humanitatem illius qui est principium de principio. Et est bdellium sicut dicit Plinius, arbor aromatica magnitudinis oleagina, cuius lachryma lucida est gustu amara & boni odoris, sed infusione vini odoratur. Et signat hæc arbor humanitatem Christi, quæ est myrrhæ suauitatis, ad nos defundens exempla, & per misericordiam oleagina, cuius passionis lachryma lucida est, & imitantibus amara, boni odoris per se, sed infusione vini, id est, sanguinis Domini odoratur, quia incarnationis beneficium sanis est & magis odoriferum redditur per sanguinis pretium, quem qui homo factus est, effudit in cruce.

Quia sapiebat in ore cuiuslibet quod volebat, præcipue de bonis, sicut dicitur Sap. 16. ut supra. In sumptione enim huius sacramenti plena est sanitas, nisi quis per peccatum corruptum habet palatum: quantum enim diligit quis, tantum ei sapit.

Quia manna dicitur est panis Angelorum. Vnde in Psal. Panem Angelorum mandocauit homo: quia virtute qua Angeli subsistunt, creatus est ille panis, hoc significans, quod de cælis veniens erat qui spiritualiter pasceret eos

ctos suos. Vnde & manna prius Dominico die venit de cælo ad saturitatem populi Hebræorum, & Christus natus est tali die.

3. Christus manna. Quia indurabatur ad ignem, sicut dicitur Exod. 16. quæ coquenda sunt coquite, inter quæ enumerabatur manna. Sic Christi humanitas indurabatur & roborabatur per ignem deitatis vel tribulationis. Vnde dicit post passionem: Aruit tanquam testa virtus mea. Spiritus sanctus etiam cocus est, & decoquit hoc sacramentum suo modo ineffabili.

Quia liquefiebat ad solem, sicut dicitur Exod. 16. quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat. Sap. 6. Christus enim huiusmodi mutabilitati pro nobis se supposuit. Vnde Luc. 22. Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Sol feruor tribulationis. Vnde, Per diem non vret te, &c.

Quia sexta die colligebatur in duplum. Exod. 16. Sic Christus in sexta ætate collectus est duplicatus: quia Deus & homo, vnde & dicitur emanuel. Sic collegit Thomas dicens: Dominus meus & Deus meus. Sic etiam Deus & homo sumitur in sacramento.

Quia cum rore descendebat & semper colligebatur. Exod. 16. & Num. 11. Sic & Christus in hoc sacramento cum rore gratiæ debet sumi: nam qui aliter accipit, iudicium sibi manducat & bibit.

Quia manè ante solis ortum colligebatur. Exod. 16. Sic ad literam manè temporis debet quisque surgere ad Missam, vbi verum manna, id est, corpus Christi repræsentatur, & à sacerdote in persona omnium fidelium accipitur. Similiter nocte peccati fugata dum recens est ingenij perspicacitas, addiscenda sacra Scriptura, quæ significatur per manna, vt ætatis primitiæ Domino offerantur. Sicut etiam dicitur Marc. in fine, & Luc. 24. Mulieres valde manè venerunt querere corpus Christi ad monumentum. In quo, sicut Beda dicit, magnus feruor inueniendi Dominum ostenditur: & in hoc mysticè datur nobis exemplum, vt decussis vitiorum tenebris ad corpus Domini accedamus, & manè, id est, cum iam inceperit nouitas vitæ spiritualis quæ dies est. Vnde Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Altare sepulchrum Domini designat, in quo carnis eius & sanguinis mysteria celebrantur. Aromata quæ deferunt, odorem virtutum & suauitatem orationum significant, cum quibus altari debemus proximare.

Quia in mensura vnus gomor colligebatur per singula capita. Exod. 16. Sic & quilibet sacerdos debet esse contentus vno gomor in die, id est, vt tantum semel celebret, ne iudicium sibi manducet & bibat. Gomor interpretatur consolatio vel perfectio: quia sacramentum istud modo est nobis ad consolationem, ne cadamus, in futuro erit ad perfectionem.

Quia qui plus de manna collegit, non habuit plus: nec qui minus, minus. Exod. 16. Sic est de corpore Christi suscepto sub beuissima particula hostiæ, aut sub forma maximi panis.

Quia reueruatum vsque manè computruit & scatebat vermibus. Exod. 16. quia contra præ-

ceptum Moyfi faciebant. Illis enim erit Christus quasi vermis corrodens, qui aliter docent quam sentiant, vel viuunt quam doceant. Vnde dicit Christus Osee 5. Ero quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Item ecce positus est Christus, scilicet hic, id est, in sacramento in ruinam, &c. contra institutum suum accedentibus. Et per hoc manifestum est, quod alterius modi fuit manna quam sit Eucharistia: quia scaturiebat vermibus vsque manè reueruatum, Eucharistia verò manet incorruptibilis, & sumptores suos si dignè accedant, incorruptibiles reddit: & hoc ideo, quia manna erat cibus corporalis, Eucharistia est cibus spiritualis. Et sicut manna reficiebat corpus, sic Eucharistia saginat animam interiori. Vel melius quia diuinitas vnita carni in triduo sepulture conferuauit eam à putredine & vermibus. Vnde: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Quia de eo dixerunt filij Israël, manna, quod signat quid est hoc? & responsum est manna, quod interpretatur quid est hoc, vel quomodo est istud? & ita non terminabatur quæstio per quæstionem. Et respondit Moyfes: Iste est panis quem dedit nobis Deus ad vescendum. Et semper restabat querere quid est hoc, donec summus Magister quæstionem istam soluit in cæna dicens, Hoc est corpus meum. Math. 26. Quasi diceret: Nolite querere vel dubitare amplius quod est hoc, vel quomodo est istud in hoc sacramento altaris: quia ego qui Magister sum, determino & dico, Hoc est corpus meum. Et huic Magistro debent credere discipuli sui. Cui dissolutioni si assenseris per consensum veræ fidei, fiet tibi panis vitæ, alioquin fiet tibi iudicium mortis: quia secundum diuersitatem accipientium hoc sacrosanctum ferculum quibusdam est electuarium, aliis est venenum. Vnde Luc. 2. Ecce positus est hic in ruinam, &c. vt supra. Man interpretatur quid vel quomodo? manna, quod est hoc vel quomodo est istud? Num. 11. Cum descenderet ros, &c. In descensu roris incarnatio filij, de qua posunt omnes admirari & dicere, quid est hoc?

4. Item hoc manna propter suos effectus appellatur panis Angelorum quem manducauit homo. Vnde Psal. Pluit illis manna ad manducandum; & pro, id est, panem cæli dedit eis, id est, panem de cælo aëreo missum vel ministerio Angelorum paratum. Panem Angelorum manducauit homo. Efficiebat enim ille cibus pro parte quod cibus Angelorum. Dicunt enim Iosephus & Iudæi, quod quoad hoc panem vescerantur, nunquam assellauerunt. Hoc Iosephus. Hebræi verò dicunt, quod in eodem statu conferuabat illos: vnde datum erat non ad restaurationem deperditi, sed ad conferuationem residui. Vnde Caleph dixit Iosue 14. se esse eiusdem valoris cuius fuerat quando missus est ad explorandum terram promissionis. Et ideo dicitur panis Angelorum, qui nunquam infirmantur, aut corrumpuntur, aut fenescunt. Vel dicitur panis Angelorum, quia ministerio Angelorum paratus est. Vel quia significat Christum qui est panis Angelorum. Item de hoc manna dicitur Apoc. 2. Vincenti dabo, gratis, expone sicut habes titulo, vbi Christus dicitur lignum.

lignum. Manna absconditum, id est, suavitatem dulcedinis internæ & æternæ. Manna interpretatur quid est hoc? & sancti in æterna beatitudine recepti, & ab ubertate domus Dei inebriati, intantum mirabuntur, quod quasi stupefacti non remanebit in eis spiritus exemplo reginæ Saba. 3. Reg. 10. quæ visa sapientia Salomonis non habebat ultra spiritum præ admiratione. Absconditum. Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus. De hac absconsione. Exod. 16. legitur, quod manna ita absconditum erat in arca, quod nec sacerdos ingrediens sancta poterat illud videre. In quo signatur, quod quantumcumque se erigat homo per contemplationem ad superna, non tamen videt Deum sicut est in gloria sua. Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. Aliter. Dominus in Pentecoste effundens super Apostolos Spiritus sancti dulcedinem, dedit eis manna absconditum, quod parauit pauperibus in dulcedine sua, de quo alibi. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, &c. quam abscondisti timentibus te, id est, reseruasti, sicut mater abscondit & reseruat filio pomum, vel mel, aut aliquid quod vult ei dare. Hæc est ficus dulcis Iudic. 9. titulo de arboribus. Hanc dulcedinem senserat Petrus Matth. 17. & quasi inebriatus, nec etiam volens de loco quo eam gustauerat se remouere, dicebat. Domine bonum est nos hic esse. Faciamus hic tria tabernacula. Sic deberent facere qui vel quandoque gustauerunt, vel gustare vellunt hoc manna, libenter residere in claustro vel cella, vt sæpius inebriarentur, exemplo beatæ Virginis in suo thalamo residentis, quando veniebat Angelus nuntiare, Spiritus sanctus superueniens in te, &c. Propter hoc videtur, quod abbates & monachi tam crebro pro causis leuibus equitantes nunquam gustauerunt de hac dulcedine Dei. Hoc autem manna quosdam inebriat, quosdam impingat: & sic vnicuique sapit id quod desiderat, sicut istud manna filii Israël. Vnde Sap. 16. Paratum panem, &c. Vel per manna signatur gloria æterna, quæ dabitur in futuro, vt dictum est supra. Item super illum locum, ego sum vermis & non homo: dicit Augustinus, quod Maria congruè potest dici manna, quia est subtilis, splendida, suavis & virgo, quæ velut cælitus veniens cunctis Ecclesiarum populis in cibum dulciorem melle fluxit. Quem cibum qui neglexit sicut Iudæi manna fastidiebant, non habebit vitam in seipso, sed ei cibus hic in iudicium conuertetur. Item de hoc manna vermiculus procreabatur, quando Christus in Virgine incarnabatur.

§. XII.

Ros.

ET ros. Ros est Spiritus sanctus superueniens principaliter in Virginem in Filij Dei conceptione, & fomitem ita penitus extinguens in ea, quod nullo modo posse peccare potuit, sicut dicit beatus Augustinus. Secundum Isidorum, ros dicitur, quia rarus est, id est, perspicuus & non spissus vt pluuia. De hoc rore dicitur Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros, D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

&c. Hic etiam ros ad prolem fecundauit eam, & ipsa de hoc rore concepit. Vnde Num. 11. Cum descenderet ros super castra, descendebar pariter & man. Per castra signatur beata Virgo, quæ dicitur terribilis vt castrorum acies ordinata. Per rorem Spiritus sanctus. Per manna Filius Dei, cuius incarnationem petit Ecclesia dicens Isa. 45. Rorate cæli desuper, &c. Item Christus ros qui fecundauit Virginem: opera enim Trinitatis inseparabilia sunt. Ipse est enim ros Hermon, quod interpretatur lumen exaltatum, quia Christus qui est lux vera, primò exaltatus est in candelabro crucis in passione, secundò in ascensione ad cælum, qui descendit in montem Sion, id est, in beatam Virginem in incarnatione, quæ est ille mons sustentans & supportans ciuitatem Ecclesiæ, quæ per Sion Marth. 5. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, &c. Christus enim ros est maxime quoad primum aduentum. Vnde dicit Osee 14. Ero quasi ros, & Israël germinabit quasi liliam. In hac auctoritate notantur duo, scilicet Christi benignitas & Mariæ dignitas. Christi benignitas notatur vbi se comparat rori. Vnde: Dominus dabit benignitatem. Et hæc benignitas consistit in duobus. Primum est dignatio humilitatis. Vnde dicit, ero. Secundum, miseratio pietatis. Vnde, quasi ros. Mariæ dignitas vbi lilio comparatur. Et nota, quod dicit, Ero quasi ros extinguens, scilicet fomitem in ea ex toto, vel ita debilitans vt de cætero non insurgat in eam. Et Israël, id est, beata Virgo perfusa hoc rore, germinabit quasi liliam. Israël interpretatur princeps cum Deo: Maria enim sola principatum cum Deo obtinet in cælo & in terra. Interpretatur etiam vigil cum Deo, sicut dicit Hieronymus: quia ipsa iugiter vigilat cum filio ad custodiam populi Christiani. Germinabit quasi liliam. Liliam enim non seminatione propagatur, sed de substantia lilij portio sumitur & plantatur, & sic liliam. Sic beata Virgo ex se sobolem propagauit: quia de eius carne quandam portionem sumpsit Spiritus sanctus, & formauit in liliam, id est, in filium qui dicit Cantic. 2. Ego liliam conuallium. Item in hac auctoritate notatur dignitas Virginis in tribus. Primò in excellentia humilitatis, cum dicit Israël, quod interpretatur princeps cum Deo: quia qui se humiliat, exaltabitur. Secundò in prærogatiua fecunditatis: vnde, germinabit. Tertio in priuilegio integritatis: vnde, quasi liliam. Et hæc tria accepit à triplici statu, qui notatur ibi Eccl. 34. In Iacob inhabita, qui per luctam hoc nomen, Israël, acquisiuit.

Item de hoc rore Isa. 44. Rorate cæli desuper, &c. Quod sic debet exponi. Rorate cæli desuper & nubes pluant iustum, aparietur terra & germinet saluatorem. In verbis istis exprimitur Isa. desiderium sanctorum patrum desiderantium aduentum Christi in carnem: & in verbis istis continentur tres petitiones in quibus Christus petitur. Petit ergo à cælis rorem, à nubibus pluiam, germen de terra. Per cælos Angeli, per nubes Prophetæ, per terram beata Virgo. Dicit ergo: Rorate cæli desuper. Quasi diceret: Veniat Gabriel & roret, id est, rorem annuntiet. Aduentus enim in carnem

significatur per rotis descensum multiplici de causa. Descensus rotis occultus est & absconditus. Quia licet ros descendit in lilium, non videtur: sed quod ex eius descensu speciosior fit flos lilij, cognoscitur. Descendit enim Dominus in Virginitatem manente virginitatis integritate, sicut ros descendit in lilium sine lilij corruptione. Qualiter descendit, non capit mens hominis: quia generationem eius quis enarrabit? Ita. 53. Sed quod in Virginitatem descendit, credo & confiteor, quod ex eius adventu magis incanduit flos Virginitatis. Vnde Osee vlt. Ero quasi ros, &c. ut supra. Item ros refrigerat. Vnde dicitur, quod Angelus, id est, Christus fecit medium fontis quasi ventum rotis flantem. Dan. 3. Et nubes pluant iustum. Nubes Propheta qui tonant, pluant, fulgurant: sed hic dicit, nubes pluant. Quasi diceret: Non possumus sustinere fulgura vel audire tonitrua, o nubes Christum pluite, id est, ut pluiam nuntiate, quæ leui icu percutit, & percutiendo rigat. Fulgurabat enim hæc nubes dicens Deut. 32. Si aerno ut fulgor gladium meum, &c. Fulgor vultus Domini, qui frangit superbos, igne cremat auaros, foetere facit luxuriosos. Pluant, inquam, iustum, id est, veniat qui iustitiam facit de diabolo seductore, sicut fecit de homine seducto. Iustus enim tenebatur homo, sed iniustitiam tenebat eum diabolus: quia non fecerat homo diabolo propter quod ei nocere deberet. Vnde Dominus Isa. 52. Ablatus est vi populus meus gratis, dominatores eius iniqui agunt, &c. Sequitur. Aperiat terra & germinet Saluatorem. Terra hæc beata Virgo. Quere titulo, quod Maria terra. Sed cum beata Virgo dicatur ter porta clausa, id est, ante partum, & in partu, & post partum, quomodo dicit Propheta, Aperiat terra? Ideo enim virtus verbo aperiendi: quia beata Virgo erat apocriua, id est, abscondita & conclusa: seipsam enim concluderat, quia sicut dicitur Eccli. 28. Ori suo fecerat ostia, & seras auribus suis, & fœdus pepigerat enim oculis suis, ut nec cogitaret de homine. Aperuit autem aures ad audiendum verbum Angeli, cor ad credendum & consentiendum, os ad consensum exprimentum & orandum ut fieret ei quod promittebatur. Vnde dixit: Fiat mihi. Ideo dixit Cant. 5. Pessulum ostij aperui dilecto meo: ac ille declinauerat atque transferat. Ostium consensus est, nisi consentiatur verbo, verbum non intrat ad cor. Pessulum est discretio: quia non est consentiendum nisi discretione præuia. Eua enim ita aperuit diabolo, quod fregit pessulum: quia consentit verbo eius antequam præcedente ratione diiudicaret verbum. Sed beata Virgo aperuit pessulum, non fregit, dicens cum diu præcogitasset qualis esset ista saluatio: Quomodo fiet istud? Et post hoc expressit consensum, dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi. Sic igitur aperta est terra ut germinaret Saluatorem, & antequam dixisset hæc verba, iam dilectus declinauerat, ut scilicet fieret seruus, quia ancillæ filius: atque transferat, id est, per ostium consensus intrauerat. Ideo ipsa dixit: Surrexi ut aperirem dilecto meo. Surrexit enim cum se humiliavit, dicens: Ecce ancilla. Aperuit cum dixit: Fiat mihi. Tandiu igitur clausa fuit

hæc terra ad consentiendum, donec intellexit, quod posset concipere & parere manens Virgo. Non enim incarnaretur in ea verbum Patris, nisi ipsa consentisset. Vnde figurata est per Rebeccam quæ consensum suum expressit nubendi Isaac. Genes. 24. Item ros inuisibilis est gratia, quæ ante Angeli missionem Mariam illustravit: sed nubes iustum pluit, quando Angelus incarnandum filium nuntiavit. Terra se aperuit, quando Maria credidit & consentit & Saluatorem germinavit, id est, de Spiritu sancto, hoc est, operatione Spiritus sancti concepit. Et nota, quod Virgo germinavit ut herba. Vnde 2. Reg. 23. Sicut pluuvis germinat herba de terra. Floruit ut lilium. Isa. 35. Exultabit folitudo & florebit quasi lilium. Fructificauit ut vitis. Eccl. 24. Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris. In germine herbe vitæ, in flore odor & decor, in fructu sapor & odor. Et nota, quod diuinitas Christi proprie fuit quasi ros qui inuisibiliter descendit & ascendit. Ioan. 3. Nescis vnde veniat, aut quo vadat. Iob 9. Si venerit ad me, non videbo eum, &c. Caro autem eius pluuia visibilis, cuius guttæ aquæ & sanguinis mundum aridum rigauerunt.

Christus ros ratione originis: quia de cælo. Ioan. 3. Qui de cælo venit, super omnes est.

Ratione proprietatis: ros enim occulte & suauiter descendit: & Filij Dei tam secreta fuit incarnatio, quod multi Angeli nescierunt. Vnde admirabantur in ascensione eius dicentes: Quis est iste qui venit de Edom. Isa. 43. Item occulte & imperceptibiliter. Vnde Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Ioan. 1. dicit Ioan. Baptista: Non sum dignus soluere corrigiam calcamenti eius, id est, explicare vnionem verbi. Item Isa. 44. Secretum meum mihi, &c. Item suauiter: quia suavis est Dominus vniuersis. Suauiter enim illapsus est vtero virginali, ita quod natura miraretur, & mater absque defloratione grauidaretur.

Ratione operationis: ros enim rigat & suo modo terram inebriat & fœcundat. Et secundum hoc duo signa dabatur Gedeoni. Iudic. 6. quia area rigabatur & vellus inebriabatur. Isa. 55. Quomodo descendit imber & nix de cælo, &c. vsque ibi, inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit. Ecce tria, inebriatio, rigatio, & fœcundatio. Item ros suo modo illuminat. Vnde Isa. 26. dicitur Mariæ, Ecclesiæ, & fidei animæ de Christo: Ros lucis ros tuus. Ros lucis, id est, Christus fœcundans affectum in quantum ros, & illuminans intellectum in quantum lucis. Aliter. Ros noctis gratia Dei subueniens in tribulatione. Item vbi nos habemus, ros lucis ros tuus, dicitur LXX. Ros qui ad te est, est sanitas eorum, scilicet ros incarnationis. Item ros ardoris temporis, aut extinguit, aut temperat. Eccl. 43. Ros enim, id est, Christus, obuiam diabolo venienti ab ardore, id est, ab incendio scilicet gehennæ vbi habitat: vel ab ardore, id est, à desiderio malefaciendi, vbi ipse habitat, & vnde venit ad tentandum nos ut secum comburatur in fornace gehennæ: accendit enim peccatores per culpam & eos secum comburit per pœnam. Humilem efficit eum: quia Christus patiens in cruce humiliavit calumniantem. Vnde: Tu humiliasti sicut vulneratum super

superbum, id est, diabolum, id est, minorasti potentiam eius. Vnde: Si autem fortior, &c. non sicut occisum, quia adhuc habet manum attrahentem: sed in sine spiritu laborum suorum interficiet impium. Isa. 11. & occidet cetum qui in mari est. Ad hoc etiam venit Christus ut ros in sua incarnatione, ut ardorem peccati quo mundus flagrabat, extingueret.

Christus ros. Quia suavis. Mirabiliter enim & ineffabiliter iocundat conscientiam quam inhabitat per gratiam. Psal. Suavis Dominus vniuersis.

Quia nutritiuus. Gratia enim eius est nutritiuus boni. Vnde Sap. 16. Omnium nutriti gratia tuæ deseruiebant.

Quia nocturnus. Et Christus incarnatus est populo gentium in tenebris ambulante. Isa. 9. quando scilicet vna catena tenebrarum omnes erant colligati. Sap. 17.

Quia lucidus. Isa. 26. Ros lucis ros tuus. In hoc notatur priuilegium Christi, qui sine nebula fuit omnis peccati. Vnde & ipse dicit Ioan. 8. Ego sum lux mundi.

Quia frigidus. Et per hoc extinguit in electis suis feruorem tentationum, & refrigerans æstum concupiscentiarum. Vnde: Angelus Domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem, & fecit medium fornacis quasi ventum rotis flantem Dan. 3.

Quia sphaericus est: ducit enim per gratiam suam ad æternitatem, cuius appetitus seu desiderium in figura sphaerica designatur.

Quia modicas habet guttulas in quibus descendit. Sap. 11. Tanquam gutta rotis antelucani, quæ descendit in terram. Iob. 38. Quis est pluuiz patet, vel quis genuit stillas rotis? Et hæc modicitas designat humilitatem.

Quia matutinus. Osee 6. Misericordia vestra, id est, Christus de pura & mera matris misericordia nobis datus, est quasi nubes matutina, & quasi ros matutinus, &c.

Quia quasi contemptilis in primo aduentu se patitur modo ab omnibus conculcari. Vnde dicit: Conculcauerunt me inimici mei tota die, id est, toto tempore gratiæ. Sed in iudicio veniet sicut grando, & grandinabit aduersarios suos. Vnde Sap. 5. A petrosa ita plenz mittentur grandines.

Item ros sterilitatem tollit, id est, defectum verbi Dei. Vnde patuuli petebant panem, nec erat qui frangeret eis.

Fertilitatem parit. Ideo temporis gratiæ dicitur plenitudo temporis. Gal. 4. tunc enim impleta sunt quæcumque prædixerant Prophetæ: & tunc plenitudo gentium intrare cepit ad fidem per Apostolorum prædicationem.

Herbas virentes augmentat, id est, virorem virtutum. Ad Hebr. 6. Terra bibens imbrem doctrinæ, & germinans herbam, id est, virorem fidei & bonorum operum, illis à quibus colitur, id est, prædicatoribus.

Fructus ingrossat: quia terra Ecclesiæ vel humanæ conscientiæ antea erat inanis & vacua. eGn. 1.

Improuise descendit. Sap. 18. Dum medium silentium, &c.

Suavis & lenis: tunc enim lenitas Dei ostendit

sa est, quando apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, id est, benignus & humanatus Deus.

Refrigerat: & tunc præstitum est refrigerium gratiæ contra æstum vitiorum.

Vel sic. Ros, id est, Christus descendens leniter de supernis ad refrigerandum incendium vitiorum, obuians venienti ab ardore, id est, ardori diabolicæ persequutionis: humilem efficit eam, id est, victam reddet in cruce moriens. Prouerb. 29. Superbum sequitur humilitas. Vel sic. Ros ab ardore veniens, id est, Christus à Patre, in quo est ardor charitatis, descendens, obuians venienti, id est, diabolo, humilem efficit eam, id est, humiliavit superbiam eius humilitate passionis: quod significatur in rogationibus in dracone qui duobus primis diebus præcedit, in tertia die sequitur quasi victus. Item in Psal. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, id est, diabolum per tuam humilitatem. Sicut vulneratum qui amisit vires in parte: & ita diabolum Christo vulnerato & passo debilitatus est ut hominem volentem resistere non possit vincere. Hieronymus: Debilis est hostis qui non potest vincere nisi volentem. Sed non penitus extinguitur est ut eum non possit tentare. Quod totum cedit ad utilitatem hominis. Iob 26. Prudentia eius percussit superbum, id est, diabolum quem percussit Dominus non per potentiam ne ille posset conqueri de violentia, sed per prudentiam. Vnde Ecclesiastes 9. Insuetus est vir pauper & sapiens & liberauit urbem per sapientiam suam, &c. Item Iob 26. Prudentia eius percussit superbum.

Item Christus dicitur ros ad consolationem pauperum. Pascit enim rore pallos cottorum quos pascere nolunt: dicitur enim, quod cottui pullos suos non pascunt donec vident penas eorum nigrescere. Sic mundi amatores illos pascunt & amplectuntur, qui nigris pennis eis assimilantur, & non illos quos sibi vident dissimiles: Dominus autem interim pascit illos rore gratiæ, sed mundus cadaueribus.

S. VIII.

Angelus.

Angelus, scilicet magni consilij, qui de cælo descendens ingressus est in eam. Gabriel enim missus ad Virginitatem non est ingressus in eam, sed ad eam. Luc. 1. Christus vero in eam. Ezech. 44. dicitur de porta: Dominus Deus Israël ingressus est per eam. Et ibidem dicitur de ipsa porta, quod erat clausa principi, id est, ipsi Archangelo, vel principi, id est, ad honorem principis, scilicet Christi: vel principi, id est, diabolo qui dicitur princeps mundi. Ioan. 14. Angelus enim malus venit ab infimis, hic non est ingressus in hortum hunc. Eccl. 43. Ros obuians ab ardore venienti, &c. Vel principi, id est, peccato quod in multis principatur contra quod dicitur Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis in concupiscentiis eius. Item Christus Angelus. Vnde Iob 33. dicitur de homine: Si fuerit pro eo Angelus loquens, &c. Angelus, id est, Christus.

Item Isa. 64. Angelus faciei eius saluauit eos: quia Filius imago Patris est: ideo dicitur Angelus faciei. De hoc Angelo multa inuenies in Apoc. Quære & exone.

§. XIV.

Alas.

1. **A**las, id est, auis volans. Christus auis. Auis dicitur quasi sine via: vnde Sap. 6. vbi loquitur de aue. Cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius. Et viam viri in adolescentula dicit se Salomon ignorare Prou. 30. De hac aue dicitur Isa. 46. Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis mez. Pater enim vocauit hanc auem, id est, Christum in ascensione ab Oriente: quia Christus semper fuit in Oriente plenæ cognitionis & integræ charitatis. Zach. 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. Item alius Zach. Luc. 1. Visitauit nos Oriens ex alto. Vocauit eum etiam Pater de terra longinqua, id est, de mundo qui longè est à Deo quoad amatores eius. Virum voluntatis mez: quia voluntas Filij per omnia consonat voluntati Patris. Habuit autem hæc auis Virginis vterum pro nido vbi formatus est secundum humanitatem. Iob 28. Auro locus est in quo est confatur. Locus iste vterus virginalis. Crucem pro pertica, quæ vocatur eius accubitus. Can. 1. Dum esset rex in accubitu suo, &c. Sepulchrum pro muta, vbi deposuit mortalitatem & passibilitatem quasi veteres plumas, & assumpsit immortalitatem & impassibilitatem quasi plumas nouas: & inde ascendit super Cherubin in sua ascensione, & volauit super pennas ventorum. Infra inuenies de auibus huius horri.

2. Christus auis. Propter alas virtutum: quia habuit spiritum sapientiæ & intellectus, & cæteros omnes. Isa. 11.

Propter volatum in altum. Eph. 4. Ascendit super omnes cælos. Psal. Volauit super pennas ventorum.

Propter eminentiam operum. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit.

Propter leuitatem: quia sine pondere concupiscentiæ, de qua Sap. 1. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.

§. XV.

Apis.

1. **A**pis. Christus apis mellis habens dulcedinem & aculei punctiorem. Qui videlicet tanquam apis pascitur inter lilia, florigeram inhabitans patriam Angelorum. Qui ad suauolentem virginis florem in Maria in incarnatione aduolauit conceptus in Nazareth, quod interpretatur flos, ibi insedit, ibi adhæsit. Cuius apis mel & aculeum non ignorat, qui misericordiam ei & iudicium decantat. Attamen ad nos veniens solum mel attulit & non aculeum, id est, misericordiam & non iudicium. Vnde persuadentibus quandoque discipulis, vt ciuitatem quæ eum suscipere noluit, præciperet igne consumi, respondit se non yenisse ad per-

dendum, sed ad saluandum. Huius apis duo sunt aduentus. Veniens ad saluandum in primo mel tantum visus est attulisse & quasi aculeum reliquisse. Veniens ad iudicandum in secundo eos qui nolunt saluari, facere videbitur è conuerso. Quasi aculeum suum deposuerat, quando tam indigna paciens, misericordiam & non iudicium exhibebat. Sed nolite peccare in spe, nolite sperare in iniquitate. Quandoque enim hæc apis aculeum suum habet resumere, & acriter nimis infigere in medullis hominum impiorum: quia omne iudicium dedit Filio Pater. Et nota, quod hæc apis primò flori virginis in incarnatione, secundò arbori crucis insedit in passione. De flore, id est, de virginali carne Mariæ operata est primum fauum, id est, ceram humanitatis continentem mel diuinitatis. De arbore crucis secundum: fuit enim passio quasi fauus, nostra redemptio quasi mel. De hac ape dicitur Eccl. 11. Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius. Breuitas humilitas, volatilia homines & Angeli. Eius enim humilitas maior quam hominis. Vnde Luc. 22. Quis maior est: qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem, &c. Isa. 41. & Apoc. 1. Ego primus in dignitate, & ego nouissimus in humilitate. Maior etiam quam Angeli. Vnde: Minuisti eum paulominus ab Angelis, qui non sunt carnei, nec possunt mori. Hæc apis flori munditiæ virginis insedit, & ex eo materiam sui operis traxit, eius odorem & pulchritudinem nec violans nec corrupens. Cuius fructus, eius opus, scilicet redemptio mundi & liberatio captiuorum. Hic est fructus quem Dominus in arborem triumphalem ascendens, apprehendit. Cantic. 7. Ascendam in palmam, &c. Hoc est opus de quo Isa. 28. bis dicit: Alienum est opus eius ab eo, peregrinum est opus eius ab eo. Ibi Gregorius: Quia non congruebat deitati flagellari, conspicui, crucifigi, & huiusmodi. De hoc opere dicitur Eccl. 42. Gloria Domini plenum est opus eius. Opus ergo quod fecit in mundo, fuit flagellorum & opprobriorum permissio. Hoc opere nobis est vita perdita data. Vnde de Christo dicitur Prou. 10. Opus iusti ad vitam, &c. Huic operi debet assimilari opus cuiuslibet iusti. Vnde Ioan. 12. dicit Christus: Qui mihi ministrat, me sequatur. Item exemplum dedi vobis, &c. Fructus autem huius apis habuit initium dulcoris: quia nulla pena vel acerbitas potest ei proualere. Item quia primam purgavit amaritudinem, quam lethalis pomi gustus induxerat, quando scilicet penam deleuit & peccatum. Et bene dicitur initium dulcoris: quia hic sentitur in spe & interiori consolatione. Vnde significatur per acerum Ruth: quia quamlibet buccellam lapidam reddit & sanam. Et nec labore frangi, nec nimis terri, nec longo sinit itinere fatigari.

2. Christus apis. Quia calidæ naturæ: per charitatem enim dignatus pro nobis incarnari, crucifigi, & mori. Vnde Eph. 2. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam quam dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, &c.

Quia breuis staturæ per humilitatem. Vnde: Breuis in volatilibus apis, &c. vt supra.

Quia

Quia mel portat in ote per sermonum dulcedinem. Vnde: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Ioan. 6. Verba vite æternæ habes, dicit ei Petrus.

Quia aculeum habet in cauda, propter infirmitatem quam exercebit in iudicio, quod erit in fine mundi dicens: Ite maledicti, &c. Matth. 20.

Quia parca in victu per abstinentiam. Vnde dicit Ecclesia de eo: Parvoque lacte pastus est, &c.

Quia sedula circa opus suum. Vnde de Christo dicitur: Exhibit homo ad opus suum, &c. Homo Christus, cuius opera nostra redemptio, ad quod exiit in sua incarnatione. Vnde dicit Ioan. 16. Exiit à Patre, & venit in mundum. Opus, inquam, suum, ad quod nemo alius sufficeret: & quia ad ipsum spectabat redemptio generis humani.

Quia mellificavit aliis, quando nobis apiculis suis attulit mel diuinitatis suæ clausum in cera humanitatis suæ.

Quia sexangulam facit domum suam, dans illis gratiam regendi cor & quinque sensus quos inhabitare dignatur.

Quia munda: non enim infidet stercorebus aut floribus fetentibus. Et de sapientia dicitur Sap. 1. Non habitabit in corpore subdito peccatis.

Floribus pascitur. Vnde Cant. 2. Qui pascitur inter lilia.

Agilis: quia exultauit vt gigas ad currendam viam mandatorum Patris.

Subtilis: quod apparet manifestè in domo quam sexangulam facit.

Quia buxum colit, paruulos scilicet per humilitatem, semper videntes per fidem & ingen sanctitatem, condensos in foliis per diuinam laudem, per assiduum orationem, per pusillanimum consolationem, & huiusmodi, & inquirentes æternorum virorem. Iob 39. de onagro: Virentia quæque perquirit.

Quia cellam habitat. Latuit enim Christus in cella vteri virginis nouem mensibus. Latet etiam in cella Scripturarum.

Quia crucibus ligneis suspendit opus suum, vt supra. Ad hoc enim signo crucis infedit, vt mellis sui conficeret fauam, qui fuit redemptio generis humani. Cera designat corpora, mel animas.

Quia recedens à domuncula sua, id est, humili conscientia, quod fit quando iustus peccat, tenui sibilo confessionis & orationis reuocatur. Propter hoc in sibilo auræ tenuis dicitur esse Dominus. 3. Reg. 9.

Quia de longe sentire dicitur odorem rosæ. Et Christus de celo odorem Mariæ. Vnde ipsa dicit Gantic. 1. Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

Itacunda & pugnax: quod erit in iudicio quando resumer aculeum suum. De ira eius Sap. 5. A petrosa ira plene mittentur grandines. De pugnax eius contra reprobos Apoc. 2. Pugnabo cum eis in gladio oris mei. Quod erit, quando dicitur est, Ite maledicti, &c.

Pugnat etiam cum velpis, id est, hæreticis, qui nihil habent simile cum apè, & cum apibus extraneis, scilicet illis hæreticis, qui baptisma

susceperunt, & cum apibus otiosis, id est, illis fidelibus qui non faciunt opera fidei, quam professi sunt, & qui in vacuum gratiam Dei recipiunt.

CAPVT VI.

De arboribus huius horti.

Vitis, oliua, rubus, cedrus, quoque palmas cypressus, Libanus, & platanus, cinnamomum, myrrhas, storaceque, Galbanus, onyula, gutta, & balsamus, & cerebinthus, Arbor, seu lignum, virgultum, virgula, virens, Malusgranata, vel punica, ficus, amygdal, Marus, sycomor, abiesque, salix, oleaster, Pinus, castanea, lanrus quoque, buxus, & vlmus.

Hortus conclusus soror mea sponsa, &c. quoniam in horto concluso multa solent arbores & maxime fructiferae arbores reperiri, videndum est de arboribus huius horti. Eccl. 1. dicit Salomon: Plantaui vineas, feci hortos & pomaria, & conserui ea cuncti generis arboribus, &c. Maria siquidem hortus siue pomarium Domini est confitum manu sapientie omni arborum genere, id est, omnimoda virtute, quarum videlicet arborum nomina per supra scriptos versus facile poterunt memorie commendari.

S. I.

Vitis.

Maria dicitur vitis, imò ipsa se nominat vitem Eccl. 24. dicens: Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris & flores mei fructus honoris & honestatis. Nota, quod quidam codices habent odoris, sed litera correctæ habet honoris. Possunt autem hæc verba sic exponi de sapientia vt dicit: Ego fructificauit, id est, fructificando dedi, suauitatem odoris, id est, doctrinam suauem & odoriferam. Suauitas enim retinet, Ioan. 6. Domine ad quem ibimus? dicit Petrus. Verba vite æternæ habes. Olor attrahit. Isa. 2. Venite ascendamus, &c. Vel sic: Fructificauit, id est, fructificando dedi suauitatem odoris, id est, suauitatem doctrinæ procedentem ex odore. Quasi vitis. Ecce modus fructificandi quomodo fructifico ego, quasi vitis, quæ aquam purissimam conuertit in vinum. Et sapientia vel Christus vel doctrina fructificat, dum ab amore voluptatis conuertit vinum amoris, quod leuiter homines Ind. 9. & germinat virgines. Zach. 9. Dominus etiam aquam legis conuertit in vinum Evangelij, quod significatum est Ioan. 1. in nuptijs. Et flores mei, id est, virtutes sanctorum, quæ à me procedunt, sunt fructus iam habitus in presenti: quia virtutibus est delectatio & iocunditas vel serenas conscientie.

scientiæ annexa. Prouerb. 15. Secura mens, &c. Odoris in re: quia alios attrahunt per exemplum, vt corina corinam. Et honestatis in spe: honestas enim status est seu stabilitas honoris, qui nunc habetur in spe: quia nunc filij Dei sumus. 1. Ioan. 3. Vel fructus honoris sunt virtutes: quia merentur honorari, & quia sunt fructus honestatis, id est, pleni honestate.

2. De Maria sic. Ego quasi vitis. In hoc ostendit ipsa, quod plenitudo sua redundauit in alios per exemplum lectionis & studij. Conseruabat enim omnia verba, &c. Luc. 2. verba enim Angelorum, pastorum, & Simeonis conferebat cum verbis legis: nec potuit mater verbum ignotare creatum. Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris. Odor potest dici lex: quia naves spirituales delectat spiritualiter intellecta, & cuius usus erat in odoramentis. Suauitas odoris est suauitas Euangelij. Matth. 11. Iugum enim meum suauis est, &c. Odoris dicit generaliter non adiciendo suauis, vel huiusmodi, in quo intelligitur lex cuius interiora suauia, exteriora graua in multis. In vite Domini aqua fit vinum: & beata Virgo legendo in lege & Prophetis fecit fructum Euangelij. Ideo dicit: Ego legendo in lege & Prophetis fructificauit, id est, fructum feci, qui fructus est finis legis. Et hoc quasi vitis mutando duritiam & insipiditatem legis in suauitatem & dulcedinem Euangelij, proponendo scilicet fructum mentis fructui ventris. Fuit enim fortis mulier quæ carnem contempsit vouens virginitatem contra legem quæ steriles maledicit, & contemnens mundum contra legem quæ temporalia promittit. Et etiam fuit supra legem quæ neminem ad perfectum duxit. Et hi flores sunt sententiæ Euangelij, quæ tempore veris, id est, gratiæ emanauerunt de pratis Scripturæ Veteris Testamenti, quæ clausæ erant tempore hiemis, id est, legis. Prou. 27. Aperta sunt prata, &c. Tales enim sententiæ sunt flores eius visum spiritualem confortando, & fructus affectum reficiendo. Matth. 11. Venite ad me, &c. vsque, reficiam vos. Sunt autem fructus honoris: quia docent interiorem munditiam, & honestatis, quia docent exteriorem. Aliter. Ego, dicit Maria, quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, id est, suauem odorem sanctæ conuersationis & opinionis, cum iocunditate mentis quæ designatur in vino seu in vite. Iudic. 9. Et flores mei, id est, virtutes, scilicet viola humilitatis, rosa charitatis, liliu virginitatis, sunt fructus honoris & honestatis: quia imitatores meos in his virtutibus reficiunt spiritualiter & faginant, & idem fructus. Vel sic. Flores mei, id est, decor honestæ conuersationis & fragrantia bonæ opinionis, sunt fructus honoris & honestatis, quia in istos sariant & reficiunt, qui ab ipsis exemplum sumunt. Vel fructus potest esse genitrici casus, vt sit sensus. Flores mei fructus, id est, qui parturunt ex se fructum vite æternæ, & sunt honoris & honestatis collatiui. Vel fructus odoris, alia litera, quia alluciant ad currendum post me: quod pater in adolescentulis, quæ refectæ huiusmodi fructibus, & illectæ huiusmodi odoribus dicunt ei: Curremus in odore vnguentorum tuorum Can.

1. Vel sic. Fructificauit suauitatem odoris odorem suauissimum cælesti sponso quo illum attraxi ad me de cælo. Odor enim illum attraxit, suauitas retinuit. Cant. 1. Dum esset rex in acubitu, &c. Vel fructificauit suauitatem conscientiæ quoad me, & odorem sanctæ opinionis quoad proximum.

Vel sic. Maria hic dicit se fructificasse sicut vitis fructificat suauitatem odoris: quia sicut sine læsione vitis procedit ab ea odoris suauitas, & idem odor longè latèque diffunditur: sic de Virgine sine læsione pudoris processit Filius Dei, cuius dulcis opinio replet mundum. Luc. 4. Fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et bene Christus dicitur fructus & suauitas odoris, cuius suauitas modo in via sentitur vt odor, sed in patria gustabitur vt fructus & perfectè saporabitur. Vnde in persona eius videtur dixisse Iob 9. Dies mei transierunt quasi naues poma portantes. Quæ scilicet naues poma portantes per aquam, pomorum odorem transeundo diffundunt, sed gustum saporis non tribuunt. Sic nos dum per mare huius sæculi transimus, odorem quidem diuinæ dulcedinis quadam exiliij contemplatione sentimus: sed quando facie ad faciem Deum videbimus, tunc diuina dulcedine fruemur pleno gustu. Et nota, quod dicit: Fructificauit suauitatem odoris. Res enim odorifera & odorem à se emittit, & odorem in se plurimum retinet. Sic beata Virgo emisit suauitatem odoris, fructum suum qui Christus est producendo, quem tamen excellenter in se retinuit, mansit quidem in ea secundum diuinitatem qui ex ea prodiit secundum humanitatem.

3. Sequitur. Et flores mei fructus honoris & honestatis. Mirabile verbum, flores fructus, & flos solet præcedere fructum, fructus sequi. Quid est ergo quod dicit: Flores mei fructus, quasi in vno instanti? Notandum ad hoc, quod in alijs mulieribus post conceptionem pueri caro prius formatur, post aliquantulum tempus anima infunditur: & sic crescendo moratur puer in vtero matris donec venerit tempus nascendi. Sed non ita factum est in beata Virgine: quia statim ad hanc vocem, ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. conceptus est Christus plenus homo in carne & anima, ita tamen, quod tunc lineamenta corporis humanis vilius discerni non possent. Et sic ipsa fructum concepit cum flore, vt flos ad conceptionem fructus ad perfectam humanitatem referatur. Et idem ipsa dicit: Flores mei fructus. Et vnde fructus, statim subiungit, honoris & honestatis. Nota, quod opus carnis in coniugio est erubescibile, sine coniugio damnabile. Vnde Elizabeth concepto Ioanne occultabat se mensibus quinque. Luc. 1. quia partus sui erubescibat ætatem, vt dicit ibi Glossa, ne in senectute sua vacasse libidini videretur. Quæ scilicet libido etiam in coniugatis non deberet exerceri nisi in iuuentute, & causa prolis. Vnde Genes. 18. Cum Saræ nuntiaretur conceptus, respondit: Postquam senui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Fructus ergo beatæ Virginis fuit honoris, quia sine rubore matrimonialis copulationis: & honestatis, quia sine culpa alicuius carnalis commixtionis.

commixtionis. Vel Christus flos Mariz fructus est honoris & honestatis: quia ab ipso & ipsum torus honor mundi & tota honestas morum.

4. **Aliter.** Flores mei fructus honoris & honestatis. Postquam dixerat de illo fructu privilegiato quem protulit quasi vitis, subiungit de fructu prerogatiuarum, meritorum & prazmiorum, quos fructus multiplex florum varietas genuit. Dicit ergo: Flores mei fecerunt fructus odoris, per quos scilicet bonum odorem diffundo, & honestatis, id est, abundantia & opulentia. Nam honestas dicitur opulencia. Eccl. 11. Facile est in oculis Dei subire honestate pauperem. Et paulo ante. Paupertas & honestas a Deo sunt. Vel idem dicit, Flores mei fructus: quia opera bona facta in presentia, ex eius dilectione erumpentia, flores quidem modo sunt, quorum fructus vita eterna. Item notandum, quod in hac vite vel vinea impletum est illud Isa. 5. Vineam factam dilecto meo, in cornu filio olei. Et sepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam electam, & edificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea. Quod autem sequitur, Et expectauit ut faceret uvas, & fecit labrustas, & cetera quae sequuntur, hoc non potest beata Virgini conuenire. Item illud Ierem. 2. dicitur ei a Domino: Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum. Sed quod sequitur, non potest exponi de ea ad literam. Mysticè tamen potest dici; quod sicut filius multis per occasionem positus est in ruinam, sic & ipsa Iudaeis incredulis conuersa est in amaritudinem per occasionem, non per causam.

5. **A Domino plantabatur in sua conceptione.** Isa. 5. Plantaui vineam electam. Simile Ierem. 2. Plantata autem fuit in montibus Samariae. Ier. 31. id est, in eminentia Ecclesiae. Samaria interpretatur custodia, & significat Ecclesiam quae custodit Christianos. Sed sicut mons supereminet terrae adiacenti, sic Maria supereminet omni sancto ad custodiendos fideles Ecclesiae. Item Samaria interpretatur castus Domini, vel coniunctio Domino: quia ipsa verè custodiuit Dominum sibi. Vnde dicit: Tenui eum, nec dimittam. Cant. 3. Custodiuit etiam Domino, dicens Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Item Cant. 2. Ego dilecto meo, & ad me conuerso eius. Ipsa etiam precibus suis coniungit nos Domino, disunctos prius ab eo per peccatum, si tamen poenitentes dimisso peccato confugerimus ad eam.

Plantabatur autem in suis radicibus, id est, in antiquis patribus. Vnde Psal. Plantaui radices eius, & impleuit terram. Et bene dicitur, impleuit: quia nobis attulit plenitudinem omnis boni, id est, Christum, qui est sufficientia omnium, sicut dicitur. 1. Cor. 15. Et in eius natiuitate incepit tempus plenitudinis, de quo habetur ad Gal. 4. Et ad hoc figurandum nata est in mense septembri, quando habetur plenitudo fructuum. A lapidibus purgabatur & malis herbis succrescentibus in sua sanctificatione. Isa. 5. Lapidem elegit ex ea. Et tunc proprie fuit ipsa vinea electa, omne semen verum. Ierem. 2. Per lapides enim & herbas nocuas possunt designari tam originale peccatum quam fomes & irritatio peccati.

6. **Spiritualiter radicabatur in illis antiquis patribus virtutum ipsorum imitatione, sicut ei preceptum fuerat a Domino.** In electis meis mitte radices. In Abraham fides & obedientia, in Isaac spes & patientia, in Iacob charitas, in David humilitas. Et haec sunt spirituales radices Mariz.

De radice egrediebatur in sua natiuitate, quando videlicet incepit exterius pullulare. Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, &c.

Prope terram versabatur omni modestia & simplicitate infantiae: quod & adhuc facit sollicita de peccatorum salute, qui sunt terra.

Crescebat & augmentabatur quotidiana melioratione. Vnde Ezech. 17. Cum germinasset, creuit in vineam latiore, humili statura, respicientibus ramis eius ad eam, & radices eius sub illa erant. Facta est vinea, & fructificauit in palmite, & emisit propagines. Ideo etiam de ipsa dicit Hieronymus in apocrypho de infantia eius. Erat enim constans & immobilis, & quae quotidie melior & melior transiret. Creuit autem semper de virtute in virtutem, & quasi perfectae fuit magnitudinis, quando dictum est ei: Ave gratia plena, Dominus tecum, &c.

Vili & tenui discolori & ei parum adhaerenti cortice instar vitis tegebatur in sui exterioris habitus qualitate. Non enim creditur habuisse mutatoria, non pretiosa, non bene colorata, sed magis exemplo filij fuisse pannaosa, quae natum inuoluit vilibus panniculis. Luc. 2. Veri etenim simile est, quod si meliores pannos habuisset, in ipsis vel ex ipsis libentissime filium inuoluisset, quem videlicet filium Iulianus apostata & ceteri irrisores, appellauerunt postea Galileum pannaosum. Certum est autem, quod qualicumque fuerit habitus eius exterior, nulla dilectione, nulla voluptate, nulla gloriacione, eidem adhaerebat. Sciebat etenim cum esset magna prophetissa principem Ecclesiae quandoque dicturum mulieribus: Non sit exterioris capitalata aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, &c. 1. Pet. 3. Sciebat etiam dixisse sapientem: In vestitu ne gloriaris vanaquam. Eccl. 11. Item 1. Tim. 2. Non in tortis crinibus.

7. **Haec vitis praeter ceteris arbuticulis diligentius & quasi assidue excolebatur totius Trinitatis operatione.** Speciales etiam eius cultores fuerunt, inspiratio diuina, Filij sapientia, Spiritus sancti disciplina, a unio Angelica, propria diligentia, patris & matris doctrina, & huiusmodi. Quere §. tertio de horto, ubi hortus dicitur ex cultus.

Palmasabat singulorum charismatum impinguatione. Vnde dicitur Christo: Inebriasti & multiplicasti locupletare eam, id est, multipliciter locupletasti. Mat. 12. Vineam palmasauit homo, &c.

Putabatur occasione omnimode superfluitatis a corde ipsius membris & sensibus. Cant. 2. Tempus percussit aduentum.

Concludebatur in concisione conseruatione. Vnde Angelus dicitur in concisione. Luc. 2. Quare de claustris boni §. primo, & hinc videri poterit adaptare.

Foderetur vere purgata & humilitatis dilectione, humilitate, & profunditate mentis.

tem eius, vt capax fieret totius bonitatis paupertatis, amor exclusit ab ea appetitum totius terrenitatis, & vtraque virtus fecit eam capace[m] totius diuinæ largitatis. De qua dicitur Iacob. 1. Omne datum optimum, &c. Sed quia non tantum semel, sed etiam bis vel ter foditur vinea, multipliciter fossa est hæc vitis per compassionem in passionis seruore, cum eius animam gladius filij petransiret, quando videlicet ipsa contemplante foderunt crucifixores manus & pedes filij legionibus clauorum, & quando mucrone diræ lascivæ itum est in viscera eius. Vnde dicitur potest, quod quasi ter tunc fossa est vitis ista. Primò quando eum tentum, casum & illulum indoluit. Secundò quando eum suspensum & confixum ingemuit. Tertiò quando spiritum emisse spiritum deplorauit. Non enim sicut dicit beatus Bernard. videre potuit filium crucifigi sine affectu materni doloris, etsi speraret resurrecturum & mortem superatum.

Propagabatur & extendebatur manum mittens ad fortia: quæque viti enim in se replicata est humilis, & in latum extensa, vel in altum portectâ, prolata & sublimis. Ideò de ipsa potest exponi illud: Extendit palmites suos, id est, orationes, beneficia, & exempla, vsque ad mare, id est, vsque ad existentes in qualibet amaritudine. Aliter: Per mare signantur illi qui habent amaritudinem contritionis de peccatis suis. Veri etiam patientes, qui inundationes maris, id est, tribulationes mundi, quasi lac sugunt. Deuter. 33. Per flumen, scilicet Iordanem omnes illi qui soliti sunt seruare vel recuperare innocentiam baptismalem, & qui verè se humiliant coram Domino, & veraciter confitendo se iudicant sine simulatione. In Iordane enim baptizatus est Dominus, & Iordanis interpretatur humilis descensus vel riuus iudicij. Talibus extendit Virgo beneficia sua. Vis audire propagationem eius? Ecce, inquit, ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Nunquam enim cessat propagari & dilatari, cuius quasi quædam propagatio est exemplo eius virginitatis æmulatio, cum iam non sit numerus adolescentularum in eius odore currentium. Vel etiam quasi quædam eius propagatio in eius nomine & honore Ecclesiarum innumera constructio seu beneficiorum suorum coruscatio. De proceritate eius in Psal. Operuit montes, id est, sanctos vmbra eius, & arbuta eius cedros Dei, id est, Angelos. Vel sic: Operuit montes vmbra eius, id est, altissimos in virtutibus superauit in qualibet virtute, & arbuta eius, id est, excrementa, cedros Dei, id est, fortes in bona operatione, & aromaticos sancta opinione, & quantumlibet profundè radicata[m] humilitate, fide, & charitate: quia non est inuentus similis illi. Eccl. 44.

A terra leuabatur iugi caelestium contemplatione, dicens illud Iob 7. Suspendium elegit anima mea. Et Sap. 18. Cælos attingebat stans in terra. Item sedebat solitaria, & tacebat, & leuabat se supra se Thren. 3. Et ideò verè dicere poterat cum Apostolo: Mea conuersatio in caelis est. Ad Phil. 3.

Diligentissimè conseruabatur à Deo Trinitate, qui dicit de ea sub appellatione vineæ. Isai. 27. Nocte ac die seruo eam, indignatio non est mihi. Seruabatur etiam ab Angelis, vt dicit

ei Psal. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te. Ideò dicitur de ea Can. 8. Vineam pacifico: tradidit eam custodibus, &c. Præcipui vero custodes illius Gabriel & Ioannes. Quære titulo de horto concluso vbi hortus dicitur custoditus. §. secundo, & adapta huic vineæ. Et nota quòd principaliter quasi quinque modis vinea destruitur, per demolitionem vulpecularum, id est, primorum motuum futiuè irrumpentium. Vnde Can. 2. Capite vobis vulpes quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit. Item per inundationem aquarum quæ designat copiam temporalium. Item per grandinem qui designat luxuriam. Per gelicidium quod auaritiam. Per nebulam quæ significat superbiam. A primo præseruata est per fomitis extinctionem. A secundo per paupertatem. A tertio per virginitatem. A quarto per largitatem. A quinto per humilitatem.

Hæc vitis visitabatur in Angelica missione secundum quod orabat Psal. Respice de cælo, & vide, & visita vineam istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua, id est, filius tuus vel propitiario tua. Tunc enim visitauit eam Gabriel datus ei in custodem. Vnde missus est Gabriel Angelus ad Mariam, &c. Visitauit eam colonus suus, id est, Filius Dei, qui est sapientia Patris. Vnde paulò post subiungitur: Aue gratia plena, Dominus tecum. Nec solum tunc, imò tanquam ad rem charissimam iugiter ad eam respiciebat Dominus. Vnde dicit Can. 8. Vineam coram me est. Ipsam enim Dominus semper inuisit, & oculi eius in ea sunt à principio anni vsque ad finem. Deut. 11. de terra promissionis in figura beatæ Virginis.

Amplitudine foliorum decorabatur in verborum sententiositate. Quære titulo de verbis eius.

Florida describatur in Euangelica narratione, quasi flore lilij per quod virginitas. Vnde missus est Gabriel Angelus à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, quod interpretatur flos, ad Virginem, ecce flos lilij. Et nota, quòd flos vitis alijs floribus est subtilior, delictior, rarior: & ideò gravior & gratiosior. Hic est flos virginitatis, qui quanto est in terris rarior, tanto Deo & Angelis gravior & gratiosior. Vnde Matth. 19. Qui potest capere, capiat. Flos etiam huius vitis & fructus pariter Christus Dominus est. Vnde ipsa dicit: Flores mei fructus, &c. vt supra.

Impinguata ostendebatur in gratiæ plenitudine. Vnde: Aue gratia plena, &c. Et paulò post: Inuenisti gratiam apud Dominum, &c.

Paxillabatur in Dominica associatione. Vnde: Dominus tecum, quasi paxillus ad sustentandum te. Ideò dicitur Can. 8. innixa super dilectum suum: Filium enim Dei, qui virtus Patris est, fide mediante concepit. Et tunc impleta est promissio Patris, qui promiserat de Filio Isai. 22. Figam illum paxillum in loco fideli, id est, in corde Mariæ & in vtero eius. Alio etiam modo per compassionem paxillata fuit hæc vitis, quando videlicet botrus eius paxillo crucis affigebatur, & ipsa stabat iuxta crucem mente affixa paxillo crucis cum filio. Et hoc præfiguratum fuerat Num. 13. in botro quem portauerunt

8.

runt per præfigurationem in veſte, id eſt, in cruce, duo viri, id eſt, duo Teſtamenta. Item idem præfiguratum fuerat Num. 21. in ſerpente æneo erecto in palo, quem cum reſpicerent percuffi à ſerpentibus, ſanabantur.

Paxillo ſuo colligabatur, quaſi quibuſdam viminibus, quæ dicuntur caprioli à capiendo arboreſ, vel cincinnati ſive vincinuli fide, ſpe, & charitate quæ eſt vinculum perfectionis. Col. 3. ſi ſit de corde puro, de conciencia bona, de fide non ficta. 1. Tim. 1. Fides enim, ſpes & charitas triplex eſt funiculus qui difficile rumpitur. Eccleſiaſtes 4. Quaſi diceret illud Can. 3. Tenui eum, nec dimittam. Item illud: Mihi ad hære Deo bonum eſt, &c. Quia ſicut dicit ibi Gloſſ. Neminem permittit Deus cadere, qui adhareat vero amore. Propter hoc dicebat Filius: Tenuiſti manum dexteram meam, &c. Quæ re titulo de ſanctitate eius. Quaſi per paxillum eleuata oſtendebatur, quando ſubinnctum eſt in ſalutatione: Benedicte tu inter mulieres, id eſt, ſuper omnes mulieres, ſicut gloſſat Hieron. Et tunc impletum eſt quod de ea prædixerat Pater Ezech. 17. Exaltaui lignum humile, &c. Vitis enim per ſe ad terram cadit, ſed mediante paxillo ſurſum aſcendit. Quaſi enim in terram per humilitatem cadebat, quando Angelo reſpondebat: Ecce ancilla Domini. Per hunc autem paxillum ſe eleuatam oſtendebat, quando dicebat: Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt.

Odorifera demonſtrabatur in virginitatis profeſſione, quando dixit: Quomodo fiet iſtud, quoniam vitum non cognoſco? Odor eius virginitas, & adhuc in hoc odore currunt poſt eam adoleſcentulæ. Quomodo odor vitis fugat ſerpentes, inuenies paulò infra.

Cæleſti rore vel pluua ſecundabatur in Spiritu ſancti ſuperuentione. Vnde: Spiritu ſanctus ſuperueniet in te, &c. Quaſi à feruore nimio præſeruabatur in virtutis Altiffimi obumbratione. Vnde: Virtus Altiffimi obumbrabit tibi. Horum duorum habes multiplicem expoſitionem titulo de primo delectabili horri concludi. Fructus eius commendabatur in Angelica teſtificatione. Vnde: Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei. Item Can. 8. Vir aſſert pro fructu eius mille argenteos.

Quaſi plicabatur obedientia & humiliatione. Vnde paulò poſt reſpondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi. Et in hoc verbo concepit, & tunc inſtar vitis humiliavit ſe ſub palmite ſuo, id eſt, Filio Dei quem concipiebat. Et nota, quòd vitis paruula pretioſius & fortius vinum reddit: & hæc vitis in paruitate ſuæ humilitatis attulit illud vinum quod Deum lætificat & homines. Iudic. 9. Et de virtute huius vini dicitur Ioël. 2. Ficus & vinea dederunt virtutem ſuam. Cum enim inter omnes arbuſculas paradifi, id eſt, Eccleſiæ fuerit humilior, datus eſt ei per gratiam fructus pretioſior. Item vitis in altis locis & petroſis vbi habet plenitudinem lucis & feruoris, vinum proferit fortiffimam. Petroſa ſunt firmitas patientiæ, altitudo eminentia contemplationis & vitæ claritas & feruor ſolis plenitudo cognitionis & incenſio charitatis.

Fructus eius creſcebat & quaſi maturabatur in omnimoda perfectione. Vnde Luc. 2. Puer

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

autem creſcebat & confortabatur plenus ſapientia, & gratia Dei erat cum illo. Et paulò poſt: Ieſus proficiebat ſapientia, ætate & gratia apud Deum & homines. Ecce botri maturitas & plenitudo vini quo ſapientia & gratia designatur.

Item hæc vinea vel botrus hic vindemiabatur in filij comprehensione, quando quodammodo botrus ſuus ei tollebatur & ad prælum, id eſt, preſſorium crucis deportabatur. Pfal. 53. Quia abſciſſus eſt de terra viuentium. Vindemiarus etiam fuit Chriſtus ſicut vinea, vel ſicut botrus in paſſione. Sicut vinea, quando diſcipuli eius, relicto eo, fugerunt. Matth. 26. Tanquam botrus vel oliua, quando comprehenſus eſt vt in cruce calcaretur. Ideò Thren. 1. dicit Filius de Patre: Vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus in die furoris ſui. Item Thren. 2. dicit Filius Patri: Vide Domine & conſidera quæ vindemiaueris. Et nota, quòd botrus iſte nec ante maturitatem vindemiarus eſt, nec dimiſſus eſt quaſi computreſcere in vitæ. Et hoc prædictum fuerat Ierem. 31. Donec tempus veniat, non vindemiabunt. Hoc eſt etiam quòd ipſe prædixerat. Ioan. 2. Nondum venit hora mea.

Item botrus iſte torculabatur, id eſt, premebatur in preſſorio crucis in paſſione, & inde exprimebatur pretioſum muſtum redemptionis noſtræ, vt filij paſſionis biberent ſanguinem vnz inſatiffimum. Deut. 32. Tunc enim venerat hora illa de qua prædixerat filius matri vinum poſtulant in nuptiis Ioan. 2. Nondum venit hora mea. Quaſi diceret: Nondum venit vna ad torcular, nondum Iudas leuauit ſuper me calcadum ſuum, nec magnificauit ſuper me ſupplantationem, nondum tempus eſt dandi vinum ſanguinis mei ad potandum.

Item ex hac vite nata eſt vna mellita & ſaporis dulciſſimi contra vnam fellis & botri amariffimi, & contra vnam acerbam quam comederunt Adam & Eva patres noſtri: vnde & adhuc obſtupescunt dentes filiorum. Ierem. 31. & Ezech. 18. Sed iſtius vnz ſapor ſpiritus ſuper mel dulcis. Myſticè. Patres prælati qui ſibi incorporant temporalia per amorem, quæ ſunt quaſi vna acerba, id eſt, immatura, nec apta ad comedendum: & ideò dentes filiorum, id eſt affectus minorum obſtupescunt, non ſentientes de rebus prout ſentendum eſt, ſed patiuntur tædium ſpiritualium honorum, & inardescunt amore temporalium. Sed panes calidi, id eſt, exempla ſanctorum, qui ſunt panes propoſitionis, quia aliis debent proponi in exemplum, tollunt hunc ſtuporem. Calidi, quia proceſſerunt ex feruore charitatis, quæ fecit eos contemnere temporalia: & tales debent poni in altari cordis, id eſt, in animo iugiter recoli: & hoc in ſabbatis, id eſt, in quiete mentis: & ſic ſtupor dentium recedit, & reparatur guſtus ad guſtandum quoniam ſuauiſ eſt Dominus.

Moraliter. Vna acerba fructu eſt ante tempus, & ſignificat felicitatem præſentem in opulentiâ & gaudio iocunditatis temporalium, quæ ſcilicet felicitas expectanda erat in cælo. Sed iſta comedentibus dentes obſtupescunt: quia ſenſus eis deficit in maſticatione verbi vitæ.

K k Item

Item in istius vuz vino vel sanguine lauat Iudas, scilicet verus confitens & verus laudans, stolam suam & pallium Genes. 49. In stola conuersatio interior, & in pallio exterior designatur.

Item botrus iste pressus est in torculari crucis, vt sanguine suo nos potaret, vt instar pellicani filios suscitaret, vt filios aquilæ pasceret, vt lanam nostræ conuersationis tingeret. Ideo dicit: Torcular calcavi solus. Isa. 63. id est, in torculari crucis permisi me calcari, qui sum vna, vt filij, id est, imitatores passionis meæ biberent sanguinem vuz meracissimum.

9. Maria vitis. Quia lætitie mater: quia botrus eius vel vnum, id est, Christus Deum, scilicet Patrem lætificat & homines. Iudic. 9. ipsa enim signatur per Saram Genes. 21. quæ peperit Isaac, scilicet Christum, qui est risus noster & gaudium.

Humilis statura, sicut satis assignatum est supra.

Citò fert fructum: vnde circa 14. annum creditur concepsisse. Vnde Salomon Prou. 30. Viam vitis in adolescentia, id est, in Virgine iuuentulæ, dicit se ignorare.

Flexibilis obedientia quoad Deum, & pietate quoad proximum: quia mater misericordiz. Vnde & sæpius in scriptura comparatur virgæ, quæ valde plioibilis est. Ideo appellat Iudorus vitem arborem lentam, id est, flexibilem.

Flagella sicut ad verberandum demones: quia virtus Dei & potestas in ipsa est plenarie debellandi, expugnandi, & exerciandi pro nobis æreas potestates. Isa. 28. Flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem: fugit enim Assur, id est, diabolus hac virga percussus. Isa. 30.

Odit simum, id est, peccatum & temporalia: quia temporalibus noluit impinguari exemplo filij magis eligens paupertatem.

Odit capras, id est, luxuriosos fœtentes & abominabiles, qui faciunt ei quasi malum ad cor, quæ merito virginitatis, quam prima vouit, digna fuit concipere Saluatorem.

Odit vepres, id est, peccata quæ pungunt animam & cruentant.

Diligit montes, id est, sanctos: & ibi melius crescit. Sed si sint petrosi, id est, super Christum fundati & luminosi à sole iustitiæ & feruentes charitate, in huiusmodi locis solet vitis proferre vinum optimum, id est, dare talibus magnam deuotionem.

Præcisâ fuit lachrymis, quando vulnerata est vsque ad cor in filij passione: tunc enim præfundebarur, quando spolis & colaphis, clavis & lancea filius incidebatur, qui est vitis vera.

Medullosa est habens viscera pietatis maternæ, sicut infra dicitur de cedro.

Vmbra gratissimam ministrat, cum sit v. l. de lata in folijs quemadmodum platanus. Ex hac obumbratione dicitur Michæ 4. Sedebit vir subter vineam suam, id est, requiescet, & securus erit per protectionem beate Virginitatis quæ data est virtuosè egentibus in protectionem & refrigerium. Et hoc designatum est

1. Machab. 14. vbi dicitur, quòd in tempore Simonis sedit vnusquisque sub vite sua & sub ficulnea sua: nec erat qui eos detereret. Simon obediens, Christus Dominus est. Item de hac obumbratione dicitur Eccl. 14. Protegetur, scilicet seruus Mariæ, sub regimine illius à feruore, & in gloria illius requiescet. Gloria Mariæ misericordia eius. Vnde Osee in fine: Erit quasi oliua gloria eius. Oliua enim significat misericordiam. De obumbratione Mariæ quære titulo de horto §. 9. & titulo, quòd ipsa dicitur tabernaculum. Ex. 22. causa quære de protectione eius. In vmbra etiam, id est, in imitatione Mariæ vita est animæ. Vnde dicitur ei sicut filio Thren. 4. In vmbra tua viuemus in gentibus.

Botro suo famelicos cibatur: quia spiritualiter esurientium fructus quem peperit, plena est refectio. Ideo de hoc fructu dicit fidelis anima Cant. 2. Fructus eius, scilicet Mariæ, dulcis gutturi meo.

Sanguine vuz suæ sitientes potat, qui scilicet sanguis verè est potus. Ioan. 6.

Eos qui sani sunt, multimodè delectat odore, virore, respectu, gælu, pastu, potu, vmbra, protectione, absconsione, medicina, & refrigerio, & multis alijs modis quos lingua non sufficit enarrare.

Fessos & languidos solatur & recreat: nam ad bene operandum fastiditos instigat.

Operarios suos & cultores vbicumque sustentat per gratiam in præsentem, sed ipsos in vita futura largissimè exhibebit. Et nota, quod in hac vite tot sunt propagines, quot in Maria virtutes. Imitatores humilitatis eius operantur in propagine humilitatis, imitatores misericordiz eius in propagine pietatis, & sic assigna de alijs.

Odore florum suorum serpentes & venenata fugat. Flores Mariæ principales, virginitas, paupertas, humilitas, & beneficio huius triplicis floris fugat & exterminat Maria à suis amatoribus verbo & exemplo & subsidio triplex genus serpentium, quod tangit Moyses Deut. 8. vbi exprobrat populo Iudaico, quòd eum Dominus à serpentibus liberasset, dicens: Ductor tuus fui in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio, & diptas, & nullæ omninò aque. Solitudo magna & horribilis mundus, qui dicitur solitudo magna propter magnum defectum virtutum & bonorum operum, horribilis propter horrorem vitiorum. In quo est serpens flatu adurens, scilicet regulus, qui aues volantes flatu suo deicit & occidit. Hæc est superbia, quæ viros iustos volantes pennis virtutum & cælestia contemplantes, spiritualiter sæpè interficit & deicit in infernum. Scorpio capite blandiens, sed cauda pungens, luxuria est, cuius delectatio blanditur in culpa, sed pungit in pœna: & dicitur scorpius quasi sine cordis pietate. Diptas quæ alio nomine dicitur sirula, quia quos pungit, sibi interficit, insatiabilis est auaritia, quia in hac solitudine nullæ sunt omninò aque quæ mentem auari valeant satiare. Flores ergo Mariæ vitis hæc tria genera serpentium extinguunt & eiciunt, humilitas spiritum superbiz, virginitas luxuriam, paupertas & terrenorum contemptus auaritiam.

auaritiâ. Odor ergo nectareus huius vitis, id est, generalis opinio virginæ beatitudinis, & omnimodæ eius virtutis, in his qui in eius currunt odoribus, frangit superbiam, sistit luxuriam, frenat auaritiâ, & generaliter pestes omnium suffocat vitiorum.

10. Item Christus vitis. Vnde dicit Ioan. 15. Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. Et paulò post: Ego sum vitis, vos palmites, &c. In hac verborum serie comparatur Deus Pater agricolæ, Christus homo viti secundum humanitatem, qui & ipse est agricola secundum diuinitatem, cuius vitis singuli palmites singuli sunt Ecclesiæ fideles. Dicitur autem Deus Pater agricola per similitudinem. Agricola enim manè surgit, operarios conducit, eos in vineam mittit, & eis in vesperè præmium reddit. Et Deus Pater est paterfamilias, qui sicut dicitur Matth. 20. exiit primò manè hora 3. 6. & 9. & 11. conducere operarios in vineam suam, & serò reddidit eis præmium. Item agricola vineam plantat, & sepit, & ex ea lapides eligit, in ea turrim ædificat, torcular extruit, & vinum patienter expectat. Hoc totum legitur Isaïæ 5. Sic vinea facta est dilectio, & sepiauit illam, & lapides elegit ex illa, & plantauit vineam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectauit vt faceret vvas, & fecit labrustas. Quid hæc mysticè significant, infra dicemus. Item agricola palmites infructuosos tollit, & in ignem proicit, fructuosos purgat, vt vberius fructificent: & hæc in nobis operatur Deus Pater, sicut in præsentî Euangelio reperitur. Est ergo Deus Pater agricola prædictis rationibus.

11. Vineâ vel vitis Christus secundum humanitatem, vt hic: Ego sum vitis vera.

Beata Virgo. Vnde Eccl. 24. Ego quasi vitis fructificauit luauitatem odoris.

Electi de synagoga. Vnde Ierem. 2. Ego plantauit vineam electam omne semen verum.

R-probi de synagoga. Vnde ibidem: Quomodo conuersa es mihi in amaritudinem vineæ alienæ.

Electi de gentibus. Vnde: Respice de celo & vide & visita vineam istam.

Vniuersalis Ecclesia. Vnde Matth. 20. Qui exiit primò manè conducere operarios in vineam suam.

Quelibet fidelis anima. Vnde sponsa inuitat sponsum Cantic. 7. dicens: Manè surgam ad vineas, id est, ad fideles animas excolendas. Multas alias vineæ significationes reperiri est in Scriptura.

Ego sum vitis vera. Non solum vitem, sed vitem veram appellat se Dominus, ad differentiationem illius vitis mendacæ & pessimæ, scilicet synagogæ, vel cuiuslibet peccatoris anime, quam expectauit vt faceret vvas, & fecit labrustas.

12. Christus vitis, quæ est arbor humilissima, quia instrit viti humilissimè se quasi sub pedibus suis, id est, Apostolis, quando sedit in pedes. Ioan. 13. quia non venerat ministrari sed ministrare.

Quia sicut vitis vitam subministrat palmitibus suis: quis ipse est vita. Ioan. 15. qui nec

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

viuere nec fructum facere possunt, nisi manserint in vite. Ioan. 15. Ideò ipse dicitur vitis quasi vi tenens palmites, vel quasi vitam tenens palmitum. Dicitur etiam vitis vera: quia palmites manentes in hac vitæ impossibile est steriles esse. Si ergo sterilis es à bona operatione, scito quòd non manes in vite. Et nota, quòd dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Via: quia à terra per vitam ascendit humor ad palmitem. Veritas, quod pertinet ad hoc quòd dicit, Ego sum vitis vera, id est, vita, vt supra.

Quia in hieme deformior inter arbores. Sic & Christus in passione speciem vel decorem visus est non habere. Isa. 53. quia tunc absconditus fuit vultus eius, & despectus. Vnde nec reputatus est.

Quia in æstate omnium arborum speciosissima. Sic & Christus in resurrectione & deinceps. Vnde: Dominus regnauit, decorem indutus est. Item, Refloruit caro mea.

Quia sicut palmes præcisus à vite, nil valet nisi ad ignem: sic nec Christianus præcisus à Christo per mortale, nisi vt sit nutrimentum ignis inferni. Vnde Ezech. 15. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum quæ sunt inter ligna sylvarum, & cætera multa.

Quia quidquid habet, dat suis palmitibus & nil accipit ab eis. Vnde ibi dicit interli. Ego sum vitis, totum vobis dans, nil à vobis recipiens: bonorum enim nostrorum non eget. Iob 22. Quid prodest Deo si iustus fuerit, &c.

Quia sine ipso non facimus fructum. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere.

Quia sicut mediante vitæ mutatur aqua in vinum, sic fecit Christus ad literam in nuptiis. Ioan. 2. Ipse etiam mutauit aquam carnalis sensus in vinum spiritalis intellectus. Mutabit etiam aquam tribulationis & presentis miseris in vinum iocunditatis & æternæ lætitiæ, quando verus Assuetus secundum magnificentiam regiam in suis nuptiis dabit vinum præcipuum & abundant. Esther 2.

Quia sicut de vitæ vinum, sic de Christi lacte sanguis, qui sub specie vini consecratur in altari.

Hæc vitis plantata fuit in incarnatione. Sic enim de vitæ sumitur sanguis & plantatur & fit vitis, sic ino in hunc in incarnatione facti Dei de quodlibet carne in Dalmat. Vnde dicitur: Maria que dicit: Ego sum vitis vera, & cetera. Sicut enim vitis plantatur in terra, sic ino in hunc in incarnatione facti Dei de quodlibet carne in Dalmat. Vnde dicitur: Maria que dicit: Ego sum vitis vera, & cetera.

Quia sicut vitis vitam subministrat palmitibus suis: quis ipse est vita. Ioan. 15. qui nec

locum capionit, &c.

kk + Qm

Odre serpentes fugavit in dæmonum expulsiōe. Vnde Luc. 4. Exibant dæmonia à multis, &c.

Stercorata fuit in blasphemiarum & falsorum rebum accusatione, sicut legitur Matth. 26. Stercora enim blasphemiarum sunt. Vnde Eccl. 22. De stercore bouum lapidabitur piger.

Plicata in humiliatione vsque ad mortem. Vnde ad Philip. 2. Christus humiliavit semetipsum, quando factus est pro nobis obediens vsque ad mortem.

Paxillata in crucifixione. Vnde ipse significatus est per serpentem æneum erectum in palo Num. 21.

Fossa in clauorum confixione. Vnde foderunt in manus meas & pedes meos.

Irrigata in sanguinis effusione. Vnde Isa. 63. Asperis est sanguis eorum super vestimenta mea, &c.

Odre nectam dedit in passione, quando fracto alabastro, id est, corpore Christi repleta est domus, id est, Ecclesia ex odore vnguenti. Iuan. 12.

Floruit in resurrectione. Vnde: Resloruit caro mea.

Fructum fecit in humani generis redemptione. Vnde Can. 7. Ascendam in palmam, id est, in crucem, & apprehendam fructus eius, id est, homines redemptos.

Fructus hic non reficit in quotidiana susceptione. Vnde Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, &c.

Putata est in palmitum, id est, discipulorum remissione. Propter hoc prædictum erat Can. 2. Tempus putationis aduenit. Matth. 25. Tunc discipuli omnes, &c. Zach. 13. Percutiam pastorem, &c. Iob 6. Necessarii mei recesserunt. Item Iob. 19. Noti mei quasi alieni recesserunt à me.

Paxillata in ligatione ad columnam sicut ad palum, quando serpens æneus erectus est in palo Num. 21.

Fossa in clauorum confixione sicut lignonum. Foderunt manus, &c. Facite iuxta alueum torrentis huius fossas & fossas. 4. Reg. 3. Corpus eius alueus torrentis sapientiarum.

Fleuit in sudore ad literam in cruce, sicut vinea dicitur plorare.

Emisit propagines in manu extensione. Isa. 65. Tota die expandi. Extendit palmites suos, id est, beneficia, vsque ad mare, id est, latronem amaricatum pro peccatis, & constitutum in amaritudine crucis & tormenti.

Floruit in sanguinatione: vulnera enim dicuntur flores rosei: nam tunc fuit ipse rosa plantata in Iericho.

Fructum fecit in animæ emissionem, quando emisit spiritum quasi nostræ redemptionis pretium.

Odre serpentes fugat: quia recordatio Dominicæ passionis remedium est & armatura contra instantiam cuiuslibet tentationis. Vnde Pet. 1. Can. 4. Christo in carne passio, & vos eadem cogitatione armamini.

Vmbra refrigerium præstat. Vnde sponsa Cant. 2. Sub umbra illius quem desideraueram,

fedi, &c. Et Thren. 4. Spiritus oris nostri, Christus Dominus, caprus est in peccatis nostris. Cui diximus: In umbra tua viuemus in gentibus, &c. Sub umbra enim huius vineæ sedere, est sub memoria Crucifixi quiescere. Vel sub umbra ista deliciari, est ipsam passionem Dominicam imitari. Vnde acquiruntur æternæ deliciae.

Famelicis pabulum ministrat. Vnde sequitur in Cantic. 2. Et fructus eius dulcis gutturi meo.

Sitibundis potum propinat. Vnde Dominus Ioan. 6. Sanguis meus verè est potus, illis scilicet, qui sitiunt iustitiam.

Infirmis sanitatem restaurat. Vnde in Thren. 4. Cui diximus: In umbra tua viuemus, &c.

Sanos delectat, illos scilicet qui Christi exemplo delectantur, & ad eius exemplum se transferunt ad meliora.

Lassatos recreat: quia fastidiosos ad bene operandum instigat.

Nec solum viti, sed & botro comparatur ipse Christus, sicut de eo dicit sponsa Cant. 1. Botrus Cypri dilectus meus mihi, &c. Beata autem Virgo quæ dicit, Ego sicut vitis fructificauit suauitatem odoris, tulit hunc botrum,

qui pressus in torculari passionis eliquauit vinum nostræ redemptionis, de quo torculari dicit Dominus Isa. 63. Torcular calcavi solus, &c. Torcular illud passio est vel mors quæ de corporibus exprimit animas, sicut torcular vinum ab acinis. Sed Dominus cum in torculari premeretur, pressit ipsum torcular, id est, mortem, de ea nobis vinum exprimens mirabile, & de morte sua vitam nobis eliciens sempiternam.

Vinum compunctionis, de quo: Potasti nos vino compunctionis.

Correptionis. Vnde: Samaritanus infudit oleum & vinum in vulneribus sauciati. Luc. 10.

Doctrinæ spiritualis. Vnde Prou. 9. dicit sapientia: Bibite vinum quod miscui vobis.

Internæ iocunditatis, de quo Prou. 31. Date siceram merentibus, & vinum his qui amaro sunt animo.

Æternæ felicitatis, de quo Isa. 25. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.

Ego sum vitis, vos palmites. In hac gloriosa vite, scilicet Christo singuli palmites singuli sunt viri iusti, qui ab ipso trahunt humorem gratiæ sicut palmes nutrimentum à vite. De his palmitibus congruè & sufficienter dicitur in homiliis huius Euangelij & in Glossis: & idè quæ sufficienter exposita sunt, sub silentio præterimus.

Ego sum vitis vera. Ex hac gloriosissima vite tota propagata est & procreata vinea illa, scilicet vniuersalis Ecclesia, de qua dicitur Isa. 5. Vineam Domini sabaoth domus Israël est, id est, familia omnium credentium. De hac vinea Isa. 5. Vineam factam dilectam meo, & sepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit eam, & torcular fodit in ea, & edificauit tur-

14.

15.

rim in medio eius, &c. Sepiuit eam custodia Angelorum: quia quilibet fidelis habet Angelum ad sui custodiam deputatum. Lapides elegit, id est, offendicula vitiorum. Torcular crux Christi, in qua eliquauit sanguinem nostræ redemptionis, de vna corporis sui, quem lambunt, id est, cum desiderio sumunt pulli aquila, id est, imitatores Christi. Turris inuocatio nominis Domini, ad quem fugit iustus & saluator Prouerb. 18. Omnis ergo qui ad Israël pertinet, palmes est huius vineæ, & à Christo vera vite recipit nutrimentum. Quidquid enim boni habemus, ab ipso accepimus: quia omne datum optimum, & omne donum perfectum defersum est descendens à patre luminum, sicut dicitur Iacob. 1. Et Dominus in hoc eodem Euangelio: Sine me, inquit, nihil potestis facere. Hæc vinea, scilicet Ecclesia per mundum extensa est & vsque in cælum erecta, nec non & super cælum extendit palmites suos, qui æternitati innixi, æterni facti sunt, & de pulchritudine radicis humorem & fecunditatem accipiunt. Hæc pars vineæ adèdè bene excolta est, quod non indiget vt amplius excolatur. Ad hanc partem excolendam quæ adhuc in terris est, laborare debet fidelis quilibet in se & in alio, & ad minus in se si in alio non potest. Sed pro dolor multi hodiè sunt, qui hanc vineam non colunt in se vel in aliis, sed destruunt in se & aliis, in se per praua opera, in aliis per perniciofa exempla, sicut sunt omnes mali prælati & omnes mortaliter peccantes. De quibus Dominus per Prophetam dicit ad vineam suam: Venerunt struatores tui dissipantes te. Isa. 49.

Propter inutilitatem lignis abscissi, quod non valet nisi ad ignem, nec homo præcisus ab Ecclesia per excommunicationem nisi ad ignem inferni. Ezech. 15. Fili hominis quid fiet de ligno vitis, &c. Quæ reuertit.

16.

Hæc vitis tormento fructificat, scilicet per terræ fissionem, per inutilem palmitum abscissionem. Si autem in pace dimittatur, tunc degenerat, nec fructificat. Idè dicit Dominus de vinea sua Isa. 27. In prælio gradiar super eam. Quasi diceret: Parum fert fructum in prospectis, imò etiam ei vt aduersa vt plus fructum afferat. Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum Pater, vt fructum plus afferat. Et hoc apparuit in Ecclesia primitiua. In Aluernia & quibusdam locis ita quandoque multiplicantur vineæ, quod in syluis degenerant, & tunc comburuntur, & post optimè fructificant.

Sola facit vinum: quia sola Catholica Ecclesia habet sanam doctrinam. Matth. 7. Nunquid colligunt de spinis, id est, hæreticis, vel Iudeis, aut paganis vvas, &c.

Ex impinguatione, scilicet temporalium deterioratur vinum, id est, deuotio: & inde luxuriatur vinea in palmitibus, scilicet clericis, & monachis, & huiusmodi.

Radicata in petris & in radio solis, melius vinum facit. Petra penitentiarum duritia, feruor solis ardor charitatis. Hi duo, scilicet penitentes & charitate feruentes, melius docent. Doctrina vinum est.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Sustentatur baculis & paxillis, id est, sanctorum adiutorio: etsi sit eis colligata, erecta tenetur. Cælestia desideria alligatura sunt. Eccl. 6. Vincula illius alligatura salutaris.

Est & alia vitis, quælibet scilicet disciplinata religio, qua ad similitudinem vitis nihil in hieme videretur acidius aut despectius: in æstate verò nihil terrenum iocundius, aut venustius, aut pretiosius, aut speciosius, aut fructuosius inuenitur. De hac dicitur Isa. 5. Vineam Domini exercituum domus Israël. Congruè autem nomine hiemis designatur miseria vitæ præsentis. Sicut enim in hieme breues dies sunt & magna æris intemperies, sic & in vita præsentis breues dies sunt & mali. Vnde Iob 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, ecce dierum breuitas: repletur multis miseriis, ecce æris intemperies. In æstate verò dies elongantur & serenantur. Sic in æstate futuri seculi magna erit longitudo dierum. Vnde melior est dies vna in arboribus tuis, &c. Et tunc erit lucis serenitas quam nulla turbabit obscuritas. Vita igitur claustralis in hac hieme arida videretur & despecta: graue est enim asperis indui & aridis vestibibus. Sed quando hæc vita in præsentis grauior, tanto retributio futura erit gloriosior. Vnde super illud ad Hebræ. 11. vt meliorem inuenirent resurrectionem, dicit Glossa: Quanto magis pro Deo quis patitur, tanto gloriosius coronabitur. Item in colenda vinea opus est magno labore, & sanctæ religionis obseruantia magno indiget exercitio: vinea autem ista clauditur, stercoratur, putatur, propagatur, pastinatur, expampinatur in ea turris edificatur, & torcular extruitur, & huiusmodi.

Vinea ista clauditur, quando vita claustralium regularis discipline custodia munitur. De hac clausura in Eccl. 36. Vbi non est sepes, diripietur possessio. Secularibus qui nulla sepe discipline coercerentur, quidquid boni ad horam possident, malignorum incursum spirituum facile admittunt. Item Ecclesiastes 10. Qui dissipat sepe, mordebit eum coluber. Qui enim discipline statum transgrediendo præterit, anti-quus coluber, id est, diabolus, malitiæ suæ venenum infundit. Terreat ergo seculares, quod sine sepe possessio diripitur. Terreat claustrales, quod sepe dissipator à colubro mordeatur. Vineam igitur, id est, vitam claustralem, quando disciplina castigatur. Propter hoc de claustralibus bene disciplinatis dicitur, 1. Paralip. 4. Hi sunt figuli habitantes in sepibus & in plantationibus commorantes. Signum est autem maxime iracundiæ Dei, cum in claustro deest disciplina, & per consequens à vitis & dæmonibus totius boni diripitur possessio. Vnde Dominus comminatur vineam sterili Isa. 5. Aufertam sepe eius, & erit in dirieptionem, &c.

Foditur, cum ei timor Domini incutitur. Hanc fissionem desiderabat Psal. dicens: Confige timore tuo carnes meas, id est, carnalitatem meam, vt scilicet non valeat rationem meam pertrahere ad consensum peccati.

Stercoratur, cum ad timoris & humilitatis augmentum vitæ præterite sordes ad memoriam reuocatur, vt Goliz caput ense propriè ampuetur. Goliz caput antiquæ tentationis stimulus. Ensis enim morale peccatum, quod

kk 3 animo

Saritur malarum cogitationum extirpatione, quæ sicut herbarum nocuarum succrescentes à calore solis vineam, sic ab aduentu gratiæ Dei impediunt animam. Vnde Sap. 1. Spiritus sanctus aufert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu.

Epampinatur verborum superfluum rescissione, ut supra de vinea claustralium.

Concluditur quinque sensuum cohibitione. Claudendi enim sunt oculi, nec illicita respiciant, &c. ut supra de putatione. Claudenda est etiam vinea fossato humilitatis, aqua lacrymarum circumcurrente, sepe penitentialis afflictionis, muro castitatis seu bonæ operationis.

Conteruntur à triplicis inimici infestatione. Ad quod inuitat Salomon Prou. 4. dicens: Omne castitatis terribile carituum: quoniam ex ipso vita procedit.

Vitatur à Christo in gratiæ amplioris appositione: quod orbat Pál. dicens, Respice de celo & vide, & vitata vineam istam & peritice eam, &c.

Fronde in sacra doctrinæ aliis expositione: folia enim vitæ iusti sacra verba sunt. Vnde illi: Et folium eius non defluet, &c.

Floret in interiori deuotione. Vnde Prou. 17. Animus gaudens aratam floridam facit.

Redolet in bonæ famæ ad proximum respiratione. Vnde Apostolus 2. ad Cor. 2. Christi bonus odor sumus Deo in omni loco in his qui salui sunt, &c. Et Seneca: Eius quem videre non possum, me patet opinio.

Odore serpentes fugat vitiorum à se & aliis expulsiōne. Vnde: Linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Lingua uoua confessio quæ animam inuouat, & tollit de corde serpentes vitiorum.

Fructum facit in bona operatione. Vnde: De fructu operum tuorum satiabitur terra, id est, homo terrenus.

23. Hic botrus maturefcit in virtutum perfectione. Ad quam inuitat Dominus Matth. 5. Estote perfecti, &c.

Vindemiatur, quando ad gaudia paradisi inuitatur, & sic in cellario Domini spiritualiter deportatur: sed sæpè prius oportet, quod in purgatorio torculetur.

Vindemiatur in morte.

Torculatur in purgatoria tribulatione.

In cellario reponitur in glorificatione. Vnde sponsa Can. 1. Introduxit me rex in cellam viniariam.

24. Hanc vitem destruant vulpeculæ, id est, primi motus furtiue & abscondite irrupentes. De quibus Can. 2. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliantur vineas, &c.

Inundantia aquarum, id est, temporalium abundantia.

Grando, id est, luxuria.

Gelicidium, id est, auaritia.

Nebula, id est, superbia.

Vinitores pauperes sunt, & viti iusti pauperes sunt paupertate spirituali. Vnde Pál. Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea.

Laborant pro vita: & isti pro vita æterna. Vnde Iob 3. Quasi effodientes thesaurum, &c.

Laborant tempore suo. Et nos dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, &c. ad Gal. 6. Primò ad nos, secundò ad domesticos fidei, tertio generaliter ad omnem hominem, maximè ad Christianum.

§. II.

Oliua.

Maria oliua. Vnde dicit Eccl. 24. Quasi oliua speciosa in campis, supple, exaltata sum, propter misericordiam & pietatem. Videntur igitur quare vel quomodo oliua & quomodo vel vbi speciosa. Dicit Rabanus, quod olea arbor est, oliua fructus, cuius scilicet oliuæ liquor vel succus dicitur oleum Latinè, sed Grecè oleon. Sed oliua sæpè pro arbore ponitur, ut ibi: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, &c.

Matia oliua. Quia oliua amara est & radice: quia beata Virgo amaritudinem originalis habuit in conceptione, quare non celebratur eius conceptio à multis.

Dulcis in fructu, id est, in filio qui dicit: Spiritus meus super mel dulcis. Eccl. 24.

Odonifera in flore. Flos eius filius est eius qui sicut cinnamomum & balsamum aromatizans dedit suauitatem odoris. Eccl. 24.

Fructum suum quantum in se est omnibus communicat. Quod apparuit, quando filium suum peperit in via, ut posset ab omni prætereunte capi, & dicerent transeuntes, Filius datus est nobis. Sed nota, quod non inuenitur hic fructus nisi à transeuntibus. Vnde de pastoribus qui dixerunt, Transeamus vsque Bethleem, &c. Luc. 2. dicitur paulò post: Venerunt festinantes & inuenerunt, &c.

Arbor frondosa & ramosa, cuius frondes & rami amatores eius, ei quodammodo fide, spe & charitate inferti: quia amor est amantis & amari vno quædam spiritualis. Vnde talis potest dicere: Mihi adhaerere ei bonum est, & ponere in ea spem meam: quia talibus nutrimentum gratiæ subministrat. Maximè autem inferuntur ei imitatores eius in pietate & duplici misericordia, scilicet in affectu & effectu.

Cana est per sapientiam. Sapient. 4. Cani sunt sensus hominis, &c. Et in antiquis est sapientia. Iob 12.

Signum est pacis. Vnde in eius partu cantatum est, Pax hominibus bonæ voluntatis: per ipsam enim finita est guerra, quam Eua fecerat inter Deum & hominem, inter hominem & Angelum, inter hominem & hominem, inter corpus & animam. Istud inuenies in principio huius libri. Ipsa est illa columba quæ cessante diluuiò ramum oliuæ in ore suo detulit ad Noè in arcam, Deum humano generi reconciliatum demonstrans: & sic ipsa designatur per oliuam quæ est signum pacis, & per columbam quæ est avis pacifica.

Comam suam diu conseruat, id est, fidem, spem, & charitatem. Vel coma est virginitas cui debetur aureola. Vnde Maria depingitur coronata. Hanc comam iugiter serua uauit: quia Virgo ante partum, in partu, & post partum.

Folia

Folia eius amara: quia verba eius inuitat ad penitentiam. Vel folia eius sunt verba Evangelicæ prædicationis, quibus docuit Apostolos & filios nascentes Ecclesiæ. Folia etiam eius medicinalia. Ezech. 47. & Apoc. 22. quia sanant cancrum, & exemplum verborum eius detractionem, & cætera turpiloquia. Cancer corrodit os & linguam: & Sapient. 1. dicitur: A detractione parcite linguam. Ideò Apoc. 16. dicitur detractionibus & blasphemis: Commendantur linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cæli, &c.

Fructum facit in frigore pinguem: quia ad literam in hieme peperit Saluatorem. Mysticè, quando refriguerat charitas, & abundabat iniquitas.

Æstare & hieme vitet. Viror animæ fides & perseverantia, quæ non aruit in ea propter hiemen Dominicæ passionis, sicut in omnibus discipulis. Tunc enim defecit omnis sanctus. Ideò prædictum erat de ea Prou. in fine: Non extinguetur in nocte Dominicæ passionis lucerna eius, id est, fides. Aliter. Hiems vitæ præsens attrita frigore mortalitatis & ventis tentationum impulsæ. Æstas futuræ vitæ claritas, qua adueniente mætoris nubila transeunt, & dies vitæ æternæ solis claritate fulgescunt. Maria verò oliua nostra humore gratiæ perfusa, huius vitæ tempore non aruit, sed vitæ æternæ amœnitatem inter omnes Euz filias gloriosa suscepit.

Cantarides nutrit, quæ libenter comedunt flores oliuæ, & sunt cantarides muscæ fortes & lucidæ, quæ signant clericos & monachos vel canonicos lucentes habitu & tonsura, sed fortes vita. Cum dicat Augustinus, ut non tam studeamus placere vestibus quam moribus. Quos beata Virgo nutrit beneficiis suis.

Arbor insignis: & Maria gloriosa est generis nobilitate, gloriosior morum honestate & gratiarum vniuersitate, gloriosissima filij dignitate.

Ramos habet flexibiles: quia facillimè flecti potest oratione deuota, ut habeatur fructus eius qui Christus est.

Valde copiosa in fructu. Vnde dicit: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini, &c. id est, in Ecclesiâ: quia fructus eius omne bonum est & summum bonum, qui omnibus omnia factus est, ut lucrifaciat vniuersos. 1. Cor. 10. & ipse in futuro erit omnia in omnibus, id est, sufficientia omnium. 1. Cor. 15. Ipsa est etiam oliua, id est, fructus: quia plena pinguedine diuinæ gratiæ & misericordiæ, luce sapientiæ, & hilaritate bonæ conscientiæ.

2. Sequitur. Speciosa in campis. Speciosa in germine & liquore, id est, in filio, in floribus sanctorum desideriorum, in foliis verborum, in frondibus & ramis operum: quia habuit in se opera actiua & contemplatiua. Actiua: quia darum est ei exhibere omnia opera actiua ipsi Filio Dei, sicut ostendit Anselmus Luc. 10. vbi dicitur, quod mulier Martha nomine excepit illum in domum suam. Omnia opera contemplatiua, scilicet aures diuinæ sicut orationibus ad peccatores inclinare, secretis diuinis interesse & huiusmodi. Sed propter multitudinem misericordiæ & pietatis maximè dicitur speciosa:

quia speciosa est misericordia eius in tempore tribulationis. Eccl. 36. Quare de omnibus istis titulo de misericordia eius circa medium capituli & multa ibi inuenies. Vel speciosa propter omnimodam speciositatem corporalem, quæ in dispositione membrorum, & spiritualem quæ consistit in virtutibus animæ. Quare titulo de specie eius. Vel etiam speciosa in campis ab effectu: quia speciem & virtutem tribuit abundanter familiaribus suis, maximè si habuerint in se proprietates campi, ut sint florigeri per castitatem, excultri per penitentiam, fructiferi per operationem bonam, & fructus suos pro eius honore libenter subministrant necessitatem patienti. Titulo de terra inuenies proprietates campi, vbi Maria dicitur campus. Vel in campis, id est, in peccatoribus incultis, quibus gratiam suis orationibus, exemplis, & meritis subministrat, ut excolantur & referant fructum. Vel per campos figuratur latitudo & amplitudo latæ viæ, quæ ducit ad perditionem. Matth. 7. & ipsa est oliua speciosa in campis, id est, in illis qui sequuntur latitudinem suæ præuæ voluntatis, & discunt per campos licentiæ velut equi emissarij & infrænes, non retardati fræno timoris vel diuini amoris seu mundani pudoris, aut vinculis diuinorum præceptorum, quando ex toto corde penitentes confugiunt ad eam. Dicitur enim speciosa in campis, propter communitatem pietatis eius & misericordiæ, quam cunctis exhibet quantum in se est sine acceptione personæ, sicut habuisti supra titulo de misericordia eius. Ideò dicitur speciosa in campis, non in montibus, non in hortis, non in syluis, non in aquis, aut huiusmodi. Si enim dixisset in hortis qui conclusi sunt, non videretur, quod omnibus aut semper pateret misericordia eius. Per montes intellige superbos qui à se repellunt misericordiam matris & filij, quia tumor infusa repellit. In syluis non crescunt arbores fructifera hominibus, sed peris & feris, id est, dæmonibus & vitiis. Solis etiam claritas, id est, matris & filij pietas excluditur à syluis propter densitatem arborum, ramorum & frondium. Sic & peccatores syluestres moribus caliginosi, tenebrositate vitiorum solent iustitiæ à se excludunt, & spinas vitiorum & vepres nutriunt. In syluis etiam latitant sicarij & prædones, serpentes & scorpiones, id est, multitudo vitiorum & dæmonum: quia rarissimus cultus iustitiæ iam apparet. Si vis ergo participare pinguedini huius oliuæ, necesse tibi est mente ipsa præcudere proceras arbores, id est, factum superbiæ, & fructera vitiorum: ut sic expellere possis à te sicarios, fures, & venenata, dæmones scilicet & vitia, quæ animas ingulant, spoliant, & venenant, ut campus facies in te appareat, vitis resecaris. Assigna totum ordinem spiritualis agriculturæ. Et sic huius oliuæ pinguedinem participabis, in id ipsa plantabitur in te, & ipsi poteris inferti sicut oleaster in oliua, ut participes has radices & pinguedinis eius. Maria ergo exaltatur quasi oliua per misericordiam quam docet verbis & exhibet factis. Quasi oliua per affectum misericordiæ, speciosa per affectum. Effectus enim misericordiæ nihil valet nisi sit ex affectu: nam sicut ex oliua fructus, sic ex affectu meritum optus.

Oliua

Oliua autem speciosa est, quando fructum facit & affectus misericordiae, quando effectum ostendit. Ideo Ierem. 11. dicitur de ea: Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum, &c. Oliuam vberem per affectum misericordiae, pulchram per puritatem affectus, fructiferam per effectum misericordiae, speciosam per abundantiam effectus. Vocauit Dominus nomen tuum per Angelum dicentem: Aue gratia plena. Et post mutata persona subdit: Ad vocem loquelae grandis ignis exarsit in ea, & combusta sunt fructeta eius. Grandis loquela, quando ex magnitudine fidei respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Ignis Christus qui ad hanc vocem exarsit, sicut quondam in rubo. Et combusta sunt fructeta eius. Fructeta quae ab inferiori nascuntur in oliua, sunt motus carnis à sensualitate prodeuntes, qui ab hoc igne descendente in eam deuorati sunt, si forte erant in ea, sicut roigus magnus deuorat ignem candelae.

3. Chelitus dicitur oleum. Ex hac oliua habetur oleum quod est liquor oliuae, scilicet Christus, qui est oleum gratiae infirmis, dimittendo eis peccata. Isa. 10. Conputrescet iugum diaboli quo oneratur peccator, à facie olei, id est, à praesentia gratiae Dei, quae sola iustificat peccatorem. Item oleum sapientiae ad catechumenos instruendos. Hoc oleo implentur vasa vacua. 4. Reg. 4. valles enim, id est, humiles abundabunt frummento sapientiae, de quo fit panis vitae. Item ab ipsa habemus oleum laetitiae ad reges & sacerdotes inungendos, id est, spirituales viros laetificandos. Vnde: Vnxit te Deus, &c. Et propter hoc sanata malo, instruit in bono, laetificat per vtrumque. Sanat peccatores per oleum gratiae, instruit ingredientes per oleum sapientiae, laetificat proficientes & perfectos per oleum laetitiae, quod est in securitate conscientiae. Vnde Proverb. 14. Secura mens quasi iuge conuiuium.

4. Christus fructus oleae dicitur. Aliter: Maria oliua, id est, olea ut fructus sumatur pro arbore fructificante. De hac olea processit & nata est vera oliua, id est, Christus qui est pax nostra, misericordia nostra, lux nostra, sine qua non videmus, qui vitam & misericordiam tribuit nobis, sicut dicitur Iob 10. qui nos Patri pacificauit, quia ipse pax nostra, qui fecit vtraque vnum Ephes. 2. Fructus autem iste modicus per humilitatem, in principio amarus per multiplicem quam est passus tribulationem. Vnde Thren. 3. dicit ipse de Patre: Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio. Sed ultimo dulcissimus, quando videbimus eum sicuti est. 1. Ioan. 3. Fuit etiam Christus serotinus: sero enim maturatur fructus oliuae. Et Christus venit in fine temporum. Gal. 4. quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, Proverb. 16. Clementia regis quasi imber serotinus. Ad similitudinem vix premitur in torculari. Ioel. 2. Redundabunt torcularia vino & oleo, quod impletum est in passione, ut supra dictum est de botro. Ipse etiam oleum est huius oliuae. Vnde Cant. 1. dicitur ei: Oleum effusum nomen tuum. Cui dicitur Psal. Vnxit te Deus Deus tuus oleo laetitiae.

Dicitur ergo oleum propter vntionem Spiritus sancti, quem non accepit ad mensuram aliorum, sed prae participibus suis, id est, ceteris sanctis, id est, plenarie. Effusum non stillatum: quia plenus Spiritu sancto, quem abundanter effudit in die Pentecostes in discipulos & alios, sicut promiserat per Ioëlem. Effundam de spiritu meo super omnem carnem.

Item de hoc oleo Iob dicit: Petra fundebat mihi riuos olei. O dulcis olei effusio, inebrians Angelos, satians sanctos, mortuos viuificans, peccatores iustificans, mœstos laetificans, inferos dissipans, redimens mundum, aperiens caelum.

Hæc est oliua quæ noluit relinquere pinguedinem suam, quæ dii vtuntur & homines: vt inter ligna promoueretur. Iudic. 9. quia noluit in mundo exultari, nec gratiam sibi datam de supernis relinquere, quæ velut oleo misericordiae vtuntur homines in peccatorum remissione & gratiarum collatione: quæ etiam ruina restaurata est Angelorum, Diu & homines, Angeli & viri iusti. Et ipsa mater regis iustitiæ facta est regina misericordiae, vt ipsius regis iustitiæ per reginam misericordiae temperetur.

Sapientia oliua dicitur. De sapientia sic: Quasi oliua speciosa in campis. Verba sunt Sap. 1. Sicut oliua speciosa crescit in campis excultis & fructiferis, sic ego sapientia cresco & speciosa fio in mentibus bene excultis & fructibus bonorum operum refertis. Oliua signum est pacis & misericordiae. Et de sapientia dicitur Iacob. 3. quod primum pudica, deinde pacifica. Et paulo post dicitur plena misericordia & fructibus bonis. Item oliua pinguis, & sapientia plena deuotione. Item oliua nutrit cantarides, quæ deuorant flores eius. Hæc sunt mulcæ fortes & lucentes, quæ designant inanem gloriam, quæ multoties & in multis consumit fructum ipsius sapientiae, & maculat eius pinguedinem. Ecclesiastes 10. Mulcæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.

Item olea Ecclesia, cuius singulæ oliuæ singuli iusti. Quæ scilicet oliua campos totius mundi decore illustrat, & spiritali gratia per vntionem charismatis sanctificat. Fructus huius oliuæ serotinus, quia iustus expectat à Deo retributionem futuram, non praesentem. Sed mali volunt hinc esse beati: ideo læduntur tribulationibus mundi. Vnde: Lædetur quasi vinca in primo flore, &c. Iob 15. Linum vrens per inanem gloriam & germinans folliculos superbis, & hordeum vrens, læsa sunt. Exod. 9. sed non far & triticum sunt læsa, quæ serotina erant. Item fructus oleæ maturus nigrescit: quia iusti contemuntur à mundanis. Vnde dicit fidelis anima Cant. 1. Nigra sum in opinione mundanorum, sed formosa in oculis sponsi mei.

Moraliter verba sunt iusti. Ego quasi oliua speciosa in campis. Et conueniunt hæc verba principaliter illis sanctis qui excelebant alios in misericordia, qualis fuit Laurentius, Nicolaus, Martinus, Egidius, & huiusmodi, in quorum persona legitur Eccl. 30. Quasi oliua pululans, &c.

Iustus oliua. Quia oliua semper viret. Viror animæ sanctitas est, quem virorem amittit per astatem

estatem qui dissoluitur per prosperitatem, per hiemem qui frangitur per aduersitatem.

Florens per magnam nebulam amittit florem suum, sicut dicitur Job 15. Lædetur quasi oliua proiciens florem suum. Nebula mollis tam durè percutit oliuam in flore, quod tollit fructum. Hæc nebula amor gloriæ mundanæ, vel appetitus laudis transitorie: quæ duo tollunt fructum mercedis æternæ. Vel nebula obscurans adulationem vel fauor humanus, sicut exponit Gregor. qui florem facit proici, id est, bonum propositum reliqui. Et hæc nebula obscurat intelligentiam. Vel florem proicere est à bono incepto deuiare.

Salici in foliis inter omnes arbores similior, ut qui sapienter sperat in misericordia Dei; reputet se sterilem, non fructuosum. Luc. 17. Cum omnia bona feceritis, dicite, Serui inuiles sumus. Sunt etiam folia oliuæ amara, ut de tua sterilitate verba amara profertis in confessione. Job 6. Verba mea dolore sunt plena.

Signum pacis, ut pacem teneas ad Deum per contritionem & confessionem, ad proximum per satisfactionem, ad animam tuam subiuciendo illi sensualitatem. Et sic sis aliis signum pacis per exemplum.

Fructus eius oleum, & fructus tuus opera misericordie. Nec tibi retineas fructus tuos temporales, sicut nec oliua, sed aliis largè distribuas. Similiter & spirituales, scilicet desideria & orationes & huiusmodi.

Radice[m] habet amaram. Initium enim iustitiæ amara recordatio peccatorum & amara contritio. Amaritudo etiam exterior in ieiuniis, disciplinis, & huiusmodi, parere debet fructum dulcem in operibus misericordie & pietatis, id est, in affectu & effectu. Vel radix ompassio. Job 39. Flebam quoddam super eo qui affligens erat: & anima mea compatiebatur pauperi. Robur vel stipes firmum propositum miserendi cum fortitudine animi. Robur etiam corporis secularis quandoque necessarium. Job 19. Contere[m] molas iniqui, & de dentibus illius auferere[m] prædam. Cornu exterior, exemplum misericordie vel patientiæ ad inpotantiam pauperum. Sed modo conueniunt Dominus in locis de arborum suarum & contritione. Fictum meum decorticant, &c.

Fructum suum dulcem tegit amaris foliis. Folia verba sunt. Luc. 17. Cum omnia bona feceritis, &c. ut supra. Rami diuersa opera misericordie circumquaque distat. Diffusio riuorum diuersitas operum. Flosculus oliuæ, benignitas cordis & oris præcedens opus misericordie, sicut est pietas, dulcis responso, benignus auditus, pius respectus, & huiusmodi.

Hæc oliua recusat dominum temporale & se sufficienter excusat, quod non timuit Indic. 9. Iustus enim excipit magistri sui & subterfugere regnum temporale pro amore æterni regni, & occurrere crucifixoribus suis, id est, tribulationibus mundi, & dicere cum Loth. Genes. 9. Non possum in monte habitare. Et in Psal. Ab altitudine dei timedo. Tamen Loth cum filiabus in monte concubuit incedens cum primogenita, id est, superbia quæ est primogenita mori. Job 18. Et cum timore scilicet carnali concupiscentia. Et nota, quod iherosolymus,

id est, illi qui sunt aspectu vitæ, hirsuti & aculeati, libenter suscepit regnum. Sic ergo iustus oliua per misericordiam, speciosa per exemplum, in campis propter communiam sine acceptione personarum, communicans omnibus suos fructus temporales & spirituales, non sibi soli, sed toti mundo genitum se credens. Vnde 1. Corinth. 10. dicit Apostolus: Ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. Et statim subdit: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Item Eccli. 24. Videte quoniam non mihi soli laboraui, dicunt sapientia, Christus, & Maria, & ipse sapiens, sed omnibus exquirentibus veritatem. In campis qui signant latitudinem charitatis & gaudij, in quibus debet esse plantata misericordia. Propter huiusmodi proprietates iusto viro summè necessarias dicit vir iustus: Ego autem sicut oliua, quasi non materialis, sed spiritualis, exprimens in iustitia bonas eius proprietates.

Item sicut oliua contra obstinationem quæ contraria est misericordie, fructifera contra sterilitatem, in domo Dei contra hæreses & schismata, sperari contra desperationem, in misericordia Dei quæ est in æternum & in seculum seculi. Quasi diceret: Non queris misericordiam temporalem, de qua Osee 6. Misericordia vestra sicut nubes matutina. Vestra, id est, quam vos queritis. Sequitur: Confitebor tibi contra magnitudinem, & expectabo per perseverantiam contra præpropetor.

S. III.

Rubus.

Maria rubus. Et ipsa vel eius conceptus est illa viso magna. Exod. 3. quæ desiderabat videre Moyses quasi de prope dicens: Vadam & videbo visionem hæc magnam, quæ non comburatur rubus, &c. Hæc viso magis propter singularitatem: quis nec primam similem visio est, &c. Utilitatem: quis nulla minor utilitas esse potest.

Rei magnitudinem, scilicet quod Virgo concepit, non parum hominem, sed Filium Dei.

Rei nouitatem. Ierem. 31. Creauit Dominus novum, &c.

Significationem: quis & præfens miraculum exhibuit & incarnationem, ubi & virginis matris perpetuam integritatem præfigurauit.

Magni mysterij representationem.

Sed quid videtur Moyses? Numquam ignis, id est, Filium Dei, qui dicitur Numquam ignis, id est, splendet locis æternis: quis Deus non ignis consumens est. Hæc, in fine, procedentem de monte rubi, id est, etiam dicitur. Et dicitur tibi, quod rubus ardebat & non comburebatur: quis virgo concipit filium, nec videtur gravidam, sed non gravidam: aliter ardebat in partu, sed non dolere, nec excubare. Vel per Numquam intellige Spiritus sancti gratiam, Dominus apparet in rubo Numquam rubus non loquitur: quis Filius Dei in ventre carnis in Virgine abundans: id est, in pudor

puer virgineus illæus permansit. Vel sic. Ignis in rubo Christus in corpore virgineo, qui ibi ardebat, quia fecunditatem accendebat, nec virginitatem consumebar: & in hoc magna vitio, quia cum sit ignis consumens non consumebar. Ilidorus videtur velle, quod rubus sit quedam arbuticula quæ Gallicè dicitur botomer, & dicitur rubus, quia fructus eius vel virgultum rubet: & idèd voluit Dominus apparere in rubo, quia de ea non possent fieri imagines.

2. Maria rubus arbor. Paruula per summam humilitatem & contemptum sui qui est humilitas.

Aspera per exercitium virtutum contra molitiam & dissolutionem.

Vitidis per fidem vel perpetuam sanctitatem, vel per virginitatem: vel quia non emarcuit corpus eius per putrefactionem.

Florida per virginitatem. Vel quia sicut in flore est spes fructus, sic in ea spes omnis boni. Vnde dicit: In me omnis spes vitæ & virtutis. Eccl. 24.

Odorifera per sanctam opinionem. Vnde dicit Eccl. 24. Sicut cinnamomum & ballamum aromatizans, &c.

Aculeata per multiplicis tribulationis punctationem: & hoc maximè in filij passione. Est enim rubus genus arbuticulæ spinosæ.

Item Christus rubus, asperitas rubi caro mortalis quam de Virgine sumpit, ignis amor quem erga nos habuit. Rubus comburi visus est nec tamen combustus: hic est caro Christi, quæ amore mortua sepulta visa est putredini data, cum tamè gloriose surrexerit. Moraliter. Rubus incombustus fidelis anima probata tentatione non consummata. Vnde de iustis dicitur Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus. Purum quod ibi est, non minuitur, sed purius redditur. Quod apparuit in pueris in camino missis, qui puri ibi missi sunt, & puriores exierunt, sicut dicit Hieronymus in prologo Abacuc. Vel rubus incombustus malitia increpata: non consumpta. Vnde Ierem. 6. Frustra conflauit conflator. Malitiae eorum non sunt consumptæ. Vel reprobata anima flagellata à Deo, sed non emendata. Vnde Ierem. 6. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non ceperunt.

§. IV.

Cedrus.

1. Cedrus quoque. Vnde dicit Eccl. 24. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, qui interpretatur candor, qui est omnium colorum mundissimus. Cedrus dicitur ex eo quod à Græcis cedros vocatur quasi ceomenes drosioron, id est, arboris humor ardentis. Et est Libanus mons quidam significans Christum montem in vertice montium, qui est candor lucis æternæ. Sapient. 7. Alij enim montes, id est, sancti candidi sunt, non candor, sed ab ipso candore candescunt: quia ab ipso mundantur, & de plenitudine eius accipiunt. In hoc monte præcæteris omnibus beata Virgo exaltata est super homines & Angelos tamquam præcipuum membrum in corpore sub capite. Dicit ergo:

Quasi cedrus exaltata sum in Libano, id est, in Christo, in mundo, in cælo, in ordine Cisterciensis: quia omnes Ecclesiæ illius ordinis sunt de ipsa. Et bene dicit exaltata: quia de humili ancilla in reginam cæli, de filia Dei in matrem Dei. Aliter. In Libano qui interpretatur candor, significatur candor virginitatis. De Libano etiam, scilicet de illa arbore procedit thus quod crematur in sacrificiis in odorem suauitatis. Et Maria arbor Libanus est: vnde se vocat Libanum dicens, Quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam. Cuius filius quasi thus in igne passionis crematus est, & in huiusmodi hostiæ fragrantia delectatus est Deus Pater. Item in cedrus odore serpentes fugat. Bene ergo dicitur: Quasi cedrus exaltata sum, in Libano: quia pro candore virginitatis & thuris sui genitura odore nominis eius serpentes spirituales & demones effugantur.

Maria cedrus: quia cedrus arbor proceræ & eminentissima super omnes arbores. Vnde & à quibusdam dicitur rex arborum. Et bene competit dignitati Mariæ, quæ in hoc quod ipsa facta est mater Dei, nec primam similem visa est nec habere sequentem. Idèd dicit: Quasi cedrus exaltata sum in Libano: quia sicut dicit beatus Bernardus, Hæc est Virginis nostræ gloria singularis & excellens prærogatiua Mariæ, quod filium vnum eundemque cum Deo Patre meruit habere communem. Aliter. Alta fuit Maria: quia instar Saul. 1. Reg. 10. ab humero & sursum sanctis supereminens vniuersis. Ab humero in quo bona operatio: quia de propria substantia omnia opera adiuu exhibuit Filio Dei. A collo per quod vox transit, in quo intelligitur efficacia orationis, vel sapientia in verbis. A capite, in quo sensuum perfectio & sapientie maturitas ad similitudinem capitis materialis: in quo sensuum exteriorum perfectio inuenitur. Vel altitudo Mariæ humilitas eius: quia qui se humiliat, exaltabitur. Vel altitudo eius fuit à terra spiritali elongatio, & cælo approximat. Terra spiritalis, terrena voluptas, terrena opulenta, terrena gloria. A prima se elongauit per virginitatem, à secunda per paupertatem, à tertia per humilitatem. Et per hæc tria super omnes creaturas propinquauit per meritum ad cælestia & æterna. Aliter. Per humerum concorditer facta bona operatio signatur, per sursum contemplatio. In his duobus nec primam similem visa est, &c.

Arbor annosa: licet enim in exordio Noui Testamenti & in conceptu filij fuerit iuencula, tamen in figuris Veteris Testamenti & in prophetis quasi senex erat & annosa. Vnde signatur per cisternam veterem Genes. 37. quia in eam missus est verus Ioseph in incarnatione. Isa. 9. Verbum misit Dominus in Iacob, id est, filium suum in Maria. Idèd etiam in templis de hoc ligno propter durabilitatem eius solent lacunaria fieri.

Arbor medullosa. Vnde Ezech. 17. Aquila grandis, &c. vsque, & tulit medullam cedri. Sic & Maria medullosa per pinguedinem charitatis & vbertatem pietatis.

Libenter creuit prope aquas. Num. 24. Tabernacula quæ fixit Dominus quasi cedri prope aquas. Quia spiritaliter creuit beata Virgo iuxta

iuxta aquas Scripturarum & gratiarum Spiritus sancti. Vnde dicit de Patre: Super aquam refectionis educavit me, &c.

Materia fuit templi, id est, corporis Domini, quod de purissimo eius sanguine, sicut dicit Damascenus, fabricatum est manu sapientie Dei & operatione Spiritus sancti. De quo templo Ioan. 2. Soluite templum hoc, id est, soluetis, Ezéch. 43. Fili hominis ostende domui Israël templum, &c. in quo videlicet templo habitavit plenitudo diuinitatis corporaliter. Coloss. 2. Ideo dicit: Quasi cedrus, id est, quasi mater Christi. Sed quia domum Dei decet sanctitudo, oportuit quod sine corruptione conciperet, quod competit cedro quæ est impubescens. Ideo dicitur ei Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, id est, super alias mulieres veniet: quia virgo concipies. Propter hoc exaltatur sicut cedrus, id est, sicut mater & virgo, in Libano, scilicet manens in candore virginitatis. Ideo dicit Christus de ea Cant. 2. Sicut lilium inter spinas. Et propter hoc omnes excellit mulieres sicut cedrus omnes arbores. Vnde: Multæ filie congregauerunt diuitias, &c.

3. Maria cedrus: Quia cedrus magnas & altas habet radices & profundissime radicatur. Vnde potest crescere tam in immensum. Radices eius parentes eius, de quibus orta est secundum carnem, scilicet Abraham, Iesse, Dauid, qui magni fuerunt, & in seculo, & coram Deo. Ideo dicitur Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse. Spirituales eius radices excellentissime virtutes, quas omnes habuit in superlatiuo. Et quia per humilitatem tam in profundo radicata est in eis, ideo tam in immensum excreuit, scilicet vsque ad conceptionem Filij Dei qui erat in sinu Patris. Ideo etiam in assumptione exaltata est super choros Angelorum.

Præcipui odoris, id est, fame & opinionis: quia iugiter laudata ab vtraque Ecclesia, & ramentum maior est omni laude, & in laude eius omnis lingua balbutit. Cuius videlicet duplex odor virginitatis & humilitatis Filium Dei de cælo attraxit in uterum eius. Cant. 1. Dum esset rex, &c. Quare titulo, Dominus tecum post medium capituli.

Odore & succo fugat & extinguit serpentes. Odor eius, scilicet quod Virgo & mater Dei, vel quod vniuersis charismatibus delibata. A quo odore fugiunt demones, & prædam suam relinquunt, id est, peccatores quos fuerant prædati. Beatus Bernard. Non sic tremant, &c. Quare capitulo secundo salutationis angelicæ, vbi agitur de virtute nominis eius. Item succus eius pietas eius quæ in familiaribus suis velut quosdam serpentes, prauas extinguit concupiscentias. Odor enim eius fidelibus est in vitam, in his scilicet qui salui fiunt. 2. Cor. 2. sed in his qui pereunt, in mortem, scilicet paganis, ludæis, hæreticis quos ventilat ab Ecclesia Dei. Aliter sicut testatur Iudæi, Maria pulcherrima virginum fuit: nec vnquam aliquis eam intuens, ipsam malè concupuit, licet multæ aliæ bonæ mulieres malè fuerint concupitæ, vt Sara, Rebecca, Susanna, Iudith, Agnès, Lucida, & huiusmodi. Et hæc gratia transfusa est in eam in sua singulari sanctificatione quasi quædam respiratio vel quoddam spiramentum cedri odore.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

ris, ad occidendum in intuentibus eam, carnales concupiscentias, & motus qui quasi venenosus serpentes in carne serpunt. Et ideo dicit ipsa se quasi cedrum in Libano exaltatam. Et nota, quod multum velle feruens amator, quod nullus concupisceret amicam suam. Ideo fortè Christus qui se vocat zelotem. Exod. 20. qui decorem Mariæ concupisceret sicut prædixerat Psal. Mariæ, Et concupiscet rex decorem tuum, in sanctificatione sua ei contulerat priuilegium istud: quia quicquid operatus est in ea, nouum fuit super terram. Ierem. 31.

Impubescens: per virginitatem, quæ carnem præseruat à putredine & corruptione. Vnde virginitas signatur per myrrham. Duo enim peccata principaliter appellantur putredo in Scriptura, scilicet luxuria & inuidia. De luxuria Iocel. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. De inuidia Prouerb. 14. Putredo ossium inuidia. De impubescencia inuenies melius titulo de arca, vbi describuntur proprietates lignorum Sethim.

Maria cedrus, Quia cedrus incombusibilis per voluntariam paupertatem. Amor enim temporalium si sit nimius, ignis est vsque in perditionem deuorans. Iob 31. Incombusibilis etiam per mansuetudinem quæ præseruat ab igne iracundie.

Immarcescibilis: quia semper mansit incorrupta & sine macore vitij vel peccati. Vel ideo immarcescibilis: quia nec in hieme persecutionis quando persequebantur eam Iudæi in filio, folia proiecit, maledictum reddens pro maledicto, nec vredine detractionis vel aurugine adulationis laqueabatur. Amos 4. Percussi vos in vento vrente & in aurugine. Nec flores sui, id est, propositum virginitatis, vel invidia bonorum operum aliquo modo mortificabantur, aut vanecebant, aut inaniebantur à fructu. Nec medulla charitatis & pietatis & pie intentionis euacuabatur quasi exsiccantibus vel exurgentibus eam labijs laudantium, vt ab intima viriditate marcesceret. Nec frigus mali timoris impediabat fructificationem eius, vel vredo aut ardor concupiscentiarum & secularium desideriorum. Ipsa enim erat quasi flos immarcescibilis, qui nec aestu arefcit, nec frigore contrahitur, aut flaccescit. Item pars marcescibilitatis est pigritia. Ecclesiastes 10. In pigritiis humiliabitur contignatio. Sed de ipsa scriptum est, quod concepto Salvatore ascendit in montana cum festinatione.

Sine vermibus fomitis prauorum motuum conscientie. Ideo dicit Maria de corpore suo & de corpore sponsi sui Cant. 2. Tigna domorum nostrarum cedrina, &c. Ipsa est enim domus cedrina Dauid, id est, Christi, de qua legitur 1. Paral. 17.

Semper viret per virginitatem, quæ est viri genitus: vel fidei immarcescibilitatem. Vnde comparatur aspidi & smaragdo. Istud habuisti supra titulo de proprietatibus oliuæ.

Crescit in Libano qui interpretatur candor, & designat innocentiam mentis, & candorem gemine castitatis: & quia Libanus mons est, designat eminentiam virtutum, & contemptum mundi. Et in his quatuor consistit spirituale clementum.

Igitur crescit, sicut dicunt quidam, cum alia arbores habeant determinatum crementum, id est, terminum vel finem sui crementi. Similiter laudabilis memoria Mariæ continuam accipit incrementum: quia sicut dicitur Eccl. 1. Non recedet memoria eius, & nomen eius requiratur a generatione in generationem. Et os enim semita quasi lux splendens processit & creuit usque ad perfectum diem. Proa. 4.

Resina eius quæ deintus erumpens, exterius apparet in cortice, & significat munditiam virginis, & cædria appellatur, libros conuenit a vetustate & tineis, si inde perungantur: quia sacram Scripturam conseruat beata Virgo a tineis, id est, hæreticis & vetustate: quia gratiam largitur maximè diligentibus se, quæ Scriptura facta de die in diem melius intelligatur, & pertransciantibus plurimis multiplicatur scientia. Dan. 11. Ipsa etenim reuelat profunda de tenebris Iob 12. Et cum sit doctrix disciplinæ Dei Sap. 8. amicus Dei & Prophetas, id est, sapientes constituit. Sap. 7. & ita non permittit veteralescere sacram Scripturam. Aliter. Libri nostri conscientia nostræ. Vnde Can. 7. & Apoc. 20. Libri aperti sunt. Luxuria tinea est quæ de veste carnis nascitur, & ipsam corrumpit. Vnde Iob 27. Edificauit sicut tinea domum suam. Hos libros conseruat ipsa suis orationibus & exemplis a vetustate & tineis.

Secundam quosdam fuit pars crucis, scilicet lignum erectum in quo totum corpus Domini cum extendebatur: quia quasi affixa stabat iuxta filij crucem. Ioan. 19.

Succus cedri vermes vlcera consumit. Vlcus sanie fluens, vilis fluxus luxuriæ. Vermis huius vlcera ardor vel desiderium voluptatis, vel ipsi motus ad voluptatem. Succus cedri interna pinguedo charismatum, vel pietas ipsius Mariæ, quæ & huiusmodi vermes necat, & hæc vlcera sanat.

Item succus cedri corpora inde perusta conseruat ab aculeis muscarum. Muscæ mordentes. Eccl. 9. improba & pungitua cogitationes quæ corda & corpora deliciis delibuta insequuntur, quas similiter Mariæ pietas repellit & arceat, & cogitationes seruorum suorum collocat apud Altissimum. Sap. 3. Item verba sunt sapientia. Quasi cedrus exaltata sum in Libano. Quasi diceret: Sicut cedrus crescit in altum in Libano qui est mons quidam, & interpretatur ca. dor: sic ego sapientia cresco in altum, & per se in corde candido per munditiam, & a terra eleuato per mundi contemptum. Et dicitur sapientia cedrus: quia sicut resina cedri libri peruncti, nec tinea, nec vetustate deficiunt, ita sancti sapientia delibuti, nec tinea voluptatis, nec vetustate cupiditatis tabescunt. Christus cedrus. Vnde Cant. 5. Species eius vt Libani, electus vt cedri, id est, quemadmodum cedri, id est, viri sancti sapientia & virtutibus excelsi. In Psal. Beatus quem elegisti & assumpsisti. Isa. 42. Ecce puer meus electus quem elegi. Ipse enim electus est electione prædestinationis: sed ipse ad hoc electus est secundum hominem vt sit Filius Dei in virtute, hoc est, in natura & potentia deitatis. Rom. 1. Vel electus vt cedri ad priu-

legiū incorruptibilitatis. Vnde de eo specialiter dicitur: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, id est, carnis putrefactionem. Vel electus vt cedri, firmitate quæ claruit in passione, incorruptibilitate quæ in resurrectione, altitudine quæ in ascensione, odoris suauitate, id est, bonæ famæ celebritate quæ in Spiritu sancti missione: per hæc enim fama eius totum orbem velut odor suauitatis respergit. Vel etiam odor ad passionem pertinet: quia fracto corporis eius alabastro, domus, id est, Ecclesia impleta est ex odore vnguenti. Ioan. 12. imò apotheca omnium spiritualium charismatum dissipata. Corpore enim eius in passione contracto, tantus odor suauitatis ad Dei Patris nares ascendit, vt potestatem iræ Patris cui nemo resistere potest. Ioan. 9. & quam præ timore eius nemo nouit dinumerare, dulcoraret, fœtoremque peccatorum omnium prædestinatorum non solum vinceret, sed etiam abstergeret. De hoc odore prædixerat Isaac Genes. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus.

Item cedri sunt Doctores sancti, qui doctrina sua & odore exemplorum bonorum serpentes, id est, hæreticos venenosos & alios venenantes necant: & eorum doctrina imputribilis, quia nec ad inanem gloriam, nec ad quæstum. Tales exaltatur doctrina sua si sint in Libano, id est, in candore castitatis. Tales etiam exaltant Libanum, id est, Christum qui est candor lucis æternæ: quia per eorum doctrinam magnificatur: & hoc quando ei omnia attribunt, & dicunt Illud Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es nobis, &c.

§. V.

Palma.

Palma. Vnde dicit: Quasi palma exaltata sum in Cades. Cades interpretatur sancta mutata vel translata. Dicit ergo: Quasi palma exaltata sum in Cades. Plenitudo sanctitatis in duobus est. Vnum est rei mutabilis contemptus: aliud amor Dei immutabilis perfectus. Per hæc autem duo meruit exaltari, quia temporalia perfecte contempit, & Deum perfecte amauit, qui amor perfectus signatur in intensissimo rubore rosæ, de qua sequitur: Et quasi plantatio rosæ in Iericho. Vel exaltata in Cades, id est, in illis qui translati sunt de malo ad bonum, vel mutati de bono in melius.

Aliter. In Cades dicit se exaltatam quæ interpretatur mutata vel translata: quia a peccato originali mundata est in sanctificatione, & postea translata de virginitate ad fecunditatem. De qua matatione vel translatione scribit Hieronymus sic ad Paulam & Eustochium: Ad quam sanè cum accessit Spiritus sanctus, quasi ipsa eademque lana cum inficitur sanguine conchilij vel muricis, vestitur in purpuram, versa est & ipsa sine coitu in matrem, vt non sit iam amodo quod fuerat, sed purpura verissima ad indumentum & gloriam summi regis diuinitus apertissime dedicata, vt nulli deinceps ea vti vfu fœmineo liceret nisi Deo. Quasi etiam mutata fuit in assumptione de humili ancilla in

Serm. de assumptione B. Mariæ.

in sublimem reginam, quando translata est de Ecclesia militante ad triumphantem, & mutata ab obscuritate in claritatem, & quando translata est de miseria exilij ad delicias patriæ, in qua scilicet patria, quæ congruè designatur per Cades, habitant sancti in sanctitate confirmati, & electorum animæ de vetustate culpæ & peccatorum in nouitate vitæ translatae & immutatæ. Vnde 1. Corinth. 15. Et nos immutabimur. Aliter. Quasi palma exaltata sum in Cades. Et est bonum thema in assumptione beate Mariæ. Palma in inferioribus angusta dilatando ascendit ad superiora. Cades interpretatur translata. Translatio beate Virginis est eius assumptio hodierna, quæ hodie exaltata est sicut palma, de qua translatione dicitur Cantic. 6. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, &c. Hæc enim in vtero sanctificata, in natiuitate sua claruit vt aurora, in conceptione filij per gratiam confirmata claruit vt luna, hodie clarificata claruit vt sol. Et sic a minori claritate crescendo dilatata exaltata est sicut palma.

Item palma secundum figuram corporis, sicut dicunt qui palmas viderunt, similis est aspersorio aquæ benedictæ. Aqua gratia Spiritus sancti, Ies. 53. sacerdos magnus secundum ordinem Melchisedech, hoc aspersorium, id est, beatam Virginem apprehendit: quia in ipsa semen Abraham apprehendit. Hebræ. 2. & ipsum aspersorium aqua prædicta replens, vnde dicta est gratia plena, populum vndique asperit sicut promiserat Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, ab effectu scilicet, quia de plenitudine eius omnes accepimus. Ioan. 1. Hanc aquam suscipiunt, qui vt mos est, discooperto capite ad sacerdotem intendunt, qui scilicet caput viri, id est, synderesim reuelantes, quæ sursum sunt, sapiunt vbi Christus in dextera Dei sedet. Col. 3.

Centenaria facit fructum rubicundum quasi scilicet post desperatam senectutem, & beata Virgo licet ætate temporis iuuenis, in figuris tamen & prophetiis annosa fructum tulit benedictum & dulcem, in cruce autem rubicundum, per quinque millia annorum a fidelibus expactatum.

Arbor succineta. Sic & ipsa per votum virginis. Vnde Prouerb. 31. Accinxit fortitudine lumbos suos.

Amarissima est & horrida in radice, & idem dulcissima in fructu: dicitur enim, quod natura arborum est, quod quanto radix amarior, tanto fructus dulcior. Maria siquidem amaritudinem originalis habuit in conceptione, egressa est etiam de radice Iudæorum quæ Deo suo erat gens amarissima, sicut dicitur Ierem. 2. Scito & vide quia malum est & amarum reliquisse te Dominum Deum tuum, &c. Et paulo post secundum aliam translationem. Quomodo conuersa es mihi in amaritudinem vitis alienæ.

Diuturna in folijs, id est, in verbis: quia verba eius posita in Euangelio nunquam deficient ab Ecclesia Dei, nec aliquod eius verbum defluxit ad temporalia, sicut dicitur de Samuele. 1. Reg. 3.

Speciosa in floribus exemplorum & virtutum. D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

tum: quia flores palmæ copiosi, & iocundi. Et flores Mariæ honoris & honestatis. Eccl. 24.

Suauius in fructibus: fructus enim eius quos colligimus in præfenti, suauitas miserationum eius. Vel fructus eius sacramentum filij, qui dulcissimum ferculum est dignè recipienti. Vnde sponsa Cant. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo.

Arbor victoriosa & designans victoriam: quia mundum paupertate, carnem virginitate, diabolum vicit humilitate. Nec solum signum, sed & causa victoriæ: quia & pugnat pro nobis contra hostes inuisibiles, & eius adiutorio de ipsis triumphamus. Item ante ipsam nunquam apparuit victoria: sed omnes tanquam deuicti in carcerem trudebantur. Vnde Iob in persona antiquorum: In tenebris strauit lectulum meum. Iob 17. Vterus etiam eius potest dici arbor victoriæ, ex quo processit propugnator noster ad saluandum. Isa. 63.

Donantur victores & coronantur. Vnde Mariæ dicitur Isa. 62. Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Fructu etiam huius palmæ cibabuntur qui vicerint. Vnde Apoc. 12. Vincenti dabo edere, &c.

Quanto inferius in radice plus premitur, tanto superius in frondibus & ramis exaltatur: & quia ipsa cum filio de torrente in via bibit, cui commortua est compassione, propterea exaltauit caput in sua assumptione.

Stricta, gracilis, hispida, & aspera inferius. Dedit enim illi Dominus panem arctum & aquam breuem. Isa. 30. ecce strictura, gracilitas, paupertas: quia fuit simul in vnum diues in spiritualibus, sed pauper in temporalibus. Hispida, quia inculta: vel hispida, quia filij passionibus & miseriis afflicta. Aspera & quasi quibusdam aridis corticibus inuoluta, quia propter verba labiorum Domini, id est, vtriusque Testamenti, custodiuit vias duras. Vel asperi cortices, asperitas & vilitas indumenti eius. E contrario in superioribus, scilicet ramis, frondibus, & cacumine dilatata, grossa, plana, & speciosa. De primo dicit ipsa: Et ambulabam in latitudine, &c. Quæ sursum eam sunt quasi sicut, non quæ super terram. Col. 3. De secundo Prouerb. 13. Est quasi diues cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis diuitiis sit. De tertio Cantic. 7. Quam pulchra es & quam decora charissima in deliciis. Statura tua assimilata est palmæ, &c. Quæ sicut dicit Gregorius, gracilis in imo, iuxta fructum, id est, in superioribus grossescit. Nam ipsa prius humillima, modo gloriosissima est ad filij dexteram collocata. Omnes rami eius sursum eriguntur: quia quidquid boni habuit, Deo attribuebat, dicens: Fecit mihi magna qui potens est. Luc. 1. Ideo rami eius appellantur elatae palmarum. Alanus de insula: Elatae palmarum sunt rami productiores: interdum autem rosei coloris, crispantes, & semper ad alta tendentes, & nunquam virorem suum amittentes. Elatae verò Græcè idem est quod abietes Latine. Et dicuntur spatulae palmarum elatae propter sui rectitudinem, quod abietes excelsæ arbores sunt & rectæ. Nec sursum eriguntur nisi

nisi deorsum comprimantur. Exemplum de Ieremia, qui quod magis affligebatur, quia prædicabat, eò constantius loquebatur. Item Exod. 1. Quo magis affligebantur Israëlitz ab Ægyptiis, plus multiplicabantur & crescebant.

3. Item palma spatulas habet pro foliis. Et est spata bellicum instrumentum, cui diminutivum spatula, quasi parva spata. Folia verba sunt Spatulae palmarum humilia verba Mariz, quibus quantum in se est à nobis refecat per exempla superfluitatem & magniloquium verborum. Quasi diceret: Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Sed recedant vetera de ore vestro. Item rami eius, id est, virtutes, gladij sunt quibus dimicavit contra vitia, & nobis reliquit exemplum dimicandi. Vnde poeta: Pugna pro patria, cælesti scilicet. Eccli. 4. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia. Et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

Ramos suos circumquaque diffundit: quia nos protegit contra iracundiam filij, & feruorem concupiscentiarum.

Similitudinem etiam humanæ manus quodammodo exprimit in frondibus, & à palma humana fortè appellatur palma propter conformitatem. Vel quia ramo palmarum solet ornari palma, id est, manus victoris. Extendit enim manus suas inopi per largitatem, & palmas ad pauperes: nec collecta est manus eius in pugnum ad percutiendum, sed extensa sicut frondes palmarum ad donandum: dat enim omnibus affluenter quantum in se. Iacob. 1. Idcirco de ea potest dici sicut dicitur de sapientia Sap. 8. In operibus manuum illius honestas sine defectione: quia opera eius quæ exhibuit Filio Dei, honestatem habent indeficienter, similiter & opera misericordiarum quæ miseris peccatoribus impendere nunquam cessat.

Semper flexitur, sicut dicunt, ad alteram partem, quia non sinistram, sed dexteram & optimam elegit sibi partem Luc. 10.

Fructus eius dactylus exterius mollis & rubens, sed robustum lapidem continens interius. Fructus palmarum nostrarum Christus, qui carnem quasi mollem, id est, peccatrici similem exterius prætendebat, sed robur diuinitatis interius occultabat. Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus. Quæ videlicet caro mollis per benignitatem quæ ipsum coëgit incarnari, vnde de Spiritu sancto dicitur incarnatus, tandem rubricata est in passione sanguine proprio. Vnde dicitur ei Isa. 63. Quare rubrum est indumentum tuum, id est, caro. Virtus autem lapidis huius dactyli quo filij diuinitas figuratur, diabolum exercebrauit, quod signatum est. 1. Reg. 17. in facto Dauid, qui lapide detexit Goliath. Dactyli autem crescentes in summo palmarum cacumine dulciores, maturiores, grossiores, & sapidiores sunt. Talis fructus Christus Dominus. Isa. 4. Erit fructus terræ, id est, Mariz, sublimis. Qui ergo ad hunc fructum volet attingere, necesse habet in palmam ascendere. Vnde Cant. 7. Ascendam in palmam, id est, in crucem synecdochicè, cuius pars dicitur fuisse de palma, & apprehendam fructus eius qui est filius Virginis. Ipsa est enim palma, & crux palma. Sed palma, id est, Maria, palma, id est, cruci fructum suum commisit in

passione. Illis ergo qui à beata Virgine tota die quærent fructum suum, potest ipsa respondere & merito: Fructum meum commisi cruci videlicet, si vultis eum habere, ite ascendite in palmam, & colligite ibi. Ille vero altius in palmam ascendit, qui diuturniorem & acerbiorum poenitentiam facit, & maiori tribulationi pro Domino se exponit. Aliter. Qui hunc fructum sublimem voluerit in præsentem colligere per gratiam, necesse habet omnia temporalia & mundana per contemptum suis pedibus supponere, & de toto mundo scabellum constituere. Apocal. 12. dicitur de beata Virgine, Luna sub pedibus eius, id est, omnia mutabilia sub affectibus eius: & ideò habuit hunc fructum.

De lapide dactyli plantato oritur palma: & sic de palma non lapis nudus, sed dactylus. Sic virtus diuinitatis beata Virgini initium præbuit existendi, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus, non purus Deus, sed Deus & homo.

Quasi palma exaltata sum in Cades. Verba sunt sapientiarum, id est, sicut palma in altum crescit in Cades, quæ interpretatur sancta mutata, vel translata: sic ego cresco in altum in sanctis commutatus per gratiam de veritate culpæ in nouitatem vitæ, si transferantur ab amore mundi ad amorem Dei: quod signatur in translatione Enoch. Gen. 4.

Item sapientia quasi palma centenaria facit fructum: quia in antiquis est sapientia. Iob. 12. Et cani sunt sensus hominis. Sap. 4.

Item sapientia in modum palmarum humanarum habet ramos: quia docet rationabiliter operari.

Item post agones vitæ præsentis iustos coronandos denuntiat: sed hæc omnia non habentur nisi in Cades, id est, in translatione supradicta & vitæ sanctitate.

4. Christus palma. Inferius aspera & contemptibilis & rugosa. Sic & Christus in vita præsentem asperitates multas sustinuit & miseras, & fuit contemptibilis. Vnde vocat se opprobrium hominum & abiectionem plebis. Similiter & in cruce. Vnde Isa. 53. Vidimus eum & non erat aspectus, vsque, & nonissimum virorum, virum dolorum. Ecce rugositas, &c. Sed in resurrectione & ascensione apparuit eius pulchritudo: quod fuit summitas huius palmarum.

Quo plus oneratur radix palmarum, vberius fructificat. Sic & Christus in passione vbi plus fuit oneratus, irrisionibus, ludibriis, & flagellis, amplius & maximè nobis fructificauit.

Similitudinem humanæ manus expressit in frondibus: quia habitu inuentus est vt homo. ad Phil. 2.

Diuturnitatem foliorum. Vnde de eo dicitur: Et folium eius non defluet. De cælestibus enim semper tractabat, non de terrenis.

Coronat victores. Nam ipse erit præmium ipsorum, qui triplicem hostem subiugauerunt sibi.

Moraliter. Iustus vt palma florebit, id est, exemplo palmarum, quæ non fructificat nisi post centum annos, qui sunt vt multum vitæ humanæ summa, sicut dicitur Eccl. 18. Vnde Abraham non nisi centenarius natus est Isaac, id est, Iesus. Gen. 17. Nondum enim apparet quid erimus.

tur. Item florebit hic flore virtutum, ut in futuro afferat fructum. Vel florebit in futuro in stoli corporis & animæ. Vnde canit Ecclesia: Iustus germinabit sicut lilium, & florebit ante Dominum. Et iunior de Osee ultimo.

§. VI.

Cypressus.

1. Cypressus. Vnde dicit. Et quasi cypressus in monte Sion. Mons Sion Ecclesia, ut Sion significat Ecclesiam militantem, in qua Deus videtur per speculum in ænigmate, mons Sion Ecclesiam triumphantem: Sion enim interpretatur speculum vel specula. Exaltatur ergo in monte Sion beata Virgo, id est, in eminentia speculationis per cautelam vitiorum. Fecit mihi magna qui potens est. Ipsam enim nec extulit felicitas, nec depreffit afflictio. Maria cypressus. Quia coma eius tendit in conum. Vnde & dicitur cypressus confisera. Cypressus enim Græcè appellatur conos: eò quod caput eius à rotunditate erigitur in cacumine & imitatur formam conii: & fructus eius dicitur conus. Per hanc etiam comam designatur Mariæ virginitas, cui debetur aureola: vnde & depingitur coronata. Aliter. Cypressus dicitur ex eo quod ramos à torundo in acutum colligens velut conum facit in summo. Et Maria ramos virtutum suarum non per vanitatem dispergebat, sed ad vnum sublime, quod Deus est, colligebat, iuxta illud Eccles. 30. Contine & congrega cor tuum in sanctitate. Vnum enim petebat à Domino, sciens vnum esse necessarium. Luc. 10.

2. Maria cypressus. Quia cypressus arbor est medicinalis: quia genuit salutem animarum fidelium, Christum scilicet medicum vulnerum nostrorum. Vnde Eccles. 38. Altissimus, id est, pater, creauit, &c. Vnde dicit Isa. 45. de filio: Ego Dominus creauit eum hominem de terra, id est, beata Virgine, medicinam, id est, Christum, qui languores nostros tulit. Isa. 53. Melius inuenies hoc titulo, quod Maria terra.

Consolidat hermosos quibus interiora descendunt inferius, & exempla Mariæ consolidant nos, ne per cupiditatem proiciamus in terram interiora nostra. Eccles. 10. de cupido: In vita sua proiecit intima sua.

Complexione calida per dilectionem qua filium diligit & creaturas eius, sicut habuisti titulo de dilectione eius.

Sapore amara: quia multum amaricata est in filij passione. Vnde competit ei illud Ruth. 1. Ne vocetis me Noemi, id est, pulchram, sed vocate me Mara, id est, amaram, quia valde repleuit me Omnipotens amaritudine.

Colore lurrusa. Caro enim Christi rufa fuit per sanguineam passionem. Vnde signatus est per equum rufum. Zach. 1. Et ipsa lurrusa per compassionem: nam spiritaliter passa est in filio.

Odorifera, ut supra de cedro.

Recta per dilectionem. Vnde: Recti diligunt

te. Can. 1. Recta etiam, quia nunquam inclinata per amorem mundialium, vel aliquod peccatum. Vel recta per paupertatem quæ est rectitudo animæ, diuitiæ verò faciunt tortuosum.

Durum habet fructum, Christum scilicet, qui durus est in sacramento indignè accedentibus. Ioan. 6. Durus est hic sermo.

Membra mollia indurat & confirmat. Vnde oramus eam: Succurre miseris, iuua pusillanimes, & huiusmodi.

Fluxum sanguinis restringit. Et Maria cypressus est animæ æmorrhoea: quia desiccet venas mortis. Osee 13.

Nullo impulsu, nulla venustate comam deponit, id est, virtutes quibus ornat Christum caput suum, ei totum attribuendo, cum dicit: Fecit mihi magna qui potens est. Ipsam enim nec extulit felicitas, nec depreffit afflictio.

Maria cypressus. Quia coma eius tendit in conum. Vnde & dicitur cypressus confisera. Cypressus enim Græcè appellatur conos: eò quod caput eius à rotunditate erigitur in cacumine & imitatur formam conii: & fructus eius dicitur conus. Per hanc etiam comam designatur Mariæ virginitas, cui debetur aureola: vnde & depingitur coronata. Aliter. Cypressus dicitur ex eo quod ramos à torundo in acutum colligens velut conum facit in summo. Et Maria ramos virtutum suarum non per vanitatem dispergebat, sed ad vnum sublime, quod Deus est, colligebat, iuxta illud Eccles. 30. Contine & congrega cor tuum in sanctitate. Vnum enim petebat à Domino, sciens vnum esse necessarium. Luc. 10.

Lignum eius fructus & folia medicinalia sunt: sed in fructu eius quo Christus signatur, id est, in pomis præcipue consistit virtus medicinz: quia ipse operatus est salutem in medio terræ.

Folia etiam eius, fructus, & frondes, id est, verba, opera, & exempla, sunt in medicinam per exemplum sapientiz eius, sunt in cibum in filij sacramento, sunt etiam in vmbra & protectionem quoad frondes in quibus habet venustatem per exemplorum honestatem.

Dicitur fuisse quædam pars crucis Dominiæ, videlicet lignum infixum in rupe quod portabat totam crucem.

Ad multos vsus necessaria: inde enim sunt tabule ad scribendam, manubria cultellorum ad secandum, & huiusmodi. Sic & ipsa nobis in diuersis necessitatibus auxiliatur & prodest. Nam ipsa omnibus omnia facta est, ut quantum in se est, lucrifaciat vniuersos. 1. Cor. 9.

Oneribus supportandis aptissima: quia infrangibilis & nunquam oneribus cedit, sed sub eis perpetua stabilitate perdurat. Similiter & Maria nunquam oneribus tribulationum quas patiebatur in filio. Per charitatem verò quia omnia sustinet. 1. Cor. 13. infatigabiliter & quasi infrangibiliter humane infirmitatis in nobis onera sustinet & supportat, iuxta illud Rom. 15. Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere, & cetera.

Item possunt esse verba sapientiz. Sicut cypressus exaltata sum in monte Sion. Sicut enim cypressus exaltatur & crescit in altum in monte Sion,

Sion, qui est in Ierusalem: sic ergo sapientia exaltatur in contemplatiuis. Ezech. 1. Eleuatis animalibus de terra eleuabantur pariter & rotæ sequentes ea.

Item cypressus medicinalis in frondibus & foliis, & sapientia medicinam habet in verbis. Ezech. 1. Spiritus vitæ erat in rotis. Eod. 47. Erunt folia eius in medicinam.

Item hæc sunt verba Christi. Quasi cedrus exaltata sum, &c. & quasi cypressus in monte Sion. Cypressus comæ venustatem nullo deponit impulsu, in quo signatur conuersatio antiqua doctorum, quam nec laude, nec aliquo tentationis impulsu deponunt, & per hoc apti sunt exaltari, si tamen sunt in monte Sion, id est, in eminentia speculationis per cautelam vitiorum. Abac. 1. Super custodiam meam stabo. Christum autem exaltatur quasi cypressus: quia per eorum constantem operationem magnificatur, dum ei attribuitur.

§. VII.

Libanus.

1. Libanus. Vnde Eccl. 24. dicit Maria: Quasi Libanus non incisus vaporauit habitationem meam, &c. Nota sicut dicit Cantuariensis, quod hic Libanus dicitur pro monte, hæc Libanus dicitur pro arbore. Sed per metonymiam posuit Auctor nomen montis pro arbore crescente in monte. Ideo supra de arbore dicitur Libanus non incisus, cum deberet dici Libanus non incisa. Libanus mons quidam est Phœnicum, terminus Iudææ contra Septentrionem, cuius arbores proceritate, specie & robore cæterarum sylvarum ligna præcellunt. Hoc monte beata Virgo signatur propter virtutum eminentiam. Ipsa enim terminat Iudæam, quæ interpretatur confessio, contra Septentrionem quo signatur diabolus: quia ipsum misericorditer arceat à mentibus verè consentientium. Sicut autem arbores huius montis omnes alias excedunt proceritate, specie, & odore, sicut virtutes Virginis omnes virtutes aliorum sanctorum. In proceritate virtus contemplationis, vel sancta desideria. In specie virginitas, vel sancta exempla. In robore charitas fortis ut mors, humilitas supportans omnem virtutem, & virtus patientiz figurantur. Libanus autem quandoque accipitur pro monte, ut dictum est: quandoque pro arbore crescente in monte, ut supra: & secundum vtrumque modum interpretatur candidatio. Quandoque verò accipitur pro thure: quia Libanus Græcè, thus Latine: thus enim gummi est illius arboris quæ Libanus appellatur: & de tribus his prosequemur.

2. Nominè igitur montis Libani designatur tam generosa celsitudo Mariæ, quam excellentia partus eius. Per hoc autem quod dicitur de Libano arbore, quasi Libanus non incisus, illibata eius virginitas. Per hoc quod sequitur, vaporauit, matris fecunditas designatur. Est ergo dicere, Vaporauit habitationem meam, id est, Christi humanitatem, in qua habitauit cum hominibus, in modum aromatici vaporis exhalanti. Sicut enim terra vel hortus exhalat vaporem, ut huiusmodi exhalatione non scindatur aut cor-

rumpatur: sic beata Virgo genuit Saluatorem, ut in ea virginitas illibata seruetur. Vel vaporauit, id est, cum genui, qui est vapor virtutis Dei. Sap. 7. Vel vaporauit, id est, sine læsione produxi: quia sicut vapor procedit ex aqua calida vel aliqua alia re, ipsa re integra remanente: sic Christus designatus per Abel, qui interpretatur vapor, processit de Virgine. Sap. 7. dicitur de Christo: Vapor est virtutis Dei, &c.

Aliter: Libanus non incisus est thus integrum: quod si igne tangatur, vaporem suum sursum emittendo, manifestat habitationem suam. Sic beata Virgo per dilectionem quasi per ignem inflammata, per dilectionem operando & tam opera præcepti quam consilij ad Deum referendo, ostendit quod conuersatio sua in cælis erat. Phil. 3. per puram intentionem. Vnde dicit supra. Ego in altissimis habitauit. Per puram intentionem. Vnde etiam dicit Cant. 2. Inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Quasi diceret: Nihil aliud quero. Vel sic: Vaporauit habitationem meam, id est, Christum qui est habitatio mea. Fuit enim Christus habitatio Virginis à thure & passiuè. A thure: quia in ea nouem mensibus corporaliter habitauit. Passiuè: quia beata Virgo, sicut & omnes iusti spiritaliter, habitauit in eo. Vnde Act. 17. dicit Apostolus: Ipse est in quo viuimus, mouemur, & sumus. Vel vaporauit dicit: quia si vas apothecarium sapit & redolet aromatica contenta, etiam ipsi aromaticis amotis, quomodo non magis redolent cor & venter beate Virginis virtutum omnium odoramenta: in quo ventre ille, qui omne bonum est, per tot menses iacuit & nunquam recessit à mente. Vel sic: Vaporauit habitationem meam, quasi diceret: Illos qui sunt habitatio mea, humiles scilicet & castos quos inhabito per gratiam, vaporosos & aromaticos & delectabiles reddo.

Aliter de Libano. Libanus est arbor thuris, vnde nascitur colibanum, id est, lucidissimum incensum, & interpretatur candor, & signat candorem virginitatis. Christus autem qui oblatu est patri, seruore passionis incensus in odorem suauitatis, per gummi huius arboris designatur. Et dicitur castitas Mariæ Libanus non incisus: quia sine læsione virginitatis concepit & peperit Saluatorem. Aliarum enim coniugarum castitas Libanus incisus est: quia opere virili concipiunt. Sed Maria sicut Libanus non incisus, suum gummi protulit filium non incisa. Vel Libanus, ut aiunt, arbor est in Arabia, cortice & folio lauro similis, succum amigdali modo emittens, qui bis in anno colligitur, scilicet in autumno & vere. Sed autumnali collectioni præparatur inciso cortice in ætatis seruore, profliente spuma pingui, quæ concreta densatur: & hoc est thus candidum. Quando verò non scinditur arbor, concretum est in ea thus suauissimum, & in se suum retinet odorem. Dicit ergo Maria. Quasi Libanus non incisus vaporauit habitationem meam: quia conuersationem sanctam in mente conglomerauit: non emisit per incisionem adulterationis vel superbiz, sed in me concretam abscondi, ut vaporarem suauiter habitationem mentis Domino, & non impudenter promulgarem populo.

Item aliter Libanus nomen est montis qui

pascualis est & ferax herbarum : & ibi nutri- bantur vituli in sacrificio offerendi. Vnde : Et comminuet eos tanquam vitulum Libani , id est , humiliabit aded vt parati sint immolari pro Christo , qui prius per superbiam erant quasi cedri. Erat etiam mons ille irriguus fontibus & aromaticis arboribus densissime constitus , quæ si fuerint incitæ , priuabitur mons odore. Dicit ergo quasi Libanus non incisus , dum adhuc pullulat & fragrescit arboribus aromaticis. Vaporauit habitationem mentis meæ , vt Domino iocunditer redolens offeram sacrificium. Vel quia Libanus sonat thus in Græco : thus verd integrum in igne positum , maiorem reddit fumi copiam , quam si incidatur & comminuetur. Per fenum huius thuris signatur in Virgine gratiarum actio de impensis sibi beneficiis , & rectitudo scæ intentionis : quia fumus sursum ascendit. Vel hæc possunt esse verba Christi qui est Libanus , id est , candor lucis æternæ. Sap. 7. qui candidat per gratiam nigros peccatores : qui dicitur non incisus , quia pro nobis sponte oblatu est in cruce , sicut dicitur Isa. 53. Vnde dicit Ioan. 10. Nemo tollit animam meam , &c. In incisione enim violentia adhibetur. Vaporauit , id est , vaporosam & delectabilem reddidit habitationem meam , id est , vterum Virginis qui est thalamus meus , vel Ecclesiam quæ est aula mea , vel animam in qua habito per gratiam quæ est sedes & thronus : corda enim sanctorum quasi thuribula vaporosa sunt , ex quibus emittitur odor & fumus de manu Angeli , id est , Christi. Vapor etiam iste oratio est , quæ impinguat virtutes & sine qua arida sunt. Item de hoc Libano dicitur Cant. 5. Species eius vt Libani , electus vt cedri. Libanus candor : quia Christus secundum diuinitatem candor est lucis æternæ. Sap. 7. Vel vt Libani quæ est arbor thuris , quæ quidem arbor humillima est & modica : & totum quod ex ea manat , scilicet thus , aut ad medicinam valet , aut ad Dei honorificentiam & cultum. Sic & quidquid de Christo fluxum est in passione , scilicet sudor , lachrymæ , sanguis , & aqua , medicamentum fuit generis humani & honorificentia Dei Patris. Vel vt Libani montis , cuius hæc est species , quod toti terræ promissionis , supereminet , & quod vertex eius perpetud niueatus est , & quod de eodem monte perpetud defluunt fluenta terræ promissionis irrigantia. Vnde & dicitur Cant. 4. Quæ defluunt impetu de Libano. De his duobus Ierem. 18. Nunquid de petra agri deficiet nix Libani , aut auelli poterunt aquæ erumpentes frigida & defluentes. Habet etiam Libanus cedros aliis arboribus excelsiores. Hæc est pulchritudo sponsi , cuius vertex , id est , mens perpetuz virginitatis candore niueata , cuius altitudo toti terræ promissionis , id est , Ecclesiæ sanctorum supereminet , à quo fluenta gratiarum & doctrinarum descenduntia ,

tate sanctitatis niueum. Vel in vertice niueo puritas intentionis eius in omnibus. Sequitur electus vt cedri. Titulo , quod Maria credus , quære supra.

§. VIII. PLATANUS.

ET platanus. Vnde dicit Eccli. 24. Quasi platanus exaltata sunt iuxta aquam in plateis. Sapientia platanus , quæ propter latitudinem foliorum , id est , verborum dicitur à platos quod est latitudo. Et eius folia sunt ad modum scutorum : quia verba Scripturæ sacræ scuta sunt contra iacula hæreticorum & tentationum. Vnde Dominus singulis tentationibus diaboli sacræ Scripturæ auctoritates opponerebat quasi scuta Matth. 4. Ideo dicit Hieronymus : Ama sententias Scripturarum , & carnis vitia non amabis. Exaltatur autem sapientia in plateis : quia sicut dicitur Prouerb. 1. Sapientia , id est , Christus , foris , id est , palam & aperte prædicat. Vnde Isa. 45. Ego Dominus non in abscondito locutus sum , & in loco tenebrarum. Vel foris , id est , per omnes creaturas. Vnde Augustinus : Natus tui Domine sunt omne creaturarum decus : omnia enim clamant , Deus me fecit. Iob 12. Interroga iumenta , &c. In plateis dat vocem suam , id est , in latitudine plebium , reuocans à lata & spatiosa via quæ ducit ad perditionem. Matth. 8. Sequitur. In capite tubarum clamitat , id est , in loco frequentato ab omnibus , non semel , sed frequenter clamat. Christus etiam sicut platanus lata habet folia : quia dilatatus in cruce fecit vmbra peccatoribus. Vel ipsis gentibus signatis per latronem : quia in vmbra eius saluatus est. Thren. 4. Cui diximus , in vmbra tua viuemus in gentibus. In cruce enim dilatavit folia sacræ Scripturæ , & verba de eius passione scuta sunt & protegent , vt supra dictum est. Vnde Thren. 3. Dabis eis Domine securum cordis laborem tuum. Quod fit , quando passio Domini prædicatur. Mollis etiam est per pietatem & tener per compassionem maxime in foliis , id est , in verbis : quia lex clementiæ in lingua eius. Et est quasi arbor parula , paratus recipere & refrigerare omnes malo igne accensos. Vnde dicit Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis , &c. In plateis : quia dedit spem desperatis , dicens Ezech. 18. Nolo mortem morientis , sed vt conuertatur & viuat , dicit Dominus Deus : reuertimini & viuite. Vel plateæ sunt subditi , qui Ecclesiam dilatant , & quæ scilicet doctrina designatur per aquam. Vnde Naum vlt. Aquam propter obsidionem hauri tibi , id est , doctrinam Scripturæ sacræ : quia obfessa es ab hostibus tuis.

Dicit etiam Maria. Quasi platanus exaltata

seu tentationis remedium præstat. Et per hoc digna est exaltari & laudari in plateis , id est , in populis.

Maria platanus. Quia platanus à platos Græcè dicitur , quod est latitudo Latine. Vel quia est arbor parula , quæ expansis ramis vberem facit vmbra , & idoneum præbet vmbra culum calore solis nimio fatigatis. Sol Christus , cuius solis feruor ita inficitur eius & vindictæ , quam scilicet in ipsa sua temperata peccatoribus à peccatoribus detore & fideliter exortat. Parulam nihilominus si exhibet peccatoribus , omnes , quantum in se est , pias reprobis sub sua protectione , & omnes refrigerare malos igne reprobos. Et nota , quod vbi sunt folia lata , ibi est vmbra magna , & magna est vmbra protectionis eius : nam protegit contra carnalem concupiscentiam , quia virgo : contra ventum cupiditatis vanitatis , quia humillima : contra tentationes diuitiarum , quia pauperissima : contra feruorem solis , quia mater solis iustitiae. Dicit ergo Maria & serua te , vt non videris tot per diem , neque luna per noctem. Aliter : Vmbra huius platanus dicitur præstare motum verbi Dei in seculi. Spiritus sanctus ad hoc obambrauit , vt ipsam in vmbra culum Ecclesiæ præpararet. Vmbra enim in lampas est , & cor poro opaco oppositum ad lucem. Et quæ platanus ad concupiscentiam reddidit reprobam , quando lamina super eam dimittitur concupiscentia in extinguitur ad lucem humanitatis.

Arbor est scilicet à fructu. Et Maria vocens virginitatem , præstare scilicet quoniam concubitus funditatem. Vnde de ipsa dicitur Sap. 3. Felix sterilis & inconceptura , &c. habebit fructus , &c.

Similis vni de foliis. Et Maria in moribus similitudo illi. Quæ est vni de foliis. Vnde nota quæ alacritas de mari : Nam in quæ vni de foliis huiusmodi dicitur Ecclesiæ. Vnde Thren. 3. Dabis eis Domine securum cordis laborem tuum. Quod fit , quando passio Domini prædicatur. Mollis etiam est per pietatem & tener per compassionem maxime in foliis , id est , in verbis : quia lex clementiæ in lingua eius. Et est quasi arbor parula , paratus recipere & refrigerare omnes malo igne accensos. Vnde dicit Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis , &c. In plateis : quia dedit spem desperatis , dicens Ezech. 18. Nolo mortem morientis , sed vt conuertatur & viuat , dicit Dominus Deus : reuertimini & viuite. Vel plateæ sunt subditi , qui Ecclesiam dilatant , & quæ scilicet doctrina designatur per aquam. Vnde Naum vlt. Aquam propter obsidionem hauri tibi , id est , doctrinam Scripturæ sacræ : quia obfessa es ab hostibus tuis.

Dicit etiam Maria. Quasi platanus exaltata

docuit humilitatem Matth. 11. dicens : Discite à me , &c. per quam scilicet sapientiam exaltata sum iuxta aquam celestis sapientiæ : in plateis Ierusalem civitatis supernæ : quia qui se humiliat exemplo meo , exaltabitur. Luc. 14. Sequitur. In plateis. Plateæ sunt corda illorum dilatata charitate. Tob. 13. Plateæ Ierusalem ex lapide candido mundo sternuntur. Aqua in plateis , gratia in corde lato per charitatem , & plano per simplicitatem. Et in tali corde exaltatur Maria.

Aliter. Exaltata sum in plateis , in illis scilicet qui constituti sunt in latis viis , quæ ducunt ad mortem. Thren. 4. Non sunt cogniti , id est , sunt æternaliter reprobari : quia in plateis huiusmodi , qui quanto fragiliores , tanto indigent misericordia ampliori. Et in his plateis est ipsa quasi platanus , protegens eos misericordia copiosa : ne mox rapiantur ad infernum , sed ad penitentiam misericorditer expectantur , & ne diabolo ipsos , quantum velle peruenire præualeat. Vel exaltata idem se dicit in plateis , id est , in latitudine multiplici : quia Virgo cum virginibus , vidua cum viduis , coniugata cum coniugatis. Vnde dicit : Et ambulabam in latitudine. Vel aliter : Platanus , vt dictum est , habet folia lata. Et Maria platanus est , quia abundans in doctrina. Nam cum seruaret omnia quæ de filio dicebantur , conferens in corde suo Luc. 2. ex abundantia cordis. Matth. 12. prudenter & securè poterat loqui. Exaltata igitur est in plateis civitatis , id est , Ecclesiæ , hoc est , in Apostolis , qui omnibus erant communes vilitatem omnium procerando. Vnde Paulus dicit 1. Cor. 9. Omnes omnia facti sumus. Plateæ etiam profusa sunt , in quo humiliter discipulorum illius qui dicit Matth. 23. Discite à me , &c. Plateæ enim via sunt dicitur & Apostoli via fuerunt omnibus per exemplum. Vnde vocatur sal terra. Matth. 13. quia omnibus vni concupiscentiam præstabat. Iob 11. Plateæ tibi responderunt. Et in plateis est Maria. Vnde Thren. 3. Dabis eis Domine securum cordis laborem tuum. Quod fit , quando passio Domini prædicatur. Mollis etiam est per pietatem & tener per compassionem maxime in foliis , id est , in verbis : quia lex clementiæ in lingua eius. Et est quasi arbor parula , paratus recipere & refrigerare omnes malo igne accensos. Vnde dicit Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis , &c. In plateis : quia dedit spem desperatis , dicens Ezech. 18. Nolo mortem morientis , sed vt conuertatur & viuat , dicit Dominus Deus : reuertimini & viuite. Vel plateæ sunt subditi , qui Ecclesiam dilatant , & quæ scilicet doctrina designatur per aquam. Vnde Naum vlt. Aquam propter obsidionem hauri tibi , id est , doctrinam Scripturæ sacræ : quia obfessa es ab hostibus tuis.

Dicit etiam Maria. Quasi platanus exaltata

Myrrha crescit in Arabia, & est similis spinæ, quam acantum dicunt. Sarmenta eius Arabes ignibus fouent, quorum fumo factis noxiis nisi ad odorem thoracis accurrant, pleurique insanabiles morbos contrahunt. Myrrha autem Trogodite ab insula Arabiæ dicitur ubi melior & purior colligitur. Vbi autem nos habemus, sicut cinnamomum, alia litera habet, asphaltum pro cinnamomo. Et est asphaltum arbor modica & odorifera, rubra, vel rufi coloris, spinas habens candidas, de cuius radice fit vnguentum. Dicit ergo Maria: Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans, odorē dedit, pietatis & humilitatis: quæ duo in cinnamomo & balsamo figurantur. Qui ergo fuerit, currat ad Mariam, ut pigmentetur ab ea. Et quandoque sumitur cinnamomum pro arbore, quandoque pro arboris cortice. Primum ergo de arbore, secundum de cortice videamus.

2. Item cinnamomum arbor crescit in peregrinis & longinquis regionibus, scilicet in India & Æthiopia ad literam. In quo signatur, quod vique ad remotissimas regiones habetur veneratio Virginis gloriosæ, sicut ipsa dicit Luc. 1. Beatam medicent omnes generationes. Maria etiam ab illis qui fuerunt flagitiosi peccatores, honoratur, & per misericordiam vult ab ipsis honorari. Mythicè regio peregrina vita peccatoris, sicut de filio prodigo dicitur Luc. 15. quod peregrinè profectus est in regionem longinquam: vita enim peccatoris regio peregrina est à Deo & à conditione humana: quia homo non est factus ad peccandum, sed ad seruendum Deo, qui nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit laxamentum peccandi, Ecclesiastes 15.

Duorum cubitorum: & hæc proprietas æquè conuenit matri & filio. Sicut enim ipse semper fuit Filius Dei & mansit Filius Dei, & cepit homo esse, ut vere posset dicere: Sum quod eram, scilicet Deus: nec eram quod sum, scilicet homo. Sic potest dicere Maria post partum: Sum quod erat, scilicet virgo: nec eram quod sum, id est, mater: modo dicitur vtrumque, id est, mater & virgo. Et hi sunt duo cubiti quibus Mariæ dignitas mensuratur, scilicet virginitas & fecunditas. Ideo dicitur Eccl. 26. Gratia super gratiam, &c. Gratia fecunditatis super gratiam virginitatis. Et nota super: quia vtrumque fuit ex speciali gratia Spiritus sancti. Quare concordantiam de lago duplicato. Sed quod facta est Dei mater, super omnem gratiam est: & hoc figurat præpositio, super.

Medicinalis: quia ex Mariæ sumpta est caro Christi, qua curatum est genus humanum. Eccl. 38. Altissimus creauit, &c. Vnde super illud Hebræ. 7. vbi dicitur, quod Leni decimarum est per Abraham, dicit Glossa, quod Christus non traxit ex matre feruorem vulneris, sed materiam medicaminis.

Tenuissimas & subtiles dicitur habere virgulas & sursum tendentes, quæ quasi in seipsas replicantur, quibus designantur cogitationes Virginis super omnes alios sanctos spirituales, subtiles, & subtiles & ad Deum tendentes. Virgule istæ in seipsas replicantur: quia Mariæ cogitatus per sui discussionem ad seipsam reci-

procabantur. Vnde dicit: Ecce ancilla, &c. Ecce replicatio. Item Luc. 2. Maria conseruabat omnia, conferens in corde suo. Ecce virgarum collectio. Aliter. Tenuitas & erectio virgarum designant in ea tenuitatem paupertatis & erectio-nem à terrenis.

3. Item cinnamomi cortex robustus, quo designatur in Virgine virtus patientiæ quæ tribulationibus pluriarum, grandinum, & ventorum obicitur, ne spiritalis viror arefeat. Assigna de patientia Mariæ. Et dicitur iste cortex esse tricolor, scilicet cinereus, vel subniger, vel secundum phisicos citrinus. Fuit etiam color Virginis quasi cinereus, id est, despectus, vel propter paupertatem, vel quia corrupta reputabatur à Iudæis. Vnde dicebant de filio eius Matth. 14. despectus, Nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria, &c. Subnigra autem fuit in afflictionibus quas filius sustinuit ante passionem. Surrufa vero vel quasi citrina per compassionem in filij passione.

Rotundus & subtilis: quia Maria conuersatione cælestis, & subtilis substantiæ per carnis macerationem, paupertatem, humilitatem, & contemplationem. Quare titulo de rosa.

Rugosus: in quo signatur parsimonia Virginis: quia ex defectu victualium proueniunt rugæ. Est autem parsimonia scientia vitandi cultus & sumptus superfluos.

Coloris cinerei, qui vilis est & despectus: in quo signatur dilectio paupertatis & mundani contemptus: per hæc enim duo maluit in mundo vilescere, quam lucere, vilipendi quam appetiari. Et ideo dicit odorem cinnamomi se dedisse: quia dedit exemplum contemnendi quidquid in mundo gloriosum: verè enim fuit humilis per paupertatem spiritus: & sicut dicit beatus Bernardus, Verè humilis non vult humilis prædicari, sed vilis reputari. Aliter: Color cinereus color mortuus est: sed sub hoc colore latet in cinnamomo sapor viuus. Et Maria mortua erat mundo, & ideo saporabat imò & sapiebat dulcedines aromaticas paradisi. Item ratione coloris cinerei signat eos qui dicunt cum Abraham, Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis. Genes. 18. Idem enim sentiebat & loquebatur de se Maria filia Abraham.

Acurum sapit cum dulcedine. Vnde Theophilum redarguisse legitur, ecce acutum: & consolata est, ecce dulcedo.

Intensæ dulcedinis: quia conuersatio eius quandiu fuit in seculo dulcis ad imitandum, & adhuc dulcissima ad recolendum.

Quantò gracilior & tenuior, tantò dulcior, catio, & odorator. Sic Maria quantò gracilior per humilitatem & tenuior per abstinentiam & paupertatem, tantò Deo gratiosior per meritum, & mundo odorator per exemplum.

Ad calorem solis à stipite separatur: quia propter amorem solis iustitiæ ab amore sui carnis quæ signatur per stipitem, imò omnia carnis separata est. Vnde non caro, sed anima appellatur Pron. 25. vbi dicitur thesaurus in annuntiatione. Aqua frigida animæ frigida, id est, Mariæ, nuntius bonus, id est, Gabriel missus ad eam, de terra longinqua, hoc est, de cælo.

Cum

Cum frangitur, emittit visibile spiramentum: quia cum prærogatiua Mariæ aperitur effectus eius quasi visibiliter & manifestè sentitur: sicut cum gariofilum masticatur, & gustans reficitur, & astans odore recreatur.

Quò plus atteritur, maiorem emittit odoris fragrantiam. Et quantò magis Maria afflictæ est in filio, maioris odoris fragrantia vtramque Ecclesiam pigmentauit, quia sic facta est non solum martyr, sed etiam plusquam martyr.

Vinum pigmentat. Et Maria vinum prædicationis, vinum etiam compunctionis & lachrymarum: nam per eam sperant rei ad misericordiam filij peruenire.

Medicinalis est, & multum valet contra sin-copim, id est, defectum cordis: quod designatum est in nuptiis Ioan. 2. quando vinum impetruit à filio. Quod etiam quotidie facit, quando torpente deuotione feruorem tepidis subministrat.

Vulnera consolidat. Solidatio spiritalium vulnerum, spei securitas & venia peccatorum. Hæc duo fecit Theophilo.

Fluxum sedat, fluxum scilicet illius inundationis, de qua habetur Osee 4. Maledictum & mendacium, vsque, inundauerunt.

Degustantem confortat, sicut patet in magno parte Basilio timenti Iulianum apostatam, & similiter in Theophilo.

Confectiones quibus admiscetur, reddit sapidas. Non est enim sermo qui non sit dulcior, si in ipso fiat mentio de ea. Vnde Eccl. 49. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria. Ideo etiam hæc cinnamomum aromatizans: quia vbiq; diffundit odorem pietatis & misericordie suæ & omnium virtutum suarum.

Os comedentis & masticantis se reddit odoriferum. Exemplum de Iostio monacho, in cuius ore, oculis & auribus inueniuntur sunt quinque rose coloris & odoris eximij, quando mortuus est, qui singulis diebus quinque preces beate Virginis deuotissime decantabat. Et hoc contigit in abbatia sancti Bertini apud sanctum Andomerum.

4. Item per hoc quod Maria se comparat cinnamomo, ostendit quod perfectè mundum contempserit, & perfecti contemptus mundi nobis reliquit exemplum. Habet enim, ut dictum est, cinnamomum arbor virgas tenuissimas & erectas, & in gracilitate notante tenuitas paupertatis, & erectio à terrenis: quia virga erecta est in colore cinereo amor ipsius paupertatis, quæ non vult lucere in mundo, sicut nec cinis lucet, sed magis vilescere sicut cinis vilis est. Ideo ergo dicit se quasi cinnamomum propter tria hæc: quia dedit perfectum exemplum contemnendi omne mundanum.

5. Christus cinnamomum. Quia cinerei coloris: quia assumpsit de Virgine carnem similem peccati. Color enim cinereus color despectus est, & talis erat apud Iudæos præsentia Saluatoris: vnde quidam dicebant Marc. 6. Nonne hic est fabri filius Mariæ, &c. & scandalizabant in illo. Vel potius quando in passione non fuit ei species, neque decor. Isa. 53. Et mortuus erat corpore, sed vivebat deitate, sicut in cinnamomo

est color mortuus, & sub eo sapor viuus delitescit.

Quò magis attritus est propter scelera nostra. Isa. 53. maioris emisit fragrantiam odoris: quia fracto alabastro corporis eius in cruce, domus, id est, vtraque Ecclesia repleta est ex odore vnguenti. Ioan. 12.

Fractus in cruce emisit visibile spiramentum quasi nebulam & odorem suauitatis ad placandum iram Patris. Vnde Sap. 18. Properans homo sine querela, &c. Quod de Aaron legitur ad literam, sed de solo Christo propriè interpretatur. Et tunc sicut ipsemet dicit Eccl. 24. quasi nebula texit omnem carnem ab ira Patris, quasi à feruore solis. Sicut etiam nebula solis feruori se opponens & illum suscipiens dissipatur, sic & caro eius in passione. Quod autem caro eius designetur per nebulam, habuisti titulo de horto §. 7.

Scriptura sacra, cinnamomum. Quia Scriptura sacra, vel etiam sapientia, cum frangitur multiplici expositione, pigmentat vinum doctrinæ & vinum compunctionis, spem tribuens desperatis. Ezechiel. 18. Nolo mortem morientis, dicit Dominus. Reuertimini & uiuite.

Coloris est cinerei cordibus nostris imprimens memoriam finis. Vnde Plato: Hæc est summa philosophia, continua mortis memoria. Eccl. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

Dulcis & medicinalis: nam medetur languoribus animarum, & futuram promittit retributionem, & sistit vitiorum incentiua. Hieronymus: Ama sententias scripturarum, & carnis vitia non amabis. Dicit etiam sapientia: Sicut cinnamomum dedi suauitatis odorem.

Cinnamomum cinerei coloris est, per quem intelligitur timor & vilificans & incinerans. Quasi dicat sapientia: Dedi eis timorem per quem sunt odoriferi, ut eorum spiritus erigatur à malo. Odoriferi enim confortant & maxime quæ restringunt.

Item viri sancti propriè dicuntur cinnamomum; qui in cinere penitentia degentes, & Dominice passionis memores, vbi in sole posuit tabernaculum suum, quando corpus suum exposuit feruori passionis, propter amorem solis iustitiæ separantur à stipite suo quasi quadruplici, mundo, carne propria & domestica, id est, amicis carnalibus, proprio sensu, & propria voluntate, ab huiusmodi stipitibus necesse habent separari, qui volunt agere fructuosam penitentiam & imitari Dominicam passionem.

§. X.

Myrrha.

1. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoriferi. Myrrha est serbus in Arabia quinque cubitis crescit in altum, odorifera, alba spinæ similis, per quam quandam distillat, quæ viridis est & amara: quæ gutta dicitur similiter myrrha quandoque inciso cortice, quandoque sine corticis incisione. Quæ etiam talis est virtus, quod

quod corpora mortua quæ ipsa perunguntur, à putredine, vermibus, & fetore dicitur conseruare. Quæ sponte manat, pretiosior est, & dicitur myrrha electa. Quæ verò per incisionem corticis emanat, vilior est, & minoris efficaciz. Hæc etiam gutta medicinalis est.

Comparatur autem sapientia myrrhæ electæ: quia docet spontaneam carnis mortificationem, dicens ad Coloss. 3. Mortificate membra vestra, &c. Docet etiam perfectam continentiam, quæ est myrrha electa, si sit voluntaria: ad depressionem enim carnis communia sunt amaritudo penitentiz & continentiz. Et hæc duo dant aliis odorem: quia ædificant: non tamen dant suauitatem odoris nisi sit myrrha electa, id est, penitentia, & continentia voluntaria.

Dicit etiam Maria: Quasi myrrha electa dedi suauitatis odoris.

Maria myrrha: quia myrrha arbor in Arabia, quæ interpretatur vespera vel occidens. Myrrha interpretatur amaritudo. Maria mare amarum propter multas amaritudines quas sustinuit in filio. Fuit autem arbor myrrhæ in vespera passionis filij: fuerat enim arbor lætitiæ quando dixit: Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Sed amaritudinis, quando occidit sol iustitiæ.

Arbor est quinque cubitorum, quibus crescit in altum. Hi cubiti sunt mundatio in vtero, vnde quidam celebrant hoc festum, natiuitas, annuntiatio, purificatio, assumptio, vt primus cubitus sit interstitium temporis inter mundationem & natiuitatem, & sic de aliis.

Spinæ similis. Per spinas intelliguntur peccatores. Vnde Maria apparuit quasi spina, quando legem daram de mulieribus, quæ de viris conceperant, & consuetudinem obseruauit.

Guttam distillat, quæ viridis est & amara. Gutta ista Christus filius Mariæ viridis, qui color refertur ad celestia: quia Christus de celo venit in Virginem, amaritudo refertur ad passionem.

Christus gutta myrrhæ: quia gutta hæc acumine caloris inuiscatur circa arborem suam: quia Christus virtute dilectionis eximie adhaesit matri suæ ipsam educanti. Vnde Luc. 2. Descendit cum illis Nazareth, &c.

Gutta hæc pretiosa est, cuius pretio sumus redempti. Iob 18. Nescit homo pretium eius. Huius pretij crux fuit scelerata: & quia præponderauit peccato, sublarum est peccatum, & passio descendit in terram. Amos 9. Fasciculum suum super terram fundauit. Preponderauit etiam debito detentionis multorum in inferno. Vnde eo descendente ad mortem, sepulchram, & inferos, ipsi eleuati sunt de inferno. Idem de cruce egregie dictum est: Secreta facta est corporis prædamque tulit tartari.

Gutta sponte manans pretiosior est elicta corticis vulnere. Et Christus exiit in natiuitate de Virginis vtero clauso & signato. Sponte etiam se obtulit pro nobis passioni. Vnde Ioan. 18. processit obuiam venientibus ad capiendum se. Idem comparatur camelo: quia sponte se in-

clinauit ad onera nostræ infirmitatis ferenda. Luc. 18. Facilius est camelum, &c.

Gutta hæc lucida interius: quia Christus lumen diuinitatis accendit in testa nostræ mortalitatis: & idem obscuratur exterius velut testa.

Corpora mortuorum inde peruncta seruat à putredine, vermibus, & fetore: quod fit quando ad eius exemplum facimus penitentiam. Putredo auaritia, vermis superbia, fetor, luxuria. Superbia. Augustinus: Vermis diuitum superbia.

Odoris est præcipui. Vnde hic dicitur: Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris, contra illum odorem de quo meretrix dicit Prouerb. 7. Aspersi cubile meum myrrha & aloë, &c. Hæc meretrix vanitas aut voluptas. Cubile mundana delectatio. Sed iusti debent attendere in hac myrrha, non delectationem, vel odorem, sed amaritudinem penæ sequentis. Omnis enim voluptas myrrha est resperfa: quia risus dolore miscebitur. Prou. 14. & extrema gaudij luctus occupat. Myrrha autem passionis Christi fuit amarissima Christo patienti: sed suauissima & odoris præcipui Christiano recolenti. Nihil enim dulcius captiuo quam si pretium suæ redemptionis audiat numerari: quod fit, quando passionis articuli distinguuntur. Myrrhæ ergo gustus amarus & odor suauis.

Gutta myrrhæ est rotunda: quia per eam æternæ gloriæ nobis aditus aperitur.

Gutta hæc calida & sicca. Valdè enim calidus fuit Christus, quando dixit, Sitio. Vnde sicut sol guttam amaram, sic Christus tunc latronem attraxit & dulcorauit.

Gutta hæc medicinalis est ad minus quadrupliciter. Primò quia restringit humores à capite fluentes: quia cogitationes præsumptionis elidit memoria Crucifixi, sicut patet in Petro, qui recogitans Christum passum, fecit gyrari crucem suam. Secundò quia valet contra striduram pectoris. Per pectus scientia, per striduram angusta scientia, quam mirabiliter Christi passio dilatauit. Tertio quia masticata tollit fetorem oris, qui est loqui sublimia gloriando. Vnde Isa. 43. Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: Et narra si quid habes vt iustificeris. Quarto quia consumit putredinem vulnere, quæ est iteratio peccati. Vnde: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ: quia recidivantes rursum sibi crucifigunt Filium Dei. Ad Hebr. 6.

Secundum supra dicta Maria est arbor myrrhæ, cuius arboris gutta Christus Dominus: verumtamen quia secundum quod hæc litera legitur de beata Virgine, beata Virgo comparatur guttæ myrrhæ. Notandum ergo, quod myrrha arbor designat Iudæam propter amaritudinem peccatorum, cui dicitur Ierem. 2. Quomodo conuersa es in amaritudinem, vbi aliena nostra litera habet in præuim. Hæc arbor in Arabia fuit tempore beate Virginis: quia tenebat in defectum. Quinque cubitos huius arboris faciebant regnum & synagoga, quæ synagoga, sicut dicit Gregorius, de quatuor angulis domus filiorum Iob diuisa erat in quatuor, principes sacerdotum, scribas, seniores populi, & Phariseos: & omnes hi erant similes spinæ

per multas peccatorum punctiones. Ab hac arbore effluit quasi gutta myrrhæ beata Virgo, vt possit dicere: Sicut myrrha electa dedi suauitatem odoris. Cætera secundum hunc processum à superioribus colligantur.

Dicitur ergo myrrha electa. Illa autem myrrha est electa, quæ sine vulnere manat ab arbore: & illam amaram carnis mortificationem designat, quam profert anima nullo peccati vulnere lauciata. Talem myrrham distillauit beata Virgo, quæ licet peccati vulnus non haberet, seipsam tamen multipliciter mortificare curauit. Et talis mortificatio siue myrrha propter Deum est. Vnde ipse dicit Cant. 5. Messui myrrham meam, &c. Et hæc myrrha prima & probatissima, sicut ibidem dicitur: & myrrha electa, vt supra. Minus enim pretiosa est penitentia peccatorum, quam penitentia iustorum. Et nota, quod Dominus messui myrrham istam in sua assumptione: & idem iustum erat vt in mense augusti quando metuntur legetes, celebratur assumptio eius.

Item Maria comparatur myrrhæ. Quia sicut myrrha corpora inde peruncta seruat à corruptione, sic Maria per gratiam meritum, exemplorum, & orationum suarum seruat familiares suos à corruptione luxuriæ. Myrrha probata castitas coniugalis, probatior continentia virginalis, probatissima castitas virginalis, quam ipsa præ cæteris elegit in exterminium legis quæ virginitatem habebat opprobrio. Idem ipsa dicit Cant. 5. Digni mei, id est, discretæ cogitationes & affectiones meæ, pleni sunt myrrha probatissima: quia de virginitate cogito. Et idem dedit non solum odorem per exemplum virginitatis, sed odoris suauitatem, vt multos alliciat ad propositum virginitatis. Odor enim non alliciat, sed suauitas odoris. Vnde Psal. Adducentur regi virgines post eam.

S. XI.

STORAX.

STORAX. Eccl. 24. Quasi storax & galbana & virgula, &c. His quatuor se comparat beata Virgo propter quatuor cardinales, in quibus non solum per exemplum. In storace pinguedo est, quæ apparuit in filij passione. Nam hæc lachryma est, quæ colligitur in articulis, quibus feruntur peccationes: quæ signantur tunc molesta sunt purgationes: quæ Christus cum matre concepit per molesta quæ passus est in cruce, purgant morbos peccatorum: & tunc manifestissime apparet beata Virgo. Ipsa enim erat fortis & virgula, quæ beatus Salomon, sed non inuenitur, quæ inuenitur fortis quæ inuenitur: & hæc beata Virgo, quando dicebat Eccl. 24. Virgo ipsa inuenitur pertransibit gloriæ, &c. Quia tunc de martyrio eius, de quo præcipue tractat. Per storacem signatur potentia sanctorum, quæ manifestatur in seruire charitatem eorum, quæ scilicet patientia ipsi purgantur, licet molestissima sit natura. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Aliter. Secundum Isidorum storax arbor est Arabia similis malo cedonio, cuius virgula

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

intra caniculæ ortum cauernatim lachrymam fluunt, quæ scilicet lachryma cadens in terram, immunda est: sed cum adheret proprio cortici, vel calamo, & tenet se sursum, tunc est munda. Hæc etiam lachryma proprie albida, tandem fulua fit solis causa. Et ipsa gutta dicitur storax calamites: quia seruatur in calamo: & est pinguis, resinosa, humecta, & odoris iocundi, & veluti mellosum liquorem emittens. Et dicitur storax: quia est gutta arboris profluxa & congelata. Nam Græci storax guttam dicunt: Græcè autem storax, Latine storax dicitur. Vnde versus:

Albaque diffusis dependet stiria ramis.

Maria dicitur storax. Quia storax arbor Arabia, quæ interpretatur campestris: quia campus fructifer & latus & studiosè excultus. Similiter & beata Virgo studio Spiritus sancti agricolata est & exculta, & nobis attulit pretiosum illud frumentum quo in sacramento pascantur homines & Angeli. Ioan. 12. Nisi granum frumenti, &c. Lata est etiam per multitudinem & viscerata pietatis. Quære titulo de terra, vbi describuntur proprietates campi. Huius arboris gutta primo candida est, postea calore solis fusca efficitur. Hæc gutta Christus Dominus candidus per innocentiam & animæ puritatem: quia peccatum non fecit, sed calore solis, id est, seriore passionis quasi fuluus factus est illis quasi sursus. Vnde dicit sponsa: Amicus meus candidus & rubicundus. Similiter & beata Virgo candida per virginitatem, sed in filij passione fulua facta est & quasi sursus per compassionem. Vnde dicit Cant. 1. Fusca sum quia decolorauit me sol, id est, Christus, cui mente compassa sum.

Dicitur calamites: quia tam gratia matris quam filij conseruatur in calamo perfectæ humilitatis.

Pinguis est per deuotionem quam suis familiaribus subministrat. Vnde dicit cum filio promittens hanc pinguedinem obedientibus sibi Isaiaz 55. Audite audientes me & comedite bonum: & delectabitur in crassitudine anima vestra.

Mellosi liquoris. Vnde dicit mater cum filio: Spiritus meus super mel dulcis, &c.

Iocundi odoris: quia vitæ in his qui salui sunt, odor vitæ in vitam.

Humecta tingendo alios in beneficiis & doctoris.

Gutta profluens quasi congelatur & compingitur effectiue dando perseverantiam.

Exterius quasi obscura, sed intus quasi lucida, vt supra dictum est de myrrha.

Stilla in seruire ætatis: quia non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit Deus. Vel quia ex charitate nobis Euangelium prædicauit. Ezech. 21. Fili hominis stilla ad sanctuarium.

Caernatim fluit hæc lachryma corticis incisione: quia Christus incisus in cruce quinque plagis de caerna sui corporis nobis aquam & sanguinem propinauit & Ecclesie sacramenta.

Infrigidata calefacit. Et Maria signatur per Abisach quæ David frigidum calefecit.

Superflua tollit. Sic & Christus dicens Luc. Quod superest, dare elemosynam.

M m Dura

Dura emollit. Ezech. 36. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo cor carneum.

Dicitur curare lippitudinem oculorum: & hoc tri: buens virtutem discretionis.

Dicitur curare tussim & reumata, id est, cogitationes & curas superfluas.

Dicitur consolidare dentes motos, id est, virtutes quibus anima paciscitur suo modo.

Malaxatur ad ignem velut cera.

Qui comburunt vnam myrræ, sœtorem sentiunt intolerabilem & periculofum, nisi per fumum stercoris eidem succurratur.

Moraliter. Lachryma stercoris cadens in terram, immunda est. Hæ sunt lachrymæ hypocritarum serdidæ: quia effunduntur pro cupiditate terrenorum vel laudibus mundanorum. Sed lachrymæ iustorum lugentium pro iriguo superiori & ex amore diuino mundæ sunt. Et de his dicit Psal. Domino: Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut bonum vinum ante magnates.

§. XII.

Galbanus.

1. Secundum Isidorum galbanus est succus ferule. Alij dicunt, quod galbanus vel galbanum nascitur in Syria similis herbæ quæ ferula dicitur, & emittit guttam similem resinæ quæ vulnera sanat, & serpentes fugat. Super 31. Exod. dicit Glossa, quod galbanum est succus ferule, & nascitur in Syria optimum, cartilaginolum est, & minus lignosum, cuius odore fugiunt serpentes. Est autem ferula herba quæ propter semina in folliculis contenta, strepitum magnum facit, quando mouetur: sed parum ledit, si quid ea percutitur. Habet etiam ferula similitudinem feniculi, sed stipitem grossiorem & longiorem. Alij dicunt, quod galbanum gutta est cuiusdam fruticis, à quo scilicet frutice erumpit liquor, qui condensatur circa fruticem, & galbanum: in quo signatur temperantia beatæ Virginis. Frutex corpus humanum, à quo in ætate, id est, in charitatis feruore liquor puritatis erumpit, id est, amor temperantia: quia charitate existente in anima temperantia fit in carne: & condensatur hæc gutta circa stipitem, id est, carnem: in quo notatur perseverantia in hac virtute.

2. Galbanus signat humilitatem: quia sanat apostemata.

Signat spem: quia valet contra frigiditas passionis: & spes curat timorem malum, desperationem, & similia, quæ sunt frigida animæ passionis. Christus enim qui solus est propriè dator virtutum: & beata Virgo quæ orando nobis ab eo impetrat virtutes, dant odorem sanctis, quasi galbanus, id est, spem qua perseverent in aduersis & excludant timorem malum, & similia. Spes enim prudens est negotiatrix, quæ posse humanum mutat in posse Dei. Ita. 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Per virtutem enim spei habetur perseverantia, quæ quasi nutrit in possessionem etiam adhuc pendente lite: quia nescit ho-

mo vtrum dignus sit amore an odio. Ecclesiastes 9.

§. XIII.

Vngula.

Vngula idem quod onica, quæ Græcè dicitur vnguis. Onix etiam Græcè, vnguis Latinè, & habet vngula formam vnguis humani. In vngue vero notatur prudentia. Dedit ergo Maria odorem quasi vngula: quia exemplum prudentiæ eius redundat in alios. Ipsa est enim Virgo sapiens, quæ accepta lampade, id est, exteriori conuersatione honesta, sumpsit secum oleum, id est, bonæ conscientiæ testimonium. Math. 25. Prudens etiam fuit negotiatrix: quia amorem creaturæ omnino commutauit in amorem Creatoris. Habuit enim prudentiam serpentis omnia pro capite exponendo. Item vnguis humanus clarus est, ita quod quandam supplet vicem speculi, quod etiam competit prudentiæ. Item vngula scabiem purgat, & per hoc signat virtutem abstinentiæ. Item vngula finis est animalis, quia habetur in pedibus, & significat considerationem triplicis finis. Finis temporalium, quæ hominem in morte deserunt: & hic debet instruere hominem ne temporalibus adhæreat per amorem. Finis voluptatum & gloriæ mundanæ, quæ scilicet voluptates peccatoribus in tormentis, & gloria in ignominiam commutantur. De his duobus Apoc. 18. de anima peccatrice: Quantum gloriificauit se & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Hæc est sententia diffinitiuæ. Finis etiam proprii, quia nescit homo finem suum, &c. Eccl. 9. Ibidem: Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. Dant igitur Christus & beata Virgo electis suauitatem odoris, vt sint quasi vngula per huius triplicis finis considerationem. Deut. 32. Vtiram sapienter, ac nouissima prouiderent. Eccl. 7. In omnibus operibus, &c. Thren. 1. Sordes eius in pedibus, &c.

§. XIV.

Gutta.

Est autem gutta generale nomen. Sed hic dicitur gutta, quæ alio nomine dicitur emoniaca, & lachrymas stillat in arenis. Sed arenis inhærens, inutilis est: non arenosa vero curat omnes duritias: quod bene competit iustitiæ, quæ omnia adæquat, vnicuique reddens quod suum est. Et iustitiæ Virginis diligenter considerata, corda dura emollit, & plenitudo iustitiæ redundat ab ea per exemplum. Reddidit enim Gabrieli Dei nuntio discretam responsonem dicens: Quomodo fiet istud? Deo laudem dicens: Magnificat anima mea Dominum, &c. Homini sufficientem instructionem, dicens Ioan. 2. Omnia quæcumque dixerit vobis, facite.

Item gutta quia curat quamlibet duritiam, signat humiliationem cordis, quæ hominem annihilat. Vnde Abraham Genes. 18. Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis.

Per

Per duritiam enim significatur resistentia, sed humilis nulli resistit. Ierem. 10. Congrega de terra confusionem tuam, id est, de corpore tuo materiam confusionis, vt humiliaris. Michæ 6. Humiliatio tua, id est, causa humiliationis tuæ in medio tui, id est, in ventre pleno sordibus.

§. XV.

Balsamum.

1. Et Balsamum, id est, Balsamum quod non ponitur in versu. Balsamum arbor, balsamum liquor. Nota, quod Beata Virgo bis se comparat balsamo. Eccl. 24. Primo cum dicit: Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Secundo cum dicit: Quasi balsamum non mixtum odor meus. Et in hoc notatur virtus perseverantiæ. Et de duobus pariter assignabimus. Per balsamum aromatizans charitatis Virginis. Nam sicut odor balsami omnes excedit odores, sic eius charitas omnium sanctorum vniuersas virtutes, & more balsami suæ charitatis odorem longè extendit, ad superna, scilicet per perfectum desiderium æternorum, ad inferiora per perfectam misericordiam & compassionem peccatorum. Et propter hoc dicitur ipsa virgula fumi, & eius charitas est ignis quem Christus venit mittere in terram. Luc. 12. id est, in beatam Virginem. Et per ignem rabi quem vidit Moyses. Exod. 3. Ignis in rubo, charitas in fragili carne. Propter hoc cum beata Virgo sit apotheca singularum & vniuersarum virtutum, & habeat ignem feruentissimæ charitatis, necesse habet odorem suum procul diffundere: & idè charitas ipsius balsamum dicitur aromatizans.

2. Item bene charitas balsamum: quia Mariæ charitas nunquam excidit, sicut balsamum corpora conseruat à putredine, & ea facit durabilia. Bene etiam hoc balsamum aromatizans: quia charitas in cæteris virtutibus operatur, quæ sunt quasi materia eius. Bernard. etiam dicit, Odorem dedi, non vendidi, volens vt omnes gratis gustent odorem ipsius, & currant in odore vnguentorum suorum. Ideo dicit cum sapientia. Prou. 9. Si quis est paruulus, declinet ad me, &c. Dicit & cum filio Is. 55. Venite, emite absque argento, &c.

3. Et hoc est, odorem dedi, &c. Maria signatur per balsamum, vt dictum est: quia odors excedit omnium Angelorum & sanctorum, sicut balsamum odores omnium aromatum. Non mixtum, sed purissimum: quia nullam habuit cõtrarietatis admixtionem. Nam per eam in & ea facta est exclusio totius maledictionis, quam Eva induxit in mundum. Vndictum est ei: Auc. Et per ipsam & in ipsam venit plenitudo totius benedictionis. Vnde dicta est gratia plena: & de plenitudine illa nos omnes accepimus. Ioan. 1. Et si non accepimus, non stat per eam, sed per nos.

Igitur odor Mariæ, id est, delectabilis & iocunda opinio sanctitatis eius, comparatur balsamo non mixto, sed purissimo. Misceatur balsamum & corrumpitur atque adulteratur oleo ciprino vel melle. Sic vitæ sanctitas corrumpitur, cum geritur pro oleo laudis humanæ. Sed

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Maria dicebat cum Dauid: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Vel pro acquitendo melle delectationis carnalis vel mundanæ, quæ est illa meretrix de qua dicitur Prou. 5. Fauus distillans labia meretricis, &c. Sed Maria contemniens omnes carnales & mundanas delicias, spiritualibus tantum adhæsit deliciis.

Item idè odorem suum comparat balsamo: quia sicut balsamum facit corpus mortuum, si inde perungatur, videri quasi viuum, & nulla putredine permittit illud corrumpi: sic odor misericordiæ virtutum & exemplorum Mariæ facit per peccatum mortuos, in spem veniæ respicere. Dicit ergo: Quasi balsamum non mixtum odor meus. Quasi diceret. Quamcumque virtutem habet balsamum purum & merum ad conseruandum corpus, habet odor meus ad animam viuificandam & conseruandam à putredine vitiorum. Perducit etiam amatores & seruiantes suos ad gloriam resurrectionis quæ incorruptibilitatem veram tribuit corporibus mortuis.

Christus etiam se comparat balsamo: quia conseruat à putredine vitiorum. Et quia balsamum omni te temporali pretiosius: & Christus est super omnia Deus benedictus. Rom. 9. & pretiosior cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, non valent ei comparari. Prouerb. 8. Imò pro ipso omnia reputanda sunt vt stercorea. Ad Phil. 3. sicut fecerunt sancti, vt scilicet ipsum lucrificarent. Ipse etiam nulli liquori miscibilis est nisi melli, vel oleo, id est, humanæ creaturæ, quæ superueniet aliis creaturis. Intellige de admixtione spirituali, quæ fit per gratiam de qua Apostolus, 1. ad Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo, vnitate scilicet amoris & gratiæ. Humanitas etiam assumpta à diuinitate non fuit mixta diuinitati, sed in vnitate personæ seruata fuit vtraque natura in sua puritate. Vnde de eo canit Ecclesia: Vnus omnino non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Dicit ergo Christus, vel sapientia: Odor meus, id est, odor doctrinæ meæ, est in sanctis quasi balsamum non mixtum, id est, sicut odor balsami non mixti. Et appellatur hic doctrina odor: quia operi dat quod sit odoriferum. Nisi enim opus consonet doctrinæ, odoriferum non est. Math. 22. Quod dicunt, facite, &c. Comparatur etiam balsamo propter odorem eximium. Ioan. 6. Verba vitæ æternæ habes, dicit Petrus Domino. Can. 1. Currerem in odore vnguentorum tuorum. Et dicitur doctrina Christi vnguentum: quia sanat comminando, & lenit promittendo. Comparatur etiam balsamo non mixto: quia sine hæresis errore, sine hypocritis simulatione, sine mendacis philosophiæ tumore. Ipsa est puteus propter inattingibilem profunditatem. Ioan. 4. Puteus altus est. Puteus videtur & viuens. Gen. 24. Videntis, quia illuminat intellectum. Viuentis, quia accendit affectum. Balsamum etiam, quia corpora mortua conseruat ab omni corruptione, gloriam designat resurrectionis futuræ, quam daturus est ipse Christus fidelibus suis.

Isidorus sic dicit de balsamo: Balsamus arbor stirpe similis viti, foliis similis rutæ, sed albidioribus semperque manentibus. Arbor dicitur balsamum vel balsamus. Lignum eius dicitur

M m 2 xilo

alibalsamum, fructus vel semen carpobalsamum, succus opobalsamum. Quod idem cum adiectione significatur, quia percussus ferreis unguis cortex ligni per cauernas, odoris eximij guttas distillat: cauerna enim Græcè ope dicitur. Gutta eius adulteratur admixto oleo cipro vel melle: sed iuenera probatur à melle, si cum lacte coagulauerit ab oleo, si aqua instillata vel admixta facile resoluatur. Item si laneæ vestes ex ipsa pollutæ, non maculantur. Adulterata verò gutta balsami, neque cum lacte coagulat, & velut oleum in aqua supernat, & vitem maculat. Ipsemet etiam dicit, quòd balsama si pura fuerint, tantam vim habent, vt si tot excanderit, in manu nequeant sustineri.

Item dicunt alij de balsamo, quòd excolitur à Christianis sub dominio Saracenorum, sed à Saracenis cultus sterilis permanet: & sub eorum cultura fructum facere dedignatur. Dicitur etiam, quòd in campo Babylonico sex fontes sunt, & in vno eorum dicitur beata Virgo filium balneasse, quibus fontibus campus ille irrigatur, alioquin non fructificat. Item balsamus duobus cubitis tantum crescit, viti similis est, arbor odorifera, more vineæ excolitur.

Balsamus coma insignis, arbor imputribilis, & putredinem fugat, adminiculis sustentatur.

Iuuentutem seruat, vermes necat, summi odoris, gustum vini similat, amarum gustui.

Recentem maculam tollit ab oculo, acutis lapidibus vel cultellis ossis inciditur.

Semen habet rufum, tactum ferri refugit. Scinduntur rami, sed non penitus & inde gutta emanat, &c. vt supra.

Oleum eius lenit dolorem capitis, & valet contra serpentes.

Duritiæ lenit, valet ad tollendas cicatrices, & contra quartanam, & contra vitium aurium & dentium, aquis gaudet, amat amputari, ferro incisa moritur.

Lignum eius pretiosum, sed plus cortex, plus fructus, plus lachryma.

§. XVI.

Terebinthus.

Terebinthus, de qua dicitur Eccl. 24. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Terebinthus arbor brevis est & medicinalis. Et dicitur quasi quercus nigra. Huius arboris resina charissima est, & optima, & nascitur in Syria maiori, flores habens racemosos sicut oliuæ & folia depressa, emittens animalia, id est, culices, de cuius cortice resina abundanter emanat. In Macedonia verò brevis est arbor ista, sed fructuosa. Sunt autem duæ terebinthi, mascula & foemina. Masculula infructuosa, foemina duæ sunt genera, altera fructum rubeum habet lentis magnitudine, altera habet fructum pallidum fabæ magnitudine & odore iocundo. Valet autem terebinthus contra morbum aurium.

Dicit ergo sapientia: Quasi terebinthus extendi ramos meos, auctoritates, distinctiones, &

sententias scripturæ multiplici intelligentia & expositione. Dan. 2. Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Purgat etiam sapientia malum aurium quod est inobedientia. Et rami mei honoris & gratiæ collatiui in præsentis & futuro: vel quia sapientia Dei amatores suos honorabiliore reddidit & gratiosos.

Aliter & subtilius. Ego sapientia vel ego Christus extendi in sanctis ramos prædicationis. Rami prædicationis Apostoli, per quos doctrina longè diffusa est. Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes, &c. Ramos, id est, Apostolos diffundentes verbum Dei. Ab his ramis exierunt folia, id est, verba medicinalia. Ezech. 47. & flores confortantes visum spiritualem, id est, intellectum, & fructus reficiens affectum. Et comparatur doctrina Apostolorum foliis medicinalibus in quantum sunt ad vitiorum expulsionem, floribus in quantum ad conuersorum confirmationem, fructibus in quantum ad eorum sustentationem. Per Apostolos enim fluuius paradisi diuisus est in quatuor capita, id est, Scriptura irrigans paradysum, id est, Ecclesiam. Per ipsos egressus est fons de domo Domini, id est, Ecclesia. Et rigauit torrentem spinarum, id est, peccatores. Ioël. in fine. Per ipsos factus est patens fons domui David. Zach. 13. Extendi per vniuersum orbem quasi, id est, sicut terebinthus. Sicut dicit Glossa, duæ sunt terebinthi, mascula & foemina. Masculula, id est, illi qui de se præsumunt, non faciunt fructum: sed foemina, id est, humiles. Et Dominus qui superbis resistit & humilibus dat gratiam. Iacob. 4. fecit fructum per humiles. 1. Cor. 1. Contempnibilia huius mundi elegit Deus, &c. Et rami mei, id est, Apostoli sunt honoris, dum per ministerium suum populum mundant, & sic honorabiles reddunt, & gratiæ dum ipsum populum virtutibus ornant. Honor hominis est, quòd factus est ad imaginem & similitudinem Dei. Genes. 1. & tunc est homo honorabilis, quando seruat in se Dei imaginem & similitudinem ad quam creatus est: & hoc docuerunt Apostoli. Ideò de ipsis dicitur Abdæ in fine: Ascendent Saluatores, &c. mundando à peccatis: & sic erit Domino regnum per gratiam. Vel rami, id est, Apostoli sunt honoris per honestatem conuersationis, & gratiæ per miraculorum operationem. De conuersatione Isa. 60. Qui sunt isti qui vt nubes volant? De operatione miraculorum Matth. 10. Dedit eis potestatem, &c. Act. 4. Virtute magna, id est, operibus miraculorum reddebant Apostoli testimonium resurrectionis.

Christus terebinthus. Quia terebinthus arbor parua, & signat Christi humilitatem, qui est arbor vite & paruulus factus est pro nobis. Isa. 9. vt non apponat vltra magnificare se homo super terram, vt dicit beatus Bernardus.

Genus quercus, quæ est arbor fructificans porcis, & Christus principaliter in passione fructificauit peccatoribus pro quibus mortuus est. Vnde 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, &c. Semel vt nos semel, id est, perfectè moriamur peccatis, non ea reiterando. Mortuus est pro peccatis nostris tollendis, abluendis, medicandis, destruendis, &c. Iustus pro iniustis, vt iustos ad iustitiam prouocaret,

prouocaret, vt nos offerret Deo Patri. Mortificatos quidem carne, vt sicut membrum sine corpore mortuum non potest facere opus carnale: sic & mortui sanus ad opera carnalia. Vni-ficatos autem spiritu, vt sicut Spiritus transfert vitam in omnibus membris, sic & nos viuamus operando ponendo omnia membra nostra in seruitium eius.

Optimam distillat resinam. Optima resina quæ fluxit de hac terebintho, sanguis & aqua, sudor & lachryma. Bene optima: quia sola aqua illa mundum potuit abluere, solus ille sanguis Dei similitudinem in anima refrigerare, solus ille sudor languidos curare, sola illa lachryma peccata diluere.

Folia eius & odor fugant serpentes. Folia Christi verba eius Crucifixi. Odor eius opinio vel memoria ipsius. Vnde dicit auctoritas: Crucifixi memoria crucifigit vitia. Serpentes vitia sunt quæ mordent & venenant, & tollunt ei vitam duplicem gratiæ & gloriæ. Sapient. 16. In memoria sermonum tuorum serpentes exterminabantur, & velociter sanabantur. Vel serpentes demones, quorum totum studium est animas venenare. Item serpentes prauis motus à serpendo. Vnde Gen. 3. dictum est serpenti: Peccore & ventre repes, id est, cogitatione & delectatione.

Arbor humilis, contemptibilis & horrida. Vnde Isa. 53. Vidimus eam, & non erat aspectus. Et loquitur de tempore passionis. Purgauit etiam obedientia Christi quam Patri exhibuit in passione, inobedientiam Adæ. Vnde ad Rom. 5. Sicut per inobedientiam vnus, &c. Extendit etiam Christus ramos, id est, sententias scripturæ, quando post passionem aperuit discipulis sensum, vt intelligerent scripturas. Luc. vlt.

Sequitur extendi ramos meos, id est, brachia in cruce. Sicut enim in ramis crescit fructus, sic fructus nostræ redemptionis in brachijs Saluatoris. Et rami mei, id est, brachia extensa sunt honoris & gratiæ collatiui: quia maior honor non potuit excogitari, quam quod pro amore vilis vermiculi moteretur rex gloriæ & Dominus maiestatis. Et gratiæ: quia non potuit homo tantum beneficium promereri, sed de sola & mera gratia potuit sic saluari. Vnde auctoritas: Passio Domini est opus sine exemplo, gratia sine merito, charitas sine modo. Et quanto maior fuit pretium quod pro nobis datum est, tanto magis conuenit ille qui idem tantum emit, vt solus possideret si pretium quod pro nobis dedit, se per peccata nostra videret amisisse. Vnde conuenit de quibusdam dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis, stultitatem anime meæ quam posui pro eis.

Item terebinthus arbor parua & humilis & nascitur in Damasco Syria. Syria interpretatur sublimis, & signat superbiam. Damascus factus sanguineus. In sanguine designatur peccatum, in sacco nostræ carnis miseriam qua sudori sumus tanquam lugubri cilicio, vt sic in hoc mundo ad lucum temporarium prouocemur. Sicut ergo terebinthus de Damasco nascitur & de Syria, arbor humilis & medicinalis, sic beata Virgo de peccatoribus nata est sancta, &

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

humilis ex superbis, & ex se producit filium ad nostrorum medicinam dolorum.

Maria dicitur terebinthus: quia arbor parua. Et signat hæc paruitas humilitatem eius. Assigna de humilitate eius, & assigna quomodo ipsa arbor vite in medio paradisi, id est, Ecclesiæ.

Genus quercus: quia ipsa fructificauit principaliter peccatoribus. Vnde de fructu, id est, filio eius dicitur. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, vt supra.

Sudar resinam optimam, id est, Christum, qui est medicina languentium animarum. Nota sudat: quia sicut sudor exit de carne, ipsa carne manente integra, sic natus est de eius carne integra manente Filius Dei. Et sicut sudor medicinalis est carni humanæ, sic filius caro factus medicina carnis & animæ nostræ. Vnde appellatur fluuius Dorix Eccl. 24. quod interpretatur medicamentum generationis.

Folia eius & odor, id est, nominis eius inuocatio & virtutum suarum opinio siue imitatio, fugant à seruis suis serpentes vitiorum. Vel folia eius, id est, orationes, quando pro seruis suis orat filium. Vnde Apoc. 12. Terra aperuit os suum, & adiuuit mulierem, cuius partum nitentur draco deuorare. Vel odor trium principalium virtutum, scilicet virginitatis, paupertatis, & humilitatis, tres illos serpentes, de quibus legitur Deut. 8. Quare supra titulo, quòd Maria vitis.

Humilis, contemptibilis, & horrida. Talis apparuit Maria in filij passione. Expandi vel extendi ramos meos, id est, exempla operum ad obumbrandum peccatoribus & refrigerandum contra incertina vitiorum, & maxime contra æstum libidinis. In ramis crescit fructus, & ex imitatione exemplorum eius fructus nostræ redemptionis & salutis. Et rami mei, id est, virtutes vel exempla honoris & gratiæ collatiui, & gratiæ hic, honoris in secula seculorum. Quia de partu virginis & virtutibus eius totus honor mundi, & gratia data est toti mundo. Item in ramis crescit fructus. Duo rami principales, id est, duæ privilegiatæ virtutes beatæ Virginis sunt virginitas & humilitas: merito enim humilitatis placuit Altissimo, merito virginitatis quam ipsa prima vovit, meruit habere & factus est Christus in ea filius virginitatis: & in his duobus creuit fructus vite Christus. Dicit ergo: Rami mei honoris & gratiæ, honoris quantum ad humilitatem, quia quæ prius fuit humilis ancilla, modo adoratur sublimis regina: gratiæ quantum ad virginitatem quæ proprie est donum gratiæ. Sapient. 8. Et vt sciunt, quoniam alites non possum esse continens nisi Deus deus.

Odor eius fugat serpentes vitiorum, & serpentes, id est, demones fugantur à folijs eius, id est, per verba eius, quando scilicet orat pro peccatoribus, & etiam recordationem nominis eius illis qui currunt per viam mandatorum Dei in odore illius. Vnde beatus Bernardus: Non sic timeant, &c. Quare supra causa 25.

Valet contra malum aurium. Quia obedientia Mariæ quando respondit, Ecce ancilla Domini, purgavit inobedientiam Euz, qua con-

M m 3 sentit

ferit diabolo promittenti, Eritis sicut dij. Genes. Item per hoc quod Maria se comparat terebintho, dat nobis orandi formam. Terebinthus arbor brevis & fructuosa hic est oratio, quæ si sit brevis in verbis, sæpè magis erit utilis. Vnde Marth. 6. Orantes nolite multum loqui sicut ethnici. Folia autem densa, ut frequens sit oratio. Fœmina non mascula facit fructum: quia illa oratio fructuosa est, quæ nascitur ex cognitione propriæ infirmitatis. Beata Virgo ramos suæ orationis de fonte pietatis procedentis ad nos extendit, dum exemplo eius breuiter, humiliter, & fiducialiter orate docet. Breuiter cum dixit: Vinum non habent. Ioan. 2. Humiliter: quia non dixit, Fili da eis vinum: sed contenta fuit narrare necessitatem aliorum, iudicio eius totum relinquens. Fiducialiter, cum dixit et ministris: Omnia quæcumque dixerit vobis, facite. Hec tria similiter docuit Luc. 1. Fiat multi, &c. Fiat, ecce breuitas. Sed prius dixit, ecce ancilla Domini, ecce humilitas. Fiducialiter, secundum verbum tuum. Et rami mei, &c. Rami miserationis eius honoris sunt, quia inuenit gratiam impetrandi: & gratiæ, quia nullam perit repellam. 3. Reg. 2. Pete mater mi. Esther 4. Quæ est petitio tua, &c.

Moraliter. Ego quali terebinthus extendi ramos meos.

Vir iustus terebinthus. Quia arbor fructifera. Assigna vnde eius fructus, scilicet ex terra, & ex impinguatione, quæ fuerunt utilitas passionis, ubi plantata est, assigna.

Parua per humilitatem, assigna de humilitate iusti.

Genus quercus. Quercus in bono sensu optima ad edincandum: quia durabilis per persecutandam, & non potest vermolliri. Quædam enim sunt, ut fagus, quæ de facili vermolliscunt. Hi sunt luxuriosi, de quibus nascitur tineæ, quæ eos corrumpit, & comedit omnem vitilitatem ipsi ignorantibus. Vnde: Inflammatum est cor meum, &c. vique, neiciu. Tale lignum non est idoneum ædificio Domini. Vnde de Ephraim dicitur Osee 3. Comederunt alieni robur eius, & nesciuit. Item quercus in bono sensu, ut pro posse suo fructificet verbo, exemplo, consilio, doctrina, oratione, potius, id est, peccatoribus. Porcus luxuriosus, dic quomodo. Item multi inueniuntur fructificantes porcis, id est, demonibus multum afferentes glandis & saginæ, id est, steriliu operum, quæ nec sunt cibis Angelis, nec hominis, sed demonum tantum, sicut dicit Hieronymus.

Humilis & contemptibilis & horrida quantum ad presentem statum, ex celsa, pretiosa, & delectabilis quantum ad futurum.

Debet sudare resinam. Sudor provenit ex labore.

Resina medicinalis pœnitentia, quæ medetur corporibus & animabus. Optima resina voluntaria pœnitentia. Vel resina terebinthi, quæ est optima lachrymæ pro desiderio supernorum. Vnde, Effudi in me animam meam. Item posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Dicitur enim, quod lachryma terebinthi valet ad conficiendum pretiosum vnguentum, quod disiuncta coniungit, coniuicta consolidat consolidata conseruat. Sic facit pœnitentia. Coniungit te

Deo, à quo disiuñctus eras per peccatum. Vnde: Iniquitates nostræ diuiserunt inter nos & Deum nostrum. Te coniunctum ei & reconciliatum consolidat in bono, consolidatum & confirmatum facit perseverare in bono.

Debet foliis verborum & odore exemplorum fugare serpentes vitiorum ab aliis: sed multi verbis & consiliis inducunt hos serpentes, qui scilicet seducunt simplices animas, & odore vel potius fetore exemplorum prouocant alios ad peccandum. Odor mortis aliis in mortem, quorum dies prætereunt sicut naues poma portantes. Iob 9. assigna.

Debet extendere ramos, id est, opera sursum, dextrorsum, &c. ut sint rami honoris & gratiæ, ut quærat in operibus suis honorem Deo, & gratiam sibi & proximo, & gratis conferat beneficia, scilicet sine spe retributionis, & omnes virtutes suas attribuat gratiæ eius, dicens Iſa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Et hic est honor debitus virtutum largitori. Hucusque dictum est de arboribus de quibus legitur Eccl. 24. Nunc videndum est de aliis bonas proprietates habentibus, quibus debeant designare Mariam.

§. XVII.

Arbor.

Arbor designata per arborem quam se vidisse dicit Nabuch. Dan. 4. quam sic describit dicens: Videbam, & ecce arbor in medio terræ: & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cœlum. Aspectus illius vsque ad terminos vniuersæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & cœca vniuersorum in ea. Subter eam habitabant animalia & bestię, & in ramis eius conuersabantur volucres cœli, ex ea vesebatur omnis caro. Legitur Gen. 30. quod oues Laban concipiebant in contemplatione virgarum variarum, quæ ex parte erant decoratæ & ex parte corticem retinentes. Nunc igitur cortice remanente in sequentibus hanc partem docorticemus, ut sicut secundum corticem literæ de Nabuch. intelligitur, ita secundum interiorem candorem spiritualis intelligentiæ beatæ Virgini adaptetur. Nam licet ea quæ sequuntur, non conueniant beatæ Virgini, nihil prohibet hæc de ipsa intelligi: & in hac decoratatione poterunt aliqui concipere Virginis gratiam & amorem.

Ecce, inquit, arbor in medio terræ: quia beata Virgo in medio Ecclesiæ omnibus communis sine personarum acceptione. Quod indicat eius imago ad dextram Crucifixi in medio Ecclesiæ. Ipsa est enim lignum vitæ in medio paradisi. Genes. 2. Et altitudo eius, id est, humilitas nimia. Altum commune est ad sursum, & deorsum. Vnde Ioan. 4. Puteus altus, id est, profundus. Altitudo ergo siue profunditas est eius humilitas nimia. Profundè enim erat radicata: & idè ex humore gratiæ plus habebat, & firmius stabat. Vnde sequitur: Arbor magna & fortis. Magna meritis: quia fecit ei magna qui potens est. Fortis in operibus bonis. Alta fide & humilitate, magna charitate, fortis patientia, procerata spe. Vel magna ad bona agenda, fortis,

fortis ad mala toleranda, procerata ad sublimia contemplanda. Vnde sequitur: Et proceritas eius contingens cœlum, spe videlicet & cœlesti conuersatione. Stans enim in terra. Sap. 18. perungebat vsque ad cœlum, dum in corpore humano angelicam vitam duxit. Talis fuit hæc arbor in se. Qualis autem sit ad nos, subditur. Aspectus eius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ: oculi enim eius misericordes etiam vltimos peccatores non despiciunt: sed benignè respiciunt, sicut patet in Theophilo. Et sunt oculi eius vsque ad terminos vniuersæ terræ: quia in ipsis specialiter delectatur, & eos respicit, in quibus finita & terminata est omnis terrenitas, ut in sanctis & pauperibus spiritu. Folia eius pulcherrima, id est, verba eius irreprehensibilia. Quære titulo de verbis eius. Vnde dicit Proverb. 8. Iusti sunt omnes sermones mei. Non est in eis prauum quid, neque peruersum. Pulcherrima etiam, id est, plena mysterio. Vnde Apocal. 22. Folia ligni ad sanitatem: quia verba & exempla Mariæ operantur salutem peccatoribus: qui enim iustificatur, ille sanatur. Simile Ezéch. 47. Folia eius ad medicinam. Pulchritudo ergo foliorum discretio verborum. Et fructus eius nimius: quia quem totus non capit orbis, in eius se clausit viscera factus homo. Et cœca vniuersorum in ea, vniuersorum, id est, Angelorum & hominum: quia per eam panem Angelorum manducauit homo: & per eam homines & Angeli comedunt in mensa altaris, quasi in vno refectorio sacramentum filij sui. Subter eam habitabant animalia & bestię: quia quantumcumque animalis & bestialis per peccatum quis fuerit, si ad eam toto corde confugerit, ipsum proteget ab æstu solis, id est, ira filij, & incendio gehennæ, & feruore concupisceniarum carnalium, & desiderio secularium. Et in ramis eius conuersabantur volucres cœli, id est, spirituales viri, quorum conuersatio in cœlis. Rami eius sunt eius virtutes & exempla, de quibus dicit: Rami mei honoris & gratiæ, supra de terebintho. Humiles conuersantur in ramo humilitatis, misericordes in ramo pietatis, & sic de aliis. Et ex ea vesebatur omnis caro: eius enim vberibus nutritus est ille qui dat cœcam omni carni, imò ille qui dedit se cœcam timentibus se. Et nota, quod prius dicitur: Altitudo eius, id est, humilitas nimia. Et post subiungitur, Fructus eius nimius: quando enim humilior, tanto fructuosior. Sed forte dicit quis, quid nobis & fructus istius forsitan non partietur illum. Audi quid ipsa dicit: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, à generationibus meis adimplemini. Nobis enim attulit fructum istum, non sibi. Vnde: Terra nostra dedit fructum suum, dedit non sibi auarè retinuit. Ex quo etiam terra nostra est, nos est fructus eius: & idè tanquam largissima omnes ad eam inuitat, dicens: Transite ad me omnes, &c. Et nota, quod vniuersa arbor multiplicia habet poma. Primum pomum, pulchra delectatio. Secundum, timor. Tertium, agnitio. Quartum, sancta spes quæ est fructus sublimior: & idè dicitur. De his quatuor habes ibi: Ego mater pulchra dilectionis, &c. Quod si non poterat ad hunc fructum attingere, quia pusillus es, per timorem qui est fructus acerbior, profert tibi

alium, scilicet gratiam. Vnde dicit: In me omnis gratia, &c.

Hæc est arbor pulcherrima de qua legitur Leuit. 23. Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimæ, &c. Hæc est arbor virgo cui dicitur à filio Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, &c. Cuius fructus multiplex Christus Dominus est, qui in sacramento fructus est hominum & Angelorum, qui eo fruuntur nec fastidiunt. Qui fructus omnia est omnibus, id est, sufficientia omnium, sicut dicitur 1. Corinth. 13. & idè non dicitur: Sumetis vobis fructum, sed fructus pluraliter: quia ipse est manna omnis sapientis. Sap. 16. Sequitur in textu: Spatulaque palmarum sumetis, & ramos ligni densarum frondium & salices de torrente: & letabimini coram Domino Deo vestro. Spatula istæ sunt exempla virtutum, quæ longè lateque sparguntur, quæ sumi præcipiuntur à Christianis per imitationem qui ad exemplum eius regi debent & dirigi. Nam ipsa est virga directionis, & virga regni Dei: ad quod dirigit fideles verbis & exemplis, & in illud introducit. Spatula etiam dicitur à spata, quod est politum instrumentum, in quo pugnatur contra hostes. Quære totum hoc supra titulo de palma. Sequitur. Et ramos ligni densarum frondium, densæ frondes magis tenent virorem & difficilius corrumpuntur, hoc est, bonorum operum condensatio cum virore fidei & perseverantia, cum quibus debemus Christo occurrere cum pueris Hebræorum. Marth. 23. & Ioan. 12. Sequitur. Et salices de torrente. Salix arbor sterilis est maxime in partibus istis. Et beata Virgo vouens virginitatem præelegit sterilitatem quam concubitus fecunditatem. Vnde dicitur de ea Iſa. 54. & ad Gal. 4. Letare sterilis, &c. Et nos similiter quantumcumque fecundi fuerimus in bona operatione quæ fructus est viri iusti, debemus nos steriles reputare, iuxta illud Luc. 17. Cum omnia bona feceritis, &c. Et hoc docet sancta Scriptura, quæ per torrentem intelligitur. Vnde dicitur: Salices de torrente. Et qui hoc mandatum dominicum impleuerit in presenti, coram Domino Deo suo letabitur in futuro. Vnde sequitur. Et letabimini coram Domino Deo vestro.

§. XVII.

Lignum.

Seu lignum. Nota, quod arbor proprie dicitur quando viret & terræ adhæret: lignum verò proprie, quando abscissa & ab humore desiccata. Iob 14. Lignum habet spem, si præcisum fuerit ab amore terrenorum, rursum virefcit per gratiam. Christus verò, Maria, & iusti arbores sunt virentes & virides, scilicet per sanctimoniam incorrupti: & ligna sunt, quia desiccati ab humore nocivo. Sæpius tamen in Scriptura dicitur lignum viride, sicut Christus dicit de seipso Luc. 23. Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Maria igitur lignum & arbor. Lignum: quia per contemptum mundi à terra abscissa, & per virginitatem & abstinenciam ab omni humore nocivo desiccata. Arbor verò propter virorem virginitatis, humorem gratiæ, medullam pietatis, folia sacrorum verborum

borum, frondes bonorum operum, flores sanctorum desideriorum, fructum vniuersi Dei, umbram peccatoris, refrigerium illorum qui male exaltant, radicem humilitatis fidei & charitatis, celsitudinem spei, & eminentiam contemplationis.

2. De hoc ligno dicitur Gen. 1. Germinet terra herbam virentem & facientem semen. Quare titulo de natiuitate Mariæ in primo sermone. Sequitur. Lignumque pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Lignum de quo in Psal. Erat tanquam lignum quod plantatum est, &c. Dicitur autem Mariæ lignum pro soliditate constantiæ, plantatum pro stabilitate, secus decursus aquarum pro sapientia, vel gratia, vel Scriptura. Aquarum pluraliter non vnius aquæ pro sapientia magnitudine, pro gratiarum multitudine, pro scripturarum diuersitate. Quod fructum vnicum & singularem suum, id est, sibi soli congruum (Hoc dicitur pro fecunditate) dabit, non reddet pro virginitate in tempore suo pro gratia speciali, quia ab eius sanctificatione incepit tempus gratiæ. Pomiferum, cuius pomum Christus Dominus contra pomum toxicatum toxico inobedienciæ, & contra vnam acerbam, quod vel quam diabolo suggerente primi parentes comederunt, de quibus prædictum fuerat Adæ Gen. 2. In quocumque die comederis, morte morieris. De qua vna dicitur Ezech. 18. & Ier. 31. Patres nostri comederunt vnam acerbam, &c. Sed in hoc pomo inuenta est theriaca, qua toxicum illud effugatum est & vna acerba iam non facit obstupescere dentes. Ideo canit Ecclesia de hoc pomo: Non erit Adam seductus si de hoc gustauerit. Pomum autem pulcherrimum visu, delectabile intuitu, suavissimum olfactu, sanum gustu, sanatiuum effectu. Quare titulo de fructu Mariæ, vbi ponitur multimoda commendatio eius. Hoc pomum beata Virgo obedientia fidei concepit, quo sublatum est de medio nocuum pomum illius noxialis. Ad Rom. 5. Sicut per inobedientiam vnius hominis, &c. ibi multa inuenies de hac materia.

3. Sequitur. Faciens fructum iuxta genus suum. Bene dicit faciens: quia Virgo Christum hominem fecit consentiendo, vt de eius substantia fieret verbum caro, & verus Filius Dei verus homo. Fructum vnicum & singularem, vt dictum est. Iuxta genus suum, id est, benedicta benedictum. Ipsa enim erat benedicta in mulieribus: & ideo digna fuit illum fructificare, qui est super omnia Deus benedictus. Ad Rom. 9. Vel iuxta genus suum, id est, tota pulchra pulcherrimum, tota dulcis dulcissimum, tota odora suauissimum, tota sapida lapidissimum, tota delicata delicatissimum, tota colorata coloratissimum, tota viuificata viuificatissimum, tota medicinalis medicinalissimum. Quare titulo de fructu Mariæ. Sequitur. Cuius scilicet ligni semē in semetipso sit super terram. Aliarum enim arborum vel lignorum, hoc est, aliarum mulierum semen ex quo fit fructus, in se non est, sed in alio, hoc est, in viro: quia fructus, id est, puer ex femine nascitur vtriusque: sed hoc benedictum lignum in semetipso, id est, in se solo habuit & semen & fructum, id est, filium suum:

quod vtrique est super terram, id est, humanam naturam: & hoc exuperat omnem sensum humanum. Ideo dicitur Isa. 53. Generationem eius, id est, Christi, vel eius, id est, Mariæ, quomodo scilicet ipsa eum genuit qui se fecit, quis enarrabit? Quasi diceret: Nullus ad plenum. Sic igitur gloriosa Virgo dicitur herba & lignum, & filius eius dicitur semen & fructus. Semen quo seminamur in via vt crescimus in gratia. Fructus quo fruamur in patria, & iam in præsentem reficiamur in sacramento altaris.

4. Item de hoc ligno dicitur Gen. 2. Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suauem, lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali. In hoc verbo possunt multa notari, quæ conueniunt specialiter beatæ Virginis, & est bonum thema in natiuitate eius.

Primum, dignitas vel auctoritas ipsius operantis. Vnde dicitur: Dominus Deus, cuius beata Virgo opus est speciale & principale. Nam cum vniuersa opera Domini dicantur bona valde. Gen. 2. opus quod est Mariæ, vel opus quod factum est in Mariæ, scilicet incarnatio filij, debet dici bonum, melius, optimum valde. Eccl. 42. Gloria Domini plenum est opus eius.

Secundum, modus operandi. Vnde dicitur: Produxit, id est, nasci & crescere fecit in vtero matris mirabiliter sanctificatam. Vel produxit in natiuitate ex vtero matris secundum corpus, iuxta illud Can. 6. Quæ est ista quæ progreditur, &c. Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, &c. Num. 24. Consurget virga ex Israël. Zach. 13. Fons egredietur, &c. Ideo ipsa dicit ipsi Deo: Tu es qui extraxisti me de ventre, &c. Item tenuisti manum dextram meam, & in voluntate tua deduxisti me.

Aliter. Produxit in vita præsentem per humilitatis virtutem, qua ascendit vsque ad sedentem in throno Dominum maiestatis. Per hanc enim virtutem cælos attingebat stans in terra. Sap. 28. Ideo tota vita eius in Can. appellatur progressus vel ascensus, iuxta illud Iob 5. Qui ponit humiles in sublimi, & loquitur de Domino. Humilitas enim quæ si vera est, ab omnibus velut humus se patitur conculcari, est quasi filum argenteum, quod graciliando prolongatur: & ideo gloriosa Virgo per istam virtutem inestimabiliter prolongata & producta. Aliter etiam. Produxit eam Deus, id est, procul duxit ab omni terrenitate secundum animam per amorem paupertatis, qua omnia reputauit quæ mundi sunt vt stercore, vt lucrificaret Christum. Phil. 3. Ecce de productione.

Tertium vnde produxit, scilicet de humo, id est, de vtero materno, vel de humo paradisi. Sanctissima enim mater eius Anna, quæ sola digna extitit portare tantam filiam, licet esset Iudæa, pertinebat tamen ad Ecclesiam quæ paradisi est. Et merito vocata est Anna, id est, gratia, per hanc gratiam specialem. Vnde multi boni qui deuoti sunt filij, deuoti sunt & matri, diebus singulis memoriam eius facientes, & festum ipsius celebrantes in crastino beati Iacob ante Augustum, vt per matris intercessionem ad gratiam filij, & per matrem & filiam ad filij misericordiam valeant peruenire.

Quartum ipsum opus operatum. Vnde sequitur.

quitur. Omne lignum pulchrum visu & ad ves-
cendum suave. Siquidem beata Virgo designa-
tur per omne pulchrum lignum visu, & suave
olfactu & gustu, quorum scilicet lignorum
multitudo innumerabilis, umbra sanabilis, fru-
ctus incomparabilis, diuersitas inenarrabilis, sa-
por summè delectabilis: ex quo vel ex quibus
habemus fructum fructuum, in quo sapor om-
nium saporum, plenitudo omnium virtutum,
& innumerabilitas vel vniuersitas gratiarum.

Quintum est locus vbi fructus hic inuenitur,
scilicet in medio paradisi. Lignum, vt dictum
est, beata Virgo, cuius fructus, id est, Christus
vita est. Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita.
Vita gratiæ in præsentibus, vita gloriæ in futuro.
De hoc inuenies paulò post, vbi totum istud
exponitur de Christo. In medio paradisi terre-
stris, scilicet Ecclesiæ militantis, vel in medio
paradisi cœlestis, id est, Ecclesiæ triumphantis.
In medio tripliciter. Primo in medio propter
communitatem: quia beata Virgo communiter
omnibus fructificauit Christum, scilicet An-
gelis, hominibus detentis in limbo, præteritis,
præsentibus & futuris. Ad hoc signandum pe-
perit in via & in domo communi vel stabulo.
Et etiam fructum suum adhuc tenentium. 40.
die detulit ad templum quo totus conueniebat
mundus, quasi de ipso totum mundum volens
mittere in possessionem, & ad opus totius mun-
di suscepit eum Simeon in vlnas suas. Sciebat
namque mater de fructu suo prædixisse Is. 9.
quasi in persona totius mundi: Puer natus est
nobis in quantum homo, & filius datus est no-
bis in quantum Deus. Vel in medio paradisi:
quia neminem à sua benignitate excludit. Nam
omnibus omnia facta est per charitatem, vt
quantum in se est, lucrifaciat vniuersos. 1. Cor. 9.
dicens cum filio Matth. 11. Venite ad me om-
nes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam
vos fructu meo. Quod signat eius imago tenens
filium quasi omnibus offerens illum. Et quia
describitur hoc lignum esse in medio paradisi,
ideo solet eius imago poni in medio Ecclesiæ
iuxta imaginem Crucifixi. Vel in medio, Chri-
stus enim in summo, nos in imo: ipsa verò que
maior est omni homine, sed minor solo Chri-
sto, bene describitur esse in medio, quasi com-
municans cum vtroque extremorum, & tan-
quam nostra ad filium mediatrice. Mater enim
Christi per naturam, mater est populi Christi-
ani per gratiam: vnde & discipulum appellatur
Olez 6. quod nocti interponitur & diei. Item
alia ratio. Sicut enim lignum vniuersum videtur esse
ceteris lignis, sic Maria sanctior ceteris sanctis
quia viror designat sanctitatem. Non enim ad
mensuram data est ei gratia, sed superexcellenter
datum est ei totum, quidquid potest dari potest
creature.

Sequitur. Lignumque scientiæ boni & mali.
Nota, quod lignum scientiæ dictum est non
propter naturam quam in se habet, sed quia
per ipsum scium est vtrum homo ille primus
esset obediens vel inobediens. Per hoc autem
lignum scientiæ boni & mali signantur illi
doctores, qui bene docent, sed prauè operan-
tur; quorum non folia, id est, verba, sed fructus,
id est, opera interdicit Dominus, ne comedan-
tur, id est, ne in vsum viuendi assumantur. Vnde

Matth. 22. Quæ dicunt, facite: quæ autem fa-
ciunt, nolite facere.

Item ipsa est lignum quo dulcorata est aqua
amara. Exod. 15. Vnde dicitur Eccl. 38. Nonne
à ligno induplicata est aqua amara? Hæc aqua
amara multiplex miseria vel tribulatio, qua to-
tum mundum respexit prima mater, sed ama-
ritudinem nostræ perditionis conuertit in dul-
cedinem æternæ salutis gloriosa Virgo filio me-
diante.

Ipsa est etiam lignum plantatum secus decur-
sus aquarum, id est, secus peccatores fluxibiles:
quia aquæ populi sunt. Apoc. 17. penes quos
firmiter radicata est affectu compassionis & mi-
sericordiæ, vt cum Apostolo imò verius quam
Apostolus dicere potest illud. 2. Cor. 11. Quis
infirmatur, &c. Vel isti decursus aquarum dona
sunt Spiritus sancti. Et bene dicitur: Flu-
minis impetus lætificat ciuitatem Dei. Aquarum
pluraliter pro multitudine donorum, vt
supra. Vel isti decursus aspirationes & inspira-
tiones. Quæ supra verius principium capi-
tuli.

Item de hoc ligno dicitur Ezech. 47. Super
torrentem orietur in ripis eius ex omni parte
omne lignum pomiferum. Sequitur. Non de-
fuerit folium ex eo, id est, verbum eius non erit
arritum, sed singula verba plena vera sapientia.
Vel non defuerit, id est, deorsum fuerit: quia
nunquam locuta legitur de terrenis, nec vna-
quam pro ipso Patrem aut Filium creditur exor-
tasse. 1. Reg. 3. Non cecidit ex omnibus verbis
eius in terram. Si hoc verum est de Samuele,
multò fortius de Virgine. Vel non cecidit fo-
lium, id est, verbum eius à veritate per men-
daciū, vel à necessitate per superfluum, vel
ab efficacia per vacuum, vel ab intentione per
irritum. Nec etiam habuit folium, hoc est,
verbum quod vento vanæ gloriæ reparatur.
Iob 23. Sequitur. Et non deficiet fructus eius,
id est, Christus, qui est immortalis, & qui ma-
net integer, licet quotidie sacramentaliter co-
medatur. Exemplum de sole qui pacit oculos
ab initio mundi, & tamen integer & inconfum-
ptus perseverat. Sequitur. Per singulos menses
affert primitiuam. Mensis à mense quod est defe-
ctus, & ipsa per singulos menses, id est, singulos
defectus nostros supplet quantum in se est: cum
sit mater perfectionis & fertilitatis, & cuiuslibet
defectui nostro profert fructum conuenientem.
Primitiuam dicit, vt per vocabulum indicet quod
spiritualium defectuum nostrorum suppletio
primò & principaliter querenda est à filio & à
matre: quia indigentia temporalium & corpo-
ralium vtilis, sed spiritualium miserabilis, in
quibus multò libentius prouident iustis, quam
in corporalibus vel terrenis. Dominus enim dat
temporalia iratus, sicut dicit Augustinus. Mo-
raliter. Vir iustus per singulos menses affert pri-
mitiuam, quando pro singulis defectibus quos
passus est in peccato, boni operis primitias Deo
reddit. Sequitur. Quia aquæ eius, id est, à
beata Trinitate, quæ est cœlestis sanctorum,
vel de sanctorum, id est, de cœlo à quo omne
datum optimum. Iacob. 1. & omne donum per-
fectum descendit. Sequitur. Et erunt fructus
eius

eius in cibum, angelis scilicet & hominibus in sacramento. Et folia, id est, verba, scilicet orationes, consolationes & exempla virentia in medicinam. Erunt etiam in vmbra & refrigerium male exæstantium. His consonat quod dicitur de ligno Apocal. 22. Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, &c. Hoc exponitur de Christo, sicut ostendetur infra, & posset exponi de Virgine.

Item ipsa lignum transplantatum super aquas. Ier. 17. quod ad humorem gratiarum quas quærebatur, misit radices suas, id est, intellectum & affectum: & ided non timuit ætium concupiscentiarum, nec æterni incendij siccitatem, nec vnquam desinit facere fructum pietatis & misericordie, dans nobis quotidie fructum veri in via, dans etiam illum Angelis & beatis in patria. Vnde roganda est assidue, Mater nostra, que es in cælis; Panem nostrum quotidianum qui est fructus tuus, da nobis hoc e.

10. Ipsa est etiam lignum, cuius radix, id est, cordis intentio operata est secus aquas Scripturarum. Iob 29. quia conseruabat in corde suo quidquid de filio dicebatur. Luc. 2. Ipsa est lignum benedictum, per quod facta est iustitia. Sap. 4. de diabolo & hæresibus. Vnde canitur ei: Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti, &c. Nam per fructum eius captiui detenti in limbo à diabolo licet iniuste sunt liberati, & reprobi iuste damnati. Vnde & quique fideles tam matri quam filio bene dicunt. Vel lignum istud crux per quam de diabolo facta est iustitia.

11. Item ipsa lignum exiguum per humilitatem, cui committere debent homines animas suas, id est, vitam naturæ & gratiæ, vt sic transeuntes mare, id est, mundum, per ipsam quæ nauis est, liberentur à naufragio siue diluio peccatorum. Ipsa etenim est arca Noë, de qua ad literam istud legitur Sap. 14. Exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt. Per ipsum siquidem lignum, id est, arcam iuste saluatum est genus humanum in tempore diluuij, scilicet in Noë & filiis eius, qui in toto mundo inuenti sunt soli iusti, illo diluio inuadente.

12. Ipsa etiam lignum humile de quo Dominus Ezech. 17. Exaltaui lignum humile, crucem scilicet, vel Mariam, quæ exaltata est merito humilitatis suæ in matrem Domini & reginam paradisi. Et humiliati lignum sublime, id est, diabolum, qui superbiendo voluit exaltari, quod est impossibile: quia sicut dicitur Prouerb. 29. Superbum sequitur humilitas, id est, abiectio, humilem autem spiritu suscipiet gloria. Sequitur in Ezech. Et siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Lucifer prius fuit quasi lignum viride: quia plenus sapientia & perfectus decore Ezech. 28. Maria vouens virginitatem quodam modo quasi lignum aridum. Isa. 56. Non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum, &c. Sed ille siccatu est, & virga Aaron frondit & floruit. Num. 17.

13. Item ipsa lignum vitæ his qui apprehenderunt eam quasi duplici manu bonæ operationis, vt pro ea, id est, pro amore eius se exercent

in operibus bonis ad honorem Dei & exemplum proximi. Et qui tenuerit eam, quasi duobus brachijs reuerentiæ & seruitij, vt in duobus his perseueret & nunquam dimittat eam, beatus hic in spe, in futuro in re. Quare causa 20. & bene expositum inuenies.

Item ipsa lignum quod præcidit homo Dei, scilicet Eliseus qui signat Christum, qui homo factus est in ea, & in quantum Deus ipsam præcidit ab amore carnalitatæ & terrenitatæ, sicut legitur. 3. Reg. 6. & misit in fluum, id est, in fluxibilitatem generis humani, non quoad culpam, sed quoad pœnam quando complacuit ei vt virgo nasceretur in mundo, & ipsa mediante velut quodam manubrio attrahit ad se ferrum, id est, hominem prius durum frigidum & nigrum per amissam Dei similitudinem. Hieronymus per hoc ferrum intelligit genus humanum, quod à ligno vitæ cecidit in profundum miserie. Sed ab illo profundo sursum rediit per lignum crucis. Vel melius. Ferrum est ipsa humana natura, manubrium quo prius tenebatur à Domino, innocentia sua: sed ab hoc manubrio peccantibus primis parentibus cecidit in aquam miserie multiplicis, sed per lignum crucis & per beatam Virginem rediit ad suum manubrium, hoc est, ad suam innocentiam. Item ipsa forte lignum & imputribile. Isa. 40. quod elegit sibi artifex sapiens, de quo, scilicet sapientia ædificauit sibi domum Prouerb. 9.

Viso quomodo Maria à ligno multiplici figuratur, videndum est quare ipse Christus ligno comparetur & maxime ligno vitæ: Christus enim dat vitam mundo tanquam fructum suum, & ided dicitur lignum vitæ. Notandum igitur, quod sapientia, Christus Dominus, beata Virgo, ipsa crux, Scriptura sacra, appellantur communiter lignum vitæ. Sapientia incarnata. Vnde Prouerb. 3. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam. In hoc ligno sunt quatuor, folia, verba medicinalia, Apocal. 22. Fructus, sacramenta & exempla, quæ duo vitam gratiæ subministrant fidelium animabus. Cortex, caro sumpta de Virgine. Substantia arboris ipse Deus, Christus homo, cuius fructus humano generi vita est iustitiæ & gloriæ. Vnde dicit Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant iustitiæ in præsentem, & abundantius habeant, id est, vitam gloriæ in futuro. Ided de ipso dicitur Deut. 30. Ipse est vita tua & longitudo dierum tuorum. Item Prouerb. 13. Lignum vitæ desiderium veniens, ille scilicet veniens in carnem, de quo dicitur Aggæ. 2. Ecce veniet desideratus, &c. Beata Virgo, cuius fructus vocat se vitam. Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita. Crux in qua pendit ille qui est vita. Deut. 28. Erit vita tua quasi pendens ante. Nam per crucem data est vita hominibus. Scriptura sacra: quia seruat sermones Dei in quibus est vita animæ. Matth. 4. Non in solo pane, &c. Ioan. 8. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Et notanda est verborum distinctio. Arbor, id est, Christus dat fructum. Vnde: Quod fructum suum dabit, &c. Beata Virgo portat fructum. Fructus dependet ab arbore, id est, Christus à cruce, fructus sumitur ab arbore, id est, spiritualis refectio à sacra Scriptura.

14.

15.

ptura. Secundum quemlibet istorum modorum lignum vitæ est in medio paradisi: quia quodlibet istorum commune est omnibus vera fide & puro intellectu accedentibus ad se. Item lignum istud est in medio paradisi omnibus expositum, ne aliquis moriatur. Vnde de eo dicitur Isa. 65. Dies ligni erunt dies populi mei. Ideo Dominicum sacramentum datur omnibus & exponitur, ne spiritualiter moriantur. Et cum Ecclesia sit paradisi, & hoc lignum vitæ describitur esse in medio paradisi, ideo corpus Dominicum reponendum est in vasculo suo in medio Ecclesiæ in loco eminentiori, sicut est retro altare. Item sicut lignum vitæ talis naturæ in se erat, vt competenter comestum continuaret homini vitam naturæ: sic fructus arboris vitæ qui Christus est, continuat homini vitam gratiæ & gloriæ dignè sumptus, id est, facit vt statim post vitam gratiæ succedat vita gloriæ. Ideo dicit Ioan. 11. Ego veni vt vitam habeant gratiæ in presenti, & abundantius habeant, vt supra.

16. Item super textum illum Genes. 2. dicit Strabus, quod lignum vitæ tale erat, quod per sumptionem suam hominem ab omni miseria seruariet immunem, & nunquam vetus fieret, aut aliquod incommodum incurreret, tandem verò veram beatitudinem conferret. Augustinus verò dicit aperte, quod ex ligno, non ex propria natura habebat homo posse non mori. Poterat enim per illius arboris fructum vel aliquoties degustatum efficacius & diutius quam ex cæteris vitam producere, vel certo tempore sumptum ad omnimodam immortalitatem transire. Item sicut lignum vitæ viridius erat cæteris lignis, sic Christus sanctior cæteris sanctis: quia sicut dicitur 1. Reg. 2. Non est sanctus vt est Dominus. Et propter hoc dicitur sanctus sanctorum. Dan. 9. In virore enim sanctitas figuratur. Hoc etiam lignum describitur esse in medio paradisi: quia omnibus se communicat ad vsum vitæ, ad fruitionem patriæ sine acceptione personæ. Cæteras expositiones superius assignatas Mariæ poteris facile huic ligno appropriare.

17. De hoc ligno dicitur in Psal. Erit tanquam lignum quod plantatum est, &c. In verbis istis commendatur Christi vita temporalis. Lignum cognoscitur per fructificationem. Vnde Marth. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos. Sed antequam ferat fructum, oportet quod plantetur. Plantatus enim fuit Filius Dei in viridario veteri virginis, quando vnitus est humanæ naturæ. Iacob. 1. In mansuetudine suscipite mistum verbum, quod potest saluare animas vestras digna sumptione fructus sui. Plantatum autem fructificauit. Prou. 3. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, &c. Apocal. 2. Vincenti dabo edere, &c. Ezech. 17. Tenerum dispergam & plantabo super montem excelsum & eminentissimum, scilicet beatam Virginem. Secus decursus aquarum, id est, secus defectus mortalitatis nostræ, qui sunt fames, sitis, frigus, calor, lassitudo, & huiusmodi. Quod fructum suum, id est, carnem suam esibilem, dabit in cœna. Nota dabit, non vendet. Assigna contra eos qui vendunt paruo pretio quod est imprestabile. Hunc fructum flores & folia præcels-

runt, scilicet agnus typicus. Exod. 12. quia legalia præcelserrunt sacramenta nouæ legis. Vel fructum dicit missionem Spiritus sancti. Ioan. 15. Nisi ego abiero, sicut flos prius recedit quam fructus adueniat, paralitus non veniet ad vos. In tempore suo, scilicet passionis, de quo dicit Ioan. 12. Tempus meum nondum impletum est. Vel in tempore suo, id est, tempore gratiæ.

Moraliter de viro iusto. Erit tanquam lignum. Assigna de radice, & de stipite, & omnibus particulis istius ligni. Quod plantatum est secus decursus aquarum, gratiarum, lacrymarum, scripturarum. Plantari est in charitate, fide, & humilitate radicari. Multi enim videntur esse in Ecclesia plantati. Vnde alibi: Plantati in domo Domini, &c. Sed non sunt, imò ibi fixi sunt tanquam pali, qui quia non radicantur, citò possunt extrahi, vel si ibi manserint, arescunt: & ideo igni idonei, vel sepibus, id est, possessionibus conseruandis, sicut patet in multis: & de talibus dicitur Sap. 4. Et si in ramis, id est, in quibusdam operibus in tempore germinauerint, infirmo polita, à vento tentationis commouebuntur, & à nimietate ventorum, id est, tribulationum insurgentium, eradicabuntur. Et nota, quod dicit in tempore germinauerint, quia ad tempus credunt, infirmo polita, quia tempore tentationis recedunt. Assigna bene. Et tales pali sunt ibi numero, non merito, nec radices habent: quod patet ex eo quod ad tempus credunt, sed in tempore tentationis recedunt. Luc. 8. Tales sunt illi qui dicunt, prius item ad portam quam facerem hoc vel illud. Et isti nullum fructum bonum faciunt plusquam porcus, quibus dicitur Dominus Marth. 20. Tolle quod tuum est, id est, tulisti quod quæstisti: vade in ignem æternum. Marth. 20. Ite maledicti. Sola enim arbor plantata & radicata frondet, floret, fructificat. Vnde sequitur: In atris domus Dei nostri florebit. Atria, scilicet domus exterior, Ecclesia militans est & etiam religio ordinata. Sequitur: Quod fructum suum dabit. Qui enim crescit in virtutibus per illam triplicem aquam debet fructificare in operibus. Ideo dicit: Quod fructum boni operis non solum germen cogitationis, aut florem propositi, aut folia verborum, suum, in se scilicet, non tantum in aliis. Isa. 66. Si ego qui aliis generationem tribuo, sterilis ero? Dabit voluntariè, non coactè faciet. 1. Cor. 9. Non ex tristitia aut ex necessitate. Dabit contra hypocritas, qui vendunt pro laude, in tempore scilicet quod modo est, id est, in vita presenti, quando tempus est merendi: quia post mortem est tempus recipiendi. Ecclesiastes 9. Quodcumque potest facere manus tua, &c. quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erit apud inferos, &c. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Veniet nox, id est, tempus post mortem, quando nemo potest operari.

De foliis huius ligni, id est, Christi dicitur in Psal. Folium eius, id est, verbum non defluet. Ezech. 47. Non defluet folium ex eo. Ecce quod verba eius æterna. Ioan. 6. Verba vitæ æternæ habes, dicit Petrus. Non enim erat de terra: & ideo non loquebatur de terrenis. Ioan. 3. Qui de terra est, de terra loquitur: qui de

18.

19.

caelo

cælo venit, super omnes est: & quod vidit & audiit, hoc testatur. Ipse enim figuratus est per Samuelem de quo dicitur. 1. Reg. 3. Non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.

Verbum Christi non defluet, à veritate per mendacium Ioan. 17. dicit filius Patri: Sermo tuus veritas est.

A necessitate per superfluum: quia non habuit folium, id est, verbum quod vento raperetur. Iob 14. vento scilicet inanis gloria.

Ab efficacia per vacuum. Isa. 51. Verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum.

Ab intentione per irritum. Psal. Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Hæc omnia possunt exponi de Christo, sicut exposita sunt supra de beata Virgine. Verba etiam, id est, folia huius ligni commendantur à medicinalitate. Vnde Ezech. 47. Erunt fructus eius in cibum, & folia, id est, verba in medicinam: quia solo verbo curabat omnem infirmitatem. Apoc. 12. Folia ligni ad sanitatem gentium, id est, gentium viuendum: quia peccatores conuertebat ad fidem.

10.

Item de hoc ligno dicitur Apoc. 22. Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim: per singulos menses reddens fructus suos, & folia ligni ad sanitatem gentium. Per hoc flumen potest intelligi decursus vitæ mortalis & fluxibilitas peccatorum. Ultra flumen sunt Angeli incorruptibiles & immortales, citra homines adhuc vitæ corruptibilis defectibus subiacentes. Vel citra adhuc viuentes in carne, ultra iam defuncti ab hac vita. Lignum vitæ Christus Dominus, qui adhuc viuentes reficit sacramenti sui participatione: sed in cælo, hoc est, ultra flumen, Angelos, & beatos faciet suæ diuinitatis & gloriæ humanitatis contemplatione. Et quia hoc prædicauerunt duodecim Apostoli, idè dicuntur fructus duodecim. Per singulos autem menses reddit lignum vitæ fructus suos: quia Christus electos suos continet & in mundo reficit & in cælo. In mundo fructu iustitiæ, in cælo fructu gloriæ. Vel quia mensis est completio dierum. Vnde dicitur Isa. in fine: Erit mensis ex mense, id est, completio gloriæ ex completionem gratiæ. Per duodecim menses signantur duodecim gratiarum contemplationes. Vel quia mensis dicitur à mense, quod est defectus: duodenarius verò numerus est perfectus. Lignum vitæ fructus affer duodecim: quia singulos defectus nostros, quantum in se est, quodammodo supplet in hac vita, cum ipse etiam in præsentem sit omnia in omnibus, id est, sufficientia omnium. 1. Corinth. 13. Folia ligni præcepta Christi, quæ gentes sanant, fructus conseruant, & refrigerium præstant. Nam præcepta Dominica cum implentur, iustitiam operantur: & qui iustificatur, ille sanatur. Et bene post fructum addit de foliis: quia nihil prodest imò multum nocet per occasionem Christi sacramentum recipere, nisi recipiens præcepta illius studeat adimplere.

Aliter. Christus lignum vitæ: quia dat mundo vitam naturæ hic, & vitam gratiæ, daturus

in futuro vitam gloriæ mundo, id est, amanti-bus munditiam. Duæ partes fluminis sunt vita præsens ante iudicium, vita sanctorum post iudicium. Vna citra flumen, altera ultra, in qua Dominus cum sanctis regnabit in æternum & ultra. In hac vita, id est, citra flumen habemus vitam gratiæ, ultra flumen, hoc est, in futuro, vitam gloriæ expectamus in sacramento, vt supra dictum est. Per singulos menses, id est, per singulas ætates reddit fructum suum, quo reficit & sanat sibi seruientes. Vel per singulos menses: quia peccatori conuerso singulis defectibus peccatorum reddit singulas perfectiones virtutum. Vnde petit Psal. Deus meus illumina tenebras meas, id est, peccata mea expelle, & singulis peccatis virtutes oppositas redde. Citra flumen, id est, in vita præsentem habetur lignum vitæ in sacramento. Afferens fructus duodecim, quos enumerat Apostolus ad Gal. 5. fructus spiritus, charitas, gaudium, &c. Vel hi duodecim fructus, duodecim secula habenda in futuro, quæ transiens ministrabit nobis in mensa refectionis æternæ in regno Patris sui. Luc. 12.

Vel lignum vitæ ipsa crux est, quæ nobis fructificat omnia bona paradisi, quæ intelliguntur per. 12. fructus: quia duodenarius constat ex partibus septenarij, qui est numerus vniuersitatis, cuius partes ternarius & quaternarius. Per singulos menses reddens fructum suum: quia pro singulis defectibus quos hic pro Domino sustinuerunt sancti, reddet illis gloriosum fructum. Sapient. 3. Bonorum laborum gloriosus fructus. Et tunc erit mensis plenitudinis, id est, plenæ retributionis, ex mense, id est, pro mense, id est, pro defectu quolibet qui sustinetur hic pro Domino. Vel secundum Glossam, vtraque pars fluminis signat saluatos sub vtroque testamento. Vnde Moyse adduxit Israël vsque ad flumen Iordanis. Iosue introduxit in terram promissionis. Vel in vtraque parte fluminis, id est, Scripturæ veteris & noui est Christus: sed in veteri in figura, in noua in re. Afferens fructus duodecim, id est, duodecim Patriarchas in veteri, duodecim Apostolos in nouo: qui per singulos menses reddiderunt fructus prædicando fidem Trinitatis per quatuor mundi climata. Menses Apostoli, Christus agnus, sicut ipse dies, ipsi horæ diei. Ioan. 11.

Et folia ligni ad sanitatem gentium. Postquam locutus est de eis ligni, loquitur de foliis: quia post cibum solent apponi medicinalia, quæ ad duo faciunt, scilicet ad sanitatis conseruationem, & nociui expulsiōem. De primo dicit: Et folia ligni ad sanitatem gentium. De secundo statim subdit: Et omne maledictum non erit amplius. Hæc folia sunt præcepta Christi & doctrina quæ sanant gentes, id est, peccatores. Sap. 16. Non herba neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine, qui sanat omnia: & hæc duo præmuniunt contra reciduum.

Item de hoc ligno dicitur Apoc. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Vincenti. Notandum, quod qui vincit, pugnat: & qui pugnat, sicut & esurit victoriam pugne quæ est iustitia: vnde bene

21.

bene promittitur tali esus cum dicitur: Dabo edere. Matth. 5. Beati qui esuriunt, &c. vsque, saturabuntur. Vincenti vel quoad tempus vt semper vincat & perseveranter: vel quoad numerum vincendorum & vincat quicquid vincendum est, scilicet carnem, mundum, diabolum. Hæc sunt tria regna quæ sancti vicerunt per fidem. Hebr. 11. Dabo gratis. Hoc dicitur habito respectu ad radicem meriti, & non ad merita. Radix enim meriti quæ est gratia, gratis à Deo confertur. Vnde Psal. Misericordia eius præueniet me. Vel dabo. In hoc notatur, quod super merita remunerabit. Vnde: Mensuram bonam & confertam, &c. Luc. 6. Et quid dabo? Edere de ligno vitæ, id est, sariari de iocunda Christi, Dei, & hominis visione, quæ se fecit lignum vt esset materia illius ignis quem venit mittere in terram, volens eam accendi. Luc. 12. Hoc est lignum quod præcisum est & combustum in morte in igne passionis, vt in nobis accenderet ignem charitatis, quando scilicet in sole, id est, in passionis feruore posuit tabernaculum suum, id est, corpus. Sed iterum frondit in resurrectione. Iob 14. Lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursus virebit & rami eius pullulant. Lignum Christus, vt supra. Luc. 23. Si in viridi ligno, &c. Haber spem gloriæ post mortem. Vel hoc idè dicitur: quia Apostoli habebant spem de eo quod resurgeret post passionem, sicut ipse prædixerat, in qua tamen spe vacillauerunt postea. Hoc lignum plantatum fuit in incarnatione, vt supra, præcisum in passione. Isa. 53. Qui abscissus de terra, viruit in resurrectione. Vnde: Et floruit caro mea. Et rami eius Apostoli & fideles pullulant. Quia sicut dixit Ambrosius, resurrectur in anima discipuli. Vel pullulant crescentes numero & virtute. Vnde Ioan. 15. Ego vitis, & palmis. Si senescit in terra radix eius, id est, si prædicatio & fides à ludæis terrenis sit contempta. Et in puluere emortuus fuerit truncus eius, id est, corpus inter malos qui sunt puluis. Ad odorem aquæ germinabit. Glossa: quia per virtutem Dei caro ad vitam redit. Et faciet comam in se capite Apostolos radicando. Quasi cum primo plantatum est in eorum fide & modo foras hoc comparisonem. Sequitur: Quod est in paradiso Dei mei, id est, in Ecclesia militante per præsentiam corporalem in sacramento altaris, & per præsentiam spirituales: quia Deus vitæ, & per conseruationem. Matth. 27. Ecce ego vobiscum sum, &c. Proverb. 3. Delicia meæ esse cum filiis hominum. Et dicitur Ecclesia paradisu: quia locus deliciarum. Vel in paradiso Dei mei, hoc est, in Ecclesia triumphante, vbi ipse est per manifestam & apertam visionem & contemplationem eternam.

22.

Item hoc lignum de quo Ierusalem, id est, Ecclesia edificata est vt ciuitas: quia est fundamentum Ecclesiæ prout datus est in exemplum paupertatis, abiectionis & vilitatis. Item est patris per collationem donorum. Vnde Psal. Dedit dona hominibus. Et restituit quantum consumimus nos & perficit in bono. 1. Pet. 2. Ipse per se, consummabit, solidabitque: quod maxime ipse faciet in futuro, & iam facit cibum & potum nos in carne sua & sanguine suo. Idèd

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

dicitur Isa. 40. Forte lignum & imputabile elegit artifex sapiens, id est, Christus, scilicet seipsum quo edificaret sibi domum, id est, Ecclesiam.

§. XIX.

Virgula.

Virgula. Nota, quod de natiuitate Mariæ dicitur Isa. 11. Egredietur virga, &c. id est, Maria nascetur cum corpore grosso & corpulento. Sed in assumptione dicitur ascendere sicut virgula. Cant. 1. cum corpore attenuato & subtiliato per glorificationem. Duo enim sunt in virgula, cortex exterior qui signat carnem, & lignum interius quod signat animam, vt his verbis videatur exprimi assumptio eius cum corpore quasi lignum virgæ cum cortice. De virgula fumi quære 3. particula horti conclusi.

§. XX.

Virga.

Virga. Isa. 11. Egredietur virga. Num. 24. Consurget virga de Israël. Psal. Virgam virtutis tuæ emittet ex Sion. Maria virga. Quia egrediens à radice habet in se omnis munditiæ nouitatem. Nam sanctificata fuit in vtero: & idèd nata est tota sancta. Idèd natiuitas eius ortui fidei comparatur. Num. 24. Orietur stella, &c. Sed nos nascimur quasi nubes obscurissima deformes & obscuro per originale peccatum. Omnes enim nascimur filij iræ. ad Ephel. 2.

Egrediens à radice directè sursum ascendit. Nam ex quo nata est tota sancta, non creditur inclinata per peccatum vel amorem terrenorum, licet ante conceptum filij peccare potuerit: idèd dicitur Num. 24. Consurget virga de Israël.

De terra modicum occupat: in quo notatur paupertas ipsius, quam ad exemplum filij præelegit. Quære titulo de paupertate eius.

Tenuissimo de cortice contexta. Hoc habuisti titulo de cortice vitis, & titulo de paupertate indumentorum eius. Vel aliter. Fuit enim quasi cortice tecta per amorem secretæ & solitariæ vitæ, designata per Saram uxorem Abrahæ latitantem in tabernaculo. Genes. 12. & per illam virginem Saram, quæ dicit Tob. 3. Nunquam cum iudeis miscui me, &c.

Modico succo ad nutrimentum sui contenta. In hoc abstinentia eius. Quære titulo de abstinentia eius.

Tremula: timuit enim Dominum filiasque & castè. Vnde Proverb. in fine: Mulier timens Deum ipsa laudabitur. Timuit enim audiens salutationem angelicam. Vnde paulò post dicit ei Angelus: Ne timeas Maria, &c. Et iste timor præparauit locum Spiritui sancto, iuxta illud Isa. 41. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & tremulentem sermones meos: Et ista omnia habebat in se Maria. Erat enim humilis, quiescens, pauper, & filiasque timens.

N. n. Partula

Pauciora habet folia quam arbor procera, sed quandoque maiora & latiora, quandoque minora. Cateræ arbores cæteri sancti, folia verba sunt. Sed folia sua, id est, verba minora sunt cæterarum arborum foliis per humilitatem, & maiora alio respectu per sapientiam profunditatem, sed paucissimi adhuc intellexerunt ea. Quare titulo de verbis eius. Paucissima enim legimus verba eius in Euangelio, scilicet seipsum & brevia quoad prolationem, sed verè inscrutabilia per sententiositatem. Fuit igitur, ut dictum est, in vestitu modesta, in victu parca, discreta in verbo, sed immensurabilis in clementia.

Vniuersalis statura: quia non nodosa, non in ramis hinc inde diffusa: quia iam magis esset arbor quam virga: & per hanc vniuersitatem morum concordia designatur. Ambrosius: Hæc est virga cui nec nodus nec cortex adhaesit. Nec nodus scilicet peccati mortalis, nec cortex venialis. Vel hæc vniuersitas fuit in ea proposito finitas: quia sicut incepit, sic perseverauit.

Ex quo crescere incipit, iugiter crescit, donec veniat ad perfectum clementum. Sic & ipsa semper creuit de virtute in virtutem. Vnde Ezech. 19. Fructus eius & frondes creuerunt ex aquis multis, id est, ex multitudine charismatum, quæ designantur per aquas. Quare supra de clemento vinear. Tunc etiam fuit perfecta clementia, quando dicta est gratia plena: tunc etiam quando facta est mater Dei manens virgo. Et hæc eius perfectio designatur in verbis Elizabeth Luc. 1. Beata quæ credidisti: quoniam perfectior, &c. In sua etiam assumptione creuit vehementer, quando coronata & facta est regina paradisi. Vnde: Altitur regina à dextris, &c. Nunquam tamen crescere desinet quoad reuerentiam, laudem, & amorem ex memoria beneficiorum suorum: quia sicut dicitur Eccl. 39. Non recedet memoria eius, & nomen eius requiritur à generatione in generationem.

Pauciora habet folia quam arbor procera, sed quandoque maiora & latiora, quandoque minora. Cateræ arbores cæteri sancti, folia verba sunt. Sed folia sua, id est, verba minora sunt cæterarum arborum foliis per humilitatem, & maiora alio respectu per sapientiam profunditatem, sed paucissimi adhuc intellexerunt ea. Quare titulo de verbis eius. Paucissima enim legimus verba eius in Euangelio, scilicet seipsum & brevia quoad prolationem, sed verè inscrutabilia per sententiositatem. Fuit igitur, ut dictum est, in vestitu modesta, in victu parca, discreta in verbo, sed immensurabilis in clementia.

Vniuersalis statura: quia non nodosa, non in ramis hinc inde diffusa: quia iam magis esset arbor quam virga: & per hanc vniuersitatem morum concordia designatur. Ambrosius: Hæc est virga cui nec nodus nec cortex adhaesit. Nec nodus scilicet peccati mortalis, nec cortex venialis. Vel hæc vniuersitas fuit in ea proposito finitas: quia sicut incepit, sic perseverauit.

Quod notatur per hoc quod licet audisset ab Angelo, quod deberet Filium Dei concipere, constanter tamen respondit, Virum non cognosco. Ideò designatur per Annam, cuius vultus non sunt in diuersa mutati. 1. Reg. 1.

Æqualis & plana. Hoc per innocentiam. Super illud verbum. 24. Consurget virga de Israël, dicit Glossa. Cui nullus frutex peccati adhaesit. Si enim sit frutex in virga, iam non est virga, sed magis ramus, vel arbutuscula. Et qui vult de ramo facere virgam, frutices amputat & ramos ab ea. Sic fecit tota Trinitas in Maria, quando fuit in vtero sanctificata. Propter hoc de tribus illis quos legimus in vtero sanctificatos, scilicet Ieremia, Maria, Ioanne Baptista dicitur Eccl. 3. Frutex peccati eradicabitur in illis.

Firma & solida per animi in bono constantiam, non intus vacua ut stipula, calamus, vel arundo vento agitata. Nam in proposito virginitatis quam vouerat, solidissime stetit, dicens: Virum non cognosco. Nec propter aliquam promissionem quam ei faceret Angelus, vnquam titubavit ab eo. Vnde de ea dicitur Eccl. 26. Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris.

Medullosa & humida. Plus enim habet medullæ virga quam arbor, & magis abundat humore à summo vsque deorsum secundum quamlibet sui dimensionem. Ideò dicta est gratia plena excellentius quam omnes sancti, qui sunt arbores in horto Domini. Secundum inferius in vtero matris sanctificatio. Secundum superius vel filij Dei conceptio vel etiam sua assumptio. Secundum quasi dextrum contemptus prosperi. Secundum quasi sinistram patientiam aduersi. Secundum quasi posterius gratiarum actio iam recepti. Secundum quasi anterius desiderium vehemens amplius recipiendi, & istud proprium est humilitatis. Humida igitur fuit interior plenitudine charismatum, sed in intimo, hoc est, in corde medullosissima visceribus pietatis.

Gracillima per totum, sed in summitate gracillima. Gracillitas humilitas. Nam sicut Filius Dei formam serui suscepit in ea & ex ea, sic & ipsa ex dno filij formam accepit ancillæ. Virga igitur hæc per totum gracillima: quia ipsa per totum humilis. Hoc assignauimus titulo de humilitate eius. Sed in sua summitate fuit humillima, sicut virga in suo capite gracillima. Ideò ipsa dicitur Eccl. 43. luminare quod minuitur in consummatione. Et hoc bene apparuit in responsione sua ad Angelum, conceptum Filij Dei nuntiantem, quod fuit summitas excellentiæ eius, & tunc apparuit gracillima, hoc est, humillima, cum auditis tantis præconiis respondit: Ecce ancilla, &c.

Flexibilis & semper erecta, hoc est, mirè flexibilis, quoad Deum per obedientiam, per humilitatem quoad se, per compassionem quoad peccatores, sicut patet in Theophilo. Si quidem obediendo respondit: Ecce ancilla Domini: quia ancillæ est obedire. Quasi diceret, quidquid ei placuerit, fiat de ancilla sua. Leui etiam aura deuoræ orationis vndique virga floccatur, leui

leui tactu bonæ operationis ad nos attrahitur, ut nobis communicet fructum suum, & placibilem reddat vniuersum suum. Et vnde hoc? Vtique ex eo quod virga referta humore quando gracilis est & in vitore, in quamcumque partem flecti potest facillime, quod non arbor. Et Maria gracillima perfecta humilitate & iugiter virens perpetua sanctitate & humore copiosa inenarrabilis scilicet pietate, favorabilis est ad petitiones nostras, si iuste fuerint, admittendas, & si peccerimus in nomine vniuersi filij. Ioan. 16. Vtique modo non petistis quicquam in nomine meo. Et nota, quod virga florida vel fructifera si deorsum spectat, secum inclinatur florem suum vel fructum. Studeas igitur ad terram, id est, ad te qui terra es amote & seruitio, flectere virgam istam & securus esto, quia secum florem suum procul dubio inclinabit. Sed ad hoc necesse est, ut & tu per obedientiam flectaris ad beneplacitum vniuersæ. Notatur etiam in flexibilitate misericordia ad exaudiendas preces miserorum. Sis igitur & tu flexibilis pietate, si piam Mariam cum pio filio ad te volueris inclinare: sed quomodo si flectatur, permanet erecta virga ista? Vtique per iustitiam. Nam tam subtiliter scit miseris impendere misericordiam, quod nunquam declinat à recto iustitia. Et hoc potest videri in virga erecta, quæ quantumlibet hinc inde flectatur, semper reuertitur ad suam rectitudinem. De qua Boëtius loquens de virga dicit, quod recto spectat tramite cælum. Similiter & Maria per contemplationem dicens cum filio: Providebam Dominum in conspectu meo semper. &c.

Leuis non aspera pietate & compassione, mansuetudine & benignitate. Quare de singulis sub titulis suis.

Proceræ & recta. Nam liberè & sine obstaculo petens alta subtili sublimitate contemplationis: quia cæcos attingebat stans in terra. Sapient. 18. Idè dicitur virgula fumi. Vel tam eius quam nostra proceritas est perseverans longanimitas in bono. Rectitudo, verò eius charitas & nostra similiter. Nam omnis alia dilectio curua est & incuruans. Curua: quia ad se reciproca & incuruans ad hæc temporalia. Sed illa dilectio que hominem dirigit ad Deum propter seipsum, & inclinatur eum ad proximum propter Deum, recta est ab effectu. Vnde Cant. 1. Recti diligunt te. Sed incuruati alia ad te. Vel tam Mariæ quam nostræ rectitudo fixa in cælestibus & æterna intentio. Fuit etiam hæc virga, id est, Virgo gloriosa recta per paupertatem quam exemplo filij prælegit. De spiritali rectitudine inuenies titulo de seruis Mariæ. Fuit etiam recta per intentionem.

Mariæ virga: quia comparatione cæterarum dimensionum suarum valde longa. Sic beata Virgo per perseverantiam fidei in tempore Dominicæ passionis. Hoc inuenies titulo de fide ipsius.

Sine angulis & rotunda. Rotunditas simplicitas, quæ dicitur quasi simplex unitas, id est, sine plica: quia in omni plica duplicitas est, & omnis angulus duplicitatem habet, quia componitur ex alterno contractu duarum linearum. Istud bene inuenies titulo de cælo, vbi

D. Ab. Mag. de laudibus B. Mariæ.

cælum dicitur orbiculare. Vel in rotunditate virgæ figuratur appetitus & desiderium cælestium, sicut ibidem reperies.

Sua proceritate transcendens terræ virentia sit. Et ipsa terræ virentium quæque virentia, scilicet Angelos & beatos dignitate transcendit. Vnde canitur de ea: Ascendentem desuper riuos aquarum. Quare 11. priuilegio eius. De quibus virentibus propter eorum gloriam immarcescibilem, & quia per recogitationem & desiderium æternorum blandè refouetur noster spiritalis intuitus, sicut viridia confortant oculos, qui scilicet intuitus noster cotuscantis deitatis candore retunditur. Item de proceritate eius dicit beatus Bernardus: O virgo virga sublimis.

Quasi mediatrix est inter radicem suam & fructum suum. Radix Mariæ genus humanum: quia egressa est de radice Iesse. Fructus eius IESVS CHRISTVS, qui nisi ipsa mediantem non potest à nobis haberi: nam sicut filius eius mediator est Dei & hominum, scilicet inter nos & patrem, sic & ipsa nostra ad filium mediatrix. Vnde dicit ei beatus Bernardus: Tu mater regis, tu mater exulis, tu mater Dei, tu mater hominis, tu mater rei, tu mater iudicis. Cum ergo sis vniuersæ mater, id est, Dei per naturam, & hominis per gratiam, discordiam non poteris inter filios sustinere. Si ergo non audes per te accedere ad Christum, accede hac virga mediantem. Ipsa enim est virga aurea Assueri, qua mediantem habebatur accessus ad eum. Esther 4. Idè dicitur aduocata nostra. Propter hoc dicit iustus Cantic. 7. Ascendam in palmam & apprehendam fructus eius. Accedit ad palmam, qui fide per dilectionem operante propinquat ad Mariam. Sed quasi ascendit in palmam, qui quomodocumque potest, proficit in amorem & seruitium eius. Fructum verò palmæ palma colligit mediantem, qui precibus matris à filio eius veniam impetrat, gratiam & salutem.

De propria substantia sua non de seminum commixtione concipit florem & fructum suum. Vnde Genes. 1. dicitur de ligno paradisi. Cuius semen in semetipso fit super terram, ut supra exposuimus de ligno propè principium capituli. Beneficio tamen roris & pluuie virga fecundatur, & calore solis fructus illius maturatur. Pluuia filius Dei. Vnde: Descendit sicut pluuia in vellus. Ros Spiritus sanctus. Vnde Isa. 45. Rorate cæli desuper. De quo dicitur concipisse, de quo, id est, cuius ministerio, ut illud, de materiale non fit, sed formale. Quia sicut dicit Ambrosius, Non ex virili semine, sed mystico spiramine verbum Dei factum caro, fructusque ventris floruit. Idè dictum est ei Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, id est, super id quod dici potest, veniet, ut non tantum sit in mente, sed operetur in carne. Idè etiam superius dixerat ei Angelus: Ecce concipies in vtero, id est, ex vitro, scilicet ex causa intrinseca sine admixtione extrinseca. Alie namque mulieres ab extrinseco recipiunt vnde concipiunt, ut nequaquam. Vel per pluuiam & rorem intellige Spiritum sanctum. Vnde dicitur Ezech. 33. Pluuie benedictionis erunt, & dabit lignum agri fructum suum.

Na 3 Quare

Quere titulo de terra. Calor solis, quo fructus maturatur, charitas Dei Patris, qui sic dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Ioan. 3. hominem factum pro mundo. Ecce quomodo tota Trinitas, cuius opera inseparabilia, operata est virgæ nostræ gloriosum conceptum.

Florem suum portat sine graamine. Tum quia flos leuis. Tum quia vnicus. Ideo Prophecia volens innuere, quod fuit sine graamine grauida. Flos, inquit, de radice eius ascendet. Nec dixit flores. Beatus Bernard. Quia iugum Domini leue, grauidari potuit Maria, non grauari. Quare de his tertio priuilegio eius.

Fructum suum producit sine sui dissipatio- ne. Et ex hoc sumitur argumentum, quod filium peperit sine dolore, id est, sine naturali læsione. Quare quarto priuilegio eius. Hæc igitur tria quæ pertinent ad conceptum, portatio: & partum Virginis, plena fide debemus venerari, cætera omnia in quantum possumus imitari.

3. Fructus etiam virgæ quodammodo perfectior, dulcior, & sapidior, vel delectatior quam arboris magnæ. Sic fructus Mariæ plenitudo omnium bonorum, cuius gustus dulcis super mel & fauum, cuius sapor est affluentia omnium deliciarum. Fructus enim eius plene sufficiens fuit ad mundi redemptionem & ad electorum æternam refectionem. Sed cum cæteri sancti multo minores Maria designentur per arbores excellentissimas, cedros videlicet, cypressos, oliuas, & cæteras huiusmodi, quomodo Maria præcellens omnibus, tam proprie figuratur per virgam sicut assignatum est? Vtique ratione humilitatis. Sciebat enim per inspirationem diuinam, quod nouissimi primi erunt. Matth. 20. Vnde & ei conuenientissimè potest adparari illud quod dicit Hieronymus de Beata Paula: Minima fuit inter omnes, ut omnium maior esset, quantoque amplius se deiciebat, tanto magis subleuatur à Christo. Beatus Bernard. Iure nouissima facta est prima, quæ prima omnium nouissimam se faciebat. Ad quod innuendum à beato Luca. Act. 1. loco nouissimo nominatur.

Item alia ratio, sicut dixit Petrus manducator: quia sæpè solet virga de sylua sumi, vbi sunt arbores syluaticæ, quæ præferunt fructus acerbos, agrestes, & inspidos: & in horto transplantari, ut in eius trunco surculus bonæ arboris inseratur, qui proferat fructus iocundos & suauis. Sic beata Virgo de sylua gentilitatis assumpta, scilicet de radice Raab Iericonitæ, & Ruth Moabitidis, transplantata est in horto Domini, ut optimæ surculus arboris infereretur in ea. Abraham in figura Trinitatis & vnus Deitatis tres Angelos vidit. Vnitas arbor bona. Tres personæ velut tres surculi, quorum vnus insertus est trunco virgæ nostræ, ut fructus faceret dulces & iocundos ad edendum. Et qui prius erat vita, fieret lignum vitæ & emmanuel, id est, nobiscum Deus. De hac insertionem quæ supra tertio §. de horto, vbi hortus dicitur confusus. Hæc etiam virga nata est in deserto Iudææ, sed transplantata per fidem in hortum deliciarum, scilicet Ecclesiam, vbi sunt rosæ martyrum, violæ confessorum, & lilia

virginum: & ibi fructificauit fructum vitæ pulchrum visu, suauem odoratu, dulcem gustu, quo qui dignè gustauerit, mortem non videbit in æternum.

Item alia ratio: quia parua, scilicet extremæ literæ mutatione, de virga fit virgo. In ipsa siquidem voce parum distant virga & virgo, scilicet non nisi per literam, O, quam ad literam formabis de virga, si virgæ termini coniungantur, id est, duo capita virgæ. Imus terminus huius virgæ virginitas est, supremus vel Christi conceptio, vel matris assumptio. Quocumque enim modo coniugas huius virgæ imum terminum supremo, inuenies virgo: quia virgo sanctificata est, virgo nata, virgo concepit, virgo peperit, virgo ante partum, virgo in partu, & post partum, & virgo assumpta est in cælum.

4. Item nota, quod parua est differentia inter hæc duo nomina, virga & virgo, & ferè identitas horum duorum nominum propter identitatem significati per ea, in quibus distant, scilicet o, r, a. Vnde Apocal. 1. Ego sum a & o, principium & finis. Et sicut duæ istæ literæ perfectiæ sunt horum duorum nominum, sic Filius Dei qui est a & o, per incarnationem suam maximè perfectæ Mariam quæ est virga & virgo. Vnde dictum est ei Luc. 1. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur, &c. Et notandum est de abundantia, quod Filius Dei appellat se a & o. Quasi dicat: Omnia cognosco, omnium scientiam habeo. Comparat autem se literis: quia ipse est illa sapientia quæ verè literatos facit. Nam ipse est verbum Dei & Dei sapientia. Comparat se alpha quod interpretatur petere, ut doceat, quod ab ipso petenda est sapientia, sicut dicitur Iacob. 1. Comparat se vocalibus: quia ad hoc venit ut nos vocaret ad regnum. Item quia ipse est ille liber in quo mutæ vel liquidæ non sunt literæ. Item per duo maximè vocat nos, scilicet per considerationem principij nostri, & per memoriam finis nostri. Ideo se comparat illis literis, quæ extremæ sunt & finales. Item Græcis literis & non Hebræis quia ad literam sapientia incepta à Græcis. Item ut doceat nos, quod non solum theologica, sed etiã sapientia philosophica à Domino Deo est. Est ad hæc notandum, quod hæc litera, a, triangularis est, hæc litera, o, rotunda. Et hæc litera, a, significat fidem triplicem, scilicet de tribus personis in vnitate substantiæ, sicut a, vna est litera, sed tamen triangularis. Vel etiam isti tres anguli significant fidem sacramentorum, testamentorum, articulorum. Hæc verò litera o, quæ rotunda est & circularis, significat perfectionem. Quid ergo virga, vel virgo, nisi beata Virgo perfecta in fide? Et nota, quod quia magna res non potest sufficienter probari per vnum testem, & beata Virgo descendit non solum de Synagoga quæ signat Iudæam, sed etiam de gentilitate per Raab Iericonitam & Ruth Moabitidem. In hoc nomine duplici, virga virgo, a, sumitur à Balaam gentili qui prophetando dixit inter cætera. Numeri 24. Consurget virga de Israël, & confringet omnes duces Moab. Sed, o, sumitur ab Isaia Iudæo dicente Isa. 7. Ecce virgo concipiet, &c.

Item notandum, quod cum Propheta posuerit virgam simpliciter & sine adiuncto volens

lens per virgam intelligi beatam Virginem, & dixerit, egredietur virga sine aliquo adiuncto, perfectam virgam voluit intelligere. Consuetudo est Scripturæ sacræ, quod quoties facit metaphoram de quolibet perfecto ad aliquod irrationale, vel ad rem inanimatam, si res illa enuntietur in generali nomine, intelligenda est res perfectissima in suo genere. Verbi gratia, non omnia lilia nec omnes rosæ sunt eiusdem pulchritudinis vel odoris: ideo cum dicitur, sicut liliū inter spinas, vel quasi rosa plantata in Ierico, & huiusmodi, intelligendum est de pulcherrimo lilio, & de rosa summæ pulchritudinis. Item notandum, quod semper in metaphora de imperfectis apponitur aliquid quod bonum imminuat vel malum insinuet, ut cum dicitur Isa. 56. Canes muti non valentes latrare. Vel columba seducta. Osee 7. & huiusmodi. Ergo cum dicitur, Egredietur virga, &c. non debet intelligi de virga curua, vel aspera, vel rugosa, vel de huiusmodi, sed de virgidi plana, rotunda, & huiusmodi, quæ proprietates in se habet imperari assignatas.

6. Hæc est virga de virgæ quæ Iacob, id est, Deus Pater Gen. 30. decorata, scilicet à cortice originali, & tunc decorata mandidissima, quia purissima. Hoc habetur supra titulo de arbore Nabuch. Alia virga, quæ decorata fuerunt, sunt Ieremias & Iohannes Baptista. Ideo dictum est Thron. 1. Egredietur est à filia Sion omnis decor eius, scilicet à beata Anna, ut supra titulo de ligno cæci medium capituli.

7. Hæc est virga super cuius summitate Iacob moriens Deum dicitur adorare, conuersus ad lectuli caput Gen. 47. Nota, quod in textu Bibliæ non legitur illud, sed Iosephus & magister in historia dicunt, quod super virgæ, & fuit hæc virga locum dum quædam Ieremias Ioseph, non quod Iacob adorauerit super Ioseph, sed forte tenebat scætrum dum iurauerit Ioseph, & potest esse, quod in illius scætrum adorauerit Deum.

Hæc est virga Moysi per quam fecit signa in Aegypto, & ad quædam in omni necessitate recurreret, quia Christus per Mariam mirabilia fecit in mundo.

Hæc est virga pastoralis, quæ Moyses gregem suum minauit ad interiora deserti, quæ sicut oues regente virga minatur, sic exemplo Mariæ corriguntur mores fidelium, & quasi quodam ordine componuntur. Propter hoc orat Dominum Michæas in fine Domine Deus nosse pascere populum tuum in virga tua, &c. Item Exod. 6. dicit Dominus Moysi: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit Moyses: Virga. In hoc notatur, quod hæc virga tenet debet in manu per similitudinem operum, non in ore tantum per invocationem, & eundem, vel in corde per fidem quæ sine operibus mortua est. Sequitur. Et dixit Dominus Moysi: Projice illam in terram. Projecit & virga est in colubrum, ita ut dicitur Moyses. Dixitque Deus: Extende manum tuam & apprehende caudam eius. Extendit & tenuit, vnaque est in virgam.

8. Item de hac virga præcipit Dominus Moysi Exod. 10. Virgam istam tolle in manu tua, & quæ fecerunt in Aegypto, &c. Et nota, quod hæc virga, D. Alb. Mag. Ord. Præd. Liber XII.

quod portabat rediens in Aegyptum virgam Dei in manu sua. Hæc igitur virga versa in colubrum, dracones Aegyptiorum deuorauit. Exod. 7. quia cum Maria Christum induit carne, quæ similis erat peccatrici, hæretes quibus impij Aegypto, id est, mundo illudebant, cum virtute suæ proles, cum exemplo suæ sanctitatis deleuit. Quod impletum est, quando ipsa cum filio ingrediente Aegyptum omnia idola corruerunt, sicut prædixerat. Isa. 19. Vel aliter beata Virgo ore aperto ad filium exorandum deuorat & annihilat serpentes, id est, astutias dæmonum & tentationum animas venenantes. Vnde dictum est serpenti Gen. 3. Ipsa conteret caput tuum. Vel etiam tunc deuorat serpentes, id est, astutias dæmonum tentantium, quando facit cum tentatione prouentum, iuxta illud Psal. Omnis sapientia deuorata est. Et hic notandum, quod hæc virga quandoque dicitur virga Moysi, quandoque virga Aaron, ut in hoc loco. Vnde quidam dicunt, quod alia fuit virga Moysi, alia virga Aaron. Sed Petrus manducator dicit, quod verius creditur, quod eadem virga fuit vniuersæ.

9. Item hac virga percussit Moyses aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius, & versa est aqua in sanguinem, & pisces qui erant in flumine, mortui sunt. Exod. 7. Similiter & Maria precibus suis, meritis, & exemplis, conuersis peccatoribus, & maximè dilectoribus suis, mundanas & carnales delectationes quæ cito præterfluunt ut aqua, conuertit in abominationem & amaritudinem quasi in sanguinem quem nemo potest bibere, & sic moriuntur pisces fluuiales, id est, vanæ curiositates.

10. Item hac virga extensa percussit Aaron puluerem terræ. Exod. 8. & facti sunt cynipides in hominibus & iumentis, & omnis puluis terræ versus est in cynipides per totam terram.

11. Item hac virga extensa in cælum à Moyses. Exod. 9. dedit Dominus tonitrua & grandinam ac discurrentia fulgura super terram Aegypti, &c. In quo innuitur, quod virga hæc in cælum iuxta quibusdam superbis, qui Deum non timent nisi quando tonat & fulgurat, & tunc exierit dans gratiam cogitandi mala sua: quod præcipue fit, quando considerant quam grauis ipsa punia sit in filio, licet nunquam peccauerit. Vnde & Simeon ei prædixerat. Tunc plus animam pertransibit gladius. Nam si in vniuerso ligno sunt huiusmodi, in arido quid sit. Luc. 23.

12. Item hac virga extensa super terram Aegypti. Exod. 10. ventus vrens leuauit locustas, quæ deuorauerunt omnem herbam terræ, & omnia pama arborum, & nihil viride reliquerunt. Per huiusmodi virorem designantur doctæ & corporum pulchritudo, quæ cito transiunt: quia forma bonum fragile est, & sæpè à locustis superbiæ suæ luxuriæ deuorantur. Sed B. Virgo dans gratiam cogitandi, quod fallax gratia & vana est pulchritudo. Prou. in fine, & quod omnis viros exterior citius marcescit, & quod fructus bonorum operum à vana gloria facile deuorantur, insuat multos ut hæc omnia contempnant. Hæc sunt locustæ, quæ habent superis regem Angelum abyssi. Apoc.

13. Item filii Israël recedentibus ab Ægypto. Ex od. 14. & arctatis hinc à mari, hinc à montibus, hinc à Pharaone: ab ante liquidem erat mare, quod non poterat transuadari, à latere montes excelsi, qui non poterant transmeari, à posteriori Pharae armatus cum electis & armatis vniuersis principibus suis, qui non poterant declinari, & perplexis & desperantibus posse euadere extenta est virga super mare, ad cuius eleuationem diuisum est illud mare, & per ipsum sicut per aridam statim facta est via. Morali ter. Mare rubrum mundus sanguinolentus vitii & peccatis. Montes difficiles ærumnæ & miseræ huius mundi, quæ multos non sinunt penitentiam aggredi. Pharae princeps & Ægypti, diabolus, potestates aëreæ, & homines mali. Sed ab omnibus per adiutorium virgæ nostræ sperantes in eam facile possumus liberari. Et propter hoc exemplo Moyfi in omni necessitate recurrendum est & refugiendum ad eam. Item moraliter per mare rubrum designatur vera contritio & amara ex recogitatione præcedentium peccatorum, quæ sanguines appellantur, ibi. Libera me de sanguinibus Deus, &c. Et debet hoc mare diuidi vt amaricemur pro commissis & omissis, pro carnalibus & spiritualibus peccatis, pro substantiis & circumstantiis peccatorum. Vel diuisio maris est per gratiam virgæ nostræ diminutio tentationis, quod fit, quando per adiutorium ipsius interdicitur flamma ignis. Sed non sufficit vt peccata vel demones qui sunt Ægypti, submergantur per contritionem, nisi etiam eisdem ad litus eieceris per confessionem. Vnde ibidem sequitur, quod filii Israël viderunt Ægyptios mortuos super litus maris, &c. Isti enim Ægypti prius submersi in amaritudine contritionis, omnino moriuntur eiectioni quasi ad litus virtute confessionis. Hac est virga Moyfi qua percussit petram Exod. 17. & Num. 20. Et fluxerunt aquæ, ita vt biberet populus & iumenta. Petra Christus. 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus. Duritia huius petreæ rigor, siue seueritas iustitiæ diuinæ. Ipse autem nunquam ita seuerus aut durus est erga peccatores, quin effundat aquas gratiarum, vel indulgentiæ, si hæc virga ipsum tetigerit pia oratione. Propter hoc dicitur Num. 20. quod cum Moyses eleuasset manum percussit virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, id est, copiosa fluente misericordie, ita vt biberet populus, id est, rationabiles, & iumenta, id est, iumentini & brutales. Sed hæc petra, Christus videlicet, ab hac virga quasi bis tangitur, cum primitus puritas virginialis, & secundò dignitas maternalis ipsi in precibus amarè representatur. Et propter hoc dicit ei filius Cant. 4. Vulnerasti cor meum foror mea sponsa, vulnerasti cor meum. Et hæc duplex vulneratio est istius petreæ gemina percussio. Vel quasi gemina percussio sunt oratio ad Patrem, & ad Filium iussio. Vnde dicimus matri: Ora patrem, iube natum. Et nota, quod Christus bene dicitur filix à silendo. Modo enim silet, licet bene videat mala nostra, sed in æternum non silebit, sicut dicit Psal. Vnde dicit Isa. 18. Ego quiescam & considerabo in loco meo, scilicet in misericordia & pace: quia in his factus est locus eius. Sicut meridiana lux clara est, &c. Eodem 41.

Tacui semper, filii, patiens fui, sicut parturiens loquar. Aliter: Sicut dicit Petrus manducator, petra ista signat duritiam cordis humani, quod quasi inflexibile est & maxime ad obediendum propter quandam quasi libertatem ingenitam humano animo, vt præesse velit, non subesse. Sed hanc duritiam virga ista exemplo suo percussit, cum diuinæ voluntati tam facile obediuit respondens: Ecce ancilla Domini, &c. cuius proprium est obedire. Aliter. Tunc humani cordis duritia virga ista percussit, cum peccator induratus, respectu gratiæ misericorditer ab ea tangitur, vt ab ipso fluant riuuli lachrymarum. Aliter. Per hanc virgam interrupit Dominus petram, id est, humani cordis duritiam, in eremo, id est, in peccatore instructuoso, pleno feris, id est, in peccatorum, qua duritia interrupta adaquat peccatores, id est, reficit aquis lachrymarum, quæ prouocant aquas gratiarum. Vnde dicit penitens: Potum meum cum sletu miscebam. Velut in abyssu multa. Quasi diceret: Multum habent vnde flere debent. Ierem. 17. Profundum est cor hominis, &c.

15. Item notandum, quod septem speciales vtilitates facit virga, & de septem virgibus specialiore facit scriptura mentionem.

De prima legitur Ierem. 1. quæ dici potest virga Ieremiæ.

De secunda Ionathæ. 1. Reg. 14.

De tertia Moyfi. Exod. 3.

De quarta Assueri. Esther 4.

De quinta Aaron. Num. 17.

De aliis duabus Zach. eiusdem 11.

In his septem notantur septem speciales effectus & viles, qui reperiuntur in Virgine, & possunt hoc modo notari. Prima dicitur virga vigilans siue vigiliarum secundum duplicem litteram. Virga vigilans, id est, ad vigilias excitans est beata Virgo. Siquidem cum virga solent excitari clerici somnolenti ad eundem ad scholas, vel in ipsi scholis dormitantes. Vnde Prouerb. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, id est, in corde puerili, & virga disciplinæ fugabit eam. Videns enim Deus infantile esse totum genus humanum, & quod moram faciente sponso dormitauerunt omnes, & dormierunt. Matth. 25. Dormitant enim frequenter peccantes & resurgentes, dormiunt peccata continuantes, obdormiunt obstinati & in peccatis morientes. Videns, inquam, hoc Deus misit nobis virgam vigilantem, id est, beatam Virginem, in precibus suis, meritis, & exemplis excitaret nos à somno peccati, quod sæpè fit meditando de ea, ipsam orando, amando, & ei seruido. Nullus enim per alicuius sancti meritum excitabitur, nisi per eam exciteatur. Ipsa enim illis quos diligit, virga est disciplinæ, hoc est, euigilationis, procurans nobis quandoque per filium disciplinam presentium flagellorum, ne perpetua incurramus. Vnde Sap. 10. Certamen forte dedit illi vt vinceret, &c. Quære causa 36. Et nota, quod postquam dixit Ieremias vidisse se virgam vigilantem, statim subdit videre se ollam succensam ab Aquilone: quæ qui non euigilaauerit ad hanc virgam, casurus est in ollam succensam, videlicet in gehennam.

Secunda

16. Secunda est virga Ionathæ, in cuius summitate gustauit mel, & illuminati sunt oculi eius. 1. Reg. 14. Postquam enim euigilaui quis, necesse est illi oculos aperire, vt lumen recipiat. Ionathæ interpretatur donum columbæ, quæ habet spiritum pro cantu, & est penitens ex dono Spiritus sancti pro peccatis ingemiscens. Virga mellea Virgo Maria mellea pietate, charitate, benignitate. Apponas ergo sæpius ori tuo virgam istam, ipsam orando, laudando, benedicendo, confitendo, eius magnalia prædicando, & illud sæpissimè recitando: O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria: & sic quandoque sentire poteris melleam eius dulcedinem, & illuminabuntur oculi tui interiores, id est, intellectus ad cognoscendum, affectus ad diligendum matrem & filium suum. Sed nota, quod in summitate virgæ gustauit Ionathas illud mel: quia matutinis & completorio, quæ sunt quasi duo extrema seruitiæ, quæ impenduntur matri & filio in die naturali, frequentius quæri solet & inueniri deuotio. Si igitur desideras scientia illustrari ab illuminatione, id est, beata Virgine, prius surgendum est à somno peccati, iuxta illud Ephes. 5. Surge qui dormis, id est, euigila, & exurge à mortuis, id est, à peccatis, & illuminabit te Christus precibus matris suæ. Aliter: Fauus mellis Christus, in quo cera humanitatis & mel diuinitatis: quem si huius virgæ summitas tetigerit, quod fit quando gloriosa Virgo iubet natum & exorat patrem, quod enim facta est mater Dei summa dignitas, & summitas, inquam, huius virgæ tetigerit, ipsum interpellando pro te, statim à Christo in virgam, & à virga ad te mellisua suauitas distillabit, & illuminabuntur oculi tui, id est, intellectus & affectus, vt ipsam cognoscas & diligas. Ideo dicitur: Gustate & videre, quoniam suauis est Dominus, id est, filius, & Domina, id est, mater.

17. Tertia virga Moyfi. Per euigilationem & illuminationem necesse est à sordibus emundari, & ad hoc necessaria est virga Moyfi, quæ tangit petram, id est, cordis duritiam, vt fluant lachrymæ ad lauandum criminum maculas. Hoc habuisti paulo supra.

Quarta est virga aurea Assueri, de qua Esther 4. dicit ipsa Esther. Omnes seruis regis & cunctæ quæ sub ditione eius sunt, norunt prouinciam, quod siue vir siue mulier non vocatus interius atrium regis intrauerit, absque tuncatione statim interficiatur, nisi forte rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atque ita possit viuere. Et hæc est responsio Esther ad Mardochæum: Assuerus significat Christum: quia Assuerus interpretatur beatitudo, & ad ipsum ingredi & ipsum videre beatitudo est. Virga aurea, in cuius conductu ad Christum ingredimur & median te qua videtur, Virgo Maria est, quæ non dicitur fuisse deaurata quasi per exteriorem apparentiam, sed aurea per veram virtutum existentiam. Est enim qui nequiter se humiliat. Eccli 19. Sed ipsa fuit humilis intus, & extra. Sic & de aliis virtutibus quæ signantur in auro. Et fabricata est hæc virga manu cælestis sapientiæ quasi de triplici auro.

De auro offit, de quo legitur. 3. Reg. 10. De auro Arabiæ, de quo in Psal. De auro Euilath, de quo legitur Genes. 2. Offit interpretatur infirmitas vel herbofa, & est virginitas virens in carne infirma: quia virginitas dicitur quasi viror genitus. Sed eius virginitas fuit aurea, id est, solida, sicut aurum, à cuius proposito nulla titubauit promissione angelica, sed constanter respondit: Quoniam virum non cognosco. Aurum Arabiæ interpretatur humilis, vel occidentalis humilitas, quæ maxime nascitur ex consideratione sui occasus. Mariæ liquidem & eius filio datum est à Magis de auro Arabiæ ad litteram: quia tollis humilitas valde placet & filio & matri. Aurum Euilath interpretatur parturiens, & designat charitatem, à qua bona cuncta procedunt velut filij à matre parturiente. Et dicitur aurum terræ Euilath esse aurum optimum Genes. 2. quia gloriosa Virgo præcipuam habuit charitatem. Est igitur aurum offit bonum, aurum Arabiæ melius, sed aurum Euilath optimum.

18. Item Maria virga aurea Angelis & beatis, qui reginam vident in decore suo. Ligna hominibus mundanis, quibus attulit fructum vitæ: quia lignorum est ferre fructum. Ferrea malignis hominibus & ipsis demonibus: quia per eam infringuntur capita iniquorum. Vnde dicitur Christo in Psal. In virga ferrea tanquam vas figuli confringes eos.

19. Hæc Esther est fidelis anima à mundi aspectibus segregata: quia Esther interpretatur abscondita, quæ vult ingredi ad verum Assuerum exorandum. Sed exemplo illius Esther prius ieiunandum est illi à triplici concupiscentia mala quasi tribus diebus, scilicet corde à malis cogitationibus, ore à prauis locutionibus, manu à prauis operibus. Et hoc ieiunium dicitur tri-duanum: quia sic recipit anima illustrationem virtutum quæ dies sunt. Vnde ibidem sequitur in textu capituli quinti, quod die tertio inducta est Esther regilibus vestimentis, id est, ornatu virtutum, vel fide, spe, & charitate, quæ sunt vestes regis, sicut dicit ibi Glossa, & per hunc modum retraherentur sententiam imperitæ mortis datam contra Iudæos, id est, verè contentes. Et sic reconciliatus est populus Iudæorum morti destinatus mediante virga aurea, & hostis eorum Aman, id est, diabolus suspensus & intersectus. Quæ scilicet reconciliatio designata est per hoc quod ibi legitur: quod cum vidisset Assuerus Esther reginam stantem, placuit oculis eius, extenditque contra eam virgam auream quam tenebat manu, quæ accedens osculata est summitatem virgæ eius. Virga aurea Virgo Maria, Esther fidelis anima, summitas virgæ aureæ excellentissima dignitas Mariæ ex hoc quod facta est mater Dei. Hanc summitatem deosculatur quisquis de tanto priuilegio Mariæ congratulatur. Et quisquis sibi præcauet ne per ipsum mater misericordie offendatur. Aut si ipsam forte quoquo modo offenderit, statim quod modo ei recocilletur. Osculum enim signum est dilectionis ex qua congratulatio. Signum est etiam reconciliationis & pacis. Hoc igitur exemplo euidenter ostenditur, quod nullus ad illam beatitudinem quæ Christus est, præuales intrare, nisi sit in conductu huius virgæ.

Na 4 Quinta

10. Quinta est virga Aaron, quæ ad dirimendam contentione[m] quam quidam mouebant contra Moysen & Aaron, frondit, floruit, & fructum fecit. Virga Aaron Virgo Maria. Huius virgæ frondes boni mores, flores virtutes, fructus bonæ operationes. Siquidem hæc virga peperit amygdala, quæ sunt cibus infirmantium: quia pietatis opera Christo qui dicit, Infirma[m] est in paupertate virtus mea, de propria substantia exhibuit, nec cessat vnamquam membrum eius huiusmodi opera misericorditer exhibere.

11. Aliter. Virgo Aaron beata Virgo, quæ instar illius virgæ aridæ sine humore virilis feminis peperit amygdalum, id est, genuit Christum. Quæ scilicet virga floruit consentiendo, frondit gignendo, fructificauit pariendo. In amygdalo tria. Cortex fragilis & quasi laxalis & deformis, humanitas Christi cui in passione non fuit species neque decor, sed tunc reputatus est vt leprosus. Ita. 53. Testa dura, deitatis soliditas. Nucleus dulcis, cibus infirmorum, id est, vere poenitentium dicentium cum Propheta Ieremia. Sana me Domine, & sanabor. Sed plena refectio Angelorum qui fruuntur. Et hic nucleus homines pascat in sacramento altaris.

12. Aliter. Virga Aaron Virgo Maria, circa quam virgam magna magni notatur figura sacramenti. Fuit enim hæc virga Aaron summi sacerdotis, & secundum Isa. 11. dicitur virga Iesse à quo immediate ortum habuit tribus regia: quia Iesse fuit pater David, ad præfigurandum, quod Maria erat illum paritura, qui est rex & sacerdos. Vnde cum dixisset Psal. quasi loquens Christo, Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, paulò post subiunxit: Tu es sacerdos in æternum, &c. De hac virga dicit Augustinus in quodam sermone de incarnatione: Virga hæc protulit quod ante non habuit, non radicata plantatione, non defossa sarculo, non animata succo, non fecundata seminatio. Et cum illi deessent vniuersa iura naturæ, protulit virga, quod nec femine suggeri potuit, nec radice, &c. Et hoc dicit contra Iudæum quærentem, quomodo Virgo peperit? Peperit autem hæc virga supra naturam & contra naturam, id est, contra solum cursum naturæ, & non simpliciter contra naturam: quia sicut dicunt quidam magni Theologi & bene, nihil naturalius est naturæ, quam obedire ordinationi creatoris sui. Vnde Iudor. lib. 11. etymo. cap. 3. vbi disserit de portentis. Non sunt contra naturam quæ diuina voluntate fiunt, cum voluntas creatoris condita cuiusque rei natura sit. Vnde & legitur Apocal. 4. Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt. Peperit, inquam, amygdala vel nuce[m], sicut dicit alia translatio, per quæ videlicet amygdala vel nuce signantur multorum iustorum millia, quos ad vitam nouitatem suo quotidie conuertit exemplo. Vel per nucem aut amygdalum Christus, in cuius persona triplex substantia. Cortex amarus caro quæ passa est amaritudines passionis. Nucleus dulcis anima in qua fuit dulcedo fructu[m]: nam fuit simul in vnum ductor & comprehensor. Vnde dicit: Prouidebam De-

minum in conspectu meo semper. In testa diuinitatis vtrique vnita, in qua fortitudo insuperabilis, quæ abscondita fuit in passione. Abac. 3. Propter hoc igitur appellat Isa. hanc virginem virgam, vt nos transmittat ad hanc figuram.

Sexta virga & septima habentur Zach. 11. vbi ipse dicit: Assumpsi mihi duas virgas. Vnam vocavi decorem, & aliam funiculum, & paui gregem. Et paulò post. Et tuli virgam meam quæ vocabatur decus, &c. Ecce quod altera de vtriusque istis appellatur & decor & decus. Decor dicitur quasi decus cordis, & signat virtutes internas & interiorem pulchritudinem. Et hæc virga disciplina est, scilicet ordinata morum correctio. Sed virga correctionis debet egredi de radice Iesse, quod interpretatur incendium, hoc est, de timore incendij gehennalis & de amore superni incendij quod est charitas: quia propter timorem suppliciorum & desiderium gaudiorum debemus corrigere. Decus dicitur quasi Dei custos: quia qui habet omnia hæc supra dicta, non restat nisi vt Deum sibi conseruet & se Deo. Et ista virga similiter est disciplina. De primo Prou. 27. Qui custos est Domini sui, glorificatur. De secundo: Fortitudinem meam ad te custodiam. De vtroque Maria loquens de dilecto Cant. 3. Tenui eum, nec dimittam.

Septima virga dicitur funiculis quo terra solet mensurari. Vnde Psal. Diuisit eis terram in funiculo distributionis. Est autem terra quadruplex, quam debemus iuste mensurare. Terra quam cernimus, scilicet terra materialis. Terra quam gerimus, nostrum corpus. Terra quam quærimus, paradysus. Terra quam fugimus, infernus. In terra enim quam geris, quantum tibi mensuras de voluptate carnali, tantum tibi mensuras de terra miseria vel inferni. Apoc. 18. Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & lucum, dicitur de anima reproba. Quantum etiam tibi mensuras de poenitentia in terra quam teris, id est, quantum viuus in mundo, tantum tibi mensuras de gloria & beatitudine in terra quam quæris, id est, paradiso. Vnde Christo. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde & corpore meo consolationes lætificauerunt animam meam. Beata autem Virgo quia ferè nihil sibi mensurauit de corporalibus vel de terrenis, sed multum de paupertate, multum de afflictione & poenitentia, idè totum sibi mensurauit quod bonum est & iocundum. Est igitur. Prima virga euigilationis. Secunda illuminationis. Tertia purificationis. Quarta reconciliationis. Quinta gubernationis. Sexta correctionis. Septima commensurationis. Has autem virgas posuit Iacob, id est, Deus pater in canalibus, id est, in speculis scripturarum, vt ad aspectum earum concipiamus varios fetus, id est, varios affectus virtutum.

Hæc est virga diuinz virtutis de qua propheta dicit Filio Dei: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. Quod sic exponitur: O Christe, Dominus, id est, Pater, emittet, id est, extra mittet, hoc est, nasci faciet, ex Sion, hoc est, ex gente Iudæorum, virgam virtutis

23.

24.

tuz, id est, Mariam, in qua & per quam multis modis manifestabitur virtus tua. Per eam enim notam fecit Dominus in populis virtutem suam, & redemit in brachio suo populum suum. Et nota, quod virtus Dei dicitur triplex. Potentia Dei, misericordia Dei, virtus à Deo infusa. De prima dicitur: Exaltate Domine in virtute tua. Secundum hoc Maria dicitur virga virtutis: quia in ipsa virtus & potentia Dei mirabilia operatur sunt, scilicet quod Deus homo, verbum caro, mater virgo, & huiusmodi. Propter hoc prædictum fuit ei Luc. 1. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Secundum hoc significata est per virgam Aaron, in qua Deus fecit mirabilia in terra Ægypti & in deserto prout assignatum est supra. De secunda, id est, de misericordia dicit Psal. In virtute tua, id est, in misericordia quæ maxime est virtus tua. Vnde in collecta: Deus qui omnipotentiam parcendo maxime & miserando manifestas. Indica me. Secundum hoc Maria virga virtutis: quia in ipsa fecit nobis misericordiam sumendo carnem ex ea in qua pro nobis mortuus est. Vnde Luc. 1. Per viscera misericordie Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, &c. Dando etiam Mariam nobis in aduocatam & matrem misericordie ad impetrandam nobis misericordiam. Quare de aduocatis causa. 17. Secundum hoc significata est per virgam auream Assueri, quam extendit ad Esther. Esther 5. in signum clementie, dans ei fiduciam impetrandi. Sic & Deus nobis donauit Mariam, vt ipsa mediante veniam, gratiam & gloriam à Domino impetremus. De tertia, hoc est, de virtute infusa dicitur in Psal. Ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ. Sic optime fuit ipsa virga virtutis: quia plena omni gratia & virtute. Vnde dicta gratia plena. Luc. 1. Et secundum hoc signata est per virgam Aaron, quæ germinauit, floruit, frondit, & amygdala peperit. Sequitur. Dominare, id est, dominaberis, in medio inimicorum tuorum. Aut eos per Mariam conuertendo ad iusticiam, vt patet in Theophilo. Aut puniendo ad vindictam, sicut videre est in apostata Iuliano. Ratione conuersionis peccatorum dicitur Maria in Psal. virga directionis, & virga regni Domini: quia in regnum seculorum dirigit poenitentes. Ratione vero punitionis dicit Christus de ea Isa. 10. Virga furoris mei, &c. Simile habetur Num. 24. in prophetia Balaam: Consurget virga de Israel, & confringet omnes duces Moab, &c.

25. Item Isa. 11. Percutiet terram virga oris sui, id est, terrenos per Mariam quam ipse creauit, quæ dicit: Ego ex ore Altissimi prodij, &c. Eccl. 24.

26. Hæc est virga consumptionis, cuius summitate tetigit Angelus panes & carnes Gedeonis, & ascendit ignis de petra, totam consumens holocaustum, sicut legitur Iudic. 6. Et tu si hanc virgam manu tenueris per similitudinem operum, & per disciplinam quæ virga est, tetigerit carnes tuas, id est, te carnalem, exhibit ignis charitatis de petra, quæ Christus est, & consumet in te quicquid inuenit consumendum per adiutorium huius virgæ.

27. Hæc est virga sustentationis sicut dicit man-

ducator, quam senes deferunt ad se sustentandos, vt quod non possunt propria virtute, faciant adminiculo virgæ. Sic antiquus dierum. Dan. 7. cuius egressus ab initio à diebus æternitatis. Mich. 5. non poterat per se stare, ambulare, discurre, elatire, stare, aut huiusmodi, quæ non competunt deitati: & idè in-nixus est huic virgæ, & in ea incarnatus, & ab ipsa portatus, vt in carne quam de ipsa acceperat, crucifigi posset & mori, & sic redimere mundum.

Hæc est virga defensionis qua se debent fideles defendere à canibus, hoc est, à moribus tentationum, scilicet inuocando nomen eius: quia ipsa est virga virtutis. Sed si tantummodo habeatur in ore, sicut illi habent qui eam tantummodo laudant vel salutant, nihil operantes ad honorem eius, non bene defendunt se per eam. Accipiat ergo tripliciter, in corde per meditationem & amorem, in ore per laudem & salutationem, in manu per operationem & operum conformitatem: & ita erit vtilissima ad omnimodam defensionem. Propter hoc dicitur Marc. 6. Nihil tuleritis in via nisi virgam tantum, id est, Mariam per iugem meditationem ad defensionem vestram.

Hæc est virga piscationis, qua scilicet mediante extrahuntur pisces, id est, homines de luto aquarum malarum, id est, mundanarum & carnalium voluptatum quæ multæ sunt, & quicumque peccatores de profundo peccatorum, & de mari, id est, de amara dulcedine mundi, quando scilicet exemplo Mariæ contemnent diuitias, paupertatem amplectantur. Linea qua ferrum virgæ adheret, totus processus virgæ eius. Hamus aduncus oratio eius: laache Gallicè, id est, inescicatio vniuersa bona quæ nobis per eius misericordiam ministrantur.

Hæc est virga impugnationis, qua scilicet mediante proiciuntur, id est, auctoritates Scripturæ sacræ sumptæ de torrentibus scripturarum, id est, de duobus testamentis. Vnde de medio petrarum, id est, duorum testamentorum, dabunt voces, disputationem siue prædicationem, proiciantur, inquam, ad castella, id est, contra hæreticos, qui aduersus Dei scientiam se extollunt. Vel aliter. Hæc virga mediatrix proicit Dominus beneficia sua ad nos tanquam lapides viuos, vt sibi capiat & vendicat humani cordis arcem & animæ nostræ ciuitatem.

Hæc est virga mensurationis, quæ data est Ioanni. Apocal. 11. Vnde dicit: Datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi: Surge & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo, &c. Et tu si vis pertinere ad templum Dei & altare Domini, necesse est tibi hæc virga per imitationem mensurari. De mensurationibus quare Ezech. 40.

Hæc est virga directionis & virga regni Domini, quæ dirigit meritis, orationibus, & exemplis quosquod ingrediuntur in regnum filij sui, & ab ipsa quærenda est per orationem directio & conductus, vt ei dicatur sicut dicitur filio: Dirige me o Domine in veritate

28.

29.

30.

31.

32.

- veritate tua, & doce me, quoniam tu es salus & uirga mea.
33. Hæc est virga consolationis, de qua in Psal. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Virga Maria, baculus ligum crucis, in quibus duobus pavor rediit quem perditam & baculauit diabolus. Quare titulo de cruce. Sicut enim Deus Pater Domini nostri IESU CHRISTI Pater est misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. 2. Corinth. 1. sic & Maria mater est misericordiarum, & consolatur nos in tribulationibus nostris, nisi peccata nostra prohibeant bonum istud à nobis. Ierem. 5.
4. Hæc est virga odorationis, id est, virga odorifera, quæ quoscumque per gratiam tangit, odoriferos reddit. De qua dicitur Cant. 3. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus, &c. Quare titulo de aromatibus horti conclusi. Ideò dicit Eccli. 24. Quasi Libanus non incisus, quod est thus integrum, vaporum habitationem meam, id est, illos quos inhabito per gratiam.
35. Hæc est virga prædicationis, videlicet quæ sola valet prædicatoribus ad portandum in via. Vnde Marc. 6. dixit Dominus duodecim Apostolis: Nihil tuleritis in via nisi virgam tantum. Qui enim habere posset hanc virgam comitem in via vite præsentis, non deesset ei gratia, non doctrina, vel aliquid necessarium.
36. Hæc est virga regiminis vel contractionis, de qua Pater Filio: Reges eos, id est, bonos, in virga ferrea, id est, inflexibili iustitia, quæ manifestè reperitur in exemplis Mariæ, & tanquam vas figuli confringes eos, id est, quidquid in eis luteum & testum est, purgabis. Aliter de bonis interpretatur illud: Reges eos in virga ferrea, sicut expositum est. De malis id quod sequitur: Et tanquam vas figuli confringes eos, id est, malos, sicut in Iuliano apostata. Et in hoc notatur facilitas ex parte confringentis, & irrecuperabilitas ex parte confractorum. Isa. 30. Subito dum non speratur, &c. Et hoc quod dicitur Num. 24. Confringet virga de Israël, & confringet omnes duces Moab, id est, demones & malos homines. Item in hoc notatur, quod illi qui nolunt regi nunc per exempla & verba Mariæ, in futuro per filij potentiam confringentur. Aliter Moab interpretatur ex patre, & signat diabolus, de quo dicit Ioan. 8. ipsi Iudæis: Vos ex patre diabolo estis, &c. Hic est rex super omnes filios superbiæ. Iob 41. Ipse est etiam princeps mundi. Ioan. 12. & habet sub se duces tres, scilicet concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ. 1. Ioan. 2. Primum ducem confregit beata Virgo virginitate, secundum voluntaria paupertate, tertium humilitate. Moraliter. In virga signatur correptio, in ferro sustentatio: quia quos corrigit iustitia filij, sustentat ne deficiant misericordia matris, non semper, sed sæpè.
7. Item hæc est virga percussiois, de qua dicitur Isa. 11. Percutiet terram, id est, illos qui

nimio affectu vniti sunt terræ, & quasi terra effecti, virga oris sui, id est, sententia iudicij quam ipsemet proferet. Vnde dicitur Eccl. 43. Vox tonitru eius verberabit terram. Vel virga oris eius potest dici Maria, quæ dicit Eccl. 24. Ego ex ore Altissimi prodiui, quæ scilicet mediante percussit Iulianum apostatam, qui fidem Catholicam reliquerat pro acquirendo principatu Romano.

38. Hæc est virga irritationis. Cum virga enim solent irritari canes & prouocari ad rictum & latratum. Illi enim qui deuotè beatæ Virgini seruiunt, diabolus ad iram prouocant & incitant ad tenendum, de cuiusmodi dicitur Iob 3. Cui parati sunt fuscitare leuiathan. Sed ipse contemptu surgit in scandala. Vnde & per Holocæstem figuratur Iudith 7. qui præcepit incidi aqueductum, quo fons influebat ciuitatem Bethelie. Quare expositionem titulo de receptaculis aquarum, vbi Maria dicitur aqueductus.

39. Item virga tria portat, scilicet stimulum, hamum, & viscum, quibus tria animalia, scilicet bos, piscis, & auis captiuantur, quibus tribus Behemoth, id est, diabolus figuratur. Stimulus enim bouem cogit agriculare, seruire. Hamus piscem extrahit de aqua vel fluuio. Viscus volucem in aère captiuat. Et his tribus figuratur Christus, quem Virgo Maria portauit. De boue Iob 40. dicitur ipsi Iob: Behemoth quem feci tecum, scænum quasi bos comeder. Ibidem: An extrahere poteris leuiathan hamo? scilicet aquis generis humani. Ibidem: Nunquid illudes ei quasi aui?

40. Christus stimulus. Vnde dixit Saulo Act. 7. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Seruit ergo bos, id est, diabolus agriculturæ Dei, id est, fidelibus Ecclesiæ, quibus dicitur 1. Corinth. 3. Dei agricultura estis, dum eos vexat tentationibus, & quasi calcit ad probationem, non ad subuersionem, & sic calcando facit ipsos quasi terram fructiferam & vberiorum. Christus hamus de quo Iob 40. In oculis suis quasi hamo capiet eum. Huius hami ferum virtus diuinitatis, vermis fragilitas carnis, ferrum latens in verme, diuinitas latens in humanitate. Hamus in mare proiectus, Christus in mundum missus. Satanus qui in mari mundi per idololatriam dominabatur, qui supra appellatus est leuiathan, hunc vermem morte appetiit: sed virtus diuinitatis eum aduncauit. Vnde quidam:

Piscator Pater est, mare mundus, Filius hamus,

Esca caro, deitas linea, piscis homo.

Christus viscus, cuius mollities humanitas viscosa, tenacitas deitas. Auis insidens virgæ viscatæ, primò premit pedibus mollem viscum, quibus adherentibus visco tenaci percudit alis viscum quousque visco adherent. Atque diaboli principes Romani, qui ipsum diabolus in altum leuabant, & per mundum coli faciebant. Pedes populi inferiores. Primò enim diabolus Christi humanitatem morte pressit per populos minores clamantes coram Pilato: Tolle hunc & diuite nobis Barrabam. Luc. 24. Sed istis minoribus ad prædicationem Apostolorum virtute diuinitatis Christo fide adherentibus, diabolus

bolus commouit Romanos principes quasi alas suas ad persequendum Christum in membris suis, donec & ipsi Christo quasi visco fide adhererunt, & sic illud est diabolo quasi aui. Ideo dicit Dominus Ierem. 13. Agglutinaui mihi domum Israël, id est, populum credentium. Sed cum adhuc diabolus nos vexet in terra in quantum ipse est bos per amorem terrenorum, & in aquis in quantum piscis per fluxa carnalium voluptatum, & in aere in quantum auis per elationem mentis, semper necesse est per orationem ad hanc virgam refugere, & ad eum quem virga portauit, quæ merito paupertatis & humilitatis ipsum diabolum semper præualeat captiuare.

41. Item de virgulis sunt quædam vasa quæ dicuntur cophini vel calathi, quibus panis & fructus apportantur ad mensam. Sic & beata Virgo est illud vas admirabile, opus Excelsi. Ecclesiast. 43. per quod habemus Christum qui est panis viuus, qui de cælo descendit, & qui est fructus fructuum in mensa altaris, & habituri sumus in mensa cælesti. In hoc etiam vase suscipimus iugiter data optima, quæ descendunt à patre luminum. Iacob. 1.

42. Item mediante virga vel adiutorio virgæ conseruat pastor, regit, & dirigit gregem suum: & Christus mediante Maria populum Christianum. Ideo orabat Michæas in fine: Domine Deus noster, pascere populum tuum in virga tua, gregem hereditatis tuæ.

43. Hæc est virga percussiois. Isa. 30. Pauebit Assur virga percussus. Quia diabolus pauet nomen & imitationem Virginis, quibus percutitur & vincitur, sicut canis baculo læsus, cum videt baculum lenari, fugit.

44. Egredietur virga de radice Iesse. In verbis istis duplex Christi natiuitas, & duplex Mariæ figuratur natiuitas. Quarum quælibet mirabilis, venerabilis, & inenarrabilis. Vnde Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Est autem utraque duplex. Et licet natiuitas matris tempore præcedat natiuitatem filij, tamen quidquid habet mater, habet à filio. De duplici filij natiuitate primitus assignabimus. Cum ergo dicit, Egredietur virga de radice Iesse, notatur natiuitas Virginis. Cum subdit, & flos de radice eius ascendet, notatur natiuitas filij. Sed cum virga habeat egredi de ramo non de stipite, & flos similiter de ramo, non de radice, quare Propheta posuit huiusmodi verba?

45. Igitur de illa Christi natiuitate qua de Patre nascitur æternaliter, dicitur Mich. 5. Egredietur eius ab initio, id est, à Patre, à diebus æternitatis. Item in Psal. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc aduerbium hodie, quod est præsentis temporis, remouet finem illius generationis. Genui quod est præteriti, remouet præteritum. Est ergo sensus: Ego hodie, hoc est, ab æterno. Vel hodie, hoc est, sine fine, & sine principio genui te. Item dicit Dominus Domino meo: Sede à dextera meis, hoc est, Patrem generare Filium æqualem sibi. Et nota, quod sedere pontificum, iudicum, & magistrorum est. Christus autem pontifex & iudex & magister est. Præter illam

igitur natiuitatem à Patre est duplex alia Christi natiuitas, scilicet in matre, & à matre. De natiuitate Christi in matre dixit Angelus ad Ioseph Matth. 1. Quod in ea natura est, de Spiritu sancto est. In quo innuitur, quod ea natiuitate quæ est in vtero, natus est mundus à peccato. Et propter hoc dicitur: Homo quidam, id est, singularis. Item de hoc dicitur Ierem. 23. Et sunt verba Dei Patris. Suscitabo David germen iustum, id est, de germine mundo, non polluto, nec subdito alicui peccato. Et ideo solius Christi natiuitas in vtero celebratur. Item de natiuitate Christi ex vtero dictum est Mariæ Luc. 1. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Filius enim incarnatus antonomastice dicitur sanctus & sanctus sanctorum. Dan. 9. In hoc verbo notatur dignitas partus virginalis, & tria tanguntur. Primum veritas humanæ naturæ per hoc quod dicit, Quod nascetur ex te. Secundò plenitudo gratiæ per hoc quod dicitur, sanctum. Tertio vnitas personæ diuinæ per hoc quod dicitur, Vocabitur Filius Dei.

Dicit ergo: Quod nascetur ex te, id est, de veritate tuæ naturæ Spiritus sancti operatione & filij obumbratione. Sanctum. Dan. 9. Sanctus sanctorum. Sanctum, agios, sine terra, mundum, firmum, consecratum, & vñctum. Vnde dicitur Christus, id est, vñctus. Vocabitur Filius Dei. Ipse homo qui nascetur: quia idem est natus temporaliter de Virgine, & ab æterno de Patre. Est igitur utraque hæc natiuitas mirabilis: quia mater peperit sine dolore quem conceperat saluo flore. Est venerabilis. Vnde Angelus ad pastores Luc. 2. Annuntio vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie saluator mundi, &c. Propter hanc triplicem Christi natiuitatem celebrantur tres Misæ in natali. In prima quæ est de natiuitate Christi ex patre, dicitur: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te, vt supra expositum est. In secunda quæ est de natiuitate Christi in matre, dicitur: Lux hodie, & ponitur futurum, scilicet fulgebit, quia natiuitatem in vtero secutura erat natiuitas ex vtero. In tertia quæ est de natiuitate Christi ex matre, dicitur: Puer natus est nobis. Isa. 9. Item de hac triplici natiuitate dicitur Genes. 1. Dixit Deus, id est, Pater genuit Filium: Patris enim dicere est verbum generare: quia verbum cum dicitur, generatur. Fiat lux, id est, nascatur filius in vtero Virginis. Et facta est lux, id est, natus est filius ex vtero matris. Et bene dicitur, Fiat lux, & facta est lux: quia omnes alij à Christo, natiuitate in vtero nascuntur filij terrenarum & iræ, & etiam natiuitate ex vtero, exceptis illis tribus qui fuerunt in vtero sanctificati. Quia sicut dicit Apostolus Eph. 2. Omnes nascimur filij iræ per naturam. Item de utraque hac Christi natiuitate, scilicet in vtero, & ex vtero dicitur Isa. 62. Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, id est, propter honorem militantis & triumphantis Ecclesiæ; donec egredietur, id est, palam fiat per carnalem natiuitatem, vt splendor iustus eius, id est, Christus qui antonomastice dicitur iustus, & qui iustificat milites, & prius iustificauit triumphantes. Et dicitur Christus splendor: quia

quia sicut splendor à toto sole egreditur, & est ei coævus & consubstantialis: sic & Filius à Patre, & Pater est consubstantialis. Et saluator eius, scilicet unusque E. clefiz vt lampas accendatur. Nota, quòd ad habendum vel faciendum splendorem, ponitur oleum in lampade, & oleo, sicut factum est quando diuinitas posita est in vitro nostræ fragilitatis mediante oleo charitatis. Tunc enim mulier, id est, sapientia Dei, accendit lucem: am vt quæreret drachmam perditam. Luc. 15. & sic habitus est splendor sempiternus, quo illuminatus est mundus. Et hæc omnia quæ dicta sunt de duplici Christi natiuitate, pertinent ad ascensum floris de radice Iesse. Vnde sequitur: Et flos de radice eius ascendet. In his autem verbis eliditur illorum hæresis, qui dixerunt Christum non habuisse verum corpus, sed phantasticum: & etiam hæresis illorum, qui dixerunt Christum assumpsisse corpus sibi de cælesti aëre, & non de Virginis substantia, & sic transfuisse se in vterum virginalem, & de ea natum fuisse: quos manifestè conuincit Iſa. dicens: Et flos de radice eius ascendet. Similiter & Apostolus Gal. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, &c. Et hoc est quod dicit beatus Bernardus libro 4. de consideratione, exponens illud verbum, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Dicit ergo: In hac prophetia occurrit Spiritus sanctus quorundam blasphemiarum, qui Christi carnem à nobis alienare conantes, asserabant nouam carnem creatam in Virgine, quam Christus assumpsit, & non sumptam de Virgine. Ideò dixit Propheta: Egredietur virga de radice Iesse, &c. Poterat enim vere dixisse, & flos de virga ascendet, sed maluit dicere de radice, vt vnde virgam, id est, Mariam, inde florem, id est, Christum duxisse originem demonstraret. Vnde ad Rom. 9. Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus in secula, Amen. Propter hoc etiam dicit Augustinus, quasi loquens ad Mariam: Filius Dei verberatus flagris, felle potatus, & affixus patibulo: vt te veram matrem ostenderet, verum se hominem patièdo monstrauit.

47. Egredietur virga de radice Iesse. Viso de triplici natiuitate Christi, restat videre de duplici natiuitate Virginis, scilicet in vtero, & ex vtero. In vtero concepta est in originali, sicut & ceteri omnes. Vnde Psal. In iniquitatibus conceptus sum, &c. Sed cito post, vt creditur, fluminis impetus, id est, abundantia Spiritus sancti, lætificauit ciuitatem Dei, id est, beatam Virginem, quando tabernaculum suum sanctificauit Altissimus, id est, ipsam Virginem, in qua nouem mensibus corporaliter habitauit, mundauit ab originali clausam adhuc in vtero matris. Et nota, quòd sicut generatur quis primò carnaliter, & postea spiritaliter regeneratur in baptismo, qui dicitur lauscrum regenerationis & renouationis. ad Tim. 3. sic beata Virgo potest dici concepta in sanctificatione. Et sub hoc respectu potest celebrari conceptio eius, aliter non. Quare titulo de sanctificatione eius. Et ideò natiuitate ex vtero nata est tota pura. Vnde & ortus eius ortui sideris comparatur. Num. 24. Orietur stella ex Iacob, &c.

48. Egredietur virga de radice Iesse. Cum alia virgæ soleant egredi de stipite vel de ramis, quare hæc dicatur egredi de radice, duplex ratio. Prima ad hæresis exclusionem. Secunda pertinet ad Virginis commendationem. Triplex enim fuit error circa Virginis natiuitatem. Nam quidam dixerunt, quòd ipsa fuit Angelus incarnatus. Sed hic error eliditur per hoc quod dicitur de radice Iesse. Cuius radix fuerunt patres antiqui, de quibus Angelus non est. Et ad Hebr. 2. dicitur, quòd Christus Angelos non apprehendit, id est, naturam angelicam, sed semen Abraham apprehendit, id est, naturam humanam de semine Abraham in Maria. Alia hæresis dixit, quòd noua natura creata est in aliquo partu, & non fuit virgo nata de primo semine corrupto Adam. Sed hæc eliditur per hoc quod dicit, de radice, id est, quasi de primo principio. Augustinus: Nihil populo Israël defuit in vestimento vel calceamento quandiu fuerunt in deserto, sicut dicitur Neem. 9. In quo Deus non nouam creaturam condidit, sed ad se conditam conseruauit. Quod est dicere: Naturam humanam Deus conseruauit, non nouam creauit. Tertia hæresis dicit, quòd tota natura Adam non fuit corrupta, sed aliqua vena remansit immunis & incorrupta, quæ per successionem translata est de vno in alterum totaliter vsque in Virginem, & de illa formata est caro Christi. Sed manifestè mentiuntur: quia sic non ascendisset flos de radice Iesse, sed de virga tantum. Confunduntur etiam isti per hoc quod dicitur de radice Iesse quod interpretatur incendium, hoc est, de flamma concupiscentiarum radicata in omni genere humano.

49. Secunda ratio spectat ad Virginis commendationem, & committitur à tribus. Primò per hoc quod dicitur, egredietur virga, id est, extra exhibit de radice Iesse, quod interpretatur incendium, & significat concupiscentiam originalem, notatur eradicatio originalis.

Secundò per hoc quod dicitur, de radice Iesse, quod sonat incendium sub alio sensu, quia ignis radix est incendij, commendatur Virgo ex hoc quod incendio feruentissimæ charitatis quam Pater habuit ad genus humanum, data est nobis Virginis natiuitas in saluationem & exemplum. Vnde Apostolus 1. Corinth. 9. Gratias Deo super inenarrabili dono eius. Siquidem immensa Dei charitas fuit causa originalis tanti beneficii. Nam cum Pater propter nimiam charitatem suam quæ dilexit nos, sicut dicitur Ephes. 2. dederit nobis suum vni-genitum, liquet quòd ex eadem charitate dederit nobis matrem, sine qua impossibile erat habere filium incarnatum: quia huic soli Virgini tale privilegium debebatur. Vnde dicit Pater Iſa. 42. Gloriam meam, id est, filium meum, quia gloria patris filius sapiens. Proverb. 10. secundum aliam litteram, alteri non dabo quam Mariæ. Hæc est enim optima pars data Mariæ, quæ non auferetur ab ea vt alij datur. Ideò in verbis istis docet nos Propheta, quòd sola Patris dilectio quæ sic dilexit mundum vt filium suum vni-genitum daret, scilicet incarnatum de Virgine. Ioan. 3. non aliquid humanum

humanum meritum huius beneficii causa fuit originalis.

Tertio commendatur per hoc quod virga de radice egrediens, altior est, rectior est, subtilior est, humidior est, flexibilior est, viridior est, pulchrior & planior est, quam egrediens de stipite vel de ramo. Sic beata Virgo altior est vitæ sanctitate, rectior charitate, subtilior humilitate, humidior pietate, flexibilior obedientia vel compassione, viridior fidelitate, pulchrior castitate, planior simplicitate, omnibus aliis sanctis. Et idem dicit Eccli. 24. Gyrum cœli circuei. Animate enim aliorum sanctorum vadunt quælibet in suam mansionem, sed ipsa per totum cœlum. Vnde dicit Cantic. i. Introduxit me rex in cellaria sua, &c. Non enim dedit ei Deus scyphum vel sextarium gratiæ, sed totum ei publicauit, sicut dicitur Gallicè ele fut misé amecfine. Idem etiam dicit Cantic. 7. Omnia poma noua & vetera, &c. Quare 8. priuilegio eius. Nam omnia dona siue charismata quæ alij sancti habuerunt in parte, habuit ipsa in toto.

Item, Egredietur virga de radice Iesse. Egredietur, id est, nascetur. Nota, quod sicut dicunt magni sapientes, proprium est fontis vel fluij egredi de terra vel monte. Genes. 2. Fluius egrediebatur, &c. Et ipsa ad hoc nata est vt velut fluius fluentis gratiarum benedictionis irrigaret totum mundum. Vnde ipsa dicit Eccli. 24. Ego quasi fluius Dorix, &c. Et Cant. 4. Fons hortorum, scilicet irrigatiuus. Quare titulis suis. De radice, id est, de stirpe, Iesse patris David. Et nota, quod non dicitur de radice David licet verum dixisset, sed maluit dicere de radice Iesse, ne vel diuites honorare, vel pauperes contemnere videretur: quia Iesse fuit quasi pauper homo respectu filij, David autem rex potens & diues. Sed quia Dominus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens, sicut dicitur Iob 36. Christus in Euangelio David filius nominatur. Item in hoc quod dicitur, Egredietur virga de radice Iesse, quatuor specialiter insinuantur de Virgine. Primum, humanitatis eius veritas. Secundum, eius generositas. Tertium, immensa Dei Charitas. Quartum, excellentissima ipsius humilitas. In hoc ergo quod dicitur, Egredietur virga de radice Iesse, confunduntur illi heretici, qui dixerunt ipsam non habuisse patrem vel matrem, sed carnem angelicam, vt paulo supra tetigimus. Et hoc forte sumptum ex eo quod non textitur genealogia eius, sed solius Ioseph. Matth. 1. cum non sit consuetudo sacre Scripturæ texere genealogias mulierum, sed supplet hoc Ioannes Damascenus, qui dicit Mariam descendisse de David per Mathan. Dicit enim Mathan genuisse Panthera, Panthera genuisse Perpanthera, & hunc genuisse Iocham patrem Mariæ. Nullo enim modo dixisset Angelus Mariæ Luc. 1. Et ecce Elizabeth cognata tua, &c. nisi cognata eius fuisset vel ex parte patris, vel ex parte matris. Vel forte idem non nominatur in Euangelio pater Mariæ: quia oblita fuerat domum patris sui, iuxta doctrinam Spiritus sancti, qui ei preceperat obliuisci populum suum & domum patris sui, &c.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Item in hoc quod dicitur, Egredietur virga de radice Iesse, notatur Mariæ generositas: quia de Iesse immediate ortum habuit tribus regia. Vnde Iudic. in fine, & Matth. 1. dicitur: Iesse autem genuit David regem. Aliter etiam per hoc quod dicitur de radice Iesse, notatur hic generositas: quia Iudas patriarcha fuit principale principium illius tribus, de qua fuit Iesse, non Adam, non Abraham, non Isaac, non Iacob, sed Iudas: quia quilibet. 12. patriarcharum fuit principium tribus suæ. Et est idem dicere de radice Iesse, quod de tribu Iuda, quæ fuit dignior tribus vniuersis. Vnde Apostolus ad Hebr. 7. Manifestum est, quod de tribu Iuda ortus sit Dominus, &c. Item Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes sunt germinati. 1. Paral. 5.

Item per hoc quod dicitur de radice Iesse, nec proponit Propheta nomen radicis Iesse, id est, Obeth, qui genuit Iesse, ostenditur Christus non solum ex Iudæis, sed & ex Gentibus nasciturus per Raab iericonitam, & Ruth Moabitidem, quæ assumptæ sunt in gentem Iudæorum ex paupertate & humili genere. Et hoc ne desperent gentiles humiles, ne gloriantur in vanum Iudæi superbi, quod tantum ex eorum gente fuerit Dominus incarnatus. Matth. 1. Salomon autem genuit Booz de Raab, Booz autem genuit Obeth ex Ruth, Obeth autem genuit Iesse. Et isti quatuor maxime fuerunt radix carnalis ipsius Iesse.

Item per hoc quod dicitur, Egredietur virga de radice Iesse, notatur immensa Dei charitas, sicut assignatum est supra. Notatur etiam Mariæ humilitas, quod est quartum per hoc quod non dicitur egredi de stipite, sed de radice quæ latet in imo: quia humilitas dicitur quasi humi latens. Nam sicut de radice totum quod arbor habet, sic tota Mariæ virtus & excellentia ex humilitate quam Deus respexit, quodammodo processit. Vnde & dicit: Respexit humilitatem ancillæ suæ, quasi radicem. Ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Item quod dicitur, Egredietur virga, hoc est quod dicitur Num. 24. Orietur stella ex Iacob, & confluet virga de Israël, &c. Nam sicut nullo corpore cœlesti figurari melius potuit virgo quam stella, sic nullo corpore terrestri melius quam virga, sicut multipliciter ostensum est supra. Et in hoc apparet immensa Dei sapientia. Virga etiam dicitur Maria propter coaptationem rei ad figuram: quia multipliciter prefigurata fuit per virgam. Multiplex etiam est similitudo virgæ florem producentis, & virginis Christum parientis.

Sequitur. Et flos de radice eius ascendet. Hoc habuisti supra expositum. Nota, quod Iudæus de suo Messia hoc exponens pro eodem accipit virgam & florem. Sic etiam quædam Glossæ Christum virgam & florem accipiunt. In virga regnantis potentia, in flore virtutum fragrantia. Ipse enim fuit virga tumidis, quia contumaces & rebelles compescuit, flos mansuetis, quos odore gratiæ modo reficit, & quibus fructum gloriæ in futuro promittit.

Q. a. Christus

Christus Virga. Quia flexibilis per humilem obedientiam. Phil. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Luc. 2. Erat subditus illis.

Gracilis per paupertatem. Ideo mater pannis eum inuoluit, non serico, aut purpura, vel griseis pellibus. Luc. 2.

Tremula timore sensualitatis vel naturali timoris, quo Christus timuit mori propensione, sed non passione. Ideo dicitur Marc. 14. quod cepit pauere & tædere, hoc quantum ad propensionem: & ideò dicitur cepit.

Quantò plus creuit & ascendit, tantò in humilitate humilior. Sic Christus duodecim annorum legitur humiliasse se matri & Ioseph Luc. 2. Triginta annorum Ioanni ad baptismum. Matth. 3. Sed in fine vitæ humiliavit se usque ad mortem crucis. Phil. 2.

55. Sequitur. Et requiescit super eum spiritus Domini, id est, super hunc florem. Spiritus Domini transitiuè, vel intransitiuè, id est, spiritus qui est Dominus. Ioan. 3. Spiritus est Deus, &c. Vel spiritus Domini in quo est libertas, vt dicit Apostolus. Qui in solo Christo plenissime requieuit: quia mansit & nunquam recessit. Ioan. 1. Super quem videris spiritum descendentem, & manentem, &c. Item quia in eo gratia nec crescere nec decrescere potuit: quia non ad mensuram dedit ei Dominus spiritum. Ioan. 3. Item quia sine molestia cuiuscumque peccati: quia peccatum non fecit, &c. Isa. 53. & 1. Per. 2. In aliis enim fumus, stillicidium & mala vxor sæpè expellunt spiritum sanctum à domo sua, vel molestant Prou. 28. Vel in ipso requieuit spiritus Dominus vel Domini: quia in ipso habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. Coloss. 2. In Euangelio Nazarorum, quod Hebraicè scriptum est, ita habetur: Factum est, cum ascendisset Dominus de aqua, descendit fons omnis spiritus & requieuit super eum, & dixit ei: Expectabam te fili in omnibus prophetis, vt venires & requiescerem in te, tu es enim requies mea, tu es filius meus primogenitus qui regnas in sempiternum. Fuerunt autem isti Nazareni illi primitiui fideles, ad opus quorum fecerunt Apostoli collectas in Ierusalem, quibus erat cor vnum & anima vna. Act. 4. Qui de gestis Domini Euangelium scripserunt verissimum, sed propter sacramentum nostrum non est receptum cum aliis. Hi specialiter dicebantur Nazareni: à Nazareno, generaliter autem omnes fideles dicebantur discipuli: quia nondum inuentum erat nomen Christiani, quod post inuentum est Antiochiæ. Alio modo dicuntur Nazareni secundum legem quæ habetur Num. 7. Deinde qualis vel quis sit ille spiritus, qui in eo requieuit, ostendit per effectum multiplicem.

Spiritus sapientie, scilicet dator, & intellectus. Spiritus consilij, dator, & fortitudinis. Spiritus scientie, dator, & pietatis. Et replebit eum spiritus timoris Domini dator, id est, quo timetur Dominus. Hanc expositionem innuit Glossa: Ideò, quæ dicit: Sicut sermo Dei, id est, Filius Dei lux & vita & resurrectio vocatur. Lux. Ioan. 1. & 8. Resurrectio. Ioan. 11. Sic spiritus sapientie & intellectus, consilij

& fortitudinis, scientie & pietatis & timoris Domini, non quod diuisus sit iuxta nomen differentie, sed vnus & idem est fons cunctarum virtutum. Vnde 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Deinde infert Hieronymus in Glossa: Sine Christo ergo nec sapiens quis est, nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec timore Domini plenus. Hi enim sunt septem oculi in lapide vno Zach. 3. Hæ sunt septem mulieres quæ apprehenderunt virum vnum. Isa. 4. Hæ septem lucernæ candelabæ sunt. Exod. 27. Hæ sunt septem stellæ in dextera filij hominis, quem vidit Ioannes vestitum podere. Apocal. 1. Hæ sunt septem lampades ardentes ante thronum. Apocal. 4. Hæc sunt septem cornua & septem oculi agni occisi, & septem spiritus missi in omnem terram. Apocal. 5. Vel intransitiuè spiritus sapientie & intellectus, id est, spiritus qui est intellectus, id est, sapientia & intelligentia spiritualis, non mundana, non diabolica, non animalis. Spiritus consilij & fortitudinis, id est, consilium & fortitudo spiritualis, non carnalis, de qua dictum est supra Isa. 5. Væ qui fortes estis ad miscendam ebrietatem. Spiritus scientie & pietatis, id est, scientia & pietas spiritualis, non mercenaria, vel carnalis. Et replebit eum spiritus timoris Domini, id est, timor spiritualis, non seruilis, de quo Rom. 8. Non accepistis, &c. vsque, abba pater. Sed quomodo Christus fuit plenus timore: constat enim, quòd timorem initialem non habuit: quia perfecta charitas foras mittit timorem. 1. Ioan. 4. Item filialis timor est, quo aliquis timet offendere patrem, vel separari ab eo. Constat, quòd neutro istorum timuit Christus. Quomodo ergo repleuit eum spiritus timoris Domini? Solutio. Ad hoc dicunt quidam, quod repletus spiritu timoris Domini in membris suis, timore initiali in imperfectis, filiali in perfectis. Pro nihilo ergo excipit Glossa timorem seruillem: quia istum timorem habet in pluribus. Nisi fortè dicatur, quòd illi qui seruiliter timent, non sunt membra nisi putrida. Vel potest dici, quòd timor filialis tertium vsum habet, sed reuereri, & quoad hunc vsum plenissime fuit in Christo. Qualiter autem inter se differant hæc septem dona vel conueniant, dicit Gregorius super Iob 1. vbi agit de septem filiis eius hoc modo: Sapientia æternorum spe mentem reficit, intellectus de auditis cor illustrat, consilium rationem implet prohibens esse præceptum, fortitudo confidentiam contra aduersa trepidanti dat, scientia ignorantiam pellit, pietas opera misericordie docet, timor Domini mentem premit ne de presentibus superbiat, spes futurorum confortat. Et infra: Minor est sapientia si intellectu caret, inutilis intellectus sine sapientia. Vile est consilium sine fortitudine. Fortitudo sine moderamine rationis præcepit. Nulla est scientia sine pietate. Pietas sine scientie discretione, quomodo miferetur, ignorat. Timor sine aliis nihil valet: quia ad omnia trepidans à bonis operibus torpet. Tamen hæc melius in disputatione discutienda sunt.

Malsgrana.

Malsgrana vel punica, quod idem est secundum Iudæos: sed dicitur punica: quia ex Punica regione translata est generis eius. Malsgrana genere feminino, eò quod inter corticis rotunditatem granorum continet multitudinem, cuius flores Græcè quinq; Latine dicuntur cadoci. Agrætiæ verò maiorum flores dicuntur Græcè halanthon, quorum alij albi, alij purpurei, alij similes rosei floribus malipenicæ. Negant phisici cibo maiorum corpora nutiri. Sed sic opinantur eis vitandum, vt medicari potius quam alere videantur. Christus malus. Vnde de eo dicit Maria vel sponsa, id est, Ecclesia Cant. 2. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Quia sicut malus omnia ligna sylvarum visu, gustu, & odore præcellit, sic & Christus omnes sanctos. Flores huius mali sancti sunt candidi castitate, purpurei compassione, rosei charitate. Vel vt Maria dicitur malus, cuius flos Christus Dominus, qui fuit candidus nascendo, purpureus patiendo, roseus, id est, pulcherrimus resurgendo quando resurrexit exo eius. Ipsa etiam fuit candida virginitate, purpurea compassione, rosea intensissima charitate, quia sola intensissimi ruboris est.

Item dicitur in vers. & estare speciosa florem amaranthæ, in immo fructuosi pomorum vberitate, sed in hieme scabrosa frigoris asperitate. Similiter & Maria speciosa concupiscentia, fructuosa Filij Dei portatione, sed regosa & despectibilis in hieme passionis Domine. Fuit etiam inter arbores sublimis, id est, inter ceteros sanctos eius humilitate, inter leues scabrosa puritate, inter plures speciosa filij compassione & multiplici penitentia.

quia in omni virtute & bona operatione ceteris sanctis fecundior, qui sunt arbores paradisi. Fecundissima etiam partu: quia est carnaliter non genuit nisi vnicum filium, in eo tamen mater effecta est magnæ multitudinis filiorum, quorum ipse est primogenitus. Sicut Sara in Isaac mater effecta totius populi Iudæi, & Maria in Christo totius populi Christiani. Idem melius inuenies titulo, quòd Maria mater in fine cap.

Spiritibus pugilibus proficua ad comedendum. Isti pugiles sunt contra tria principalia vitæ repugnantes. Quomodo autem ipsa debet comedi, habet. 1. §. horti conclusi, vbi distinguitur quomodo pascit suos conuuias.

Senibus, id est, inueteratis in peccatis suis auferit coram Deo signa sua vetustatis, & ipsam vetustatem & spirituales rugositates, de qua dicitur Iob 16. Ruge meæ testimonium dicunt contra me, &c. Tollit, inquam, si ipsam spiritualiter sibi inflicauerint. Quare vbi docuit illud quod supra.

Nature calidissime sicut ficus Aegypti per vehementiam charitatis, qua filij sui diligit creaturas.

Fructus portat dulcissimos, qui maturati nigrescunt, & signat Christum, qui in fine vitæ sue temporalis niger & discolor iacuit in sepulchro, qui est ferculum dulcissimum.

Fræculas pascit fructu suo, scilicet quosdam anes sic dicitur ab edendo ficus dulces.

Tauros, id est, superbos & incundos, si ei dilectione adherent, per orationes suas & exempla humiliari & mansuescere faciunt, imò & omnes quantum in se est, idèd dicit: In me omnis gratia, id est, omne id quod facit gratiosum.

Valer contra hydropisum, id est, contra cupiditatem exemplo paupertatis.

Calorem, id est, feruorem libidinis refrigerat exemplo virginitatis.

Vocem refrænat, id est, multiloquium, & magniloquium, & turpiloquium, & humilitati exemplo sue castitatis.

Folium eius cetero aceto mortuum caris refringere dicitur. Folia verba sunt, aceturum acido concupiscentiæ, caris diaboli.

Hæc est ficus de qua legitur Iudic. 9. quæ noluit relinquere dulcedinem suum, & sanctos succidit, id est, mortuum in bonitate & concupiscentiæ acedorem, vt non accipiat vitam æternam, id est, per doctrinam sancti illius non legit in mortuum, noluit accipere in terra vitam. Et qui dicit in passione Iob 18. Ruge meæ non est de hoc sermone. Hæc est ficus habens fructus bonos vltis longæ. Hæc est quæ in bonitate portat pro arboribus & pro fructu, sed non accipit vitam æternam, quia non accipit vitam æternam, quia non accipit vitam æternam. Quare dicitur, quod ipsa dicitur.

miseri corditer loquitur pro nobis bonam in compedu vnigeniti sui.

Quia semen eius, id est, filius sua predicatione multos steriles fecit à fructu carnali, alliciens eos ad propositum castitatis.

§. XXVIII.

Oleaster.

Oleaster dicitur, quod sit oliuæ foliis similis, sed latioribus, arbor inculta, syluestris, amara, & infructuosa, cui insertus oliuæ ramus vim mutat radice, & venit eam in propriam qualitatem. Similiter & Maria humano exercitio inculta. Syluestris: quia mundana conuersatione sequestrata. Amara & infructuosa, sicut in salice supra dictum est. Vel istæ proprietates possunt ipsi attribui quoad statum ante sanctificationem, in qua sanctificatione quasi est ei insertus ramus oliuæ, id est, participium diuinæ gratiæ, & facta est particeps pinguedinis, id est, pinguedinis omnium charismatum & donorum Spiritus sancti.

§. XXIX.

Pinus.

Pinus de qua promittit Dominus Ecclesiæ suæ Isa. 60. Gloria Libani ad te veniet, &c. ut supra. De hac pinu potest exponi illud Isa. 44. Plantauit pinum quam pluuia nutriuit, & facta est hominibus in focum. Plantauit enim Deus Pater in horto Ecclesiæ suæ pinum istam, scilicet Mariam, & nutrita fuit pluuia, hoc est, abundantia gratiarum. Vnde ipsa dicit de Spiritu sancto, sicut exponit Hieronymus Super aquam refectionis educavit me. Et quia gratia plena, id est, facta est hominibus in focum: quia diligitur ab omni veto Christiano.

Dicitur autem Maria pinus propter altitudinem & eminentiam vite, excellentem contemplationis, sapientiæ, spei, & conuersionis sanctæ. Maria pinus propter altitudinem & fructus suos atque multiplices iustitiæ, quos continet variis & ordinatis aculeis, & quasi contextis velis solidissimis, & quasi infrangibilibus inuictæ fortitudinis.

Considera pomum pineum, & vide quo ordine sibi coherant partes eius, quomodo liter vnicique nucleorum pinguis castitas vnica sit, qualiter maiores maioribus & minores minoribus deputatæ sunt, & apparatus mirabilis ordo & rectitudo iustitiæ & coherentiæ partium eius. Similiter viris iustus vel in iudicando vel in sustinendo iustitiam magna fortitudo necessaria est, ne amore vel odio, prece vel pretio denient à recto: quia tantis quam aliis diuersis modis insidiatur diabolus deuotioni fructuum eius, scilicet iustitiæ. Prouerb. 15. In abundantia iustitiæ virtus maxima est, id est, virtuositas. Eccl. 7. Noli velle fieri iudex, nisi virtute valeas irrumperè iniquitates.

Item pinus arbor succineta. Sic & beata Virgo per votum virginitalis, & viri iusti per continentiam mentis & carnis.

Secundum Isidorum pinus dicitur ab acumine foliorum: nam antiqui vocabant pinum acutum. Folia verba sunt, acumen foliorum subtilitas verborum. Vel quia de cælestibus tractabat loquendo, non de terrenis. Item secundum Isidorum pinus omnibus prodesse creditur quæ sub ea feruntur, acuticus nocere dicitur omnibus. Similiter & Maria promouet & augmentat quidquid boni incipitur à fidelibus ad imitationem exemplorum ipsius.

Gutta ab ipsa defluens, rigore vel tepore durefcit in soliditatem, & fit quasi gemma vel electrum in insulis Germaniæ.

Dicit Hypocrates, quod nuclei pinorum vehementer calidi sunt, & venereis commouent, stomachum & renes calefaciunt, vrinam purgant, ventrem mouent potati cum vino dulcis sed ista Virgini non possunt conuenire.

§. XXX.

Castanea.

Castanea Græcum est nomen: quia fructus eius gemini & rotundi in modum testiculorum intra folliculum reconditi sunt, qui dum eiciuntur, quasi castrantur. Hæc arbor incisa tanquam sylua expullulat. Poma eius fortissima sunt, & comesta difficilè digeruntur, viridia stringunt, sed cocta minus. Secundum quod castanea dicitur à castrando, potest figurare Mariam, quæ uouens uirginitatem castrauit se propter regnum cælorum. Matth. 19. quam castrationem inuiebat, quando Angelo respondebat Virum non cognosco. Fructus eius, qui Christus est, in folliculis valde aculeosis fuit: quia in beatissima carne sua multarum passus est tribulationum aculeos. Ipsæ etiam potest dici castanea arbor quæ incisa vberius pullulat: quia ipse est illud lignum de quo dicitur Job 14. Lignum bene sponit poma in hieme, & in æstate non perit. Quare etiam dicitur: Quare non dicitur lignum bene sponit poma in hieme, & in æstate non perit. Quare etiam dicitur: Quare non dicitur lignum bene sponit poma in hieme, & in æstate non perit.

CAPVT VII.

De anibus huius horti.

§. I.

Nicticorax.

Hortus conclusus soror mea sponsa, &c. Christus, nicticorax, quæ dicitur quasi coruus noctis: quia auis ista amat tenebras noctis: & in hoc designat Christum, qui se comparat nicticoraci, qui non vult mortem peccatoris, sicut ipsemet dicit Ezech. 18. in fine capituli. Item nicticorax lucem fugit, volans de nocte ad querendum cibum suum: quia cibus Christi iustificatio peccatorum, fugere lucem est declinare gloriam mundi fallacem. Vnde Job 31. Si vidi solem cum fulgeret, &c. Quare expositionem titulo, quod Maria sol, in fine capituli. Item nicticorax manet in parietinis, id est, in ruinis: quia Christus de Iudeis exæcatis natus est, & ab ipsis in breui ruiturus crucifixus, ita vilitate ac si esset coruus noctis, id est, peccatis, denigratus, & leprosus & percussus à Deo & humiliatus. Isa. 53. In illis tamen habitauit quodammodo in passione: quia non ex toto recessit ab eis misericordia eius, sed pro eis orauit in cruce Luc. 23. Sunt autem parietinæ parietum ruinæ, scilicet vbi sunt parietes stantes sine tecto & sine habitantibus.

§. II.

Aquila.

Christus aquila. Deut. 32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, &c. Dicitur, quod aquila, quando volunt aliqui rapere pullos suos, alas super eos expandit, & eos prouocat ad volandum. Sic Christus in passione cum diabolus raperet genus humanum, expandit brachia sua quasi alas suas in cruce, vt inde peccata relinquentes altitudinem crucis ascendant, ad quam diabolus attingere non presumit: quia ibi abscondita est fortitudo Domini quæ in aere aëreas potestates debellauit. Sed torpidi peccatores in nido præuersionis torpentes super ramum crucis volare non appetunt. Er propter hoc ab aucupe diabolo rapiuntur in nido præuersionis. Vnde diabolus signatus per Assur dicit Isa. 10. Detraxi quasi præuersionem in sublimi residentes, & inueni quasi nidum manus meæ fortitudinem populorum.

Christus aquila. Quia aquila rex est auium, id est, contemplationum specialiter. Vnde Ioan. 1. dixit ei Nathanael: Rabbi tu es Filius Dei, tu es rex Israël, id est, videns Deum oculis fidei & amore. Is enim vir, in videns, et Deus: inde Israël, id est, vir videns Deum. Qui bene dicuntur aues: quia penes virtutum ascensum ad cælestia, & eorum conuersatio in coelis est. Phil. 3. & partem morantur in terra, id est, in terrenis, scilicet quoad solam necessitatem.

Dicitur ab acie oculorum, scilicet ab acuminis visus: quia semper fructatur in quantum homo visione patris, etiam ens viro martis & pendens in cruce. Vnde dicit: Prouidebam Dominum

§. XXXII.

Buxus.

Buxus, de qua promittit Dominus Ecclesiæ suæ Isa. 60. Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, &c. Est autem buxus Græcum nomen corruptum à Latinis ex parte: nam Græcè appellatur pixos.

Maria buxus. Quia breuis stature: in quo signantur humilitas Virginis & paupertas.

Semper virens per uirginitatem quæ est virore genitus. Vel in virore perpetuo immarcescibilis-sanctitatis.

Sterilis, vt supra de salice.

Intens palloris, id est, intensæ mortificationis carnis quæ facit pallere. Vel intensæ dilectionis. Vnde: Palliat omnis amans.

Intens vitoris: quia illibate uirginitatis. Quare titulo de uirginitate eius.

Dura & fortis: per quod idonea sculpturis & faciendis. Er Maria dura ad tribulationes sustinendas cum filio, & solida per constantiam mentis in voto uirginitatis. Vnde constanter respondit: Virum non cognosco.

Rupibus inhzrens, id est, mentes diligens firmatas in bono.

Densa in foliis: quia multiplex intelligentia elicitur ex verbis ipsius positus in Euangelio.

Comam non deponit in hieme, nec ipsa virtutes suas in tribulatione.

Colitur ab anibus, id est, contemplatiuis qui sunt aues paradisi.

Lenitate materis apta literarum apicibus, sicut dicit Isid. Isa. 30. Ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, &c. Quare expositionem.

§. XXXIII.

Vinum.

Vinum. De hac vino promittit Dominus Ecclesiæ desolato Isa. 41. Posam in deserto abietem & vinum & buxum simul, id est, nasci faciam Mariam per his tres arbores figuratam. Secundum Isid. vinum ex eo nomen accepit, quod in vltimis locis & humidis motus profert. Nam in montibus & alpeis minus legitur. Est autem vltis natura humot terre, nonquam recedens ab ea. Sic & Maria proficitur ex humotibus charitatis & donorum Spiritus sancti. Iuxta vltimum hanc fertur in se, tamen apta vltibus sustentanda. Er Maria mentis & exemplis & amantibus sustentat fructificans in bono, ino totam Ecclesiam quæ est vita.

minum, id est, Patrem, in conspectu meo semper. Sap. 8. Cælos attingebat, scilicet per contemplationem stans in terra. Et hoc est aspicere solem in rota, id est, irreuerberata acie oculorum. Item quia nihil occultum quod ei non reueletur. Vnde dicitur Eccl. 23. Oculi Domini multo plus lucidiores super solem circumspectientes omnes vias hominum, id est, cogitationes, desideria, voluntates, & opera, & profundum abyssi, id est, cordis humani, quod profundum est & inscrutabile. Ierem. 17. Quare expositionem titulo, Benedictus fructus ventris tui. Hebræ. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. Dicit etiam Isidor. quod cum aquila super maria penna feratur immobili, nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate piciculos videt nantes, ac tormenti instar descendens pennis, ad litus attrahit raptam prædam. Similiter Christus in folio paternæ maiestatis existens inuisibilis, de cælo respexit filios hominum oculo pietatis errantes in mari, id est, in mundo, & descendit quasi ex improbitate in sua incarnatione, ut ipsos prædicos à diabolo prædaretur, & eos perduceret ad litus vitæ æternæ. Vnde: Captiuam duxit captiuitatem.

Altius volat cæteris auibus: quia non est sanctus ut est Dominus. 1. Reg. 2. In ascensione etiam ascendit super Cherubin, & volauit super pennas ventorum, id est, super omnes virtutes Angelorum vsque ad dexteram Patris. Et nota, quod dicit ascendit super Cherubin, quod interpretatur plenitudo scientiæ: nulla enim humana scientia attingere potest vel ad quam gloriam, vel quantum tunc ascenderit. Volauit, id est, velociter ascendit. Vel volauit, id est, auolauit ab humano intellectu. Et nota, quod non dicitur volauit, vel ascendit super Seraphin, qui est ordo supremus, licet verum fuerit de Christo homine & de beata Virgine, ne forte putaretur, quod humanitas æquaretur deitati, secundum quam minor est patre: quia super Seraphin non est nisi gyrochæsa, id est, sacer ordo Trinitatis. Volauit super pennas ventorum, id est, super dignitates & præmia sanctorum animarum, quæ dicuntur venti. Iob 18. Qui fecit ventis pondus, id est, animabus corpus.

3. Christus aquila. Quia aquila nidificat in arduis. Vnde dicit Dominus Iob 39. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? Et sunt verba Patris ad Iob. Et est bonum thema de assumptione. Ardui sunt qui supereminet aliis per vitæ excellentiam. In hoc autem instrumur, in cuiusmodi cordibus Dominus commoratur & habitat, in illis videlicet, qui sunt ardui per vitæ eminentiam, & dicunt cum Iob 7. Suspendium elegit anima mea. Sequitur: In petris manet, id est, in illis qui sunt quasi petra per firmitatem fidei, ad tribulationes insensibiles & duri, qui sagittis tentationum nequeunt penetrari, poenitentialibus exercitiis desiccari, per continentiam & abstinentiam frigidari: & sic assigna proprietates petre. Sequitur: Et in præruptis silicibus commoratur. Silex dicitur, quia silet, scilicet à praua verbositate. Prærupti sunt illi qui mente separati sunt à dilectione mundana. Sequitur:

Et inaccessis rupibus, id est, in illis qui ita alti sunt & exaltati per vitæ eminentiam, quod ad ipsos ipse diabolus accedere non potest. Sequitur. Inde contemplatur escam, & de longè oculi eius prospiciunt. Sequitur. Pulli eius lambunt sanguinem: quia viri iusti qui pulli eius sunt, cum auiditate & desiderio, quæ notantur in verbo lambendi, recogitant passionem eius & circumstantias passionis, dicentes cum sponsa Cant. 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur. Ad Hebræ. 12. Recogitare eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, &c.

Ametistum ponit in nido. Ametistum duorum colorum est, scilicet purpurei & violacei, fugat serpentes & venenum, valet etiam contra ebrietatem. Illos enim positurus est Christus secum in nido æternæ beatitudinis, de quo dicitur Luc. 19. Pueri mei mecum sunt cubili, qui regia potestate, quæ signatur in colore purpureo, & purpura regibus conuenit, vitiis contradicunt in se & aliis, & à regno suo, id est, carne membris & sensibus malefactores extirpant, id est, prauos motus & nocuas titillationes, & ipsos puniunt & expellunt, & qui austeram & humilem poenitentiam faciunt: quæ duo signantur in purpura, poenitentia per liuidum colorem, humilitas, quia prope terram versatur flos violæ. Qui etiam à se & aliis quantum possunt, arcent & expellunt serpentes, & venenata spiritualium vitiorum, quæ animas intoxicant, & ebrietatem carnalium delectationum, quæ bibuntur de aureo calice Babylonis. Ierem. 51. Et hoc est quod dicit Hieronymus super Isaiam in fine: Serpentes antiquum nido suo fugat, qui & carnem suam macerat, & motibus animi potenter imperat. Per nidum cor vel carnem intellige.

Ditissimum facit nidum suum ponens ibi, ut dictum est, ametistum: quia conscientiam in qua habitat, ditat virtutibus, & bonis operibus, & huiusmodi, quæ supra notata sunt.

Optimè procurat pullos fastidibus, perdicibus, leporibus, & huiusmodi. Similiter Christus populos suos quos exclusit in passione & viuificauit proprio sanguine velut pelicanus filios suos, pascit deitas pretiosissima & sumptuosissima, id est, carne sua quæ verè est cibus. Ioan. 6. quæ sumitur in sacramento, & potat sanguine suo quem effudit in cruce, quem lambunt per desiderium illi qui veri pulli sunt, nec à patre degenerant, ut supra dictum est. Deut. 32. Sanguinem vultu biberent meracissimum.

Viuit de rapina: quia illos sibi incorporat, & inuiscerat spiritualiter corpori suo, quod est Ecclesia, quos rapuit à diabolo manu cruci affixa, nec cessat rapere rostro amoris. Vnde dicit Osee 11. Traham eos, id est, attraham in vinculis charitatis. Rapit etiam quosdam rostro prædicationis, & quosdam vnguibus tribulationum, quibus fortiter tenet eos ne euadant post concupiscentias suas.

Pullos suos sigillatim ponit in radio solis, & eos qui solem acutè & apertis respiciunt oculis, diligit, fouet & nutrit: eos verò qui quasi cæcutes oculos auertunt à sole, de nido proicit

proicit in terrâ. Sic & Christus eos qui in se, qui est verus sol iustitiæ, respiciunt indefinenter quasi oculo timoris, feruorem iustitiæ quasi oculo amoris, fulgorem & lucem misericordiæ, qui etiam oculos spei & dilectionis desigunt in cœlestibus, sibi retinet, amplectitur & tuetur. Illos verò qui oculos suos, intellectum scilicet & affectum auertunt à claritate solis & æternitatis, promittit in terram cadere, id est, in cupiditates terrenorum, vbi exasperantur spiritualiter, & postmodum in terram miseris & tenebrarum. De quibus dicitur: Pones eos dorsum, & in reliquiis tuis preparabis vulnam eorum. Item deiecit eos dum alienarentur.

Vbi cumque fuerit cadaver, statim adest. Iob 39. Hieronymus dicit, quod aquilæ & vultures transmarina dicuntur sentire cadavera, ibique ad literam congregari. Hoc inuenies infra titulo de vulture. Cadaverosus efficitur quisquis mortaliter peccat, & coruis infernalibus seipsum escam ministrat. Sed si huic aquilæ cadaverositatem tuam per confessionem & orationem humiliter ostenderit, & te veraciter accusaueris, statim aduolabit hæc aquila, veniam tibi & gratiam misericorditer conferendo. Hæc, scilicet venia & gratia, sunt alæ aquilæ huius. Et bene dicitur, statim adest: quia nescit tarda rerum molimina Spiritus sancti gratia, sicut super illud Act. 2. factus est repente de celo, &c. dicit Glossa.

Deponendo rostrum & plumas veteres, renouatur & iterum inuenescit. Sic & Christus in sepulchro quasi plumas & pennas veteres, mortalitatem & passibilitatem deposuit, & velut rostrum recarum querelas humane miseris, & in resurrectione fructus immortalis & impassibilis velut pennas novas & rostrum accipiens, totus est renouatus. Vnde dicit Psal. ei: Renouabitur ut aquilæ inuentus tua.

4. Maria aquila. Quoniam aquila regina volatuum: & Maria regina Angelorum, contemplatiuorum & virginum, quæ in nido suo, id est, in corde posuit amictum, videlicet fidem qua concepit Filium Dei. Luc. 1. Beata quæ credidisti, &c. Et per excellentiam sui conceptus induta est veste purpurea, id est, dignitate regali. Vnde de ea dicitur Pro. vi. Byssus & purpura indumentum eius. Habuit etiam colorem violæ, qui per humilitatem assilata est, & per compassionem quasi lida facta est in filij passionem. Expellit etiam à se serpentes & venenata spiritualium vitiorum, quæ nonquam ad mentem eius ingredi poterant. Fecit enim mulier timens Deum. Pro. in fine. Et Eccl. 1. dicitur: Timor Domini expellit peccatum, id est, intractabile non sunt. Expellit etiam à se serpentibus sibi serpentes & venenata, iuxta illud Mat. in fine: In nomine meo demones eiecentur, Maria scilicet & corpus sancti per virginam perpetuam virginitatis sue carit ab ebrietas carnis carnalium voluptatum, & amicis suis potens est precantem.

Hæc aquila in arduis posuit nidum suum, id est, in excelsis circumspiciens conuersionem suam, & cor suum in paruos filios suos, id est, in Angelis de quibus præsumpti fuerunt superbia Angelis: quæ conuersione eius super fuit in quibus Phil. 2. Et inde contemplabatur

escam suam, id est, refectionem mentis suæ, scilicet ipsum Deum vt eo frueretur. Et ideo de hac aquila dicitur, quod oculi eius de longe prospiciunt. Et ad præceptum Domini eleuata est hæc aquila in sua assumptione, quando scilicet ascendit super Cherubin, id est, super choros Angelorum, & volauit super pennas ventorum, id est, super rationem & super omnem intellectum humanum. In excelsis etiam mentibus & eleuatis à terra per mundi contemptum diligit per gratiam habitare.

Aquila ceteras aues præcellit in volatu & solis aspectu: & ipsa sanctos ceteros in volatu contemplationis & aspectu solis iustitiæ, id est, filij sui, qui lucem inhabitat inaccessibilem. 1. ad Tim. 6. quæ videlicet lux in ipsa fuit abscondita, & quam ipsa nobis accessibilem fecit, vicinior arque limpidius contemplatur.

Ditissimum virtutibus & donis optimis facit nidum suum, in eo quem inhabitat per gratiam, vt verè dicere possit qui ipsam spiritualiter hospitat, illud Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, &c.

Procurat optimè filios spirituales quos adorat per gratiam cibo deuotionis, vino consolationis & compunctionis, pane lacrymarum, & huiusmodi, & hoc partu dignos reddit carne & sanguine vnigeniti sui.

Respicens misericorditer ad cadaverosos peccatores ipsam humiliter inuocantes, aduolat duabus alis, pietate & compassione, vt patet in Theophilo, quæ quasi rostrum orationis quam pro eo fudit ad filium, & quasi vnguis iustitiæ à diaboli faucibus potenter eripuit, chirographum suum ei restituens anulo proprio consignatum. Propter hoc dicitur de Maria: Confidit in ea, id est, de eius fide & fortitudine, cor viri sui, Christi scilicet, & spoliis non indigebit. Ipsa enim quasi dixit illis sponsam suam, quibus spoliatur, vt dictum est, diabolum aduersarium.

5. Aquila beatus Ioannes Evangelista. Vnde Ezech. 1. Facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Ioannes aquila. Primum quia in arduis super omnes posuit nidum suum sicut aquila. Iob 39. quando supra pectus Domini in carnis recubat. Ioan. 13.

Secundò quia prouocat ad volatum pullos suos. Deut. 32. & lambere sanguinem eos docet. Iob 39. Et Ioannes spirituales filios, scilicet fideles Ecclesiæ docet contemplari æterna & quætere que factum sunt, & imitari Dominicanam passionem, sicut patet in his quæ scribit septem Ecclesiis Asiæ & Angelis eorum.

Tertiò quia in nido ponit amictum, qui fugat serpentes. Nidus Ecclesiæ, amictus fides, serpentes hæretes contra quas spiritualiter scripsit.

Quartò quia solem intuetur in rota: & isto specialius deitatis contemplatus est arcana. Vnde dixit: In principio erat verbum. Alij quasi infirmis oculis solem, id est, Christum videbant in nube, id est, velatum carne.

Quintò quis renouatur se in senectute: quia quicquid factum sit de corpore eius, inuentum est in senectute, in figura eius quod dicitur: Renouabitur ut aquilæ inuentus tua.

De hac aquila potest exponi illud Ezech. 17. Aquila grandis, &c. Aquila, vt dictum est, grandis in virtute, in sapientia, in auctoritate. Magnarum alarum. Hic quatuor in Ioanne commendantur, duplicis virginis puritas & intelligentia. Per hoc quod dicitur alarum, hæc duæ iunguntur, quia nõ sufficit subtilitas intellectus, nisi subit mundicia affectus: multi enim eleuantur per intellectum, sed deprimuntur per affectum. Item per hoc quod dicitur magnarum, commendantur in eo Christi familiaritas, & styli posterioris auctoritas. Longo membrorum ductu, istud non tam pertinet ad quantitatem temporis vel corporis, quantum ad longuitatem mentis, quem scilicet Dominus post omnem sibi reprobaui, vt posterior scriberet & defectus aliorum suppleret. Ad hoc ergo quod dicitur, longo membrorum ductu, pertinet styli posterioris auctoritas. Vnde Eccl. 33. Ego nouissimus euigilaui. Plena plumis & varietate. Et si enim principaliter circa diuinam naturam insistat, quod signatur per hoc quod dicitur, plumis, tamen immiscet plura quæ pertinent ad humanam, quod signatur per hoc quod dicitur, & varietate. Nam cum præmississet deitatis sublimia, dicens, In principio erat verbum, subiunxit humanitatis humilia, dicens: Et verbum caro factum est, &c. In hoc verbo quod sequitur, venit ad Libanum, innuitur Christi familiaritas. Libanus interpretatur candor, & signat Christum qui est candor lucis æternæ. Tunc maxime Ioannes venit ad hunc Libanum, quando Christo se conformauit in puritate, & quando recubens super pectus eius hausit aquas sapientie salutaris, quæ fluunt impetu de hoc Libano: & hoc est quod subditur, Et tulit medullam cedri, id est, pinguedinem & dulcedinem spiritualis arcani quasi occultatam sub sententiis sermonis mystici vel sub duritia ossium. Et summitatem frondium eius auulsit, id est, excellentiam cælestis eloquij: & idem dicitur, summitatem, quia altius omnibus locutus est, vt de eo possit illud dici Gen. 49. Nephthalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. Ibidem de ipso potest dici, quod ipse est alia aquila de qua dicitur Apocalyp. 8. Audiui vocem vnus aquilæ volantis per medium cæli, &c. quod notatur in summitatibus frondium.

6. Iustus aquila. Vnde Iob 39. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila? scilicet iustus ad contemplationem. Quasi diceret, non sed ad meum. Et in arduis ponet nidum suum, id est, in supernis mentis desiderium, sicut fecerat qui dicebat: Nostra conuersatio in cælis est. Phil. 3. In petris, id est, in exemplis sanctorum patrum & dictis eorum. Vnde: De medio petrarum dabunt voces. Manet, id est, mentis statione collocatur. Et in præruptis silicibus commoratur, id est, in contemplatione sanctorum Angelorum, quorum gloriam adhuc in terra positus, cum suspitio præstolatur. Qui scilicet Angeli integri sunt per qualitatem meriti, sed prærupti per quantitatem numeri. Atque inaccessibleibus rupibus commoratur. Idem quod prærupti silices. Quia cordis peccatoris valde inaccessible claritas Angelorum, multo magis eius qui inhabitat lucem inaccessibleem. 1. Tim. 6.

Inde, scilicet, quando aliquis ingerit se societati Angelorum per contemplationem, non debet ibi sistere, sed eum qui super eos est, contemplari. Vnde Cant. 3. Paululum cum pertransirem eos, &c. inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Contemplatur escam, id est, Christum qui est cibus Angelorum & hominum. Panem enim Angelorum manducauit homo. Et delongè oculi eius prospiciunt, intellectus scilicet & affectus, vt regem videat in decore suo. Pulli eius, scilicet aquilæ lambunt, ecce auditas & desiderium: sanguinem, id est, passionem Domini, fide, spe, & feruenti charitate venerantur. Lambere sanguinem, vt dicit Gregorius, est Dominicæ passionis infirma venenari. Quasi diceret: Aquila in arduis posuit nidum suum, quia deitatis contemplatione pascitur. Sed pulli eius, id est, minores nondum habentes visum aquilinum, lacte humanitatis Christi & sanguine passionis resciontur. Vbi cumque fuerit cadaver, id est, verbum caro factum, statim adest aquila, id est, anima exuta. Matth. 23. Vbi cumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ, id est, vbi fuerit Christus homo, ibi & sancti eius secundum quod rogauit Patrem Ioan. 17. Pater volo vt vbi ego sum, illic sit & minister meus.

Iustus aquila. Quia vivit de rapina. Regnum enim cælorum vim patitur. Matth. 11. & violenti, id est, vim sibi inferentes, rapiunt illud. Et hæc violentia quinque modis sibi inferitur, scilicet per continentiam in iuuentute, per abstinentiam in prosperitate, per largitatem in paupertate, per patientiam in aduersitate, per humilitatem in sublimitate.

In arduis nidificat, vt supra dictum est de Maria. Debet enim iustus ædificare in cælo ascensionem suam exemplo de Amos 9. quod est disponere ascensiones suas in valle lachrymarum: sed qui ædificat ascensionem, id est, gradus ascensoris, debet ipsos gradus distinguere, vt exemplo Dominicæ ascensionis quam ædificauit in incarnatione, & tota vita præsentis. Primum gradum habebat humilitatis secundum obedientiam, & sic deinceps. Vnde ad Philip. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens, &c.

In nido cordis sui ponit ametistum, id est, fidem, vt ibi Dominus dignetur habitare. Vnde habitare Christum per fidem in cordibus nostris, vt virtute huius lapidis excludat se serpentes, & venenata spiritualium vitiorum, & ebrietatem carnalium, & regaliter præsit sibi ipsi, & vitis contradicat quoad colorem purpureum, & humiliter maceret carnem suam quoad violaceum.

Affectuosissime educat pullos, id est, opera, quæ sequuntur auctores suos velut pulli sequuntur gallinam.

Pullos sigillatim ad radium solis ponit, in quo signatur operum nostrorum discussio. Radij solis ille uminatio Scripturæ, ad cuius intuitum siue scrutinium opera debent discerni. Vel radij solis opera Christi, quæ nos illuminant, ad quæ scilicet opera comparanda quodammodo sunt opera nostra, vt vilipendamus ea. Vnde Ier. 64. Omnes iustitiae nostræ in conspectu

conspectu Domini quasi pannus menstruatus. Ibi Gregor. Sæpè iustitia nostra ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est, & sordet in conspectu districti iudicis, quod in estimatione resulget operantis.

Vbi cumque fuerit corpus, statim adest. Hoc impleuerunt ad litteram sanctæ mulieres venientes officiosè ad Dominicam sepulturam, sicut Dominus prædixerat. Matth. 23. Vbi cumque fuerit corpus, ibi congregabuntur aquilæ. Et hoc faciunt viri iusti, manè audientes Missam vbi corpus Dominicum immolatur. Item aliter. Spirituales aquilæ, scilicet viri iusti ad cadaverotos peccatores congregari debent spiritualiter per compassionem & orationem, vt abstractos à cadaveribus peccatorum incorporent Ecclesiæ Dei, cuius ipsi sunt membra.

Prouocat ad volandum pullos suos, id est, opera, quando purè facit ea pro intuitu æternorum, non vt ab hominibus videatur. Sed contrario faciunt hypocritæ. Matth. 6. & idem retributionem suam recipiunt in præsentis. Et tunc portat iustus pullos suos in humeris, non in sinu, cum ab eorum intuitu auertit oculos suos, vt dicere possit illud ad Phil. 3. Posteriorum obliuio, ad anteriora meipsum extendo. Sensus auctoritatis est, sed non verba.

Solem intuetur in rota, id est, Christum in diuinitate, quæ principio caret & fine, quasi duplici oculo intellectus & affectus, credendo scilicet & amando. Vox enim viri iusti est. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Et ad te leuavi oculos meos qui habitas in cælis. Et hoc summe necessarium est quando tentatur quis. Vnde 2. Paral. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus refidui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Et propter hoc aquila dicitur, vel ab acumine viuis, vel ab acie oculorum quos desigit in solem iustitiæ, & auertit à concupiscibilibus mundi, iuxta illud Tob. 4. Omnibus diebus vite tue Deum in mente habe, & caue ne aliquando peccato consentias, &c. Et primum enim sequitur secundum. Vnde: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, ecce primum: quoniam à dextris est mihi, &c. ecce secundum. Sicut dicitur, aquila pennis veteribus prægrauata, & non valens comedere præ curuitate rostri, querit fontem vinum scarurentem iugiter, & desuper fontem directè ascendit quantumcumque potest in larum, & intantum solum propinquat, quod pluma veteris solis incendio comburuntur, quibus destituta cadit in ipsum fontem, & per irriguum nouæ pennæ recrescunt, & sic pro pennis veteribus recipit pennas novas. Postea rostrum recuruum alidit ad petram, & superfluitate abscissa ascendit superius quantum potest, & calcatus ab ardore solis magno impetu fertur in mare, & ibi submersus iterum inuenescit.

Aquila vetus, peccator in vitis inuenerat. Vnde: Filij alieni inuenerati sum. Pennæ veteres mundanæ leuitates, quibus in actu elationis ferebatur. Rostrum curuatum loquacitas de terrenis: quia qui de terra est, de terra loquitur. Ioan. 3. Per quam scilicet loquacitatem multum impeditur quis ne fructuosè possit comedere cibum scripturæ vel Eucharistiæ. Idem dicitur

Eccl. 32. Audi tacens, &c. Fons viuus semper scaturiens, misericordia Dei nunquam deficiens. A quo fonte sumpta quadam audacia pia, debet peccator quem pernitet peccasse, induere nouum hominem.

S. III.

Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &c. Eccl. 24.

1. His verbis Dei sapientia & beata Virgo vno ore loquentes inuitant nos ad se, suas nobis delicias communicare volentes, quas liberaliter & sine inuidia communicant. Sed ad præfens de beata Virgine totum hoc exponemus, & in his verbis circa ipsam sex notantur.

Primum est humilitas cum dicit, Transite, vocans nos ore proprio, & in hoc ostendit se vnam esse de ancillis illis quas misit sapientia vt vocarent ad arcem. Prou. 9.

Secundum est familiaritas, quod notatur cum dicit, ad me. Adapta de his quæ inueniuntur apud eam. Et in hoc arguuntur pauperum contemptores, qui eorum societatem contemnunt, de quibus dicitur Amos 2. Viam humilium declinant. Et qui dicunt pauperi illud Isa. 67. Recede à me, quia immundus es, &c. De hac familiaritate Virginis dicit B. Bernard. Quid ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas? Quare titulo de benignitate eius.

Tertium est larga liberalitas cum dicit, Omnes. Non est enim apud eam sicut nec apud filium personæ exceptio. Veniat ergo ad eam ad deliciandū vir iustus, vt sedeat sub vmbra illius desideratæ: nam ipsa est vmbra diei ab æstu, & in securitatem, & in absconsionem à turbine, & à pluuia. Isa. 4. Quare titulo vbi ipsa dicitur tabernaculum. Item Mich. 4. Sedebit vir sub vmbra vineam suam, & sub vmbra ficum suam, & non erit qui deterreat. Quod est dicere: Qui ad Mariam venerit, vel transierit, quæ omnes vocat ad se, securus erit per auxilium eius. Item qui peccator est, transeat ad eam vt nihil timere possit: quia ipsa est ciuitas refugij. Quare supra causa 25.

Quartum est multimoda eius dulcedo & suauitas ad quam omnimodis debemus aspirare. Quod innuitur vbi dicit, Qui concupiscitis me. Nam in ipsa inueniunt omnes sensus nostri quilibet suam dulcedinem, voluptatem & iocunditatem, sicut assignauimus titulo de dulcedine eius, in fine capitali.

Quintum est abundantissima largitas, quæ notatur vbi dicit, Implemini. Ipsa enim dat omnibus affluenter & non improperat. Iacob. 1. & ipsa aperiente manum suam, implentur omnia bonitate. Ipsa est enim Rebecca quæ de hydra sua potauit Eliezer & camelos. Genes. 24. Christum scilicet, & omnes sanctos.

Sextum est rei promissæ pretiositas cum dicit, A generationibus meis implemini. Secundum hunc processum poteris contexere totum sermonem tuum.

1. Modo videamus quare potius dixerit gloriosa Virgo, Transite, quam venite, vel accedite. Item qua utilitate veniatur ad eam? vnde dicit, Ad me. Item quid sint generationes eius de quibus dicit

dicit, Et à generationibus meis implemini. De his tribus videndum est per ordinem.

3. Notandum igitur, quòd beata Virgo volens facere festum amicis vel de amicis suis, ipsos inuitat. Sicut consuetudo est volentium facere magnam solennitatem vel permaxima conuiuia, inuitare tuos speciales nominatim, & per honestos nuntios, sed non ribaldos vel trutanos vel mensterellos, id est, temporalium vel vitiorum amatores. Sic facit beata Virgo. Et in hoc quod dicit, Qui concupiscitis me, innuit qui sint eius speciales, scilicet concupiscentes eam. Concupiscitis, intellectu per inquisitionem, affectu per dilectionem, actu per imitationem. Innuit etiam aliud in hoc quod dicit, Transite. Quasi diceret: Nisi fueritis transitores, Hebræi scilicet & Lathum, non poteritis venire ad festum solenne, quod factura sum in æternitate. Transire ergo debent omnes desiderantes ad fontes aquarum viuentium, qui sunt Christus & beata Virgo, exemplo ceruorum desiderantium ad fontem transire, & transire spinosa superbiz, malitiz, & nequitiz, lutosa luxuriz, gulz, & somnolentiz: hiantia cupiditatis, ambitionis, auaritiz: alioquin ad fontem vitæ non patebit eis accessus. Et propter hoc dicitur eis: Transite.

4. *Quadruplex transitus.* Est enim quadruplex transitus. Primus de baptismali innocentia ad peccata mortalia, & hic est peccantium. Vnde dicitur de isto Eccl. 26. Qui transgreditur à iustitia ad peccatum, Deus parauit illum ad rumpendam, id est, ad pœnam æternam. Hic notatur in descensu à Ierusalem in Iericho. Luc. 10. Per hunc transiit diabolus à claritate Angeli in deformitatem diaboli. Hic est transire à castitate ad luxuriam, & à septem virtutibus principalibus ad septem peccata criminalia.

Secundus isti contrarius, transire à vitiis ad virtutes, & hic est pœnitentium, & hic debet fieri per ignem feruentis contritionis & aquam confessionis & pœnitentiz, in qua omnes fordes lauantur, vt tandem inducatur quis in refrigerium vitæ æternæ. De isto dicitur Marc. in fine: Præcedet vos in Galilziam, quæ interpretatur transmigratio: ibi eum videbitis.

Tertius de bono in melius, & hic est iustorum qui de operibus iustitiz ad se transeunt ad opera misericordiz propter proximum. De hoc dicitur in Psal. Ibunt iusti de virtute in virtutem, &c. scilicet de virtute minori in eandem virtutem maiorem: quia charitas aliquando proficit, aliquando deficit: vel de vna virtute ad aliam, vel de vsu vnius virtutis in vsu alterius virtutis. Quia sicut dicit ibi quædam Glossa, Non semper vni virtuti studendum est, sed de virtute in virtutem est eundum, donec videatur Deus deorum in Sion. Item de hoc transitu dicitur Michæ 1. Transite vobis habitatio pulchra. Quasi diceret: Vos iusti in quibus Deus habitat per fidem, qui facti estis pulchri per pœnitentiam, transite ad opera misericordiz proximis impendenda, vobis acquisitiuè, id est, ad honorem & præmium vestrum.

Quartus de meliori ad optimum, vel de merito ad præmium, vel de dubio ad securum, vel de temporali ad æternum, vel de fide ad

spem, de spe ad rem speratam, de scintilla charitatis ad caminum: quia hic est ignis in Sion, sed caminus in Ierusalem. Isa. 31. Vel transite de exilio ad regnum, de mundo ad Deum, de vmbra ad veritatem, de medio ad omnem plenitudinem, & huiusmodi.

Primus transitus figuratus est à descensu Israël in Ægyptum. Secundus in ascensu Israël ex Ægypto per mare rubrum in deserto. Expone illud diligenter. Tertius in progressu Israël per desertum, quo signatur pœnitentia per diuersas mansiones, quibus signantur virtutum opera. Quartus in progressu à deserto per fluium Iordanis ad possessionem terræ promissionis.

5. Transite ad me omnes, &c. Nota, quòd celsitudo beatæ Virginis mons quidam magnus est, in quo beneplacitum fuit Deo habitare in eo, ad quem debemus transire sicut homines, non sicut passer. Passer enim occupans montem, non transit per vallem, secundum quod superbi demones suggerunt peccatori. Transmigrat in montem sicut passer, id est, sicut auis quælibet, & sumitur species pro genere. Per vallem enim humilitatis transeundum est ad montem humillimæ Virginis: non est enim vera sublimitas, cuius præambula non est humilitas.

6. Transite ad me. Quasi diceret: Quid discurretis per carnales voluptates & mundanas vanitates, quæ vos nequeunt satiare: in me omnis gratia, quam vobis ministrabo, si transieritis ad me. Et hoc est quod sequitur: A generationibus meis implemini. Mira fatuitas peccatoris, qui si diligeret aliquam ribaldam, quæ esset vltra flumen, & ipsa clamaret ad eum, Transi ad me, & ero tota tua, statim miser se exponeret morti & submersioni: matri verò Dominicæ facit surdum. Sed caueant sibi tales, ne quandoque audiant ab ea illud Prou. 1. Vocauit & renuistis, extendi manum meam vt vobis darem filium meum, qui est omne bonum, scilicet illud consilium Ioan. 2. Omnia quæcumque dixerit vobis filius meus, facite. Istud enim omne est & summum consilium, facere scilicet quod præcipit Deus. Sed quia hoc consilium contemnitur à multis, subdit ipsa: Ego quoque in interitu vestro ridebo, & cætera multa.

7. Transite ad me omnes, non quidam, non pauci, exemplo enim filij dicentis Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. & qui dicit Isa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas, vocat omnes ad se gloriosa virgo: omnes enim vult saluos fieri, & neminem vult perire. 1. ad Tim. 2. In hoc etiam nobis suam indicat largitatem, suas diuitias, suam liberalitatem, & desiderium quod habet de salute creaturarum filij. Item cum dicit, Transite ad me omnes, videtur propriè loqui peccatoribus mundum diligentibus, non eam, nec seruentibus ei, ad me, vt vobis impetrem vinum compunctionis, quia ego quasi vitis: passum deuotionis, quia flores mei fructus honoris & honestatis: virtutem dilectionis, quia ego mater pulchræ dilectionis: gratiam timoris Dei, quia mater sum sanctæ spei: omnem gratiam, incipientem, proficientem & consummantem, quia in me omnis gratia:

gratia: dona Spiritus sancti, quia spiritus meus super mel dulcis: gloriam paradisi, quia hereditas mea super mel & fauum.

8. Item transite ad me. Seruo enim coniugatos in matrimonio, viduas in statu suo, virgines in puritate. Omnibus his impetro gratiam, & promitto gloriam. Sunt enim in terra pro vna coniugati, malogranata continentes, ficus dulces virgines.

Transite ad me. Nota ad me: libenter enim debet venire pauper ad diuitem, vt locupletetur.

Pollutus ad fontem, vt mundificetur.

Debilis ad fortem, vt corroboretur.

Mortuus ad vitam, vt viuificetur.

Cæcus ad collyrium, vt illuminetur.

Egræus ad medicinam, vt sanitati reddatur.

Femelicus ad refectionem, vt bene procuretur.

Nodus ad munificam, vt ab ea vestiarur.

Miser ad misericordem, vt misericordiam consequatur.

Deformatus ad replasmaticam, vt reformetur.

Captiuus ad redemptricem, vt à carcere redimatur.

Exheredatus ad patronam, vt hereditati restituarur.

Seruus ad dominam, vt libertate donetur.

Miles ad reginam, vt si vicerit, coronetur.

Tenebrosus ad lucem, vt lacis filius appelletur.

Hæc enim omnia & in infinitum plura subministrat Virgo gloriosa transeuntibus ad se. Et idèd priusquam illos inuiter ad se, præmittit in epistola hodierna: In me omnis gratia via & veritatis. Transite ad me, videlicet tribus modis, intellectu contemplando, affectu inhaerendo, actu vel opere imitando. Et ad hæc nos inuanc tria præcipuè. Partus eius, qui est lux mundi, & nostrum illuminat intellectum. Gratia quam inuenit apud Deum, cuius adiutorio noster affectus inflammatur ad bene operandum. Vita eius mundissima, quæ opera nostra dirigit per exempla.

9. Sequitur. Qui concupiscitis me, qui scilicet vultis mihi seruire, & me honorare: vel qui plenè vultis satiari: vel qui meum desideratis patrocinijs in præsentem, & aspectum in futuro. Et possunt assignari tria quæ deberent nos mouere ad transeundum. Primum est labor mundi huius, ad quem euadendum festinandum esset ad ipsam in qua est requies. Secundum, onus corporis & peccatorum, quod cito esset deponendum. De primo onere Sapient. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. De secundo Psal. Iniquitates meæ sicut onus graue grauatæ sunt super me. Tertium, amor matris & filij, qui debet nos allicere ad transeundum, sicut libenter transitur ad rem valdè dilectam.

10. Sequitur. Et à generationibus meis implemini. Ecce quo fructu transitur ad illam. Nota, quod prius dicit, transite ad me, & post subiungit, à generationibus meis implemini. Quasi dicat: Prius oportet me imitari hos qui meis generationibus voluerint impleri. Quid autem sint generationes eius, ostendit ipsa vbi paulò dicitur.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

pra. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris & agnitionis & sanctæ spei. Hoc habes multipliciter expositum titulo, quod ipsa dicitur mater. Vel istæ generationes possunt dici odores eius qui attrahunt affectum, & flores qui delectant intellectum, & fructus qui reficiunt animam. Idèd ipsa appellatur vitis: quia habuit in flore odorem, in fructu dulcedinem, in liquore fructus virtutem. Fructus eius Christus vna, cuius vna vinum sanguis Christi in cruce effusus, qui mundum languidum sanauit, mortuum suscitauit, captiuum redemit, sordidum lauit, & cetera huiusmodi: & qui mentem dignè lumentis iocundat & inebriat. Vnde dicitur Christo: Calix tuus inebrians quam præclarus est. Hæc autem sunt quæ mentem verè implent & satiant, sed mandanz & carnales voluptates ipsam inaniunt & idèd dicit, Implemini. Et nota vbi reperies omnes particulas istius epistolæ. Ego quasi vitis, &c. vsque, honestatis, quare titulo de prima arbore horti conclusi. Ego mater pulchræ dilectionis, &c. vsque, virtutis, titulo de vocabulis eius, vbi ipsa dicitur mater. Transite ad me omnes, &c. vsque, implemini, vt supra. Spiritus enim meus super mel, &c. vsque, fauum, titulo de dulcedine Mariæ. Memoria mea in generatione seculorum, quare titulo de his quæ debemus ei ex corde, capitulo, quod debemus ei memoriam. Qui edunt me, &c. vsque, sicut, quare 12. §. horti conclusi, vbi agitur quomodo ipsa procurat amicos suos. Qui audit me, &c. vsque, non peccabunt, titulo quod Mariæ debemus obedientiam. Qui elucidant me, &c. titulo, quod debemus ei elucidationem.

S. IV.

Liber generationis, &c. Matth. 1.

1. Liber generationis IESU CHRISTI, sup-
ple, hic est. Sed quia quod exponitur de
Christo, potest exponi de beata Virgine, vt in
pluribus, potest dici liber generationis, &c. hæc
est, sicut dicitur, Visio Iſaie, subaudi, hæc
est. In hoc autem quod dicitur generationis,
notatur Mariæ fecunditas. In hoc quod dicitur
IESU CHRISTI, fecunditatis dignitas
vel sublimitas. Et quia duplex est genera-
tio, bona & mala, primò videndum de libro
bonæ generationis Christi, secundò de libro
malæ generationis Anrichristi. Liber quando-
que dicitur continens, sicut dicitur, Hic est li-
ber topicorum: vel contentum, sicut dicitur,
Scio librum topicorum.

2. Fuit enim Maria liber continens. Hic est li-
ber grandis, de quo dicitur Iſa. 8. Sume tibi li-
brum grandem, & scribe in eo stylo hominis.
Nota, quod Spiritus sanctus multoties loquitur
Prophetis, non vt ipsi faciant quod eis in-
dicitur, sed vt designetur quod Spiritus sanctus
operaturus sit. Liber iste Maria, quæ sic dicitur
liber sicut Apostolus. 2. Corinth. 3. Corinthios
nominat Epistolam suam. Et dicitur liber iste
grandis dignitate, scientiæ profunditate, mul-
titudine difficultate, sententiarum inscrutabi-
litate, & omnimoda vtilitate. Vel idèd gran-
dis: quia compositus sancti Spiritus opera-
tione.

P p

tione. Vel grandis : quia scriptus grossis & legibilibus literis. Siquidem Mariæ innocentia vna grossa est litera, sic & eius humilitas, virginitas, fecunditas, paupertas, charitas, misericordia, pietas, patientia, & huiusmodi. Singulæ enim virtutes ipsius singulæ literæ libri istius. Propter hoc dixit Dominus Ab c. 2. Scribe visum & explana eum super tabulas, vt percurret qui legerit eum, quia adhuc vitus procul, & apparebit in sinem, & non mentietur. Præcipitur ergo Isaiæ: Scribe in eo. Hoc est quod dicitur, Lingua mea calamus scribæ. Quo istrumento? stylo hominis, id est, intelligibiliter, apertè & lucidè. Nota, quod elementum dicitur scribi, quando eius figura protrahitur. Sic ergo Spiritus sanctus verbum scripsit, dum eius cooperatione caro verbi fuit in vtero virginali formata. Spiritus sanctus enim dupliciter scribit, scriptura scilicet inuisibili, vt in cordibus Prophetarum: scriptura visibili, quando verbum carnem assumpsit, & quod latuerat in cordibus Prophetarum, reuelatum est in conspectu gentium. Sic ergo scriptus est liber iste. Sed quo colore? atramento nostræ mortalitatis. Vnde Ezech. 9. legitur de illo qui indutus erat lineis, qui habebat atramentarium in dorso, quod est inferior pars hominis. Hoc atramentarium habuit Christus in dorso, quando à summo cælo egrediens, ad ima nostræ mortalitatis descendit, ibique formam serui suscepit sub nostræ mortalitatis amictu. Nigredo siquidem signum est nostræ mortalitatis: quia corpora mortuorum nigrescunt. Sic igitur liber grandis & magna visio est gloriosa Virgo.

3. Hic est liber signatus, de quo legitur Isa. 29. Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati: quem cum dederint scienti literas, dicent, lege istum: & respondebit, non possum. Signatus est enim liber iste Iudæis sigillis septem, sicut dicitur Apoc. 5. Argumentantur enim sic contra veritatem huius libri: Virgo fuit: ergo sterilis. Concepit, ergo corrupta est. Portauit, ergo graua. Peperit, ergo cum dolore. Iacuit, ergo debilis. Purificata est, ergo immunda. Circumcidit puerum, ergo puer habuit originale. Ideo liber iste positus est in latere arcæ Deut. 31. vt sit Iudæis in testimonium, id est, in damnationem. In hoc autem libro tot sunt literæ, quot virtutes: & qui non habet virtutes, nescit literas, nescit legere in hoc libro. Vnde Isa. 29. Dabitur liber nescienti literas, & dicatur ei, lege: & respondebit, nescio literas.

4. Hic est liber quem vidit Ioan. Apoc. 5. in dextera sedentis in throno, signatum cum sigillis septem. In hoc enim libro continetur omnis scientia quæ pertinet ad salutem. Quem tenet Christus in dextera, non in sinistra: quia spirituales scientiam quæ in eo latet, bonis aperit, malis claudit. Bonis aperit: ideò dicitur teneri in dextera Dei quasi ad aperiendum. Malis claudit: ideò dicitur signatus. Et nota, quod Ioannes flebat multum: quia nullus dignus inuentus est soluere signacula libri nisi solus agnus, quia nemo nouit matrem nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare, sicut Christus dicit de Patre.

Sigillum primum, quod sine corruptione

facta est fecunda. Vnde signatur in rubo ardente, qui non comburebatur. Exod. 3.

Secundum, quod sine grauamine grauida. Vnde caro qua Christum vestiuit, dicitur nubes leuis. Isa. 19.

Tertium, quod sine dolore puerpera.

Quartum, quod peccare non potuit, ex quo Filium Dei concepit.

Quintum, quod sola creaturarum potest Deo tanquam filio imperare.

Sextum, quod sine sanguinis effusione passa est amarissimum martyrium, & facta est mater martyrum.

Septimum, quod in assumptione exaltata est super omnes ordines Angelorum: & hoc attendens Isaias vlt. dicit de quolibet istorum: Quis audiuit vnquam tale?

5. Sequitur, Signatum septem sigillis, id est, obscuritibus vniuersis. Hunc autem librum nemo de Angelis qui sunt in cælo, neque de hominibus adhuc in terra viuentibus, vnde neque terra, neque de iam defunctis, vnde neque subrus terram, dignus inuentus est aperire, id est, sufficienter explanare, neque respicere, id est, intelligere, vel soluere, id est, vnionem verbi cum homine assumpto explicare, nisi solus agnus, sicut habetur in textu: quia generationem eius quis enarrabit? Isa. 53. Propter hoc de hoc libro dicit ipse agnus Isa. 24. Secretum meum mihi, &c. Item in libri clausura notatur eius excellentia. Vnde dicitur Apoc. vlt. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius.

6. Hic est libellus apertus in manu Angeli. Apoc. 10. de quo dictum est Ioanni: Vide & accipe libellum apertum de manu Angeli. Et paulò post: Et abij ad Angelum, dicens ei vt daret mihi librum: & dixit mihi, Accipe & deuora illum. Et paulò post: Deuoravi illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum deuorassem illum, amaricatus est venter meus. Liber ergo iste dulcis gustu, sed amarus effectu. Verba enim Mariæ siue loqui de Maria dulciora sunt super mel & fauum animæ diligenti eam, sed faciunt amaricare ventrem Ioannis, id est, illius in quo est gratia: quia memoria eius & exempla in suis imitatoribus temporales delectationes & carnales voluptates amarificant & refrænant. Dulcissima siquidem est huius libri scientia in prædicatione: sed sicut dictum est, ventrem, id est, delectationes amarificant in exhibenda actione. Et nota, quod dicitur, Vade & accipe. Ille vadit, qui à carne & mundo recedit. Ille petit librum ab Angelo, qui postulat per orationem sapientiam à Deo, & gratiam intelligendi sententiam libri, id est, scripturæ. Ille accipit quasi in manu, qui secundum libri doctrinam & scientiam operatur.

7. Et dixit mihi: Accipe & deuora illum. Accipe per intellectum, deuora per affectum. Non dixit, mastica exponendo, vel prædicando, sed deuora includendo in corde & memoriter retinendo. Quædam enim mysteria à malis sunt abscondita, sed tamen bonis conseruanda. Et faciet amaricare ventrem tuum, id est, memoriam vel sensualitatem. Qui enim apponit scientiam, apponit & dolorem.

8. Item verba libri huius secundum quod signanda

signanda sunt, id est, sigillanda, sicut præcipitur Ioanni Apoc. 10. & hoc ne pateant inimicis, & ne margaritæ spargantur ante porcos. Secundum quid figurarum velaminibus occultanda, secundum quid plenè manifestanda. Vnde iterum dictum est ei Apocalypf. prope finem: Ne signaueris verba libri prophetiæ huius.

9. Hic est liber vitæ agni. Apoc. 12. in fine: In libro nimirum vitæ illi soli scripti sunt, qui per gratiam ad gloriam pertingunt. Qui liber vitæ agni esse dicitur: quia bonum caeleste, quod diuinitas iustis tribuendum prædestinavit, humanitas dispensabit quam de Maria assumpsit.

10. Hic est liber scriptus à nostro iudice, de quo dicit Iob 31. quasi desiderans ortum Mariz: Librum scribat ipse qui iudicat, id est, filius cui potestatem dedit Pater iudicium facere. Ioan. 5. Vt in humeris meis portem illum, id est, secundum doctrinam eius ordinem vitam meam, & magisterio eius subiciam opera mea. Et circumdem illum quasi coronam mihi, id est, postquam certauero secundum eius doctrinam, coronam recipiam quam promittit. Per singulos gradus meos pronuntiabo eum, & quasi principi offeram illum.

11. Hic est liber quem scripsit Baruch ex ore Ieremiz, qui ex ore Ieremiz scripsit omnes sermones libri quem combusserat Ioachim rex Iuda igni, & insuper additi sunt sermones multo plures quam ante fuerant, sicut legitur Ierem. 36. Baruch scriptor, Spiritus sanctus scriptor Patris, Ieremias est Pater, os Ieremiz filius est, quasi diceretur à tota Trinitate: In beata Virgine bona vobis data destructa per Ioachim regem Iuda, id est, per Adam, repta sunt, & etiam plura & meliora bona quam prius. Multo enim beator fuit Maria quam Adam: & quidquid per Adam amissimus, nobis per Mariam restitutum est cum multo fetuore gratiarum.

12. Hic est liber de quo dicitur Malach. prope finem: Scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Deum & cogitantibus nomen eius. Maria dicitur liber monumenti: quia monet mentem filij ad misericordiam, & etiam mentes nostras, vt simus memores Dei: & scriptus est hic liber coram eo, scilicet coram Deo, timentibus eum & scientibus nomen eius, id est, cauentibus peccatum & facientibus bonum.

13. Hic est liber Filij, sicut Filius liber Patris. Vnde possumus dicere Filio: Protector noster aspice in faciem matris tue. Sicut dicimus Patri: Respice in faciem Christi tui.

14. Hic est liber de quo dicitur Eccl. 24. enumeraris arboribus, herbis, & speciebus, quibus Maria figuratur, subdit I n s v s filias Sion, videlicet noster I n s v s perhibens testimonium matri: hæc omnia liber vitæ, & testamentum altissimi, id est, horum omnium que dicimus, similitudinem & rationem continet in se beata Virgo, que est liber vitæ, & cuius libri lectio docet veram sapientiam, vel sic: Hæc omnia liber vitæ, id est, beata Virgo, de qua locutus est sub metaphora florum & aliorum multorum, est liber vitæ beatis in patris, & scriptura est liber beatorum.

D. Alb. Mag. de laudibus B. Mariæ.

Hic est liber de quo dicit Ezech. 1. Vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit eum coram me, qui erat scriptus intus & foris, &c. Vbi Propheta dicit, vidi, congaudet visioni: quod ecce, inuitat alios vt hoc recolant & attendant. Nihil enim magis videndum spiritualibus oculis vel attentius recolendum quam largitas illa quam tota Trinitas fecit nobis, quando ad salutem mundi nata est beata Virgo, per quam habuimus saluatorem, redemptorem, & propugnatorem nostrum & aduocatum apud Patrem: & hæc largitas est illa manus de qua dicit, Ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, id est, Maria de qua nihil vel parum antea sciebat mundus. Et expandit illum coram me, quod factum est secundum quod in Apostolica prædicatione, & quotidie fit in beneficiorum eius innumera perceptione. Qui erat scriptus indelebiter digito Dei, qui est Spiritus sanctus. Intus perfecta scientia, & foris, scilicet conuersione & operatione sancta. Vel ideo dicitur hic liber inuolutus & scriptus: quia in eo fuerunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ absconditi. Col.

Debemus igitur hunc librum legere exterius, vt scientiam discamus qua sciãmus conuersari in medio nationis prauæ & peruersæ exemplo Mariæ, & interius vt prouideamus Dominum semper in conspectu nostro. Vel legamus exterius ad imitationem bonorum exemplorum, interius ad contemplationem æternorum. Aliiter. Scriptus fuit hic liber foris quantum ad scientiam Veteris Testamenti. Vnde dicit: Sicut locutus est ad patres nostros, &c. Intus scientia Noui, quod tanquam magistra docuit Apostolos. Ideo dicitur Luc. 2. Maria conseruabat omnia verba hæc tanquam liber. Vel intus ad spiritualium & perfectorum exercitationem, foris ad simplicium & minorum eruditionem. Intus, vt secretum sapientiæ immundis occultetur: foris, vt veritas mundis reueletur. Quod autem sequitur in Ezech. Scripta erant in eo lamentationes & carmen & vs. Totum non continet huic libro. Lucifer enim in sui natura scriptus vs, & hoc indelebiter. Adam in sui natura lamentum, sed delebiter. Sed in libro isto indelebiter scriptum est carmen, & hoc sine vs & lamento.

Item in hoc libro scripta fuit ignea lex, scilicet charitas. Deut. 33. que dicitur lex: quia nos ligat & colligat Christo, & venit & adhaerere facit. Nam qui adhaeret Domino, vnus spiritus est cum eo, vnusque scilicet amoris & gratiæ. Vel ideo lex: quia membra nobis ligat, ne faciamus vt furandi: & que nos retinet à malo: ignea, quia nos inflammant ad amorem Dei & proximi. Vnde ideo Maria dicitur liber: quia liber antiquæ legis & gratiæ conseruatur. Et Maria exempla Patriarcharum, verba Prophetarum, pastorum, magorum, Simeonis, & Anna, & ipsius filij sui verba & gesta conseruabat omnia in corde suo tanquam liber. Luc. 2.

Item interior huius libri est pacificare que sunt in celo, & in terra, peccatores filio reconciliat, voluntatem Dei peccatoribus inuenire, & inuoluntatis, & ideo noster dicitur medicatrix & etiam aduocata. Mater huius libri sapientia Dei abscondita à secularibus. Lectio huius libri vs

est ad veram scientiam. Sicut enim lectio via est ad scientiam secundum beatum Bernardum, sic inspectio & recordatio verborum, operum, & exemplorum beate Virginis via est ad illam scientiam, de qua dicitur Proverb. 19. Vbi non est scientia animæ, non est bonum. Propter hoc in epistolis quæ de ea leguntur, dicitur lectio libri sapientiæ. Et felix ille qui de libro isto quantumcumque lectionem quotidie memoriz commendabit. Et hoc est quod dicit liber iste de scripto: Qui audit me, non confundetur, ecce informatio & præmium auditorum: & qui operantur in me, id est, secundum quod doceo, non peccabunt, ecce lucrum præcepta huius libri facientium: & qui elucidant me, vitam æternam habebunt, ecce præmium docentium. Et in his consistit utilitas huius libri. Propter hoc etiam dicitur de libro vlt. Apoc. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius.

19. Hic est liber contemplatiuorum quos ipsa instruit quasi triplici lectione, scilicet castitate quam vult in ingressu ordinis contra luxuriam, paupertate per abrenuntiationem proprietatis contra auaritiam, humilitate per votum obedientiæ contra superbiam. Felix qui hæc operando, recordatur lectionum huius libri. Quære de hac materia causa 27. Hic est liber beatorum, vt supra dictum est, in quo ipsi legunt, audiunt & cognoscunt quæ nec oculis eorum prius vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c.

20. Hoc est illud exemplar ad quod transcribendi & corrigendi sunt libri conscientiarum nostrarum. Vnde dictum est Moyse Exod. 25. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Et loquebatur de vasis tabernaculi, quibus fideles animæ figurantur. Hoc idem habetur ad Hebræ. 8.

§. V.

Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum 12. Apoc. 12.

1. Prothema generale in hoc festo, cum beata Martha sicut hodie legitur, fere per totam Ecclesiam intentissima esset quomodo pasceret Christum & socios eius, quibus hospitibus nulli meliores, neque æquæ boni vnquam inuenti sunt: parti tamen eius quæ bona fuerat, præponitur pars Mariæ quæ optima appellatur à Domino. Quia si magnum est per opera misericordiz pascere ventres cras morituros, absque vlla comparatione in infinitum maius est verbo Dei pascere animas sine fine cum Christo victuras. Si quis autem dixerit iam Dominum non fermocinari in terris, audiat ipsum discipulis suis & omnibus veris prædicatoribus dixisse in Euangelio: Qui vos audit, me audit. Et Ierem. 15. dicit ipse prædicatori: Si separaueris pretiosum à vili, id est, animam à vilitate peccati, quasi os meum eris. Et hoc solum testimonium nobis sufficere deberet ad audiendum verbum Dei, etiam si nullum aliud scriptum esset.

2. Signum magnum, &c. Verba hæc verba sunt beati Ioannis paranymphæ matris Dominicæ per naturam, matris vero suæ per gratiam, dignitatem per excellentiam hodiernæ assumptionis illius sub breuiloquio describentis: & notari possunt per ordinem in proposito verbo. Primum cur Maria appellatur signum non solum hic, sed & Isa. 7. vbi dicitur Iudæis vel domui Dauid. Ipse Dominus dabit vobis signum, ecce Virgo concipiet, &c. Quære titulo de conceptu virgineo. Signum enim congruè potest dici & actiue & passiue. Maria signum magnum passiue: quia signata est in operibus antiquorum, in factis Patriarcharum, in oraculis Prophetarum, vt in arca Noë, in virga Aaron, in rubo Moyse, in arca testamenti, in throno Salomonis, & huiusmodi.

Actiue: quia signat nobis sermonibus, repositionibus & operibus suis quid amplectendum sit, quid cauendum, quid appetiendum, quid vitandendum.

Ratione dantis, scilicet ipsius Domini. Isa. 7. Dabit Dominus ipse vobis signum. Nota, quod dicitur Dominus ipse, quasi non alius: quia nullus dare potest tale signum nisi ipse solus. Vel in hoc quod dicitur Dominus ipse, signatur quod hoc signum nec diuinitas operata est sine homine, nec humanitas sine diuinitate verbi. Totum hoc inuenies plenius titulo de conceptu virgineo.

Ratione nouitatis. Nunquam enim auditum vel visum fuerat, nunquam in cor hominis ascenderat, quod aliqua pura creatura, scilicet homo exaltaretur super vniuersos & singulos ordines Angelorum.

Ratione rei signatæ: verè enim Maria signum, vt dictum est supra, magnum gratia & gloria, merito & præmio. Vel vt fiat comparatio, magnum, quia virgo: maius, quia mater: maximum, quia mater Dei, vltra quod nulla magnitudo creaturæ.

Ratione utilitatis immensæ: quia ante assumptionem illius aduocata nostra separata erat à nostro iudice, cum ille federet ad dexteram Patris, & ipsa adhuc maneret in terris. Perutile ergo erat adhuc miseris, vt mediatrix inter ipsos & filium immediatè iudici assisteret, & ipsum pro eis è vicino exoraret, quod factum est in assumptione, quando illud impletum est: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, id est, in corpore glorificato, vt valeat ei ostendere ventrem quo portauit, & vbera quibus lactauit: quia delectatur infans ab vberè. Isa. 11. Ideo sæpè dicendum huic infanti: Beatus venter qui te portauit, &c. vt ex horum recordatione facilius ad misericordiam moueatur. Decentissimè enim disponitur regina misericordiz iuxta regem iustitiz.

Ratione situs vel loci in quo apparuit. Vnde dicitur: Apparuit in celo. Verè enim magnum est quidquid cæleste est, sed minimum quidquid terrenum est: quia terra est quasi punctus siue centrum cæli, celum verò quasi magna camera circumquaque diffusa.

3. Aliter. Signum magnum virgo mater, nec ante nec post simile visum. Vel signum magnum: quia virgo desponsata. Quære titulo de causis suæ desponsationis. Sequitur. Apparuit, Sed

Sed cui vel quibus? Respondendum, quod toti Ecclesiæ triumphanti. Vnde dicit: Vidi speciosam sicut columbam ascendentem, &c. Triumphanti ergo apparuit per cognitionem, militanti quæ hæc credit, apparuit per fidem. Si quærat, quomodo ascendit? Respondendum, quod sicut virgula fummi. Quære titulo de aromatibus horti conclusi. Sequitur. In celo. Triplex celum. Aëreum, in quo volucres cæli volant, de quo dicitur: Volucres cæli, &c. Sidereum, in quo stellæ cæli stant, de quo dicitur Eccl. 43. Species cæli gloria stellarum. Emptereum, in quo Angeli Deum laudant. Sed nec in primo, nec in secundo, nec in tertio, cum super omnes Angelorum choros non dubitetur exalata. Vnde: Ascendentem desuper riuos aquarum. Sed in altiori si quod altius est, vel superiori parte empyrei, vbi est thronus diuinæ maiestatis, quod dicitur celum sanctæ Trinitatis. Nihil enim creditur altius in celo sede Mariæ, quæ ad dexteram filij sedere creditur in throno maiestatis, sicut præfiguratum est in matre Salomonis. 3. Reg. 2.

4. Sequitur. Mulier amicta sole. Ecce qualiter assumpta, scilicet non nuda, id est, tantum in anima, sed amicta sole, id est, glorificato corpore. Vnde dicitur astitisse à dextris filij in vestitu deaurato, id est, in corpore glorificato. Quam videlicet gloriam Dominus ostendit discipulis suis in monte Thabor. Matth. 17. & promisit fidelibus cunctis. Matth. 13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris sui. Et quam iam verè creditur reddidisse matri suæ, quæ si expectaret corporis sui glorificationem vsque ad diem iudicij, iam non essent omnia quæ facta essent in ea, nec ipsa videretur in omnibus singulari. Titulo, quod Maria dicitur mulier bona. Quære quare ipsa mulier appellatur: dicitur enim mulier quasi mulcens herum.

Maria amicta sole, id est, ornata, decorata & nobilitata tali ac tanta prole. Beatus Bernard. Hæc est virginis nostræ gloria singularis, &c. Omnes enim sancti Christum induunt per fidem & imitationem. Vnde Apostolus: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et ad hoc inuitat Apostolus. Rom. 13. Induimini Dominum quem nostrum Iesum Christum. Et per glorificationem ab ipso perfectus induendi. Mariæ verò singulariter amictus factus est sol iste, quæ ipsum carne sua singulariter amictum portauit. Nulla enim sic in terris gratia eius, nulla sic in cælis eius gloria est amicta. Et nota, quod Maria facta est amictus solis iustitiz, quando ipsum carne mundissima induit, & amicta ipso sole quando filium portans in vtero facie resplendebat vt sol, ita quod Ioseph, vt dicitur, ipsam facie ad faciem videre non poterat. Quære istud titulo de corporali pulchritudine Mariæ. Beatus Bernard. ad Mariam: Manet in te o Domina sol iste, & tu in eo: vestis eum, vestis ab eo: vestis eum substantia carnis tuæ, vestis ille te sua gloria maiestatis: vestis nubem solem, & tu ipsa sole vestis. Triplicem enim amictum præbuit ipsa isti soli, scilicet pallium zeli, saccum repositorium pretij, & cilicium penitentiz. Pallium zeli: quia ipse est Deus zelotes. De hoc pallio inuenies titulo,

quod Maria castellum, post principium capituli. Saccum in quo repositum fuit pretium nostræ redemptionis, qui saccus fuit confectus in cruce clavis & lancea, vt pretium effunderetur, quo sumus redempti: quod pretium fuit ille sanguis, de quo dicit Petrus 1. Can. 1. Non corruptibilibus, &c. sed pretioso sanguine, &c. De hoc sacco Iob in persona Christi. 16. Saccum consui super cutem meam, &c. In hoc etiam sacco repositum fuit triticum, quo pascuntur Angeli & homines in altari, de quo tritico Ioan. 12. Nisi granum frumenti, &c. Item cilicium ei præstitit, id est, carnem cum illis asperitibus cilicinis, in quibus penitentiam fecit pro iniquitatibus nostris. Vnde dicit per Psal. Posui vestimentum meum cilicium, &c. Et in hoc cilicio soluit ipse quod non rapuerat, sed quod prius parentes. Sic beata Virgo fuit huius solis amictus tripliciter.

Maria amictur Christo sicut ferrum amictur candenti igne: Deus enim ignis consumens est. Quis ergo dubitet cor Virginis hoc igne succensum, cum fuerit tali oportorio amictum?

Sicut luna amictur solis lumine. Vnde dicitur pulchra vt luna. Aliter enim non est pulchra luna, nisi cum solis radiis est vestita. Sicut cera amictur sigilli caractere, cera videlicet informis & rudis: filius enim figura est substantiæ eius, id est, Patris. Hebr. 1. Quis ergo dubitat cor Virginis & brachium huiusmodi figura impressum, & ita sigillo Patris, qui Filius ipse est, insignitum? & hoc est quod Filius dicitur ram Mariæ quam fidei animæ. Can. 8. Pone me sicut signaculum super cor tuum & brachium. Sicut vitrum purum & candidum amictur solari iurare, sicut aer nubilosus amictur solis claritate & ignitur feruore: sicut aqua pura infusa dolio vini rubicundi amictur ipsius colore, sapore & odore. Sicut luna pura & candida amictur colore ipsius tincturæ, sicut argentum candidum colorem induit ipsius deauraturæ. Comparationes istas inuenies titulo de pulchritudine Mariæ, capitulo primo.

6. Aliter. Amicta sole: quia caruit omni peccati obcuritate: & hoc etiam in presenti. Vel amicta sole, id est, glorioso corpore, quod dicitur sole amictum propter quatuor dotes, quas habitura sunt corpora electorum, quibus scilicet dotibus respondent quatuor proprietates solis.

Sol enim resulget clarissimè. Agilissimè: statim enim vt prima pars solis in Oriente eleuatur in nostro hemisphærio, percutit lux eius cœlium Occidentale eiusdem hemisphærij: & sic in istu oculi distantissima transit terrarum spatia. Subtilissimè penetrans soliditatem vitri & crystalli. Impassibiliter: quia solus sol defectum vel corruptionem non patitur. Ipsum enim nec aqua emollit, nec fœtor corrumpit, nec ignis comburit, nec gladius scindit, nec vitrum obfistit, & ita est impassibilis.

Est ergo dicere: Mulier amicta sole, id est, glorificato corpore cum quatuor dotibus signatis in sole. In assumptione enim eius sol quem vestierat glorioso carnis diademate, sicut dicitur Can. 3. quando verbum Dei factum est caro in ea, vt matri filius vices rependeret, gloriosa claritate sua eandem insigniuit.

7. Sequitur. Et luna sub pedibus eius. Hoc multipliciter exponitur, & pertinet ad excellentiam loci ad quem assumpta est. Luna enim, vt quidam asserunt, vltra omnes creaturas inferiores visibiles existit, & tamen Virgo super ipsam. Siquidem luna dicitur quasi lux aliena: quia & mutabilis est, & lumen habet à sole, & signat omne illud quod aliunde lucet, & mutabile est in propria natura. Sic Cherubin & Seraphin non lucent à se, sed à Deo qui solus lux est illuminans. Et ideo dicitur sol quasi solus lucens. Cætera verò sunt lux illuminata. Est ergo dicere, Luna sub pedibus eius, ac si diceretur: Exaltata est super omnem puram creaturam, ideo etiam dictum est ei: Multæ filiz congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas, ecce quod ei sub pedibus. Aliter. Luna sub pedibus eius. Nota, quod luna vnica est & singularis, & quandoque corniculata apparet, & ideo signat Ecclesiam Catholicam, quæ vna est. Vnde dicit Christus Cant. 6. Vna est columba mea, &c. cuius duo cornua, Ecclesia militans & triumphans. Quod scilicet luna sub pedibus eius esse describitur, quam vtraque Ecclesia in gratiarum actione illius prostrata vestigiis intercessione eius tanquam mediatrix, ab eodem sole cupiens & capiens participium veræ lucis. Quod enim triumphans iam capit & obtinet per Mariam, cupit sibi militans obtinere per eam.

8. Aliter. Luna sub pedibus eius. Hoc referri potest ad statum ipsius præsentem, vt per lunam designetur gloria mundana quæ ad instar lune nunquam in eodem statu permanet. Hanc mundi gloriam gloriosa Virgo spreuit, vt contemptibilem, contempsit vt inutilem, conculcauit vt vilem, compressit pedibus vt rebellem, transit & transiuit vt venenatam & nociuam, & in hoc principaliter & primò debet fidelis anima Mariam imitari. Huic gloriæ mundanæ per optimè conueniunt proprietates lune. Nam gloria ista vana deficiens, transitoria, vmbra-tilis & caduca, ab amore Dei refrigerans, mundi huius amore hūmectans, & nunquam permanens in eodem statu. Hanc sub pedibus Maria habet, & etiam habere debet omnis fidelis anima. Ideò dicitur, Luna sub pedibus eius. Aliter. Luna sub pedibus eius. De diabolo dicitur Eccli. 27. Stultus vt luna mutatur. Stultus dicitur quasi stans altus. Hic est diabolus, qui noluit humiliari cum cæteris Angelis, sed dixit Isa. 14. Ponam sedem meam ad Aquilonem, &c. Et hic stultus mutatus est vt luna, scilicet à claritate Angeli in obscuritatem diaboli.

Item vt luna à mene quod est defectus. Hic est diabolus, qui à plenitudine domus Dei cecidit in defectum totius boni. Hic autem stultus vel hæc luna sub pedibus Mariæ: quia subiectus ei plenariè. Vnde dictum est serpenti Gen. 3. Ipsa conteret caput tuum, &c. Quære titulo, quod Maria mulier fortis.

9. Sequitur. Et in capite corona eius stellarum 12. In his verbis exprimitur ad quantam gloriam seu dignitatem sit assumpta. Stellas istas in corona Mariæ interpretatur beatus Bernard. 12. prærogatiuas in Virgine, propter quas dicta est gratia plena. Quære istud in tractatu de priuilegiis & prærogatiuis eius, in principio tracta-

tus. Caput beatæ Virginis congruè dici potest humilitas, cuius merito coronata est in reginam in sua assumptione: quia sicut in humano corpore omnes sensus quodammodo ortum habent à capite, sic vniuersæ virtutes virginis ortum habuerunt ab excellentia humilitatis eius. Et sicut in corpore caput membris supereminet vniuersis, sic inter cæteras ipsius virtutes quas omnes habuit in superlatiuo, humilitas præeminebat. Et sicut à capite reguntur membra cætera, sic in beata Virgine erat humilitas quasi pædagogus cæterarum virtutum.

10. Aliter hæc duodecim stellæ duodecim priuilegia sunt, quas habet Maria præ omnibus creaturis, sicut assignauimus supra. Primum, quod virginis fuit primiceria. Secundum, tertium, & quartum, quod facta est sine corruptione fecunda, sine grauidamine grauida, sine dolore puerpera: & ita de aliis per ordinem.

11. Aliter vt expositio propriè conueniat præfenti solennitati. Stellæ sunt sancti. Vnde Eccli. 43. Species cœli, id est, Ecclesiæ, gloria stellarum, id est, dignitates & excellentiæ sanctorum. Et Apostolus 1. Corinth. 15. Stella differt à stella in claritate, &c. Et Dan. 12. dicitur de Doctoribus: Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Duodenarius autem numerus est vniuersitatis. Duodecim ergo stellæ, sanctorum vniuersitas, qui per fidem Trinitatis in quatuor mundi partibus saluati sunt, & saluantur per eam. Nam ab ipsa habuerunt illum per quem vicerunt, id est, Christum, cuius auxilio vicerunt hostem triplicem, & à quo coronati sunt victores. Omnibus etiam sanctis Christum Dei virtutem peperit & Dei sapientiam, qui & ipsos pugnare docuit cum antiquo serpente, & eius suffulti præsidio de hostibus triumpharunt. Habuerunt nihilominus per eius exempla magisterium vel quasi artificium expugnandi trinam concupiscentiam mundi, videlicet exemplo paupertatis concupiscentiam oculorum, exemplo virginis concupiscentiam carnis, & vitæ superbiam exemplo humilitatis. Ipsi igitur conuenit illud quod dicitur de filio eius Apocal. 19. In capite eius diademata multa. Nam per eam Christum habuerunt, per quem omnes victoriæ obtinentur. Propter quod dicitur Zach. Sume à transmigracione aurum, &c. & facies inde coronulas, & pone eas in capite Iesv: quia omnes sanctorum victoriæ debent ei ascribi. Denique sicut Paulus Philip. & Thess. vocat coronam suam in Domino: quia exhortatione & informatione sua in agone certaminis manserunt: sic Maria omnem fidelium congregationem potest non immeritò coronam suam in Domino nuncupare, assignatum est supra. Ipsam enim omnes sancti coronant quodammodo, suas ei victorias & coronas ascribentes, qua median- re & per quam post Deum sciunt se coronatos. Et hoc signatum est 4. Apoc. vbi Ioannes describit 24. seniores procidentes ante sedentem in throno, & mittentes coronas ante thronum quasi ad pedes sedentis in ipso throno. Per 24. sicut & per duodecim sanctorum vniuersitas figuratur. Duodecim enim Patriarchæ, scilicet filij Iacob fuerunt in Veteri Testamento, & duodecim Apostoli in Nouo, quos Christus luctator

luctator noster genuit in passione. Vel sicut dicitur in Glossa 24. sunt per sex & quatuor in se ducta. Sex ad opera sex dierum, quatuor ad Euangelium referuntur. Hæc est Ecclesia quæ in Nouo & Veteri Deum colit. Mittebant igitur 24. seniores coronas suas ante thronum quasi ad pedes sedentis in throno, cognoscentes se non suis meritis, sed per passionem Christi quam in humana natura quæ per pedes designatur, sustinuit coronatos. Eademque coronas suas in capite Mariæ collocant, de qua suscepit humanam naturam sanctorum omnium coronator. Quis ergo dignè exprimat quantis obsequiis seu quanta reuerentia omnes sancti beatam Virginem excolant & frequentent, cum coronas suas eidem se debere non ignorent?

S. VI.

Tota pulchra es amica mea, &c.
Cantic. 4.

1. **I**n hac auctoritate secundum quod conuenit beatæ Virgini & præsentis solennitati, notatur eius dignitas & prærogatiua in sex. Primum enim commendatur ab omnimoda pulchritudine, cum dicitur: Tota pulchra es.

Secundò ab amicitia & vera charitate, cum dicitur, amica mea.

Tertiò à cordis puritate: vnde subditur, Et macula non est in te.

Quartò à totius Trinitatis venerabili uocatione: vnde ter ei dicitur, Veni.

Quintò à virtutum & meritorum multitudine: vnde bis mentio fit de Libano.

Sextò à gloriosa promissione: quia promittitur gloria gloriæ: vnde, Coronaberis.

Dicitur ergo: Tota pulchra es. Hoc habet multipliciter expositum titulo de pulchritudine eius in principio capituli. Amica mea. Quære titulo, quòd ipsa dicitur amica Christi. Et macula non est in te. Quære vbi exponitur tota pulchra es. Ergo veni de Libano, &c. Et nota, quòd appellat eam amicam & sponsam, & innuit reginam, vbi dicit, Coronaberis. Dicit ergo: Veni amica, id est, conscia secretorum, vt tibi reuelam secreta, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Veni sponsa ad thalamum sponsi tui immortalis, ne ab ipso de cætero separeris. In hac enim solennitate ingressa est Bérabee ad regem in cubiculo. 3. Reg. 2. & Esther ducta est ad cubiculum Assueri. Expone istud: Veni humilis ancilla, vt fias sublimis regina. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & ancillæ debetur exaltatio tantò maior, & locus sublimior, quantò ipsa ancilla humilior.

2. Mariæ dicitur, veni, propter triplicem eius statum, scilicet virginalem, & conjugalem, & vidualem. Ratione primi signatur per Rebecam, ratione secundi per Esther, ratione tertij per Iudith.

Quia per humilitatem placuit Deo, per virginitatem Angelis quæ facta est eorum soror, per misericordiam hominibus. Per primum vicit diabolus, per secundum carnem, per tertium mundum, cuius amatores nesciunt misereri.

Propter charitatem qua fuit amica, propter simplicitatem qua columba, propter contemplationem qua formosa: vnde dicitur ei Cant. 2. Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.

Quia Pater & Filius & Spiritus sanctus vocabant eam ad coronam. Pater, cui potentia, vt ei redderet præmium humilitatis. Filius, qui est sapientia, quæ non habitat in corpore subdito peccatis, præmium virginitatis. Spiritus sanctus, qui est benignitas, præmium charitatis. Et ita veni ter positam signat Trinitatem personarum, ipsam ad coronam vocantium. Vel etiam ipsam, quæ tota pulchra describitur, videre gestientium. Vnde dicitur: Reuertere Synamitis, vt intuemur te. Cant. 6. Vt Pater humilem, Filius virginem, Spiritus sanctus honoret misericordem.


Veni de Libano. Libanus interpretatur albus, candidus, candor, candidatio, quasi in significatis istorum quatuor habitabat virgo quando vocabatur ad coronam. Erat enim alba & candida per duplicem virginitatem, vel per puritatem & innocentiam, quæ duo signantur in candore. Erat etiam candor substantiuè, non solum adiectiuè, quia candor est lucis æternæ & speculum sine macula. Sap. 7. Et ab isto candore candescit quidquid candidum est: quia sicut dicit Hieronymus, Nihil speciositatis, nihil gloriæ & candoris, quod ex ipsa non resplendet. Erat & est candidatio: quia nigros peccatores qui diuinam peccando amiserunt similitudinem, impetando eis à filio gratiam compunctionis, misericorditer candidat & dealbat: quod præuiderat Isai. 1. quando talibus promittebat dicens: Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabitur, &c.

De Libano. Nota, quòd Libanus mons quidam est in terra promissionis. Libanus etiam arbor est thuris. Et Libanus Græcè dicitur thus Latine. In quantum ergo Libanus mons qui est terra super terram exaltata, designat magnum cumulum meritorum & excellentiam virtutum & operationum ipsius. Nostra autem merita & pauca sunt & impura. Vnde Isa. 64. Omnes iustitiæ nostræ, &c. Virtutes etiam nostræ si quas habemus, squalidæ sunt & foetulentæ ex vicinia vitiorum. Dicitur ergo Virgini, vt veniat de Libano monte, receptura pro magno cumulo virtutum & meritorum, magnum cumulum præmiorum. In quantum Libanus arbor thuris, cui ipsa se comparat Eccli. 24. vbi dicit: Quasi Libanus non incisus vaporauit habitationem meam. Quære expositionem titulo de Libano. Vocatur ad coronam: quia facta est mater virgo purissima perseverans. In hoc enim quod subditur, Libanus non incisus, designatur candor virginitatis illibatæ. In hoc quod subditur, Vaporauit habitationem meam, matris fecunditas salua virginitate. In quantum Libanus dicitur thus, quod igni superpositum fragrat suaviter & designat fragrantiam virtutum suarum succensarum igne charitatis, vocatur ad cælestia, vt suauolentia virtutum suarum lætificet omnes cælicolas, & mansiones cælestes efficiat redolentiores quam fuerint in creatione prima.

Aliter.

3. Aliter. Veni de Libano, id est, de candore mundi qui totus est superficialis & vanus: quia fallax gratia & vana est pulchritudo. Vel de Libano, id est, de candore virtutum quibus virtus subegisti, scilicet caput serpentis, id est, superbiam per humilitatem, peccus serpentis, id est, sapientiam diabolicam, scilicet avaritiam per paupertatem, ventrem serpentis qui peccatore & ventre repit, id est, carnalem concupiscentiam per virginitatem, vt coronam recipias gloriæ quæ non deberur nisi victoribus victorum:

quia non coronabitur nisi qui legitime certauerit. 2. ad Tim. 2. Coronaberis. Iustitia enim exigebat vt mater à filio rege coronaretur corona gloriæ in regno, quæ prius eundem filium diademate gloriæ carnis coronauerat in exilio. Vnde Cantic. tertio: Egredimini Filie Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua, &c. Quære expositionem huius auctoritatis. 12. priuilegio prope finem capituli.



BIBLIA



D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS
EPISCOPI, ORDINIS
PRÆDICATORVM,

BIBLIA MARIANA,

INCIPIT LIB. GENESIS.

In principio creauit Deus calum,
& terram.

1. **Æ L V M**, scilicet empyreum, per quod intelligitur Domina mundi, Virgo Maria. Est enim similis celo multis de causis, quarum vna ponitur in historia. Empyreum etenim quàm citò factum est, statim dispositum est, ornatum est, quod non alij celi. Sic ipsa in gratia, & sanctificatione. Require in Titulo de celo.
2. Ipsa etiam dicitur lux. *Genes. 1. Tenebre erant super faciem abyssi. Glossa: Tenebra ignorantie & cæcitatæ super faciem cordis humani. Dixitque Deus, Fiat lux, id est, Maria generetur, & nascatur. Glossa: Ab æterna luce primò fiat temporalis lux, vt per eam cætera videantur. Lux enim à luendo dicitur, id est, purgando tenebras hæreticorum, & peccatorum. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset bona. Lux enim multa bona facit. Require in Titulo de luce, & adapta. Appellauitque lucem diem, id est Mariam, hoc nomen est ei in æternum. Ipsa enim optimè dies dicitur, & Eua nox. Glossa: Deus à luce opera sua inchoauit.*
3. Ipsa etiam est terra fructificans. *Genes. 1. id est, Christum in natiuitate. Glossa: Pabulum verbi opera misericordiæ. Lignumque faciens fructum: ipse enim Iesus fuit herba viridis in natiuitate, lignum verò faciens fructum in passione.*
4. Ipsa est etiam dies completionis operum Domini. *Genes. 2. Complens Dominus die septimo opus suum, quod fecerat. Glossa: Quia ipsam benedixit & sanctificauit. Opus enim suum est benedictio, & sanctificatio. Et requiescit ab omni.*
D. Alb. Mag. Biblia Mariana.

opere, quod patraret. Glossa. Quia creaturis rationalibus in se requiem dedit.

Ipsa est fons irrigationis peccatorum, per peccatum aridorum. *Genes. 2. Fons, id est Maria, ascendebat, in natiuitate quando nata fuit, vel in assumptione, de terra miseræ & tenebrarum, irrigans gratiâ, venia, gloriâ, vniuersam superficiem terre.*

Ipsa est etiam paradus plantationis. *Gen. 2. Plantauerat Dominus Deus paradus voluptatis, id est, Mariam, à principio, in quo passus hominem, id est, Christum, quem formauerat, in quantum est homo, in incarnatione. Glossa: Paradus est hortus deliciarum, qui factus est remotis aquis à superficie terræ, & est altus locus, quia aquæ diluuij illuc non peruenerunt, Nota de sanctificatione eius.*

Ipsa est fluuius iucunditatis. *Gen. 2. Fluuius, id est, affluentia æternæ iucunditatis, egrediebatur, scilicet in natiuitate, de loco voluptatis. Glossa: A paterno fonte, ad irrigandum paradusum, Glossa: id est, Ecclesiam. Nomen vni Phison. Glossa: id est, otis mutatio: quia mutauit nobis os severitatis, in os benignitatis. Nomen fluuij secundi Gehon. Glossa: id est, hiatus terræ, quia in se ampliavit & dilatauit per desiderium Sanctorum. Hiatio est ad percipiendam pro nobis abundantiam gratiarum, insuper & ipsa hære facit, & Filium suum ad nos. Nomen terrij Tigris. Glossa: id est, velocitas in auxilij subuentione, in consolationis exhibitione, pro peccatoribus ad Deum interpellatione. Quarta Euphrates. Glossa: id est, frugifera in omni gratiarum repletione, & quantum ad nos largissimâ commutatione.*

Ipsa est etiam adiutrix nostræ redemptionis. *Genes. 2. Adq. verò non inueniebatur adiutrix similis eius: quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Psal. 13. Dixit ergo Dominus Deus:*

Non est bonum, esse hominem solum, id est, Christum. Faciamus ei creando, & in mundum proficundo, adiutorium simile sibi, id est, Mariam.

- 9. Ipsa etiam est cuncta contritionis diaboli. *Genes. 3. Inimicitias ponam magnas, & implacabiles, inter te, & mulierem: ipsa conteret caput tuum. Glossa: quod est mors.*
- 10. Ipsa est etiam mater vitæ. *Genes. 3. Vocatis Adam nomen uxoris sue Euan, eo quod esset mater cunctarum gentium, id est, cunctorum bene operantium, quibus contraria sunt peccata, quæ dicuntur mortalia.*
- 11. Ipsa etiam est arca saluationis. *Genes. 6. Dixit Dominus ad Noë: Finitis uniuersa carnis ueniam me. Glossa: id est, omnium mortalium, præter eos, qui saluandi erant in arca. Fac tibi arcam, id est, Mariam, quod respicit eius natiuitatem, de lignis leuigatis, id est, quadratis, & bituminatis, & politis, ne quid inhæreat (hæc nota de sanctificatione eius) & fortibus, & insolubilibus, ut nec vi ventorum, nec inundatione soluantur. Talis est Domina nostra. Mansuetudo in arca facies. Glossa: Diuersos ordines vitæ: ipsa enim habet ordines Coniugatorum, Viduarum, Virginum. Et bitumine, id est, dilectionis ardore, lignis intrinsecum. Glossa: ne dissoluatur intus, vel foris. Fenestram in arca facies. Glossa: ad emitendum coruum, vel columbam. Hæc fenestra dicitur diluculum meridianum, dicitur & crystallina. Et in cubito consummabitur summitas arce eius. Glossa: Cubitus vnus, charitas est. Bina de omnibus ingredientur tecum, ut possim vivere. Glossa: ne diluuium peccant.*
- 12. Ipsa etiam post Deum est principium omnis gratiæ in nobis. *Genes. 7. Ingresso Noë, id est, Christo, in arcam, id est, in uerum Virginis Mariæ, quod factum est in incarnatione, rupit sunt omnes fontes, id est, gratiarum abyssi magnæ, quando gratiarum diluuium Mariæ inundauit, & diabolus est submersus, & peccata deleta.*
- 13. Ipsa etiam per aduentum suum in mundum, quando nata est, ramum oliuæ, id est, pacis inter nos & Deum attulit. *Genes. 8. Columba, id est, Maria, quare columbæ comparatur, uenit ad uesperam, scilicet in fine mundi, ad Noë, portans ramum oliuæ, id est, pacis inter nos. Glossa: Refectionis & luminis. Frenibus solis in ore suo, quando dixit: Ecce ancilla. Luc. 1. Et intellexit Noë, quod cessasset aqua indignationis & furoris Dei, super terram.*
- 14. Ipsa etiam altare propitiationis est, & placationis Dei. *Genes. 8. Adificauit Noë altare Domino, id est, Mariam, & obtulit holocausta super altare, odoratusque est Dominus odorem suauitatis, & ait: Nequaquam ultra maledicam terra propter hominem. Non igitur ultra percusiam. Glossa: temporalis iudicio, omnem animam uiuentem, factus fuit: sed Maria precante parcam omni ueniam querenti.*
- 15. Ipsa est etiam signum securitatis formidoloso peccatori. *Genes. 9. Hoc est signum fœderis, quod feci inter me & uos, arcam meam. Glossa: qui habuit duos colores, ceruleum extrinsecus, & igneum intrinsecus. Hoc pono tibi signum securitatis in nubibus cæli, ne homines formidolosi*

timeant altero deleri diluuii pluuiarum. Arcus non est, nisi ex radiis solis, & humida nube. Cumque obduxero nubibus cælum, & apparebit arcus meus, id est, Maria, in nubibus, & recordabor fœderis mei, & non erunt ultra aqua diluuij, ad delendam uniuersam carnem, id est, peccatores.

Ipsa etiam est humilitatis nostræ exaltatrix, quia soror & neptis nostra est. *Genes. 12. Abraham cum ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai: Noë, quod pulchra sis mulier, & Ægyptij interficiet me, & te reseruaunt. Dic ergo obsecro te, quod soror mea sis, ut bene sis mihi propter te, & uiuas anima mea ob gratiam tuam. Et in fine cap. 20. Hanc misericordiam facias mecum, in omni loco dices, quod frater tuus sim.*

Ipsa etiam uocatur mater gaudij, & exultationis. *Genes. 21. Visitauit Dominus Saram, id est, Mariam. Glossa: quod interpretatur princeps. Et impleuit, qua locutus est. Glossa: per Prophetas. Peperitque filium in senectute sua. Glossa: id est, nouissimis temporibus, Christum. Vocauitque Abraham nomen filij sui Isaac, id est, gaudium, quia in natiuitate Christi gauisi sunt pastores, & Angeli. Luc. 2. Dixitque Sara, id est, Maria: Risum fecit mihi, sed Eua planctum: quicumque audierit peccator, iustus, Angelus, conuidebit mihi, id est, congaudebit, quia peperit Angelo lætitiā, iusto gratiam, peccatori ueniam. Risumque ait: Quis audierit tuu crederet, quod Sara, id est, pauperula Maria, lactet filium Abraham: lactem eum, qui lactat omnia: portem eum, qui portat omnia. Glossa: Hæc est commendatio gratiæ.*

Ipsa etiam est princeps omnium creaturarum, quantum ad defensionem, cohortationem, & commissionem. *Genes. 17. Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai uxorem tuam, non uocabis Sarai, id est, Princeps mea, & quasi unius gentis, sed Saram, id est, princeps absolutæ, quasi omnium princeps. Dicit enim huic: Vade, & uadis: & hinc, ueni, & uenis. Luc. 5. In uno tantum regni solio te præcedam, absque tuo imperio nullum mouebit manum, aut pedem. Gen. 41.*

Ipsa etiam est fontis vitæ hauforium, & animarum sitibundarum refocillatrix. *Genes. 24. Rebecca, quæ interpretatur patientia, id est, Maria, egrediebatur, scilicet in natiuitate, quando nata est, habens hydriam in scapula sua. Glossa: Verbum Dei humiliter susceptura, puella decora nimis, uirgoque pulcherrima, & incognita uiro. Descenderat autem ad fontem. Glossa: vitæ, ad quem se inclinauerat hauriendum, & impleuerat hydriam, cordis, gratia, uenia, gloria. Dixitque seruus ei: Paucillum aqua mihi ad bibendum. Glossa: de salute animæ, prebe de hydria tuâ: quia de mundi hydria, hausi uanitatē, de hydria diaboli iniquitatem. Qua respondit: Bibe Domine. Celeriterque ei dedit potum, & adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquam gratiæ, uenit, lætitiæ, donec cunctis bibent. Cam. 5. Bibite, & inebriamini charissimi, &c. Haustum igitur omnibus camelis dedit, unde & largissima est.*

Ipsa est etiam vagantium animarum hospitatric. *Gen. 24. Dixit Eliezer ad Rebecca: Huius uis filia? Indica mihi. Est in domo patris tui locus ad manendum? Qua respondit: Filia sum. Babelis, palæstram quoque, & feni plurimum est apud*

apud eos, & locus spatiosus ad manendum. Glossa: Per latitudinem charitatis. Et ait Laban frater Rebecca: In pedere benedixit Domini. Cur foris stas? Preparauit domum, & locum camelis tuis. Et introduxit eam in domum. Rebecca etiam Maria, frater Rebecca, Christus, qui nos in regnum introduxit.

- 21. Ipsa etiam est sponsa, & mater propitiationis, quam præparauit ab æterno, Filio in matrem, reo in reconciliationem, iusto in præmium. *Gen. 24. Dixit Eliezer: Veni ad fontem aquæ, & dixi: Virgo, cui dixero, da mihi paucillum aquæ ad bibendam ex hydria tuâ: & illa dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipsa est mulier, quam præparauit Dominus filio domini mei. Vnde ipsa dicere potest: Ab æterno ordinata sum. Proverb. 8.*
- 22. Ipsa etiam est soror nostræ professionis, defensionis, fidelitatis, & exaltationis. *Gen. 24. Misertus ergo eam, scilicet quando assumpta est à nobis in cælum, imprecantes prospera sorori suæ, dicentes: Soror nostra es ex humanitate, fidelitate, & dignitate, crescas in mille millia, & possideas semen tuum, id est nos uermiculi, portas empyrei, inuictorum suorum, dæmonum, qui inde eieci sunt.*
- 23. Ipsa est etiam æternæ benedictionis procuratrix. *Gen. 27. Dixit mater Rebecca ad Iacob: In me sis, ait, ista maledictio, fili mi, tantum audi uocem meam, monentis, consentientis, uocantis: & pergens, offer qua dixi, si quo modo hanc benedictionem promeretur. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Glossa: Pleni uirtutibus, cui benedixit Dominus. Uer tibi Deus de uere cali. Glossa: id est, de contemplatione. Et de pinguedine terra bonorum operum abundantiam, scilicet fructus, charitatis, & uini, feruorem Spiritus sancti, & olei misericordiz. Hæc tria perfectissime in se habuit beata Virgo, & illa etiam nobis procurat.*
- 24. Ipsa etiam est scala ascensionis de uulga ad gratiam, de mundo ad cælum. *Gen. 28. Fide Iacob in somno scalam, id est, Mariam, per eam enim descendit Filius Dei ad matrem, & post eam ad eum. Scalam super terram, id est, Mariam in throno, ad proficiscendum in cælum, & de cælum, uicinia est: & cælitatis uicinia est, & uicinia ipsam Trinitatem ascendens, & descendens: & defensionem ipsam, & in mundum descendens, & in mundum ascendens, & per eam ad se trahens.*
- 25. Ipsa etiam est porta salutis, & salutis, & salutis in regnum. *Gen. 28. Fide Iacob in somno, uicinia est: & cælitatis uicinia est, & uicinia ipsam Trinitatem ascendens, & descendens: & defensionem ipsam, & in mundum descendens, & in mundum ascendens, & per eam ad se trahens.*
- 26. Ipsa etiam est porta salutis, & salutis, & salutis in regnum. *Gen. 28. Fide Iacob in somno, uicinia est: & cælitatis uicinia est, & uicinia ipsam Trinitatem ascendens, & descendens: & defensionem ipsam, & in mundum descendens, & in mundum ascendens, & per eam ad se trahens.*
- 27. Ipsa etiam est porta salutis, & salutis, & salutis in regnum. *Gen. 28. Fide Iacob in somno, uicinia est: & cælitatis uicinia est, & uicinia ipsam Trinitatem ascendens, & descendens: & defensionem ipsam, & in mundum descendens, & in mundum ascendens, & per eam ad se trahens.*

spice. Glossa: id est, spiritualia dona, pullulabant in culmo uno, id est, Maria, plena aque formose, quibus largâ pietate redundat.

Ipsa est etiam horreum sanctitatis, contra famem mortis. *Genes. 41. Provideat Rex, id est, Deus Pater, uirum sapientem, & industrium, scilicet filium suum Christum, & prescians eam secundum humanitatem, terre Ægypti, id est, mundo, qui per septem annos fertilitatis, scilicet tempore gratiæ, congreget omne frumentum gratiarum, in horreum, totius æternitatis, id est, Mariam, & præparetur future septem annorum famis, que oppressura est Ægyptum. Quæ scilicet erit in gebenna. Apernisque Ioseph, id est, Christus, uniuersa horrea, scilicet Mariam in annuntiatione, quæ plena est secundum dicta Gabrielis. Luc. 1. Aus gratia plena, in passione seipsum, in ascensione cælum empyreum. Et uendebat Ægyptiis. Glossa: pretio salutis eorum. Quod audiens Iacob dixit filio suo: Quare negligas? Ipsa est etiam terra sacerdotalis, scilicet Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quæ semper libera fuit, & est à conditione actualis peccati, tam uenialis, quàm mortalis. Item Gen. 48. Dixit Iacob, id est, Deus Pater, ad Ioseph, id est, ad Christum: Do tibi partem unam, id est, Mariam, quæ acceptæ actionis in omnibus est, quam tibi de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Nota hic de sanctificatione eius.*

Ipsa est etiam mater benedictionis. *Genes. 49. O Maria Deum patris tui, eris adiutor tuum, supra, & infra, intus, & extra, à dextris, & à sinistris. Et omnipotens benedicat tibi benedictionibus cæli desuper. Glossa: Subiciens tibi omnia cælestia, & terrestria, ut Angelis & hominibus dominatis. Benedictionibus abyssi idemque desuper, ut sit in Purgatorio dominica. Benedictionibus uentrum. Glossa: Potus lactis Domino ministratum. Benedictionibus patris tui, & fratris tui, & uicini tui. Benedictionibus Propitiationis, & salutis tibi impetrat.*

LIBER EXODI

Hæc sunt uicinia, & uicinia ipsam Trinitatem ascendens, & descendens: & defensionem ipsam, & in mundum descendens, & in mundum ascendens, & per eam ad se trahens.

- Glossa:* Fluctus contradicentium, ut gradiantur in Israel in medio mari per sicum.
4. Ipsa est etiam virga concussionis, quæ gratiam nobis apud Christum impetrat. *Exod. 17. Sicut populus pro aqua perierat. Et Dominus dixit ad Moysen: Tolle virgam, id est, Mariam, percutit que petram, id est, Christum, ipsum per eam impullando: & exiit ex ea aqua, ut bibat populus.*
 5. Ipsa est etiam dulcificatrix omnium amaritudinum. *Exod. 15. Non poterant bibere aquas, eo quod essent amara. Glossa:* id est, tribulationes, sed Dominus ostendit ei lignum, id est, Mariam, uitam habens vim, quod cum Moyses misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt.
 6. Ipsa est etiam vas refectionis. *Exod. 16. Sume vas unum, id est, Mariam, & mitte ibi Man, id est, Christum Deum, & hominem, quod factum est in incarnatione, ad seruandum. Glossa:* in memoriam æternam.
 7. Ipsa est etiam mons habitationis in incarnatione. *Exod. 19. Tota mons Synai. id est, Maria, firmabat, gratia, & deuotione, eo quod descendisset Dominus super eam in igne Spiritus sancti. Et ascendere somus ex eo quasi de fornace. Eratque mons omnibus terribilis, scilicet diabolo, & omnibus Sanctis. Exod. 24. Habituus gloria Domini super Synai, id est, Mariam. Glossa:* id est, super mensuram meam, vel amphoram meam: ipsa enim & mensura Dei, & nostra est, & amphora liberationis, regens uiam nabe. *Glossa:* diuina protectione, sex diebus. *Glossa:* quia sex diebus operari iubemur.
 8. Ipsa est & propitiatorium ueniz. *Exod. 25. Facies propitiatorium, id est, Mariam, de auro purissimo, quia in utero matris plusquam alij, fuit sanctificata. Inde precipiam, & loquar ad te. Facies & mensuram, & facies illi labium aureorum. Glossa:* quia omnia nociua, & otiosa redarguit. *Et pones super mensuram panes propitiatorum. Vnde & mensa satietatis dicitur.*
 9. Ipsa est etiam candelabrum illuminationis. *Exod. 25. Facies candelabrum ductile. Glossa:* malleis passionis. *Et lucernas septem. Glossa:* Septem dona Spiritus sancti, super candelabrum, id est, Mariam, ut luceant. *Glossa:* ad illustrandum tabernaculum.
 10. Ipsa est velum hyacinthinum. *Exod. 26. quo velatus fuit Filius Dei, & nos velamur à diabolo, & peccato, & irâ Dei.*
 11. Ipsa est etiam altare holocausti, quantum ad passionem. *Exod. 28. Et altare thymiamatis, quantum ad deuotionem & contemplationem. Exod. 30.*
 12. Ipsa est etiam reconciliatrix, quod officium assumpsit, maxime in cælum ascendens. Vnde designat eam Moyses. *Exod. 32. qui dixit ad populum, qui adorauerat vitulum: Peccastis peccatum maximum. Peccastis, dicit Virgo nostra, facillimè, stultissimè, uerecundissimè, multiplicissimè, auarissimè, insolubilissimè. Ascendam ad Dominum misericorditer, fideliter, solemniter, si quo modo uenero eum deprecari pro scelere uestro. Glossa:* quod tantum est. Sed nota, quod Moyses orabat, ut peccator, & seruus. Vnde & dicebat. *Exod. 32. Recordare Abraham, Isaac, Israel. Ecce quia pro te patres diligenter inducit. Sed Maria orat ut filia, iubet ut*

foror, imperat ut mater. *Libro tertio Regum. cap. 2. Pete mater mea, non enim fas est, ut auertam faciem tuam.* Vnde in vigilia assumptionis eius orat Ecclesia in secunda, dicens: *Munera nostra apud clementiam tuam Dei genitricis commendat oratio, quam idcirco de presenti seculo transulisti, ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat.*

Ipsa est etiam tabernaculum repletionis. *Exod. 40. Postquam omnia perfecta sunt, ut scilicet Deus fieret homo, & homo Deus, operuit nubes, id est, Spiritus sanctus, tabernaculum testimonij, id est, Mariam. Luc. 2. Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Et gloria Domini repleuit illud, id est, Christus seipso ad generis humani redemptionem, gratiâ ad iustorum confirmationem, ueni ad reorum reconciliationem, gaudio ad tristitium consolationem, ut non sit, qui se abscondat à calore eius. *Psal. 18.**

LIBER LEVITICI.

Vocauit Dominus Moysen, & locutus est ei.

1. Regina mundi dicitur ostium præsentationis, ad quod omnis peccator præsentari debet. *Capite primo: Homo, qui obtulit. Glossa:* uoluntariè, hostiam Deo, ad placandum sibi Dominum, offeret prius ad ostium tabernaculi, id est, ad Mariam. Vnde Bernardus serm. de Natiuit. B. Virginis: *Quidquid illud est, quod offerre paras, Mariz commendare memento, &c.*
2. Item ipsa est ostium mundationis. *Leuit. 14. Leprosus, id est, peccator mundatur ad ostium tabernaculi per agnum, id est, pinguedinem Dei, misericordiam, & gratiam. Quo asperget sacerdos domum septies. Glossa:* Ut eiiciatur sepeccem daemonia, & ut recipiant Spiritum sanctum.
3. Item ipsa est arbor cibans, & obumbrans. *Leuit. 23. Sumetis uobis fructus, id est, Christi, arboris pulcherrime, id est, Mariz, spatulas palmarum. Glossa:* id est, ramos continentiz, & castitatis coniugij. *Et ramos ligni densarum frondium. Glossa:* omnium uirtutum, scilicet fructus, sed maxime misericordiam, quam oportet esse continuam, & permanentem. *Et habitabit in umbraculis septem diebus. Glossa:* Tota uita pro umbraculo septem dierum habetur.
4. Item ipsa est annus, & tempus propitiationis. *Leuit. 25. Tempore propitiationis, clanges buccinâ. Glossa:* Quia genus humanum bonitate, & clementia à corruptione liberatur, quibus in Adam dictum est: *Pulsus es, & in puluerem reuertetur. Gen. 3. Et annus quinquagesimus, id est, Mariam, uocabitis remissionem. Glossa:* omnium peccatorum, omnium laborum: *curtis habitatoribus terra, non solum cæli, sed & terre. Restituetur enim humo, scilicet peccator, ad possessionem suam. Glossa:* paradysum, & ad familiam pristinam. *Glossa:* Patriarcharum, & Prophetarum.
5. Item ipsa est tabernaculum uisionis inter nos & Deum. *Leuit. 26: Pones firmiter tabernaculum meum in medio uestri. Tabernaculum, id est,*

est Mariam, quod est meum sanctitate, meum firmitate, meum fidelitate, meum amplitudine, meum largitate, & hoc in medio uestri, quia communis est. *Et non abiiciet uos anima mea. Glossa:* Audeo: & dico, quia anima Dei Christus est. Ac si dicat: *Non abiiciet uos Filius meus. Ambulabo inter uos. Glossa:* homo factus. *Et ero Deus uester, protegens, liberans, saluans, coronans. Vosque eritis populus meus, me timendo, ut Dominum: me amando, ut Deum: me laudando, ut creatorem.*

LIBER NUMERI.

Dominus locutus est ad Moysen.

1. Regina mundi, Domina cæli, Mater Dei, dicitur Mater occultationis, & inuolutionis: inuoluit enim Filium Dei nostrâ humanitate, peccatores miseratione, iustos & seruos Dei protectione. *Num. 4. Sumet pallium hyacinthinum, id est, Mariam. Nota officium pallij, & uirginis adapta. Et operient candelabrum, id est, Christum in incarnatione. Et omnia uasas quibus ministratur sanctuario, id est, omnes seruos Christi, qui seruiunt Deo, inuoluent hyacinthino uelamento, quia ipsa proteget omnes seruientes Filio suo.*
2. Ipsa est etiam tabernaculum peccatorum, quod sanctificatum est, ad aliorum emundationem: quod completum est, ad pauperum durationem: quod erectum est, ad abiectorum exaltationem: sanctificatum in conceptione, & natiuitate: completum in Filij Dei incarnatione: erectum, in ipsius gloriosa assumptione. De his tribus. *Num. 7. Moyses. Glossa:* id est, Christus, in die, qua completus tabernaculum, ipsam omni gratia replendo. *Luc. 2. Ave gratia plena. Et erexit illud. Glossa:* gloria spirituali. *Et cap. 9. Die, qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. Glossa:* incarnatio Christi, cuius clementia, tabernaculum Ecclesie protegit, bonitas disponit, prudentia in uia huius seculi transitum dirigit.
3. Item ipsa est nubes umbrationis, & ductio-nis. *Num. 10. Eleuata est nubes, Maria. Require de nube. Eleuata, inquam, in assumptione, de tabernaculo federis, id est, de militante Ecclesia. Et recubuit nubes in solitudine Pharan. Glossa:* quod interpretatur onager, uel fertilitas. *Et mouerunt castra filij Israel per iurmas suas. Nihil enim aliud restat, nisi eam sequi. Vnde Ecclesiastici 24. ipsa clamat: Transite ad me omnes, &c. Et nos clamare debemus: Trahe me post te. Cant. 4.*
4. Ipsa item tanquam arca federis præcessit nos in cælum, ad præparandum nobis locum. *Num. 10. Arca federis Domini, id est, Maria, præcedebat eos, quod factum est in assumptione, per dies tres, prouidens locum castrorum. Et nubes Domini erat super eos per diem, cum incederent. Glossa:* Protectio diuina, id est, Spiritus sancti gratia, electos ab initio defendit, & ad futuram quietem custodit.
5. Item ipsa est tuba conuocationis ad ueniendum, tuba hortationis ad bellandum, tuba iubilationis ad epulandum. *Num. 10. Si semel clangor tubæ, ueniet ad te Princeps: si prolixior clangor fuerit, castra mouebuntur. Si exierit*

ad bellum, clangentis tubæ quando habebitis festum, & epulum.

6. Item ipsa est tabernaculum protectionis in omni tribulatione. *Num. 16. Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum, cum uellet eos omnis multitudo occidere: quod cum uideret, sunt, ostentis illos nubes, & apparuit gloria Domini. Glossa:* Discamus ex hoc, quanta sit utilitas Christianis, quomodo protegat eos Deus in tribulatione. Tunc enim maxime adest gratia Dei, cum hominum seuitia concitatur. Et quamuis Sancti, magni meriti sint, non apparet eis gloria Domini, nisi in periculo, & penè in ipsa morte.
 7. Item ipsa est uirg. florens. *Num. 17. Moyses inuenit in tabernaculo Domini germiuasse uirgam Aaron, id est, Mariam: quod factum est, cum peperit Filium, Virgo manens: & surgentibus gemmis flores eruperant, qui dilatatis folijs, in amygdalas desinuerunt.*
 8. Ipsa est etiam petra refocillationis. *Num. 20. Dixit Dominus ad Moysen: Loquimini ad petram, id est, Mariam, & illa dabit aquas gratiarum lymphidissimarum. Cumque eleuasset Moyses manum, percussit bis silicem, egressa sunt aquae. Glossa:* spiritualis gratia, largissima, ita ut populus biberet, & inuicta. *Glossa:* quia nulli denegat gratiam postulanti.
 9. Item ipsa est fons & puteus totius consolationis. *Num. 21. Filij Israel castra metati sunt contra Arnon. Glossa:* id est, contra maledictionem. *Et ex hoc loco apparuit, per natiuitatem, puteus, id est, Maria. Super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo ei aquam. Tunc cecimus Israel per gratiarum actionem, carmen istud: Ascendat puteus, id est, Maria per natiuitatem in mundo apparendo, uel per assumptionem in cælum, gratiarum profusionis nos perfundendo. Concinebant hilariter, & natiuitatem, & fortiter: Puteus cum foderunt Principes. Glossa:* Prophetæ propter natiuitatem, Patriarchæ per exhibitionem, Apostoli per ostensionem, & parauerunt Duces, id est, Reges.
 10. Item ipsa est stella illuminationis. *Num. 24. Orietur, scilicet per natiuitatem, stella, id est, Maria, quæ benè comparatur stelle Maris, ex Jacob, & consurgit uirga, id est, Christus, de Israel de radice Jesse. Isa. 11. Et percussit Duces Moab, id est, demones à peccatis liberans nos, & saluans.*
- LIBER DEUTERONOMII.
- Hæc sunt uerba, qua locutus est Moyses.
- Beatissima Domina, Virgo Maria, dicitur infirmarum animarum portatrix. Portauit enim Filium Dei pro nobis in utero sanctitatis, & nos portat in utero miserationis. *Deuter. 1. Portauit te Dominus Deus tuus, & non solum ipse, sed & Dei genitrix Virgo pia, ut sceler homo gestare paruulum filium suum. Glossa:* quem tenerrimè diligit, nec laborare permittit. *In omni uia, per quam ambulasti. Glossa:* nunquam defuit, donec ueniret ad locum istum.
- 1. Item ipsa est terra optima, non germinans spinas, & tribulos, ad colendum facillima, fertilissima, quia profert Deum & hominem.

Pent. S. *Exequat Dominus Gloria gratias agens*, pro *tertia prima*, id est, Maria, quam de-
us tuus Deus, vt alaris, & dicitur & lau-
detur.

3. Item ipsa est soror nostræ paupertatis. Vnde
tenetur nobis ex constitutione legis subuenire.
Deut. 15. Non aueris oculos, miseracionis tuæ,
O Maria, in pauperem tuum, scilicet peccato-
re, qui licet peccator & pauper sit, tamen fra-
ter tuus est per naturam. Non enim deerunt pau-
peres in terra habitacionis tuæ, id est, in mundo.
Non enim possunt esse diuites sicut tu, cui di-
ctum est: *Aue gratia plena. Luc. 2. Idcirco spe-*
ras festinanter, hilariter, abundanter *manuum*
subuenientis, defensionis, *fratris ego*, &
pauperi. Hoc erat Psalmitta *Psal. 103. Aperiente*
te manuum tuarum, &c.

4. Item ipsa est altare sanctificationis, conti-
nens dilectionem Dei & proximi. *Deuter. 27.*
e. Insignibus altare Domino in monte Hebal. Glossa:
quod uoago interpretatur, *de lapidibus*, quos
ferram peccati non tetigit, qui immaculati, &
non corrupti carnis & spiritu, iacula diaboli
non susceperunt. Et quis est hic inter puros ho-
mines, & *laudabimus eum? Eccl. 31. nisi ipsa*
sola post Deum excellenissima. Et scribes super
illud omnia uerba legis, maxime dilectionis Dei
& proximi, *placatus*, & *lucida*. Scriptor huius al-
tatis fuit Spiritus sanctus.

5. Item ipsa est mons benedictionis, sed Eua
fuit mons maledictionis. *Deut. 27. Pones bene-*
dictionem meam, non mundi, quæ fallax est,
super montem Garizim. Glossa: qui interpretatur
diuisio. Diuisit enim vt prudentissima bonum à
malo, & melius à bono, & optimum à meliori,
illud eligendo. *Luc. 10. Optimum partem elegit*
Maria. Diuisit & nos à mundo, diabolo, à
peccato, & à morte.

6. Item ipsa est cælum ditacionis, vnde omnia
meliora proueniunt. *Deut. 28. Aperiet Dominus.*
Glossa: placatus, qui aliquando clauserat ira-
tus, *obsecrationem suam optimum*, cælum, cælum,
id est, Mariam, vt *tribuat pluuiam terræ. Glossa:*
cordibus terrenorum. Per ipsam enim Domi-
nus pluit gratiam nobis ad depellendam ani-
mæ ariditatem, & fecunditatem virtutum
conferendam.

7. Item ipsa est thalamus deliciarum Dei. *Deut.*
33. Amantissimus Domini Ben. amin. Glossa: id est,
Christus Filius Dei, in thalamo, id est, in Ma-
ria, *tota die morabitur. Glossa:* nullo vitio
alienatus aliquando. Vnde & ibi à quærentibus
inuenietur, & *intra humeros illius requiescet.*
Glossa: inter bona opera.

8. Item ipsa est mater inflammationis, mater
custoditionis, mater instructionis. De his tri-
bus. *Deuter. 33. In dextera eius*, id est, Maria,
ignea lex. Glossa: id est, charitas, qua sanctos
facilius amore sui succendit. Secundo *omnes san-*
cti ad custodiam in manu illius. Item & qui ap-
propinquans pedibus eius. Glossa: vt discant, &
humiliter accipiant de doctrina illius. Require,
quid doceat.

LIBER IOSVE.

Et factum est post mortem Moysis.

1. **D**omina Angelorum, Mater Dei, est ter-
minus hereditatis nostræ. *Iosue 1. Dixit*
Dominus ad Iosue, id est, omni seruienti Deo:
Omnem locum, qui sursum est (Dominus non
vult dare eis locum in terris, qui vilis est, sed
sursum, qui est optimus, & hoc quia diligit
nos) *quem calcaueris vestigium pedis vestri*, vo-
bis *tradam à deserto, & Libano, & vsque ad flu-*
uium magnum Euphratem, id est, Mariam. No-
ta utilitates magni fluij, & adapta. Et *vsque ad*
mare magnum, id est, vsque ad Christum qui
comparatur mari magno, *erit terminus vester.*
Glossa: vt non solum efficiaris hæres Dei, sed
coheres Christi.

2. Item ipsa est euasionis fenestra. *Iosue 2. Dixe-*
runt explorantes ad Raab: Innoxij erimus à iura-
mento, si signum non fuerit funiculus iste cocci-
neus. Glossa: id est, sanguine suo rubrica-
tus: & *ligaueris eum in fenestra, per quam di-*
uisisti nos.

3. Ipsa est etiam fenestra, quæ per funiculum,
id est, per filium suum, peccatores, vt euadant,
dimittit, & iustos attrahit.

4. Item ipsa est arca ostensionis directæ viæ in
cælum: vnde festinanter eam sequi debemus.
Iosue 3. Dixit Iosue, id est, Christus: *Tollite*
arcam fœderis, qua antecedit nos in cælum ascen-
duo, nos ad se trahendo per Iordanem.
Festinauitque populus & transiit. Cap. 4. Glossa:
non otiose, non remisit nobis agendum est: sed
omnia festinanter transeunda. *Cumque transis-*
sent omnes, licet ipsa quidam facillimè, sed tamen
omnes in ipsam spem auxilij figentes, *transiit*
& *ipsa arca Domini*. Ipsa enim præcedet nos pro-
pter aliqua, & subsequetur propter quædam.

5. Item ipsa est clypeus defensionis, quantum
ad nos, & clypeus interfectionis, quantum ad
dæmones. *Iosue 8. Dixit Dominus*, scilicet Pa-
ter, *ad Iosue*, Christum Filium suum: *Leua su-*
per omnem creaturam putam in sanctitate, di-
gnitate, pietate, vtilitate, clypeum, id est,
Mariam, peccatorum defenatricem, dæmo-
num impugnatricem, *qui in manu tuâ est contra*
Hai. Glossa: Hai interpretatur chaos, vel ha-
bitaculum eorum, id est, dæmonum, qui in
abyssu regnant. *Cumque eleuasset clypeum*, id est,
Mariam, in annuntiatione ipsam in matrem
assumendo, & in assumptione secum in throno
collocando, *non contraxit manum quam in sublime*
porrexerat, tenens clypeum, id est, Mariam, no-
bis in consolationem, diabolo in occisionem,
& peccatis in deletionem, *donec interficeren-*
tur omnes habitatores Hai. Glossa: de quibus
nullum debemus relinquere, sed omnes interi-
mere.

6. Item ipsa est Sol, ad iuuandum omnibus fide-
libus. *Iosue 10. Steterunt Sol, & Luna, donec*
visceretur se gens de inimicis suis. Glossa: visibi-
libus, & inuisibilibus. *Stetit itaque Sol in medio*
cali, & non festinauit occumbere. Glossa: semper
oritur fidelibus.

7. Item ipsa est ciuitas refugij. *Iosue 20. ad quam*
fugere debet, qui effugere cupit mortem.

Item

8. Item ipsa est altare testimonij nostri. *Ios. 22.*
Dixerunt filij Ruben, & Gad: Extruamus nobis
altare, id est, Mariam, *infructa magnitudinis*, in
misericordia, in bonitate, in humilitate, in lar-
gitate, in Filij Dei conceptione, in testimonium
liberationis, libertatis, & hereditatis cælestis, *vt*
iuris nostri sit offerre holocausta, & victimas, &
pacificas hostias: & vt non dicatur nobis: Non
est vobis pars in Domino. Et vocant altare, testi-
monium nostrum, quod Dominus ipse sit
Deus. Hoc altare extructum est in conceptione,
sanctificatum in vtero, ædificatum in incarna-
tione, in assumptione.

LIBER IVDICVM.

Post mortem Iosue.

1. **D**omina mundi, Mater Dei, & Regina cæli,
pugnatrix pro suis contra mundum, con-
tra diabolum, & peccatum. Vnde significatur
per Iudam de quo dicitur. *Iudic. 1. Consuluerunt*
filij Israël Dominum: & merito, quia ipse dicit,
sine me nihil potestis facere. Isa. 45. dicentes: Quis
ascendet, si aliquis Angelorum, si aliquis San-
ctorum, ante nos debiles, infcios, & impruden-
tes, contra Chanaanem, id est, mundum, diabo-
lum, & peccatum, & erit dux belli maximi, in-
quietissimi, contumaci: Dixitque Dominus: Indas,
id est, Maria confitens. *Ascendit*, enim in nati-
uitate mundo apparendo, in assumptione, coram
Patre cælesti ad eum interpellandum, semper
pro nobis se primam offerendo. *Ecce tradidi*
terram in manu eius, imò & cælum, & me ipsum.
Vnde dicit ex ore Filij sui. *Matth. 28. Data est*
mibi omnis potestas. Noli ergo sine ipsa inire
bellum. Ipsa enim *dux est belli* nostri, debet
enim præcedere ex officio, sibi à totâ Trinitate
iniuncto.

2. Item ipsa est mater liberationis, & iubilati-
onis, & gaudij. *Iudic. 5. Qui euerunt semite. Glossa:*
quia occupata ab hostibus eram, & non aude-
bam ascendere ad orationem ad domum Domi-
ni. *Cessauerunt fortes in Israël, donec Debora, id*
est, Maria, *surgere*, per natiuitatem in mundo
apparendo, vel per assumptionem, in cælum
ascendendo: *mater in Israël. Glossa:* quia con-
siliando, hortando, prædicando, ab hostibus li-
berauit. Quod & ipsa post Deum summè fecit:
vnde gratias agendo Deo, dicit: *Ego sum pauper-*
cula Maria, humilis Maria, tamen Mater Dei,
Regina cæli, Domina mundi, *que Domino can-*
nam. Glossa: Vox iusti, ille quidem est canoræ
vocis, & synceræ mentis, vt cantilena eius di-
uinum delectet auditum: quæ omnino non
habet in se raucum peccati sonum, & nihil of-
fensionis in linguâ, nihil crassitudinis in spiritu,
psallam Domino Deo Israël, dicens Luc. 1. Ma-
gnificat anima mea Dominum. Nona be'la elegit
Dominus. Glossa: Quia inermes, fortes fecit, &
triumphales. *Et portas hostium ipse subuertit.*

3. Ipsa est vellus roris diuini. *Iudic. 6. Dixitque*
Gedeon ad Deum: Pona hoc vellus lana, id est,
Virginem sacram, *in arca, in Iudaica gente. Si*
ros totius orbis in solo vellere fuerit. Glossa: id
est, in sola Maria: quod factum fuit in annun-
tiatione, quando in ea Christus humanitatem
assumpsit: & in omni terra, & in cordibus infi-

delium *siccitas: sciam, quod liberabis Israël.*
Quod enim ipsa impleta fuit gratia super om-
nem puram creaturam signum fuit liberationis
nostræ. *Fallūmque est ira, expresso vellere*, id
est, Maria, per inuocationem, per deuotam sa-
lutationem: *concham. Glossa:* cordis, *rore*, id est,
gratia, *adimpleuit.*

LIBER RUTH.

In diebus vnius Iudicis.

1. **B**eatissima Domina vocatur Mater pulchri-
tudinis, sed mihi in passione Filij sui fuit
amaritudinis, & mœroris. *Ruth 1. Dicebant mu-*
lieres, in aduentu Noëmi in Bethlehem, quod
potest respicere duplicem aduentum B. Virginis,
vel aduentum in mundum per natiuitatem, vel
aduentum, quando in Bethlehem ad parien-
dum: *Hæc est illa Noëmi.* Hæc est illa, in qua
macula etiam venialis peccati non est, quæ in
vtero portat candidum & rubicundum. Sed
quod sequitur, respicit statum passionis Christi.
Quibus ait: Ne vocetis me Noëmi, id est, pul-
chram: sed vocate me nunc in passione Filij mei,
Mara, id est, amaram, quia amaritudine valde
repleuit me omnipotens Dominus, qui repleuit
me in annuntiatione, gaudio & læticia, in pas-
sione verò mœrore, & tristitia. *Egressa sum ple-*
na in annuntiatione, quando dictum est mihi,
Luc. 2. Aue gratia plena. Et vacuum reduxit me
Dominus, cum sola rediens Filium meum reli-
qui in sepulchro. Non igitur vocetis me Noëmi,
quam Dominus humiliavit, & afflixit Omnipotens.
Dolores ergo, quos effugeram in natiuitate,
nunc omnes perfolui in Filij mei passione, vt
Damasceus aiebat *4. de Fide cap. 15.*

2. Item ipsa est ancilla electionis, & operationis.
Ruth 2. Dixit Ruth, quæ interpretatur videns,
festinans, indeficiens: *Vadam in agrum, scilicet*
Ecclesie, & *colligam spicas, id est, pauperes,*
cæcos, & claudos, more Filij mei, qui huiusmo-
di libenter colligit, *quæ metentiam, scilicet muni-*
di, & diaboli, effugerunt manus. Diabolus ferè
vniuersam terram congregauerat, in mittens fal-
cem suam in messem alienam: vnde & glorian-
do dicit *Isa. 10. Vniuersam terram ego congregaui.*
Colligit autem ancilla Dei in agro Ecclesie hu-
militer, quia *spicas remanens: fideliter, quia*
sequens messorum vestigia, vt quod alij abiiciunt,
ipsa sumat. Vnde *Psal. 26. Pater meus, & mater*
mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit
me. Perseueranter, quia vsque in finem mundi,
fideles ad se congregat. Vnde sequitur: *De ma-*
nè vsque nunc stat in agro, & nec ad momentum
quidem domum reuersa est. Item dixit Booz, id
est, Deus: *Colligentem, scilicet Mariam, quæ*
colligit, quos vult, *nemo corripiat.* Item colli-
git sapienter: vnde sequitur, *quæ collegerat vir-*
gæ cadens, scilicet tribulationis, excutiens, inuenit
tres modios, scilicet Coniugatos, Viduas, & Vir-
gines: quos portans in sinu misericordie, & in
dorso patientiæ, reuersa est in ciuitatem, scilicet
Ierusalem cœlestem.

3. Item ipsa est, quæ se & nos vestiuit, & co-
operuit, & inuoluit pallio diuinitatis, sicut di-
citur de Christo in *Prefatione, Vt nos diuinitatis*
sue tribueret esse participes. Ruth 3. Dixit Ruth

ad Sacerdotem est, ad Deum: Ego sum Ruth ancilla...

LIBER REGVM PRIMVS.

Fuit vir unus de Ramathaim Sophim.

1. Regina cariorum est arca exultationis in tabernaculo...

2. Item ipsa est sol ardens, mater calefactionis...

3. Ipsa est etiam cornu victionis, ex quo vnguntur ad dignitatem...

4. Item ipsa est ciuitas, & domus satietatis...

5. Item ipsa est refectio itz Dei, quoad peccatores...

inueniatur in te, sed potius bonitas diffusa, pietas ad condonandum...

LIBER REGVM II.

Factum est, postquam mortuus est Saul.

Sancta Theotocos, Virgo, & mater Dei honoratur a Deo in gloria...

Item ipsa est Mater reuocacionis peccatorum de regione longinqua...

non cadet de capillis filij tui super terram. Et sic reuocatus est Absalon.

3. Item ipsa est mater conseruationis, que tam diu peccatores fouet, vsque dum ipsi gratiam Dei impetret...

4. Item ipsa est cisterna gratie. 2. Reg. 24. Desiderauit Dauid aquam, & ait: Si quis mihi daret potum aqua de cisterna...

LIBER REGVM III.

Rex Dauid seruerat, habebatque atatis plurimos dies.

1. Semper excellentissima Virgo Maria desiderio Sanctorum Patrum, & ardore optata, & que sita fuit...

2. Item ipsa est peccatorum reuocatio, habentia scilicet sapientiam, facultatem, & fidelitatem...

catum per Bethsabee 3. Reg. 2. Dixit Bethsabee, id est, Maria, ad Adoniam, id est, ad peccatorem...

3. Item ipsa est mater & domina saluationis: quod signatum est in Abiathar sacerdote...

4. Item ipsa est templum charitatis. 3. Reg. 6. in cuius laude dicitur: Nil erat in templo, id est, Maria, quod non aere reteretur...

5. Item ipsa est nebula, & habitaculum ascensionis Filij Dei. 3. Reg. 10. Regina Saba, id est, Maria, cum multo comitatu famulorum...

6. Item ipsa est thronus totius Trinitatis. 3. Reg. 10. Fecit Rex Salomon thronum, id est, Virginitatem gloriosam, & hoc in tempore gratie...

Nota illa qua hoc loco dicitur, a scriptore per ingressa est in leprore per ingressa est in leprore...

mirabilitate, utilitate, pretiositate, dignitate, pulchritudine, in vniuersis regnis, cæli, atque terræ.

6. Item ipsa est hydria & vas fateratis. 3. Reg. 17. In cuius laude dicit vidua, id est, Ecclesia: *Veni Domine, quia non habeo panem, nisi quantum paginus capere potest farina in hydria, & paululum olei in lecytho. Et dixit Elias: Hydria farina, id est, Maria, non deficiet, quia tenet per potest & vult dare, quia largissima, quia ditissima, quia gratia plena. Nec lecythus olei minuetur, quo nos pascit semper, & vngit, & lactificabit.*

7. Item ipsa est nebula refrigerans, pluens, & donans. 3. Reg. 18. in annuntiatione, id est, tempore gratiæ. *Nubecula parua, id est, Maria, parua per humilitatem, sed immentia per gratiam, ascendit, vel in natiuitate sua, mundo apparendo, vel in assumptione cælos penetrando, vel a se natus per naturam, quia nobilissima, per gratiam, quia omni gratia ditissima, per gloriam, quia super omnes choros Sancto- rum exaltata. De mari, id est, de hoc mundo. Et dixit Elias, id est, Christus, ad Achab. 3. Reg. 18. *Sonus multe pluuie est, id est, gratia tum, omnes compluens, & gratiam quærentibus infundens. Cuiusque se verteret huc atque illic, cæli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis. Nam de plenitudine eius accipiunt linguli & vniuersi, inquit, Bernardus serm. in Annuntiat. Dominica, & serm. super illa verba Apocalypsis 12. Signum magnum apparuit, &c.**

LIBER REGVM IV.

Præuaticatus est Moab.

1. Imperatrix cælorum, est vas inuocationis & sanationis. 4. Reg. 2. *Dixit Eliseus: Afferte mihi vas nouum, id est, Mariam. Alij enim omnes per peccatum vniuersati sunt. Psal. 17. Et corrupti: sed ipsa est nouum, habens multiplicem nouitatem. Et mittite in illud sal. Glossa: Verbum Domini caro factum est. Sal enim Filius Dei est, quod cum misisset in illud, quod factum est in annuntiatione, ait: *Hec dicit Dominus: Sanaui has aquas, id est, humanam naturam fluidam & pestiferam. Et non erit in eis ultra mors neque sterilitas, sed vita, & fecunditas.**

2. Item ipsa est fenestra illuminationis, totam domum Ecclesiæ, luce diuinitatis illustrans. Vnde & vehiculum lucis vocatur. 4. Reg. 13. *Dixit Eliseus ad Iouem Regem Israël: Aperi fenestram Orientalem, id est, Mariam, per quam intrat lux, & vita: sicut per fenestram Occidentalem, id est, Euam, intrauit mors, & tenebræ. Quam cum aperisset, quod factum est, quando virgo manens incorrupta mundi peperit saluatorem, dixit Eliseus: *Iace sagittam, id est, Christum, quia ex ea ortus est, & natus. Et iecit, & ait Eliseus: Sagitta salutis contra Syriam, id est, contra omnes demones. Et percussit Syriam, donec consummas eam, ad nihilum redigendo. Vnde Psal. 14. Ad nihilum reductus est in conspectu eius malignus.**

LIBER TOBIÆ.

Tobias ex tribu & ciuitate Nephthalim.

1. Commendatur in beatissima Virgine Maria post Deum largitas summa. *Tobia 4. Quomodo porueris, ita esto misericors, omnibus misericordiam te implorantibus præstando: si multum tibi fuerit, quia gratia plena. Luc. 1. Domina cæli, & terræ, abundanter tribue, sicut decet dare Reginam omnium creaturarum: si exiguum, libenter impertiri stude. Glossa: Voluntas à Deo pensatur, non dati quantitas.*

2. Item commendatur in ipsa post Deum humilitas summa. *Tobia 4. Superbiam in tuo sensu. Glossa: id est, in mente, aut in tuo verbo. Cissa: necdum facta: dominari non permittas. Glossa: si quando sit, tamen non regnet. Ipsa enim nunquam motum superbiæ habuit, sed post Deum excellentissimè humilis fuit.*

3. Item in ipsa commendatur post Deum facilitas præcipue in seruitorum sibi imperforum festinantissima, & superabundantissima retributio- ne. *Tobia 4. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, O Maria, siue iustus, siue peccator, ad laudem, & honorem tuum, ac filij tui, statim ei mercedem restitue, regaliter quia Regina es: abundanter, quia ditissima es: vtiliter, quia fidelissima es. Et merces mercenarij tui apud te non remaneat.*

LIBER IVDITH.

Arphaxad itaque Rex Medorum.

1. In nostra Iudith, id est, in Virgine Maria commendatur pulchritudo admiranda, & sapientia præ cunctis mortalibus veneranda. *Iudith. 11. Dixerunt serui Holofernis, Non solum serui Dei ipsam admirantur, sed etiam serui mundi & diaboli, aliter ad alterum: Non est talis mulier super terram, imò nec supra cælum, in aspectu, quia etiam macula peccati carui venialis. In pulchritudine exteriori credimus eam pulcherrimam fuisse, & optime dispositam, quoad Deum, quando dixit. Luc. 1. Ecce ancilla Domini, &c. Quoad Angelum, quando dixit: *Quomodo fiet istud? Ibidem. Quoad homines iustos, quando saluauit Elisabeth. Quoad peccatores, quando dixit ministris in nuptiis: Quicumque dixerit vobis, facite. Ioan. 2. Quo etiam ad filium suum, quando dixit. Luc. 2. Fili, cur fecisti nobis sic?**

2. Commendatur etiam Domina mundi, nominis præclara excellentia ipsa enim est post Deum nominatissima. *Iudith 11. Dixit Holofernes ad Iudith. Glossa: quæ interpretatur confitens, vel laudans, & significat Mariam: *Magna eris, & nomen tuum, id est, Maria, vel maris stella, nominabitur, quia nominabitur Mater Dei à Deo, ab Angelis, à iustis, à peccatoribus, à Patriarchis, &c. in vniuersa terra, imò in vniuerso cælo.**

3. Commendatur etiam sanctissima Virgo, amplissima charitate, quæ consideratur in hoc, quod non tam propriam exaltationem, quam nostram quærebatur liberationem. *Iudith 12. Iudith orabat Dominum Deum Israël feruentissimè,*

quarum interator fuit Gabriel iussu conuincitum preparari. Gloria: id est, gaudium spirituale, magis in toto orbe, in celo. & in purgatorio: dies enim maximi gaudij est dies incarnationis. Et deus cunctis Principibus, & seruis suis. Gloria: id est, maioribus, & minoribus: & deus respicit eos. et in purgatorio. Requiem gratia tribulationibus, requiem gloriæ cælestibus, requiem tribulationis in purgatorio manentibus, & in purgatorio. Gloria: iuxta magnificentiam principum, & regum, & vniuersa dans, celeriter dans, & iustitiam dans. Vnde clamat ad nos, dicens id, quod homo de monte Ephraim: Ego pro te oro, & in purgatorio, & in gloria manens. Job 19.

3. Item ipsa est domus, & uellitaria, ex qua indatus fuit Filius Dei carne, peccator ueniens, in hac gratia, perfectus gloria. Esther 4. Martirium dicitur, & mortificationis, & miseritæ, & multum heu multum facit mortificationis culpæ. Et dicitur ante foras palatium, gratiæ, & gloriæ. Non enim erat licitum, induam sacco uilium. Requiem. Gloria: Quia nullus cum corruptione præteritis uitæ, celestem aulam intrabit. Quia una est Esther, et cetera misit nuptialium, & ad hoc, & dicitur eum. passum scilicet la. au. pro uirga maris. Ius 61.

4. Item ipsa est uirga aurea, signum uitæ æternæ. Esther 4. Vir, siue mulier, quicumque interuenit in Regis non uocatus intrauerit. Glossa: non habens uellem nuptialium: statim interficiatur, morte æternâ: nisi forte Rex auream uirgam. id est, Mariam, ad eam tendens pro signo clementiæ, ut sic in propitiâ, atque ita possit uiuere.

5. Item ipsa est interuentrix, & reuocatrix delinquentium. Ideo enim Dominus eam creauit in natiuitate, & assumpsit in matrem in incarnatione, & exaltauit super omnes choros Angelorum in assumptione, ut pro peccatoribus intercedat. Esther 4. In domo Regis es. Glossa: In interiori Regis sinu. Præ cunctis Iudeis, imò præ omnibus Angelis, & omnibus Sanctis. Si enim uenit, hoc est, in tempore angustiarum, id est, non intercesseris pro nobis, quod absit à te, quia Dominus desiderat audire te, dicens illud Cant. 2. Sonet uox tua in auribus meis, &c. Et quis nouit, utrum idcirco ad regnum ueneris, à Deo præordinata, à Patriarchis præfigurata, à Prophetis prænuntiata, à peccatoribus postulata, à tota Trinitate electa, & præelecta, et in tali tempore, iracundiæ Dei, tribulationis, & mæroris omnium filiorum Ad. m. paraueris? Glossa: Ideo Rex te fecit Reginam, ut nobis in persecutione auxiliaretis.

6. Commendatur etiam Regina nostra à maxima fidelitate, bonitate, & misericordia, quæ consideratur in hoc, quod ferè tota eius supplicatio est pro nobis coram de Deo, ut ab hostibus liberemur. Vnde Esther 5. Induta est Esther regalibus uelibus. Glossa: Fide, spe, & charitate, & ceteris uirtutibus, quibus induta, Regi dignus societur. Et stetit, ut peccatrix, aduocatrix, adiutrix, postquam assumpta est, in uirgo domus regia. Et sedebat Rex super solium. Cumque uidisset Esther Reginam, naturâ, gratia, gloria, largitate, dignitate, nobilitate, misera-

tionem, præ omnibus præcipuam, stantem, non ut superbum luciferum sedere uolentem, sed stantem mirabiliter iuxta crucem Ioan. 19. & misericorditer, & fideliter in celo pro peccatoribus. Placuit oculis eius, & extendit contra eam, uirgam auream, id est, potestatem, quam uult matrem suam habere in celo, & in terrâ, & sub terra. Dixitque ad eam Rex: Quid uis Esther Regina? Que est petuo tua? Etiam si dimidiam partem regni meo petieris, imò totum, dabitur tibi. At illa respondit: Si inueni gratiam in oculis tuis, O Rex, dona mihi populum meum. Esth. 7. Glossa: fide meam, deuotione meam, ipsius affectuosâ ueneratione meam, totâ donatione meam, & tua commissione, pro quo obsecro, stans quandoque apud crucem miserabiliter, sed nunc apud te in celo lætenter. Quomodo enim sustinere potero necem, & interfectionem populi mei? ibid. cap. 8. Cum possim, & sciam, & uelim ipsos liberare per te, & per tuos, & per me.

7. Item ipsa per suum ortum, & natiuitatem, totam Ecclesiam luce gaudij immenso perfudit. Esther 8. Iudeis, id est, Christianis, nona lux, id est, Maria, oriri uisa est, quando scilicet nata est. Ipsa enim est gaudium mæstorum, & tripudium omnium beatorum.

LIBER IOB.

Vir erat in terrâ Hus, nomine Job.

1. Regina mundi, Virgo Maria dicitur aurora surgens. Job 3. Expectet lucem, & non uideat, qui praua agit, vel etiam bona non recto corde, nec ortum surgentis aurora, id est, Mariæ, quæ in natiuitate suâ orta est tenebrosis peccatoribus. Glossa: Aurora surgens Ecclesia, quæ priores tenebras deserit, & in lucem iustitiæ uenit. Aduentus etiam eius operatus est multipliciter in mundum. Job 4. Recede pasculum ab eo. Glossa: quia recessus non dat quickere: donec optata ueniat: optata à Patriarchis, & Prophetis, & ab omni genere humano: sed quod ueniat? Veniat, inquam, Deo meo in adiutorium. Vnde in Genes. cap. 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Iustis in gratiam, peccatoribus in ueniam, Angelis in lætitiâ, diabolo in mæstitiam.

2. Item ipsa est misericordiarum solium, ad quod ueniens peccator, absoluitur. Job 23. Quis mihi tribuas ut ueniam ad solium eius? id est, uique ad Mariam, quæ solium est misericordiarum, & tunc ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus, ut sua uerba misericordiarum mihi respondeant.

3. Item ipsa est aurora terrens demones. Job 24. Si subito apperuerit aurora, id est, Maria, vel in lucem mundo nascendo prodians, vel in celum ascendens, ut peccatoribus gratiam auctoritate Dei infunderet, arborantur ipsi demones umbram mortis. Glossa: qui de hoc dolent. Ipsa etiam, quantum in se est, nulli denegat lumen gratiæ & misericordiarum. Sic Baldad ad Job 25. Super quem non surget lumen illius? scilicet Mariæ, super quem Angelorum, uel electorum, uel iustorum, uel peccatorum, non confurgit lumen illius in præmium, uel in adiutorium.

Item

4. Item ipsa est locus unionis diuinitatis & humanæ naturæ. Job 28. Auro locus est, id est, Filius Dei Virgo Maria, in quo conflat, id est, unicitur diuinitas humanitati, maiestas infirmitati, æternitas mirabilitati. Si ergo tu uolueris Deo uniri, accede ad Mariam ut efficiaris unus spiritus cum Deo.

5. Item ipsa est lucerna splendens, & petra fundens oleum. Job 29. Quis mihi tribuas, ut sim iuxta mensu pristinus, &c. quando splendebat lucerna eius, id est, Maria, super caput meum? Ad lumen eius ambulabam in tenebris, quando petra, id est, Maria, fundebat mihi uinum olei, & uigiliter, & libenter. Glossa: id est, dona Spiritus sancti.

6. Item ipsa etiam bene comparatur Job, quia omnes uirtutes, quæ in eo commendantur, ipsa in summo habuit. Ostendit sibi Maria in persona beati Job, Dei in se secretam habitationem. Job 29. Dem secretus eras tecum in tabernaculo meo, quod est contra hypocritas, qui ostendunt eum in uia, & factio eam eis esse, quod tamen non est.

7. Ostendit etiam se liberatricem uociferantium peccatorum. Job 29. Auris audiens beatificabas me, dicens Luc. 1. Benedicta tu in mulieribus, &c. Oculum uidens fidelitatem meam, testimonium reddebat mihi, eò quod liberauissim misericorditer, & potenter, pauperum uociferantium, id est, peccatorum, quem diabolus suffocabat, infernus absorbere uolebat, & contra quem omnis creatura insurgere disponebat. Et papillum, cui non esset adiutor, nec inter Angelos, nec inter homines.

8. Ostendit etiam se esse reuelatricem cadentium. Job 29. Benedictus perituri in anima, & corpore: perituri coram Deo, & omni creatura, super me ueniatis. Glossa: Benedictio perituri euenit, cum peccatoris interitum præuenit, & à culpa fouei reducit. Et cor uidua consolatus sum, id est, anima Deo uiduata.

9. Ostendit etiam se & peccatorum caecorum ductricem, & claudorum sustentatricem. Job 29. Oculum filii caeco, id est, peccatori, ipsum ducens, ipsi uiam monstrans, ipsum à foueâ inferni defendens. Et pes claudum, id est, peccatori.

10. Ostendit etiam se esse diaboli, & peccati, & inferni spoliatricem, peccatorum exericem. Job 29. Comerebam malum iniqui, id est, diaboli, insidias eius nudando, & de demibus illius aufererebam prædam, eruendo peccatorem, quem iam comedebat, & deglutire uolebat miserabiliter: aufererebam. Glossa: conuertendo. Item aufererebam etiam uolenter, sapienter, totaliter, & finaliter, prædam, id est, miserum peccatorem.

11. Ostendit etiam se esse aridissimi mundi copiosissimam irrigatricem. Job 29. Expectabant me, id est, meum aduentum per natiuitatem in mundum, hi qui in terra, & in purgatorio erant, sicut pluuiam saluiferam, mundam, & generalem. Et os suum aperiebant, quasi ad uibrum seronum.

12. Ostendit etiam se more filij esse largissimam gratiarum datricem. Job 31. Si negari, quod uolebam, pauperibus. Glossa: id est, humilibus. Et oculus uidua expectare feci, id est, distuli dare D. Alb. Mag. Biblia Mariana.

expectantibus. Glossa: lumen dationis tarditas non offuscat. Incunctanter dandum est, quod cum uera humilitate queritur, id est, quod nec ex desiderio, sed ex necessitate poscitur, ut non solum ex munere, sed etiam celeritate muneris honorum operum merita augeantur.

13. Ostendit etiam se esse famelicarum animarum cibatricem. Job 31. Si comedi buccellam meam solum, id est, mihi data à Deo non communicauit aliis: imò, quod plus est, buccellam, id est, corpus filij mei non communicauit aliis. Et non comedi abundanter, & fiducialiter, & regalia, iuxta illud Psal. 77. panem Angelorum manducauit homo: papillus ex ea, cuius uita ego sum per misericordiam, & cibatrix per largitatem. Glossa: Solent enim nonnulli multa largiri: sed habere pauperes socios in domestica conuersatione refugium, gratiam communis uitæ non habentes: sed iste præiudicium pietati se facere existimaret, si solus comederet, quod Dominus omnium communiter creasset.

14. Ostendit etiam se misericordiam continere non posse, præcipue quando inuocatur. Job 31. Ab infantia creuit mecum miseratio, magna, pia, & diffusa. Et de ueteri matris meae egressa est mecum, abundanter, & communiter.

15. Ostendit etiam se non posse despiciere quemquam, licet peccator sit, dum tamen querat misericordiam. Job 31. Si despexi pereuntem. Glossa: hic humilitas: quia quidam magis dant pro noticia, quam pro natura: eò quod non habuerint indumentum uirtutum. Glossa: Propter hoc non despexi absque operimento pauperem, licet sim in uelutu deaurato, circumdata uarietate. Psal. 44. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearum calefactus est. Glossa: Hæc est pietas.

16. Ostendit etiam se esse iudicem misericordiarum magis, quam iustitiarum, in causa peccatorum. Job 31. Si leuauit super papillum, id est, peccatorem, matrem meam, scilicet ad opprimendum eum? Etiam cum uiderem me in porta superiore. Glossa: id est, in iudicio superiore omnibus Angelis, & Sanctis. Glossa: Neque enim tunc uilitatis meæ negotia uirtute contra papillum exigere uolui, quando me in iudicio, etiam ex iustitia potiorum uidi: hic enim portæ nomine, iudicium, quod in porta agebatur, significat.

17. Ostendit etiam se esse hospitem & recepticem generalem Dei & hominum largissimam. Job 31. Foris non mansit peregrinus: hospitium uirginalis ueteri præbens Filio Dei, peregrino etiam hospitium gratiæ, & misericordiarum, & gloriæ. Ostium meum uisitori patuit, celeriter, totaliter, & frequenter.

18. Ostendit etiam se esse Reginam celorum. Job 29. Cumque sederem, regaliter, potenter, & sublimiter, quasi Regina, uxor, & mater Regis æterni, circumstante exercitu peccatorum, eram tamen meretricium consolatrix.

19. Item ipsa est aquila singularis, de cuius laude & præconio loquitur Dominus ad Job 39. Nunquid ad præceptum tuum, sicut ad meum, qui quidquid præcipio, inspiro, eleuabitur, in natura, gratiâ, & in gloria etiam, & in omni prærogatiua, B

prærogativa, aquila, id est, Maria, super omnes choros Angelorum: & in arduis ponet nidum suum: Pulli eius lambent sanguinem, & ubique que cadaver fuerit, statim adejt. Glossa: Christus sedens in celo, iustorum est refectio.

PARABOLÆ SALOMONIS.

Parabola Salomonis filij David Regis Israel.

- 1. Regina omnium creaturarum vocatur à Salomone, sapientia. *Proverb. 7. Dixit sapientia, id est, Maria: Soror mea es.* Sicut enim summam humilitatem habuit, ita summam sapientiam, &c. Vbi humilitas, ibi & sapientia. Sed in Maria facta improporcionabilis humilitas. Ergo improporcionabilis sapientia. Sapientia enim est quidam gustus spiritualis, & primæ veritatis, per modum summæ bonitatis, quam ipsa præ omnibus habuit. Hanc sapientiam debemus ad contemplationem Salomonis vocare sororem nostram. Sed quia sequitur: *Et custodiat te, quasi sapientissima, & fidelissima, à muliere extranea, id est, ab omni immunda, & prava voluntate, & ab omni, que verbi sui dulcia facit, cum sint amarissima.*
- 2. Item ipsa est facies redemptionis. *Proverb. 7. Saculam, id est, Mariam, pecunie liberationis, hanc secum tulit: in die plena luna reversurus est in domum suam.*
- 3. Item ipsa in persona veritatis increata, & sapientie æternæ, elumet ad nos per Salomonem. *Proverb. 8. Audite me, tanquam matrem filij, quia de magnis rebus locutura sum: Dominus possedit me.* Quasi diceret: Magna sunt, quæ dico, quia facti sunt mihi magna, quæ potens est. *Luc. 1. De hoc gratias ago, quia Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus, scilicet possedit me.* Pater per omnia possedit me, ab omni peccato potentialiter eripiendo. Filius possedit me per sapientiam, me assumendo in cooperationem, ad generis humani redemptionem. *Genes. 2. Non est bonum, hominem esse solum, &c. Spiritus sanctus possedit me, tanquam replum gloriæ, dignanter inhabitando, & omni gratiâ totaliter implendo.* *Aue gratia plena. Luc. 1. & iterum, Spiritus sanctus supervenit, &c.*
- 4. Item gratias ago tibi, quia per eum æternum, siue ab æterno ordinatus sum. Nullus enim Angelorum, Seraphim, vel Cherubin, sed ipse æternus ab æterno ordinatus me. Item summus Pater ordinavit me in Exorcistam, quantum ad demonum expulsionem. *Vnde Genes. 3. Ipsa cometer caput tuum.* In Ostiariam, quantum ad immundorum exclusionem, & mundorum introductionem. *Ezech. 44. Porta hac clausa erit Principi, & Princeps ingredietur in eam.* Quasi diceret: Porta hæc Principem, & imitatores suos introduxit, & in lignioribus clausa erit. In Lectorem, quantum ad omnium Prophetarum expositionem ad literam in seipsa. *Vnde Isa. 7. Ecce Virgo concipiet, &c.* Et Angelus ad ipsam. *Luc. 1. Ecce concipies.* In Acolytum, quantum ad illuminationem. *Cantic. 6. Que est, que ascendit, quasi aurora surgens, &c.* Et illud *Numer. 24. Orietur stella.* In Subdiaconum, quantum ad verbi divini observationem, quo aliis scriben-

dum narravit. *Vnde Luc. 2. Maria conservabat omnia verba hæc, conferens, &c.* In Diaconum & Sacerdotem, quantum ad corporis Domini de ipsa formationem & dispensationem. Communicaunt enim nobis corpus filij sui in cibum, & sanguinem suum in potum. In Episcopum, quantum ad sollicitudinem omnium Ecclesiarum. In Papam, qui est pater patrum, habens in celo, & in terra potestatem: sic & ipsa mater est omnium Christianorum, & habet potestatem in celo, & in terrâ, & in purgatorio, & in inferno. Sic ergo mater Dei, Regina cæli est totaliter ordinata. Vel aliter ordinata sum, ut dicit *Bern. serm. 2. in Pentecostie, & in sermone de Beata Virgine super illa verba Apocal. 12. Habebat in capite coronam stellarum duodecim: Angelo in læticiam, iusto in gratiam, peccatori in veniam, tristi in consolationem, captivo in redemptionem, diabolo in conculcationem.*

Tertiò gratias ago de hoc, quod concepit me propter destinationem, contra mortis, & peccati destructionem. Hoc notatur ibi: *Necdum erant abyssi, id est, demones: vel abyssi misertiz, & peccati: & ego iam conceptio eram, scilicet in præsentia, & prædestinatione Dei, vt exhiberem lucem contra tenebras, gratiam contra culpam, vitam contra mortem.*

Quartò gratias ago de hoc, quod assumpsit me ad componendum: quod notatur ibi: *Etiam eo eram cuncta componens, in utero meo per incarnationem: componens eram, primum cum ultimo, parvum cum magno, deitatem cum humanitatem.* *Vnde Proverb. ult. Procul & de ultimis finibus terre.* Item eram in mundo componens per filij mei Passionem, & totius humani generis redemptionem. Item eram componens cum Filio meo cælesti, ad inhabitandum: terrestria, ad peregrinandum: infernaliam, ad cremandum.

Commendatur etiam beatissima Virgo Maria, à suâ fidelis charitate, quia matrem se nostram nominat, & nos, suos filios appellat. *Proverb. 8. Nunc ergo filij audite me, vocantem, consolantem, pro vobis intercedentem, & vos instruentem.* *Beati sunt corpore & animâ, qui custodiunt vias meas: vias humilitatis contra superbiam, castitatis contra luxuriam, largitatis contra avaritiam.* *Et qui me inveniunt, humiliter, & devotè, & fideliter serviendo, inveniunt vitam gratiæ, & gloriæ, & hauriet salutem à Domino, animæ, corporis, à Domino, qui est salus æterna.*

Commendat etiam eam Salomon à fortitudine. *Proverb. ult. Mulierem fortem quis inveniet, sicut Mariam? Tria sunt, quibus fortitudo maxima appropriatur, scilicet Deus, mors, & diabolus. Deum per humilitatem quodammodo separavit. Vnde Gregorius lib. 34. Moralium. cap. 18. Quanta ergo humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam, is, qui sine estimatione magnus est factus est parvus usque ad passionem? Item mortem, cui nemo mortalium resistere potest, superavit: quia per eam vita rediit. Item diabolus in nihilum cum omni eius potestate redegit. Vnde *Genes. 3. Ipsa cometer caput tuum.**

Item commendatur à confidentia, quam quis habet in ipsam. *Proverb. ult. Confidit in eâ cor viri sui.* *Glossa: vt Rex in castro in expugnabili.* Omnes

Omnes enim Sancti expugnabiles fuerunt, saltem quantum ad venialia. Hæc autem omninò inexpugnabilis. Vel confidit in eâ, vt negotiator in vxore negotiosissima. Quia nullus Angelorum, vel hominum, tantas animas Deo lucratur, sicut ipsa. Vel confidit in eâ, vt pater in filia prudentissima. Ipsa enim scit sola præ omnibus prudenter allegare, coram omni cælesti principe, de peccatorum salute.

10. Item commendatur ab eius officiosissima operatione. *Proverb. ult. Quæsit enim lanam, & linum, & operata est consilio maxime suorum.* *Glossa: quia operuit Filium Dei humanitate, peccatorum miseratione, Ecclesiam sancti Spiritus illuminatione.*

11. Comparatur etiam naui applicanti ad portum, propter utilitatem. *Proverb. ult. Facta est Virgo Maria, quasi naus refertissima in historiis, scilicet Christi, de longe portans panem suum, scilicet nobis.* *Panem Angelorum manducavit homo. Psal. 77.*

12. Commendatur etiam à fortitudine, ibi, *Mansum suam misit ad ferrum.* Fortia dicit perfecta opera, vt est diligere inimicos, benefacere odientibus, & orare pro persecutoribus nos. *Matth. 5.*

13. Commendatur etiam à largitate, ibi, *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.* Tanta enim eius fuit largitas, vt se totam aperiret per largitatem. Aperuit vitæ filio, oculos pro peccatoribus ad flendum, aures ad preces eorum audiendum, & os ad placandum. *Vnde subdit: Os suum aperuit sapientia, & lex clementie in lingua eius.* *Glossa: Vt non statim punias, vt lex Moyfi, sed semper misericorditer parcat.*

14. Commendatur etiam à summâ beatitudine. *Surrexerunt filij eius, & beatissimum prædicaverunt.* Prædicaverunt eam beatam in natura, beatorem in gratia, beatissimam in gloria. Vel prædicaverunt eam beatam super omnes coniugas, beatorem super omnes viduas, beatissimam super omnes virgines. Vel prædicaverunt eam beatam in conversione peccatorum, beatorem in conversione iustorum, beatissimam in coronatione electorum.

15. Commendatur etiam in divitiarum immensitate, vt ibi, *Multa filia congregavit divitiis, id est, ommerantibus bonis particulariter, difficulte, exilit. Tu vero, que Dei mater es, supergressa es universas, in multiplicare, in pretiositate, & gratitudine omnium immensitate.*

LIBER ECCLESIASTES.

Verba Ecclesiastes filij David, Regis Ierusalem.

- 1. Imperatrix Virgo Maria commendatur à Salomone, à suæ natiuitatis utilitate, & assumptionis suæ gloriolitate. *Ecclesiastes 1. Orietur sol, & occidit, & ad locum suum revertitur.* Sol iste est Virgo Maria, qui ortus est toti Ecclesiæ, quando nata fuit. Sciendum autem, quod in genealogia nara fuisse narratur à bonis, & à malis. Quod à bonis nata fuit, triplex potest esse ratio. Prima, vt nobilitatis antiquitas ipsam

nobilitaret: quia vnaquæque arbor de fructu suo agnoscitur. Tale enim magis tale in natura per virtutem perficitur, quod ad ipsam ex natura origine inclinatur: virtutes enim per se innatae sunt nobis, perficiuntur autem per consuetudinem. Secunda ratio est, vt sanctitas eam vndique circumdaret: retrò per nobilitatem, antè per utilitatem, supra per dignitatem, infra per potestatem, à dextris per virtutum summam, à sinistris per peccati immunitatem, intrà per charitatem, foris per conversationem perfectam. Tertia ratio est, vt eius humilitas humilior appareret: quia vt dicit *Bernardus Epistolâ 123. ad D. Hildebertum Turonensem Archiepiscopum: Nempe in alto non altum sapere, sed humilibus consentire, nil Deo charius, nil rarius apud homines.*

Triplici etiam ratione orta fuit à malis. Prima est, vt comparatione alterius extremorum extolleretur, iuxta illud *Philosophi lib. 2. de celo. com. 40. & lib. 1. de anima. com. 85.* Opposita iuxta se posita, magis elucescunt. *Cantic. 2. vt lilium inter spinas, &c. sicut spina rosam, genuit Iudex Mariam, canit Ecclesia.* Secunda ratio est, vt sapientia misericordior appareret. Est enim exitus de bono ad bonum. *Vnde Gen. 1. Vidit Deus cuncta que fecerat, & erant valde bona. Est exitus de malo ad malum. Ecclesiastici 10. Initium omnis peccati superbia.* Est etiam exitus de bono ad malum, vt, de muliere peccati initium. *Ecclesiastici 25.* Est etiam exitus de malo ad bonum. Et hoc solius Dei est proprium. *Cuius sapientia vincit malitiam, & attingit, &c. Sapientie 7. & 8.* Tertia ratio est, vt confidentiam peccatoribus generaret, per hanc, quod, vt mediatrix eorum, eadem propinquitate utramque extremitatem attingeret. *Vnde sicut soror Dei est, & mater, & filia: sic etiam Ecclesia mater, soror, & filia Dei: & sic etiam à natura inclinaretur ad miserendum peccatori. Hic est arcus positus in nubibus celi, in signum federis inter celum & terram. Genes. 9.* Non enim potuit Deus cum peccatoribus, stabilis, & efficacius firmare pacem, quam quod filiam peccatorum, Filio suo accepit in sponfam, & in matrem. Nec aliquis inter Deum & hominem pacem fecit, quam quæ mater utriusque extirrit. Sequitur.

Et occidit: quia vitam suam, per mortem solvit. Et ad locum suum revertitur, id est, ad celum, à Deo æternaliter præparatum.

Commendatur quoque beatissima Domina ab omni gratiarum redundantia, & immensitate. *Ecc. 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, scilicet per superbiam.* Maria interpretatur, Domina, vel illuminatrix, vel illuminata, vel stella maris, vel amarum mare, quæ interpretationes optimè illi conveniunt. Ipsa est Domina: quia omnium, quorum ipse Deus est Dominus, & ipsa est Domina. Et in hoc notatur singularis excellentia. Ipsa etiam est stella veri solis, sine corruptione, vel diminutione integritatis generatiua, & in hoc exponitur suæ conceptionis puritas. Ipsa est etiam omnium bonitatum vniuersalis distributrix. Et ideo dicitur stella. Dicitur etiam mare: quia omnibus gratiis plenissima est. Quia sicut in mari est omnium aquarum congregatio, ita

in ipsa est omnium gratiarum adunatio. Gen. 1. Congregaciones aquarum appellavit maria. Ipsa etiam in triplici conuersione in hoc mundo per totam amara, sed in filij passione amarissima: insuper omnibus de amaritudine excurrentibus causa, & exemplum.

CANTICA CANTICORVM.

Osculetur me osculo oris sui.

1. Hic commendatur Domina Angelorum à Salomone, à reconciliatione Dei, & peccatorum. Vnde merito templum pacis dicitur, in quo ubi est diuinitas humanitatem. In quo tempore amantur sibi misericordia, & ueritate. *Osculetur me osculo oris sui. Psa. 38. Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui. Glossa: In carnis: Psa. 1. que est prælibatio communicationis nostræ, & Dei. Vnde Bernardus Serm. 2. super Cantica: Sit os osculans, uerbum assumens: osculatum, caro, que assumitur: osculum uerè, quod patitur ab osculante & osculato conficitur, persona ipsa ex utroque compacta, medietate Dei, & hominis, homo Christus Iesus. 1. ad Tim. 2. Minime igitur mihi suspectus erit. Fuserunt, & caro mea est. Gen. 37. Puto enim, spernere non poterit Christus, os de ossibus suis, & carnem de carne sua Gen. 2.*

2. Item commendatur à pulchritudine, qua interius & exterius pollebat. *Cant. 1. Ecce tu pulchra es amica mea,* simplicitate cordis, & munditia operum. *Oculistis columbarum. Glossa: quibus Deum simpliciter intueris, & nihil aliud nisi ipsam quæris. De pulchritudine Virginis nostræ sciendum, quod sicut Filius speciosissimus forma præ filius hominum. Psa. 44. ita ipsa pulcherrima inter filias, & filios hominum. Habuit enim pulchritudinem, quæ potuit esse in mortali corpore. Quod autem Euangelium nihil scribit de pulchritudine eius, una potest esse causa, quod cum Domina nostra nobis posita sit in exemplum, & in speculum saluos faciendi, non uult eam à talibus laudari, quorum inordinatus appetitus, uel usus, fuit multis, & est hodie cauta pereundi. Alia causa est: sicut Angeli supremi à donis nobilitatibus laudantur, & denominantur, & non ab inferioribus, quæ tamen in ipsis esse non dubitantur: ita & beatissima Virgo donis spiritualibus plenissima, donis gratuitis nobilissima, ita occupat animos laudantium, quod bonorum corporalium obliuiscuntur. Tamen pro infallibili regula debemus habere, qui eam diligimus, quod quidquid unquam bonitatis in aliquo sanctorum fuit, uel pulchritudinis, in ipsa hoc per excellentiam excreuit, & per ipsam in eos.*

3. Item ipsa est lilius totius castitatis, & odoris. *Cant. 2. Sicut lilius inter spinas, &c. Glossa: quod pungit spinas, candorem tamen retinens, & tunc maiorem odorem effundens. Nunquid non fuit lilius nostrum inter spinas detrahentium ei, & filio eius? Nomen hic est Filius Marie? Mar. 6. &c. & maxime quando stetit inter crucifixores iuxta crucem apud filium. Ioan. 19.*

4. Item ipsa est cellaria totius Trinitatis, quæ de uino Spiritus sancti dat, & propinat, cui uult,

& quantum uult. Vnde & congratulando dicit. *Cantic. 2. Introduxit me Rex in cellam uinariam. Glossa: id est, in Ecclesiam, in cuius unitate Spiritus sanctus solet dari, & accipi. Vel cella uinaria, est cælum empyreum, ubi omnes inebriantur ab ueritate domus Dei. Psa. 35. in quam introducta fuit à Rege in die assumptionis.*

5. *Ordinatus in me charitatem. Cantic. 2. quam mihi excellentissimè super omnes dedit. Quod sic probatur per Luc. c. 7. quærenti Domino de duobus debitoribus, quorum unus debebat quingentos denarios, & alius quinquaginta, & non habentibus, unde redderent, dominus utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Estimo, quod is, cui plus donauit. Sed beatissima Virgini super omnes creaturas plus donatum est. Ergo super omnes creaturas plus diligit. Item Deus dat omnibus affluenter. Iacob. 1. &c. illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ion. 1. non tamen omnes recipiunt æqualiter. Cuius diuersitatis duplex causa est. Una ex parte recipientis, quia alter altero capaxior est, iuxta illud, *Dimisit illis bona sua, unicuique secundum propriam uirtutem. Matth. 25. Glossa: id est, capacitatem. Hanc autem capacitatem operatur humilitas uera, iuxta illud, *Humilibus dat gratiam. Iacob. 4. Ergo ubi maior humilitas est, ibi maior capacitas est. Sed ipsa super omnes humillima fuit. Ergo maxime capax. Ergo maximam gratiam recipere potuit, scilicet quantum recipere potuit, tantum recepit. Item ex parte dantis est diuersitas doni: quia cum dans det secundum rationem, & ratio respiciat finem, maius donum dat, quod dat ad maiorem finem, ut Imperator maius donum dat ad essendum senatorem, quam cui dat ad essendum simplicem seruitorem. Sed dabatur Mariæ gratia ad essendum matrem Dei, & omnibus aliis datur ad essendum seruos & ancillas Dei. Sicut ergo inproportionabiliter maius est esse matrem Dei, quam seruum Dei, ita inproportionabiliter erit maius donum, ad essendum matrem Dei, quam ad essendum seruum Dei: sed donum, in quo omnia donantur, est charitas beatissimæ Virginis: ergo inproportionabiliter maior erit charitate omnis creaturæ. Habuit etiam beata Virgo summam charitatem ad proximum, quia animam filij, & ipsam filium pro proximo posuit, quem plus quam propriam animam dilexit, insuper obrulit. Et sic est quod dicitur: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Luc. 2.****

6. Item ipsa est speculum totius pulchritudinis post Deum. *Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam, scilicet faciem humilitatis, quam ostendisti in incarnatione, dicens: Ecce ancilla Domini. Luc. 1. Faciem palloris, quam ostendisti in mea passione. Faciem summi decoris, quam ostendisti in tua assumptione.*

7. *Cant. 2. Sonet uox tua in auribus meis. Vox pietatis, quando dixisti Ioan. 2. Vimen non habent. Vox fidelitatis, quando consuluisti. Ibidem: Quicumque dixerit uobis, facite. Vox doloris quando dixisti. Luc. 2. Fili, quid fecisti nobis sic? Vox inuitationis, ad famelicos peccatores inuitandum. Proverb. 9. Venite, comedite panem meum, &c. Ecclesiastici 24. Transite ad me omnes, qui contempserunt me, &c. Hæ voces dulciter sonant in*

in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & sermo tuus decorus.

8. Item ipsa est lectulus Salomonis. *Cant. 3. in quo requieuit nouem mensibus Filius Dei. Vnde ipsa dicit: Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Ecclesiastici 24.*

9. Item ipsa est turris munitissima, in se, & in aliis. *Cantic. 4. Sicut turris Dauid, collam tuam, que edificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendunt ex ea. Ibi quisque inueniet defensionem, contra malum suum. Ibi pendet clypeus castitatis contra luxuriam, humilitatis contra superbiam, charitatis contra inuidiam, largitatis contra auaritiam. Omnis armatura fortium in ipsa.*

10. Item ipsa est, quam tota Trinitas multiplici nomine ad se venire inuitatur. *Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea. Glossa: Immunis etiam à ueniali peccato: & ideo macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, &c. Ter dicit, Veni, propter fidem Trinitatis. Nota, quod multum dilecta Regis, multiplici nomine solet à diligente appellari. Sic beatissima Virgo à Deo uocatur, amica, columba, dilecta, speciosa, formosa, soror, immaculata, perfecta, electa, Sunamitis, filia. Diuersitatem horum nominum nota, & gloriose Virgini adapta.*

11. Item ipsa est, quam Salomon comparat auroræ in sua natiuitate, luna plene in Filij Dei ineffabili conceptione, soli in sua assumptione, terribili castitatis aciei in demum effugatione. *Cantic. 6. Que est ista, que progreditur quasi aurora, &c.*

12. Item ipsa est, ad quam omnis peregrinatio clamat. *Cantic. 6. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, &c. Petrus Damianus serm. 2. de Natiuitate B. Virginis, sic exponit. Reuertere primo per naturam. Nunquid quia ita edificata, ideo nostræ humanitatis oblita est? Nequaquam Domina. Scis in quo discrimine nos reliqueris, ubi iaceant, quantum delinquant serui tui. Non enim conuenit tantæ misericordiæ, tantam miseriam obliuisci: quia etiam subtrahit gloria, reuocat natura. Non enim ita memoraris iustitiæ Dei solius, ut misericordiam non habeas: neque ita es impassibilis, ut sis impassibilis. Naturam nostram habes, non aliam, & iustum est, ut de re tantæ pietatis diffusus infundamur.*

Reuertere secundò per potentiam. *Fecit in te magna, qui potens est. Luc. 1. & data est tibi omnis potestas in celo, & in terra. Matth. 28. Quid tibi negabitur, cui negatum non est, Theophilum de ipsis perditionis faucibus reuocare. Infelicem animulam totum illud, quod in te factum est proprio charactere denegantem de luto facis & misericordie subleuasti. Nil tibi impossibile, cui possibile est, desperatos in spem beatitudinis releuare. Quomodo enim illa potestas tuæ potentie poterit obuiare, quæ de carne tua, carnis suscepit originem? Accedis enim ante illud aureum humane reconciliationis altare, non solum rogans, sed imperans, Domina, non ancilla, moueat te natura, potentia moueat: quia quanto potentior, tanto misericordior esse debet.*

Reuertere tertio per amorem. Scio Domina, quia benignissima es, & amas nos amore inuini. *D. Alb. Mag. Biblia Mariana.*

cibili, quos in te, & per te Filius tuus & Deus tuus summa dilectione dilexit. Quis scit, quoties refrigeras iram iudicis, cum iustitiæ uirtus à præsentia deitatis egreditur?

Reuertere quartò per largitatem. In manibus tuis sunt thesauri miserationum Domini, & sola electa es, cui gratia tanta conceditur. Absit, ut cesset manus tua, cum occasionem quæras saluandi miseros, & misericordiam effundendi: neque enim tua gloria minuitur, sed augetur, cum poenitentes ad veniam, iustificari ad gloriam assumuntur.

Reuertere ergo Sunamitis, id est, despecta, cuius animam pertransiit gladius. *Luc. 2. quæ fabri. 13. Matth. uxor appellata fuisti. Ad quid ut inuocamur te. Summa gloria est, post Deum, te videre, adhzere tibi, & tuæ protectionis munimine demorari. Subueni igitur Domina ad te clamantibus iugiter fratribus. Hic triplex funiculus est, qui trahit matrem misericordiæ ad nos uisitandos, & consolandos, scilicet funiculus naturæ, funiculus amoris, funiculus largitatis.*

Commendatur etiam Regina nostra à summa post Dominum nobilitate. *Cantic. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis filia principis, à qua ipse Christus etiam uera generatione descendit. Porro ista nobilitas consideratur in substantia, si nobilem substantiam, & proprietatem in se possideat. Habuit autem in substantia, naturæ perfectionem, & in anima gratæ plenitudinem. Item consideratur in efficitia, si nobiles de se producat effectus, & ipsa ipsum Dominum, Dei Filium de se genuerit. Vnde beatissima Virgo in omnibus, in quibus nobilitas consideratur, in summo nobilitate inuenitur. Ipsa enim originem duxit à Regibus, à sacerdotibus, & Prophetis. Vnde & est Regina misericordiæ, Sacerdos iustitiæ, quæ proprio Filio suo non pepercit Rom. 8. Sed stabat iuxta crucem, ut dicit Ioan. 19. ut non solum Filij Dei consideraret, sed ut salutem humani generis expectaret. Prophetissa sapientiæ, iuxta illud Isa. 8. Accessi ad Prophetissam, id est, Mariam. Et licet eleuata per summam nobilitatem in sursum, tamen per humilitatem se ipsam depressit subter omnes deorsum. Vnde dicit Augustinus, quod nequaquam fuisset super omnes choras Angelorum exaltata, nisi fuisset infra omnes homines humiliata. Et sciendum quod ubi nobilitas carnis ornatur nobilitate mentis, utraque præstat alteri laudis incrementum: si autem separantur, tunc nobilitas tantum non tantum non laudatur, sed vituperatur: quia qualitas mali operis, contraria agit nobilitati carnis originis. Et tantò detestabilior est deformitas operationis, quanto magis est contra naturalem inclinationem originis, & P. Cassianus lib. 4. de Desipulis. Et in S. Bernardo uerbo serm. de B. Maria super illa uerba Apoc. 12. Signum charissimum in deliciis, scilicet gratiæ, & gloriæ. magnum. Has delicias admiratur Salomon cum ait Cant. apparuit. 8. Que est ista, que ascendit de deserto, deliciis affluens, &c. De ista gloriosa ascensione, siue*

13:

Locū hunc in S. Augustino non inuenimus, sed in Anonymo Authore sermone de Natiuitate B. Virginis. Incipit, Creatoris est deformitas operationis, quanto magis est contra naturalem inclinationem originis, & P. Cassianus lib. 4. de Desipulis. Et in S. Bernardo uerbo serm. de B. Maria super illa uerba Apoc. 12. Signum charissimum in deliciis, scilicet gratiæ, & gloriæ. magnum. Has delicias admiratur Salomon cum ait Cant. apparuit. 8. Que est ista, que ascendit de deserto, deliciis affluens, &c. De ista gloriosa ascensione, siue

Assumptione Virginis matris sic loquitur *Bernardus in serm. 4. de assumptione beatae Virginis.* Tempus loquendi est omni carni, cum allumitur incarnati Verbi mater in cælum: nec cessare debet: à laudibus humana mortalitas, cum homini sola natura supra immortales spiritus exaltatur in Virgine. Sed de eius gloria, nec silere deuotio patitur, nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire. Ille est, quod ipsi cælestis curiæ principes in consideratione tantæ nouitatis clamant, non sine admiratione, *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delictis affluens, &c.* Quasi dicerent: Quæ est hæc, & vnde ei ascendenti vique de deserto, affluentia tanta delictorum? Nec enim parces inueniuntur delictis, &c. *Quæ est ista quæ de tuba solet (vbi nihil est nisi labor, & dolor & afflictio virtus) ascendit delictis spiritualibus affluens?* Quidni delictis dixerim, virginis datus cum nuocere fecunditatis, humilitatis ingénie, distillantem charitatis fauim, misericordie viscera, plenitudinem gratiæ, prærogatiuam gloriæ singularis? Quid mirantur Angeli de terra deserta Mariam ascendere delictis affluentem? merentur potius pauperem Christum de cælestis regni plenitudine descendente. Longè enim ampliori miraculo dignum videtur, Dei Filium paulo minus ab Angelis minorari, quam Dei matrem super Angelos exaltari. Illius squidem exinanitio, facta est repletio nostra: i. ius miseriæ, mundi delictis sunt. *Quæ est ista?* Fateor imperitiā meam, pusillanimitatem propriam non abscondo: non est equidem quod me magis deleat, sed nec est, quod me terreat magis, quam de gloria Virginis Mariæ habere sermonem. *Quæ est ergo ista?* tanto eam deuotionis affectu amplectuntur, honorant, suscipiunt (vbi dignum est) vniuersi, ut licet de ea loqui gestiant omnes, tamen quidquid dicitur de indubitabili, eo ipso quod dici poterit, minus gratum sit, minus placeat, minus acceptetur. *Quæ est ergo ista?* Hæc est, quæ ut inquit *Sedulius,*

Nec primam similem visa est, nec habere sequentem.

Gaudia matris habens cum virginis honore.

Optimam, inquit, partem elegit sibi Maria. Luc. 10. Optimam planè, qui: beata fecunditas virginis, & fecunda virginitas. Mariæ priuilegium est, non dabitur alteri, quia non auferretur ab ea. *Luc. cap. cit.* Omnes virtutes singulares prorsus inuenies in Maria, quæ videbantur esse communes. *Quæ est ista?* Hæc est purissima super omnes Angelos. Quæ enim vel Angelica puritas virginitati illi audeat comparari, &c. *Quæ est ista?* Hæc est humillima, super omnes pretiosa. Est in ipsa humilitatis virtus, cum tanta innocentia, cum conscientia prorsus absque delicto, imò cum tanta gratiæ plenitudine &c.

Quæ est ista? Hæc est misericordissima. Sileat misericordiam tuam Virgo beata, si quis est, qui inuocata te in necessitatibus suis sibi meminuit defuisse. Nos quidem seruali tui cæteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hac potius nobis ipsis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur, sed misericordia miseris sapit

dulcius, misericordiam amplectimur charus, recordamur sapius, crebrius inuocamus. *Quæ est ista?* Hæc est totius mundi reparatrix: hæc est enim, quæ totius mundi reparationem obtrinit, salutem omnium impetrat. Constat enim eam pro vniuerso genere humano fuisse sollicitam, cui dictum est: *Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Deum. Luc. 1.* gratiam vti que, quam querebas. *Quæ est ista?* Hæc est illa subtilis, cuius longitudinem bonitatis, latitudinem misericordie, altitudinem charitatis, profunditatem humilitatis mensurare nemo potest. Quis ergo misericordie tuæ, ò benedicta, longitudo & latitudinem, sublimitatem & profunditatem queat inuestigare? Nam longitudo eius vti que in diem nouissimum, inuocantibus eam subuenit vniuersis. Latitudo eius replet orbem terrarum, vti tua quoque misericordia, plena sit omnis terra. Sic & sublimitas eius ciuitatis supernæ inuenit restaurationem, & profunditas eius sedentibus in tenebris & vmbra mortis obtinuit redemptionem. *Quæ est ista?* Hæc est inferni euacuatrix, cælestis Ierusalem restauratrix, vitæ perditæ donatrix. Per te enim cælum repletum est, infernus euacuatus est, instauratæ sunt ruinae cælestis Ierusalem, expectantibus miseris vita perditæ, data est. Sic potentissima & piissima charitas & affectu compatiendi & subueniendi abundat effectu, æquè loquax in vtroque. Ad hunc misericordie cumulum tota sollicitudine miseriæ nostra recurrat. Ecce iam quibus potuimus votis ascendente te ad filium deduximus, & profecti sumus, saltem à longè Virgo benedicta.

Quæ est ista? Hæc est, quæ ideò ascendit in cælum, vt toti mundo gratiam, quam inuenit, notificet, reis veniam impetret, medelam ægris. Sic deinceps pietatis tuæ, quam apud Deum gratiam inuenisti, notam fac mundo, scilicet reis veniam, medelam ægris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium & liberationem sanctis tuis precibus obtinendo. In hac quoque die solemnitatis & lætitiæ dulcissimæ Mariæ nomen cum laude inuocantibus semulis per te Regina clemens, gratiæ suæ munera largiatur IESVS CHRIVS, qui est super omnia Deus benedictus in secula.

Item ipsa est, quam super omnem creaturam Deus allocutus est *Can. 8. Soror nostra, scilicet Maria, parvula est, scilicet per humilitatem, sed maxima per dignitatem: vbera non habet, scilicet concupiscentiæ, & luxuriæ, sed gratiæ, & misericordie. Ergo quid faciemus Sorori nostræ, fidelissimæ, vercundissimæ, in die annuntiationis, quando alloquenda est?* per Angelum exterius, ac per annuntiationem à tota Trinitate interius, ad Filij Dei receptionem, ad hominum reconciliationem, ad inferni clausuram, ad cæli refectionem, ad æternam diaboli conculcationem.

Item ipsa est murus defensionis. *Can. 8. Ego murus firmissimus, & vbera mea, sicut murus saluans & exaltans, ex quo facta sum, curam eo, quasi pacem reprensens, quam nullus poterat reperire. Gen. 8. Ego sum columba Noë, Ecclesiæ tantum oliuæ, & pacis deserens vniuersalis.*

LIBER

LIBER SAPIENTIÆ.

Diligite iustitiam, qui indicatis terram.

1. **B**eatissima Domina dicitur mater instructionis peccatorum stultorum *Sap. 7. Ignorantiam, ego scilicet peccator: quomodo omnium, scilicet fidelium Christi, mater est sapientia, scilicet Maria.*
2. Item ipsa est speculum bonitatis Dei, & speculum imitationis *Sap. 7. Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula. Glossa: Etiam ventralis peccati, & imago bonitatis Dei.*
3. Item ipsa est vniuersa Dei & hominis, que utitur à sine misericordiarum Dei, usque ad finem miseriarum hominis peccatoris. *Sap. 8. Sapientia utitur à sine, usque ad finem fortiter, &c.*
4. Item ipsa est mater communicationis omnium bonorum. *Sap. 8. & mater consolationis, radium auferens per piam consolationem, & aliorum sapientie. Proposui ergo, hanc scilicet Mariam, adducere ad commendandum per deuotionem, ipsam ad me venire inuitans: sciens quoniam mecum communicabit largiter, fideliter, & humiliter, & vtiliter de bonis gratiæ & gloriæ. & erit radij mei allocutio. Glossa: id est, allocutio.*

LIBER ECCLESIASTICVS.

Omnis sapientia à Domino Deo est.

1. **T**heotocos, Virgo Maria, dicitur fidelissima susceptrix seruorum suorum. *Eccles. 4. Sapientia, id est, Maria, sibi suis vitam inspirat, gratiæ, & gloriæ, id est, Deus per ipsam suscipit gloriosè inquitur se, humiliter, & deuotè, & præbit in via iustitiæ, scilicet per gratiam in præsentia, & postea in morte, præbit ad vitam gloriæ: & quo introibit? Gloss. ibi benedice Deum, illum scilicet ditans, & conseruans. Gen. 30. Dixit Iacob ad Laban, Benedixitque tibi Dominus, ad introitum meum, mukò fortius ad introitum Mariæ.*
2. Item ipsa est mater honorificata. *Eccles. 15. quæ cibatur esurientem filium; potat sitientem, exaltat viuificantem, implet vacuum, thesaurizat gratiam & gloriam super egerem. Et nomine æterno glorificat se diligentem. Hæc lex matris gloriosæ beneficia tanguntur. Ecc. 15. Obuiabit illi quasi mater honorificata, & cibabit illum, & potabit illum, & nomine æterno hereditabit illum.*
3. Item ipsa est lumen iustitiæ. *Eccles. 24. Ego feci in cælis, vt oriretur lumen indefectum, id est, Maria, & sicut nebula, torci inuicem terram.*
4. Item ipsa est thalamus requiei, in quo nunquam Filius Dei per aliquod peccatum inquietatus fuit. *Eccles. 24. In omnibus requiem quaesivi, & non inueni nisi in Mariâ, propterea in hereditate Domini morabor, hoc est, in Mariâ, quæ antonomastice portio & hereditas Domini nuncupatur: vnde propter hanc requiem ab Ecclesiâ ei dicitur, quod Domino cæli præbuit hospitium sui sancti corporis. Quare & ipse ei versâ vice in eius assumptione præbuit hospitium, dicendo: Hospes fui, & recepisti me: esuristi, & cibasti me. Mat. 25. Ideò do tibi potestatem in cælo, in terra, in mari, & in omnibus*

† In Præf. seu sequentiâ, quæ incipit, habet leuam in hoc die. Modicam lux diei, Dies iustitiam quæ

abyssi. Psal. 34.

Item ipsa est tabernaculum dormitionis, & quietis Filij Dei. *Eccles. 24. Creator omnium, & qui creauit me, requiescit in tabernaculo meo. Quasi quis quæret: Quæ causa aduentus tui in hunc mundum fecidisti num? Respondeo: creauit me, vt per me sapientissimam, Deus Pater placetur: irabat enim per Ierem. 13. dicens: Non parcam, neque miserebor. Sed quid sapiens Maria dicebat: ex quo inuitabile est, vt percutias, suæ manu tua super virum dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi. Psal. 79. Qui ex diuinitate icetum tantum sustinere possit, & tamen secundum humanitatem de illo dolebat supra modum, Pater verò illud *Isa. 53. Si posueris pro peccato animam suam, &c.* Filius vero illud *Iona 1. Si propter me tempestas hæc orta est, &c.* placabo Patrem clamore, cruce, morte. Et tunc Pater placatus ait: *Nolo mortem peccatoris Ezechiel. 8. quia iam mortem Filij mei video: sed volo, vt conuertatur, & viuat.* Item creata sum, vt per me ignobilis peccator nobilitaretur: nihil enim ignobile nisi peccator & peccatum. *Psal. 62. Facti sumus vt stercus terre, scilicet per peccatum, qui prius fuimus filij Dei per gratiam. N. t. ergo Mariâ nobilitati sumus per eam naturâ, quia à Christo dicimur Christiani.**

Item nata sum, vt debilitas humani generis, per me fidelissimam iuuaretur. *Eccles. 4. Vidi lachrymas innocentium, & neminem consolantem. Vnde ipsa consolando nos, dicit illud. Osee 13. Perditio tua Israël: tantummodo in me auxilium tuum. Item creata sum, vt per me lucidissimam, mundi tenebræ fungarentur. *Genes. 1. Fiat lux, id est, Maria, quæ illuminat omnes, sed dissimiliter. Coniugatos illuminat vt stella, Viduatos vt luna, Virgines & Religiosos vt sol. Item creata sum, vt fortitudo diaboli per me vinceretur. *Genes. 3. Ipsa conteret caput tuum. Item creata sum, vt paupertas filiorum Adam, per me ditaretur. Vnde Hieronymus in sermone de***

Assumptione B. Virginis, qui incipit, Cogitis me, & dicebat Virginem esse gratiâ plenam, quæ dedit cælis gloriam, terris Dominum, pacem, quæ refudit, fidem gentibus, sinem vitis, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Sequitur.

*Requiescit in tabernaculo meo. Eccles. 24. quia cum totâ diuinitate & humanitate. Requiescit vtiliter, quia in vtero meo existens, operabatur, vt inquit Dauid *Psal. 73. Saluum in medio terra. Requiescit dulciter, nullum dolorem inferens, & cum integritate virginis claustrum cubicula intrans, & exiens. Requiescit largiter, nihil omnia bona sua secum deferens. *Sap. 7. Veniant mihi omnia bona pariter cum illa, &c.* Requiescit paciter, purissimam in purissima. Vnde ipsa dicit *Eccles. 24. In ciuitate sanctificata, id est, Mariâ, similiter requiescit. Potuit enim dicere. Filius ei illud quod dixit Iacob ad Laban. *Gen. 30. Modicam habuisti, scilicet & mater, æquæquam venire ad te, scilicet per gratiam in mente, & diuinitatem in ventre. Sed non deus, & inclita esset ei, quia Domina es in terra. Tibi enim traditæ sunt clauis mortis, & inferni, atque cæli. *Apocalyp. 1. Benedixitque tibi Deus ad introitum meum. *Genes. 30. iste enim est introitus Noë in Arcam, quando *Genes. 7. ingressi sunt omnes fures Abyssus gratiarum.*******

Plasmasteria omnium. Sic quiescit in Mariâ, in ipsa in hac vita, Virgo sit hanc. Bitium.

†

† Habetur tom. 2. inter epistolam ad Paulum & Epistolam ad Romanos.

6. Item exaltata est in gloria & gratia super omnem creaturam. *Ecccl. 24. Quasi cedrus*, scilicet ad fugandum, *exaltata sum in Libano*, cuius odor diabolum serpente[m] antiquum fugat. Vel ad sustentandum onera totius generis humani, ibi, *Quasi cypressus in monte Sion*, quæ nunquam cedit oneribus: sic ipsa nunquam aliquibus tribulationibus. Vel ad defendendum, ut ibi, *Quasi palma exaltata sum in Cades*, quæ expanctis ramis in modum manus hominis, habet folia. Vel ad pacificandum, ut ibi, *Quasi oliua speciosa*, quæ est arbor pacis. Vel ad adumbrandum contra calorem tentationum, ut ibi, *Quasi platanus exaltata sum*, quæ alta est, & habet lata folia, & per ramos diffusa. Sic & Regina cæli.
7. Item ipsa est vitis iocunditatis, & lætitiæ. *Ecclesiast. 24. Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris*. Comparatur autem Maria viti, tribus de causis. Primò quia flos vitis fugat serpentes. Sic Maria dæmones. Secundò quia lachryma vitis sedat impetiginem & scabiem. Sic Maria quodlibet crimine[m]. Tertio quia generat vinum, quod tollit tristitiam. Sic Maria dat perpetuam læticiam.
8. Item beata Virgo appellat se quadruplicem matrem. Matrem pulchre dilectionis, contra luxuriam: matrem timoris, contra superbam audaciam: matrem agnitionis, contra ingratitudinem & ignorantiam: matrem spei, contra confusam diffidentiam. *Ecclesiast. 24. Ego mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ardua spei*.
9. Ipsa est etiam depositorium totius Trinitatis, in quo peccator quærere debet quidquid in gratia necesse habet. *Ecclesiast. 24. In me omnis gratia vitæ, contra mortem, & veritatis contra mendaciam: in me omnis spes contra desperationem, in me omnis spes vitæ, & virtutis contra omne vitium*.
10. Item ipsa sedens in dextera Dei Filij, nostra videns pericula, clamat *Ecclesiast. 24. Transite ad me omnes qui, &c.* Nota, à quo, ad quem, & quos ad transeundum inuitat. A quo, quia à mundo decipiente, à peccato inficiente, à diabolo deuorante. Vel aliter, quasi diceret, Transite de mundo, quia *mundus transit, & concupiscentia eius*. 1. Ioan. 2. idè vos ad me transite. Vel transite quandiu potestis, de culpa ad gratiam, quia postea non valebitis. Sed ad quem? Ad me, quæ sum peccatorum illuminatrix. *Iob 29. Oculi sui cæco*. Item ad me, quæ sum peccatorum reconciliatrix, ut patet 2. Reg. 25. de Nabal & Abigail. Vel ad me, quæ sum omnium peregrinorum Christi, generalis receptrix. *Iob 31. Ostrum meum viatori patuit*. Sed quos inuitat ad transeundum ad te, omnes, qui *concupiscentia me, me honorantes, & diligentes etiam per teneram deuotionem*. Sed quare transire debemus? ut à generationibus nostris adimpleamini, quia vacui: vsaluemini, quia perditii: ut dulces efficiamini, quia amari. Vnde, *Spiritus enim meus super mel dulcis*, omnium amaritudinem peccati repellens. Et ad hoc transite, ut saturamini, ut ibi, *Qui edunt me, adhuc esuriens, &c.* Glossa: per desiderium, & deuotionem. Vel propter hoc, ut instruamini, ut ibi, *Qui audit me, non confundetur: qui operatur in me, mihi seruiendo, non peccabunt*. Et

qui elucidant me, alijs prædicando, fideliter, veraciter, & deuote, *vitam æternam habebunt, per me, & per meum Filium*.

Item ipsa est, quæ pro nobis creata est, & missa in mundum *Ecccl. 24. ab initio, & ante secula creata sum, &c.* Require de hoc in *Pron. 8. Dominus possedit me*.

Item ipsa est, cuius habitatio est in plenitudine gratiarum Angelorum, & Sanctorum, & in plenitudine ipsius Trinitatis. *Ecclesiast. 24. Ego quasi fluius Dorix*, qui interpretatur medicamentum generationis, scilicet infirmorum filiorum Adam: *& sicut aqueductus exiit de paradiso. Dixi, Rigabo hortum plantationum mearum, & inebriabo prati mei fructum*, id est, Filij, & illuminabo omnes sperantes in Domino, non in mundo, vel in alia re.

Item ipsa est, quæ communiter orationibus laudatur, & communiter ab omnibus est laudanda. *Ecclesiast. 24. Videte*, scilicet Angeli, iusti, peccatores, *quoniam non soli mihi laboraui*, scilicet filium meum lactando, nutriendo, & apud crucem stando, *sed omnibus exquirentibus veritatem*.

Item ipsa est sol, qui suæ præsentia ornat cælum. *Ecclesiast. 26. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris species in ornamentum domus. Et Ecclesiast. 42. Sol illuminans per omnia respexit: & gloria Domini plenum est opus eius. Iterum cap. 43. Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile, opus Excelsi. In meridiano exiit terram: & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris. Tripliciter sol excrens montes, radios igneos excussans, & resurgens, & radiis suis obcacat oculos. Magnus Dominus qui fecit illum*.

Item ipsa est luna, quæ nobis indicat festam æternæ iocunditatis. *Ecccl. 43. Luna signum diei festi*. Nota de signis lunæ.

Item Maria Virgo signata est per Abraham, in cuius laudem, & filij sui Isaac dicitur *Ecccl. 44. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus: quod anonomastice de ipsa Virgine verificatum est, cui Dominus omnem benedictionem dedit. Et ut ab initio aliquantulum repetamus, ipsa habuit benedictionem septimi diei, in quo Deus requieuit ab omni opere, quod patrarat. Gen. 2. in ipsa enim verè fuit consummatio operum diei, quoniam omnia creata in vno opere, scilicet homine, vniuntur cum creatore: & primum fit vltimum, & vltimum primum. Non est enim perfectio motus, nisi quando est in circulo. Habuit etiam benedictionem Adami & Euz. Genes. 1. Dominatus piscibus maris, & volucribus cæli, & vniuersis animantibus qua mouentur super terram. Dominatur enim per potentiam piscibus maris, id est, dæmonibus, in amaritudine inferni constitutis. Dominatur etiam volucribus cæli, id est, Angelis volantibus per contemplationem Dei. Dominatur etiam per misericordiam animantibus, quæ mouentur super terram, id est, hominibus in hoc mundo constitutis. Item habuit benedictionem Iacob, quæ in tribus consistit. Primò in abundantia necessariorum, ibi, *Genes. 27. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terre abundantiam frumenti, & vini*. Secundò in dignitate honorum, ibi, *Esto domi-**

11.

12.

13.

14.

15.

16.

ma fratrum tuorum, & incurventur ante te filij matris tuae, seruiant tibi populi. In amotione incommodorum, ibi, *Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repletur.* Laudemus ergo omnes Mariam, & dicamus: *Benedicta tu in mulieribus.* *Luc. 1.* Habuit etiam benedictionem Balaam, in qua notantur septem. Primum est eius gloriosa generatio, ibi, *Orietur stella ex Jacob.* *Num. 24.* Secundum, Filij Dei incarnatio, & consuetudo virga de Israel. Tertium, vitiatorum destructio, & percussio ducis Moab. Quartum, hominum liberatio, ibi, *& eris Idumae possessio eius.* Quintum, beatorum confirmatio, ibi, *Israel fortiter aget.* Sextum, ceterorum dominatio, ibi, *de Jacob eris, qui dominaberis.* Septimum, damnatio malorum, ibi, *& perdet reliquias civitatis.* Habuit etiam benedictionem Moyse. *Deut. 28.* *Benedictus tu in civitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui. Benedictus tu eris ingrediens & egrediens.* Quae de hac vita, sine dolore mortis migrasti, & caelum corpore & anima introisti. Habuit etiam benedictionem Aaron. *Ecclesiastici 45.* de cuius laude dicitur, *Coronavit illum in vasis virtutis, & circum dedit tinnibulis aureis, & auditum facere senium, in memoriam filiis gentis suae.* Habuit benedictionem Samuelis, de cuius laude dicitur *Ecclesiastici 46.* *Remouit imperium, & unxit principem, & vidit Deum lucis, &c. pecunias, & usque ad calcamenta ab omni carne non accepit, & non accusavit illum homo.* Habuit etiam benedictionem Davidis, de cuius laude dicitur *Ecclesiastici 47.* *In iuuentute sua occidit Gigantem, & abstulit opprobrium de gente, contriuit inimicos undique, & extirpauit Philistinum contrarios usque in bodierum diem.* Habuit etiam benedictionem Salomonis, de cuius laude dicitur *Ecclesiastici 47.* *Impletus est quasi flumen sapientia, longe divulgatum est nomen tuum.* Habuit etiam benedictionem Ioseph, de cuius laude dicitur *Ecclesiastici 49.* quod fuit princeps fratrum & firmamentum gentis, collector frumenti, & stabilimentum populi. Habuit etiam benedictionem Oniz, de cuius laude dicitur *Ecclesiastici 50.* quod in diebus suis emanauerunt putei aquarum, & quod suffulsi domum, & quod fuit stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena, & quasi sol resurgens, & quasi arcus resurgens inter nebulas gloriae, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilium, quae sum in transitu aqua redolens, & quasi thorus redolens: & quasi ignis effulgens, & thorus ardens in igne, & quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso: & quasi aqua pullulans, & expressus in altitudinem se extollens: & quod portavit manum suam in liberatione, & libavit de sanguine vae, &c. excelsa principi.

ISAIAS PROPHETA.

Visio Isaias Propheta filij Amos, quae vidit super Iudam & Ierusalem.

1. Regina & Domina omnium Prophetarum, vocatur domus & ciuitas fidelitatis nostrae. *Isa. 1.* *Faciemus, o Maria scilicet, a Patriarchis, & Prophetis, ciuitas iusti, id est, Christi.*

2. *Viris fidelis, fideliter recipiens, & conseruans ad se fugientes.* Hanc ciuitatem laudat *Psal.* dicens *Psal. 86.* *gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.* Fuit enim haec ciuitas fundata super humilitatem, murata per castitatem, turrita per charitatem, ditata per paupertatem, custodita per discretionem, libera peccatorum immunitate, pacificata tentationum victoria, ornata diuino officio, per elegantiam morum, aedificata in refugium peccatorum, populosa virtute, omnium donorum gratuitorum irrigua, miserationum abundans, in altissimo sita, per excellentiam privilegiorum.

3. Item ipsa est tabernaculum, quod Deus Patet peccatoribus extendit quatuor de caulis. *Isa. 4.* *Tabernaculum, id est, Virgo Maria, erit in umbraculum.* *Glossa:* sub protectione: *dici ab eis.* *Glossa:* persecutionis, Deus adiutor noster. *Psal. 32.* *& absconsumus a turbinibus, & a pluuia.* *Glossa:* id est, a persecutione maiori, & minori: vnde *Psal. 60.* *Protegar in velamento alarum tuarum.*

4. Item ipsa est solium incarnationis Filij Dei. *Isa. 6.* *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, id est, Virginem Mariam excelsum quantum ad animam, & eleuatam quantum ad corpus, & plena erat omni terra, id est, domus, gloria eius.* *Glossa:* id est, omni gratia, a maiestate eius. *Glossa:* regnantis.

5. Item ipsa est, quae concepit, & peperit liberationem omnium populorum. *Isa. 7.* *Eccce Dominus ipse dabit vobis signum, salutis, & liberationis, hoc scilicet: Ecce Virgo concipiet & pariet filium.* *Glossa:* peccatores reuocantem. *Et vocabitur nomen eius Emanuel.* *Glossa:* id est, nobiscum Deus. Nobiscum humanitate, diuinitate & fidelitate. Vnde *Bernardus serm. 2. de aduentu Domini:* Noli fugere o Adam, quia nobiscum est Deus, &c.

6. Item ipsa est virga floris. *Isa. 11.* *Egredietur virga, id est, Maria, de radice Iesse, & stat.* *Glossa:* id est, Christus, qui tumidis est virga, sed bonus est flos virtutum, & corona Angelorum, & ferrum electorum, de radice Iesse ascendit, in salutem electorum, in consolationem afflictorum, & in liberationem captiuorum.

7. Item ipsa est receptaculum & latibulum fugientium ab ira Dei. *Isa. 16.* *Maab esse latibulum coram a facie vastatoris, id est, Christi, qui impius vastabit.*

8. Item ipsa est solium misericordiae, in quo Filius Dei misericorditer iudicat peccatorem. *Isa. 16.* *Preparabitur in misericordia solium eius.* *Glossa:* id est, Filius: quia omnes peccatores egent gratia Dei: & solibus iudicans: aliter enim iudicabit sedens in solio iustitiae, quod est in futuro. In solio misericordiae sedens, & iudicans, quando Deus vult parcere peccatori, considerat & attendit quinque. Primo infirmitatem peccantis. Secundo malitiam diaboli insulicantis, dicentis illud, *Deus dereliquit illum, persequimini, &c. Psal. 20.* Tertio dolorem ipsius poenitentis, quando clamat, *Miserere mei, quoniam contrita est anima mea.* *Psal. 6.* Quarto intercessionem Ecclesiae triumphantis, & precipue beatae Virginis, cuius oratio non potest contemni. Quinto super omnis bonitatem suam, de qua implet dicit *Matth. 20.* *An non licet mibi*

- mibi facere, que volo, &c. Solum igitur glorie preparatum fuit in gloriose Virginis natiuitate. Super illud sedit in incarnatione. In folio verò iustitiæ sedens iudicabit, quod iustum est. Vnde sequitur. *Querens iudicium*, in secundo aduentu, & *velociter reddens*. *Glossa*: unicuique secundum opera sua. *Psalm. 61. quod iustum est*. *Glossa*: dicens maledictis, *Ite in ignem æternum*, &c. & bonis, *Venite benedicti*, &c. *Matth. 26.* Sed quomodo *velociter reddis*, cum expectet peccatores non vlticendo, vsque ad decrepitam ætatem? Super hoc verbum, quod dicit *Demer. 7. Reddit obedientibus se statim*. *Glossa*: Omne tempus æternitati comparatum, est quasi punctus: & idèd non reputat Deus, etiam quando multum expectat.
8. Item ipsa est sine omni peccato nubes purissima. *Isa. 19. Ecce ascendet Dominus super nubem leuem*. *Glossa*: corpus beatæ Virginis Mariæ. *Et ingredietur Ægyptum*. *Glossa*: id est, mundum. *commouebuntur simulachra Ægypti à facie eius*, quia omnia peccata destruet.
9. Item ipsa est vrbs fortitudinis, contra omne malum. *Isa. 26. Vrbs fortitudinis nostra Sion*, id est, Maria. *Glossa*: Vox est iustorum & nunc & in futuro. *Saluator ponetur in ea murus*, id est, Christus, & *antemurale*, secundum humanitatem: *aperite portas*. *Glossa*: Dominus ad Angelos, & *ingrediebatur gens iusta, custodiens veritatem*, non mendaces, non iniusti.
10. Item ipsa est domus, & ciuitas opulenta. *Isa. 33. Reprice Sion*, id est, Mariam, *ciuitatem solemnitatis nostre: oculi tui videbunt*, ciuitatem *Ierusalem habitationem opulentam*, scilicet gratiã. *Glossa*: & ipsa domus, quia solummodo ibi magnificus est Dominus Deus noster, quia in Maria, magna fecit, & per eam magna facit, & propter eam, & in ea magnificatus apparuit.
11. Item ipsa est causa, propter quam peccatores laudant Deum. *Isa. 43. Glorificabit me bestia agri*, *Glossa*: id est, homo bestialis, *dracones*, id est, magni, & *venenosi, & struthiones*. *Glossa*: id est, hypocritæ: *quia dedit*, maxime in deserto, id est, in Mariã, *aquas*, omnium gratiarum, & *flumina*, donorum sancti Spiritus, *ut darent potum*. *Glossa*: aquæ viuæ, *populo meo, electo meo*, clamanti ad me, cui dedi potum largiter. Ipsa est enim petra, de qua dicitur: *Loquimini ad petram. Numer. 20.* id est, ad Mariam, & *illa dabit aquas gratiarum & gaudiorum*.
12. Item ipsa est terra germinans Saluatorem. *Isa. 40. Rorare calis desuper*, &c. *Glossa*: Veniat Gabriel, mittat nobis rorem, & nuntiet nobis salutem: & *nubes*. *Glossa*: id est, Prophetæ *pluunt*. *Glossa*: annuntiando Christi natiuitatem, passionem, & resurrectionem, *iustum*, id est, Christum Iesum.
13. Item ipsa est virtus misericordie, in qua peccatores portantur ad conuersionem. *Isa. 46. Audite me, qui portamini à meo utero*. *Glossa*: id est, in misericordia: *qui gestamini à meo vuluâ*, id est, clementiã: *ego portabo*, & *salmabo*. *Glossa*: si conuersi fueritis.
14. Ipsa est terra faciens salutem. *Isa. 53. Ascendet*. *Glossa*: Filius Dei, *sicut virgultum*. *Glossa*: de utero Virginis carum eo, & *sicut radix de terra siccanti*. *Glossa*: sicca & munda à concubitu.
15. Item ipsa non derelinquit nos. *Isa. 54. Mon-*

tes commouebuntur, & colles contremiscent, misericordia autem mea, id est, Mater mea, non recedet à te, non dimittet, neque derelinquet te, dummodò volueris conuerti.

Item ipsa est fons, à quo profuit omne bonum. *Isa. 58. Eris ò Maria, quasi hortus irriguus*. *Glossa*: virtutum floribus, & operum fructibus conspicuus, & *sicut fons aquarum*. *Glossa*: assimilaberis Christo capiti tuo, *cuims non deficient aquæ*, spirituales, quæ irrigant Ecclesiam.

Item ipsa est, quæ Deo fiducialius occurrit, ne feriat peccatores. *Isa. 59. Vidit*. *Glossa*: Deus, *quia non est vir*. *Glossa*: in Iudæis sanctus, & *apertus est*. *Glossa*: id est, contristatus, *quia non est, qui occurrat*. *Glossa*: Deo, ut non percutiat. Sed ipsa pro omnibus occurrit, sicut Abigail, quando placuit David.

Item ipsa est ciuitas in Filij sui incarnatione illuminata. *Isa. 60. Surge illuminare Ierusalem*, id est, Maria, *quia venit lumen tuum*, id est, Filius Dei, ad illuminandum, sicut sol illuminat mundum, *quia ecce tenebræ*. *Glossa*: infidelitas, & peccatum, *operient terram*, id est, terram amantem, & *caligo populos*. *Super te autem orietur Dominus*, dignissime. *Glossa*: verus sol: & *gloria eius in te videbitur*, sicut lumen in lucerna, sicut sol in nube, & sicut ignis in rubo. *Et ambulabunt gentes*, id est, miseri peccatores, *in lumine tuo*, id est, in Christo, qui est lux: & *Reges*, id est, iusti, vel etiam Angeli, *in splendore ortus tui*: omnes enim indigent tuã gratiã, tua illuminatione, tua propitiatione.

Item ipsa est, ad quam omnes confluunt per deuotionem. *Isa. 60. Lena*, ò Maria, *in circuitu tuo, oculos tuos*, scilicet misericordie & bonitatis, & *vide hilariter: omnes isti congregati sunt*. *Glossa*: ex omni natione, quæ sub cælo est, peccatores pro venia, iusti pro gratiã, tristes pro gaudio: *venerunt tibi*, id est, ad honorem tuum & misericordiam clamantes, *Subueni Domina clamantibus ad te iugiter*, quia quamuis sumus peccatores, tamen misericordie tuæ sumus filij & filie. Vnde sequitur, *filij tui*, ò Maria, *de longè veniem*. *Glossa*: de longinquã regione peccati, & *filia tua de latere surgent*. *Glossa*: *Vas, qui longè eratis, facti estis propè*. *Ephes. 2. Tunc videbis*, cum leuaueris oculos tuos, & *affluet & mirabitur, & dilatabitur cor tuum*. *Glossa*: præ gaudio, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris. *Glossa*: omnes nationes mundi, & *fortitudo gentium venerit tibi*.

Item ipsa est Domus maiestatis totius Trinitatis, & altare placationis. *Isa. 60. Offerentur*, scilicet omnes fideles, qui per manum Christi sacerdotis volunt recipi, & Patri presentari, *super placabili altari meo*, id est, Mariã, matrem meã, & *domum maiestatis mee*, quam tota Trinitas potenter possedit, & impleuit, *glorificabo in cælis*, coram Angelis, & Sanctis Dei. Vnde sequitur. *Gens enim, & regnum: quod non seruierit tibi*, O Mater mea, *peribit*. *Glossa*: in die iudicij. Quasi dicat. Ergo, qui seruierint ei, non peribunt.

Item ipsa est, in qua nobis benedictio cælestis est reseruata. *Isa. 65. Hec dicit Dominus, quomodo si inueniamur*, post tempestatem, *granum*. *Glossa*: illæsum. Hoc granum est Virgo Maria, illæsa ab omni peccato, *in botro*, humani generis

16.

17.

18.

19.

20.

21.

ris. Hoc inuentum est in natiuitate beate Marie Virginis: & dicitur. Glossa: volenti tangere: ne dissipet illud. Glossa: Sine crescere, quoniam benedictio est. Glossa: id est, placuit Deo vt pro benedictione, de tanta tempestate referuaretur illud. Sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum. Glossa: genus humanum.

22. Ipsa est domus imperatoris maiestatis. Isa. 66. Quae est ista domus, quam edificabitis mihi? tam immensam, et in ea includat. Ierem. 23. Calum et terram ego impleo. Quae est ergo illa tam magna, tam lata, tam longa domus quam edificabitis mihi? haec domus edificatur per consilium Patriarcharum, & Prophetarum, & per consilium David in sanctitudine. Psal. 92. Domum tuam Domine decet sanctitudo. Et talis sanctitudo, quae sit libera ab omni iniquitate.

Item per consilium Ierem. 18. dicentis, et Dominus totius reformationis, & renouationis. In hac formetur Filius Dei ad imaginem & similitudinem nostram, mortalis de immortali, vltimus de primo, pauper de diuite. In hac reformetur luxuriosus ad castitatem, superbus ad humilitatem, inuidus ad charitatem, caecus ad lumen, claudus ad gressum. Vnde ipsa dicit. Iob 29. Oculus fui caeco, & pes claudus. O quam auide mutilati ad ralem cuterent domum, vbi eis membra restituerentur.

Item per consilium Isa. 6. dicentis, Domus totius plenitudinis. In hac repletur peccator venia, iustus gratia, Trinitas gloria: Filij persona, humana substantia, vt non sit, qui manu vacua recedat a domo ista. Item per consilium Osee dicentis: Domus receptionis, & protectionis fugientium peccatorum, vt fugias ad eam recipiatur, & protegatur a diabolo, a peccato, & maxime ab irato Deo. Haec sunt consilia, secundum quae edificata est Virgo Maria, in domum sanctitatis, propter nostram mundationem: in domum plenitudinis, propter nostram saluationem: in domum reformationis, propter totius creaturae renouationem.

Item eius partum & parturienti modum omnis natura stupet, & admiratur. Isa. 66. Antequam parturires, peperisti. Glossa: genuit sine tempore fortem Filium, per quem omnia facta sunt & subsistunt. Quis unquam talia audiuisset, vt antequam parturires, pareres, vt naturaliter parturiti partum precedat. Peperit Pater sine tempore, peperisti tu Virgo eundem in tempore. Luc. 2. Peperisti Filium suum primogenitum, & partum eum inuoluit. O virgo, tu peperisti mirabiliter, sicut Isaias hic dicit. Item peperisti incorruptibiliter, sicut sydus radium, virga florem, & vitis odorem. Item peperisti vtiliter, quia Angelorum & hominum restauratorem, & ideo laudaris & benediceris ab Angelis & hominibus & a corporalibus. Laudant te Angeli propter tria, quia ille quem tu genuisti, restaurauit, reddendo de perditum, multiplicando numerum, augumentando superadditum, quartam scilicet hierarchiam. Laudant te homines, propter tria, quia genuisti eis redemptorem, iustificatorem, glorificatorem. Laudant te corporalia, quia ille, quem tu genuisti, immuta-

uit corporalia, innouando, nobilitando, & refugij. Psal. omnis in Christi corpore diuinitati vniedo. Laudat te Pater, propter castitatem. Laudat te Filius, propter humilitatem. Laudat te Spiritus sanctus, propter bonitatem. Laudat te omnis creatura, O Virgo Maria: genuisti enim caelis illuminatorem, immundis mundatorem, curuis erectorem, tristibus consolatorem, vincis consolatorem, pauperibus ditatorem, desperatis confortatorem, errantibus reductorem, certantibus coronatorem.

IEREMIAS PROPHETA.

Verba Ieremiae, filij Helciae.

1. Prophetarum Domina, Virgo Maria, est virga, percutiens daemones, corrigens peccatores, & vigilans super electos. Ierem. 1. Quid tu vides Ieremia? & dixit, Virgam vigilantem, id est Mariam, vigilantem fideliter, super electos, vt mater super filium, vigilantem misericorditer, sicut magister super discipulum. Sic ipsa super peccatores, vt eos corrigit, vigilat terribiliter super daemones. Et dixit Dominus ad me, bene vidiisti, quia vigilabo ego, sicut pater, ipsa vero vigilabit sicut mater, super verbo meo, vt faciam illud.

2. Item ipsa est solium misericordiae, ad quod peccatores misericorditer congregantur. Ierem. 3. Vocabunt Ierusalem, id est, Mariam, in tempore illo, id est, gratiae, solium Domini, in quo Deus sedet per misericordiam, se incarnando, & congregabunt ad eam omnes gentes, id est, peccatores, qui ibi absoluantur, & non secundum merita puniuntur.

3. Item ipsa est ciuitas & domus saluationis. Ierem. 8. Conuenite, celeriter, & ingrediamur ciuitatem munitam, id est, ad Mariam, munitam in natura, in gratia, in gloria: & sileamus ibi. Glossa: quia non audemus deprecari Dominum, quem offendimus, sed ipsa deprecatur, & roget: quia Dominus silere nos fecit. Glossa: quia cum offendimus: & possumus deducit nobis aquam felleis. Glossa: id est, dulcem Deum, amarum nobis fecimus.

4. Ipsa est etiam oliua totius misericordiae & bonitatis. Ier. 11. Oliuam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit Dominus nomen tuum. Ista nomina diuersis gratiis beatissimae Virgine adapta.

5. Item ipsa est solium propitiationis. Ierem. 14. Ne des nos in opprobrium, neque facias nobis cornucopiaem, scilicet quam meruimus: solum gloriae tuae recordare, id est, Mariae, ne irruam facias fadus tuum. Glossa: promissae salutis, nobis fecerim.

6. Item ipsa est aduocata nostra, contra iudicem sapientem, contra calidissimum hostem, & hoc in causa desperata. Ierem. 15. dixit Dominus ad me: Si fuerint Moyses & Samuel coram me. Glossa: orantes pro populo: non est anima mea ad populum istum. Sed quid o bone Iesv, si fuerit coram te mater misericordiae, nunquid iratus dices ad eam de peccatoribus, vt ad Ieremiam, Eius oculus a facie tua, & egrediantur ad gladium, famem, captiuitatem, & mortem? Non sic dices ad matrem. Clama ergo, voce Mariae placatus,

† Descendi ad domum figuli, &c. ad Mariam quae est domus, &c.
* Mandatum inpropterea hic arbitramur in citatione Propheciae Isaias, & Osee ad propitiationem enim nihil habet. Nobis autem pro Isaias, & Osee ad propitiationem enim nihil habet. Possederunt domos plenas euntes bonis. Et c. 10. Offensa decima pars sua in domino Dei, neque parturires, peperisti. Glossa: ad gratiam placidam in domo sicut fabri, id est, Mariae, quae est gratia placida, & deum in vterio suo in se habet. quia in hoc repletur. Pro Osee autem, legimus in fine c. 12. vbi dicitur profugum de gentibus de gentibus, qui sunt refugium, vel domus.

23.
1.
2.
3.
4.
5.
6.

reduc miseris ad pacem contra gladium, ad securitatem contra famem, ad libertatem contra captiuitatem, ad vitam contra mortem: desperatorum causam sola assumet, quam nullus aliorum Sanctorum assumere apte permittitur, dicente Domino ad peccatorem desperatum Ierem. 15. Quis miseretur tuo Ierusalem? id est, anima desperata, quæ fuisti prius visio pacis, nunc autem visio infernalis. Quis contristabitur pro te? cum mortis sententia feretur contra te, cum dicitur tibi, Ite maledicti, &c. Math. 25. Ibi omnibus derelinquentibus nos, non derelinquet illa. Illa enim miseretur, & illa compatietur: illa ibit ad rogandum pro pace nostra, quam beneuolentius impetrabit.

7. Item ipsa est domus figuli, vel domus renouationis humani generis. Ierem. 18. Dixit Dominus ad Ieremiam, Surge, & descende in domum figuli. Domus figuli Dei, est Virgo Maria, in qua fecit Deus opus suum super rotam, opus incarnationis, seipsum ponens in rota humanæ solubilitatis, ut fons sinteret, panis esuriret, requies fatigaretur, lux obtenebraretur, vita in ligno moreretur. Et hoc est quod sequitur: Dissipatum est vas, scilicet in passione, sed reformatum in resurrectione. Hæc est domus, in qua reformatus fuit miser Theophilus, sicut in laudem eius canitur in die annuntiationis eius in prosa, quæ incipit, Ave Maria, Theophilum reformans gratia.

8. Item ipsa est sapientissima aduocata, veniam, & gratiam obtinens, & illud allegans Ierem. 18. Recordare, ô Fili, quod steterim tempore mortis tuæ in conspectu tuo apud crucem, miserabiliter, & nunc tecum in celo, potentialiter, in vestitu deamato. Psal. 44. Et loquerer pro eis, qui digni sunt morte æternâ, bonum, & auertent indignationem tuam ab eis.

9. Item ipsa exemplo filij, se pro nobis offert. Ierem. 26. Ecce ego, scilicet mater Dei, in manibus vestris sum, me totam in vestro ponendo seruitio, facite mihi quod bonum est, non mihi tantum, sed & vobis, nunc, & in futuro. Et non solum de me, imò de filio meo, cuius corpus & sanguinem in altari summiis quotidie, facite quod vultis, facite tamen quod iustum sit, coram vobis, & non tantum coram vobis, sed etiam coram Patre vestro cælesti.

10. Item ipsa est ciuitas altitudinis. Ierem. 30. Adificabitur, à Domino, ciuitas, id est, Maria, in excelsis, ut sit omnibus firmamentum. Math. 8. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Et templum fundabitur. Templum gratiæ, misericordiæ, & gloriæ, & templum totius Trinitatis, totum est Maria: fundata est per humilitatem, erecta per spem, decorata per charitatem.

11. Item ipsa est opus totius nouitatis. Ierem. 31. Creauit Dominus nouum super terram, imò in celo, & sub terra. Femina, id est, Maria immaculata, circumdabit mirabiliter virum, sine virili femine in gremio vteri sui.

12. Item ipsa est illud vas, de quo dicit Spiritus sanctus Ecclesiastici 43. vas admirabile, opus excelsum, mirabile, quia maius se ipso continet, scilicet Deum, quem totus orbis non basulat, gestant puella viscera, ut sancta canit Ecclesiastica: mirabile, quod vinum & aquam sine interstitio,

& tamen sine mixtione continet, scilicet vinum deitatis, & aquam humanitatis, quia Deus in ipsa nec commixtionem passus est, nec diuisionem, ut eadem Ecclesia cantat in festo circumcisionis Domini. Mirabile, quia clausum in se recepit Deum, quem clausum effudit: vnde Virgo ante partum, Virgo in partu, & post partum. Item ipsa est mons & domus totius securitatis. Ierem. 31. Benedicas tibi Dominus, id est, Maria, pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. Glossa: in quo qui habitauerit, nullas infidias sustinebit, vel expauescet.

LAMENTATIONES Ieremix Prophetæ.

Quomodo sedet sola ciuitas, plena populo, & diuitiis.

Sponsa Dei electa, in morte filij sui viduata, dolores & afflictiones sustinens super modum. Thren. 1. facta est, quasi vidua. Glossa: absente sponso, Domina gentium, princeps prouinciarum cæli & terræ, facta est sub tributo angustia & doloris. Vnde Damascenus lib. 4. de fide orthodoxâ. cap. 15. Sed & ipsa beata, & supra naturam donorum digna effecta, dolores partus, quos effugit pariens, illos tempore passionis sustinuit, ex materna compassione viscerum, lacertum reparuriens, & quem Deum per natiuitatem agnouit, illum ut maleficum, interfectum videns, tanquam gladio cogitationis us deceperit: & hoc est, suam ipsius animam pertransibit gladio. Luc. 2.

Item ipsa est mater amaritudinis in passione filij, quæ fuit mater dulcedinis in conceptione. Vnde orans ad Patrem dicit Thren. 1. Vide Domine, O Pater, te Patrem, te pium iudicem cruciatu flebant. Vide Filium tuum pulcherrimum, deformissimum, excelsum, deiectionissimum, clamantem ad te: Eli, Eli, ut quid dereliquisti me? Matth. 27. Vide Filium tuum, super omnia mihi coniunctum, per mortem disunctum. Vide me pauperem Mariam, matrem vnigeniti Filij tui, quoniam amaritudine plena sum in anima, quam gladius pertransiuit, in auribus audiens clamorem Filij clamantis, Vt quid dereliquisti me? audiens clamorem, se à me licentiantis, & dicentis: Mulier, ecce Filius tuus Ioan. 9. Amaritudine plena in oculis, quia vidi coronatum spinis, lanceâ perforatum, vndique sanguine cruentatum: quia iam amaritudine plena sum, rogo, ut peccatores sint pleni misericordiâ, iusti gratiâ, electi gloriâ. Sequitur Thren. 3. Vocem meam. O Pater misericordiarum, audisti, & vocem Filij tui audisti, ne auertas aures propitiationis, à singulis meo, & clamoribus cordis mei, pro peccatoribus, quos tuæ pietati commendo.

EZECHIEL PROPHETA.

Et factum est in trigésimo anno.

Regina Prophetarum domus, in qua Filius humanitatem professus, factus est frater noster. Ezech. 3. Dixit Dominus ad Ezechielem. Glossa: qui interpretatur roboratus à Deo, &

& significat Christum: Ingredere, subtiliter per fenestram vitream, largiter sicut pluuia in velus, vincula omnia peccatorum assumendo: mirabiliter, quem totus orbis nequit includere, tenellæ Virginis vero includatur. Vnde sequitur: Includere in medio domus tue, id est, in vtero Virginis Mariæ.

2. Item ipsa est mater instructionis. Ezech. 5. Ista est Ierusalem, id est, Maria, in medio Gentium posita eam. Glossa: id est, in umbilico mundi. Vnde Psal. 73. Operatus es salutem in medio terra.

3. Ipsa etiam est porta, de qua infra dicitur: & introduxit me ad portam, &c. Ezech. 11. id est, Mariam, domum Domini orientalem, per quam toti mundo lux effulgit, quæ respicit ad solis ortum. Glossa: iustitiæ.

4. Item ipsa est mater iustitiæ, primò, quia peperit iudicium, & iustitiam, scilicet Iesum Christum, qui est iustitia & sanctificatio nostra. 1. Corinth. 1. Secundò, quia ipsa nunquam oculos suos leuauit ad aliquod malum. Tertio, quia nullum contristauit: sed omnes lætificauit. Quarto, quia per vim nihil rapuit: quod Eua non fecit; quæ diuinitatem rapere voluit, & felicitatem amisit. Quintò, quia panem suum, id est, corpus filij tribuit in altari quotidie esurienti. Sextò, quia nudum peccatorem operit vestimento veniæ, iustum gratiæ, electum gloriæ, Filium Dei, humanæ substantiæ.

5. Item ipsa est mater vitæ. Ezech. 18. Hæc dicit Dominus, scilicet ad peccatores desperatos: Quare morietur dominus Israël? id est, peccatores, qui estis filij Abraham, Isaac, & Iacob. Qui patrum meritis, merito viuere debetis. Ex hoc arguitur. Si mentis Abraham, &c. viuere possimus, qui fuerunt serui Dei: ergo per eam, quæ maior est, scilicet matrem vitæ viuere debemus, quia omne iudicium misericordiæ dedit matri suæ, ut omnes honorificent matrem, sicut honorificant filium. Ioan. 1. Et quia nos eius misericordiam filij sumus; clamor Dominus illud, quod statim sequitur: Nolo mortem peccatoris. Ezech. 18. Et 33. Sed ut magis viuas. Glossa: vita gratiæ, precibus Virginis Mariæ.

6. Item ipsa est, quæ nos defendit ab ira Dei. Ezech. 22. Hæc dicit Dominus: Quasi de eis virum, qui interponeret septem. Glossa: id est, intercessionem, & statet oppositum contra me, pro terra, id est, peccatore, ne dissiparem eam celeriter, & non inueni, quia hoc reueruatum est Virgini Mariæ.

7. Item ipsa est indumentum solis iustitiæ. Ezech. 32. Solem, id est, Christum nube regam, id est, humanitatis in vtero meo misericorditer.

8. Item ipsa porta illuminationis omnis creature. Ezech. 43. Duxit me ad portam, quæ respicitur ad viam orientalem, & ecce gloria Domini Israël, Iesus Christus ingrediebatur, pariter per viam orientalem, quia sine peccato conceptus: alij vero ingrediuntur in mundum per viam occidentalem, originalis culpa. Et vox erat ei. Glossa: Deo, quasi vox aquarum multarum, & terra stendebat à maiestate eius, quod proprie factum est in aduentu Christi.

9. Item ipsa est templum maiestatis. Ezech. 43. Maiestas Domini ingressa est templum, id est, vterum Mariæ. Ad quid? ad sanctificandum. D. Alb. Mag. Biblia Mariana.

Psal. 45. Sanctificabit tabernaculum suum Alisissimus. Ad replendum: vnde sequitur, & repleta erat gloria Domini domus. Ad habitandum nobiscum: vnde sequitur, Et dixit ad me: Locu soly mei, & locu vestigiatorum pedum meorum, ubi habitos, id est, in Maria, in medio filiorum Israël in æternum. Glossa: non ad tempus. Tu autem fili hominis ostende, prædicando, & laudando, domus Israël templum, id est, Mariam, secundum longitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profunditatem, de quibus benè, sufficienter loquitur supra.

Item ipsa est porta clausa. Ezech. 44. Conuertere ad viam porte sanctuarii exterioris, quæ respicitur ad Orientem, & erat clausa. Glossa: Virgo Maria, Virgo ante partum, in partu, & post partum. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam. Glossa: clausis ostiis. Et erit clausa principi. Glossa: Verbo Dei, in cuius in aduentu reserabitur ad vltim eius. Et ipse princeps. Glossa: id est, Christus. sedebit in ea, ut comedat. Glossa: nobiscum, panem coram Domino. Ipse per portam ingreditur. Glossa: ut eos qui per se intrare non possunt, introducat ad gratiam: ipse enim est omnibus intusus: & egreditur. Glossa: his qui foris sunt, omnibus circumfusus.

Item ipse est patens porta per misericordiam peccatori. Ezechiel. 46. Porta, quæ respicitur ad Orientem. Glossa: vnde oritur sol iustitiæ: die sabbati aperietur. Glossa: Septimo scilicet, in quo est requies: & in die Calendarum, id est, solemnitarum filij sui, & in festo aperietur, per largitatem, & intrabit princeps. Porta autem non claudetur. Glossa: post egressionem principis, usque ad vesperam, & adorabitur populus terre ad ostium porte illius. Glossa: quando aperietur porta: ideo non claudetur, ut populus post principem adoret. Holocaustum remissionis omnium peccatorum offeret princeps. Glossa: id est, Christus in die sabbati, ad literam, quando festum matris suæ agit. Et princeps erit in medio coram. Glossa: ingredientium scilicet & egredientium. Vnde: In medio vestram stat, quem vos nescitis. Ioan. 1. cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur. Glossa: vtriusque sexus, scilicet virtutis, vel peccati, testis assistens.

DANIEL PROPHETA.

Anno tertio Iochim.

Imperatrix Prophetarum Maria, dicitur mons imminutionis diaboli & peccatorum. Daniel. 2. Abscisus est lapis. Glossa: id est, Christus, de monte, id est, de Maria, quæ est mons cognatus, mons pinguis, mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Psal. 67. Sine manibus abscessus, id est, absque opere viri generatus, & percussit statum, id est, diabolum, & omnes superbos, & comminuit eos. Psal. 17. Comminuet eos, ut puluerem, &c. Lapis autem, qui percussit statum, factus est mons magnus, magnus in natura, magnus in potentia, magnus in misericordia, magnus in vindicta. Et impletis universam terram & celum. Glossa: per gloriam, celum

celum. Habitu 3. Operus calos gloria eius : per misericordiam terram. Psal. 32. Misericordia Domini, plena est terra. Infernum dolore, & miseria. Vnde Job 10. Terram miserie, & tenebrarum.

Item ipsa est arbor, quæ multipliciter commendatur Dan. 4. Primò commendatur à communitate, ibi, Videbam, & ecce arbor in medio terre, id est, Maria in medio Ecclesie, omnes respiciens, & quantum in se est, communiter ad omnes se habens. Secundò à dignitate, ibi, Et altitudo eius nimia. Bernardus serm. 2. De adventu Domini: O Virgo virga sublimis, in quam iubume verticem sanctum erigis, vsque ad sedentem in throno, vsque ad Dominum maiestatis. Neque enim id mirum: quoniam in altum miris radices humilitatis. Et magna Glossa: virtutum magnitudine. Tertio à fortitudine, ibi, Et fortis. Glossa: contra diabolum, mortem, & peccatum. Require illud Proverb. 21. Miseream fortem quis inueniet? Et proceritas eius conuergens celum, id est, Christum Deum. Quarto à misericordia ad omnes, ibi, Affectus eius. Glossa: misericordie, erat usque ad terminos conuergens terra. Glossa: Non solum ad Angelos, & iustos, sed etiam peccatores: imò ad illos, qui sunt in purgatorio. Quintò à fecunditate, ibi, Folis eius pulcherrima, id est, verba, quæ dixit ad Angelum, ad cognatam, ad filium, ad ministros. Et fructus eius nimius, id est, Christus Iesus, qui iussit & Angelis, & hominibus. Sextò à cibatione, quia cibatur omnes. Et ex ea conuertitur in ea, id est, Angelorum, & hominum. Septimò à fidelissima protectione, ibi, Subter eam, id est, sub protectione eius habitabant, confidenter, & lætantes. Octauò à beatitudine, id est, miseris peccatores, propter refectionem, protectionem, paufationem, & pulchritudinem. Octauò à iocunditate, quam habent omnes Sancti in ea, ibi, Et in ramis eius, scilicet virtutum, videlicet humilitatis, misericordie, charitatis, &c. Conuertebatur volucres cali, id est, omnes Sancti, & ex ea vehebatur omnis caro, quoniam alit omnes.

OSEAS PROPHETA.

Verbum Domini, quod factum est ad Osee.

- 1. Beata Virgo Maria est vitis fructificationis. Osee 10. Vitis frondosa Israel, id est, Maria omni gratia plena, habens bonas propagines, fructus adequatus est ei. Hic fructus excellit omnes alios, in quantitate, & qualitate, sanctitate, suauitate. Osee 14. Ego quasi ros. Glossa: Altum æstuantis incendij & libidinis auferam, hoc rose infusa. 2. Item semper ad pietatis opera erumpit. Osee 14. Erumpet radix eius. Glossa: id est, bona voluntas ad effectum boni operis perducetur, ut Libani. Libani ramis eius de virtute in virtutem. Psal. 83. 3. Item ipsa est mater misericordie. Ibidem 14. cap. Erit quasi oliva gloria eius. Glossa: per opera misericordie: & odor eius, ut Libani. Memoriale eius, sicut vinum Libani, quod diuerfis pi-

gmentis conditum, suauem odorem emittit. Bernardus serm. 4. de assumptione B. Marie. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur, sed misericordia miseris sapit dulcius, misericordiam amplectimur charius, recordamur sapius, crebrius inuocamus, &c.

IOEL PROPHETA.

Verbum Domini, quod factum est ad Ioel filium Phasuel.

1. Omnia nostra, Virgo Maria est illa ad quam omnis creatura respicit post Deum. Ioel. 1. Sed & bestia agri, id est, peccatores, quasi area sitiens imbrem venie, suspirerunt ad se. Glossa: rorem misericordie flagitantes, quia exiccatis sunt fomes aquarum: sed tu non, quæ plenitudine gratiarum superabundas. 2. Item ipsa est fons domus Domini, irrigans ariditatem peccatorum. Ioel. 3. In die illa scilicet gratie, & misericordie, fons domus Domini, id est, Maria, nascendo in mundo, de dono Domini e redietur, & irrigabit torrentem sinarum. Glossa: ut qui vitiorum punctonibus pungebantur, modo virtutum floribus adornentur.

IONAS PROPHETA.

Factum est verbum Domini ad Ionam Prophetam dicens.

1. Mater misericordie est mare, quod nunquam per desideria & suspiraciones quiescere potuit, donec verus Ionas, id est, Dei Filius in ipsum per incarnationem missus fuit. Ionas. 1. Dixerunt viri ad Ionam. Glossa: Iona, qui interpretatur columba, Christus est: quid facimus tibi, & cessabit mare à nobis? Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite me in mare, id est, in Mariam, ditissimum in pauperrimam, sublimissimum in humillimam, Dominum in ancillam. Et euerunt Ionam, id est, Christum. Glossa: non repugnantem, sed voluntati Patris voluntarie obedientem: & miserum in mare, id est, in vitrum Matie cum angelico honore & obsequio.

MICHÆAS PROPHETA.

Verbum Domini.

1. Item ipsa est turris potentie Dei. Micheas 4. Turris gregis, id est, munimentum, nebulosa, obumbrans & abscondens peccatores, usque ad se veniet. Glossa: Deus: & veniet potestas prima. Glossa: id est, Christus dans tibi secundam in omnibus potestatem, ut dicere possis: Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Math. 28.

ZACHARIAS PROPHETA.

In octavo mense.

1. Item ipsa est murus conseruationis, contra diabolum, mundum, & peccatum. Zacharie 2. Ego ero murus ignis in circuitu. Glossa: defensio

- defensio in eis. Qui tetigerit vos, detrahendo, persequendo, turbando, sanguis pupillam oculi mei, quæ statim vindicatur. 2. Item ipsa est lapis fundamenti, adornatus in plenitudine gratiarum. Zach. 3. Ecce lapis, quem dedi coram Iesv: & super lapidem istum, id est, Mariam, septem oculi sunt, id est, plenitudo totius gratie spiritualis. 3. Item ipsa est in Ecclesia candelabrum illuminationis. Zach. 4. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, id est, Maria, & lampas eius, id est, Christus, super caput ipsam, & septem lucerne eius super illud, id est, septem dona Spiritus sancti: & septem infusoria. Glossa: in quibus oleum misericordie infunditur in lucernis, ut luceant in candelabro, id est, in Maria. 4. Item ipsa est lapis primarius. Zach. 4. Educet Dominus lapidem primum, & exequabit gratiam gratie eius. Glossa: Gratia lapidis exequabit gratiam, quam in peccatores exercuit. 5. Item ipsa est templum munitionis. Zach. 9. Hæc dicit Dominus. Glossa: peccatoribus, iustis, & omnibus: Conuertimini. Glossa: fiducialiter, ad munitionem, id est, ad Mariam, vincit spei, & liberandi misericordia Dei. 6. Item ipsa est fons communicationis. Zach. 13. Erit fons patris domus David. Glossa: id est, omnibus sitientibus, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruae, id est, maiorum criminalium peccatorum.

E V A N G E L I V M secundum Matthæum.

Liber generationis IESV CHRISTI, filij David, filij Abraham.

- 1. Domina Euangelistarum in Euangelio B. Math. 1. Cum esset desponsata, &c. Magna fuit humilitas, quod Domina voluit desponsari seruo, Imperatrix fabro. Vnde Bernardus homil. 1. super Missus est: Quæ est hæc virgo tam venerabilis, ut salutetur ab Angelo, tam humilis ut desponsata sit fabro, &c. Audis o peccator virginem, audis humilem: si non potes virginitatem humilis, imitare humilitatem Virginis. Potes enim sine virginitate saluari, sine humilitate verò non potes, &c. Maria enim placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit. Fuit autem desponsatio Virginis utilis propter multa. Primò, ut matrimonium bonum esse ostenderetur. Secundò, ut Maria nullo bono priuaretur. Tertio, ut hostis falleretur. Quarto, ut testis castitatis haberetur. Quintò, ut origo Domine describeretur, nam Scriptura non consuevit feminas genealogizare. Sextò, ut ab infamia seruetur. Septimò, ut poena caueretur. Octauò, ut à Christo persecutio tolleretur. Nonò, ut filius procuraretur. Decimò, ut Domino seruiretur. Undecimò, ut humilitas virginitati coniungeretur. Duodecimò, ut occasio iniquitatis fame virginibus tollatur. Decimotertio, ut filij charitas & humilitas ostendatur, qui voluit potius dici filius fabri, quam matrem infamari. Decimoquarto, ut matris dignitas, humilitati locaretur, ut quantò maior esset, D. Alb. Mag. Biblia Mariana.

- tantò magis se humiliaret, videlicet ut sit mater Dei, & vxor fabri. 2. Item ipsa commendatur à sublimi dignitate, eò quod sit mater Iesv. Bernardus Homilia prima super Missus est: Quod si & cuius mater attendas, &c. an non Deum & Dominum Angelorum Maria suum audacter appellat filium, dicens: Fili quid fecisti nobis sic? Luc. 2. 3. Item commendatur à fidelitate: reposuit enim Deus nostræ redemptionis thesaurum in ea, ut ibi, Innata est in utero habens. Sed quid? Bernardus: Angeli lætitiarum, iusti gratiam, peccatorum veniam. Redde ergo mater, quod debes, obfidem quo redimamur, thesaurum quo ditemur, fratrem quo vniamur, Deum per quem exaltemur: hoc enim in utero habes. 4. Commendatur item à puritate summâ, ut ibi, De Spiritu sancto. Vnde Anselmus libro de conceptu virginali. cap. 18. Decens erat, ut eâ puritate quâ maior sub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret, cui Deus Pater vnicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset vnus idemque communis Dei Patris & Virginis Filius, & quam ipse Filius substantialiter sibi matrem eligebat, & de quâ Spiritus sanctus volebat, & operaturus erat, ut conciperetur & nasceretur ille, de quo procedebat. 5. Item commendatur à natiuitatis Dei vtilitate, ut ibi, Ioseph fili, &c. Sequitur, Pater autem Filium, &c. Sed quem? Angelorum restauratorem, hominum redemptorem, corporalium inuouatorem. Et vocabitur nomen eius, ut dicit Isaias cap. 7. Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus. Nobiscum fraternitate, quia frater & caro nostra est. Genes. 37. Nobiscum conuersatione. Ioan. 17. Pater, quos dedisti mihi, non peribunt, &c. Nobiscum prouisione. 1. Pet. 5. Omnem sollicitudinem vestram prouidentes in eum. Nobiscum in æternâ habitatione. Math. ult. Ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem seculi. 6. Item ipsa est stella in Oriente. Math. 2. Vidimus stellam eius in Oriente. Hæc stella primò apparet peccatori ad Deum redeunti: vnde sequitur, Et venimus adorare eam, id est, Dominam. 7. Item ipsa turbat Herodem, id est, diabolum, ut ibi, Audiens autem Herodes, turbatus est, &c. & postquam didicit ab eis tempus stelle, id est, Matie, qua apparuit per naturam, in mundum nascendo, & per gratiam in mente apparendo, Herodes, id est, diabolus vehementius expauescit. 8. Item ipsa præstat se sequentibus ducatum, ut ibi, Stella, quam videram in Oriente, antecederat eam, ut reconciliatrix reorum, & hospitium inuitatricem. 9. Item ipsa peregrinos suos lætificat, ut ibi, Videmus autem stellam, id est, Mariam, gausi sunt gaudio magno valde. 10. Item ipsa Maria in duobus assumi debet ad diabolum fugandum & in pariam redendum. De primo: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, id est, peccatori, in peccatis dormienti, dicens: Surge, scilicet celeriter, & accipe puerum, & matrem eius, scilicet Patri in oblationem

puerum, matrem in reconciliationem, vt pro te loquat De secundum Angelus dixit Ioseph. Matth. 2. Surge letanter & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel, id est, in celestem patriam: deserviisti sunt enim, qui querebant animam pueri, imò & animam tuam, scilicet denonens, vos tentantes, cogitationes impugnantes, mundum decipientes, qui querrunt gratiam Christi in te extinguere, & te ad infernum rapere.

11. Item ipsa est mons illuminationis omnium beatitudinum. *Matth. 5. Videns Iesus turbas, ascendit in montem, id est, Mariam in incarnatione.* Prima autem illuminatio beatitudinis est illuminatio paupertatis: vnde, *Beati pauperes spiritu, &c. Beati pauperes.* *Glossa:* quos non necessitas, sed fides & deuotio pauperes facit, vt contemptis omnibus, Deo viuunt. Talis autem contemptus omnium rerum, in beata Virgine in summo fuit. Quidam enim dicit superflua naturæ, sed non personæ. *Augustinus serm. 5. de verbis Domini in Euangelio secundum Matthæum:* Vere superfluis, da pauperibus necessaria: vtere pretiosis, da pauperibus vilia: & iste est primus gradus paupertatis. Secundus gradus est, dare superflua naturæ, & personæ. *Luc. 11. De eo, quod superest, date pauperibus.* *Glossa:* Non solum exteriora, valde necessaria cum proximis diuidamus. Tertius gradus est, non tantum dare superflua, sed etiam necessaria. Vnde, *Qui habet duas tunicas, det non habenti.* *Luc. 3.* Quartus gradus est, omnia necessaria & superflua simul dare, sed adhuc semetipsum retinere: sicut quidam Philosophorum fecerunt, licet non propter Deum. Quintus gradus est, omnia dare, & semetipsum relinquere: propterea manibus laborare, vt habeat, vnde necessitatem tribuat patienti. Hunc gradum habuit Apostolus. Sextus gradus est, omnia dare, & semetipsum superaddere. Vnde in Euangelio *Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende, &c.* Septimus gradus est, omnia dare, & semetipsum, & spiritu & corpore laborare, vt pascat proximum pane spirituali. Et iste excellentior est sexto: quia dicit *Gregorius homilia 6. in Euangelia,* Plus est verbi pabulo vitæ in perpetuum mentem reficere, quam ventrem mortituræ carnis terreno pane satiari. Octauus gradus est, omnia, & seipsum relinquere, & de substantia sui corporis accipere partem ad refectionem animarum proximorum. Sicut beatissima Virgo de purissimis carnibus & sanguine, nobis panem vitæ confecit, quem qui manducabit, mortem non gustabit in æternum. *Iuan. 6. & 8.* Nonus gradus est, omnia dare, animam, & corpus proprium, etiam deitatem his vnitam, proximo dare in cibum animæ sub specie aliena. Hic est gradus summæ paupertatis in via. Decimus est, se ipsam dare, secundum totum corpus & animam, & deitatem sub specie propria in cibum corporis & animæ simul in beatitudine æterna, de qua dicitur: *Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.* *Luc. 14.* Hic patet, quod beata Maria paupertatem spiritus habet excellentius omni homine, præter Christum: quia cum ipsa

præcellat omnes dignitate, & æqualem aliis habuerit paupertatem, excellit omnes impropotionaliter paupertate.

Secunda illuminatio est mititas, ibi, *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* *Matth. 5.* Istam mititatem & mansuetudinem, præter Christum excellentissimè habuit. *Glossa:* Mitis est, qui malis moribus dominatur, quod ipsa perfectissimè fecit. Eius enim dominium de malis moribus fuit sine pugna, omnium aliorum cum pugna. Item *Glossa:* Mansuetus non irritat, nec irritatur. Cogitat enim nulli nocere, & omnibus in summo prodesse. Hoc ipsa perfectissimè impleuit. Vnde eam collaudans Ecclesia in hymno, *Aue Mariæ stella,* dicit de ea: *Virgo singularis, inter omnes mitis, nos &c.*

Tertia illuminatio est luctus. Ibidem: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Qui luctus post Christum excellentissimè fuit in beata Virgine. Item seruitia quanto minus debita, tanto magis grata: sed luctus beate Mariæ Virginis nullo modo fuit debitus, debito necessitatis, sed tantummodo debito charitatis: ergo sicut luctus eius aliis fuit impropotionalis, ita & consolatio eius aliis etiam fuit impropotionalis.

Quarta illuminatio est esurie & sitis iustitiæ, ibi, *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, &c.* Quæ in ea similiter fuit excellentissimè.

Quinta est illuminatio misericordiz, ibi, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Cum autem misericordia sit, dare, & dimittere, & beata Virgo plus omnibus dedit, & super omnes plus dimisit: ergo super omnes beatitudinem misericordiz accepit. *Ambrosius:* Misericordia est, nullum in miseria relinquere, & nullum miserum facere: quod in summo est in beata Virgine: ergo in summo habet beatitudinem misericordiz.

Sexta illuminatio est munditiæ, ibi, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Sed hi (vt dicit *Glossa*) mundi corde sunt, quos non arguit conscientia peccatorum: sed hoc in beata Virgine fuit in summo: ergo habuit munditiam cordis in summo.

Septima est illuminatio pacis, vt ibi, *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* *Glossa:* Dum lex carnis repugnat legi mentis, non modo altero, sed nec hoc modo possumus esse pacifici. Ergo super omnes pacificata existebat, in qua caro aduersus spiritum non rebellauit. Et sic ipsa beatitudinem summæ pacis possidebat & possidet.

Octaua illuminatio est martyrij vel persecutionis, vt ibi, *Beati qui persecutionem patientur propter iustitiam.* Hic agitur de persecutione illa, quæ est martyrium, cui debetur laurea. Vnde *Bernardus sermone de B. Virgine super illa verba Apocalypsis 12. cap. Signum magnum apparuit, &c.* Longè eam plus quam martyrem non immeritò predicamus, in quantum corpus sensum passionis excesserit compassionis affectus. Item *Bernardus* * super illud, *In plenitudine Sanctarum detentio mea.* Meritò in plenitudine sapientiam, eius erat detentio,

* Licet hoc auctoritas ex B. Bernardi de ciuitate

Intentio, cui non deest fides Patriarcharum, nec Prophetarum spiritus, nec Apostolorum zelus, nec constantia Martyrum, nec sobrietas Confessorum, nec castitas Virginum, nec coniugatorum fecunditas: nec Angelorum puritas. Isti sunt octo radij illuminationis, quibus mens Virginis Mariæ præ omnibus incomparabiliter est illuminata.

Item ipsa est ciuitas in excelsum & in refugium nobis posita. *Matth. 5. Non potest ciuitas abscondi, id est, Maria celari, supra montem posita, scilicet virtutum, & gratiarum.*

Item ipsa est lucerna omnibus lucens. *Matth. 5. Neque accendunt, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, lucernam, id est, Mariam, quæ accensa fuit in die incarnationis: & ponunt eam sub modio, sicut faciunt, ipsam inhonorantes, sed super candelabrum, id est, Ecclesiam, vt luceat indifferenter, omnibus qui in domo sunt, id est, in Ecclesia, vel in mundo.*

Item ipsa est altare nostrorum oblationum. *Matth. 5. Si offeris munus tuum ad altare, id est, ad Mariam, vade prius reconciliari fratri tuo, id est, Iesu Christo.*

Item ipsa est datrix & mutuatrix nostra. *Matth. 5. Qui petit à te, ô Maria, instanter, da ei.* *Glossa:* quæ honestè & iustè dari possunt: & volens mutuari à te, quæ diuissima es, ne auertaris.

Item ipsa est sol omninicus. *Matth. 5. Solem suum, id est, Virginem Mariam, ori facit, per natiuitatem in mundo, per gratiam in mente, super bonos, vt confirmantur, confortentur, & illuminentur: & malos, vt conuertantur, & saluentur. Et pluit super iustos, & iniustos, sed aliter, & aliter.*

Item ipsa est arbor bona, quæ optimum fructum facit. *Matth. 7. Non potest arbor bona, id est, bona in naturâ, melior in gratiâ, sed optima in gloria, fructus malos facere.* *Glossa:* quia à radice fructus arboris pullulat. Neque arbor mala, id est, Eua misera, fructus bonos facere, quia in amaritudine originalis culpæ concipitur & nascitur.

Item ipsa est domus totius firmitatis. *Matth. 7. Assimilabitur vni sapienti, id est, Christo, quæ edificauit domum suam, id est, Mariam, supra petram. Quæ domus ille non erit domus Dei, qui incontinenti de facili permutatur. Et descendit pluuia, & ventus, & inuolutio in polle ne filij perdiscent, & stantur super fundamenta, & iustitiam, & iustitiam. *Matth. 27. Vbi, qui destruit templum Dei, & reuocatur in illam domum, id est, in Mariam. Vnde ipsa dicitur potestatem Patrem illud. *Matth. 27. 41. Omnia stant super me transfuerunt. Et non timeo: per interuersionem & inuersionem, sicut Apostoli: sed hæc fortitudo apud crucem, quæ fundata erat super firmam petram, id est, Christum.***

Item ipsa est nauicula, in qua transfretus Filij Dei de hocce immunditate, ad litus mortalitatis, & aduersus nosse humanitatem, confertur nobis Iesus Dominus. *Matth. 9. Assimilatus Iesus vti in nauicula, transfretus, & inuolatus in nauicula suam.*

Item ipsa est per Centurionem designata, quæ vendit potestatem dicitur. *Matth. 27. 41. Item ipsa est per Centurionem designata, quæ vendit potestatem dicitur. *Matth. 27. 41.**

licet Maria, homo sum, licet super Angelos exaltata, habens sub me milites, id est, Angelos omnes. Et dico huic: Vade, & vade, ad liberandum, consolandum, & transferendum socios de terrâ, & vadit obediens. Et alij, Veni, & veni.

Item ipsa est per Ioseph designata, cui dixit Rex Egypti: Vno tantum solio regni te precedam. Absque tuo imperio non manebis quisquam manum aut pedem in omni terrâ Egypti. *Genes. 41.*

Item ipsa est locus thesaurorum Dei. *Matth. 12. Bonus homo, id est, Christus, Deus, & homo, de bono thesauro suo, id est, Virgine Maria, proferri bona, scilicet misericordiz, gratiz, & gloriæ.*

Item ipsa est mons misericordiarum. *Matth. 21. Cum venisset Iesus ad montem Oliueti.* *Glossa:* ad sublimitatem misericordiz respiciens. Per oleum enim misericordia designatur. Venit ergo ad montem Oliueti, id est, Mariam, quando ex ea est incarnatus. Eius autem aduentus triplex est vtilitas. Prima, quia asina alligata, soluitur à pœnis peccatorum. Secunda, quia in Ierosolymam, id est, in visionem pacis ducitur. Tertia, quia vestimentis discipulorum regitur, & ornatur, scilicet in moribus, & in fide.

Item ipsa est ministra peccatorum, secundum filij constitutionem. *Matth. 23. Qui maior est vestrum, erit minister vester.* Sed ipsa præter Deum maior omnibus. Ergo & ministra. Seruit autem libenter. *Luc. 2. Ecce ancilla Domini.* Seruit vniuersaliter, quia in celo, & in terra, & in purgatorio. *Ecclesiastici 24. In habitations sancta, coram ipso ministrant.* Seruit humiliter, quia paruo, sicut maximo, pauperi peccatori, sicut diuiti iusto. Seruit fideliter, quia corpore, & sanguine filij sui nos quotidie pascit & portat.

E V A N G E L I V M secundum Marcum.

Initium sancti Euangelij, IESV CHRISTI Filij Dei.

1. Omnia Euangelistarum, Virgo Maria comparatur grano sinapis. *Matth. 13. de quo dicitur, quod minus est mundum seminans, & hoc per humilitatem: & tunc seminatum fuerit, scilicet in mundo appropinquans, & ceteris in arborum, quæ altitudine, & fructibus, non solum transcendit herbarum naturam, sed etiam, quæ ad celestia, & terrena: imple, quæ totum mundum occupat: annosa, quæ non potest finire. Hæc nra fuit in arbor, scilicet Maria, quæ est maior gloriâ, & charitate omnium creaturæ, id est, Angelis, & hominibus, & suis ramis. *Glossa:* misericordiz, & compassionis, magnæ, ita vt possint sub umbra præcedere omni, & ceteris, id est, sancti Dei, imò & peccatores habere, fiducialiter, propter fecunditatem: gaudere, propter vniuersalitatem: vtiliter, propter fructuositatem.*

Item ipsa est ceruicæ omnium virtutum, in quo Filius Dei dormit. *Matth. 27. 41. Item ipsa est ceruicæ omnium virtutum, in quo Filius Dei dormit. *Matth. 27. 41.**

puppi, super cervical dormiens, in Maria, quia talem alibi requiem non inuenit. Et excitant eum discipuli, & dicunt ei: Magister, non ad te peruenit, quia perimus? Es exurgens in resurrectione, comminatus est ventos, id est, diabolo, & dixit mari, id est, omnibus tentationibus. Tace, obmutescite.

3. Item ipsa est vidua pauper, sed largissima ditatrix totius Ecclesie: nullus enim hominum, vel Angelorum, tantum dedit, quantum ipsa. Mar. 12. Vidua hec pauper, scilicet rebus, id est, Maria, plus omnibus misit. Plus in quantitate, pretiositate, vtilitate: quia misit Christum filium suum, in laticiam desolatorum, in illuminationem cæcorum, in liberationem captiuorum.

4. Item ipsa est prima, quæ post Deum reuerenti peccatori occurrit. Mar. 24. Item in ciuitatem, scilicet Ecclesie communionem, quam, o peccatores, per peccatum amisistis, & occurret vobis homo, id est, Maria, tanquam mater festinans. Ecclesiast. 15. Et obmutabit illi, quasi mater honorificata: unphoram & lagenam aqua, gratiarum & misericordie, baiulans. Sed nunc audiamus consilium Dei, Sequimini eam: veraciter, quia tunc non errabitis: & securè, quia ad omni incursum defendere potest: & leniter, quia ducit ad Iesum. Vnde sequitur, in domum, scilicet cælestem, in quam intrat, scilicet in gloriofa eius assumptione. Ergo merito beatus homo, cui tu occurris Maria: occurre quæso mihi peccatori, & duc clementer in domum tuam.

E V A N G E L I V M secundum Lucam.

Fuit in diebus Herodis Regis Indæe sacerdos, &c.

1. Imperatrix Euangelistarum, commendatur à maxima dignitate. Luc. 1. Missus est Angelus Gabriel, & cetera vsque id, nomen Virginis Maria. Quamuis Deus esset per essentiam, potentiam, presentiam, cum beata Virgine, sicut est in creaturis generaliter: & licet esset in ea per inhabitantem gratiam, sicut est in sanctis specialiter, tamen quia adhuc distabat per corporalem presentiam, ut in ea Deus homo fieret, similis nobis passibilis, voluit Angelum mittere ad Virginem, ad Virginis partum annuntiandum. Cuius missio necessaria fuit propter quatuor, propter Dei honoretionem, propter Angelicæ dignitatis ostensionem, propter beatissimæ Virginis commendationem, & propter nostram vtilitatem. Deus honoratur in ista annuntiatione tripliciter. Quantum ad potentiam, in eo quod Angelos ministros habet. Secundo quantum ad sapientiam, in eo quod modo prædicationis obtinuit: quia Virginem Angelus Dei docuit, sicut Virginem Angelus malus decepit. Tertio quantum ad bonitatem, in eo quod nihil de contingendis omisit, in omni eo quod matris suæ honori & nostræ vtilitati necessarium fuit.

Secundo necessaria fuit ad Angelicæ dignitatis ostensionem, quæ in tribus ostenditur. Primo, quia Angelus hic officium suum, scilicet nuntiandi, in summo exequit. Secundo, quia summi consilij conscius fuit, Tertio, quia summam beatitudinem hominum nuntiavit.

Tertio etiam fuit necessaria ad Virginis commendationem, quæ in tribus ostenditur. Primo in hoc quod non alius nuntius, quam Angelus Gabriel mittitur. Secundo in hoc quod cum ea tam multa mysteria loquitur. Tertio in hoc quod Deus non nisi consensu Mariæ, nostræ salutis opus operatur: quem consensum Angelus præparauit.

Quarto etiam fuit necessaria ad nostram vtilitatem, scilicet ad fidei confirmationem, ad amicitie Angelorum ostensionem & ad salutis nostræ procuracionem. Sequitur.

2. Angelus Gabriel. Iste Angelus non fuit de maioribus, sed fuit Archangelus, & hoc in Virginis honorem, quia si quis de superioribus mitteretur, ab ipso illuminari crederetur. De minoribus ergo mittitur, ut ostendatur, quod Angelus tantum est negotij ministerque exterior delator, Deus autem per seipsum est negotij operator, salutaris decretator, intelligentie inspirator, & mentis ad consensum inclinator, modi excusationis expositor. Vnde Angelus requisitus de modo, transmisit ad Spiritum sanctum. Spiritus sanctus superuenies in te. Luc. 1. Apparuit autem ei Gabriel Archangelus in clara veste, ut dicunt quidam, ad honorem illius qui processit velut lux de luce. Et hoc, ut crediderit, in octid diei, ut cum sole oriente maritimali, occideret simul sol iustitia. Christus Deus noster, ut dicunt. Malach. 4. Et Ecclesia. Sequitur.

3. In ciuitatem. Si obiciatur, quod ista annuntiatione non debuit fieri in ciuitate, sed in dignissimo loco, scilicet in templo, propter dignissimum opus. Respon. quod Dominus in omnibus factis principalioribus, quæ in mundo gessit, semper in communi fuit, per hoc ostendens, quare in mundum venisset: inter peccatores natus, ante bonum & finem in præsepio locutus, inter peccatores conuersus, inter latrones crucifixus, resurgens, postmodum primus apparuit. Sic & in ciuitate, quæ est locus communis, concipi voluit, qui propter nostram salutem descendit de caelis, ut Ecclesia in Symbolo extat, descendit, ut ostenderet, quia pro omnibus venit. In via natus fuit, quia sua vita debuit nobis esse via ad regnum caelorum. Extra partum passus est. Ad Hebra. 13. quis per ipsius passionem non liberatur quis, nisi per conuersionem ad eum. Sequitur.

4. Galilea, quæ est regio, quæ à Gentibus & Indæis inhabitabatur. Et sic in regione communi concipi voluit, qui pro omnibus nasci voluit: non enim Indæorum Deo tantum, sed & Gentium. ad Rom. 1. Regio illa nomine suo, proprietatem incarnationis optime expressit. Galilea enim interpretatur reuelatio.

reuelatio, siue transmigratio: quia in hac annuntiatione erat summorum secretorum reuelatio, quando verbum, quod locum inhabitabat inaccessible. 1. Timoth. 6. caro factum est. Ioan. 1. Simili modo transmigratio maxima, scilicet de ignorantia in scientiam, de culpa in gratiam, de vmbra in veritatem, de diuinitate in humanitatem, quæ maxima fuit. Sequitur.

5. Cui nomen Nazareth. Nazareth interpretatur flos. Bene ergo Dominus in Nazareth conceptus fuit: quis sicut odor de flore sine corruptione, sic ipse salus virginum sine decore, & matris integritate processit. Sequitur.

6. Ad Virginem. Sed quare non ad mulierem? ad mulierem inueniuntur factum est peccati. Eccl. 25. à muliere sub ratione mulieris, & non sub ratione Virginis. Eua enim in quantum virgo nos non perdidit, sed in quantum coniuncta viro, cum nos carnaliter generauit. Vnde Augustinus in Enchiridio. cap. 3. 4. & aliis in locis: Peccatum originale nascitur ex vulnere concupiscentie, quæ annexa est commixtioni seminum: cui vulnere subiacere non debuit, qui vultus curate venit. Item ad Virginem. Quia generatio temporalis, est imago æternæ generationis. Vnde sicut æterna generatio est de vno ente incorrupto & indiuiso: ita generatio temporalis esse debuit de vna incorrupta, hoc est, de Virgine.

Credetur etiam, quod beatissima Virgo in actu contemplationis fuerit, quando ei annuntiatione Dominica venit. Eleuabatur autem in summam potestatem, in eo quod supra naturam Deum genuit. Et ad hanc eleuabatur per fidem, iuxta illud Mar. 9. Omnia possibile sunt credenti. Eleuabatur etiam in summam dignitatem, per hoc quod totius creaturæ per recreationem mater effecta est. Et ad hanc eleuabatur humilitate, iuxta illud: Qui se humiliat, exaltabitur. Math. 23. Eleuabatur etiam in summam charitatem, per hoc quod Deo summa & propinquissima fuit, ut pote quæ ipsius filia, mater, soror, & sponsa, fuit. Et ad hanc eleuabatur charitate, iuxta illud: Ego diligam me diligite. Proverb. 8. Eleuabatur etiam in summam familiaritatem: & illam faciebat castitas, iuxta illud: Inuenerunt facie proximæ esse Deo. Sapient. 8. Eleuabatur ergo tota, quæ tota replebatur, & tota glorificabatur. Sequitur.

7. Desponsationem. Ista desponsatio vtilis fuit ad multa, sicut habetur Mar. 1. Cum esset desponsata. Et cetera. Sed de hac desponsatione talis sermo, qui postea fuit datus, & corporis quædam sequitur.

8. Quæ est nomen Ioseph. Ioseph vult per desponsationem dicitur, quædam ad nuptias, ut per virginem castitatem, quantum ad temperantiam, ut per nuptias dilectionem, & quantum ad pietatem: ut per nuptias opulentiam, quantum ad fortitudinem. Et sic nomen desponsationis quædam virtutum, sicut habetur Mar. 1. super Ioseph est: Non est habundans, quæ

bonus & fidelis homo fuerit iste Ioseph, cui Mater desponsata est Saluatoris. Fidelis, &c.

9. De domo David. Sed quæritur, cum hic mundissima Dei conceptio scribatur, cur David, qui quandoque notorius peccator extitit, ibi ponatur? Dicendum, quod non ideo hic ponitur, quod peccator fuerit, sed quod Ioseph ab eo carnaliter descendit, & per imitationem in virtutibus similis fuit. Nec propter peccati maculam, quam per penitentiam deluit, minus in genealogia Dominum nominari debuit, sed audacter prædicari: cum hoc peccatoribus confidentiam generet, & eius misericordiam augmentet, qui dicit: In quacumque hora peccator ingemuerit, &c. Sequitur.

10. Et nomen Virginis Maria. Nota, quod beata Virgo interpretationem sui nominis non de nouo acquisiuit, sed & in hoc nata fuit. Semper enim stella maris fuit, & tam præcedentes se, quam sequentes illuminat: quia nisi per fidem Verbi incarnati, vel incarnandi de Virgine, nunquam alicui salus fuit. Vnde & ipsa in fide hominum, & Dei electione, & confirmatione, Domina & Regina omnium creaturarum extitit semper. Vnde ipsa illud Proverb. 8. conuenienter dicere potest: Dominus possedit me, &c. Vnde illud: Nondum erant abyssi, &c.

Sciendum est etiam, quod nomen, Maria, Virgini nostræ conuenientissimè impolitum est propter tria. Primo propter personæ dignitatem. Secundo propter actionis suæ vtilitatem. Tertio propter conceptionis diuinæ proprietatem. Dignitas personæ exprimitur per naturam hanc, quæ intelligitur in stella maris. Sicut enim nihil pulchrius, aur nobilissimum luce: ita post Deum nihil dignius Mariâ. Et nota, quod hæc beata Virgo, non solum à luce diuina, sicut Luna à sole, illuminata fuit: sed etiam ipsam lucem, quæ Deus est. 1. Ioan. 1. de se produxit: sicut aurore solem, qui omnia illuminabilia illuminat. Et sic in beata Virgine per naturam locis exprimitur excellentia dignitatis. Vtilitas actionis intelligitur in hoc quod omnes naufragos ducit, deducit, conducit, reducit, perducit ad portum salutis æternæ. Proprietas conceptionis diuinæ signatur per hoc quod sicut solus radium proferit sine diminutione, ita virgo filium sine corruptione.

11. Et nomen Ioseph ad eum dicitur. Hic commemoratur Maria: iudicatis summus. Virgo de herodis hereditate. Ioseph missus est. Ioseph impetrat est ad eum. Fuit in locum in pedicæ castitatis, ubi illa sortis elata super se ostia, orabat Deum Patrem in abscondito. Non enim peritiam inuenit Angelus adhibere Virginem, cui nomen in proposito erat hominum super hereditate, vnde collegio, de vel eorum perhibetur silentio. Ex his verbis dicitur Ioseph, dicitur quodam, beatissimam Virginem in aduentu Ioseph, in locum pedicæ, & dicitur pite natus, credit in eum oculis ad Patrem, in hereditatem pro incarnatione filij sui, deuotissimè.

deuotissimè preces cum lachrymis fudisse, & Angelo venienti reuerenter allurrexisse, & perceptâ eius annuntiatione, credentem in eam consensisse, & quantocius impletâ salutatione, flexis rursus in terra genibus, & elevatis in cælum oculis ac manibus, ex intimo corde eumpentibus lachrymis præ gaudio, deuotissimè gratias egisse. Et iste modus est eorum, qui de manu Angeli, id est, sacerdotis, suscipiunt corpus Dominicum de altari. Sequitur.

12.

Aue, quasi sine vâ corporis, & animæ. Per peccatum incurrit homo triplex vâ in corpore. Primum est corporis distemperatio, & naturalium appetuum inordinatio. Secundum est ipsius corporis, & animæ adiuicem repugnatio: quia *caro concupiscit aduersus spiritum. ad Galat. 5.* Tertium est ipsius corporis post mortem incineratio. Sine isto triplici vâ fuit beata Virgo in corpore, quæ corpus habet virginitate integrum, cum spiritu pacificatum, & nunquam post mortem incineratum. Ex parte animæ habet homo triplex vâ, errorem in rationabili, dolorem in concupiscibili, pudorem in inuisibili. Ab isto etiam triplici vâ, immunis fuit Virgo Maria, quæ nec in discretionem, nec in elationem, nec in executionem unquam errauit.

Item est aliud triplex vâ, scilicet culpæ, pœnæ, ignorantie. Vâ culpæ est triplex, scilicet originalis, actualis mortalis, venialis. Vel ita. Vâ auaritiæ in opere, vâ luxuriæ in carne, vâ superbiæ in corde. De isto triplici vâ dicitur in *Apeal. 8. Vâ, vâ, vâ, omnibus habitantibus in terra.*

Item vâ pœnæ triplex, scilicet vâ gebennæ, vâ purgatorij, vâ pœnitentiæ. Item vâ ignorantie est triplex, scilicet ignorantia credendi, operandi, saluandi. Sine isto multiplici vâ, fuit beatissima Virgo Maria.

Item triplex vâ est in mulieribus specialiter, scilicet vâ sterilitatis in virginibus, vâ subiectionis in coniugatis, vâ desolationis in viduis. Ab isto etiam triplici vâ fuit beata Virgo immunis. Fuit enim Virgo sine sterilitate, coniugata sine subiectione, vidua sine desolatione.

Item in mulieribus est triplex vâ: omnis enim mulier, præter eam, in conceptu perdit virginitatem: post conceptum, venustatem corporis & sanitatem: in partu, hominum societatem. Ab hoc etiam immunis fuit. In conceptu virginitatem non amisit, sed puritatem acquisiuit: post conceptum, pulchritudinem non perdidit, sed in tantum irradiauit, quod eam Ioseph inspicere non posuit. Item post partum, hominum societatem non perdidit, imò tunc mediatrix Dei, & hominum constituta est. Vnde in puerperio, à pastoribus, & Regibus visitatur.

Item ipsa est gratiâ plena per influentiam diuinæ bonitatis, vt eius gratiâ plenitudo in nobis suppleat defectum.

Etiam ipsa est stella in firmamento gloriæ

fixa, vt nos naufragos de statu miseræ, reducat ad portum salutis æternæ. Hac de causa apponit Ecclesia in salutatione istâ felix nonien, Maria. Sequitur.

Gratiâ plena. Quatuor modis fuit gratiâ plena. Primò, quia omnes gratias generales & speciales in summo habuit, à quibus omnis alia creatura vacua fuit. Secundò, quia sua gratia tanta fuit, quod pura creatura maioris gratiæ capax non fuit. Tertio, quia omnem gratiam increatam in se totam continuit, & sic per omnem modum gratiæ, gratiâ plena fuit. De hac plenitudine dicit *Bernardus homilia 3. super Mis-siu est*: Legimus in Actibus Apostolorum cap. 7. & Stephanum gratiâ plenum, & fortitudine, & Apostolos fuisse repletos Spiritu sancto, ibidem cap. 2. sed longè dissimiliter à Maria: alioquin nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. Ad *Colossenses 2.* Quemadmodum in Maria. Nec illi conceperunt de sancto Spiritu, quomodo beata Virgo Maria. Plenitudo igitur beatæ Virginis priuat vacuitatem, sed plenitudo eius negat particularitatem. Non enim *dedit Deus ad mensuram. Ioan. 3. Spiritum sanctum.* Sed, vt dicit *Glossa*, non particulariter, sed generaliter, & vniuersaliter. Plenitudo verò Sanctorum, quæ communis est, importat redundantiam, & effluxionem. Replet enim animam gratia interiori, & sic effluxit per opera exteriora. De omnibus his plenitudinibus dicitur *Eccles. 1. Ad hocum, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant.* Locus autem istarum plenitudinum, est abyssus diuinitatis, vnde exeunt omnia flumina per gratiarum effusionem, & redeunt per gratiarum actionem, vt iterum fluant per gratiarum multiplicationem. Sequitur.

Dominus tecum, scilicet in vtero, tecum in exilio, tecum in solio, tecum per essentiam, tecum per potentiam, tecum per præsentiam, tecum per inhabitantem gratiam, tecum per corporalem præsentiam. Item tecum in propria humiliatione, quoniam ipsum ad templum obtulisti. Tecum in sua persecutione, quando crucem sustinuit, quando stabas iuxta crucem. *Ioan. 19.* Tecum in sua consolatione, quando resurrexit à mortuis. Sequitur.

Benedicta tu in mulieribus. Primò, quia Angelis & hominibus reuerentissima: vel quia à filio dilata, & omnium fidelium successione glorificata. Item à Deo benedicta: quia eius in conceptione, imprægnans est Spiritus sanctus, concipiens Virgo, conceptus Deus. Item à Deo benedicta: quia ipsa est secundum dignitatem caput & principium fœminarum: & hoc propter tria. Primum est: quia habuit quicquid boni in fœminis fuit. Secundum: quia quodlibet illorum in summo habuit, quod nunquam aliqua fœminarum habuit, nec habebit, scilicet quia Virgo virginum fuit, quia mater & Virgo fuit: quia mater Dei fuit. Triplex enim bonum est in fœminis, scilicet

13.

14.

15.

scilicet bonum conjugatarum, viduarum, & virginum.

Bonum conjugatarum est triplex, scilicet fides, proles, & sacramentum. Bonum viduarum similiter triplex, scilicet libertas contemplationis, exercitium in operibus pietatis, castigatio carnis. Bonum virginum similiter triplex, scilicet carnis incorruptio, nulla viti subiectio, & Angelica conuersatio.

Hæc omnia bona, beata Virgo in summo habuit, & insuper omnes præcellit, in causalitate, quia Virgo virginum: in puritate, quia pura in summo: in fecunditate, quia mater. Viduas præcellit: quia viduarum bonum habuit in summa contemplatione, in præcipua pietate, in excellentissima castitate. Coniugatas excellit in tribus: quia habuit fecunditatem sine corruptione, prolem sine patre, fecunditatem respectu altissimæ naturæ, quia est mater Dei. Sequitur.

16. *Et benedictus fructus ventris tui.* Primo, quia puncturam fomitis non habuit. Secundo, quia omnia sciuit. Tertio, quia corruptionem non vidit. Nos enim per peccatum incidimus in hoc triplex maledictum, scilicet fomitis puncturam. Vnde, *Cum operatus fueris, spinas & tribulos germinabis. Genes. 3.* Secundo de necessitate laborem. Vnde, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Tertio incinerationis necessitatem. Vnde, *Cinis es, & in cinerem reuerteris.*

Item, *Benedictus fructus ventris tui*, quia est Pater omnium per creationem in esse naturæ, Pater omnium per recreationem in esse gratiæ, Pater omnium per creati glorificationem in esse gloriæ.

Item, *Benedictus fructus ventris tui*, non solum propter maledicti euacuationem, sed etiam propter omnis boni possessionem. Habuit enim bonitatem naturæ humanæ in summo, bonitatem quæ est ex coniunctione vniuersæ in summo.

Item *fructus iste benedictus est benedictione naturæ, benedictione gratiæ, benedictione gloriæ.* Habuit enim benedictum corpus naturæ, quia purum in forma, quia pulchrum in harmonia, quia euacuarum. Habuit etiam benedictam animam à fomite, ab ignorantia, à peccato. Habuit etiam benedictam diuinitatem in se, in operibus suis. Sequitur.

17. *Eccet incipit.* Conceptio hæc est opus totius Trinitatis, appropriabilis tamen est Spiritui sancto, propter opus summæ benignitatis, cuius est donorum distributio. Vnde iuxta facta sit sanctissima ista conceptio, dicendum cum Damasceno, quod non tantum de sanguinibus, sed & de carnibus beate Virginis. In vno enim loco, scilicet libro de fide, cap. 2. dicit, *ex sanguinibus, in alio loco, scilicet*

Dei. In libro Marianæ.

licet eodem libro, cap. 15. dicit expresse, *ex purissimis carnibus, & sanguinibus.* Sequitur.

18. *Conceptio in vtero.* Videtur superfluum esse hoc quod dicitur, in vtero, omnis enim concipiens, concipit in vtero. Ad hoc dicendum est, quod est privilegium istius solius conceptionis. Omnes enim alii concipiunt in vtero: illa sola concipit in vtero, quia concepit Virgo. Concedimus etiam, quod Dominus fuit in vtero C. C. LXXVI. diebus. Hi sunt XL. septimana, & duo dies. Exit enim clauso vtero, sine dotis assumptione, supernaturaliter nascendo. Sequitur.

19. *Et vocabis nomen eius, Iesum.* Hoc nomen, IESVS, imposuit Dominus, rem nominis præstando, Angelus prædicando, Domina impetrando, Ioseph exequendo. A Deo impositum fuit hoc nomen æternaliter. Ab Angelo in incarnatione, à Domina, & Ioseph in circumcissione. Sequitur.

20. *Hic erit magnus.* Magnus, nobilitate, dignitate, pietate, virtute, famositate, nouitate. Item magnus secundum omnem modum. Magnus secundum substantiam, quia Deus. Magnus secundum quantitatem, quia omnipotens. Secundum qualitatem, quia summè bonus. Secundum relationem, quia Filius Dei. Magnus secundum quando, quia æternus. Magnus secundum vbi, quia vbique. Magnus secundum situm, vel potestatem, quia caput sibi sedes est, terra autem scabellum pedum suarum. Isa. 66. *Et sedes super Cbrubim.* Isa. 37. *Et ambulat super pennas ventorum.* Psal. 17. Magnus secundum habitum, quia *vestis eius candida.* Daniel. 7. *super niuem.* Fortitudo, & *decor indumentum eius.* Proverb. 31. Magnus in magnitudine actionis, id est, incarnatione. Genes. 1. *In principio creauit Deus celum, & terram,* id est, Filium genuit, in quo omnia creauit, recreauit, iustificauit, & glorificauit. Magnus in passione, & magnus erit in glorificatione. Sequitur.

21. *Et Filius Altissimi vocabitur,* æterna nominatione, Scripturæ attestatione, Ioannis prophetatione, operum probatione, Petri confirmatione, Patris declaratione, columbæ ostensione, demonum suspensione, doctrinæ singularitate, quia *numquam sit locutus est homo, sicut hic homo.* Ioan. 7. Omnibus his modis vocabitur ab hominibus, *Altissimi Filius vnigenitus* in esse naturæ, vnigenitus in donis gratiæ. Sequitur.

22. *Et dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius.* Per regnum David temporale figuratur regnum Christi spirituale, in quo IESVS CHRISVS habet sedem regni, sedem sacerdotij, sedem magistrj, sedem iudicij, sedem imperij. Sequitur.

facere iudicium misericordie, quia mater Dei est. Vnde ipsa de confidentia filij potest dicere illud *Matth. 20. An non licet michi facere, quod volo?* Ideo etiam significatur per Deboram prophetantem uxorem Lapidoth, quæ iudicabat populum in tempore, & sedebat sub palma, ad quam ascendebat filij Israel in omne iudicium. *Iudic. 4.* Vnde consequenter illud verbum Filij sui dicere potest *Ioan. 9. In iudicium ego in hunc mundum veni, scilicet, ut sim iudicis misericordie.* Sed iudicis est, scire omnia. Vnde dicitur *in 2. p. Decreti. causâ 30. quest. 5.* Iudicantem cuncta rimari oportet.

10. Item ipsa est attraxit peccatorum. *Ioan. 6. IESVS dixit turbis: Nemo venit ad me, nisi pater meus, qui misit me, traxerit eum.* Sed nunquid non veniunt ad te, quos mater tua traxerit ad te? Utique omnis, quem trahit mater ad eum, impossibile est, ut intereat, vt dicit *Anselmus de laudibus beate Virginis.*

11. Item est opus admirationis, tam Angelorum, quam hominum. *Ioan. 7. Vnum opus feci, id est, Mariam, quæ vna & singularis est, & omnes admirationis eius naturam, eius gratiam, eius gloriam, eius humilitatem, eius misericordiam.*

12. Item ipsa est sedes misericordie. Vnde Filius Dei filius Adæ protulit sententiam absolutionis. *Ioan. 8. IESVS autem se inclinans deorsum. Glosa: de sede Patris in mundum, digito scribebas in terrâ. Qui sine peccato est, misit in eam lapidem, &c.* Et statim subintulit: *Nemo se condemnavit mulier. Nemo, &c.*

13. Item ipsa est ostium cæli. Vnde illud *Ioan. 10. dicere potest: Per me si quis introierit, salvabitur.*

14. Item ipsa est vitis. *Ioan. 15. Ego sum vitis vera, & Pater meus, &c.* Nota proprietates vitis bonæ, & ad apta Virgini Mariæ.

15. Item ipsa est mater fidelis stationis. *Ioan. 19. Stabat iuxta crucem IESVS mater.* Libet exclamare de istâ statione. Clamo igitur & dico, quia ista statio est fidelissima. Fidelis enim aduocatus libenter stat ad tribunal iudicis, vbi pro suo cliente datur sententia absolutionis, & pro aduersario sententia damnationis. Sic Maria aduocata nostra apud crucem stetit, in qua Filius Dei pendens indez omnium, dedit sententiam de diaboli damnatione, & de peccatorum absolutione. Vt ibi. *Luc. 23. Pater dimitte illis, &c.* Vel sententiam de regni aperitione. Vt ibidem: *Hodie mecum eris, &c.*

Clamo secundò, & dico, quia ista statio est sapientissima. Docet enim beata Virgo sub arbore crucis semper stare propter tuitionem à milu inferni, propter refrigerationem ab æstu mundi & peccati, & propter consolationem à labore delicti. *Genes. 3. Dixit Abraham: Requiesce sub arbore, & postea transfertur.*

Clamo tertio, quia statio ista est utilissima. Docet enim nos Magister Christus in cathedrâ crucis sedens, in omni tribulatione

ad Dominum clamare, vt ibi. *Mar. 15. Eloi, Eloi, &c. Glosa: vt homo loquitur, vt homo flet, vt homo crucifigitur, vt homo turbatur.* Secundò docet pro persecutoribus exorare, vt ibi. *Luc. 23. Pater dimitte illis, &c.* Tertio docet afflictis misereri, vt ibi. *Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Luc. cit. Glosa: Semper Dominus plus tribuit, quam rogetur, sicut pater in latrone, qui dicebat: Memento mei. Et ille: Hodie mecum eris in paradiso.* Citò ignoscit Dominus, quia citò conuertitur ille. Quarto docet patientiam diligenter habere & curam, ibi. *Mulier ecce filius tuus.* Quintò salutem desiderare, ibi. *Sitio.* Sextò in articulo mortis Deum inuocare, ibi. *Pater, in manus tuas, &c.*

Item ipsa est potentissima in sua assumptione. Vnde conuenit ei illud *Ioan. 20. Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* His verbis nullus conuenienter ita vti potuit, sicut beatissima Virgo in sua assumptione ad regnum cælorum. Vnde nota circa eius assumptionem tria, scilicet qualiter ascendit. Primò ascendit feliciter: quia ad Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Vnde dixit: *Ascendo ad Patrem meum, &c.* Item ascendit hilariter: quia conculcauit mundum, diabolium, & peccatum. Item ascendit regaliter, cum choris Angelorum, & Sanctorum, & cum ductore suo, IESU CHRISTO. Vnde ipsi admirando poterant dicere: *Qua est ista, qua ascendit de deserto, &c. Cant. 3.*

Secundò videndum est, quare ascendit, scilicet vt infernum obstrueret, vt cælum aperiret, vt Deum Patrem placaret, vt cæli militiam lætificaret, vt nos ad se traheret. *Cant. 1. Trahe me post te, &c.*

Tertio videndum est quò ascendit. Et sciendum, quòd post Christum ad locum nobilissimum & altissimum; hoc enim triplex ratio exigebat. Prima fuit summa eius post Deum nobilitas. Vnde *Aristoteles libro de mundo. cap. 7.* Nobilis rex debet esse in nobili loco. Sic & ipsa. Secunda fuit meritorum qualitas, quia ipsa summum meritum habuit. Ergo post Christum, summum locum habere debuit. Tertia est Dei promittentis veritas. Constitutio enim Dei est, vt omnis qui se humiliat, exaltetur, & qui se maximè humiliat, maximè exaltetur. Hoc autem ipsa post Christum maximè fecit. Ergo maximè exaltari debuit. Incluta ergo Dei genitrix, trahere nos ad te, si non vis, vt recedamus à te, alioquin fugiemus à te, quæ es benedicta super omnes mulieres. *Luc. 1. in sæcula sæculorum. Amen.*

16.

LIBER

LIBER APOCALYPSIS

Apocalypsis IESU CHRISTI

1. Beatissima Virgo Maria secundam locum in Apocalypsi dicitur sedes Filij Dei. *Apocalyp. 1. Vidi: & ecce sedes, & sedes Maria, & postea in cælis, & est, in Beethan.* Hæc sedes vocatur cælis, nobilitate, quia solus Deus habitabat in cælis. *Ioan. 1. Sedes dico, pariter ad iudicium, & ad gloriam, & ad iudicium, & ad gloriam.* Item hæc sedes totius propitiationis. Vnde, *Iris erat in circuitu sedis. Glosa: id est, pax, & propitiatio, quæ est in circuitu protegens.* Ipsa est sedes comminationis. Vnde dicitur, *Ei de sede, & throno præcedebant fulgura comminationis, & vocis admonitionis, & mirra summe placentionis.* Ipsa est sedes totius pulchritudinis. Vnde *Septem lampades ardentes ante thronum, id est, septem dona Spiritus sancti, quibus ipsa pre cunctis moralibus illuminata fuit.* Hæc est thronus, de quo *Apocalyp. 7.* dicitur: *Vidi turbam magnam, &c.* Sequitur: *Stantem ante thronum Dei. Glosa: vt aspicantur. Et clamabant voce magna in præsentem, & in futuro maximè, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum.*

2. Item ipsa est altare oblationis. *Apocal. 8. Audias vocem unam, id est, Mariam, de quibus cornibus altaris unum. Glosa: super quod quocumque oblationis, accipitur, quod est unum altare Dei. Quibus cornibus sunt hæc, misericordia, humilitas, benignitas, & largitas.*

3. Item ipsa est Regia duodecim prærogatiuis coronata. *Apocalyp. 12. Signum in gremio apparuit in cælis. Glosa: id est, in Ecclesia: mulier unius filij, id est, Maria Christo, quæ unius Christum, qui eam illuminat. Et tunc sub pedibus eius. Glosa: id est, omnis cetera. Vnde Bernardus sermone super octavas pasche. *Apocalyp. Quid ad Mariam tres pedes humana fragilitas. Nihil austerum in ea, nihil terribile: non suavis est, omnibus offerens lac, & sanam. Reuolue diligentius Evangelicæ historice feriem vniuersam: & si quid forte incognitum, si quid durum, si quod demum signum vel tenuis indignationis occiderit in Maria, de cætero suspectam habes, & accedete verearis, &c.* Ipsa namque mulier amicti sole dicitur: qui quoadmodum in peccator & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque præteritis non dilata merita, sed omnibus sese exoribens, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miscetur affectu.*

Merito ergo ipsa stellis duodecim, id est, duodecim prærogatiuis coronatur. Quarum prima est sua sanctificatio. Secunda Angelica saluatio. Tertia Spiritus sancti inspiratione. Quarta, Filij Dei conceptio.

Quinta, Virginitas primæria. Sexta, Quia sine macula, & sine ruga. Septima, Quia sine macula, & sine ruga. Octava, Quia sine dolo, & sine macula. Nona, Manufactura pudicitie. Decima, Devotio humilitatis. Undecima, Magnanimitas credulitatis. Duodecima, Martyrium cordis.

Vel aliter. In capite eius cornu duodecim stellarum. Prima stella, & privilegium beatitudinis. Virginitas est peccati immunitas, quod de aliis hominibus dici non potest. *Ioan. 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.*

Secunda est, peccati impossibilitas: quia cum sit plenitudo gratie in B. Virgine, ideo dicitur non posse peccare: quod iterum in nullo alio homine.

Tertia est, quod quodlibet mortu, & opere meruit. Vnde Apostolus: *Omne quodcumque feceris, in verbo, &c. 1. Corinth. 10. Sine manducatis, sine bibitis.* Hoc inter omnes Sanctos huius vite, ipsa plenissime fecit.

Quarta est puritas in summo. Vnde *Anselmus libro de Conceptu Virginali. capite 18.* Decens erat, vt ea puritate beata Virgo niteret, quæ maior sub Deo nequit intelligi, cui Deus Pater, unicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita date disponebat? vt naturaliter vnus idemque esset Pater, Virginisque Filius. Et quam ipse Filius substantialiter sibi matrem eligebat. Et de qua Spiritus sanctus volebat, & operaturus erat, vt conciperetur, & nasceretur, de quo ipse procedebat.

Quinta, quod ipsa dicitur mater Dei, propter quod dicitur gratia plena. Vnde dicitur, quod mater gratia non potest maculari, nec pura creature participare, quam esse matrem Dei per naturam. Plus est enim, Dei matrem esse per naturam, quam Dei filium esse per adoptionem.

Sexta est, quia est mater & virgo simul, quod verum à soli conuenit. Vnde canit Ecclesia & Sedulius:

Nec primam similem visa est, nec habere sequentem.
Vnde Dionysius cap. 2. de divinis Nominibus. Hoc nouum est, & omnium, nouorum nominissimum.

* Expressius id habent S. Hieronymus in Epistola sua sermone ad Paulum, & Eusebius. Damascenus lib. 3. de fide cap. 3. Cyrillus sermone de Natiuitate Christi, & Bernardus sermone 3. in Virgine Natalis Domini, & similis 1. super Misericordiam.

Septima est, quia est Virgo virginum, & hæc tribus de causis. Primò, quia ipsa est mater omnium in virginitate. Nam ipsa sine præcepto, consilio, & exemplo hoc gloriosum manus virginum Deo obtulit.

D d ; Secundò,

Secundò, quia ipsa omnes virgines excellit in fomitibus extinctione, & in summa puritate citra Deum. Tertio quia in virginitate excellit Angelos. Angelorum enim puritas est necessaria, sed hæc voluntaria. Unde hæc gratior, quam illa.

Octava est, omnium mater, quia vnum hominem genuit, in quo nos omnes regeneravit. Item in vno homine nobis genuit quicquid ad hanc vitam, & futuram necessarium fuit. Item est mater omnium dignitate, quia ipsa est primogenita ante omnem creaturam. Quæ enim mater creatoris est, mater omnium creaturarum est, & sic omnium bonorum mater.

Nona est, quia ipsa dicitur stella maris, propter quinque. In illa enim stella est considerare substantiam, qualitatem, situm, statum, & effectum. Primò substantia est cælestis, & incorruptibilis lucis origo. Sic & ipsa cælestis in conuersatione, incorrupta in corpore, origo lucis in regeneratione. Secundò qualitate est superior. Sic & ipsa respectu omnium Sanctorum, est clarior virginitate, vtilior fecunditate. Tertio situ est suprema, & vltima. Sic & ipsa summa, dignitate, & vltima, humilitate. Quarto status stellæ, est sine motu, sine occasu, sine errore. Sic & ipsa sine motu inconstantia, sine occasu culpæ, sine errore ignorantia. Quinto effectus stellæ triplex, ferrum attrahit, lucem trahit, nautas dirigit. Sic & peccatores attrahit, pœnitentes illuminat, & dirigit innocentes. Et sic patet, quare ipsa dicitur stella maris.

Decima est, quia ipsa dicitur porta cæli. Et primò propter hoc, quia ipsa porta exportat, & importat. Sic & ipsa dicitur porta, quia per ipsam exiit, quicquid vnquam gratia creatum, vel increatum, in mundum venit. Vel ideò, quia per ipsam intrauit, quicquid vnquam gratia creatum, vel increatum, in mundum venit. Vel ideò, quia per ipsam intrauit, quicquid boni ad cælos ascendit. Unde Filius dicit de ipsa illud *Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.*

Vndecima est communicatio passionis, de qua *Damasceus dicit libro quarto fidei orthodoxæ. cap. 15.* Sed ipsa (mater scilicet Dei) beata, & super naturam donorum digna effecta, dolores partus, quos effugit pariens, illos tempore passionis sustinuit, ex materna compassione viscerum, lacerum reparturiens. Et sic ipsa summè doluit, & sic summè glorificari debuit.

Duodecima est eius exaltatio super omnem creaturam, in quartam hierarchiam, & propter hoc Regina misericordie appellatur. Unde Ecclesia in laudem ipsius concinit in festo assumptionis: *Exaltata es sancta Dei Genitrix, &c.*

Et sciendum est, quod inter hæc duo-

decim privilegia beatæ Virginis, vltimum, scilicet quod nominatur Regina misericordie, propriè conuenit ei in prædictam dignitatem exaltatæ. Primò, quia misericordia plus comprehendit, quam gloria. Nam iustitia, gratia, gloria per se tantum dicunt collationem boni. Misericordia autem dicit collationem boni, & ablationem mali. Per se ergo plus comprehendit, & in amplius se extendit regnum misericordie, quam regnum iustitie, gratie, & glorie. Item ipsa gloria tantum est in cælis, sed misericordia est in cælo, & in terra, & in purgatorio. Ergo maximum est regnum misericordie. Item cum proprium sit Filij sui, misereri semper, & parcere, & ipsa super patrimonium, & proprietatem Filij sui, sit Regina. Ergo ipsa Regina misericordie conuenientissimè appellatur.

Item beata Virgo figurata est per septem Angelos. *Apocalyps. 16.* quorum primus effudit phialam suam in terram. Secundus Angelus in mare. Tertius, super flumina. Quartus in solem. Quintus super sedem bestia. Sextus, in flumen magnum Euphraten. Septimus, in aërem. Sic & ipsa phialas gratie & misericordie effudit in omnes.

Ipsa etiam in summo habet proprietates Angelorum omnium. Unde videndum est de singulis, de proprietatibus primæ hierarchie ascendendo, quorum primus est ordo Angelorum. Huius tres proprietates sunt. Vna est, quia ordo ille immediatè ordinatur ad humanam hierarchiam. Sed ipsa vicinè ordinata est nobis. Angeli enim sunt nobis prælati tantum. Ipsa verò comprælatæ, mater, & filia, atque soror existit. Secunda est, quia magis noti sumus illis per intelligentiam. Sed ipsa scit infirmitates nostras per experientiam. Tertia est, quia singulos homines ipsi singuli custodiunt. Sed ipsa singulos, & vniuersos.

Secundus ordo est Archangelorum, secundum *Dionysium cap. 6. & 9. cælestis hierarchie*, qui similiter tres quoque habere videtur proprietates. Quarum prima est, quod ipsi à superioribus communicant. Sic ipsa à summis communicavit nobis scilicet à Trinitate. *Spiritus sanctus superueniet in te. Luca 1.* Secunda est supra inferiores esse. Sed ipsa supra omnes est. Tertia est, interiores reducere. Hoc ipsa in summo fecit: quia lapsum hominem, in Angelorum restaurationem reuocavit.

Tertius ordo est Principiarum, qui similiter tres proprietates habent. Prima est primi principij imitatio. Sic beata Virgo, primum principium, scilicet suum Filium imitatur in omni misericordia, & humilitate. Secunda est ornatus virtutum, quem ipsa in summo habet. Unde in *Can. 1. Nigra sum, sed formosa, &c.* Tertia est esse inferiorum, ad ipsum primificum principium redu-

ctium,

Actuum, quod ipsa etiam habuit in summo, quia de ultimo fecit primum, & de primo vltimum.

Modo de secunda hierarchia videamus, cuius & tres sunt ordines. Primus est Potestatum, qui tres habent proprietates. Prima est sui ordinis, & dignitatis gratia custodita. Hanc habuit ipsa in summo, quia fuit Virgo post partum, & ante partum, & in partu, stante dignitate maternitatis. Secunda est aliorum ordinatum. Sic & ipsa fuit ordinis virginalis inuentrix, & inordinatrix. Tertia est actuum, & reductuum. Sic & ipsa fuit reducta per exemplum. Vnde dicitur stella maris.

Secundus ordo est Virtutum, quarum tres sunt proprietates. Prima est incommutabilis virilitas, quae consistit in beata Virgine in tribus, in resistentia contrarij, quia omne peccatum vicit in aggressionem ardui, scilicet in altissima paupertate: in tolerantia aduersitatis, scilicet passione filij. Secunda est nullius imbecillitatis tarditas. Hanc ipsa cum excellentia habuit, quia eandem Angelicam vitam, quam Angeli habent, ipsa sine onere carnis, in carne dedit, & ideo illos ad maius brauium praecipit. Tertia est ad inferiores largitas, quam ipsa habet cum excellentia. Illi enim dant dona Dei: ipsa vero dedit ipsum Deum. Vel ipsi dant tantum inferioribus: ipsa inferioribus, & superioribus. Dedit enim mundo Deum, & Deo mundum.

Tertius est ordo Dominationum, qui habent, secundum Dionysium cap. 6. caelestis hierarchie, has proprietates. Prima est a seruitute libertas. Secunda est, ab hostibus inuincibilitas. Tertia, liberalis seruitas. Quarta, minutiui seruitij superioritas. Quinta, nullius subiectionis egestas. Sexta, dissimilitudinis immunitas. Septima, dominandi ordinata voluntas. Octaua, sui & suorum ad Deum conformitas. Nona, nulla in dominando vanitas. Decima, Dominice dominationis particeps conformitas. Has omnes proprietates habuit beata Virgo in summo.

Restat nunc videre de suprema hierarchia, in qua primus in ascendendo, est ordo Thronorum, quorum sex sunt proprietates. Prima est celsitudo. Secunda est regis circumdatio. Tertia, stabilis collocatio. Quarta, regis susceptio. Quinta, regis delatio. Sexta, familiaris aperitio. Sic & beata Virgo celsissima est quantum ad primum. Regem gremio vteri sui circumdedit, quoad secundum. Ipsum in soliam glorie & gratiae elegit, quoad tertium. Ipsum per praesentiam corporalem suscepit, quoad quartum. Regem glorie in mundum detulit de caelo, quoad quintum. Ipsi datum est incarna-

tionis sacramentum, soli praes omnibus scire, & experiri, quantum ad sextum.

Secundus ordo est Cherubin, cuius secundum Dionysium cap. 7. caelestis hierarchie, quatuor sunt proprietates. Prima est in circuitu eius esse. Sic & ipsa totum ipsum circumdedit, scilicet in conceptione. Secunda est reductuum per quod secundum Commentatorem intelligitur quo ad Deum tendant. Sic & beata Virgo omnia reductibilia ad Deum reduxit. Tertia est actuum quod est, ut dicit Commentator, ut secundum Deum incedant. Quod ipsa praes omnibus fecit. Quarta est exemplatiuum, quod est, secundum Commentatorem, ut secundum suum exemplum hoc faciant. Sic & ipsa omnium virtutum exitit exemplar.

Supremus omnium est ordo Seraphin, cuius, secundum Dionysium vbi proxime, octo sunt proprietates. Prima est mobile, scilicet dilectionis, quae est vita. Sic & ipsa est nobis causa vitae aeternae. Secunda est incessabile, & est charitas, quia est perpetuum. Sic & ipsa incessabilitatem charitatis habet supra Seraphin. Tertia est calidum, & est dilectio calida & seipita. Hanc habuit beata Virgo super Seraphin. Maior est enim virtus, quae facit sopitum in tumultu, & strepitu, quam illa quae sopitum facit in silentio & quiete. Sic & beata Virgo omnino tranquillata fuit in tumultu tribulationum, & persecutionum. Quarta est acutum. Et dicit Commentator, quod acutum est sapientia. Sed ipsa maxime sapiens fuit. Quinta est superfluidum, quod est, cum per ignem charitatis extollitur super se. Et illa super omnes choros Angelorum eleuata est. Sexta est intentum, quod est, secundum Commentatorem, ut in ipsum pergat. Quod & ipsa fecit. Septima est intimum, quod est, ut dicit Commentator, ut ad exteriora non effluat. Imo ipsa supra naturam & contra naturam sursum fluxit, & omnes qui defluerunt, secum sursum reduxit. Octaua proprietas est inflexibile, quod est, ut ad negotia extra ipsum non diuertant. Et hanc beata Virgo habuit super Seraphin. Isti enim ab illo tantum tempore, quo illud acceperunt, non diueterunt: illa autem non solum nunquam diuertit ab ipso, sed omnia vertit ad ipsum.

Est ergo beatissima Virgo Maria, Angelus in gratiae inuentione, Archangelus in Dei generatione, Princeps in Principum subiectione, Potestas in supernaturalium operatione, Virtus in Dei fortissimorum actuum perfectione, Dominatio in creaturae superpositione, Thronus in Dei corporali receptione, Cherubin in omnium secretorum secretissima cognitione, Seraphin in suprema super omnes dilectione.

O Regina misericordie, gratie & glorie, Imperatrix vniuersarum, hunc libellum ad honorem tuum qualitercumque compilatum benignè suscipias. & omnia peccata mea diluas, gratiam gratum facientem

finaliter tribuas, & ad gloriam sempiternam, me indignissimum tuum famulum perducas. Amen. Tu quoque Lector quidquid in eo emendandum, charitate fraterna studeas emendare.



INDEX



INDEX

Rerum notabilium, quæ in Quæstionibus super Missus continentur.

A

A & Euz benedictio tria complectitur, naturæ fecunditatem, terræ subiectionem, animalium dominationem. q. 168
 Angelorum omnium communes proprietates. q. 152
 Ordinis infimi Angelorum tres proprietates. 1. quod ordo ille immediatè ordinatur ad humanam Hierarchiam. 2. quod maximè nobis notè per intelligentiam suæ illius ordinis Angeli. 3. quod singuli singulos homines custodiunt. q. 152
 Angelus ad Mariz cubiculum clausis ianuis est ingressus. q. 30. §. 2
 Anima secundum sui operis officium variis nuncupatur nominibus. q. 61. §. 2. resp. ad q. 45
 Anima glorificabitur suo modo, sicut corpus glorificatur suo modo. ibid.
 Annuntiatio Christi congrua & necessaria fuit, propter Dei honorationem, angelicæ dignitatis ostensionem, beatissimæ Virginis commendationem, & ad nostram vtilitatē. q. 1. §. 2
 Annuntiatio Christi conuenienter facta est per Angelum, qui non fuit illuminator, sed illuminationis interioris exterior delator & reuelator. q. 2. §. 17
 Species humana conuenit ad annuntiationem Christi. q. 3. §. 3
 Angelus apparuit in forma sexus virilis & in ætate iuuenili. q. 4. & 5
 Angelus venire debuit in veste clara, & propter seipsum nuntiantem, & propter recipientem, & propter nuntiarum. q. 6. §. 5
 Hæc annuntiatio fuit in ortu diei. q. 7. §. 5
 Annuntiatus & conceptus fuit Christus in ciuitate scilicet Nazareth. q. 8. §. 2. & q. 10. §. 2
 Annuntiatio & conceptio Dominica fieri debuit in Galilæa, & propter factum quod fiebat, & propter finem ratione cuius fiebat. q. 9. a. 2
 Annuntiatio hæc debuit fieri ad Virginem. q. 11. §. 3
 Beatissima Virgo in actu contemplationis fuit, quando ei ista annuntiatio venit. q. 12. §. 3
 Archangeli sunt concij diuinorum mysteriorum, & nonnulli ob præcipuas & maximas causas mittuntur. q. 2. §. 3
 Archangelorum tres proprietates. 1. est à super-

rioribus communicare. 2. super inferiores esse. 3. inferiores ad superiores reducere. q. 154
 Aser morum iustificationem significat. q. 176
 Assumpta est B. Dei mater in corpore & anima super choros Angelorum. q. 131
 Autoritas idem flagitat, & rationi præparat hominem ratio ad intellectum cognitionemque perducit. in prolog.
 Aue, verbum deprecatium, & salutarium, & nunciatum. q. 31. a. 3.
 Aureolas martyrum, prædicatorum & Virginum B. Virgo habuit. q. 78. 79. & 80

B

Balaam generaliter benedixit Israël. q. 179. & seq.
 Baptismus Maria suscepit & per baptismum Characteris impressionem. q. 41. §. 2
 Beatitudines habuit B. Virgo excellentius omnino viatore. q. 70
 Beatitudinum sufficientia. q. 94. §. 5
 Benedictionis quadruplex est ratio: dicitur enim benedictio maledicti euacuatio, secunditatis ampliatio, singularis gratiæ collatio, & congratulantium collaudatio. q. 166. & q. 197. resp. ad q. 194
 B. Virgo secundum omnem rationem benedictionis, omnifariam est super benedicta. ibid.
 Qualiter benedicta Virgo omnes alias benedictiones habuit. q. 167. & seq.

C

Capilli caput custodiunt, honestant & defendunt. q. 19. §. 2
 Caritas est virtus qua illud quod diligendum est diligitur. q. 47
 Caritas viatoris tria exigit in subiecto charitatis ad hoc vt transeat in charitatem comprehensorum, primum est deputatio, secundum est in se collectio, tertium est eleuatio. q. 61. §. 2. resp. ad q. 45
 Eadem est substantia charitatis viz & charitas peccatrix. ibid.
 Caritas B. Virginis in statu viz maior fuit omnino charitate puræ creaturæ secundum substantiam, sed non quantum ad actum. q. 61. §. 2. resp. ad q. 45
 Caritas est, quæ à terra ad Deum euocat. q. 83
 Charitatis 16. proprietates. q. 170
 Signa

Index rerum.

Signa bonæ temperaturæ cerebri. q.19. §.1
 Signa frigidi cerebri, sicci, humidi, & calidi arque
 ficci. q.20. §.3
 Cherubin quatuor proprietates. 1. est esse in cir-
 cuitu. 2. est reductiuum. 3. actiuum. 4. exem-
 plarium. q.160
 Christus Rex Angelorum. q.223
 Christi regnum. q.223. resp. ad q.121
 Cœlibatus Ioannis non præfertur coniugio
 Abraham. p.196
 Confirmationis sacramentum maiori veneratio-
 ne tenendum, sicut à maioribus datur. q.37
 Confirmationis sacramentum Maria suscepit, &
 in eo characteris impressionem, amplio-
 rem meritorum augmentationem, perfectiorem
 virtutum exercitationem & declarationem.
 q.43. §.2
 Cogitationum restrictio. q.173
 Cogitatio quasi coagitatio. q.199
 Coloris diuersitas triplex est in corpore huma-
 no, s. in cute, in capillis, & in oculis. q.18
 Conceptio Christi est opus Trinitatis, appropria-
 bile tamen Spiritui sancto. q.213. resp. ad q.205
 Facta est de sanguinibus & carnibus B. Virginis
 ibid.
 Per modum generationis & non creationis. ibid.
 Conceptio B. Virginis fuit miraculosa. q.126
 Coniugia sunt sanctiora pari voto continen-
 tium. q.43. §.2
 Compasio triplex, accidentalis, naturalis & ef-
 fentialis. q.165
 Consilij donum Maria super omnes habuit. q.65
 Continentes, qui paritur & non deducitur. q.80
 Corporis eucratia indicia, q.17. §.1
 Corpus constitutum ex quatuor elementis & ex
 quinta essentia, secundum duos ordinatur sta-
 tus, scilicet corruptionis & statum in-
 corruptionis. q.61. §. resp. ad q.35
 Cutis colores sunt sex, s. ex albedine & rubedine
 compalitus, niger, citrinus, glaucus, albus, &
 rubeus. q.20. §.2

D An iudicium. q.173
 Per officium Dan illecebras cogitationes
 deprehendimus, arguimus, damnamus, casti-
 gamus. ibid.
 Dauid sedes quid. 221
 Gradus quibus ascenditur ad videndum Deum,
 tripliciter distingui possunt. 1. secundum ordi-
 nem potentiarum vel actuum naturalem. 2.
 secundum habituum gratuitorum perfectio-
 nem, animam super posse naturæ eleuantium.
 3. secundum diuersitatem subiecti quod ele-
 uatur, & medij per quod eleuatur. q.61. §.3.4.
 & 5
 Deos eloquia vocant non tantum super cœlestes
 essentias, sed apud nos amicissimos Dei & mi-
 rabiles viros. q.62
 Deus est quo nihil melius excogitari potest.
 q.196
 Magna est potentia Dei nec peccare nec meuri-
 ri posse. ibid.
 Dei æterna claritas à quibusdam in hac carne
 corruptibili viuentibus, sed tamen inextima-
 bili virtute crescentibus, quodam contempla-
 tionis acumine videri potest, s. tamen huic vi-
 tæ funditus fuerunt mortui. q.44

In illa specie qua Deus est, nemo eum videt vi-
 uens vita ista, qua mortaliter viuunt in istis
 sensibus corporis. q.61. §.2
 Desponsatio B. Virginis fuit possibilis & utilis,
 q.13. §.3. & q
 Diei septimæ benedictio est operis consumma-
 tio, à peccatis vacatio, æternæ requiei præfi-
 guratio. q.167
 Dominationum decem proprietates. 1. est à ser-
 uiture libertas. 2. ab hoste inuincibilitas. 3. li-
 beralis severitas. 4. minutiui seruitij supe-
 rioritas. 5. nullius subiectionis egestas. 6. diffi-
 militudinis immunitas. 7. dominandi ordina-
 ta voluntas. 8. sui & suorum ad Deum con-
 formitas. 9. nulla in dominando vanitas. 10.
 diuinæ dominationis particeps conformitas.
 q.158
 Dominus est nomen omnipotentis Dei demon-
 stratiuum. q.165
 Dominus specialiter cum Maria. ibid.
 Dona sunt in B. Virgine secundum modum qui
 est supra statum viatorum. q.62
 Donorum sufficientia. q.94. §.4
 Dulcia est honor creaturæ debitus & exhibitus.
 q.52

E Lizabeth conceptus quare nunciatur Mariz.
 q.230. resp. ad q.229
 Episcopi nomen sonat non dominium, sed offi-
 cium. q.43. §.2
 Eua in quantum Virgo non perdidit nos, sed in-
 quantum coniuncta fuit viro cum quo co-
 pulata generauit. q.11. §.3
 Erubescencia non est sine spe salutis. q.201
 De Eucharistia Sacramento Maria recepit Do-
 minicæ passionis rememorationem, deuotio-
 nis actualis exercitationem, contra corpora-
 lem filij absentiam consolationem. q.93. §.2

Fidei sunt, qui sacramentum & non effectum
 sacramenti accipiunt. q.36. §.2
 Fidei habitus fuit in B. Virgine. q.61. §.1. resp. ad
 44
 Inconstantia fidei B. Virgo superat omnes via-
 tores. q.112
 Eadem fides mediatoris quæ nos saluat, multos
 saluos iustos faciebat antiquos. q.147
 Virgo sola tempore passionis permanit in fide.
 q.148
 Fiducia est certa spes perducendi ad finem rem
 quæ incepta est. q.55
 Filius Dei ea assumpsit quæ in natura nostra
 plantauit. q.202
 Filius Dei incarnatus rectè vocatus est Iesus.
 q.218.
 Hoc nomen impositum est à Deo æternaliter,
 ab Angelo in annuntiatione, à Domina & Io-
 seph in circumcissione. ibid.
 Filius Dei in incarnatione magnus & paruus.
 q.219.
 Filius mittitur, cum cognitio de spiritualibus da-
 tur. q.2. §.14
 Fortior fuit B. Virgo tribus fortioribus omni
 viatore, s. Deo, morte, diabolo. q.66
 Fortitudinis actus essentialis est, inseparabiliter
 adherere Deo. q.66
 Fructus B. Virgo habuit excellentius omnibus
 viatoribus. q.81. resp. ad q.70
 Fructuum sufficientia. q.94. §.6
 Frui

Index rerum.

Frui est amore inherere alicui rei propter se.
 q.48
 Frui in via non potuit B. Virgini dari privile-
 gium: quia illud creatura non vitia non
 compatitur secum cum corpore corruptibili
 & cum pœna. q.163. §.3

G Ad accinctus. q.174
 Gad procul dubio tunc se accingit, quando
 sensuum dissolutionem per disciplinam re-
 stringit. ibid.
 Gaudium summum B. Virginis quodnam fuerit.
 q.150
 Gaudium est conscientie puritas, & eleuatio
 animi in his quæ digna sunt se exaltant.
 q.84.
 Gaudij æterni decem proprietates. q.172
 Genealogias texere mulierum non fuit consu-
 etudo Hebræis neque diuinæ Scripturæ. q.26.
 & 27
 Gratia plenitudo duplex: est enim plenitudo
 gratiæ datiuæ tantum & effluxiuæ non re-
 ceptiuæ; alia est primò receptiuæ, & post illud
 effluxiuæ: prima soli Deo conuenit, secunda
 conuenit creaturis. q.34. §.3. item q.164
 Gratia & fortitudine plenum legimus Stepha-
 num, & Apostolos fuisse repletos Spiritu San-
 cto, sed longè dissimiliter à Maria. q.34. §.4
 Gratiam Spiritus sancti in septem donis diui-
 sam, B. Virgo habuit excellentius omni
 viatore, & quodammodo omni creatura.
 q.69. resp. ad q.61
 Gratiarum gratum facientium sufficientia. q.94.
 §.1
 Gratiarum gratis datarum sufficientia. q.122
 Maior gratia non potest intelligi participari pu-
 ræ creaturæ quam esse matrem Dei. q.140.
 & 141
 Qualiter B. Virgo gratia plena fuit. q.164
 Quid nobis ex hac plenitudine venerit. ibid.
 Gratiam inuenire, quid. q.203

H Abitus triplex, s. vanitatis, mediocritatis, &
 humilitatis. q.61. §.4. resp. ad q.60
 Habitus B. Virginis fuit habitus humilitatis, sed
 in medietate, id est, mediocriter humilis. ibid.
 Hierarchia est ordo diuinus & scientia & ope-
 ratio. q.152
 Vbi maior humilitas, ibi maior sapientia. q.63

Iacob domus quid. q.223. resp. ad q.121
 Inferiorum proprietates habent superiores
 cum excellentia. q.152
 Intellectus donum fuit in B. Virgine medio mo-
 do inter viatores & comprehensores. q.64
 In tria diuiduntur secundum se supermundana
 ratione omnes diuini intellectus, in essentiam,
 & virtutem, & operationem. q.152
 Ioannes Euangelista B. Virginis proprius con-
 fessor. q.43. §.2
 Ioseph conuenienter est appellatus B. Virginis
 sponsus. q.23. §.1. & 2.
 Ioseph nobilis genere, mente nobilior. q.24. §.2
 Ioseph augmentum. q.177. & 188
 Isachar, merces. q.172
 Iustitiae duæ sunt partes, s. declinare à malo, &
 facere bonum. q.50

Latria est soli Deo debitus & exhibitus ho-
 nor. q.51
 Lex deitatis sanctissima hæc, per prima, secunda
 ad diuinitatem reducere lucem suam. q.1. §.1
 Liberi arbitrij quatuor sunt status. 1. posse pec-
 care & posse non peccare. 2. posse peccare &
 non posse non peccare damnabiliter. 3. posse
 peccare & posse non peccare damnabiliter
 saltem. 4. non posse peccare. q.134

Magnanimitas est rationalis aggressio terri-
 bilium. q.55
 Magnificencia est rerum bene gestarum felix
 consummatio. q.55
 Manuetus nec irritat, nec irritatur, nec nocet,
 nec nocere cogitat. q.72
 Manuetudinis beatitudinem habuit B. Virgo
 omnibus aliis excellentius. ibid.
 Maria à nullo illustrium vincitur in aliquo. in
 prolo.

Maria Deum concepit tali ætate, qua perfecta
 fuit statu corporis & quantitate. q.24. §.3
 Maria & Ioseph de domo Dauid. q.24. §.3
 Maria orta è bonis & malis. q.24. §.3
 Mariz nomen matri Virgini congruenter aptatur
 q.29. §.1.
 Maria maris stella. ibid. & q.146
 Maria Euzæ per omnia fuit contraria. q.29. §.3
 Maria fuit sine vix communi omnibus homini-
 bus, sine vix speciali militibus, sine vix pro-
 prio matribus. q.51. §.4
 Modum quo de spiritu sancto Maria concepit,
 soli datum est nosse, cui solum datum est ex-
 periri. q.44. & q.227. resp. ad q.226
 Maria tripliciter excellit cognitiones viatorum, s.
 in cognitionis perfectione, in habitus possessio-
 ne, & in modo cognoscendi cum quiete &
 sine abstractione. q.61. §.1. resp. ad q.44
 Maria habuit statum medium inter statum sim-
 plicis viatoris & statum simplicis comprehen-
 soris. q.61. & §.2. resp. ad q.45
 Maria perf. etiam cognitionem Trinitatis Dei sine
 medio habuit in via per specialissimam gratiam,
 mysterij incarnationis per gratiam & singularè
 experientiam, suæ prædestinationis per reue-
 lationem & causam, animæ suæ & spirituum
 per proprias species, omnium ad statum viæ
 pertinentium per gratiæ infusionem & inspi-
 rationem, omnium circa se futurorum per re-
 uelationem, omnium ad statum patriæ perti-
 nentium per contemplationis reuelationem,
 omnium creaturarum per naturam & gratiam
 & contemplationem. q.111. resp. ad q.95
 Maria nullius propriè habuit ignorantiam, sed
 perfectam cognitionem omnium ad suam
 beatitudinem secundum statum viæ perti-
 nentium, & nullorum inutilium & ad gratiam
 impertinentium. ibid.
 Maria multipliciter fuit præfigurata. q.123
 Maria debuit annuntari. q.125
 Maria in vtero sanctificata. q.127
 Maria mortem suam præsciuit. q.129
 Præ amore & sine dolore mortua fuit. q.131
 Non peccauit nec peccare potuit. q.133. & 134
 Quolibet motu merebatur. q.135
 Ea puritate nituit, qua sub Deo maior nequis
 telligi. in prolo. & 131. & 138
 in a 2 Plusquam

Index rerum.

Plusquam Martyr. q.149
 Exaltata super choros Angelorum, q.151
 Sine graamine grauida. q.213. resp. ad q.105
 Sine dolore puerpera. ibid.
 Mater & Regina misericordiae. q.75. & q.262
 Mater Dei. q.240. & 141
 Mater omnium. q.145
 In sacramento Matrimonij Maria triplex habuit bonum, s. fidem, prolem & sacramentum. q.43. §.2
 Miraculum est arduum & insolitum super facultatem consistens admirantis. q.114
 Misericordia est dare & dimittere. q.75
 Misericordia est nullam relinquere in miseria, & nullum miserum facere. ibid.
 Misericordia non solum in elemosynis consistit, sed in peccato omni corrigendo. ibid.
 Opera misericordiae filio Dei Mater exhibuit. q.152
 Milio filij duplex, vna in mentem, & altera in carnem. q.2. §.17
 Modestia consistit in duobus, scilicet in dictis & factis. q.60. & 92
 Mortis nexus quid. q.132
 Moyses qualiter benedixit Israel praecpta Domini seruanti. q.183
 Mulieres quare ad sacros ordines non promouentur. q.42

N

Natiuitas B. Virginis est multipliciter propherata. q.124
 Nephthali non aui volanti, sed ceruo currenti comparatur: nam auis quidem volando longe à terra suspenditur, ceruus autem ad dandos saltus terrae innititur. q.175
 Nephthali conspersionem inuisibilium per doctrinam visibilium designat. ibid.
 Nobilitas Mariae. q.25. §.3
 Nobilitas secundum carnem est traductio carnalis originis à parentibus secundum seculum in diuitiis, vel potentia, vel dominio constitutis. q.25. §.4
 Nobilitas mentis sine nobilitate carnis tanto amplius laudatur, quanto propriam vincens naturam laudabiliter operatur, vnde versus:

*Malo Pater tibi sit Thersites, dummodo tu scias
 Et acide similis, Volcanaque arma capessas,
 Quam te Thersita similem producat Achilles.*
 q.26. §.5

O

Oculorum quadruplex color, s. niger, subalbidus, varius, & glaucus q.20
 Orantibus altare solent Angeli. q.30. §.2
 Solum sacramentum Ordinis Maria non recipit propter status sui contrarietatem. q.30. §.2
 In sacramento Ordinis sunt potestas spiritalis, dignitas ministerialis, & administratio executionis: quae tria habuit in se Maria aequipollenter & excellenter. ibid.

P

Pacifici sunt, qui omnes motus animi rationi subiciunt. q.77

Pax duplex, s. aeternitatis & pectoris. q.85
 Puritatem in summo quatuor gradibus B. Virgo consequuta est. 1. purificata fuit per sanctificationem in vtero. 2. in virtutum exercitatione. 3. in Spiritus sancti superuentione. 4. in filij conceptione. q.139. resp. ad q.137
 Passiois communicatio, priuilegium soli B. Virgini datum. q.150. respond. q.148
 Sicut Dominus omnium simul habuit summum gaudium & summum dolorem, sic Domina nostra habuit summam compassionem & summam congratulationem. ibid.
 Patientia est bonus habitus animae, omnes aduersitates aequanimiter portans. q.55
 Paupertatem spiritus quantum ad rerum abiectionem B. Virgo habuit excellentius omni homine, praeter Dominum Christum q.71
 Perseuerantia dupliciter dicitur: vno modo propositum perseuerandi vsque in finem, alio modo actus perseuerandi. q.56
 Petrus summa & prouectissima Theologorum summus. q.132
 Pietatis doni actus sunt tres, s. mouere ad opera misericordiae, scripturae non contradicere, siue intellectae, siue non intellectae, & sancta honorare. q.68
 Omnes pietatis actus Maria excellentius habuit omni viatore. ibid.
 Principatus tres habent proprietates. 1. est primi principij imitatio. 2. principium virtutum ordinatum. 3. est inferiorum ad ipsum principium principium reductiuum. q.155
 De Penitentiae sacramento Maria recepit gratiam in excellenti aequipollenti, pro contritione innocentiae conuersationem, pro confessione gratiarum actionem, pro satisfactione supererogationem. q.43. §.2
 Porta & fenestra caeli. q.147
 Potestatum tres proprietates. 1. est sui ordinis & dignitatis custodituum. 2. est aliorum ordinatum. 3. actiuum & reductiuum q.156
 Praedicatorum per quos mundus ad fidem erat conuertendus, congruebat plebeios esse & indoctos, ne eorum potestate vel sapientiae vel dignitati ascriberetur illud quod Deus per gratiam & eorum ministerium operabatur. q.26. §.5
 Priuilegiorum B. Virginis sufficientia. q.163. & q.196
 Prudentia est amor, ea quibus adiuuatur ab aliis quibus impeditur, sagaciter eligens. q.54
 Pulcherrima & speciosissima fuit B. Virgo inter filias hominum. q.15. §.3
 Pulchritudinis B. Virginis quare non meminit Euangelium. ibid.
 Pulchritudo corporalis simpliciter in suo genere bona est. q.15. §.4
 Pulchritudo in tribus consistit, s. in debita corporis quantitate, in eleganti membrorum dispositione & proportione, in colorum venustate. q.16

R

Ratio humana habet in sua natura, quod sit cognoscitua sensibilibus creaturarum & intelli

Index rerum.

intelligibilium & creatoris earum. q.61. §.1
 Regnum est omnis finis & ornatus & legis & ordinis distributio. q.162. & 223

S

Sacramenta omnia Ecclesiae Maria suscepit, quae tempore suo omnibus hominibus fuerunt generaliter instituta & promulgata omnibus obseruanda, & hoc ad humilitationem, eruditionem, & exercitationem. q.43. §.1
 Sacramentorum omnium gratias vel in seipsis vel in aequipollenti excellenter Maria suscepit. q.43. §.2
 Sacramentorum sufficientia. q.94. §.2
 In Salutatione angelica quare hoc nomen, Maria, ab Ecclesia est appositum. q.32. §.2
 Sanctificationis copiosior benedictio in B. Virgine descendit, quae ipsius non solum sanctificaret ortum, sed & vitam ab omni deinceps peccato custodiret immunem. in prolo. q.12.
 Sanitatis gratiam B. Virgo habuit in summo. q.113.
 Sapientia est quidam gustus spiritalis primae veritatis per modum summae bonitatis. q.63
 Sapientia est donum reficiens spe & certitudine. q.63
 Sapientia homines & Angelos B. Virgo transcendit. ibid.
 Scientiae domum excellentissime fuit in B. Virgine. q.67
 Quidam volunt scire vt sciant, & est curiositas: quidam vt sciantur, & est vanitas: quidam vt aedificentur, & est sapientia: quidam vt aedificent, & est charitas. q.96
 Securitas est habitus secundum quem superuenientes incommoditates non formidantur. q.55.
 Senium disciplina. q.174
 Seraphin octo proprietates. 1. est mobile. 2. ineffabile. 3. calidum. 4. acutum. 5. superferuidum. 6. intentum. 7. intima. 8. inflexibile. q.161.
 Seruitia quanto minus debita, tanto magis grata. q.73
 Stellae maris substantia, qualitas, situs, status & effectus. q.146

T

Temperantia est contra illicitos animi impetus firma & discreta dominatio. q.57

Temperantia est refrenatio ab his quae temporaliter delectant. ibid.
 Timor duplex, seruilis & castus, & uterque est initium sapientiae. q.69
 Timor castus habet duos actus, scilicet timere separari, & reuereri: secundus fuit in B. Virgine, non primus. q.69. resp. ad q.61
 Timor diuiditur in sex, in cunctationem, verecundiam, erubescendum, stuporem, terrorem & agoniam. q.200
 Thronorum sex proprietates. 1. est celsitudo. 2. regis circundario. 3. stabilis collocatio. 4. regni susceptio. 5. regis delatio. 6. familiaris apertio. q.159
 Turbatio nulla cadit in sapientem. q.31. §.2
 Turbatio multiplex. q.198
 Turbatio non est tantum de malo, sed etiam de magno. q.204. resp. ad q.200

V

Virgo triplex, s. commune omnibus hominibus, speciale mulieribus, & proprium matribus. q.32. §.4
 Verecundia optima est passio. q.201
 Veritatem lucentem amant homines, oderunt redarguentem. q.61. §.1
 Veronica gratiosissimam & pulcherrimam faciem representat. q.15. §.1
 Virgines solent semper pauidae & nunquam esse securae. q.199
 Virgo virginum. q.143
 Virtutum tres proprietates. 1. est incommunicabilis virilitas. 2. est nullius imbecillitatis tarditas. 3. est ad inferiores largitas. q.157
 Virtutes cardinales B. Virgo habuit per modum patrie quantum ad actuum perfectionem, per modum viae quantum ad merendi conditionem. q.61. §.2. resp. ad q.50
 Virtutum sufficientia. q.64. §.3
 Vti est id quod in usum venerit, refertur ad obtinendam illud quo fruehdum est. q.93
 In extrema victione Maria recepit completam victoriam, praeteritam & plenam gloriæ futuram significationem, & loco remissionis venialium, totius doloris mortis remissionem, pro infirmitatis alleviatione, totius corporis glorificationem. q.43. §.2

Z

Zabulon, habitaculum. q.171
 Zeli animarum decem proprietates. ibid.



INDEX

Locorum S. Scripturæ, qui in Quæstionibus super Missus explicantur. EX VETERI TESTAMENTO.

Genesis.

- CAP. I. **Q** Rescite & multiplicamini, &c. q. 168.
2. **I**mmisit Dominus soporem in Adam. q. 61. §. 5.
28. **L**oquitur ad Dominum meum, cum sim cinis & pulvis. q. 12. §. 2.
27. **D**ei tibi Deus de rore celi, & de pinguedine terre, &c. q. 169.
32. **I**psa conteret caput tuum. q. 43. §. 2. q. 66.
49. **I**uda te laudabit fratres tui, &c. q. 170.
- ibid. **Z**ablon in litore maris habitabit, &c. q. 171.
- ibid. **I**saachur affinis fortis, accubans inter terminos, &c. q. 172.
- ibid. **D**an iudicabit populum suum sicut & alii tribus in Israël. q. 173.
- ibid. **G**ad accinctus praliabitur ante eum, &c. q. 174.
- ibid. **N**eptali, ceruus emissus, & dans eloquia pulchra iudicis. q. 175.
- ibid. **A**ser, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. q. 176.
- ibid. **F**ilius accrescens Ioseph, &c. q. 177.
- ibid. **B**eniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vesperè dividet spolia. q. 178.

Exodi.

13. **N**on remanebit ex eo quicquam usque mane. q. 43. §. 1.
- ibid. **M**ulier petas à vicina sua vasa argentea, &c. q. 98.

Numerorum.

17. **I**nvenit Moyses virgam Aaron. q. 123.
- ibid. **D**e summis filii tui videbo eum, & de colibus considerabo eum. q. 179.
- ibid. **N**on est idolum in Jacob, nec videtur simulachrum in Israël. q. 180.
24. **Q**uam pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Israël, &c. q. 181.
- ibid. **O**rietur stella ex Jacob. q. 28. §. 2. & q. 43. §. 2. & q. 182.

Deuteronomij.

6. **D**iliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. q. 62. §. 2. resp. ad q. 45.
28. **B**enedictus tu in civitate, & benedictus in agro, &c. q. 183.
33. **V**isat Ruben & non moriatur, &c. q. 184.
- ibid. **A**uas Domine vocem Iude, &c. q. 185.

- ibid. **L**eni quoque ait: Perfectio tua & doctrina tua à viro sancto tuo, &c. q. 186.
- ibid. **B**eniamin amantissimus Domini, &c. q. 187.
- ibid. **I**oseph quoque ait: De benedictione Domini terra eius, &c. q. 188.
- ibid. **B**enedictus in latitudine Gad, &c. q. 189.
- ibid. **D**an catulus leonis, sicut largietur de Basan. q. 190.
- ibid. **N**eptali abundantia perfruetur, &c. q. 191.
- ibid. **B**enedictus in filiis Aser, &c. q. 192.

2. Regum.

2. par. **S**i quis mihi daret poculum aque de cisterna que est in Bethleem. q. 164.

Esther.

6. **H**omo quem rex honorare cupit, debuit indui vestibus regis. q. 164.

Psalmorum.

97. **V**iderunt omnes fines terre. q. 84.

Prouerborum.

24. **S**epties in die cadit iustus. q. 60.
31. **M**ulierem fortem quis inueniet? procul & de vicinis finibus pretium eius. q. 66.

Canticorum.

1. **C**um esset rex in acubitu suo, narxus meus dedit odorem suum. q. 12. §. 2.
1. **T**rahe me post te. q. 62. §. 2. resp. ad q. 45.
3. **C**oma eius sicut elææ palmarum nigra quasi cornu. q. 19. §. 2.
4. **M**ille clypei pendens ex ea, omni armatura fortium. q. 97.
7. **Q**uam pulchri gressus tui in calcamentis filia principis. q. 25. §. 3.

Sapientiz.

1. **S**piritus sanctus disciplina effugies fictum. q. 13. §. 2. & 4. & q. 36. §. 2.
7. **O**mnium bonorum mater est. q. 43. §. 2.
9. **C**orpus quod corrumpitur, aggrauat animam. q. 62. §. 2. resp. ad q. 43.

Ecclesiastici.

24. **I**n me omnis gratia via & veritatis. q. 35.
34. **E**go quasi fluminis Derix, egressus de paradiso Dei mei. q. 113.
43. **M**edicina omnium in festinatione nebule. q. 113.

Isaiz.

Index locorum Scripturæ.

Isaiz.

8. **A**cessit ad prophetissam. q. 79. & q. 115.
9. **P**arulus natus est nobis. q. 219.
11. **E**gradietur virga de radice Iesse. q. 124.
58. **F**range esurienti panem tuum. q. 164.
63. **Q**uis est iste qui venit de Edom, &c. q. 2. §. 2.
63. **T**orcular calcans solui. q. 148.

Ezechielis.

44. **P**orta hac clausa erit principi. q. 43. §. 2.

Zachariæ.

4. **E**xaquabit gratiam glorie. q. 44.



Ex Novo Testamento.

Matthæi.

13. **V**lter miscuit tria sata. q. 15. §. 1. q. 71.
5. **B**eati mundo corde, &c. q. 44.
- ibid. **B**eati mites. q. 68. & 72.
- ibid. **B**eati pauperes spiritu. q. 71.
- ibid. **B**eati misericordes. q. 75.
- ibid. **B**eati pacifici. q. 77.
19. **E**cce nos reliquimus omnia. q. 71.
25. **D**ixit illis bona sua unicuique secundum virtutem. q. 46.

Marci.

11. **E**t qui præbant, & qui sequebantur, clamabant Osanna filio David. q. 145. & q. 147.
14. **A**t ille reiecta syndone nudus profugit ab eis. q. 148.

Lucæ.

1. **E**t nomen eius Elizabeth. q. 123.
1. **S**piritus sanctus superueniet in te. q. 138.
2. **M**aria conseruabat omnia verba, &c. q. 43. §. 2. & q. 79. & q. 99.
2. **T**uam ipsius animam pertransibit gladius. q. 78.

10. **I**nterit Iesus in quoddam castellum, &c. q. 152.
11. **D**e eo quod superest, da pauperibus. q. 71.

Ioannis.

2. **Q**uid mihi & tibi est mulier. q. 132.
2. **N**emo uenit ad me nisi Pater meus traxerit eum. q. 62. §. 2. resp. ad q. 45.
14. **P**acem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. q. 85.
16. **S**piritus sanctus docebit vos omnem veritatem. q. 111.

Ad Romanos.

13. **O**mnia anima potestatibus subdita sit sublimioribus. q. 41.

1. ad Corinthios.

10. **S**ive manducatis, sive bibitis, omnia in gloriam Dei facite. q. 114. & q. 135.
13. **T**unc cognoscam sicut & cognitus sum. q. 64.
14. **M**ulieres in Ecclesiis taceant. q. 4. & q. 11. §. 2.

2. ad Corinthios.

12. **R**aptus est usque ad tertium celum. q. 44.

Ad Galatas.

1. **S**i Angelus de celo uenerit, & aliud euangelizauerit uobis quam accepistis, anathema sit. q. 32. §. 2.
5. **F**ructus autem spiritus sunt gaudium, charitas, &c. q. 82.

Iacobi.

3. **N**emo unquam linguam suam domare potuit. q. 60.

1. Petri.

3. **Q**uarum non sit exterius capillatura, &c. q. 61.

5. **N**on dominantes in clero. q. 43. §. 2.

Apocalypsis.

- vi. **S**i quis apposuerit ad hoc, apponet & Deus plagas scriptas in hoc libro. q. 32. §. 1. & 2.

INDEX



INDEX

Rerum notabilium quæ in libris de laudibus B. Virginis continentur.

A		B	
A	LIES.	Benignitas Mariæ.	1.2.c.1.n.11. item 1.4.c.24
Actio Mariæ.	1.4.c.33	Beseleel, vmbra Dei.	1.10.c.1.n.1
Aduocatus multiplex in curia Dei.	1.2.c.1.n.18	Bibliotheca.	1.10.c.18
Aër.	1.12.c.5.5.5	Brachia.	1.5.c.2.n.46
Ærarium.	1.10.c.19	Buxi quatuor proprietates.	1.4.c.13.n.2
Ager.	1.8.c.4	Buxus.	1.12.c.6.5.32
Aquæductus.	1.9.c.15	C	
Alueus.	1.9.c.8	Cæli species.	1.5.c.1.n.2
Amica.	1.6.c.2	Cælum.	1.7.c.1
Differentia inter Amorem cordis & animæ.	1.4.c.17.	Campus.	1.8.c.3
Amygdalus.	1.12.c.6.5.23	Candor.	1.5.c.2.n.19
Angeli ad custodiam & obsequium B. Virginis ex superioribus deputati sunt.	1.10.c.10.n.1	Canalis.	1.9.c.13
Angeli quomodo ascendentes & descendentes.	1.10.c.31.n.18.	Caminus.	1.10.c.26
Anima fidelis domus sapientiz.	1.10.c.30.n.16	Cantandum Mariæ.	1.2.c.5.n.10
Apis.	1.12.c.5.5.15	Capharnaum, villa consolationis.	1.11.c.4
Apotheca.	1.10.c.16	Caput.	1.5.c.2.n.2
Aquila.	1.12.c.7.5.2	Castrum.	1.11.c.2
Arca.	1.10.c.1	Carmelus, scientia circuncisionis.	1.5.c.2.n.2
Arca Noë.	1.11.c.9	Castanea.	1.12.c.6.5.30
Arca.	1.8.c.2	Cathedra.	1.10.c.8
Arbor.	1.12.c.6.5.17	Cedrus.	1.12.c.6.5.4
Arcus species.	1.5.c.1.n.2	Cella.	1.10.c.15
Aue est vox oprantis, orantis, congratulantis & applaudentis.	1.1.c.1.n.2	Cellula.	1.10.c.13
Auis.	1.12.c.5.5.14	Celsitudo Mariæ.	1.4.c.8
Aula.	1.10.c.27	Charitas Mariæ ad Deum.	1.4.c.17
Aures.	1.5.c.2.n.25	Charitas Mariæ ad filium.	1.4.c.18
Auri proprietates.	1.10.c.2.n.12	Charitas Mariæ ad proximum.	1.4.c.19
Aurora.	1.7.c.7	Christus spes nostra.	1.6.c.1.n.67
		Christus cum Maria querendus.	1.1.c.5.n.7
		Christum de matre virgine nasci decuit.	1.1.c.6.6.n.4.
		Christus quare dicitur fructus.	1.1.c.7.n.2
		Quæ sit vmbra Christi.	1.1.c.7.n.3
		Christus, dulcis fructus.	1.1.c.7.n.4
		Christus multiplici benedictione præuentus.	1.2.c.7.n.5.
		Christus mirabilis.	1.1.c.7.n.7
		Christus mirabilia fecit.	1.1.c.7.n.8
		Quadruplex voluntas in Christo.	1.1.c.7.n.9.
		Christi conuiuium nobilitant octo.	1.2.c.7.n.1.
		Christus pro peccatis totius mundi hostia sufficiens, non efficiens.	1.3.5.1
		Christus dicitur vir multiplici ratione.	1.4.c.13.
		Christus mel.	1.4.c.13.n.2
		Christum nasci ex femina sine viro conueniens fuit.	1.4.c.14.n.3
		Christus omnes defectus nostros sumpsit præter quatuor.	1.6.c.9.n.1
		Christus	

Index rerum.

Christus per Salomonem adumbratus.	1.10.c.2.n.2.	D	
Caro Christi later.	1.10.c.3.n.30	D	
Humanitas Christi scabellum.	1.10.c.3.n.2	Auid elegit solitudinem, yremitatem & maledictionem.	1.1.c.6.n.1
Crux Christi cathedra.	1.10.c.8.n.1	Desertum.	1.8.c.7
Christus fundamentum:		Deuotionis multiplex definitio.	1.2.c.6.n.4
<i>Sustemans, saxis, sine vento, luce, ruina,</i>		Deus excellentiori modo est in Maria quam in cæteris creaturis.	1.1.c.5.n.1
<i>Odit aquas, pondus non sentit, forte, laetans, fians.</i>	1.11.c.1	Vz illi qui Deum comitem non habet.	1.1.c.5.n.8.
Caro Christi pallium zeli.	1.11.c.2.n.2	Qualiter Deus per gratiam respiciat hominem.	1.4.c.1.n.2.
Christus institor.	1.11.c.8.n.11	Deus in Maria fecit aliquid contra naturam, aliquid secundum naturam, & aliquid supra naturam.	1.4.c.14.n.2
Christus rosa.	1.12.c.4.n.2.& seq.	Triplex Dei sessio.	1.10.c.3.n.2
Christus lilium connallium.	1.12.c.4.n.26	Diem solemnem debemus Mariæ statuere.	1.2.c.5.n.11.
Christus rosa.	1.12.c.4.n.32	Dies.	1.7.c.11
Christus sol.	1.12.c.5.5.1	Dilectio dicitur quasi duos ligans, diligentem videlicet dilecto.	1.4.c.17
Christus verbum Patris.	1.12.c.5.5.2	Diligenda Maria.	1.2.c.3.n.4
Christus splendor.	1.12.c.5.5.3	Diluculum.	1.7.c.8
Christus ventus.	1.12.c.5.5.4.n.2	Diuitiz Mariæ.	1.4.c.21.n.1
Christus aer.	1.12.c.5.5.5.n.2	Diuitiz temporales, spirituales, cælestes, & supercælestes.	1.4.c.21.n.3
Christus nix.	1.12.c.5.5.6	Doctrinam Maria effundit quasi prophetiam.	1.2.c.1.n.29.
Christus imber.	1.12.c.5.5.7	Dominium Mariæ super filium,	1.1.c.5.n.6
Christus pluuia.	1.12.c.5.5.8	Mariæ vniuersæ creature domina.	1.1.c.1.n.33
Christus vapor.	1.12.c.5.5.9	Dominus pluribus modis, & pluribus in locis & factis cum Maria.	1.1.c.5.n.4
Christus ignis.	1.12.c.5.5.10	Domus sapientiz.	1.10.c.30
Christus manna.	1.12.c.5.5.11	Dorsum.	1.5.c.2.n.62
Christus ros.	1.12.c.5.5.12.n.13	Dulcedo Mariæ.	1.4.c.26
Christus Angelus.	1.12.c.5.5.13	E	
Christus auis.	1.12.c.5.5.14	Ecclesia domus sapientiz.	1.10.c.20.n.14
Christus apis.	1.12.c.5.5.15	Ecclesia castrum Domini.	1.11.c.3
Christus vitis.	1.12.c.6.5.2.n.10	Elegit Maria optimam partem.	1.1.c.6.n.3
Christus oleum & oliua.	1.12.c.6.5.2.n.4.& seq.	Excellentia Mariæ.	1.4.c.4
Christus rubus.	1.12.c.6.5.3.n.2	F	
Christus gutta myrtæ.	1.12.c.6.5.10.n.3	Facies.	1.5.c.2.n.16
Christus balsamum.	1.12.c.6.5.15.n.4	Femina.	1.5.c.2.n.70
Christus terebinthus.	1.12.c.6.5.16.n.4	Ferculum.	1.10.c.4
Christus aquila.	1.12.c.7.5.2	Ficus.	1.12.c.6.5.22
Cibaria quæ confert Maria.	1.2.c.1.n.28	Fides Mariæ cum grano sinapis comparata.	1.4.c.15.
Cinnamomum.	1.12.c.6.5.9	Filia.	1.6.c.5
Cisternæ.	1.9.c.21	Filius Dei matrem suam honorat.	1.2.c.1.n.1
Cisterciensis ordo speciali affectu gloriose Virgini famulatur.	in prolog.	Filius laudatur in matre & mater in filio.	1.2.c.1.n.1.
Mariæ in ordinem Cisterciensem sibi specialiter deuotum beneficentia.	1.2.c.4.n.2	Firmamentum.	1.7.c.2
Cistercienses commendantur à vigiliis & orationibus.	1.7.c.9	Flos.	1.12.c.4.n.2.& seq.
Ciuitas Dei.	1.11.c.1	Flumen.	1.9.c.3
In Claustris triplex pugna exercenda.	1.10.c.28	Fluuus.	1.9.c.4
Clibanus.	1.10.c.24	Fœcunditas virginalis.	1.4.c.12
Cogitandum assidue de Maria.	1.2.c.3.n.9.& 13	Fons.	1.9.c.1
Cogitationes Mariæ capillis comparatæ.	1.5.c.2.n.4.	Fornax.	1.10.c.25
Collis.	1.8.c.6	Frons.	1.5.c.2.n.7
Collum.	1.5.c.2.n.38	G	
Columbæ species.	1.5.c.1.n.2	Albanus.	1.12.c.6.5.12
Comæ.	1.5.c.2.n.5	Gazophilacium.	1.10.c.17
Conceptus Virginis absque læsione virginitatis.	1.4.c.13	Genæ.	1.5.c.2.n.13.& seq.
Concha.	1.9.c.12	Genezeum.	1.10.c.20
Confessio virginei partus ore fit ad salutem, & ex ea sequitur benedictio Dei.	1.2.c.1.n.25	Gloria Mariæ multiplex.	1.4.c.6
Confessio debetur Mariæ.	1.2.c.5.n.4	Gratiæ triplex plenitudo.	1.1.c.4.n.2
Confidendum Mariæ.	1.2.c.3.n.2	Gratiam Maria impetrat, & impetratam conseruat.	1.2.c.1.n.9
Contemplatio Mariæ.	1.4.c.34		
Crocus.	1.12.c.4.n.35		
Cor Virginis, triclinium totius Trinitatis.	1.10.c.11.		
Corruptio sex bona facit.	1.2.c.7.n.2		
Cypressus.	1.12.c.6.5.6		

Index rerum.

Gratia Dei pupillæ comparatur. *ibid.*
 Gratiarum actionem debemus Mariæ. l.2.c.5.n.11
 Gratiarum Mariæ demus, quod gratiam inuenit
 apud Deum. l.2.c.3.n.11
 Guttur. l.5.c.2.n.36

H

Habitatio. l.10.c.12
 Primus Homo amiffæ immortalitatis, dignitatis & plenitudinis recuperandæ promiffum habuit. l.4.c.14.n.2
 Horreum. l.10.c.22
 Horizon. l.7.c.5
 Horti proprietates. l.12.5.1.& seq.
 Humeri. l.5.c.2.n.44
 Humiliatio Mariæ debita. l.2.c.3.n.8
 Humilitas custos & magistra cæterarum virtutum. l.4.c.1.n.1
 Sola humilitas capax gratiæ. l.4.c.1.n.2
 Præcipuus decor B. Virginis fuit humilitas. l.4.c.1.n.4
 Humilitas & humiliatio in Maria. l.4.c.1.n.5
 Humilitas Mariæ per nardum designata. l.4.c.1.n.11
 Humilitas Mariæ in omnibus manifesta. l.4.c.1.n.13
 Hydria. l.9.c.11

I

Ignis species. l.5.c.1.n.2
 Ignis. l.12.c.5.9.10
 Imber. l.12.c.5.5.3
 Inopia nostra consistit principaliter in tribus, scilicet naturæ corruptione, virtutum defectu, & abundantia vitiorum. l.10.c.30.n.8
 Intentionis rectitudo. l.2.c.6.n.3
 Ioannes Baptista & Euangelista, duo leones. l.10.c.1.n.17
 Ioseph ex quo credidit Mariam de Spiritu sancto concepisse, non ausus est faciem eius contemplari. l.5.c.2.n.1
 Iulianus vocabatur Christum Galilæum panosum. l.11.c.1.n.32
 Iustitiae tres gradus. l.4.c.20.n.1
 Iustus ebur. l.10.c.2.n.27
 Iustus aurum. l.10.c.2.n.31
 Iustus aquila. l.12.c.7.5.2.n.6

L

Labia. l.5.c.2.n.29
 Labrum. l.9.c.16
 Lacus. l.9.c.10
 Lapis Angularis. l.1.c.6.n.4
 Largitas & misericordia Mariæ. l.4.c.22
 A largitate Mariæ recipiunt peccatores multiplex beneficium. l.4.c.22.n.7
 Latex. l.9.c.20
 Laurus. l.12.c.6.5.31
 Laus Mariæ inenarrabilis. in prolo.
 Laudes Mariæ non intermittendæ. l.2.c.4.n.17
 Mariæ debetur laudatio. l.2.c.5.n.1
 Lectulus. l.10.c.10
 Libani species. l.5.c.1.n.2
 Libanus. l.12.c.6.5.7.& c.7.5.6
 Liber. l.12.c.7.5.4
 Lignum vitæ. l.2.c.1.n.22
 Lignum. l.12.c.6.5.18
 Lingua Mariæ quare dicitur calamus. l.4.c.30.n.14

Lucifer. l.7.c.6.item l.1.c.3.n.1
 Luna. l.7.c.4
 Lux. l.7.c.10

M

Magnificanda ab omni Christiano Maria. l.2.c.5.n.9
 Mala granata vel punica. l.12.c.6.5.21
 Mandragora. l.13.c.4.n.40
 Manc. l.7.c.9
 Manna. l.12.c.5.5.11
 Manuetudinis tres gradus. l.10.c.8.n.1
 Manum dexteram Mariæ quomodo Deus tenuit. l.4.c.27
 Manus. l.5.c.2.n.47
 Maria quadruplicem discordiam sedauit. l.1.c.1.n.1
 Maria ab omni maledictione libera. l.1.c.1.n.2
 Maria nulli peccato obnoxia. l.1.c.1.n.3
 Maria illuminata & illuminatrix. l.1.c.3.n.1
 Maria, amarum mare. *ibid.*
 Maria multipliciter gratia plena. l.1.c.4.n.1
 Maria duodecim gratiarum priuilegiis decorata. l.1.c.4.n.5
 Quid de plenitudine Mariæ accipiamus. l.1.c.4.n.8
 Maria, fons, puteus, cisterna. *ibid.*
 Maria Filium Dei in sinu Patris humilitate traxit. l.1.c.5.n.6
 Maria sola habuit quidquid boni fuit in mulieribus, & sola non habuit maledictionem quam omnis alia mulier habuit. l.1.c.6.n.5
 Maria media inter mulieres veteris & noui Testamenti. l.1.c.6.n.5
 Maria speciali priuilegio sibi mulierum dilectionem vindicauit. l.1.c.6.n.6
 Per Mariam augetur Gloria Patris & Filij & Spiritus sancti. l.2.c.1.n.4
 Inuenta Maria inuenitur omne bonum. l.2.c.1.n.6
 Maria se diligentes diligit. l.2.c.1.n.7
 Maria seruos suos filio irato reconciliat. l.2.c.1.n.20.& 20
 Maria seruos suos efficit dignam habitationem Spiritus sancti. l.2.c.1.n.13
 Maria preces & sacrificia seruorum suorum offert in conspectu diuinæ maiestatis. l.2.c.1.n.16
 Maria ad Filium mediatrix. l.2.c.1.n.17
 Maria Filium autoritate materna interpellat. l.2.c.1.n.21
 Maria donis spiritualibus ditat seruentes sibi. l.2.c.1.n.24
 Maria protegit seruos suos à triplici aduersario. l.2.c.1.n.26
 Maria refugium ad Deum accedere trepidantium. l.2.c.1.n.27
 Marias sui acquirit dies gratiæ & gloriæ. l.2.c.1.n.31
 Per Mariam & Christum accipimus, quod per Adam & Euam amissimus. l.2.c.1.n.37
 Ex partu Mariæ accreuit humanæ naturæ dignitas mirabilis. l.2.c.1.n.38
 Maria suos permittit tentari vt coronam mereantur. l.2.c.1.n.39
 Qui Mariæ seruiunt, gloriosissimam illius faciem visuri sunt. l.2.c.1.n.40
 Maria fructu ventris sui suos remunerabit. l.2.c.1.n.41

Maria

Index rerum.

O

Obedientia Mariæ debetur. l.2.c.3.n.5
Obedientia Mariæ. l.4.c.28
 Oculus triplex, contemplationis, rationis, & mōdi. l.1.c.3.n.1
 Oculi ad Mariam intendendi. l.2.c.3.n.10
 Oculi. l.5.c.2.n.8.& seq.
 Officium Mariæ attentè & deuotè persolendum. l.2.c.3.n.18
 Oleaster. l.12.c.6.5.28
 Olei proprietates. l.1.c.2.n.3
 Oliuæ species. l.5.c.1.n.2
 Oliua. l.12.c.6.5.2
 Omnipotentia Mariæ. l.4.c.29
 Opera Mariæ piè inuestiganda. l.2.c.5.n.6
 Oratio debetur Mariæ. l.2.c.5.n.3

Palma. l.12.c.6.5.5
 Paradisus terrestris. l.12.c.1.n.2
 In Partu Virginis quatuor mirabilia. l.4.c.14.n.1
 Pastum Maria subministrat famelicis & potum sitientibus. l.2.c.1.n.28
 Pater quare dicitur homo. l.2.c.7.n.1
 Patientiam quæ bona sequantur. l.2.c.7.n.2
 Paupertas Mariæ. l.4.c.20.n.1
 Maria Peccatoribus ad se reuertentibus propitia. l.2.c.1.n.30
 Per Incarnationem in Maria factam redit Peccator ad Ecclesiæ unitatem. l.2.c.1.n.36
 Petra. l.8.c.8
 Pietas seu compassio Mariæ. l.4.c.23
 Piscina. l.9.c.17
 Pistrinum. l.10.c.23
 Platanus. l.12.c.6.5.8
 Pluuia. l.12.c.5.5.8
 Prædicandum primo & principalis de Deo, postea de Maria. l.2.c.5.n.8
 Princeps. l.6.c.11
 Priuilegia carnis virginæ. l.3.5.1
 Priuilegia Mariæ. l.3.5.2
 Porta Orientalis. l.4.c.15
 Porta. l.10.c.31.n.8
 Præda multiplex. l.2.c.1.n.28
 Pretiositas Mariæ. l.4.c.5
 Prudentiæ multiplex descriptio. l.4.c.20.n.2
 Pulchritudinem totam habuit Maria, quam cæteri per partes habuerunt. l.4.c.4
 Pulchritudo spiritualis Mariæ. l.5.c.1.n.1 & seq.
 Quatuor Mariæ pulchritudines, scilicet corporis castitas, conscientie puritas, exterior conuersatio, diuinarum contemplatio. l.5.c.1.n.3
 Pulchritudo corporalis Mariæ. l.5.c.2.n.1 & seq.
 Puritas Mariæ. l.4.c.10
 Puteus. l.9.c.2

Regina. l.6.c.15
Requies. l.10.c.11
 Religio domus sapientiæ. l.10.c.30.n.15
 Religio vitis. l.12.c.6.5.1.n.17
 Reuerentia Mariæ debetur. l.2.c.3.n.6
 Ros. l.12.c.5.5.12
 Rosa. l.12.c.4.n.31.&c
 Rubus. l.12.c.6.5.3

Sacrificium in lege oblatum, designat sacrificium cordis contriti nunc Deo offerendum. l.2.c.5.n.11

Salix

Mariæ singula membra ad vtilitatem nostram apta. l.2.c.2.n.2.& seq.
 Quid sciendum de Maria. l.2.c.3.n.1
 Maria non nisi septem verba locuta in Euangelio. l.2.c.6.n.8.item l.4.c.30.n.12
 Maria prima virginitatis votum emisit. l.3.5.1
 Maria sine corruptione fecunda. l.3.5.4
 Sine grauidine grauida. l.3.5.5
 Sine dolore puerpera. l.3.5.6
 Maria Virgo & Mater Dei. l.3.5.7.& 8
 Peccare non potuit ex quo Filium Dei concepit. l.3.5.6
 Maria trichinijum Trin. *ibid.*
 Vniuersas & singulas virtutes habuit. l.3.5.10
 Sola Maria potest Christo vt Filio materna auctoritate imperare. l.3.5.11
 Maria martyr martyrum. l.3.5.12
 Quidquid manus omnipotentis creauerat, per Mariam recreauit. l.4.c.1.n.7
 Quæ & quam magna Deus in Maria fecit. l.4.c.1.n.8.& c.14.n.2
 Maria superior Angelis. l.4.c.4
 Maria qualiter à Deo honorata. l.4.c.7.n.2
 Mariæ cum Eua comparatio. l.4.c.9.n.2
 Maria quare stabat iuxta crucem filij. l.4.c.18
 Maria vniuersas supergressa est feminas. l.4.c.21.n.2
 Maria Iosæ comparatur. l.4.c.26.n.4
 Maria quæ in se viderat impleta, conferebat cum his quæ in Prophetis legerat implenda. l.4.c.30.n.2
 Quod Maria viatrix fruebatur, nec asseritur, nec negatur. l.4.c.34.n.1
 Multiplex causa, cur Maria fuerit desponsata. l.6.c.6.n.6
 Mariæ pericula. l.11.c.8.n.21
 Matrem Domini qui honorat, securè potest à Domino petere misericordiam. l.2.c.1.n.35
 Mater. l.6.c.1.n.1
 Mellis tres proprietates. l.4.c.13.n.2
 Michol, aqua omnis, vel aqua ex omnibus. l.9.c.7
 Misericordia Mariæ. l.2.c.1.n.12.& 23.item l.4.c.22
 Maria Filio Dei præcipua misericordie opera exhibuit. l.4.c.33
 Monilia à muniendo, vel à mouedo. l.5.c.2.n.40
 Mons. l.8.c.5
 Morus. l.12.c.6.5.24
 Mundus per Mariam habet omne bonum. l.2.c.1.n.5
 Mulier bona. l.6.c.9
 Munificio. l.11.c.6
 Murus. l.11.c.7
 Myrrha. l.12.c.6.5.10
 Myrtus. l.12.c.4.n.39

Nafus. l.5.c.2.n.16.& seq.
Naratoria. l.9.c.18
Nauis. l.11.c.8
Nidicorax. l.12.c.7.5.1
Nidus. l.10.c.14
Nix. l.12.c.8.5.6
 Nomen Mariæ oleo comparatur. l.1.c.2.n.2
 Nominis Mariæ dignitas & dulcedo. l.1.c.2.n.4
 Nomen Mariæ celebre & sanctum. l.1.c.2.n.5
 Nominis Mariæ varie interpretationes. l.1.c.3.n.1
 Nouitates mirabiliter singulares. l.4.c.13.n.1
 Nubes. l.7.c.12

Index rerum.

Salix. l.12.c.6.5.27
 Salus nostra in manu Mariæ. l.2.c.1.n.31
 Salomon trinomius. l.10.c.2.n.25
 Salutatio triplex triplicem concordiam designat. l.1.c.1.n.1
 Quatuor notanda in salutatione Angelica. l.1.c.1.n.1
 Angelica salutatio eo pretiosior, quò rarior est. l.1.c.1.n.1
 Quare Angelus salutans Mariam, tacuit nomen eius. l.1.c.2.n.2
 Sæpius & deuotius recitanda Angelica salutatio. l.1.c.7.n.10
 Qui vult digno Mariam salutare, debet animam præparare. l.1.c.7.n.11
 Sanctitas & sanctificatio Mariæ. l.4.c.27
 Variæ huius nominis, sanctus etymologia. l.4.c.27.n.1
 Sancti implent ea spiritualiter quæ fieri solent literaliter in vigiliis. l.2.c.5.n.11
 Vera sanctorum veneratio est vera ipsorum imitatio. l.2.c.6.n.1
 Sapientiæ diuinæ cum sole collatio. l.1.c.7.n.5
 Sapientia Mariæ. l.4.c.30
 Scabellum. l.10.c.9
 Sedes. l.10.c.7
 Sella. l.10.c.5
 Seruendum Mariæ ex omnibus membris & sensibus. l.2.c.4.n.1. & seq.
 Seruitus quadruplex, scilicet conditionis, necessitatis, timoris & dilectionis. l.4.c.1.n.6
 Signa duodecim in cælo. l.7.c.1.n.2
 Signum magnum. l.3.5.2. item l.12.c.7.5.5
 Simplicitas triplex, vera, ficta, indiscreta. l.4.c.2
 Simplicitas Mariæ perfecta. ibid.
 Sion. l.11.c.1.n.29
 Situla. l.9.c.9
 Societas triplex, carnalis, naturalis & spiritualis. l.1.c.5.n.3
 Sol. l.7.c.3
 Solium. l.10.c.3
 Soror. l.6.c.3
 Sperare debemus in Mariam. l.2.c.3.n.3
 Spes Mariæ. l.4.c.16
 Spes vitæ & virtutis Mariæ. l.6.c.1.n.2
 Spinarum triplex genus. l.12.c.4.n.30
 Spiritus sanctus præcipit Mariam honorari. l.2.c.1.n.2
 Sponsa. l.6.c.6
 Stagnum. l.9.c.7
 Statura. l.5.c.2.n.74
 Stella triplex, vespertina, nocturna, matutina. l.1.c.3.n.1
 Stella quæ apparuit Magis, non in firmamento sed in inferiori spatio aeris decurrebat. ibid.
 Stella maris præeminet cæteris Stellis, altitudine, immobilitate, luminis communionem. ibid.
 Stora. l.12.c.6.5.11
 Suauitas Mariæ. l.4.c.25
 Subtilitas Mariæ. l.4.c.32
 Honor summus, seruire Mariæ. l.2.c.1.n.8
 Senorum Mariæ conditiones. l.2.c.6.n.1

T
 Tabernaculum. l.10.c.28
 Taciturnitas Mariæ. l.4.c.31
 Templum. l.10.c.31
 Terra. l.8.c.1
 Timor Mariæ debetur. l.2.c.3.n.7
 Maria vndecim bona confert timentibus se. ibid.
 Timor primus in orbem Deos fecit. l.6.c.1.n.5
 Thalamus. l.10.c.29
 Terebinthus. l.12.c.6.5.26
 Thronus. l.10.c.2
 Torrens. l.9.c.5
 Torus Trinitatis nobile triclinium. l.10.c.31
 Trames. l.9.c.14
 Transitus quadruplex. l.12.c.7.5.3.n.4
 Tribunal. l.10.c.6
 Sicut in Deo Trinitas personarum & vnitas essentiarum, ita in Christo Trinitas substantiarum & vnitas personarum. l.1.c.4.n.8
 Cur turbata est Maria audito hoc verbo, Benedicta tu in mulieribus. l.1.c.6.n.2. item l.4.c.11.n.8. & seq.
 Turris. l.11.c.5

V
 Vapor. l.12.c.5.5.9
 Vbera. l.5.c.2.n.55
 Vellus. l.12.c.5.5.8.n.7
 Vena. l.9.c.19
 Venter Mariæ dicitur beatus tribus de causis. l.2.c.5.n.5
 Venter. l.5.c.2.n.63
 Ventus. l.12.c.5.5.4
 Verbum caro factum est multiplici ratione. l.12.c.5.2.n.2
 Verecundia Mariæ. l.4.c.11.n.1. & seq.
 Verecundia commendatur. l.4.c.11.n.3
 Vestes seruorum Mariæ. l.2.c.1.n.15
 Vestis stragulata quid sit. l.2.c.1.n.15
 Vidua. l.6.c.8
 Villa. l.11.c.4
 Vinum multiplex. l.12.5.12.n.8
 Virago. l.6.c.11
 Virga & virgula. l.12.c.6.5.19. & 20
 Ex vtero Virginis omne datum optimum profuxit. l.2.c.5.n.5
 Vterus Virginis paradisi voluptatis. ibid.
 Virginitas Mariæ perfecta. l.4.c.9
 Virginitas Mariæ multipliciter priuilegiata. l.4.c.9
 Virginitas soror est Angelorum. l.5.c.2.n.63
 Virgo. l.6.c.10
 Virtutes cardinales in Maria. l.1.c.5. item l.4.c.20
 Vita Mariæ elucidanda. l.2.c.5.n.7
 Vitis. l.12.c.6.5.1
 Vimus. l.12.c.6.5.33
 Vnguis. l.12.c.6.5.13
 Votum virginitatis Maria prima emisit. l.3.5.3
 Quare post votum virginitatis Maria virum habere consensit. ibid.
 Vniones quatuor inter Mariam & diuinam sapientiam. l.1.c.5.n.3
 Vxor. l.6.c.7

INDEX



INDEX

Locorum sacrae Scripturae, qui in libris de laudibus B. Virginis explicantur.
 EX VETERI TESTAMENTO.

Genesis.

CAP. I. **E**st firmamentum in medio aquarum. l.6.c.2.n.1
 1. Germinet terra herbam viuentem. l.12.c.6.5.18.n.2
 6. Fac tibi arcam de lignis benigatis. l.11.c.9.n.1. & seq.
 15. Quarta generatio reuertetur huic. l.4.c.1.n.7
 18. Tria sata simila commisce, &c. l.1.c.4.n.8
 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. l.8.c.4.n.1
 28. Vidit Iacob in somnis scalam stantem super terram, &c. l.10.c.31.n.17. & seq.
 31. Dimitte me: iam enim ascendit a terra. l.7.c.7.n.5
 49. Issachar asinus fortis, habitans in terminis, &c. l.5.c.2.n.44

Exodi.

3. Videbas quod rubus arderet. l.12.c.5.5.43
 4. Virgam istam sume in manu tua, in qua facturus es signa. l.12.c.6.5.20.n.8
 16. Collige unumquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum. l.12.c.5.5.11.n.3
 30. Facies labium aeneum cum basi sua ad lauandum. l.9.c.16.n.1
 37. Fecit Beseleel arcam, &c. l.10.c.1.n.1. & seq.

Leuitici.

6. **O**mnis sacrificium simile, quod coquitur in cilibano. l.10.c.24

Numerorum.

10. **E**leuata est nubes de tabernaculo federis. l.10.c.28.n.2
 11. Cum descenderes tu super castra, descendebat pariter & man. l.12.c.5.5.12.n.1
 24. Orietur stella ex Iacob. l.1.c.3
 24. Quam pulchra sunt tabernacula tua Iacob. l.10.c.28.n.2

Deuteronomij.

6. **D**iliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. l.4.c.17.n.1
 32. Sicut aquila prouocat ad volandum pullos suos, &c. l.12.c.7.5.1.n.1. & seq.

Iudicum.

5. **T**orrens Cadmonij, traxit cadmonia eorum. l.9.c.5.n.2

2. Regum.

5. **H**abitauit Dauid in arce Ierusalem. l.11.c.1.n.28

3. Regum.

10. **F**ecit sibi rex Salomon thronum de ebori grandem, &c. l.10.c.2.n.1
 18. Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. l.12.c.1.5.8.n.5

4. Regum.

2. **A**fferre mishi vas nouum, & mitte in illud sal. l.10.c.31.n.21
 2. Paralipomenum.
 7. **E**legi & sanctificavi locum istum, &c. l.10.c.21
 9. Fecit quoque rex Salomon solium eboreum grande, &c. l.10.c.3.n.1. & seq.

Iudith.

15. **T** gloria Ierusalem, in latibus Israel. l.1.c.6.n.3

Iob.

18. **D**euores pulchritudinem cutis eius primigenia mort. l.11.c.1.n.20
 28. Trabitur sapientia de occultis. l.1.c.5.n.6
 28. Nescit homo pretium eius. l.4.c.3

Psalmodum.

1. **E**ris tanquam lignum quod plantatum est, &c. l.12.c.6.5.18.n.17
 8. Eleuata est magnificentia tua super celos. l.4.c.6
 71. Descendet sicut pluuia in vellus. l.12.c.5.5.8
 73. Deus rex noster operatus est salutem in medio terræ. l.8.c.1.n.7
 17. Ascendit super Cherubin, & volauit. l.3.5.13.n.2
 18. In sole posuit tabernaculum suum. l.10.c.28.n.1
 ibid. Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. l.10.c.29.n.1. & seq.
 74. Calix in manu Domini, vini meri, plenus mixto. l.12.c.1.5.12.n.9
 25. Dominus dilexi detorem domus tue. l.10.c.50.n.11
 28. Dilectus meus quem admodum filius unicor-nium. l.6.c.10.n.2
 44. Lingua mea calamus scribae velociter scribens: l.2.c.2.n.10. item l.4.c.30.n.14
 44. Audi filia & vide. l.6.c.5.n.1. & seq.

Index locorum Scripturæ.

- 45. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. l.4.c.27.n.3.
64. Visitasti terram & inebriasti eam. l.8.c.1.n.5
64. Sanctum est templum tuum. l.10.c.31.n.1 & seq.
68. Sicut latantem omnium habitatio est in te. l.10.c.12.
77. Plus illis manna ad manducandum. l.12.c.5. §.11.n.4.
84. Benedixisti Domine terram tuam, l.8.c.1.n.4
86. Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei, &c. l.11.c.1.n.1 & seq.
92. Parata sedes tua ex tunc. l.10.c.7.n.3
102. Petra refugium berinacis. l.8.c.8
109. Virgam virtutis tua emittet Dominus ex Sion. l.12.c.6. §.20.n.24.
127. Rex tua sicut vitis abundans. l.6.c.7.n.2
131. Surge Domine in requiem tuam in & arca sanctificationis tue. l.10.c.1.n.14
147. Posuit fines tuas pacem. l.11.c.1.n.34

Prouerborum.

- 3. Longitudo dierum in dextera eius. l.2.c.1. n.32.
4. Accipe illam, & exaltabit te. l.2.c.3.n.17
8. Dominus possedit me in initio viarum suarum. l.4.c.4.
8. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis. l.4.c.7.n.2.
9. Comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. l.1.c.4.n.8
9. Sicut est homini panis mendacij. l.2.c.7.n.1
9. Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, &c. l.10.c.30.n.1 & seq.
18. Terra fertissima, nomen Domini, ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. l.11.c.1.n.23
31. Precul & de ultimis sibus pretium eius. l.1.c.4.n.8 l.6.c.9.n.9.
31. Byssus & purpura indumentum eius. l.2.c.1. n.15.
31. Multa filia congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. l.4.c.21.n.2
31. Nasus iustioris, de longe portans panem suum. l.11.c.8.n.10 & seq.

Ecclesiastici.

- 1. O Ritur sol & occidit, &c. l.12.c.5.n.2
2. O Florebit amygdalus. l.12.c.6. §.23

Canticorum.

- 1. O Lemm effusum nomen tuum. l.1.c.2.n.2
ibid. Trabe post te, &c. l.12.c.2.n.12
ibid. Memores uerborum tuorum super vinum. l.2.c.3.n.4.
ibid. Recti diligunt te. l.2.c.6.n.1
ibid. Pulchra sunt gena tue sicut turris. l.5.c.2. n.13.
ibid. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedis odorem suum l.1.c.5.n.5. item l.4.c.1. n.11. & l.10.c.31.n.26.
ibid. Fasciculus myrrha dilectus meus mihi. l.4.c.17.n.6.
ibid. Ecce tu pulchra es amica mea, &c. l.5.c.1.n.2. & c.2.n.8.
ibid. Tigna domorum nostrarum cedrina. l.10.c.30. n.4.
2. Ego flos campi. l.8.c.3
ibid. Lilium conuallium. l.12.c.4.n.29
ibid. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter

- filium. l.12.c.4.n.29 & seq.
ibid. Amore languet. l.4.c.18
ibid. Ecce iste uenit saliens in montibus, transiens colles. l.1.c.5.n.6
ibid. Pascitur inter lilia. l.4.c.4.n.13
3. Quae est ista quae ascendit per desertum, &c. l.12.c.3.n.1 & seq.
ibid. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. l.10.c.10.n.1
ibid. Ferculum fecit sibi rex Salomon, &c. l.10.c.4.n.2 & seq.
4. Dentis tui sicut greges tonsarum, quae ascenderunt de lauacro. l.4.c.30.n.4
ibid. Sicut uita coccinea labia tua. l.5.c.7.n.29
ibid. Sicut fragmen mali punicis, ita gena tue. l.5.c.2.n.14.
ibid. Sicut turris David collum tuum. l.5.c.2.n.41. item l.11.c.5.n.1.
ibid. Mille clypei pendem ex ea. l.11.c.5.n.2
ibid. Duo uerba tua sicut duo hinnuli caprea gemellus, &c. l.5.c.2.n.60
ibid. Tota pulchra es amica mea. l.5.c.1.n.1. item l.12.c.7. §.6.
ibid. Veni, coronaberis, &c. l.3. §.14
ibid. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, &c. l.5.c.2.n.9.
ibid. Fanus distillans labia tua. l.4.c.26.n.1
ibid. Hortus conclusus soror mea sponsa. l.12.c.1. §.1.
ibid. Emissiones tuae paradisi malorum punicorum. l.12.c.1. §.11.n.3.
ibid. Fons hortorum. l.9.c.1.n.1
ibid. Putens aquarum viuentium. l.9.c.2.n.1
5. Amicus meus candidus & rubicundus. l.12.c.4.n.7.
ibid. Come eius sicut elata palmarum, nigra quasi coruus. l.5.c.2.n.3.
ibid. Oculi eius sicut columba. l.5.c.2.n.10
ibid. Oculi tui sicut piscina in Hesebon. ibid. & l.9.c.17.n.4.
ibid. Gena illius sicut arcola aromatum constituta à pigmentariis. l.5.c.2.n.15
ibid. Manus eius tornatiles, &c. l.2.c.2.n.14. item l.4.c.29.n.1 & l.5.c.2.n.48.
6. Quae est ista quae progreditur quasi aurora conuergens. l.7.c.7.n.6
ibid. Pulchra ut luna. l.7.c.4.n.2
ibid. Electa ut sol. l.7.c.3
ibid. Reuertere, reuertere Suanitis, ut intueamur te. l.5.c.1.n.1
7. Umbilicus tuus crater tornatilis. l.5.c.2.n.66. item l.10.c.31.n.27.
ibid. Iunctura femorum tuorum sicut momia. l.5.c.2.n.70.
ibid. Statura tua assimilata est palma, &c. l.5.c.2. n.74.
ibid. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatum liliis. l.4.c.9.n.7. item l.5.c.2.n.64.
ibid. Nasus tuus sicut turris libani. l.5.c.2.n.26
ibid. Capus tuus ut Carmelus. l.5.c.2.n.2
ibid. Quam pulchra es & quam decora. l.6.c.4
ibid. Ascendam in palmam. l.2.c.7. n.2. l.5.c.2. n.56.
ibid. Gustus tuus sicut vinum optimum. l.5.c.2. n.36.
8. Quis mihi det te fratrem meum, &c. l.6.c.3. n.1.
ibid. Quae est ista quae ascendit. l.4.c.4.n.14
ibid. Pene

Index locorum Scripturæ.

- ibid. Pene me ut signaculum super cor tuum, &c. l.9.c.1.n.3.
ibid. Fortis ut mors dilectio. l.4.c.17.n.7
ibid. Soror nostra paruula est. l.5.c.2.n.59
ibid. Ego murus, & uerba mea sicut turris. l.11.c.7.n.1 & seq.

Sapientiae.

- 7. V Apor est uirtutis Dei, &c. l.12.c.5. §.9.

Ecclesiastici.

- 6. S Vbiue humerum tuum & porta illam. l.2.c.4.v.8.
7. Noli recedere à muliere sensata, quam fortius es in timore Domini. l.2.c.3.n.17
13. Luna signum diei festi. l.2.c.5.n.12
15. Qui continent est iustitia, apprehendet illam l.2.c.6.n.14.
24. Sicut nebula texi omnem carnem. l.12.c.1. §.8.n.4.
ibid. In Iacob inhabitas, & in electis misce radices. l.11.c.6.n.3.
ibid. Quasi cedrus exaltata sum in Libano. l.12.c.6. §.4.
ibid. Quasi cypressus in monte Sion. l.12.c.6. §.6. n.1. & seq.
ibid. Quasi palma exaltata sum in Cades. l.12.c.6. §.5.n.1 & seq.
ibid. Quasi plantatiua rosa in Iericho. l.3. §.12.n.2. item l.12.c.4.n.32.
ibid. Quasi uitis speciosa in campis. l.5.c.1.n.2. item l.12.c.6. §.2.n.1.
ibid. Quasi platani exaltata sum iuxta aquas in plateis. l.12.c.6. §.8.n.1 & seq.
ibid. Sicut cinnamomum & balsamum aromatum odorem dedi, &c. l.12.c.6. §.9.n.1, & seq. & §.15.
ibid. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris l.12.c.6. §.10.n.1 & seq.
ibid. Quasi storax & galbani & unguis, &c. l.12.c.6. §.11.n.1 & seq.
ibid. Quasi Libanus non incisus uaporans habitationem meam, &c. l.12.c.6. §.7. n.1. & seq.
ibid. Ego quasi ierebinthi extendi ramus meos, &c. l.11.c.6. §.16.n.1 & seq.
ibid. Ego quasi uitis fructificans suauitatem odoris, &c. l.12.c.6. §.1.n.1 & seq.
ibid. In me omnis gratia uita & ueritatis. l.4.c.4. n.14. item l.6.c.1.n.8.
ibid. In me omnis spes uita & uirtutis. l.6.c.1.n.2. & seq.
ibid. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &c. l.12.c.7. §.3.
ibid. Spiritus meus super mel dulcis. l.4.c.26.n.1
ibid. Qui audit me, non confundetur. l.2.c.3.n.5
ibid. Qui elucidant me, uitam aeternam habebunt. l.2.c.5.n.7.
ibid. Qui implet quasi Platon sapientiam, &c. l.9.c.3.n.3 & seq.
ibid. Ego quasi flumens Doris. l.9.c.4.n.3
ibid. Quasi aqueductus exiui à paradiso. l.9.c.15. n.1.
ibid. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. l.2.c.1.n.29.
ibid. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. l.1.c.4.n.2
ibid. Innoxa signa, & immuta mirabilia. l.4.c.13.n.12

- ibid. Vide arcum, & benedic qui fecit illum. l.5.c.1.n.2.
ibid. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius. l.11.c.8.n.21.
ibid. Non conferetur tibi India coloribus, &c. l.4.c.5.

Isaia.

- 2. P reparatus mons domus Domini in vertice montium. l.8.c.5.n.1
7. Vocabitur nomen eius Emanuel. l.4.c.13.n.2. & c.14.n.2.
ibid. Assyrium & mel comedet. ibid.
11. Egredietur uirga de radice Iesse. l.12.c.6. §.20. n.4 & seq.
19. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem. l.12.c.1.n.7 & c.2.n.10.
26. Vrbis fortitudinis nostra Sion, &c. l.11.c.1. n.24 & 29.
28. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanctas tua ciuitas orientur. l.7.c.9. n.1. & seq.
35. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eum. l.12.c.1. §.10.n.6
43. Dedi in deserto uiam, & inuisa flumina. l.8.c.7.n.1.
44. Rorate celi desuper, &c. l.12.c.5. §.12.n.2
39. Qui appendit tribus digitis molem terra. l.8.c.1.n.10.
56. Domus mea Domus orationis uocabitur. l.10.c.30.n.12.
62. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes. l.11.c.1.n.27.
ibid. Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam. l.12.c.6. §.20.n.46. item l.12.c.5. §.3.n.2.
66. Antequam paruriret, peperit. l.4.c.14.n.1

Ieremia.

- 4. A Spexi terram, & ecce uacua erat & quasi nihil. l.10.c.30.n.8
31. Creauit Dominus nouum super terram, formina circumdabit uirum. l.4.c.13.n.1
29. Ergo cogito cogitationes pacis, &c. l.2.c.3. n.9.

Ezechielis.

- 17. E xaltans lignum humile. l.12.c.6. §.18. n.12.
28. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. l.10.c.31.n.25.
44. Porta haec clausa erit, &c. l.10.c.31.n.8

Osee.

- 6. Q uasi diluculum preparatus est egressus eius. l.7.c.8.n.1 & seq.

Habacuc.

- 3. M ons umbrosus & condensus. l.8.c.5. n.1.

Aggaei.

- 2. M agna erit gloria domus istius nouissimi, plusquam prime. l.10.c.30.n.13

Zachariae.

- 13. I N die illa eris fons patens domus David. l.9.c.1.n.6.
14. Edificabitur Domino ciuitas à turre Ananem, usque ad turrem lariae regis. l.11.c.31.n.10

Index locorum Scripturæ.



Ex Novo Testamento.

Matthæi.

1. **I**BER generationis, &c. l.12.c.7.5.4
2. **E**t aperit thesaurum obtulerunt ei munerata. l.4.c.20.n.1
5. **Q**ui selem fasces oriri super bonos & malos. l.12.c.5.n.5
23. **S**imile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. l.8.c.4.n.2

Lucæ.

1. **A**Ve gratia plena. l.1.c.1
- ibid. **E**t nomen virginis Maria. l.1.c.3
- ibid. **V**irtus Altissimi obumbrabit tibi. l.3.5.1
- ibid. **R**espexit humilitatem ancilla sua. l.4.c.1.n.2 & seq.
- ibid. **F**ecit mihi magna qui potens est. l.4.c.1.n.8.
- ibid. **Q**ue cum audisset, turbata est, &c. l.4.c.11.n.1.
- ibid. **S**piritus sanctus superueniet in te. l.12.c.2.n.2 & seq.
- ibid. **V**irtus Altissimi obumbrabit tibi. l.12.c.1.5.9.n.4.
2. **M**aria conseruabis omnia uerba hæc confertis in corde suo. l.4.c.30.n.2
- ibid. **T**ransiens usque Bethleem. l.11.c.1.n.30
11. **I**ntrauit Iesus in quoddam castellum, &c. l.11.c.2.n.3. & seq.

12. **E**go dispono uobis sicut disposui mihi Pater meus regnum. l.2.c.7.n.1
19. **A**scendit in arborem sycomorum. l.12.c.6.5.25.

Ioannis.

1. **I**N principio erat uerbum. l.12.c.5.5.2.n.1
15. **E**go sum uisus uera, & pater meus agricola est. l.12.c.6.5.1.n.10
4. **P**ater altus est. l.9.c.2.n.2

Actuum.

6. **S**tephanus plenus gratia & fortitudine. l.1.c.4.n.3.

1. ad Corinthios.

3. **F**undamentum aliud, &c. l.11.c.1.n.2.

Apocalypsis.

2. **V**inceni dabo manna absconditum. l.12.c.5.n.11.
3. **E**go sto ad ostium & pulso, &c. l.12.c.5.n.4
4. **F**ui in spiritu, & ecce sedes posita erat in calo, &c. l.10.c.7.n.1
8. **V**e, ue, ue habitantibus in terra. l.1.c.1.n.2
12. **S**ignum magnum apparuit in calo, &c. item l.3.5.2.c.7.5.5.
21. **E**go Ioannes uidi ciuitatem sanctam Ierusalem montem descendenti de calo, &c. l.11.c.1.n.28
- ibid. **C**iuitas in quadro posita. l.11.c.1.n.22. item l.11.c.5.n.2.
22. **O**stendit mihi Angelus fluxum aquæ uitæ. l.9.c.4.n.4.

FINIS

